Digitized by Google

Stephanus

THESAURUS

LINGUÆ GRÆCÆ.



LECTORI BENEVOLO.

INTER viros eruditos jamdiu fuerunt, quibus persuasum esset, eos, qui causa linguam exteram discendi Lexica versare soleant, facile id, quod petunt, assequi non posse, nisi vocabula Alphabeti, ut dicitur, ex ordine componantur. Hanc sententiam esse aliquatenus veram Thesauri Stephaniani Editores ipsi confitentur. In eo quoque cum H. STEPHANO consentiunt jucundum quiddam perinde ac perutile esse, ut rivorum, sic quoque verborum fontes adire, cursumque eorum et flexus indagare. Credunt porro virum illum doctissimum rationibus haud facile impugnandis evicisse illum ordinem esse unice probum, quo, ad verba constituenda, respectus tantummodo habeatur ad literas, e quibus voces primitivæ conflentur, compositæ, suam quæque primitivam, sequantur, et vocum origines juxta ordinem Alphabeti altera alteram excipiant: hinc enim fore (id quod ipse STEPHANUS prævidit,) ut iis, quibus in animo fuerit vocum significationes et significationis causas rimari penitus et investigare, non levia præstentur adjumenta, neque vocibus ipsis exigua lux præbeatur. Verum enimvero in tali re non argumenta tantummodo sunt ponderanda, sed et sententiæ Virorum Doctorum proferendæ, quorum auctoritas plurimum valeat oportet inter judices non iniquos.

Ex illorum numero defensorem non infimi nominis H. STEPHANUS sibi nactus est, Ludovicum Casparem Valckenaerium,[1] qui calculo comprobavit suo ordinem a STEPHANO institutum, utpote ad Linguæ Græcæ naturam maxime accommodatum, ideoque ad ejus cognitionem utilissimum. Neque silentio id prætereundum est, quod cum Parrius ille Nostras, cujus ad judicium in omni re dubia Editores confugere, et cujus auxilium in omni re difficili magis sponte datum accipere quam petere exoratum solent, tum Boissonadius, Professor ille Parisiensis, ex acumine ingenii et multiplici doctrina clarissimus, nihil esse in hac re mutandum voluerunt.

Sunt tamen fortasse, qui Editores fraudis insimulent, tanquam fidem suis Fautoribus datam fefellerint. At vero novum ut Lexicon conderent, non modo in se non receperunt Editores, sed ut Thesaurum Ling. Gr. ab H. STEPHANO congestum, paulo melius dispositum et multo magis locupletem, denuo in lucem proferrent. Hisce igitur conventis suis ut stent quam optime, in animo habent ne unum quidem verbum mutare, plurima autem addere, et voces, in suo quamque loco, inserere, quas, in serie omissas, ipse STEPHANUS et Scottus in Appendicibus, aliique in Lexicis et libris, cujuscunque fuerint generis, suppleverint. His quoque subjicientur notæ e libris et scriniis Virorum Doctorum undique decerptæ, quo verbum quodlibet, fusius aut accuratius expositum, melius a Thesauri Stephaniani lectoribus intelligi possit.

Novam Thesauri editionem excipient opuscula, quæ STEPHANUS edidit vel ad initium quinti tomi Thesauri, vel ad libri, qui Glossaria continet, finem. Alium vero ordinem, quam STEPHANUS secum constituit, Editores sibi servandum esse judicabant. Etenim quod ad libellos attinet Gregorii de Dialectis generaliter, et STEPHANI ipsius de Attica Dialecto speciatim, hi duo, alter alterum, subsequentur: quorum hic adornabitur scriptis ineditis Godofredi Hermanni, τοῦ πάνυ, ille notis G. H. Schæferi, cujus opera Gregorius nuper est evulgatus, etiam post Koënii curas emendatior, et novis Grammaticis, quasi satellitibus, stipatus.

Adjicietur opusculum Apollonii Dyscoli; quod primus edidit Reitzius ad calcem libri Maittairiani de Dialectis; iste autem liber sæpe in partes suas ab Editoribus vocabitur, una cum ejusdem generis operibus, quorum alia inter Germanos diu innotuerint, alia, ut sperandum est, in lucem brevi ventura sint.

Quod ad libellos Tryphonis περὶ παθῶν λέξεων, et περὶ τροπῶν, attinet, uterque imprimetur ad fidem exemplaris in Musæo Critico Cantabrigiensi No. I. p. 32. et seqq. editi opera Blomfieldii, qui notas viro κριτικωτάτῳ haud indignas de suo apposuit.

In Ammonio denuo imprimendo ab editione, quam L. C. Valckenaerius, juvenis ille quidem, sed "ante annos" doctrinam et ingenium "virile"[2] præ se ferens, procuravit, religioni est Editoribus discedere, ita tamen, ut, ubicunque res postulaverit, de penu suo aliquantulum addant. Huic de Differentia Vocum libello subjicietur, sylloge satis ampla vocum synonymarum e Scholiis et Lexicis Græcis hausta et in ordinem Alphabeticum digesta.

Quicquid contulerint Montfauconius[3] et Kusterus[4] ad emendandum opusculum Orbicii, aut cujuscunque id fuerit scriptoris, de Ordinibus Militaribus, id omne deprometur, adjectis Kusteri notis.

Tractatus Herodiani περὶ ἀριθμῶν, Galeni item aliorumque περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν, scriptis eorum, qui res istiusmodi attigerint, illustrabuntur. Atqui horum esse numerum admodum parvum Editores non possunt non dolere, siquidem probe sciunt, quantum valeat ad Historicos recte intelligendos cognitio illarum rerum plena et accurata. Sibi tamen Editores Eruditisque gratulantur, quod STEPHANI Commentarius de Mensibus et Partibus eorundem augeri atque illustrari possit conferendis inter se et describendis scriptis auctorum, quos commemoravit Sturzius de Dial. Maced. et Alex. p. 48=clxv.

Vice Glossariorum, quæ STEPHANUS evulgavit, sufficientur illa quæ annis centum post edidit Labbæus: "qui,"

[1] Vide "Obss. quibus via munitur ad origines Græcas investigandas," apud Lennep. de Analog. Ling. Græc. p. 28—33. = t. i. p. 278. L. C. V. Opusc. Phil. Crit. et Orat. Lipsiæ, 1808. 8vo.
[2] Virg. Æn. 9. 311. [3] In Bibliotheca Coisliniana p. 505—14. [4] Ad calcem Suidæ.

Du-Cangio judice, "ita in opere condendo versatus est, ut non modo ab H. STEPHANO edita Glossaria simul contulerit, sed et vocabula, quæ in Onomastico Lat. Gr. et in Sylloge, a Vulcanio publicatis, in eadem vocabulorum serie admiscuerit."[1] Hanc Du-Cangii[2] sententiam Editores labore suo confirmare malunt, quam pro confirmata habere; ideoque iis curæ erit ut utriusque editionis comparatio fiat, et quicquid a Labbæo fuerit omissum, suppleatur. Quo autem Lectoris commoditatibus consulatur, Castigationes in utrumque Glossarium[3] ad calcem paginæ, non, ut in editione veteri, ad finem libri, exstabunt: interque eas locum habebunt aliæ etiam emendationes, vel a Labbæo omissæ, vel post Labbæum a M. Martinio,[4] J. F. Fischero, J. Albertio, ceterisque Hesychii interpretibus factæ. Quoniam duo illa Glossaria, ut Meursio[5] visum est, dici possunt *Thesaurus magnus antiquitatis, magnus mendorum*, Editores vere et ex animo gratias immortales acturi sunt viris eruditis, quorum studio lucis aliquid istis operibus sit accessurum.

Glossario Latino adjicietur illud quod Isidorum auctorem habet, cum Grævii et Almelovenii notis.

Cum Ant. Schultens satis accurate ediderit Veteres Glossas Verborum Juris, una cum suis aliorumque notis, nihil aliud restat quam ut repetitæ editioni adjiciantur notæ Albertii,[6] et Lexicon Theophilinum[7] a Reitzio evulgatum.

His omnibus Glossariis præfigetur notitia literaria e Bibliotheca Græca Fabricii. Ita demum patebit cur Labbæi opus, cum sit uberius quam Stephanianum, recudi debeat.

Hæc supplementa ad calcem Thesauri reperientur. Sunt autem alia adjumenta, quæ non ad finem libri, ut solet, reservanda esse, sed in ipso limine congerenda, Editores statuerunt; de quibus, sive ad legendum jucundis, sive ad Græcam linguam intelligendam tantum non necessariis, minime abs re alienum fuerit verbo uno atque altero præfari. Varia igitur opuscula, quæ in hac parte libri collocata sunt, recensere, itemque exponere cur singula inserantur, qui tot additamentorum sint fontes, quis usus, muneris esse sui duxerunt Editores.

I. II. Θησαυρὸς τῆς Ἑλληνικῆς Γλώσσης, Thesaurus Græcæ Linguæ, ab Henrico STEPHANO constructus.

III. Henrici STEPHANI Admonitio de Thesauri sui Epitome, quæ titulum Lexici Græcol. novi præfert.

IV. Epistola Dedicatoria et Epigrammata duo de Thesauro Gr.

V. Catalogus Auctorum Græcorum, in quorum scriptis vocabula et loquendi genera, eorum item unde expositiones vocabulorum aut loquendi generum petitæ sunt in hoc Thesauro Græcæ Linguæ.

VI. Scipionis Carteromachi Pistoriensis Oratio de Laudibus Literarum Græcarum.

VII. M. Antonii Antimachi de Literarum Græcarum Laudibus Oratio.

VIII. Ex Conradi Heresbachii Oratione in Commendationem Græcarum Literarum Excerpta.

IX. Henrici STEPHANI ad Lectorem Epistola, seu Præfatio in ipsius Thesaurum Linguæ Gr.

X. Excerpta ex H. STEPHANI Epistola, a. 1569. edita, qua ad multas multorum amicorum respondet, de suæ Typographiæ Statu, nominatimque de suo Thesauro Linguæ Græcæ.

XI. Excerpta ex J. A. Fabricii Bibliotheca Græca, Vol. VI. p. 651—68. ed. Harles.

XII. Excerpta ex Vita H. STEPHANI secundi a Mic. Maittairio conscripta.

XIII. De Verbis Græcorum Mediis L. Kusteri, J. Clerici, S. Clarkii, et E. Schmidii, Commentationes a Wollio, qui suam adjecit, recensitæ, una cum Dresigii et Bowyeri notis.

XIV. Ogerius "de Linguæ Græcæ Affinitate cum Hebraica."

XV. J. A. Ernestius "de Vestigiis Linguæ Hebraicæ in Lingua Gr."

XVI. Lexicon Vocum Peregrinarum in Scriptoribus Græcis obviarum—in quo comprehenduntur:

1. Excerpta e Chr. D. Beckii "Dissertatione de Lexicis Gr. et Lat. omnino, et recentissimis singulatim."

2. P. E. Jablonskii Disquisitio de Lingua Lycaonica ad locum Actor. xiv. 11.[8] Ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν Λυκαονιστὶ λέγοντες.— §. i. Status controversiæ proponitur.—§. ii. Singulorum argumentis expensis, concluditur, ling. Lycaonicam non esse Gr.—§. iii. Ad objectiones quasdam generaliores respondetur.—§. iv. De linguis gentium Asiæ minoris generaliter probatur, eas Gr. sermone usas non fuisse, quia Barbaræ vocantur.—§. v. Idem aliis argumentis confirmatur.—§. vi. De ortu et progressu linguarum apud gentes Asiæ minoris.—§. vii. De Lingua Phrygia. Eam non fuisse Gr. dialectum, contra Th. Ryckium ostenditur.—§. viii. Pauculæ voces Phrygiæ, post Bochartum, afferuntur et explicantur.—§. ix. De Lingua Lydorum.—§. x. De Lingua Carum.—§. xi. De Lingua Lycica.—§. xii. De Lingua Pamphylia.—§. xiii. De Lingua Pisidarum.—§. xiv. De Lingua Bithynorum.—§. xv. De Lingua Mariandynorum.—§. xvi. De Lingua Paphlagonica.—§. xvii. De Lingua Galatarum.—§. xviii. De Lingua Lycaonica. Lycaones eandem cum Cappadocibus habuisse linguam adstruitur.—§. xix. De Lingua Cappadocum, quam fuisse vetustam Assyriacam existimatur.—§. xx. Conclusio hujus Disquisitionis.

3. Fr. Guil. Sturzii De Dialecto Macedonica et Alexandrina Liber.—§. i. De tempore et occasione versionis V. T. Gr. §. ii. De dialecto versionis Alex.—§. iii. De dialecti natura universe.—§. iv. De notionibus nominis διάλεκτος—§. v. De discrimine dialecti, linguæ, et styli.—§. vi. De Ægyptiorum studio linguæ Gr.—§. vii. De dialecto Macedonico-Alexandrina.—§. viii. De dialecti Maced. natura.—§. ix. De dialecti Alex. ingenio.—§. x. De dialecto Ægyptia.—§. xi. De structura verborum Alex.—§. xii. De vocabulis probabiliter Alexandrinis.

Scriptorum profecto, quorum mentio facta est in præcedenti Catalogo, non nisi unum atque alterum oratione indiget prolixiori: reliqua sunt, sua quæque in serie, breviter tractanda.

[1] Præfat. ad Gloss. [2] Vid. Menag. in Anti-Baillet t. ii. c. 106.
[3] Quas Albertius ad Hesych. v. ἀετὸς Du-Cangio tribuit. [4] In Lexico philologico hic illic sparsæ.
[5] Exercitt. Crit. p. ii. l. iv. c. 15. [6] Vide Glossarium Gr. in sacr. N. F. Libros p. 227-66.
[7] Vid. Græca Institut. Cæsar. Paraphrasis. [8] Vide Bentleii Serm. VI. de Atheismo.

I. II. Hæc duo sunt, uti aiunt, Frontispicia, sive tituli, quorum alterutrum exhibere solet exemplar Thesauri: de cujus vel unica, vel duplici editione litem, diu motam, tandem composuit Krohnius, et citandis testimoniis, et argumentis conferendis, quorum omnia inter Excerpta ex Fabricii Bibliotheca Græca [N. XI.] reperiet lector ad investigandum hujusmodi res minutas attentior.

III. IV. V. IX. Cum hæc quatuor exstent in Thesauro, itemque tria illa VI. VII. VIII., Editoribus visum est ea septem denuo imprimere, ne quod deesset operum istorum, quæ in Lexico suo, honoris causa, ipse H. STEPHANUS typis mandare dignatus fuit.

X. Excerpta ex H. STEPHANI Epistola hac de causa ab Editoribus inserta sunt, ut Præfationis pars ea, in qua hujus epistolæ mentio facta est, melius intelligi possit.

XI. In gratiam eorum, qui notitiam literariam cujuslibet scriptoris sibi præsto esse cupiunt, posita sunt quædam Excerpta ex Biblioth. Gr. Fabricii: qui cum Richeio statuit unam tantummodo fuisse Thesauri editionem. Porsono autem τῷ μακαρίτῃ idem placuisse, testis est Kiddius in Porsoni Miscell. Crit. p. 403. in Indice sub voce *Scapula.* Richeius profecto quibus argumentis sententiam suam stabilire conatus sit, Editores fatentur se nescire; etenim librum ejus, diu multumque a se quæsitum, nondum sibi comparare potuerunt. Ex eo tamen, si forte a se repertus esset, lubenter exscripsissent, quicquid objici potuisset in Maittairium, cujus sententiam, a Krohnio approbatam et quidem defensam, continent Excerpta ex Vita STEPHANI a Maittairio olim conscripta. [N. XII.]

XIII. Cum STEPHANUS Thesaurum suum conficeret, Lexicographis ne suspicio quidem ulla fuit, nedum cognitio, rerum plurimarum, quas ad linguam Gr. condiscendam etiam tironibus hodie nefas est ignorare. Harum profecto rerum, quæ neque inter nugas magistellorum neque inter artis grammaticæ arcana, difficilia illa quidem ad explicandum, sed perscrutandi labore vix, aut ne vix quidem digna, recenseri solent, non potest alia reperiri vel usu uberior, vel specie ornatior, quam sententia illa θρυλλουμένη Kusteri, qui primus animadvertit luculenterque exposuit vim peculiarem "Verborum Mediorum apud Græcos, eorumque differentiam a Verbis Activis et Passivis." Hanc reciprocam, ut aiunt, potestatem cum STEPHANUS ignoraret, non est cur quis e recentioribus viris, licet STEPHANO minus sit doctus, mirari debeat, si errores ejus in verbis istiusmodi exponendis identidem ipse deprehendere et corrigere possit. Sperant autem Editores neminem, qui vel mediocriter vel plene perfecteque a doctrina instructus sit, ægre laturum esse, quod Commentationes de Verbis Mediis, una cum observationibus scriptorum tam oppugnantium Kustero quam opitulantium, denuo imprimendas esse duxerunt. Ea scilicet mente hoc a se factum esse Editores confitentur, ut quicquid de hac quæstione gravissima accurate eruditeque scriptum esset, id omne πρόχειρον καὶ εὐσύνοπτον lectoribus proponeretur.

XIV. XV. Hisce duobus opusculis de Affinitate Linguæ Gr. cum Hebraica idcirco datus est locus, ut ii, quibus cordi fuerit literas sacras cum literis profanis conjungere et conferre, segetem ac materiem doctrinæ paulo uberiorem habere possint. Editores quidem minime latuit, cognationem, quæ inter disquisitiones hujusmodi, et Lexicon verborum intercedat, aut nullam esse, aut pertenuem. Quoniam vero Excerpta illa paucis sunt cognita, neque longa, haud fortasse deerunt, qui ea non omnino prætermissa esse patiantur.

XVI. De ceteris, præter Commentationes de Verbis Mediis, multa ut dicerentur, vix necessarium fuit. Atqui nefas esset ea silentio præterire, quæ et possunt dici et quidem debent de additamento illo, quod titulum præ se fert, LEXICON VOCUM PEREGRINARUM IN SCRIPTORIBUS GRÆCIS OBVIARUM.

STEPHANUM [1] nemo est nescius consulto retulisse in Indicem voces illas, quæ, licet non bene Græcæ sint, a Græcis tamen Scriptoribus aliquoties usurpantur tanquam ex ore Barbarorum editæ, vel de Barbaris dictæ. Quod hasce omnes collegerint, et in suo quamque loco disposuerint Editores, de Gr. literis se non male meruisse opinantur. In hoc igitur Lexico reperientur vocabula, bene multa, quorum nulla ratio fuit habita ab iis, qui Græcam linguam in quatuor dialectos divisam esse voluerunt; multa porro non modo usitata apud civitates intra Peloponnesum et extra peninsulam usque ad Thessaliæ, Epiri, et Macedoniæ oras ultimas, verum etiam apud insulas Græcis subditas coloniasque inde deductas, et per Ægæum atque Ionium mare longe lateque dispersas; multa denique, quæ pura puta barbarismum redolent, qualia sunt Persica, Ægyptiaca, Lydia, Scythica, Celtica, alia. Sylloge harum vocum peregrinarum duplex erit; altera vocum ipsarum una cum expositionibus, in ordinem alphabeticum digesta; altera ad nomina gentium, quibus illæ attribui solent, ita accommodata, ut, verbi causa, Laconica a Creticis, Persica ab Ægyptiacis, distinguantur. Quoniam vero in vocibus peregrinis colligendis operam suam paulo negligentius collocavit STEPHANUS, eo diligentius Editores ad hanc partem officii sui incubuerunt, ut quæ a STEPHANO prætermissa essent, accurate cumulateque in usum suorum lectorum proferrent.

E larga segete, quam unus Hesychius præbere potuit, quantulum est STEPHANI spicilegium? Paulo quidem plenius est id quod Schneiderus confecit.[2] Editores, ne quid vitio sibi verti possit ob libros, quos perscrutari debuissent, neglectos, sedulo curabunt, ut peregrina vocabula, quæ Meursius,[3] Valckenaerius,[4] Maittairius,[5] Mazochius,[6] atque alii collegerunt, editioni huic novæ Thesauri Stephaniani præfigantur.

[1] Vide Stephani Præf. ad Indicem Thesauri.
[2] In præstantissimo Lexico Græco-Germanico.
[3] In libris suis editis nomine Creta, Cyprus, Rhodus, et Miscell. Lacon.
[4] In Annotationibus in Theocrit. Adoniaz., et Epist. ad Roverum p. 58. et sqq. = t. i. p. 574. et sqq.
[5] In libello de Græcæ Linguæ Dialectis; quem edidit et auxit Sturzius.
[6] A quo Tabulæ Heracleenses sunt editæ et expositæ.

Quod ad materiem attinet, e qua Lexicon illud Vocum Peregrinarum confectum fuerit, præmonendus est lector, futurum esse, ut, præter Jablonskii Diss. de Ling. Lycaonica, et Sturzii Librum de Ling. Maced. et Alex., alia etiam opuscula integra vel excerpta ex iis denuo typis mandentur, e. g.

P. E. Jablonskii Voces Ægyptiacæ.

L. C. Valckenaerii Dissertatio de vocabulo Βάρις.

Hadr. Relandi Dissertatio de Veteri Lingua Indica.

————————— de Relliquiis Veteris Linguæ Persicæ.

Lexicon Tarentinum à Jo. Juvene conscriptum.

His opusculis addi poterant fortasse et plura; verum Editoribus sedulo et anxie quærentibus defuerunt libri J. G. Hauptmanni,[1] Gabr. Lancelloti Castelli,[2] Ign. Rossii,[3] Bern. Aldretii,[4] et aliorum. Horum omnium neque idem esse apud viros doctos desiderium, neque eundem ab iis fructum esse reportandum ecquis ignorat? Dolendum est tamen Gorii[5] Lexicon Pelasgicum, et Hemsterhusii[6] Schediasma de Verborum Formis Doricis, Laconicis, &c. aut ad umbilicum non perducta esse, aut certe in lucem nondum prolata.

Huic Vocum Peregrinarum Lexico, quod libellus alter explebit, Index locupletissimus adjicietur.

Satis jam superque dictum est de additamentis. Editores autem finem imponere præfationi suæ prius nequeunt, quam objectiones, quas ipsi prævident sibi oppositas iri, vel amoveant penitus vel aliquatenus evitent. Si quis igitur roget, cur hic libellus non Thesauri ipsius Stephaniani partem aliquam exhibeat, sed aliorum scriptorum opuscula, quæ in tempus magis opportunum reservari, aut prorsus omitti potuissent, satis sibi responsum habebit, cum intellexerit rationes esse non leves, quæ Editores ad id agendum impulerint.

Neminem latere potuit editoribus esse opus longo tempore, permagno labore, et impensis non exiguis ad spartam hanc suam recte ac prospere ornandam. Illud porro omnes fatebuntur optandum fuisse, ut incommoda, quæ hujusmodi inceptum non possunt non comitari, ratione quavis honesta diminuerentur. At vero aliter id fieri non potuit, quam opuscula ista, sive præfationis loco sive supplementi habenda sint, nunc temporis imprimendo. Larga quidem verborum sylva ad Thesaurum conficiendum ab Editoribus dudum est comparata. Res tamen permultæ perque difficiles impediunt, quo minus ad Thesaurum ipsum imprimendum Editores, nulla mora interposita, se conferant. Desunt enim libri nonnulli, quorum usus est necessarius, diu licet quæsiti nondum tamen reperti. Supplementorum porro, quæ a se confecta Viri Docti suppeditare promiserunt, pars, vix dimidio major, huc usque ad manus Editorum pervenit. Nec vero satis fuit iis temporis ad Thesauri errata corrigenda, ad exempla, quæ citaverat STEPHANUS, perpendenda, ad verba scriptori, quæque suo, tribuenda, ad editiones, quibus STEPHANUS ipse aliique uti solebant, conferendas, ad vocabula, quæ fuerant a STEPHANO omissa, colligenda, et ad unumquodque suo loco inserendum.

His argumentis causam suam Editores, uti sperant, satis tueri poterunt, apud judices æquos et bene cordatos: quorum sane numerum non exiguum esse probe sciunt, cum nomina Fautorum suorum recensent. Quotquot inter illos ob doctrinam clari sint, una cum aliis, ubicunque fuerint, viris eruditis, eos omnes vehementissime orant atque rogant Editores, sponte et cito symbolam, quemque suam, conferre, quo denuo impressum STEPHANI hoc opus magis plenum perfectumque exhibeatur, sitque non minus insigne hujus ævi decus, quam munus omni posteritati gratum atque utile.

[1] **Programma de Laconica Dialecto. Auctore J. G. Hauptmanno, Geræ, 1776. 4to.**

[2] **In Prolegom. ad Nov. Collect. Inscript. Siciliæ per Gabr. Lancell. Castellum, Principem de Torremuzza. Panormi. 1784. fol.**

[3] **Etymologiæ Ægyptiacæ per Ignat. Rossium. Romæ. 1811. 8vo.**

[4] **Vide Bern. Aldrete, lib. ii. c. 2. Del Origen y Principio de la Lengua Castellana ò Romance que oy se usa en España, Madriti. 1682. fol. Auctor, notante Reinesio de Ling. Punica p. 36. (Grævii Syntagma), "vocabula linguæ Phœniciæ veteris et Punicæ apud scriptores antiquos occurrentia, diligenter κατὰ στοιχεῖον collegit, et ad Syriacam Ebraicamque reduxit."**

[5] **Ant. Franc. Gorium edere voluisse *Lexicon Pelasgicum* Sturzius testatur, et dolet opus esse imperfectum, ad p. 12 = 157. not. 10. libri de Dialect. Maced. et Alex.**

[6] **Schediasma MS. de Verborum Formis Doricis, Laconicis, &c. commemoratum est ab Albertio ad Hesych. v. Συμβουλάν.**

Direction to the Binder.

This sheet is not to be bound up with the first Volume. The *Titles, Dedication, Preface,* and *List of Subscribers,* will be given in the Last No.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ
ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,
Thesaurus
GRÆCÆ LINGUÆ,

AB HENRICO STEPHANO CONSTRUCTUS.

IN QUO, PRÆTER ALIA PLURIMA, QUÆ PRIMUS PRÆSTITIT, (PATERNÆ IN THESAURO LATINO DILIGENTIÆ ÆMULUS) VOCABULA IN CERTAS CLASSES DISTRIBUIT, MULTIPLICI DERIVATORUM SERIE AD PRIMIGENIA, TANQUAM AD RADICES UNDE PULLULANT, REVOCATA.

THESAURUS LECTORI,

Nunc alii intrepide vestigia nostra sequantur:
Me duce plana via est quæ salebrosa fuit.

ANNO M.D. LXXII,

EXCUDEBAT HENR. STEPHANUS.

CUM PRIVILEGIO CÆS. MAJESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARUM REGIS.

HENRICUS STEPHANUS

LECTORI, DE SUO THESAURO.

Θησαυρὸν γλώσσης Ἀσκραῖος ἔειπεν ἄριστον,
Πασῶν δ' Ἑλλαδικὴ γλῶσσα ἀρίστη ἔφυ.
Ἀλλ' ὅ με θησαυροὺς θησαυρὸς ἀπηῦρεν, ἄριστος
Πᾶσιν ἐὼν ἑτέροις, ἐστὶ κάκιστος ἐμοί.

IDEM DE EODEM.

Thesauri momento alii ditantque beantque,
Et faciunt Crœsum qui prius Irus erat.
At Thesaurus me hic ex divite reddit egenum,
Et facit ut juvenem ruga senilis aret.
Sed mihi opum levis est, levis est jactura juventæ,
Judicio haud levis est si labor iste tuo.

SUMMA PRIVILEGIORUM HUIC THESAURI EDITIONI CONCESSORUM, QUÆ PRODIIT ANNO M. D. LXXII, CAL. MART.

Diplomatis duobus MAXIMILIANI II, Romanorum imperatoris semper augusti, cautum est Henrico Stephano nequis in universis ditionibus ipsius Cæsareæ majestatis, locis atque civitatibus tam sacro Romano imperio, quam ceteris regnis, dominiis et provinciis ejus mediate vel immediate subjectis, nisi ipsius Henrici Stephani aut hæredum permissu, hunc Thesaurum linguæ Græcæ, vel quicquam eorum quæ in hunc ejus editionem contulerit, excudere ante octennium, a die qua finita fuerit computandum: vel ea quæ excusa fuerint exemplaria vendere atque distribuere publice vel occulte aut quovis alio prætextu, ausit. Alioqui sibi præter amissionem librorum, mulctam decem marcharum auri puri, irrogatam esse sciat, imperiali fisco et ipsi Henrico Stephano, vel ejus hæredibus, aut ab illis mandatum habentibus, ex æquo persolvendam.

Diploma unum datum fuit Pragæ, die XV Febr. Anno M. D. LXX.

Subsign.

Maximilianus.

Ad mandatum sacræ Cæs. majestatis proprium,
A. Erstenberger.

Alterum datum fuit Spiræ, die XVII Sept. eodem anno.

Subsign.

Maximilianus.

Ad mandatum sacræ Cæs. majestatis proprium,
M. Gerstman.

Diplomate CAROLI IX, Galliarum regis Christianiss. cautum est eidem Henrico Stephano in eandem formam, ad decennium. Et edictum hoc violanti, præter amissionem librorum, mulcta arbitraria irrogatur, atque ut omne damnum eidem Henrico præstare sarcireque teneatur. Datum fuit apud sanctum Germanum, Parisiorum suburbium, Julii die XIII, Anno M. D. LXI.

Subsign.

Delomenie.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ,

Thesaurus

GRÆCÆ LINGUÆ,

AB HENRICO STEPHANO CONSTRUCTUS.

IN QUO, PRÆTER ALIA PLURIMA, QUÆ PRIMUS PRÆSTITIT, (PATERNÆ IN THESAURO LATINO DILIGENTIÆ ÆMULUS) VOCABULA IN CERTAS CLASSES DISTRIBUIT, MULTIPLICI DERIVATORUM SERIE AD PRIMIGENIA, TANQUAM AD RADICES UNDE PULLULANT, REVOCATA.

THESAURUS LECTORI,

DE EA QUAM FECIT QUIDAM EJUS EPITOME,

Quidam ἐκιτέμνων me, capulo tenus abdidit ensem:
Æger eram a scapulis, sanus at huc redeo.

DE MAGNO QUOD IDEM COMPENDIUM AFFERT DISPENDIO AGITUR IN EA QUÆ PROXIME SEQUITUR EPISTOLA.

HENR. STEPHANI OLIVA.
CUM PRIVILEGIO CÆS. MAJESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARUM REGIS.

HENRICI STEPHANI ADMONITIO

DE THESAURI SUI EPITOME,

QUÆ TITULUM LEXICI GRÆCOL. NOVI PRÆFERT.

PRÆVIDERAM, *lector, quum Græcæ linguæ Thesaurum construxi, fore ut, nisi præmonerem, aliquis ei manus afferre* πρὸς τὸ ἐπιτέμνειν *(id est, ut eum incisum redigeret in epitomen) minime dubitaret. Hoc adeo quum Thesauro meo posse accidere jam tum prævidissem, operam inter fabricandum ejus corpus dedi, ut alii quam mihi fabro talis ejus incisio periculosa esset: quippe qui (ut architectus ille apud Herodotum) aliquid secreti in mea structura mihi reservassem. Ac sperabam fore ut hoc periculum (nam ipsa etiam in præfatione mentionem ejus feceram) a tentanda ejusmodi incisione plurimos deterreret. Nec vana certe mea spes omnino fuit: quum aliquot viri docti, insidiis quas Epitomes structoribus struxeram animadversis, admotas manus statim removerint: (nam hoc unus eorum fateri mihi non erubuit) at quidam, quod a Thucydide scriptum est,* IMPERITIA EST AUDAX, *confirmare volens (quasi vero testibus id egeret) manus Thesauro meo* πρὸς τὸ ἐπιτέμνειν *admotas, non prius removit, quam de vivo multis in locis resecuit. Quid dico? imo vero quam omnes propemodum venas nervosque incidit. Jam igitur cogita qualem Epitomen, si ejus anatome fiat, sis inventurus: et dum hic* ἐπιτομολεξικογράφος *crumenæ tuæ vult consulere, quam male studiis tuis consuluerit. Atqui quum illius Epitomes specimen, ab ipsomet ad me aliquot post Thesauri mei editionem annis allatum, multa reprehensione digna habere ostendissem, ita suam agnoscere inscitiam videbatur, ut quemadmodum meam pecuniam meliores in merces velle me collocare dicebam, ita illum jam de collocandis melius suis horis cogitare crederem. Nunc quum in opere illo, contra, quo pede cœperat perrexerit, monere te saltem de eo quod accidit, officii mei esse existimavi: minimeque celare, tibi, dum Thesauri mei Epitomen habere te putas, proverbiale illud contingere,* θησαυρὸς ἄνθρακες. *Ad me quidem certe quod attinet, quum assuetus sim eos tolerare qui ex meis laboribus literariis et famam et utilitatem aucupantur (cum aliis tum vero iis quos in Herodotum et Thucydidem non exiguos contuli) hoc etiam aucupium tolerandum esse duxissem, nisi sub hoc fucum tibi fieri vidissem.*

SED *nonne et tu (dicet aliquis) hoc alioqui fateberis, si tuus Thesaurus a quopiam* ἐπιτμηθῇ *qui et cognitione Græcæ linguæ abunde sit instructus, et judicio valeat, fore ut tali Epitome sumtui simul et labori emtoris parcatur? Equidem de sumtu potius quam de labore id concedam. Nam quemadmodum sæpe usuvenit, ut via brevior longiore ac publica difficilior sit et salebrosior (unde fit ut dicatur* ἡ ῥᾴστη *semper esse* ταχίστη, *at non semper* ἡ συντομωτάτη*) sic etiam quæ in compendium sunt contracta, sæpe propter obscuritatem (brevitatis, in hoc præsertim scriptorum genere, comitem) plus negotii lectori facessunt, dum lecta, sed non intellecta, decies relegere cogitur. Ac certe, quo majus est compendium, eo magis hoc accidat necesse est.*

QUOD *autem majus simulque magis dispendiosum quam illius Epitomes esse compendium potest? Ejus enim auctor diversas multorum locorum expositiones, nec non ipsorum expositorum, qui etiam diversi sunt, nomina prætermisit: sæpe vero ea quoque ex Græcis scriptoribus petita exempla, ad quæ, tanquam aurum ad Lydium lapidem, examinari mea expositio poterat, atque hoc examine a lectore perspici cur a Budæo, aut Erasmo, cur ab Adriano Turnebo, vel a Petro Victorio, aut Joachimo Camerario, aut Conrado Gesnero, aut alio quopiam eorum qui ejusdem sunt notæ, discedere auderem. Quinetiam voces plurimas, quas Græca lingua ex aliis est mutuata, exclusit: adeo ut quid sit* φαινόλης *(exempli gratia) quid sit* φαίκλη, *quid* λέντιον, *quid sit* κῆνσος, *atque ab eo deducta* ὁμόκηνσος *et* ὑπόκηνσος, *ex alio Lexico discere oporteat: aut certe divinare, tam felici scilicet divinatione quam ea est qua ipse illum Evangelistæ* σπεκουλάτορα, *esse Speculatorem in sua Præfatione dicit: quod tam verum est quam dici vere potest Spiculatorem Latinos a speculando appellasse.*

PLURIMA *omisit præterea quæ in vulgaribus superioris temporis lexicis leguntur: in Thesauro meo sæpe signata hisce duabus literis, v. l. quoniam multa quæ non probabam, propter pauca quæ non displicebant, iis immixta, tanquam pauculas rosas inter multas spinas, conservari debere censebam. De multis vero prætermissis, quæ meus Thesaurus Græcis accepta fert lexicographis, tantum abest ut querendum non sit, ut etiam queri oporteat non adjectas esse multas voces quæ in Glossariis a me post editum Thesaurum excusis inveniuntur: quorum utilitatem doctissimos viros Josephum Scaligerum et Adrianum Turnebum atque alios passim prædicantes audimus, et locos etiam quos eorum ope tam feliciter restituerunt, hanc testari videmus. Denique ea etiam missa fecit quæ quum ad secretiorem Græcæ linguæ cognitionem pertineant, primus tamen et solus et in eo solum libro tractasse dici possum. Atqui cum maxima Græcæ linguæ studiosorum jactura hanc quoque partem resectam fuisse, aperte ostendam quum illa Græcæ linguæ arcana pergam patefacere: sæpe enim ad ea quæ in Thesauro meo ad illud argumentum pertinentia leguntur, lectorem cogar remittere. Huic autem tractatui* συναγωγήν *quandam Græcarum vocum (partim quæ a me et ab amicis post editionem Thesauri observatæ, partim quæ in lexicis illa posterioribus inventæ fuerint) subjungam: et, si opus sit, in nonnulla quæ ex aliis (non dissimulatis illorum nominibus) habet, in quædam pariter quæ mea sunt, severam censuram agam. Hæc enim omnia non huic posteriori Thesauri editioni inserere, verum seorsum edere visum est, ne ei qui jam priorem emisset, posterior etiam, si habere illa quoque vellet, comparanda esset: sed in illa ejusque corollario divitiarum Græcarum cumulum et ipse possideret. Vale.*

MAXIMILIANO II, ROM. IMP. SEMPER AUGUSTO, GERMANIÆ, HUNG. BOHEM. DALM. CROATIÆ ET SCLAVONIÆ REGI, &c.

Ac nobilissimis ejus academiis, Viennensi et Pragensi:

CAROLO IX, GALL. REGI CHRISTIANISS.

Atque omnium ejus academiarum antiquissimæ nobilissimæque, Parisiensi:

ELISABETHÆ, ANGLIÆ, FRANCIÆ, HIBERNIÆQUE REGINÆ SERENISS.

Et celeberrimis ejus academiis, Oxoniensi et Cantabrigiensi:

ITEM,

ILLUSTRISS. PRINCIPIBUS AC DOMINIS, FRIDERICO, COMITI PALAT. AD RHENUM, IMPERII ELECTORI PRIMARIO, &c.

Et clarissimæ ejus academiæ Heidelbergensi:

AUGUSTO, SAXONIÆ DUCI, IMPERII ELECTORI, &c.

Et celeberrimis ejus academiis, Lipsiensi et Vitebergensi:

JOANNI GEORGIO, MARCHIONI BRANDEBURGICO, IMPERII ELECTORI, &c.

Inclytæque ejus academiæ, quæ est Francofurti ad Viadrum,

HENR. STEPHANUS S.D.

ISOCRATES, summus et orator et philosophus, eos qui regibus vestes vel æs aurumve cælatum afferrent, vel aliud quidpiam eorum quæ sibi deessent, illis contra superessent, mercaturam majore quodam artificio exercere aiebat quam qui aperte institores se profiterentur. At ego sacræ tuæ Cæsareæ majestati, itemque vestris regiis MM. et Augg. DD. offero quæ mihi contra supersunt, illis desunt. Offero enim Thesaurum quem antea (invidia dicto absit) nusquam gentium ne venalem quidem thesauris vestris invenistis. Neque vero meum istud munus ejusmodi est ut ejus utilitas ad vos tantum aut vestros aulicos pervenire queat, sed quam late ditionum vestrarum fines patent, ejus utilitas ad omnes Musarum cultores dimanabit. Quum autem major eorum in academiis quam alibi sit numerus, et has vobis non secus ac patribus filias, caras esse constet, rem vobis longe gratissimam facturum me existimavi si eas quoque compellarem. Minime enim verendum mihi fuit (opinor) ne, si vobis eas consociarem, tantum illarum honori addere, quantum vestro detrahere judicarer: quum illæ non solum honorem vestrum amplificare, sed etiam immortalem vobis gloriam comparare possint. Hujus autem comparandæ studium præ quovis alio principes decere, jam olim Ptolemæo regi cecinit Syracusanus poeta, his versibus, (quantum quidem Musa mea Latina Græcam assequi potest)

—quid enim mage principe dignum,
Quam decus immortale sibique suisque parare?
Hoc manet Atridis salvum: caligine contra
Nunc adoperta latent (nullus datur unde regressus)
Quæcunque obtigerant Priami populantibus urbem.

Ubi quod de Atridis canit, nihil aliud illis quam decus immortale salvum manere, idem de reliquis omnibus heroibus, (ut alios innumeros fortes viros omittam) ac nominatim de Achille, canere poterat: cujus ad tumulum quum Alexander astitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuæ virtutis Homerum præconem inveneris. At vos in academiis vestris non solum certum vestrarum laudum præconium repositum habetis, sed etiam in illis, non secus ac patres in liberis, vobisipsis quodammodo superstites esse potestis: quandoquidem tanta vicissim in earum alumnos liberalitas ac munificentia vestra extitit, ut vobis, secundum deum, omnia debere dici possint. Ubi vero insigniorem et principibus convenientiorem liberalitatis materiam invenietis quam iis in locis quæ (ut M. Tullius domum Isocratis, officinam eloquentiæ vocavit) omnium liberalium artium velut officinæ quædam sunt? quæ literariis rebuspublicis seminaria esse dici possunt? quæ denique ceteris ditionum vestrarum locis non aliter quam animæ corporibus inclusæ videri queunt? Cyrum minorem narrat Xenophon, quum Lysander Lacedæmonius ad eum venisset Sardis, eique dona a sociis attulisset, et ceteris in rebus comem erga illum atque humanum fuisse, et ei quendam conseptum agrum ac diligenter consitum ostendisse. Lysandrum autem, admirantem proceritates arborum, et directos in quincuncem ordines, et humum subactam atque puram, et suavitatem odorum qui afflarentur e floribus: dixisse, mirari se solertiam ejus a quo illa dimensa et descripta essent. Cyrum autem ei respondisse, Atqui ego ista sum omnia dimensus: mei sunt ordines, mea descriptio: multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Quanto major et principe dignior gaudii materia est, posse de eloquentibus et sapientibus viris dicere, Hos academia mea jam inde a pueritia, tanquam teneras plantas, educavit et excoluit: hos formavit, hos omnibus quibus excellunt artibus instituit atque perpolivit. Athenæ ob literarum studia, quæ ibi florebant, Græcia Græciæ dictæ fuerunt: quidni et vos aliquam Germaniam Germaniæ, Galliam Galliæ, Angliam Angliæ habere dicemini? Ex Isocratis ludo, tanquam ex equo Trojano, innumeri principes exiere: nimirum qui in dicendo et scribendo principes extiterunt: quid? nonne itidem ex eorum scholis qui academiis vestris præsunt, prodire solent ii quos a consiliis ad latus semper habetis, aut legatos in exteras regiones mittitis? nonne inde prodeunt et illi qui velut vicariam in soliis vestris sedem obtinent, sive jus tanquam ex ore vestro dicant, sive alia in urbibus, quarum gubernacula illis commisistis, administrent?

Neque tamen academiæ eos tantum homines vobis suppeditant qui domi, sed eos etiam qui belli præclaram vobis operam navaturi sint. Longe enim falluntur qui Musarum cultoribus non posse martia pectora inesse, et ipsi persuasum habent, et aliis persuadere conantur. Literas quidem certe inter arma silere, (sicut de legibus dictum fuit) minimeque gratam inter illa sedem aliud literarum genus quam poeticam Tyrtæi alicujus tubam, habere fateor: sed tantum abest ut eundem et literarum et armorum laude posse excellere negem, ut contra, quemadmodum Græci vulgari senario eos qui literas didicerant duplo oculatiores esse aiebant quam ceteros, ita ego imperatores literarum peritos duplicem quendam artis imperatoriæ usum habere contendam. Etenim si Agamemnon merito decem Nestores, non decem Ajaces sibi optabat, idemque et vos in bellicis vestris rebus optare debetis: nonne ex quatuor quibus imperatorium munus demandare voletis, si duo literati

sint, duo illiterati, (ceteris alioqui in rebus pares) illorum magis quam horum prudentiæ confidendum vobis existimabitis? Monumenta historicorum evolvant qui fortitudinem cum doctrina copulari posse non putant: et ex illis discant quales viri apud Græcos fuerint (ut alios quamplurimos silentio prætercam) Pericles, Themistocles, Epaminondas, Agesilaus, Philolaus, Xenophon: quales viri apud Romanos, duo fulmina belli Scipiadæ, C. Lælius, L. Furius, Fab. Maximus, M. Crassus, uterque Cato: quales innumeri alii. Vel unius certe Luculli exemplum eos qui in illa opinione sunt, magnam literis injuriam facere ostendit. Is enim tantus imperator in omni genere belli erat, prœliis, oppugnationibus, navalibus pugnis, totiusque belli instrumentis et apparatu, ut Mithridates, rex post Alexandrum maximus, hunc a se majorem ducem cognitum quam quenquam eorum quos legisset, fateretur: et tamen cum omni literarum generi, tum philosophiæ ita deditus erat, ut in bello etiam et sub ipsis pellibus aliquid temporis illis impertiretur. Verum quid externis exemplis opus est, quum vestræ Germaniæ, Galliæ, Angliæ, suos itidem Pericles, suos Agesilaos, suos Scipiones, id est, homines et armorum et literarum simul laude præstantes, et habuerint jam olim, et nunc quoque habeant? Unde vero illi doctrinam nisi ex academiis vestris hauserunt? Quemadmodum igitur dicebat ille,

Sint Mæcenates, non deerunt Flacce Marones:

ita certe quo plures vobis similes, nimirum sui itidem amatores atque fautores, academiæ habebunt, eo fœcundiores talium hominum esse poterunt.

Hæc autem quum ita sint, et quum academiis quas illis de causis caras vel potius carissimas habetis, gratificari modis omnibus cupiatis, gratiam me a tua S. C. M. et vestris tum RR. MM. tum AA. DD. initurum putavi, si munus offerrem quo illas, non secus ac patres filias, munerari vicissim possetis: et quod illis non solum utilitas, quam ex eo percepturas spero longe maximam, sed et ipsæ manus vestræ (quæ alio etiam omni munificentiæ genere demereri jampridem earum amorem cœperunt) commendarent. Deus opt. max. huic meo Thesauro omnes suæ erga vos beneficentiæ thesauros comites addat.

IISDEM DE HOC THESAURO.

Hic thesaurus, hic est, tua quem Germania, Cæsar,
Hic quem, Carle, optat multis tua Gallia votis,
Hic est, Elisabeth, tua quem sitit Anglia dudum.
Hic illis thesauro Arabum pretiosior omni,
Pactoli auriferis fuerit mage carus arenis,
Gratior eoo venientibus æquore gemmis.
Germanos ergo hic Gallosque beabit, et Anglos:
At me, cujus opes tandem consumsit opimas,
Vestrum est (sic vobis sint regna beata) beare.

DE EODEM.

Insperata alios thesauros lucra videmus
Ferre repertori: tristemque repente fugari
Pauperiem, vilemque casam mutarier arce.
At me contra inopem meus hic ex divite fecit
Thesaurus, gazasque omnes exhausit avitas.
Si tamen hic animum vestrum pectusque benignum
Conciliare mihi (quod ait se posse) valebit,
Tum vero haud aliter quam quondam Pelias hasta,
Fecerit id vulnus, factoque medebitur idem.

CATALOGUS AUCTORUM GRÆCORUM,

EX QUORUM SCRIPTIS VOCABULA ET LOQUENDI GENERA, EORUM ITEM UNDE EXPOSITIONES VOCABULORUM AUT LOQUENDI GENERUM PETITÆ SUNT IN HOC THESAURO GRÆCÆ LINGUÆ.

INDICATUR AUTEM IN QUIBUSDAM, ETIAM EX QUA EDITIONE SINT, IN IIS VIDELICET QUORUM LOCIS NONNUNQUAM PAGINÆ NUMERUS: IN POETIS AUTEM, VERSUS NUMERUS INTERDUM ADSCRIBITUR.

POETÆ,

Homerus,
Hesiodus,
Orpheus,
Callimachus,
Aratus,
Nicander,
Theocritus,
Moschus,
Bion, *Ex edi-*
Dionys. Alex. *tione*
Coluthus, *Henr.*
Tryphiodorus, *Steph.*
Musæus,
Theognis,
Phocylides,
Pythagoræ aurea carmina,
Epigrammata Græca,
Apoll. Rhodius,
Oppianus, *Ald.*
Nonnus,
Aristophanes,
Æschylus, *Henr.*
Sophocles, *Steph.*
Euripides, *Ald.*
Lycophron,
Pindarus, et ceterorum lyricorum fragmenta. *Henr. Steph.*

HISTORICI,

Herodotus, *Ald.*
Thucydides,
Xenophon,
Diodorus Sicul.
Dionysius Halicarnasseus, *Henr. Steph.*
Dion, *et Rob.*
Appianus, *Steph.*
Herodianus,
Polybius, *Germ. ann.* 1530.
Arrianus, *Germ.*
Strabo, *Ald.*
Pausanias,
Philostratus, *Ald.*
Plutarchus,
nisi numero pag. adjungantur hæc verba, Meæ editionis.
Athenæus, *Ald.*
Ælianus, *Rom.*
Diog. Laertius. *Germ.*

ORATORES,

Isocrates,
Demosthenes,
Æschines,
Demades,
Lysias,
Antiphon,
Andocides,
Isæus, *Ald.*
Dinarchus,
Lycurgus,
Gorgias,
Lesbonax,
Herodes,
Alcidamas,
Antisthenes,
Aristides, *Flor.*
Lucianus, *Ald.* Sunt tamen hujus et historica quædam scripta.

RHETORES, seu Sophistæ,

Aphthonius,
Theon,
Libanius.

PHILOSOPHI,

Plato,
Aristoteles, *Ald.*
Themistius,
Epictetus,
Philo,
Porphyrius,
Iamblichus,
Proclus.

II EX QUORUM epistolis aliqui proferuntur loci,

Heraclitus,
Democritus,
Hippocrates,
Euripides,
Isocrates,
Æschines,
Demosthenes,
Plato,
Aristoteles,
Chion,
Diogenes,
Crates,
Anacharsis,
Lysis,
Musonius,
Apollonius Tyaneus,
Philostratus,
Alciphron,
Ælianus,
Theophylactus,
Procopius,
Phalaris,
Brutus,
Synesius,
Basilius,
Gregorius Nazianzenus,
Libanius,
Julianus imp.

JURISCONSULTI, aut scripta ad jurisprudentiam pertinentia,

Pandectæ juris Græcæ,
Justiniani novellæ,
Theophili interpretatio Institut. Just.
Harmenopulus.

MEDICI,

Hippocrates,
Dioscorides,
Theophrastus,
Galenus,
Oribasius,
Paulus Ægineta,
Aetius,
Alexander Aphrodisiauus,
Alexander Trallianus,
Hippiatriæ auctores.

GRAMMATICI AUT qui ad grammaticam pertinentia scripserunt, Scholiastæ et Lexicographi,

Julius Pollux,
Harpocration,
Hesychius,
Suidas,
Etymologus, qui Etymologicus vulgo,
Ammonius,
Joannes grammaticus,
Thomas Magister,
Phrynichus,
Moschopulus,
Theodorus Gaza,
Eustathius schol. Hom. *Rom.*
Didymus, qui putatur auctor brevium in Homerum scholiorum,
Scholiastæ, seu enarratores: Hesiodi, Arati, Apollonii Rhodii, Nicandri, Callimachi, Æschyli, Sophoclis, Euripidis, Aristophanis, Pindari, Demosthenis, Thucydidis, Dionysii Areopagitæ.

Nondum autem editi libri, sunt hi, Xenophontis Ephesii historia, Charitonis historia, Statii historia, Eustathii historia, Longi Pœmenica, Juliani imperatoris varia opuscula, Sextus philosophus, Scholia in Oppianum, Lexica duo Græca: item Lexica vetera Latino-græca, et Græco-latina, quæ recentiores Glossaria vocarunt.

SACRA SCRIPTA, aut qui scripserunt quæ ad ea pertinent,

Testamentum vetus, ex interpr. ea quæ LXX. interpretum vocatur,
Testamentum novum,
Canones conciliorum,
Josephus,
Justinus martyr, *Rob. Steph.*
Dionysius Areopagita,
Basilius Magnus,
Gregorius Nazianzenus, *Ald.*
Gregorius Nyssenus,
Chrysostomus, *Ver.*
Damascenus, *Ver.*
Clemens Alexandr. *Flor.*
Eusebius,
Theodoritus,
Socrates scholasticus, *Rob. Steph.*
Sozomenus,
Euagrius,
Œcumen. Arethas. *Ver.*

IN THESAUROS LINGUÆ GR. ET LATINÆ.

Ausonias quondam Musas Robertus egentes
Excepit grato providus hospitio:
At nunc Henricus, patris vestigia sectans,
Errantes Graias excipit hospitio.
Illæ autem memores accepti muneris, ecce
Æternas Stephanis constituere domos.
Vos æternum igitur Stephani nunc vivite: namque
Æternum præstant vivere Pierides.
Et vos cum Stephanis æterno fœdere pactæ
Et Graiæ et Latiæ vivite Pierides.
Tu quoque musarum cultrix, Musis Stephanisque
Communes colito sedula turba domos.

IN THESAURUM LINGUÆ GRÆCÆ.

Eruit ille Argos Agamemnoniasque Mycenas
Romanus Trojæ Mummius ultus avos.
Quinetiam longum Romanis fracta tyrannis
Græcia, mox Turcæ est dilaniata cani.
Sic periit Sparte, sic vos periistis Athenæ:
Sic nihil infelix Hellados Hellas habes.
Quorsum ergo novus hic populator tertius, (inquis)
Quæ solæ superant qui rapit unus opes?
Immo o te tandem isto prædatore beatam,
Quas sparsere alii qui legit unus opes.
O te, inquam, Henrico Hellas prædatore beatam:
Nam te eadem ditat quæ populata manus.

IN EUNDEM.

Quid Graiis inhias spoliis nunc barbare miles?
En Graias Gallus congerit unus opes.
Immo istas Gallus quas veras somniat (inquis)
Possideat, reliquas dum mihi linquat opes.

ROBERTO STEPH. ET HENRICO ROBERTI filio, illi quidem, Latinarum, isti vero, Græcarum Musarum fautori et alumno, TH. B. V. dicavit.

SCIPIONIS CARTEROMACHI PISTORIENSIS

ORATIO DE LAUDIBUS LITERARUM GRÆCARUM.

SCIPIO CARTEROMACHUS DANIELI RENERIO,

PATRICIO VENETO, SALUTEM.

ORATIONEM nostram de laudibus Græcarum literarum, multorum petitionibus et quasi conviciis efflagitatam, sub tuis auspiciis publicamus, Daniel Reneri. Non modo enim singularis humanitas tua benevolentiaque erga nos id facere nos cogit, sed et Græcæ quoque linguæ tanta experientia, ut me ego, quoties de his rebus una (ut fit) confabulati sumus, adjutum abs te in ea maxime senserim. Ergo tu quum eam a nobis habitam vulgo passimque commendaris: editioni quoque plus fortasse justo fidere nos effecisti. Sumus enim nescio quo pacto persuasi, quod tu laudaris, id a nemine iri improbatum. Quod sive succedet, tibi laudem omnem debebimus: sive erunt quibus ea re minus sit satisfactum, tuum erit vel tueri nos, vel emendare: utrumque autem nobis optatissimum, ac voto proximum: nam et patrocinium tuum meritum videri, amplissimum et morum et doctrinæ testimonium censeri poterit: ac limam tuam subire, nil aliud erit quam accipere τὸν κολοφῶνα τοῦ λόγου, καὶ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς ψῆφον. *Vale.*

QUUM varia multipliciaque sint, viri studiosissimi, quæ apud diversos homines bona honestaque existimantur, pro cujusque commodo aut naturæ convenientia: illud profecto optimum videri debet quod consensu omnium, aut certe probatissimorum, utilissimum humano generi natura edidit. Quod enim beneficia summa omnibus contulit, confertque quotidie, id non esse optimum, dici non potest: metitur enim bonitatem beneficentia. Disciplinis autem a diis immortalibus nihil utilius datum esse homini, tam nemini dubium esse video quam nihil animo ipso divinius: cujus illæ sunt possessiones ac facultates. Neque vero obscura sunt aut ignota earum beneficia hominibus: quum et audiant ea quotidie, et videant, atque omnibus pene modis experiantur. Quod si disciplinæ utilissimæ, quantæ id dignitatis esse censendum est cujus hæ potissimum beneficio manarint in lucem? certe maximæ, et cui nihil anteponi vel possit, vel debeat. Id autem esse Græcam præcipue linguam, quum egregios in quavis disciplina viros, non credidisse modo sed et tradidisse, vel legerim vel audierim: ipse quoque facile me in eandem sententiam adduci patior. Cujus rei vos certe judices

in præsentia facio, qui quum ejusmodi ornamentis insigniti omnes atque honestati prodeatis, Græca quoque vel in vobis ipsis admiramini, vel in aliis studio prosequimini. Existimo autem quicquid laudis universis simul conveniat disciplinis, id omne Græcæ linguæ meritis non injuria adscribi oportere. Quod quam verum sit mox audietis. Jam enim huc Græcæ linguæ laudes exploraturi accessimus, quantumque ex ea manarit utilitatis humano generi: quanquam ea Latinis præsertim hominibus contulerit semper, conferreque possit in dies magis uti volentibus.

Igitur Græca lingua (si Græcorum scriptorum sua prodentium fidem sequimur) vetustissima nobilissimaque est. Quippe quæ non aliunde traxerit initium, sed apud suos homines veluti naturali quodam ortu prodierit in lucem, atque majoribus assidue incrementis inoleverit. Nam quum Athenienses, quorum purior atque elegantior sermo est, αὐτόχθονας (hoc est indigenas, ipsosque suæ terræ perpetuos incolas propriosque cultores) dici conveniat inter scriptores, quis non videt linguam quoque ipsam non minus αὐτόχθονα dici debere? Sermo enim a natura homini datus, certam hominis ætatem necessario consequitur: nisi quid impediat: non enim possunt non loqui homines, expeditis præsertim locutionis vocalibus instrumentis: at quanam alia quæso lingua usos credamus eos qui non aliunde migrarint, nisi ea quæ ipsos semper comitata sit? Quapropter hoc plus ceteris nobilitatis Græca lingua sortita esse videtur, quod aliæ, hominum inventa proculdubio sunt: hæc, naturalis quodammodo existimari potest: quandoquidem in eam primi illi homines nulla arte nullaque industria, sed naturali quodam instinctu ducti fuerint. Cur enim ea potius verba in mentem venerint illis hominibus nullius adhuc rei gnaris, quam alia? Quippe natura ipsa omnium rerum provida, ea voluit lingua instituere illos homines quæ ad sui postea indagationem atque expressionem plus aliquid ceteris collatura esset humano generi. Quod non fefellit: tanto enim Græca lingua ceteras omnes antecellere videtur in tradenda rerum cognitione, quanto homo aliquis omnium rerum peritissimus, atque ingenio perspicacissimo ac prope divino, hominem alium mediocris literaturæ, tenuissimique a natura ingenii, antecedit. Non modo enim disciplinas omnes quotquot unquam fuerunt, et melius et copiosius Græca ipsa et perlustravit et tradidit, sed et si alio sermone hæc exprimere aut efferre nitare, plurimum necessariæ lucis ac prope veritatis ipsius abstuleris. Ideoque veluti mancum merito credi potest quicquid aliis literis scriptum legatur: si cum eo conferatur quod a Græcis proditum sit. Nec id hominum tantum causa evenire dixeris, qui non eam vel curam, vel diligentiam adhibuerint in perquirendis rebus aut tradendis, quam Græci homines. Nam id quoque vere dicitur: (quid enim intentatum illis? ut Plinius inquit) sed ipse quoque ceterorum sermo non eam patitur expressionem quam Græcus: atque adeo ut plus naturam efficere quam verbis monstrari possit, in aliis quidem locutionibus non procul absit a vero: in Græca autem tantum abest ut vere dicatur, ut melius etiam aliquanto atque significantius nonnulla ante oculos ponat, quam natura ipsa moliatur. Id autem Latini interim sermonis argumento intelligere licet: qui quum elegantissimus et sit et habeatur, a Græco tamen longe superatur. Divus quippe Hieronymus, Proprietatem (inquit) Græcam Latinus sermo non exprimit. Quintilianus, Videtur mihi sermo ipse Romanus non recipere illam solis concessam Atticis venerem. Gellius, Adjeci (inquit) sæpe animum ad vocabula rerum non paucissima, quæ neque singulis verbis ut a Græcis, neque si maxime pluribus eas res verbis dicamus, tam dilucide tamque apte demonstrari Latina oratione possunt quam Græci ea dicunt privis vocibus. Et paulo post, Sed hujus, inquam, tui erroris culpam esse intelligo in mea scilicet infacundia, qui ne pluribus quidem verbis potuerim non obscurissime dicere quod a Græcis rectissime uno verbo et planissime dicitur. Cicero, quum Aristippi illud amico scriberet, Habeo, non habeor a Laide: Græce, inquit, id melius. Lucretius multa se Græce dicere affirmat propter egestatem linguæ, et rerum novitatem. Quod si Latinitas Græcitatem, ut sic dixerim, usquequaque referre non potest, cui conjunctissima est, ac prope germana: quid alias linguas existimemus, quibuscum nullum est illi commercium, nulla affinitas: sed (quod dici solet) diametro inter se distant? At habent et illæ suum fortasse nitorem, suam elegantiam. Equidem non negaverim inesse aliquid singulis propriæ venustatis. Neque enim verisimile est ingenii cujusvis homines nullam omnino curam proprii suscepisse sermonis. Quin potius, quemadmodum colendorum agrorum apud omnes pro loci ac cœli qualitate usus est, sed aliis asperius solum, ac natura ipsa horridius multum veri cultus respuit ac negligit: aliis contra mitius ac placidius omnem admittit curam, omnemque industriam: sic quævis locutio splendoris quidem aliquid in se retinet: sed ceteris multa negata sunt, Græca omnia una complexa est, atque eousque ut quæ apud omnes alias peculiaria nativaque sunt, ipsa quoque reddat non minus eleganter quam apud illas ipsas habeantur: nulla autem vim ejus penitissimam possit exprimere. Quo fit ut nostri, quoties aliquid efferre cogitant, quo nil venustius, nil elegantius intelligi velint, Atticos lepores, Atticos sales, Atticam venerem, Atticam eloquentiam, aut Atticum demum aliquid id esse dicant. Quamobrem quod de Platone inquit Cicero, Jovem, si loqui velit, non aliter locuturum quam scripserit Plato: si idem aut simile quiddam de Græca lingua pronuntiemus, non absurde dicturos nos arbitror, naturam, si loqui velit, non aliter quam Græce locuturam. Quod et re ipsa comprobavit, sua siquidem mysteria omnibus sane hominibus in medio proposuit perquirenda, ut cuivis in ejus arcanis liceret ingenium exercere: at perfectam de iis ipsis atque absolutam tradere cognitionem, Græcis procul dubio solis concessisse et quasi divinitus reservasse videtur. Itaque soleo mecum ipse quosdam ex Græcis ridere nonnunquam, qui adeo sibi invidere videantur ut quicquid in disciplinis Græci profecerint, id aliorum inventis totum tribuere conentur. Quid enim (quæso) sunt aliorum inventa nisi minuta quædam et pusilla, quæ casu magis quam ratione habita jure existimes? ut liceat in his poetica illa uti sententia, τύχη τέχνην ἔτικτεν, id est, fortuna artem peperit. At vero quæ a Græcis et comperta sunt et tradita, non tam homines explorasse aut retulisse credas, quam naturam ipsam de se singula prodidisse: atque adeo ut in ceterorum scriptis illorum ipsorum hominum sermo sit, in Græcis natura ipsa, quod dixi, loqui videatur.

Quod si aut tempus aut locus pateretur singulas nos vel scientias prosequi, vel artes, ut quæ a Græcis et inventa in his et tradita sunt, cum ceterorum omnium quos scimus traditionibus conferremus: profecto nemo vestrum (ut arbitror) relinqueretur qui non tantum Græca a ceteris distare magnitudine fateretur quantum elephantem a culice. Quid enim (ut alia omittam) philosophia ipsa, omnium scientiarum parens ac domina, adjumenti unquam habuit ab alio genere quam a Græcis? tantum enim abest ut quicquam ceteri contulerint philosophiæ, ut si qui etiam e barbaris ejus aliquando studio incensi fuerint, ad Græcos migrarint: atque iidem siquid ex philosophia posteris relinquere voluerint, id non sua magis quam Græca lingua efferre dignum judicarint: non tam remunerandi gratia (ut existimo) eam linguam cui acceptum referrent quicquid scirent, quam quod aut insolens aut impossibile videretur, vel disci vel tradi recte philosophiam alio quam Græco sermone. Hinc Toxaris atque Anacharsis e Scythia Athenas philosophandi studio se contulerunt: Chion e Ponto. Cujus, et superioris Anacharsidis, extant Græcæ quoque epistolæ perquam elegantes, nec minus præceptis refertæ. Phavorinus vero e Gallia, non modo plurima Græce in philosophia conscripsit, sed et Romæ quoque, ubi vixit, multa sæpe Græce disputavit: quemadmodum Gellius ex nostris, ex Græcis Philostratus, auctores sunt.

Philon Judæus non Hebraice magis quam Græce philosophiam illustrare conatus est. Musonius autem omnium Stoicorum Neronis tempestate celeberrimus quum e Vulsinio esset, Romæ proxima urbe, Græcis potius scriptis quam Latinis monumentis philosophiam augere voluit. Prætereo quot Syri, quot Ægyptii, quot Thraces philosophiæ mysteria Græce scripserint: Orpheum, Musæum, qui tametsi inter poetas connumerantur, attamen possunt et philosophiæ adscribi, quum vetus illa theologia nonnisi carminibus texeretur. Sed quid opus est alios connumerare? quum Aristotelem, ipsum philosophiæ magistrum, Thracia nobis tulerit, Græcia excoluerit. Cujus celebriores quoque expositores non Græci, Græce eum interpretati sunt: Porphyrius e Phœnicia, Iamblichus e Syria, Ammonius et Philoponus ex Ægypto, Simplicius e Phrygia. Quin et in aliis quoque artibus multi multa Græce scripserunt, non Græci: de grammatica, exactissime Apollonius et Herodianus, Ægyptii: de musica atque astrologia, Ptolemæus itidem: arithmeticam Nicomachus et Iamblichus, Syri: et geometriæ nonnihil. Dialecticæ quoque ante Aristotelem ab Archyta Tarentino scriptum aliquid legimus. Neque id nunc dico, non posse homines aliter philosophari quam Græce: sed quicquid ceteri philosophati fuerint, aut inchoatum quiddam aut non absolutum consistere, sed quod extremam et quasi Apelleam manum desideret. At dicet aliquis, Pythagoram, Platonem, atque alios philosophandi studio in Ægyptum se contulisse. Ego vero non negaverim aliquid inde in Græciam retulisse hos viros, ex iis præsertim quæ ad divinitatem pertinent, quæ ab Hebræis multo ante in Ægyptum pulsis manasse verisimile est. Nam et legisse Platonem Hebraica scripta, et lecta imitatum fuisse, auctor est Eusebius, atque ea in Græcam linguam tralata: quando et Trismegistum, qui omnem pene veritatem (ut ait Lactantius) nescio quo modo investigavit, Græce scripsisse videmus. Hebraicam tamen veritatem interim excipio: nam de humanis rebus atque artibus agimus, non de divinis inventis: quanquam hæc quoque postea a Græcis potissimum explicata sunt, quum ratio propagandæ veritatis jam non refragabatur. Quid quod et Indos philosophos Græcæ linguæ ignaros non fuisse scribit Philostratus, et cum Tyanensi Apollonio Græce nonnunquam fuisse locutos?

Atque hæc de Græca lingua, quantum vel nobilitate, vel usu ceteras antecellat, dicta sufficiant: nunc quantum Latino sermoni adjumenti præstet, dicemus. Nam aliæ profecto locutiones sciri sine Græca lingua parum recte possunt: ut vero optime loquantur, nihil impedit. At Latinus sermo ne loqui quidem potest exacte sine Græcæ linguæ cognitione: tantum vel cognationis vel conjunctionis cum illa sortita est hæc nostra, ut esse fortasse possit sine illa, bene autem esse non possit. Quemadmodum homo sine virtute ut sit, nihil prohibet: ut vero bene sit, fieri non potest, si virtus non adsit. Quare quid aliud esse dicemus Græcam linguam, si ad Latinam referatur, quam ejus virtutem, ex qua sua illi felicitas comparetur? Quod si Ovidianum illud sub ejus persona prætulerimus, non ab re fortasse dixerimus,

Ergo ego sum virtus, ego sum tibi nobile regnum.

Minime autem indignari debet sermo Latinus quod e Græco manarit, sed gloriari potius: nam quod ab optimo auctore initium sui traxerit, fieri non potest quin sit et ipsum optimum, atque illi proximum. Non potest ergo non esse cuivis rei accommodatissimus Latinus sermo, qui e Græco processerit: ac mihi sane videtur, quum utrumque considero, nihil aliud esse Latinus sermo quam Græci exemplum atque imago: ut quicquid in illo sit, in hoc quoque eniteat. Principio enim si elementa, ac literas, earum inter se contextum intueare, eandem in utrisque inveneris rationem: si verba ac voces, eodem modo significare, eodemque modo necti ac construi, ac pene vim habere eandem. Ideoque siqua etiamnum innovanda nobis ac fingenda sint, ita demum habitura fidem dixit Horatius, si Græco fonte cadant. Nam et multa nos a Græcis accepta transpositis literis nostra fecimus. *μορφὰν* illi Dorica lingua dicunt, nos formam: illi *ἅρπαξ*, nos *rapax*: multa immutatis, *φὼρ*, *fur*: *νὺξ*, *nox*: multa additis, *ἓξ*, *sex*: *ἕρπυλλον*, *serpyllum*: multa eadem permansere. Infinitum esset omnia persequi, ut dictionum eadem ratio, ut nominum ac verborum inflexio, ut præpositionum, adverbiorum, conjunctionum eadem observatio: sed minutiora hæc quam ut in præsentia examinanda sint, et a nostris grammaticis abunde tractata. Orationis vero compositio ita pendet e Græco, ut quæcunque a Græcis tradita sint in ratione dicendi, eadem a Latinis et serventur et servari jubeantur: nam et quas dicunt sententiarum et quas orationis figuras, in usu a Latinis non minus receptæ sunt quam a Græcis, et earum nomina aut Græca adhuc usurpantur, aut Græcorum imitatione significantur, vim quoque rei appellatione ipsa exprimentia: quam qui non vident, rem quoque ipsam non diligenter animadvertunt. Neque vero casu evenisse dixeris tantam hanc convenientiam, sed industria, sed providentia: quare nonnisi Græca lingua duce procedere Latinam posse, verissime affirmari potest. Quemadmodum enim, si principium rei atque origo nesciatur, sciri ea res non satis recte potest: ita Latina lingua, si Græca ignoretur, ut bene teneatur, non fit verisimile.

Quod si te ad disciplinas artesque contuleris, ac rerum cognitionem sectari volueris: jam vero hic quam pene nihil effeceris, si te Græcis privaris? Omitto enim grammaticam, quæ, ut multa habet propria peculiariaque in unoquoque loquendi genere, sic multa etiam retinet Græcæ Latinæque linguæ ita communia ut quod de altera tradatur, alteri non minus conveniat: quare Græcis quoque niti auctoribus ad nostrum loquendi usum non renuere nostri. At vero Dialectica tam potest sine Græcis literis incolumis sciri quam sine Aristotele; nisi forte a recentioribus vel nosci vel tradi melius existimemus: aut iis libris perdisci posse qui ex Aristotele tralati habeantur: quos si aspiciat ipse, non recognoscat, sed (quod de aquila dici solet, pullos nacta non legitimos) rejiciat, ac nolit pro suis: quippe qui Aristotelici solis radios non ferant. Possem hoc loco afferre singula quoque vocabula quibus utuntur dialectici, quæ aut Græca habeantur, aut Græcorum imitatione sint facta: quorum etiam nonnulla male a recentioribus accipiuntur: in his enim Græca ratio sequenda est: quam qui ignorant, sæpe falluntur. Quam multa autem sunt apud ipsum Aristotelem, quæ aut Latine transferri optime nequeunt, aut, si transferantur, sensum ipsum Græcum non usquequaque reddant? Quod ea de causa dictum velim, quod nonnulli existimant, si legant Aristotelicas quascunque tralationes, statim se sententiam tenere philosophi. Quæ res plerosque fallit, et quidem non indoctos: quum et qui transferunt, plerumque ipsi hallucinentur, atque aliud pro alio reddant: et qui legunt, aliter plerumque accipiant quam ab eo dicantur. Tam igitur Aristoteles sine Græcis literis intelligi optime potest, quam sine se. Quomodo enim vim saltem ipsam Aristotelicæ locutionis intelligent, quam ille adeo elaboravit ut aditum eo pacto suæ philosophiæ præcluserit socordibus atque inertibus ingeniis? Quanquam sunt qui hæc sane non magni faciant, immo vero et contemnant: qui et dialecticæ usum longe melius teneri hac nostra tempestate affirmant quam Aristoteles ipse calluerit. Quæ res vellem equidem, pro mea in nostros viros benevolentia, tam vere quam animose diceretur. Sed nos hæc aliorum judicio relinquimus: ne, quod Græce dicitur, *ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδῶμεν*: neve, dum alios arrogantiæ fortasse arguimus, ipsi arrogantiores reperiamur, qui supra crepidam judicare audeamus.

Transeo igitur ad poeticam, cujus et inventio et usus, ita totus Græcorum est, ut quod de furore ait Plato, inanem esse hominis conatum qui sine furoris ea quam vult specie ad poeticas fores accesserit, de ignaro Græ-

carum literarum dici possit, incassum scilicet eum laborare: nunquam enim ingressurum musarum penetralia. Nam, ut omittam principem omnium Homerum,

——— *a quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis:

ut alios Græcos poetas, qui quasi viam stravere posteris ad quodvis poematis genus: nonne fabulæ ac figmenta ipsa poetica, quibus tota vis atque universa pene constat poesis, ita Græcorum propria sunt, ut vel ab illis sint accipienda, vel illorum more confingenda? Quod si qua etiam a nostris conscripta extant, ea aut e Græcis pendent, aut manca sunt, et ad Græcos nihilominus referenda. Quin et figuræ ipsæ verborum, et quos tropos appellant, tralationes, comparationes, similitudines, (quæ quasi condimenta sunt totius poeticæ compositionis) vel a Græcis mutuanda sunt, vel illorum imitatione tractanda. Ideoque inquit Horatius,

——— *vos exemplaria Græca*
Nocturna versate manu, versate diurna.

Inventio quoque ita Græcorum pene peculiaris est, ut nostri, quotiens aliquid acutius aut elegantius afferre volunt, id totum a Græcis transferant, integris sententiis verbisque servatis. Quid quod et nomina ipsa vel locorum vel hominum, quibus in poesi nonnunquam uti cogare, Græca sunt magna ex parte? In quibus, si Græcam originem ignores, plerumque fallare necesse est. Quod non modo nostræ tempestatis hominibus contigit, alioqui non indoctis: sed et vetustiorum nonnullis, ut Sidonio, Prudentio, Aratori, Juvenco: qui Græcorum nominum quantitate sæpe sunt abusi. Carminum insuper, numerorum pedumque genera, Græcam habent et originem et appellationem: quæ tametsi a nostris quoque tradantur, attamen a Græcis et copiosius explicantur, et melius intelliguntur. Rursus verborum ac rerum copia a Græcis tota sumenda est: quibus (ut ait Martialis) nihil est negatum: siqua enim sit apud nos dictionum compositio facienda, aut vocabulum innovandum, sequenda est Græca figuratio: ac, si qua in syllabarum quantitate licentia uti velis, nisi Græcam adhibeas observationem, non probabere, sed aut argutule aut imperite fecisse videbere. Itaque non immerito Aristophanes nugas ac deliramenta ceteras omnes nationes existimari voluit in judicandis poetis, exceptis Atheniensibus: quos et natura sapientissimos appellavit. Nec injuria Minervam iidem totam sibi vendicant, quum et ceteri dii, qui aut poeticæ aut eloquentiæ numina esse creduntur, Græcis et ipsi adscribantur: nam (ut inquit Horatius)

Graiis ingenium, Graiis dedit ore rotundo
Musa loqui.

Ac de poetica quoque hactenus.

At (puto) orator evadet quis egregius sine Græcis literis, Cicerone duce. Negari profecto non potest, Marcum Tullium, veluti normam esse dicendi in sermone nostro, si tota teneatur in eo vis atque universa dicendi ratio: sed id qui fieri potest sine Græcis literis? Quemadmodum enim in disciplinis, qui ante Aristotelem philosophi mathematicive claruere, usos esse nonnunquam demonstrandi figuris, sunt qui scribant, sed demonstrationem omnino ignorasse: eodem modo potest et quis sine Græcis literis loqui fortasse ex arte aliquid, sed id ut se facere sentiat, aut quomodo fiat ut sciat, vix credi potest. Vis enim ipsa dicendi tota pendet e Græco tanquam e sui auctore. Huc accedit, quod quæ de arte a nostris traduntur, aut confusa sunt et involuta, aut parum idonea ad explicanda singula quæ in orationis artificio latent: quæ vero a Græcis, anxia pene dixerim diligentia et observata sunt et perquisita: denique ceterarum artium aut scientiarum potest in alios quoque nonnihil redundare: at oratoriæ inventio atque usus totus Græcis debetur. Quod ne Virgilium quidem dissimulare potuisse palam est, quum inquit, *Orabunt causas alii melius.* Nulla enim verborum magis patitur ornatum quam Græca lingua: atque adeo ut non veritus sit pronunciare Aristides, aliorum omnium non barbarorum modo (ut ait) sed Græcorum quoque locutionem, si cum Atheniensium sermone comparetur, puerorum esse balbutientium vocem. Quod tametsi nimis magnifice dicitur, attamen non procul abest a vero. Idem enim de Attica venere dici potest, quod de Periclis elocutione scriptum reliquere tum Eupolis, tum Aristophanes: in ejus scilicet labris leporem ac persuasionis deam insedisse: atque in eorum mentibus qui audissent, quasi quosdam aculeos relinqui solitos: demum fulgere eum, tonareque, atque omnia permiscere. Demosthenes quoque Athenienses ipsos eo minus credi a ceteris queritur, quo paratiores sint ad dicendum quam ceteri. Hinc Cicero noster, tametsi tantus in eloquentia, se quidem conari, Demosthenem autem perficere: se velle, Demosthenem posse, ingenue professus est. Et Quintilianus Ciceronem a Demosthene quantus fuit, effectum scribit. Quo fit ut non falso Aristides dixerit Athenienses solos trophæum sibi erexisse, nullo sanguine, subactis omnibus gentibus oratione ac disciplinis: proindeque homines se suosque a diis immortalibus petere optareque ut Atheniensibus potissimum similes evadant doctrina atque ingeniorum cultu: qui cibus humani animi esse censetur: cujus inventio non minus Atheniensibus deberi creditur, quam frugum, quas illis primum largita Ceres dicitur. Nec mirum profecto videri debet si ex omnibus orbis partibus Athenas olim homines confluere soliti fuerint, discendi gratia: ut enim cetera animantia eo præcipue trahantur naturali impetu, ubi vesci atque impleri cibo maxime possint, ita et homines (qui aut animus tantum sunt, ut Platonici volunt: aut potissimum animus, ut Aristoteles) illuc sua sponte duci verisimillimum est, ubi largissima sit copia spiritalis cibi, ac vere divini: quem disciplinæ ipsæ suppeditant, quæ Athenis in primis claruere; indeque factum est ut nostri quoque poetæ doctas Athenas perpetua quasi appellatione vocitarint. Sed de oratoria satis.

Philosophiæ vero pars tantum naturalior recentioribus Latinis in usu semper est habita, quam Aristoteles diligentissime est persecutus. At divinior illa quæ Platoni adscribitur, et quam veteres quoque Romani admirati eousque sunt ut divinitatem quandam inesse ejus viri scriptis intellexerint quidem, explicare autem non ausi fuerint: ac secuti postea nostri Græcique theologi Christianæ religioni maxime convenire demonstrarunt: intacta hactenus jacuit nostris his philosophantibus, nunc vero a plerisque desideratur magis quam habeatur. Nam sine Græcis literis degustari fortasse potest, hauriri non potest.

At mathematicæ scientiæ tam possunt sine Græcis literis perfecte teneri, quam sine Græcis auctoribus: ejusmodi enim sunt quæ ab aliis traduntur, ut siquid modo vel paululum a Græcis diverterint, in profundum labantur erroris, unde educere sese postea atque explicare nequeant. Quemadmodum enim qui iter ingreditur, si semel excedere eum e via aut aberrare contigerit, quo longius processerit, non magis eo tendit quo vult, quam recedit inde, ac fugit: sic qui in disciplinis, præcipueque mathematicis, præscriptum semel ordinem liquerit, dediscenda discit. Satius enim est nescire aliquid prorsus, quam perverse scire: quum deterior longe sit dispositionis ignoratio, quam negationis, ut Aristotelice interim loquar. Quam autem fallantur qui mathematicas res sine Græcis literis, et illotis (ut aiunt) pedibus aggressi sunt, facile intelliget qui Campani expositiones in Euclidem cum Theonis editione ac Procli commentariis conferet diligentius: aut Euclidis ejusdem Perspectivam, atque opus aliud de Speculis, cum iis quæ Latine scripta sunt iisdem de rebus: aut mathematicas Aristotelis quæstiones in libris quos Problematum appellant: atque in omni philosophia rimentur quem-

admodum a Latinis intelligantur. Quod si Boetii quoque arithmeticam, tametsi diligentissimi Græceque doctissimi, ad Nicomachi præcepta, Iamblichi ac Philoponi commentaria referant accuratius, perspicient profecto quam Græca ipsa non modo exactiora, sed et veriora dicantur. De musica illud satis dictu fuerit, omnia instrumenta, sonos, proportiones, consonantias, nervos, Græcam habere appellationem. Prætereo Græcos musicæ scriptores, Euclidem, Aristoxenum, Nicomachum, Ptolemæum, Plutarchum, Briennium, Porphyrium, atque alios: quum apud nos unicus sit Boetius, exceptis divi Augustini paucis, et Macrobii, ac Marciani Capellæ nonnullis. Nam nostram hanc musicam a vetere illa jampridem descivisse, cum pluribus indiciis, ut credam compellor, tum Olympiodori quoque gravis philosophi testimonio maxime moveor, qui ceterarum disciplinarum, arithmeticæ, geometriæ, astronomiæ reliquias sua quoque tempestate servari scribit: de musica autem illum versum usurpavit,

Ἡμεῖς μὲν κλέος ἐσθλὸν ἀκούομεν, οὐδέ τι ἴδμεν.

id est,

Nos clarum audimus nomen, nihil inde tenemus:

quasi nihil sit reliquum veteris musicæ. In astronomia quoque multa mihi videntur esse apud Græcos quæ a Latinis desiderentur. Nam præter Ptolemæi scripta, et ea non nimium fortasse fideliter ad nos tralata, pauca sunt quæ ad veræ astronomiæ usum aditum præbeant. Quid enim simile apud nos habetur *τῶν Εὐκλείδου φαινομένων*, quæ veluti astronomiæ elementa traduntur a Græcis. Quin et Theodosii *σφαιρικὰ*, uti principia totius astronomiæ sumi debere, auctor est Philoponus: quippe quæ exactiora sint, et eandem obtineant rationem ad astronomiam quam geometria ad opticen, ad harmonicen arithmetica: siquidem *ἀυλότερα*, hoc est, immaterialiora, sint, ut scribit David, philosophus non incelebris. Theodosii autem *σφαιρικὰ* sequi dicit Philoponus Autolyci opus *περὶ τῆς κινουμένης σφαίρας*, hoc est, de sphæra quæ movetur: indeque postea principium sumere astronomiam, utpote minus exactis minusque certis demonstrationibus utentem quam ii faciant: quæ enim in Astronomia demonstreutur, summam extremamque certitudinem non polliceri dicit, sed quod proxime accedat. Umbrarum insuper ratio non abesse ab astronomiæ præceptis creditur: cujus rei a Græcis quoque traduntur demonstrationes: nec desunt qui de his scribant. Sed nos hæc aliis pensitanda relinquimus: satis enim habuimus innuisse.

Medicina vero eo magis indiget Græcis literis quo majus periculum affert ignoratio medicamenti, aut ægritudinis: quod evenire illis nonnunquam verisimile est qui Græce nesciant, quando Græcis vocabulis omnia pene vocitentur apud medicos, et ejus artis auctores Græci præcipue in pretio habeantur: a quibus siqui in alia lingua claruerunt, veluti rivuli fluxerint manarintque, ac si quid habent, inde acceperint, quanquam non purum id sincerumque secum ferant. Quæ res non modo a nonnullis nostræ quoque tempestatis medicis animadversa est, sed scriptis etiam prodita. Ad summam non video quid in quavis disciplina sciri recte possit si Græca ignorentur.

Nec fuerit juris quoque consultis hoc inutile: nam et multa habentur in Græcis legum codicibus quæ apud Latinos nusquam legantur: siquidem (ut Politianus præceptor noster dicere solebat) multa Græcis legibus addidit Justinianus, quippe quæ Latinis notiora existimaret quam ut scribi oporteret: Græcis autem (utpote alienis admodum a Romanis moribus consuetudinibusque) explicanda latius censuit, quæ nunc remansere, illis apertiora quam nobis, proptereaque inde petenda. Accedit et illud, quod in Latinis Pandectis quæ nunc Florentiæ visuntur, integra legum interpretamenta Græce inveniuntur adscripta: quæ et ipsi vidimus, legimusque: et Græca testimonia citata, ut Homeri sæpenumero: et Græca verba addita significantiæ gratia atque expressionis. Quod non ab re fecisse videtur Justinianus, inter Græcos magis quam Latinos referendus: quando in Græcia semper vixerit, quod ex Procopii certe historiis licet animadvertere.

Et quoniam in historiæ mentionem incidimus, quantam hac quoque in parte utilitatem præstet Latinis hominibus Græca lingua, haud facile dixerim, quum multa sint a Græcis petenda et nostris quoque rebus: non enim omnia adhuc ad nos tralata pervenere, sed quota pars, atque ea nescio an satis fideliter: qua de re (ne, quod dicitur, cum larvis lucter, mortuos insectando) dicere nunc supersedeo: præsertim quum jam plerique animadvertere incipiant quam sit erratum in historicis potissimum tralationibus: et nos hæc et pleraque alia quæ perperam in singulis disciplinis traducta habentur, copiosiore oratione, non maledicendi certe studio, sed ad nostrorum hominum utilitatem aliquando ostendemus.

Theologia demum etsi nonnihil a Græcis dissidet in præsentia, attamen multa est ab illis olim mutuata, et nunc quoque potest. Sunt enim veteres Græci scriptores quibus non minus quam nostris veritas ipsa roboretur: quippe quos secuti nostri, quorumque placitis innixi, totius religionis validissima firmissimaque jecerint fundamenta. Quis enim (quæso) Basilium illum magnum non complectatur, Christianæ quoque fidei hostibus admirandum, incertumque doctioremne an eloquentiorem? Quis duos Gregorios, Nysses et Nazianzenum, non duo belli fulmina, (ut poetæ Scipiones) sed duo religionis lumina, vel potius soles nunquam obscurandos? quorum alter theologi cognomentum meruit apud suos, et divum nostrum Hieronymum quantus est, effecit: alter, propter philosophiæ quendam veluti afflatum, tanto quoque fluit lepore, ornatuque verborum, ut Basilii fratrem vel potius discipulum (ut se ipse appellat) facile possis agnoscere. Prætereo Athanasium, minus his fortasse cultum, sed certe non minus divinum. Transeo Damascenum, non theologum modo acutissimum, sed acrem et philosophum et dialecticum. Taceo Chrysostomum, non abs re profecto cognominatum aurei oris. Omitto et alios, quorum et scripta et sententiæ ita circumferuntur a nostris, ut pro oraculis haberi videantur. Quid quod omnia quæ de Christo literis mandata sunt, Græce primum composita feruntur, excepto Matthæi evangelio? Quare fieri non potest ut nonnullorum fides e Græco petenda non sit, quemadmodum eorum quæ a Mose aut prophetis scripta sunt, ex Hebraicis petitur voluminibus: quod facere nonnunquam videtur divus Hieronymus, et fecisse ante eum Origenes credi potest, atque Apollinaris, vir uterque doctissimus, et Hebraicæ linguæ studiosus. Quoquo igitur te vertas, præsto adest Græca lingua, operam suam in omnia præstatura: quam si refugias, non tam illam rejecisse quam te necessariis admodum rebus fraudasse videare. Atque hæc sunt quæ de Græcæ linguæ vel nobilitate vel utilitate dicenda sese nobis obtulerunt: nimium fortasse multa Latino homini: non enim videor invidiam veritus quod Latinus apud Latinos ita Græca extulerim, ut pene nihil nostra esse contenderim. Quod non tam laudandi gratia aliena, quam nostros homines admonendi, dictum existimari par est: quippe quum in ea perdiscenda majores nostri ita laborare sint soliti ut vix sine illa quicquam se scire putarent. Semper (inquit Cicero) ad meam utilitatem cum Græcis Latina conjunxi. Quintilianus a Græcis incipiendum præcipit. Ovidius quoque inquit,

Nec levis ingenuas pectus coluisse per artes
Cura sit, et linguas edidicisse duas.

Claudius Cæsar utramque linguam nostram appellare solebat: nec injuria, quum ita Græcam linguam tenerent veteres Romani, ut nihil apud eos differret Græcene an Latine vel scriberent vel loquerentur. Ennius tria

corda se habere jactabat, quod triplicem linguam calleret, Græcam, Latinam, et Oscam. Ovidius, dum in Scythia exularet, atque advenarum congressum nonnunquam desideraret: Ejus, inquit, qui accesserit, sive Græca scierit sive ille Latina voce loqui, certe gratior usus erit. Nero imperator apud patrem consulem juvenis adhuc pro Rhodiis atque Iliensibus Græce verba fecit. Vespasianus Græcis quoque jocis extemporalibus usus traditur. Ciceronem tam Græce quam Latine declamare solitum, nemo est qui ignoret: eundemque Græce aliquando Rhodi orasse: quem quum audisset Apollonius, exclamasse fertur, Græcam quoque eloquentiam Romam a Cicerone transferri. Idem quum de temporibus suis Græce scripsisset, Græcorum quorundam hortatu, Græcam omnem nationem a scribendo deterruit. Scripsit iisdem de rebus et Pomponius Atticus, qui et cognomentum adeptus creditur quod Atticam linguam ita referre crederetur, ut natus educatusque Athenis videretur. Quod Theophrasto, homini Græco ac divinæ eloquentiæ viro, contingere non potuit, quominus a vetula argueretur tanquam non Atticus, sed externus, dum cupit nimium Atticus videri. Bruti Græcas epistolas (quæ adhuc in manibus habentur) et Plutarchus laudat, et Philostratus omnium imperatorum epistolis longe anteponit: et Mithridates quidam regii generis summopere admiratur. Marci quoque Romani imperatoris Græcas epistolas vehementer probat Philostratus. Quam multi autem ex Romanis Græce potius quam Latine historias scribere aggressi sunt? Albini meminit Gellius, Luculli Plutarchus. Divi Claudii Græcas historias, præter Suetonii attestationem, citat Stephanus, Græcus auctor. Arrianum, cujus de Alexandro Macedonum rege Græcæ extant historiæ, et de Epicteti Stoici dissertationibus opus, inter primates Romanos numerat Lucianus. Ælianum, cujus multa adhuc Græce scripta leguntur, Romanum fuisse scribit Philostratus, et (quod majus est) Græcam linguam in urbe didicisse, ac nunquam excessisse Italia. Germanicum Cæsarem Græca quoque scripsisse poemata, auctor est Quintilianus. Quin et Græca ejus epigrammata adhuc leguntur: nec non Tiberii, Adrianique, omnium elegantissima. Nostra quoque tempestate non defuere qui Græce scriberent: ut præceptor noster Politianus, (quem et Joanni quoque Argyropylo, Græco homini, sæpe admirationi fuisse vidimus) ut vester Hermolaus, nunquam satis laudandus. Nemini igitur mirum videri debet Græcam linguam adeo a nobis probari commendarique, in qua videam majores nostros non minus laborasse quam in Latina: cujus et parentem et altricem illam procul dubio et crediderint et prædicarint: a qua etsi nihil aliud, disciplinæ certe nostræ fluxerint, ut ait Quintilianus. Quemadmodum autem qui de parentibus optime mereri student, non ægre ferre creduntur si tota eorum dignitas atque existimatio in eos referatur qui non solum fundamenta jecerint suæ felicitatis, sed eo quoque perduxerint unde illi nunc apud omnes in pretio sint: sic non indignari debet Latina lingua si tota ejus gloria in Græcam redundet, omnium bonarum artium magistram. Quum enim vetus lex sit (ut Aristides inquit) altoribus universam referre gratiam, quoad fieri potest, tantum abest ut me Latina offendere putem, Græca laudando, ut et gratificari me magis existimem Latinæ linguæ, quod gratiam si non omnem, saltem quam possum, ejus (quod dicitur) verbis, illi referam, cui et debere se plurimum et debuisse, semper ingenue professa sit: quippe quæ nihil unquam æque abhorruerit atque ingrati animi vitium. Benignum est autem fateri per quos profeceris, inquit Plinius. Studium autem nostrum hac in re tantum abest ut ostentare in præsentia vobis studuerim, ut vehementer dolçam, me non tam hæc dicere coactum, quam sentire ac sequi, veraque quotidie experiri. Neque enim existimetis, me tantum laboris exhausisse ab ineunte ætate, aliena sectando, ut pene negligerem mea, nisi pervidissem et doctissimorum quorumque exemplo, et veterum testimoniis, omnem vim Latinæ linguæ in Græca consistere. Quod quum et re ipsa demum cognoverim, non committendum putavi quominus et vos et singulos quosque bonarum artium studiosos, quantum in me esset, ad eadem adhortarer, animarem, accenderem, ne difficultate rei deterreremini. Tanta est enim illi (quod jam diximus) cum Latinitate conjunctio atque affinitas, ut eadem propemodum utrique conveniant. Quare non video quid hac in re sit cuiquam pertimescendum, quum nihil pene novi sit offensurus. Sed quod de animis nostris aiebat Plato, reminisci eos, quum essent corporibus obducti, omnium quibus multo antea divinitus fuissent imbuti, id Latino homini evenire credendum est Græca discenti, eadem quasi resumere: quo fit ut non magis præceptore vobis opus esse dixerim, quam monstratore, qui in memoriam suggerat excitetque Græca veluti vestigia, quæ subobscura tenuiaque, vestris ingeniis jamdiu reposita conditaque servantur. Ad quam sane rem Græci fortasse hominis opera commodior quam nostra: ego vero, ut non negaverim, sua melius Græcos tenere quam nos: ita affirmaverim, nostra nos melius nosse quam Græcos: insuperque tam posse nos res illorum perdiscere, quam illos nostras. Quum itaque Latini docendi sunt Græca, nescio an Græci studium Latinæ sedulitati anteponendum sit: non tam enim intelligendi (quanquam id quoque) ratio habenda est, quam explicandi. Quod si quis pronunciationis tantum Græcæ studio, ejus ad unguem perdiscendæ gratia, Græcum sibi cupit præceptorem, Quintilianum audiat, præcipientem, non esse dandam operam literis Græcis superstitiose, ut et plurima oris accidant vitia, et in peregrinum sonum corruptus sermo perduret: sed ita discendam esse Græcam linguam comite Latina, ut neutra alteri officiat: quæ res a Latinis melius quam a Græcis accipi potest. Siquis autem examussim utrumque se præstaturum confidit, *illum mirabor et ipse: Et dicam, monitis non eget iste meis.* Nos vero operam nostram, quibus ingrata non videbitur, pollicemur, non magis duces præceptoresque professi nosipsos quam comites sodalesque: quippe qui nullum laborem, nullam molestiam recusaturi simus: dum vos ita Græcis imbuamini, ut disciplinas inde omnes, quascunque libuerit, facillime adipiscamini: a quibus eo postea perducendi sitis ubi quum fueritis, liceat jam humanam felicitatem (si qua modo est in hac vita) quasi manu prehensam tenere: quam si dimiseritis, vobis ipsi defuisse videamini.

Non est autem cur vos moneam ulterius uti homines esse memineritis, quibus felicitas hæc, quæcunque sit, debeatur: nam hoc tam cuivis notum esse debet, quam quod vivat. Illud potius nostra interest, confirmare vos atque adhortari, ne laborem reformidetis, qui voluptati (quam in ipso statim limine Græcarum literarum percepturi estis) adeo junctus est, ut non magis laborandum nobis esse videatur, quam voluptati honestissimæ inserviendum: qua ut ampliore quoque perfruamini, nihil mihi videor omissurus, nihil præteriturus, quod quæri a vobis aut desiderari noverim: si modo ejusmodi sit futurum quod et nobis quoque non ignoretur. Quid enim literato homine turpius, aut ab humanitate alienius, quam si aut scisse aut didicisse frustra videatur? Frustra autem et scit et didicit, qui nec commentando nec docendo cuiquam prodest. Sicut enim in animantibus proprium ac naturale maxime opus esse censetur, procreare tale aliquid, quale ipsum est, si integrum absolutumque sit: ita erudito homini nihil convenire magis dixeris quam efficere relinquereque post se sui simillimos in studiis ac disciplinis: si aut homo fuisse videri vult, aut non indoctus homo: hominem enim hominis causa natum credi par est. Quare neque invidere cuiquam in literis, fas judico, neque supprimere quicquam quod utile futurum existimes aut viventibus aut posteris. Nam (ut ait Theognis)

Χρὴ μουσῶν θεράποντα καὶ ἄγγελον, εἴτι περισσὸν
Εἰδείη σοφίης, μὴ φθονερὸν τελέθειν·

Ἀλλὰ τὰ μὲν μᾶσθαι, τὰ δὲ δεικνύναι, ἄλλα δὲ ποιεῖν.
Τί σφιν χρήσηται, μοῦνος ἐπιστάμενος;
Hoc est,
Musarum interpres si quid sapientius unquam
Noverit, invidia sit procul inde mala.
Nuncque alia inveniat, nunc monstret, plurima condat.
Si solus sapiat, nempe quis usus erit?

Quippe (ut Plato aiebat) non minus ad felicitatem pertinet bonos efficere, quam bonum esse: ideoque nulli magis idem familiarius se offerre solitus erat quam cui plurimo usui esse posset: quanquam se suisque rebus maxime frui valeret. Quod mihi quoque video esse faciendum, in ea præsertim civitate quæ non tam potentia atque imperio ipsius sit Italiæ metropolis, quam quibusvis virtutibus, totius orbis grande specimen atque ornamentum, vel potius naturæ miraculum: quum quæ imperium vitia comitari solent, non modo ita refugerit ut non inesse possint suæ reipublicæ, sed ne excogitari quidem. Quare beatum judico eum quem cuivis studio incumbentem degere in ea contigerit: sed beatissimum, quem literariæ facultates exceperint: quum tot præsertim tantaque undique suppetant affluantque ad eam rem commoda, ut fingi fortasse plura possint, haberi certe non possint. Ibi enim (ut alia omittam) tanta librorum copia, quanta post Gotthicam ruinam nunquam fuit, nec veteribus vero Romanis aut Græcis florentibus, in his quæ extent, facile credi par est: quum novo hoc invento carerent imprimendorum librorum, qui et pulcherrimi jam atque emendatissimi prodire incipiunt, Aldi potissimum nostri opera: de quo illud habeo dicere quod de Porphyrio inquit Simplicius, Omnium bonorum nobis auctor Aldus. Vobis vero illud mihi videor accommodaturus quod Demosthenes, quem interpretaturi sumus, Atheniensibus protulit: ferte autem (rogo) æquo animo Græcis me pauculis verbis vos alloqui: *ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρὸς, ὦ ἄνδρες Ἐνετοὶ, μονονουχὶ φωνὴν ἀφεὶς λέγει ὅτι τῶν Ἑλληνικῶν ὑμῖν λόγων ἀντιληπτέον ἐστὶν, εἴπερ ὑπὲρ εὐτυχίας αὐτῶν φροντίζετε.* hoc est, Præsens itaque tempus, o viri Veneti, quasi emissa voce pronuntiat capessendas esse vobis Græcas literas, siquid de felicitate vestra cogitatis. Nam, ut Virgilianum quoque carmen in vos transferam, Via prima felicitatis (quod minime remini) Graia pandetur ab urbe. Expergiscimini igitur jam, et capessite Græcas literas, ultro sese vobis offerentes. Dixi.

M. ANTONII ANTIMACHI

De literarum Græcarum laudibus oratio, in Ferrariensi Gymnasio publice habita.

In degenda hominum vita, ii qui alicui prodesse conantur, quantopere laudandi sint, spectatissimi viri, non vos præterire crediderim: quum et ingenii acumine et longo rerum usu præstetis, ac doctrina atque prudentia antecellatis. Qui vero publicæ utilitati consulunt, ac non solum sibi, sed et patriæ et amicis ac humanæ societati sese natos arbitrantur, quanto laudum præconio extolli mereantur, itidem vos non ignorare existimaverim. A qua sane animi sententia quum nec ab ineunte ætate, nec etiam postquam nostra canescere cœpit oratio, unquam abhorruerimus: nihil præclarius, nihil commodius, nihil conducibilius atque præstantius in toto vitæ cursu esse duxerimus, nihilque magis ex animo unquam optaverimus, quam plurimis benefacere, ac de omnibus pro virili mea (modo daretur occasio) bene mereri: amicorum precibus (quorum benevolentiæ aliquid recusare, non solum turpe, sed propemodum nefarium videbatur) et cohortationibus hujus celebratissimi gymnasii instauratoris Lodovici Bonacioli, viri plane in omni scientiarum et virtutum genere eminentissimi, (cui ex isto hominum flore qui vivunt, paucos admodum pares invenias) non spe honoris aut gloriæ, cui sapiens quisque semper studuit, nec lucri cupiditate, sed potius quo id quod in animo habebam, re facilius præstare possem, Græce profitendi publicum munus non inviti suscepimus. Eo itaque consilio huc accessimus, ut quæ ad communem Græce discere cupientium utilitatem spectare videntur, diceremus, ac de literarum Græcarum laudibus verba faceremus: non quod ea dicendi facundia, is verborum ornatus, ea eloquentiæ vis, atque is demum orationis thesaurus et splendor, qui tam magno oneri sustinendo par esset ac tantæ rei dignitas postularet, necnon tot clarissimorum virorum conspectus mihi multo jucundissimus mereretur, in me reperiatur: sed ut fretus humanitate vestra, qua erga omnes qui virtutibus innituntur, uti consuevistis, hujusmodi opus aggrediar, ac propositam rem pro tenuitate ingenii mei persequar. Cujus plane tanta est magnitudo atque præstantia, ut nemini vel mediocriter erudito deesse possit oratio: sed in exitu inveniendo major omnino, quam in initio inchoando, dicere volenti se offert difficultas.

Tanta est profecto literarum Græcarum, amplissimi viri, dignitas, et tanta dignitati conjuncta utilitas, (quarum notas antiquissimis temporibus, seu Cadmo, sive Danao auctoribus, sive Orpheo admonente, Græcos habuisse, memoriæ proditum est) ut eæ non solum apud illos qui ceteras gentes atque nationes barbaras appellabant, verum etiam apud barbaros ipsos maximo in usu fuerint, et ab ortu ad occasum usque pervaserint: quando Druidas Gallorum religiosos in publicis privatisque rationibus literis Græcis usos fuisse constat: et Romanorum temporibus in Helvetiorum castris tabulas repertas esse literis Græcis confectas, et ad Cæsarem perlatas, ex historiarum lectione late admodum patet. Quibus in tabulis ratio confecta erat, qui numerus domo exisset eorum qui arma ferre possent: et item separatim pueri, senes, mulieresque. Brachmanas itidem (e quorum numero celeberrimus Calanus ille fuit) et gymnosophistas Indorum sapientes, easdem in usu habuisse, easdem Indorum ipsorum regem Phraotem calluisse, compertum est. Apud Romanos vero quanto in pretio, quanto in honore semper sint habitæ, (quum pene eædem a principio cum Latinis fuerint, eas in Latium afferente Nicostrata) etiam me tacente, vel facillime potestis intelligere.

Nullum enim studiorum genus, quod aliqua sapientiæ luce præfulgeat, nullas prorsus ingenuas disciplinas esse comperio, quæ non e Græcorum fontibus emanaverint: Latinosque in omnibus liberalibus artibus illorum secutos imitatosque fuisse vestigia. Nam si a grammatica exordiri voluerimus, cujus inventorem ii qui eam rem diligentius pervestigarunt, Mercurium ferunt: sine qua ad nullum scientiæ gradum pervenire valemus, quum ea duce orationis congruitatem assequamur, ac ad alias scientias faciles aditus adipiscamur, nonne eam totam a Græcis habere fatebimur? Quid de poetica, quæ tantopere divinitatis est particeps, ut summus ipse

rerum omnium opifex statim pene a mundo, verbo, non manibus condito, sua mysteria per eam literarum monimentis mandari voluerit, dicemus? Quid de oratoria facultate, ac flexianima omnium regina rerum oratione, quæ motus animorum quo vult impellit, loquemur? Quid de dialectica, quæ disserendi artem aperit, verumque a falso segregat, ac nos ad veritatem ducit, sentiemus? Quid de philosophia, legum inventrice, morum disciplinarumque magistra, quæ bene beateque vivendi rationes demonstrat, ac dijudicato bonorum et malorum fine, quid fugiendum, quidve expetendum sit, proponit, ad sedandos animi affectus atque perturbationes plurimum valet, naturæ secreta rimatur, rerum omnium causas perscrutatur, humana despicit, cogitansque cœlestia, hæc nostra et exigua et minima contemnit, immortalitatem animæ docet, ac nos Deo optimo maximo (ad summam cujus intelligentiam consideratione nos ducit, quantum homini licet) quam simillimos efficit, judicabimus? Quid de medicina, reliquarum artium parente atque educatrice, et altrice, quæ universas scientias complectitur, singulas disciplinas cogitatione prosequitur, rerum omnium cognitionem nutricatur et continet, ac humanæ vitæ conservandæ, necnon extincta morbis corpora ab inferis pene revocandi potestatem habet, rogati respondebimus? nonne hæc omnia nos a Græcis mutuatos esse (nisi ingrati nuncupari velimus) confitebimur? quando ab ipsis et Mathematicas accepimus. Nam arithmeticam, reliquarum ducem, ex cujus numeris animam creari, ac singula constare Pythagorici sentiebant, et quaternarium numerum (in quo prima solida demonstratio invenitur) rerum omnium opificem causamque esse affirmabant, quod ab eo, tanquam a radice atque principio, cuncta dependerent: ac geometriam, quæ cum superiori adeo connexa colligataque est, ut sine ea haudquaquam videatur posse consistere, quum punctum referatur monadi, linea autem numero binario, ab aliquo ad aliquid, et trinario conveniat superficies: qua (dum ejus lineamentis, formis, intervallis ac magnitudinibus utimur) mare, terras, cœlumque metimur, quin a Græcis susceperimus, nemo, ut opinor, vel impudentissimus negaverit. Musicam vero a Mercurio numeris, vocibus et modis inventam, quam veteres omne continere dixerunt, eo quod eorum quæ sunt, absque symmetria et analogia nihil existat, nec etiam aliquid eorum quæ fiunt, si absque congrua symmetria atque analogia confectum fuerit, unquam bene habeat, sive arte fabrefactum fuerit, seu natura comparatum: sive sensu comprehendatur, seu solius intelligentiæ speculatione percipiatur: quæ duo nimirum in musica (totius harmonia) reperiuntur, ex cujus cognitione harmonicam mundi rationem conjicimus: et item astronomiam, (cujus scientiam Chaldæi diuturna siderum observatione putantur effecisse) quæ temporum varietates, totius anni ordinem, astrorum influxus, ortus, obitus, trajectiones, motusque stellarum, ac cœli meatus conversionemque explicat, quid cuique eventurum sit prædicit, Græcorum beneficio (quibus tantum debemus) Latinos itidem habere fatendum est. Nec, mea quidem sententia, ullus adeo pervicax, adeo obstinatæ mentis, duræque cervicis, ac tam perversi judicii reperitur, qui aliquo modo id audeat inficiari. Ex quibus omnibus sane rebus quanta hominibus commoda, quantæ utilitates humano generi, quot honores proveniant, non meum est dicere, quum res ipsa per se loquatur. Ideo non est quod vos (qui incredibili discendi cupiditate ardetis) ad hujusmodi literarum studia, ex quibus maximos atque uberrimos fructus percipietis, nisi vobis ipsis deesse volueritis, cohortemur. Currentes enim incitare videtur absurdum: quum tantæ (sicuti accepistis) dignitatis, honoris, commoditatis, splendoris, utilitatis atque præstantiæ sint, ut unusquisque qui in bonarum artium studiis proficere exoptat, eas velit nolit cogatur expetere: præsertim quum illis qui eas consecuti fuerint, maxima præmia non sine nominis celebritate proponantur, amplissimi honores non absque immortalitatis gloria reserventur. Reliquum est, ut demonstrata tantæ rei majestate, (ex qua, ut intellexistis, innumerabilia mortalibus bona pariuntur, et ad homines confluunt) in ea comparanda operam, curam, diligentiam, industriam ac studium denique meum vobis pollicear: quæ omnia, sine ulla laboris aut temporis intermissione, me libentissime præstaturum spondeo: nec aliqua in re, quæ in discendo usui vel commodo esse possit, me vobis unquam defuturum recipio. Quod quum contigerit, Bonaciolo, viro non minori experientia quam doctrina ornatissimo, ac (ut supra memoravimus) omnibus egregiis animi dotibus atque virtutibus undecunque refertissimo, qui hujus clarissimi gymnasii non minus ornamento quam utilitati semper studet, mehercule velim referatur acceptum: eo quod ipse omnium unus procuraverit effeceritque (ne quod verum est inficiemur) ut Græce profitendi munus obierimus. Ago insuper humanitati omnium vestræ, si non quas debeo, saltem quas possum gratias: ac si obsequendo et de vobis bene merendo gratia referri poterit, eam me quandoque libenti animo cumulatissime relaturum, affirmare non dubitaverim: propterea quod hodie frequenti ac jucundissimo conspectu vestro, me (quæ vestra est benignitas) ornandum amplificandumque susceperitis; cujus beneficii memoria apud me resideat sempiterna necesse est.

EX CONRADI HERESBACHII

Oratione in commendationem Græcarum literarum,

EXCERPTA.

Sive autem auctore Javam, linguæ hujus, sicut et gentis, primo fundatore, literarum Græcarum initia e Babylonica illa linguarum orta varietate, atque in Græciam translata, sive temporum injuria neglectus characterum usus, et a patribus ante repertus, velut postliminio a vicinis, sive Phœnicibus, sive Ægyptiis (apud quos patriarcharum monumenta conservabantur) repetitus sit, etiamsi certo non tradatur, tamen alterum probabile videtur, Græcam literaturam non simul cœptam absolutamque. Primi per figuras animantium Ægyptii sensus mentis explicabant: et antiquissima monumenta saxis impressa, literarum inventores perhibent. Inde Phœnicas, quia mari præpollebant, traditur intulisse Græciæ: hi gloriam adepti sunt quasi repererint quæ acceperant. Quippe fama est Cadmum, classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis, artis ejus auctorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem et Linum Thebanum, et temporibus Trojanis Palamedem XVI. literarum formas, mox alios ac præcipue Simonidem ceteras reperisse. Quum autem Palamedem ad deos retulisse hoc inventum testetur Philostratus, et Plato scribat apud Ægyptios se audisse deum quendam coli illic nomine Theuth, qui cum alias artes, tum literas invenerit: nonnulli ad Assyrios referant: alii denique æternum fuisse literarum usum: verisimile apparet, sicut Latinæ a Græcis, ita Græcas ab Hebræis mutuatas: quod elementorum ipsorum vicina nomina magna ex parte comprobare, contendit Eusebius, Josephi et Clementis testimonia citans: et sicubi varient, id non mirum in tam diuturno et variarum gentium usu:

quum et Græcas vetustas Cadmeas in tripode incisas, ab his quibus nunc Græci utimur, etiam discrepare Herodotus referat, et Delphicam tabulam in æde Minervæ Romæ testari scribat Plinius: quia vero Græci et Latini earum initia ignorarunt, et ad deorum inventa, sicut alia pleraque, ita hæc quoque retulisse, quum tamen multis ante seculis apud Hebræos fuisse deprehendantur. Porro quum Phœnices et Ægyptios (a quibus literæ primum in Græciam translatæ memorantur) e posteritate Cham fuisse constet, iique mox post sortitionem liberorum Noe, pulso semine benedicto Sem, e sua hereditaria sorte ad filios Japhet migrare compulerint: et postea Israelitæ, duce Josua, hereditaria terra sancta recuperata, exactam Chami stirpem alias sedes quærere adegerint: quo factum ut profugi vicinas Græciæ regiones occuparint, et illuc artes plurimas et patriarcharum reliquias secum adduxerint: (uti etiam idololatriam perversumque per apostatam Cham, ejusque nepotem Nemrod, institutum deorum cultum Græcos Ægyptiis debere proditum est) et ex his fuisse Cadmum et Phœnices ejus colonias, quas in Græciam deduxerat, verisimile est: quod simul cum deorum portentoso cultu, et hoc literarum bonum e patriarcharum reliquiis attulerunt: atque hinc esse quod alii Syris, alii Phœnicibus literarum inventionem acceptam ferant. Syriam autem ac Phœniciam et Ægyptum, Hebræorum fuisse sedes, in confesso est, apud quos patrum monumenta conservabantur: et constat Græcos sapientiæ studiosos discendi cupiditate frequentes eo, ut sacerdotes et prophetas audirent, profectos fuisse, (id quod de Orpheo, Musæo, Dædalo, Homero, Lycurgo, Solone, Democrito, Heraclito, Platone, aliisque innumeris memoriæ proditum) et quæ illic didicerant, Græce tradidisse. Unde quæ de Chaldæorum, Phœnicum, Ægyptiorumque inventis prodita sunt a Græcis et Latinis, ea omnia ad Hebræos et patriarchas pertinere certum est: et quæ illi diis suis inventoribus tribuunt, ea constat longe ante ab Hebræis reperta usurpataque fuisse. Cui rei argumentum præbet vini inventum, quod illi Baccho tribuunt, quum multis ante seculis a Noe patriarcha vitis cultura reperta fuerit, ut recte post sacram historiam admonuit Lactantius. Ad eundem modum de frugum, medicinæ, aliisque inventis judicare licet, quæ omnia ad factitios mortalesque deos retulerunt illi: quum apud Hebræos vetustiores pleraque usurpata sint priusquam ad Græcos pervenerint. Sed ob id laude sua minime fraudandi sunt, qui ab aliis inventa, meliora reddiderint, atque sic excoluerint ut non aliorum sed sua inventa esse videantur: ut mox latius declarabitur. Græciam autem felicissimam ingeniorum altricem fuisse constat: adeo ut appareat, hujus universi opificem, et linguarum virtutisque dispensatorem Deum Opt. Max. hominibus qui secundum naturam optimam regionem nacti, eam etiam linguam voluisse largiri quæ idoneum tradendarum honestarum artium præberet instrumentum, et fida virtutis eruditionisque custos esset: idque νὴ τὰς Μούσας citra controversiam Græca lingua assecuta. Nam etsi initio rudis et contracta, sic tamen exculta propagataque, ut nulla lingua vel elegantior, vel latius se sparserit: nulla quam non hæc elegantia et copia omnique ornamentorum supellectile superarit: inter omnes tantum emicans quantum ignes inter luna minores. Nam quum linguæ potissimum in hoc divina dispensatione tributæ, ut quæ velis, commode ac significanter (ut diximus) exprimas: quæ, obsecro, significantioribus magisque appositis vocibus singula declarat quam Græca? Adeo ut non abs re Socrates apud Platonem contendat, Græcorum vocabula imprimis non temere pro instituentis voluntate, sed naturali ἐνεργείᾳ nativaque perspicuitate rem velut oculis subjicere. Unde exquisita in Græcis vocibus venus καὶ εὐφωνία, Atticus lepos, Musa Attica, Laconismus, et id genus alia singularis cujusdam appositæque in exprimendo ea lingua venustatis proverbia pepererunt. Hinc quod gravissimus inter Latinos poetas, Graiis, inquit, dedit ore rotundo Musa loqui. Adde quod et Musas atque adeo deos ipsos aiunt Græco sermone usuros, si humana lingua uti voluissent. Porro quum septuaginta duæ linguæ numerentur, ex his septem præcipuæ, quas recenset Volaterranus, Assyriorum, Arabum, Ægyptiorum, Hebræorum, Græcorum, Latinorum, Dalmatarumque: tamen nulla ex omnibus his, quæ vel latius sparsa sit, vel præstantiora ingenia nacta sit, vel denique plures honestas disciplinas tradidit. Neque enim solum hæc lingua se continuit ea parte quæ Græcia proprie dicebatur, hoc est Ægeo pelago et Ionio atque Isthmo conclusa: neque ea tandem regione quæ magna Græcia dicebatur: sed præter insulas et peninsulas, amplissimaque regna, Peloponnesum, Cyprum, Rhodum, Cretam, Asiam minorem, Macedoniam, Epirum, Mysiam, Illyrium, Thraciam, Dalmatiam, Syriam, Ægyptum, ob Alexandrum victorem longe lateque complexa est, sed Galliæ Germaniæque etiam communis est. Nam et Massilia celeberrimum Græcarum disciplinarum gymnasium habuit: et in nobili Clivensium oppido Menianæ scholæ præfectus Græcus rhetor Athenis ortus, teste Eumenio: et Druides, Celtarum sacerdotes, Græco sermone in sacris usi: additque Julius Cæsar, Gallos in publicis instrumentis Græcas literas usurpasse. Britannorum pars quæ Cornubia dicitur, reliquias Græcæ linguæ profitetur. Quid dicam de Germania nostra, in cujus lingua innumera vestigia Græcæ linguæ remanent? et nos observavimus aliquando aliquot centurias vocabulorum quæ mere Græca sunt. Postremo neque Scythas a Græca lingua abstinuisse, declarant Anacharsis et alii plerique. De Italia et Roma nihil attinet dicere, ubi Græcorum lingua propemodum ipsa Latina vulgatior fuit: et clarissimi scriptores in Italia et media Roma Græce scripserunt. Siquidem Ælianus (ut scribit Philostratus) Romanus fuit, et Italiam nunquam egressus, et tamen ejus extant Græcæ historiæ. Item Plutarchus, Strabo, Dionysius, Appianus, Diodorus, et innumeri alii Romæ vixerunt, et scripta sua illic ediderunt Græco sermone: quemadmodum in Syria et Ægypto Josephus et Philo Judæi Græco quam nativo uti maluerunt. Græca lingua in ipsa Syria Romanos imperatores facundos habitos, Mutianus testatur apud Tacitum: eosque ad exercitum Græce locutos. Adde, imperatores ipsos, non solum Romanos, quos omnes prope Græce peritissimos fuisse constat, et multorum carmina extant Græca: sed Germani etiam imperatores (quos alioqui ἀμούσους esse solitos novimus) Græcam linguam calluerunt. De Carolo magno traditur quod Græcos legatos audiverit, et Græce responderit ipse. Otho II., imperator in bello quod in Apulia cum Saracenis et Græcis gesserat, insidiis interceptus quum Græce sciret, eoque sermone uteretur, hostes fefellit: ut non animadvertentes eum esse Germanum, facile pecunia se redimi paterentur. Porro, si linguæ alicujus utilitatem æstimare velimus, quid hac una communius, quidve ubique ad omnes disciplinas percipiendas vel tractandas utilius ac magis necessarium? nempe qua, velut Delphico gladio, ad omnia et ubique uti conveniat: primum quum (ut dictum) nulla gens, nulla schola, nullum virtutis ac disciplinarum emporium, quod hanc linguam, velut commune utilissimumque organum, non arripuerit: deinde nulla lingua plures vel disciplinas, vel bene vivendi præcepta tradidit, et per orbem transmisit, ac fidelius conservavit. Quota quæque plures, eosque clarissimos in omni disciplinarum genere scriptores exhibuit? e quorum scriptis et institutis, cum omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi possit. Aut quæ tandem lingua vel disciplina, quæ huic colonias non duxerit? quæ indidem, ceu e locupletissimo mercatu, supellectilem non compararit, aut potius, ceu ex ubere artium eruditionisque fonte, rivos non diduxerit? Nam, ut Homerus de Oceano canit, Ἐξ οὗπερ πάντες, inquit, ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα, Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρείατα πάντα νάουσι: ita ex hac lingua, veluti quopiam bonorum omnium mari, disciplinæ, artes, præceptiones, atque adeo ipsa elementa, manarunt. Hinc poetica, rhetorica, dialectica, grammatica, disciplinæ quæ mathematicæ vocantur: hinc politica, ethica, therapeutica, physica, theologia, et (ut uno verbo multa complectar) universa ipsa philo-

sophia, disciplinarumque omnium orbis, quam encyclopædiam vocamus: quæ omnes artes Græcos etiam nunc fontes resipiscunt, ut ne nomina quidem alia quam nativa et Græca admittant, neque nos aliis nominibus eas agnoscamus: eoque jure se nobis permittentes, ut a fontibus secludi non patiantur. Nam et tota lingua Latina, et disciplinæ ea lingua traditæ, ex hac fluxerunt, adque hujus ductum se sic composuerunt ut instar alumnæ et discipulæ πτερυγίζουσαι ἐκ τῆς τιθηνητείρας manu fulciantur ac sustententur, ab illius ductu ne latum digitum discedentes. Id quod a literis, velut ab ovo, ordienti per omnes disciplinas ostendere, non fuerit difficile. Siquidem literæ omnes, una duntaxat atque altera demta, inde mutuatæ sunt: etiamsi jucundissimis illorum caremus, altera vocali, altera, consonante, quibus nullæ apud eos spirant dulcius. Adde quod nos vix quatuor literis, illi duabus exprimunt: ut apparet in dictione φθία, ἀπόφθεγμα. Scribendo autem et pronunciando (quæ sunt præcipuæ Grammaticæ partes) quam Græcæ linguæ rudes passim labantur ac sese traducant, satis liquet, quum imperiti Criste pro Christe, Eleison pro Eleeson, et sonent et scribant. Neque minus in etymologiis peccatur, quum innumera nomina (velut exempli gratia, in e primæ inflexionis, et patronymica omnia: item Dido, Sappho, Laches, et id genus similia) citra Græcorum inflexiones usurpari legitime non queant. Taceo generum rationem, articuli in oratione vim. Quid memorem syntaxeως, figurarum rationes a Græcis pendentes? Taceo quod Nonius Marcellus universa fere Latina vocabula repetit a Græcis. Sed, ne in elementis balbutiamus, sat fuerit, si perspicuum fecerimus, Latina sine Græcis, quibus superstructa sunt, non posse subsistere: aque ipsis elementorum crepundiis Græca discentem, operæ pretium facere laborisque compendium parare.

Ceterum ut ad serias disciplinas progrediar, inter quas primas facile sibi vendicat Poetica, (seu vetustatis auctoritatem spectes, sive rerum traditarum utilitatem atque œconomiæ prudentiam) hujus et usus et inventio Græcorum est. Unde Horatius, poetam formaturus, ad Græcos, tanquam ad certissimos ejus artis magistros, relegavit:—*vos*, inquiens, *exemplaria Græca Nocturna versate manu, versate diurna.* Nam ut ceteros, Musæum et Orphea, poetarum antiquissimos, prætercam, ex uno Homero, tanquam universæ eruditionis fonte, disciplinarum omnium seminaria hausta, cum per se perspicuum, tum Plutarchus singulari libro contestatum reliquit: neque poetas solum indidem hortos suos irrigasse, sed oratores admirabile illud dicendi artificium figurasque, ac denique philosophos reip. bene vivendi præcepta mutuasse declarat. Neque vel consiliorum vel litium artes, vel similitudines, vel amplificationes, vel argumenta, vel digressiones ullæ, quæ ab illo non sint commonstratæ. Quid obsecro tentari potuit quod ab illo in suis poematis non sit excogitatum vel animadversum? Quæ regio, quæ pugna, quæ formæ, quod remigium, qui denique motus animorum, quæ ferarum figuræ, quas ille cæcus non viderit? quum ita nobis eas depinxerit ut eas quasi videre, quum legimus, videamur? Ac verissime his succinens poeta Latinus de Homero, *Qui quid sit*, inquit, *pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non, Plenius ac melius Chrysippo et Crantore dicit.* Quibus hoc addere licet summæ laudis loco, singula propemodum verba ejus poetæ, quasi apophthegmata esse, et proverbii loco usurpari, ut testatur Macrobius. Et an a Latino Homero, alioqui absolutissimus, superatus sit, apud eundem licet intueri, Homerica cum Virgilianis conferentem. Hoc constat, Latinos primarii nominis poetas magna cum laude Græcorum poemata vel transtulisse, vel imitatos fuisse, inopia magis impulsos quam superandi fiducia fretos. Siquidem Virgilium, Latinorum coryphæum, nemo nescit bonam Æneidos partem ex Homeri poesi transcripsisse, atque in totum se ad Homerum æmulandum composuisse: Georgica ad Hesiodi ἔργων καὶ ἡμερῶν imitationem feliciter scripsisse: Bucolica impari conatu ad Theocriti facilitatem expressisse, critici fatentur: etiamsi illorum inventis jam frueretur. Terentius (cui proximus, mea sententia, locus inter Latinos poetas debetur) adde etiam Accium, Cæcilium, Pacuvium: nunquid Menandrum solum interpretantur, vixque levem illius assequuntur umbram, juxta Fabii sententiam? Quanquam in comœdiis aliquid præstitisse Latinos, etiamsi totæ e Græcorum myrotheciis mutuatæ sint, fatendum est: tragœdia certe Græca tota est. Solius enim Senecæ apud Latinos (quod quidem sciam) extant tragœdiæ, atque illæ ex Euripide interpretatæ. Deus bone quam non accedit ad illius elegantiam, artificium, ac sententiarum gravitatem! Jam, si utrosque cum alteris conferas, annon reperies omnia Latinorum inventa, fabularum ingeniosa involucra, compositiones illustres, allegorias appositas, affectus acriores, mirandos motus, compositiones significantiores, ac breviter supellectilem quandam nativa quadam poeticæ copia affluentem? E regione apud nos pigriora fere omnia, gratia non solum inferiora, verum etiam a dignitate plerumque et a decoro aliena. Quanquam non inficior quin nostrorum poetarum carmina, si seorsum legas, venusta appareant et eleganter scripta, atque etiam ut iis nihil melius posse fieri censeas: at si componas et conferas Græca ipsa unde illa descripta sunt, ac singula considerate atque apte junctis alternis lectionibus committas, comperies vix Συρακουσίων τὴν δεκάτην, ut est in proverbio: adeo jacere ac putere incipiunt Latina, ut quæ Græcorum, quæ æmulari non poterant, luminibus gratiisque obsolescant. Cujus quidem rei apud Gellium, linguæ Latinæ acerrimum censorem, requirere judicium atque exempla licebit, ubi Cæcilii cum Menandri, Virgilii cum Homeri et Theocriti, versus exponuntur, quos ab his mutuati sunt: Diomedis hercle et Glauci arma non dispari magis pretio æstimari possunt. Atque hic mihi Cicero ignoscat, qui Latinos a Græcis sumta, meliora reddidisse clamat. Sed quis hæc deprehendet? quis aut artificium aut translata aliunde intelligat, nisi hujus linguæ supellectile instructus?

Poeticen excipit rhetorice, cum numerorum et figurarum ornatu, tum structura orationisque filo atque charactere propemodum conjuncta: quæ quum omnia, perinde atque inventionis et elocutionis, ita argumenta et formulæ a Græcis fontibus hauriuntur. Quandoquidem in hac illi sic regnant ut Cicero fateatur hanc Athenis et inventam et absolutam: sive dividendi, præparandi rationem, consilium, ordinem, seu affectuum motus spectes, figurarum et troporum picturas, eorum summatim omnium apparatum inde fluere videas. Et haud scio quid aliud poetæ oratoresque nostri quam poesin et oratoriam civitate donaverunt Romana: qui, siquid eximium præstiterint, id ex illorum omnijugis pratis, veluti flosculis, decerptis, illorumque virtutum imitatione comparaverunt. Cato jam senex, Græcis alioqui parum amicus, commentarios sibi collegit, e Thucydidis orationibus et Demosthenis, quas in dicendo magno sibi usui fuisse testatus est. Quid Ciceronem, Latinæ linguæ principem, in eloquentiæ illam arcem subvexit, nisi Græcorum studia, inque iis æmulandis contentio? Nempe qui totum se ad Demosthenis vim, Platonis copiam, Isocratis jucunditatem, Periclis fulmina, Thucydidis maturitatem, neque certe infeliciter, composuisse deprehenditur, beatissima quadam immortalis ingenii benignitate suffragante: adeoque Græcorum studiis operam navavit, ut se Græcis declamationibus exerceret: Græca ubique cum Latinis conjungens, modo Latina Græce, modo Græca Latine vertendo, stylum exercuit. Idemque filio (cui non nisi compendiosissimam fidelissimamque rationem præcipere potuit) faciendum suadebat. Quod si hodie juventuti persuaderi queat, felicius disciplinæ tractarentur, neque tam exangues ingeniorum venæ existerent. Nihil enim mirum omnes bonas disciplinas jam diu sepultas, cum Græca lingua abolita, tum nullo declamandi exercitio: quæ tamen primaria sunt ingeniorum fomenta in eorum animis qui ad eruditionis aliquem fructum pervenire contendant.

Dialectica, rhetoricæ germana, quum utraque alteri conjungenda esset, nostri hanc neglecta prorsus altera, veluti dextra manu, ad meras cavillationum stribiligines, aniles rixas, protraxerunt: ut nullum hodie veræ dialecticæ in scholis remanserit vestigium. Quorsum parva (prava dicere debebam) logicalia? quorsum barbara non solum, sed inepta etiam atque inutilia illa quibus juventus in publicis gymnasiis oneratur commentaria? quorsum pro Aristotele, Porphyrioque, genuinis et Græcis elegantissimis, earumque artium peritissimis magistris, ineptis et corruptissimis tralationibus uti coguntur? quas quum nec intelligant ipsi professores, tamen miseram juventutem ediscere cogunt, ad nihil profuturas. Et tamen ex ipsis fontibus artes hæ facillime percipi poterant.

Quid de mathematicis loquar? quum peculiares ejus artis voces nondum sint Latinitate donatæ, neque commode inopia linguæ Latinæ omnes possint, fit ut identidem harum literarum imperitus in his explicandis intelligendisque offendat: quum ubique occurrant trigoni, tetragoni, monades, triades, diapente, diatessaron, excentrici, syncentrici, epicyclii, eclipses, et ejus ordinis tanta turba ut annus deficeret si omnia vel commemorare vel ostendere nitar loca ubi interpretes nos in fœdissimos secum errores traxerunt.

Idque non in logicis ac mathematicis solum, sed per totam philosophiam, evenit: quæ quum tota sit Græcorum, nos vix faces quasdam ex illorum fontibus hausimus, easque e tam multis transfusas. Interim tamen nostri philosophastri nullis dum vel Græcis vel melioribus literis adolescentes ad philosophiam veluti πτερυγίζοντας solum Alexandri Galli doctrinali, ceu communi omnium copiæcornu, instructos, statim Icari in morem ad philosophiæ ardua (hoc est ad volandum sine pennis) transmittunt. Cicero, alioqui Græcorum gloriæ æmulus, philosophiam declarat citra Græcam eruditionem neque percipi neque subsistere. Nam quum apud nos pauca admodum eaque a Græcis desumta extent digna lectu, (sophistarum enim nugas et delira commentaria non libet inter philosophiæ scripta referre) apud illos tam copiosa, pretiosa, nitidaque philosophicæ supellectilis monumenta nobis sunt reposita, quæ si in sua lingua legantur, et cum Teutonicis his conferantur, (hoc est, quæ in Latinam linguam translata) jure dici poterit quod poeta de exanimato Hectore, Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Aristotele et Platone! Nam præter hoc quod parum commode multa versa, parumque significanter expressa, etiam pleraque prætermissa sunt, quæ non sunt satis assecuti interpretes, nonnulla de suo addiderunt: alicubi obscuriora relinquuntur, quæ subinde lectorem diligentem vel cruciant, vel fallunt: ut cernere licet in libris meteorologicis, et De cœlo, ac physicis Aristotelis, utilissimis quidem libris, sed a nostris non intellecti in scholis rejiciuntur. De Platone quid dicam? is nisi sua lingua legatur, nemo judicare poterit de illius divina vel doctrina vel eloquentia: reclamante quadam inexplicabili et copia et suavitate, in qua vir ille in ea lingua supra humanum ingenium dominatur. Quare doctissimus juvenis Thomas Lupsetus, quum alterna opera Platonem legeremus Lutetiæ, is subinde versum Platonem, nothum aut Academicam vappam appellare consuevit quoties Latinum cum Græco conferremus: adeo divinæ illius virtutes extra Græcum sermonem percipi nequeunt. Idem de Xenophonte, Theophrasto, Plutarcho atque ceteris gravissimis philosophis, et doctrinæ castitate et eloquentiæ dotibus admirandis, judicare licet.

Jam vero ut per ceteras philosophiæ partes progrediamur, iatrice ac therapeutice, naturalis philosophiæ et honesta et necessaria disciplina, si pure proque dignitate tractetur, certissimumque πρὸς τὰ ἄλφιτα compendium afferens, sed barbarorum linguæque Græcæ imperitorum scabie eam occupante, Deus bone quam squalida et strigosa reddita, quamque periculosis erroribus et imposturis elegantissima simul utilissimaque professio deformata est! ubi pro Hippocrate et Galeno, hujus artis κορυφαίοις, et qui citra Græcorum eruditionem percipi non poterant, nescio qui barbari Averroes et Avicennæ in scholas recepti sunt: quum illi interim multorum instar esse poterant, et revera Homerico encomio digni, ἰατροὶ ἀνδρῶν πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλων. Tota enim medicina, sicut et reliquæ philosophiæ partes, a Græcis petita. Idque indicant ejus artis pharmacorum, unguentorum, cataplasmatum, potionum, ceromatum vocabula: item animantium, plantarum, gemmarum, morborum, remediorum, instrumentorum, ponderum, mensurarum innumeræ nomenclaturæ: quæ quum apud nos etiam recepta, circulatorum atque hujus linguæ imperitorum abusu detrita corruptaque, non intelligantur, non raro fit ut inducti medici potiones pro cataplastis, et (ut dicit poeta) φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα λυγρὰ καὶ ἐσθλὰ ministrent. Id quod designavit quidam, suppositorium, hoc est pessum, pro pillulis præbens degluttiendum. Et tamen hisce impostoribus non dubitamus vitæ nostræ arbitrium concedere: nempe ut per experimenta mortis agant: quum sit in nulla professione periculum majus: ut de his vere scripsit Plinius. Atqui videmus nunc, Musis bene fortunantibus, ac melioribus literis reviviscentibus, quosdam Græcarum literarum adminiculo fretos, strenuam operam navare ut hæc disciplina suæ dignitati restituatur: huc jam incumbentibus Theodoro Gaza, Leoniceno, Manardo, Copo, Ruellio, et aliis plerisque ætatis nostræ ἀρχιάτροις, qui Augiæ illud barbarorum medicorum stabulum e Græcorum fontibus abluentes, ejus disciplinæ candidatos ad ea collimare docent, sine quibus ἄσκοπα τοξεύουσι.

Ad jurisprudentiam (hoc est νομικὴν) venio, professionem et amplissimam et religiosissimam, nempe Reipub. humanæque societatis ac pacis tuendæ magistram. Qua arte quum et hæc Academia maxime celebretur, et nos olim, nondum satis politiorum literarum viatico instructi, ad hujus studium perpulsi, atque etiamnum studiorum nostrorum scopum defiximus: ne illotis manibus tam seriæ ac sacrosanctæ artis studium capesseremus, (quæ divinarum humanarumque rerum, justi et injusti notitiam profitetur) Imperatoris consilio admoniti existimavimus satius παλινδρομῆσαι ἢ δραμεῖν κακῶς, ut dicitur in proverbio: et ad utriusque linguæ studia, veluti ad suavissimas pellices reversi, tantisper dum illarum consuetudine instructis atque exatiatis liceret cum legitima pro dignitate συνοικεῖν: quum citra illas, nullas severiores disciplinas exacte tractari posse exploratum sit. Jam vero sat scio esse plerosque sic persuasos, ut existiment ad jurisprudentiæ studia Græcam eruditionem non tantopere requiri: quos tamen, si me patienter audierint, bonam spem concipio, sententiam eos immutaturos. Primum enim nemo diffiteri potest, juris nostri originem et reipub. instituendæ formas Romanos a Græcis petitas instituisse. Deinde (ut ante quoque commemoratum, Romanis Græcam linguam familiarem et in deliciis habitam) majorum gentium jureconsulti, qui justitiæ magis quam imposturarum ac litium studiosi, quum utriusque linguæ periti et in omni disciplinarum genere exculti essent, non existimabant quenquam fore tam impudentem qui ad hanc religiosissimam artem accederet, nisi et ipse Græca eruditione instructus esset. Unde subinde e Græcorum thesauris κειμήλια proferunt, quibus vel in respondendo vel interpretando jure utuntur: non solum voces et sententias Græcorum philosophorum, poetarum, oratorum, tanquam gemmas et lumina orationis, ad res significantius exprimendas, adque propositum probandum infulcientes, sed et epistolas et rescripta Impp. atque aliorum jureconsultorum responsa Græco sermone subinde inserunt. Neque id abs re: quandoquidem jurisprudentiam cum philosophia conjunctam, et Cicero et Ulpianus testantur, nempe politicæ ethicæque portionem esse. Philosophia autem cum suis pedissequis orbem disciplinarum complectitur, quam Quintilianus, vir in jureconsultorum seminario consularis versatus, causis agendis necessariam exigit. Ad hæc jureconsulti communiter fatentur, in causis dicendis philo-

sophorum, poetarum, oratorumque auctoritatem allegandam et recipiendam. Id quod Paulus jurecons. comprobat: quum Hippocratis auctoritate comprobet, septimo mense partum legitimum nasci. Et Julianus sequitur Aristotelis sententiam in respondendo, qui tradit quinque simul liberos nasci posse. Emtionis venditionisque contrahendæ modus ex Homero allegatur. Unde hic Accursius, quantumvis ab his literis alienus, tamen necessitate veritateque ipsa compulsus, erumpere cogitur: Nota, (inquiens) poetarum et philosophorum auctoritates in causis allegandas. Idque fecisse jureconsultos passim videre licet, suas LL. ex horum scriptis locupletantes: ut cum alias innumeris locis, tum ff. de LL. ex Demosthene et Chrysippo et Theophrasto, item ex Aristotele titulo de usuris, et Platone, ff. de nundinis l. secunda. Sic tit. de pœnis, animadversio delictorum suppliciorumque ratio ex Homeri carminibus petitur, quemadmodum eo titulo capitalium causarum qualitas e Demosthenis sententia sancitur: sed quæ loca depravata lectoribus judicibusque sæpe imposuerunt. Notaruntque hæc eruditiores litium decisores, ob linguarum meliorumque literarum inscitiam capitaliter hallucinatos plerosque. Animadverterunt igitur jureconsulti veteres, non modo lenociniis verborum, sed sententiarum etiam gravitate scatere literas humaniores: quæ etiam testimoniorum et judicati non raro obtineant vim. Solon, e septem Græciæ sapientibus unus, Homeri versibus sententiam suam judicibus approbasse dicitur: ut videlicet Salamin insula a Megarensibus occupata adjudicaretur Atheniensibus, abdicatis Megareis. Quare non temere a Justiniano Homerus omnis virtutis eruditionisque parens celebratur. Et quanquam jureconsultis, qui jurisprudentiæ sylvam pervagati fuerint, non est obscurum, leges exacte recteque intelligere citra Græcæ linguæ peritiam perinde esse ac si quis sine pedibus ambulare tentet: tamen siquis hic mihi ex iis quæ dicta sunt, ἀμαρτυρὶ credere nolit, hunc ego jubebo mox aspicere ea quæ sunt ante pedes, hoc est ipsa juris incunabula: et reperiet in ipsa statim juris divisione, jus scriptum et non scriptum vocari ad imitationem Græcorum νόμον καὶ θεσμὸν, ubi hactenus imperitum vulgus ridicule legit, fonoi monoi. Verum ut hæc leviora, et quæ §. item pretium, tit. de emt. Et § 1. de injur. item §. de suibus ad l. Aquil. et alia pleraque Institutionum loca transiliam, unum proferam de donatione locum, ubi donationis causa mortis, ratio e Telemachi Homerici exemplo declaratur, locus hactenus a paucis dum recte explicatus: ac primum (quod equidem sciam) a nobis ex Odyss. libro ϱ. interpretatus. Id quod celeberrimi nominis jurecons. Claudius Cantiuncula testari poterit: qui ex meo exemplari a me adnotata excepit, atque hinc alii quidam imitati. Quemadmodum et de pub. jud. obscurato loco e Xenophonte lucem addidimus. Ubi Accursius, cum Academicis jubet lectorem ἐπέχειν, Græcum (inquiens) hoc totum: omitte. Sicut alias, Hoc Græcum est: (inquit) quod legi non potest. Quid (obsecro) id aliud est quam cæcum cæco ducatum præbere, et utrumque in foveam, hoc est in errorem, provolvere: o infelicia tempora! At vero ipsas Pandectas, hoc est apothecas, atque adeo juris civilis campos ingressis, Deus bone, quam hic se offerunt multa nostrum institutum comprobantia. Siquidem in ipso limine, hoc est titulo libri, offendere cogitur: ac nec ipsum prooemium intelligere poterit Græcæ linguæ ignarus: ubi pro λύται, hircos, loco προλύται, coloritæ, hoc est, pro gnesiis Græcis nescio quæ κίβδηλα et carcinomata, Græcæ videlicet linguæ inopia, supposita atque innata sunt: quibus tamen nominibus Justinianus juris civilis gradus distinguere voluit, quemadmodum et hodie Baccalaureorum et Licentiatorum ac Doctorum vocabula recepta sunt: ut totius prooemii intellectus ex his vocibus pendeat. Ad eundem lapidem impingitur l. 2. C. de vet. jur. enucl. ubi pro κατὰ πόδα surrepsit nihil nisi, Hoc Græcum est: et mox pro παράτιτλα, natrix: perinde ac si quis scripturam interpretetur piscem. Quid (obsecro) excogitari potuit absurdius? quum tamen totius constitutionis sententia in his lateat vocabulis, quæ de legum interpretatione loquitur. Lib. 5 ff. ex Adriani principis rescripto Græco, parum fideliter verso, Accursius hircum mulget, et Bartholus ac ceteri cribrum supponunt: utrique æque inepti, privatum Atheniensium magistratum, hoc est ἄρχοντας, ad quoslibet magistratus referentes, genuinam rescripti sententiam pervertunt: ita ut incertum relinquatur quid sibi voluerit princeps, quum dixerit, magistratus cognoscere de his rebus pro quibus tutores fuerint: non enim rebus tutores dantur, sed personis. Ad eandem erroris regulam exigi poterunt tit. de appellat. ubi Ulpianus disputat an adversus principis rescriptum appellari possit: ut si forte præses aliquis ad Imp. scripserit, atque responsum sit, an hic appellandi locus. Jureconsultus rescriptum Græcum citat: ejus tam verba quam sententia corrupte reddita, tamen oraculi vice leguntur supposititia, explosis genuinis. Nam pro eo quod Græce, ὅτι οὐκ ὑπάρξει τοῖς βουλομένοις ἀποκαλεῖσθαι πρὸς τὴν ἀπόφασιν, horum loco legitur, Provocare ab enunciatione licentia existit. Ita ut Accursius senserit, ab enunciatione, hoc est a perverse principi narratis, appellari posse: quum sit accipiendum de eo ad quem provocamus, et ab ipso rescripto, non autem a quo: ἀπόφασις enim hic non enunciationem (ut apud Aristot. ἀπόφανσις) significat, sed sententiam et responsum, ut Andreas Alciatus erudite animadvertit. Succedunt non minoris momenti errata, inter quæ est Eudæmonis cujusdam supplex ad Antoninum Cæsarem libellus. Tota lex Græco sermone a Volusio Metriano jureconsulto refertur: ex perversa autem interpretatione Græcæ legis, juris aliquot professores magni nominis in eum venerunt errorem, ut, hujus legis testimonio freti, affirmarint imperium maris ad principem Rom. non pertinere: ut alio errore alium trahente, addiderunt, Venetos non esse sub imperio Rom. quum Græca ipsa, si rite intelligantur, exerte contrarium probent, atque omnem ambiguitatem facile discutiant: ἐγὼ δὲ κόσμου κύριος, ὁ δὲ νόμος, τῆς θαλάσσης: non quod Imp. non sit dominus maris, sed quod lege Rhodia judicet, et non privata lege. Ejusdem notæ in L. Lucius. ff. de servit. inb. pr. Bartholi lapsus: nam interpretis imperitia veluti bubulis naribus ductus, nescio quas ἀπροσδιονύσους comminiscitur distinctiones de concessionibus personalibus, et quæ ad heredem transeant: quum quod Græce legitur, χαρίζομαί σοι, nihil ad heredes faciat. Possem innumera rescripta, epistolas, legesque integras, perinde atque alias Græcas et voces et sententias, commonstrare: nisi ab eruditissimis nostræ ætatis jureconsultis Budæo et Alciato petere liceret, quæ passim per totum corpus juris sparsa, inscitiaque hujus linguæ depravata, periculosos errores pepererint, at Græce peritis perspicua sunt. Cujusmodi sunt, L. 2. ff. de legib. L. pen. ff. quib. caus. pig. vel hypo. L. Ticia, et L. Codicill. ff. de leg. 2. Adde L. cum quis ff. de legat. 3. Item Alex. rescriptum ff. de appell. L. 2. de nundinis. L. septicia, ff. de pollic. Scævolæ nuncium in L. thais, ff. de fideicommiss. lib. L. natorum, ff. de verb. sign. Postremo totum titulum de excusationibus Tut. Græce scriptum si Modestinus ipse non fateretur, tamen orationis ductus clamaret, sordidus et incultus, a quodam utriusque linguæ æque imperito translatus: quod quivis facile deprehendet (nisi prorsus plumbeo sit ingenio) si cum nitido et culto jureconsultorum stylo conferatur. Ridiculum quam Accursius hic se torqueat, hæsitans e Latinone in Græcum sermonem, an contra, conversus sit, in omnes formas pueriliter se versans, neque elabi potest: ut taceam voces quæ identidem occurrunt leges pervaganti, non pœnitendi tamen momenti: in quibus simul et is, quisquis est, qui Græca interpretanda suscepit, et cum hoc glossatores fœde lapsi sunt, vel perperam ipsa Græca interpretando, vel submotis germanis notha insuentes: ut in L. 3. ff. de LL. ἐπὶ τὸ πλεῖστον: et in L. observare, de off. procons. ἐπιδήμια, κατάπλους, μητρόπολις: et L. athletas ff. de his quæ no. infa. βραβευταί. Sub tit. de edil. edi. morborum. Sub tit. de grad. nomina propinquitatis, de verb. significat. omnis generis vocabula Græca occurrunt a jureconsultis citata, in quibus interpretandis ridiculus est Accursius. Unum proferam e quibus cetera, sicut leonem ex unguibus, licebit æstimare. Parabolanos inquit medicos

esse ab eo quod multas parabolas habeant et loquaces sint: et Archigerontes, sacerdotes quibus delicta sua in metallum damnati confiteantur. Atque hæc tanta fiducia sui profert (tanquam certus suarum interpretationum) ut quicquid, quantumvis ineptum, in mentem illi venerit, pro oraculo recipiendum postulet: revera quod a Thucydide dictum, τὴν μὲν ἀμαθίαν θρασεῖς efficere, declarans: quum alibi arrogantius jactare non pudeat, nomen sibi Accursio fataliter inditum ab accurrendo juris tenebris. Equidem affirmare potius ausim, ab accersendis tenebris nominatum. Sed dicet aliquis, de vocibus jureconsultum, sicut nec medicum, esse solicitum, si de rebus constet. Sed quomodo (obsecro) de rebus constare poterit, si voces quibus res significantur, non percipias? cui tandem divinare dabitur germanam legis sententiam, si verba quibus ea constet non intelligantur? Annon voces sunt rerum notæ, sicut et scripta vocis sunt symbola? Quorsum attinet jureconsultos tam anxie de vocabulorum significatis disputare? quorsum titulus de verborum significationibus, et de legatis, aliisque passim locis, ubi jureconsulti in legibus et edictis vocum rationes diligentissime explicant. Condonari facile poterat jureconsultis qui in infeliciora secula inciderunt, si non ita terse aut etiam Latine scripserint, quum alioqui in respondendo plerique ingeniosi fuisse deprehendantur: verum qui tanta impudentia bona studia corrumpunt atque conspurcant, quo suam ignorantiam tegant, ii per Nemesim digni sunt ut a studiosis omnibus lapidibus obruantur, aut certe stercore conspergantur. Eoque major gratia habenda Budæo, Alciato, ac similibus viris immortali laude dignis, qui hoc Accursianum nobis sterquilinium exportant. Quanquam hic non desunt qui oganniant, non esse has cultiores disciplinas de pane lucrando: hoc est, οὐδὲν πρὸς τὰ ἄλφιτα. Certe L. munerum, ff. de muneribus et hono. Arcadii responsum declarat, etiam jureconsulto necessariam esse harum cognitionem: ubi frumenti et olei coemtores, σιτῶναι et ἐλαιέμποροι appellati, a leguleis explosi, ab eruditis Græcæ linguæ restituuntur. Ceterum hic de priori jurisprudentiæ seculo. Italia vero et Roma Gothorum irruptione vastata, imperiique sede Constantinopolim translata, ipsa simul jurisprudentiæ schola eodem commigravit: et quum tota Italia atque adeo Latino orbe exularet, in Græcia servata est. Imperator autem qui legum exuvias concenturiavit, quanquam analphabetus, tamen quia Græcus ipse, et in Græcia aulam habebat, ac denique jureconsultis uteretur Græce quam Latine peritioribus, quorum opera leges descripsit: et quia ad populi usum ejus regionis leges conderet, necesse fuit promulgare sanctiones ea lingua qua populus uteretur. Roma enim barbarorum incursibus occupata, Beryto terræ motu diruto, sola Constantinopolis et imperii sedes et jurisprudentiæ schola fuit. Hic a Justiniano, (ut dixi) Græco principe, Græcæ editæ sunt Novellæ, hoc est νεαραὶ constitutiones: quas post Pandectarum, Codicis et Institutionum editionem, princeps ille veluti proprias ac absolutum juris promtuarium per suos consiliarios componi jusserat, Græcoque sermone vulgarat. Sed post in Latinum sermonem translatæ non minus barbare quam inepte, adeo ut sententiam pluribus locis parum assequi queas, hellenismo subolescente. Quum autem alibi Græcum exemplar conservari dicatur, spes est fore ut propediem in communem studiosorum usum et magnam reipub. utilitatem proditurum sit. Jurisprudentia igitur jam in solis Græcorum scholis versante, factum est ut et Pandectæ κατὰ πόδας transferrentur in Græcum, et Institutiones, Pandectarum epitome, quo Romanorum ritus peregrinis gentibus declararentur, explicatius et copiosius in Græcam linguam translatas Politianus testatur. Et nos eas e bibliotheca Bessarionis, quæ est Venetiis, exhibitas inspeximus, et loca quædam decerpsimus: futurumque speramus ut aut nostra aut aliorum opera Græcum exemplar Latinis scholis illustratum in lucem propediem proditurum sit.

Sed ne diutius vos remorer in jurisconsultorum schola, et veluti in propria arena longius παρεμβάλλειν videar, ad theologiam conscendimus, eamque professionem quæ sacrosancta religionis nobis oracula tradit, atque adeo salutis nostræ summam. Ea vero quum et ipsa Græco vocabulo a verbo Dei appelletur, neque e spinosis quæstionibus, aut vanis sophistarum argutiis, sed ex novo et veteri instrumento, eque Prophetarum et Apostolorum doctrinis, divini spiritus dono et inspiratione haustis, reverenter flagitanda sit: non video quo pacto eam assequaris aut certe pro dignitate tractare, deque ea recte judicare possis, si sermonis Græci, quo hæc tradita, rudis sis. Siquidem totum novum testamentum (quod nobis lætum æternæ redemtionis nuncium exhibet) Græce ab Apostolis et Evangelistis traditum: quibus reliquiis totus mundus nihil habet venerabilius. Ad hæc, ut in Græcia Christiana fides plurimum propagata, et Christiani primum appellati, ita theologos nobis præbuit ea regio et scripturæ singulari peritia et eloquentia vitæque sanctimonia commendatos. Nam quos tulit, obsecro, ab Apostolorum temporibus ulla lingua vel ætas, quos cum Basilio, Chrysostomo, Nazianzeno, Eusebio, Origene, Theophylacto, Athanasio, Epiphanio, atque innumeris aliis, iisque gravissimis, Græcis theologis conferas?

Aliquanto post.

Porro quanquam declaratum sit, nullas apud Latinos disciplinas citra Græcarum literarum eruditionem exacte tractari posse: idque ita clare commonstratum per omnia Latinorum studiorum genera, ut inficiari nemo possit: tamen non desunt passim in academiis literarum hostes, qui, non dico, mussitent apud se, sed publicis etiam decretis ab his linguis deterreant. Quorsum (inquiunt) hæc studiorum novatio? quid nobis cum istis linguis, jam plus octingentis annis hic non usurpatis? et tamen hæc ætas nobis ingentia illa præbuit et theologiæ et aliarum professionum columina? Thomam, Scotum, Bonaventuram: qui ob singularem in scripturis vel eminentiam, vel perspicaciam, doctores sancti, subtiles, seraphici, irrefragabiles appellati: item Bartholum, Baldum, Alexandros, Durandos, juris monarchas: in medicinis, Averroem, Arnoldum de villa nova: in philosophia, Occam, Buridanum, Tartaretum, atque innumeros alios in sua professione celeberrimos viros, qui Græcas literas nunquam attigerint? Quod autem dicunt hanc linguam esse novam: quid audio? novane hæc lingua? quia ipsi eam non didicerunt? quum Græcam constet ante Latinam fuisse, et qua omnes disciplinas traditas, adque Latinos velut e fonte derivatas, supra satis demonstratum arbitror. Certe constat, hanc a nostris olim usurpatam, et ante bis mille annos Celtas et Germanos hac lingua usos, cum in reliquis fere rebus, tum privatis rationibus et tabulis, Cæsar ostendit Comment. belli Gallici.

Nihil olim apud Romanos referebat, Græcene an Latine loquereris, quum Romanorum literæ in fastigio essent: et Claudius Cæsar utramque linguam, nostram appellare solebat: qui et ipse Romanus Græcas scripserit historias, quas citat Steph. περὶ πόλεων. Imo et Romæ natos, neque Italiam egressos, Græca monumenta reliquisse. Adde, Gallos et Germanos hac lingua non modo in scholis, sed publicis administrationibus usos: ut de Carolo et Friderico Impp. Inque nostra lingua tam multa ejus linguæ vestigia extare, supra admonitum. Et hinc est quod Quintilianus (qui viginti annis juventuti instituendæ præfuit) Græca cum Latinis non solum conjungenda censuit, sed a Græcis etiam auspicari: quem morem sua ætate durasse, T. Livius lib. 9. ab urbe, narrat. Et Pontifices atque Imperatores huc respexerunt, quum decretis, privilegiis ac stipendiis harum linguarum professores in publicis scholis instituerunt. Porro quod ætas hæc aliquot seculorum præclara tulerit ingenia ex omni scientiarum genere, non diffiteor: attamen longe futuros absolutiores si in feliciora secula incidissent, et hujus linguæ præsidio adjuti fuissent. Negare enim non possumus, quin plerique

fœde hujus inopia lapsi sint: et haud dubie longe rectius et elegantius sua quique scripta tradidissent, si Græcorum literis exornati fuissent.

Paulo post.

Sunt et alterius classis harum literarum impugnatores Suffeni, qui etsi scioli et rhetoricastri videri velint, et Latinæ linguæ deos se existimantes: id inde est quia vident hujus linguæ peritos præferri, literasque felicius tractare: vulpeculæ instar Æsopicæ, quæ, quum pira in arbore assequi non poterat, insipida cavillabatur: ad eundem modum et his literis destituti, et tamen eruditult videri volentes, undecunque sugillandi captant occasionem: acute se et valde salse impetiisse studia rati, quoties vel Græculos esurientes per contumeliam appellent: vel illud ζωὴ καὶ ψυχὴ, ex poeta, in Græcorum mores jactent. Mirum autem quam sibi Ciceroniani videantur, quando illas ex oratione pro L. Flacco calumniæ tabellas proferunt. Ceterum donemus, quod Cicero testatur, Græciam a veteri illa, quæ gloria, opibus et imperio floruerit, degenerasse: fuerintque, serviente Græcia, tales aliquot Græculi, vel leves, vel turpiter quibuslibet quæstibus expositi, quales taxat poeta, et Lucianus notat in libello περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων: an ex illis decet universam gentem æstimare, aut linguam execrari tam multis modis utilem? Perversum per Nemesin certe judicium. Quin pro his producunt Agesilaos, Socrates, Phociones, Aristides, et innumeros alios, vitæ continentia morumque gravitate insignes: et totidem quot apud Romanos, qualescunque virtutes spectes: adeo ut Plutarchus in παραλλήλοις non dubitaverit cum Romanis præstantissimis Græcos modo et virtute non inferiores opponere. Quod si paulatim veterum morum severitas una cum imperio declinaverit, ut est rerum vicissitudo, ut nihil usquam stabile: quid mirum? quum idem hodie liceat cum in aliis gentibus tum in Romanis desiderare, si cum veteribus componas.

Paulo post.

Quod si Græcis voces sunt ad quamlibet rem significandam, etiam parum pudicam, appositæ, sunt in eadem lingua quæ sacrosancta mysteria eadem dexteritate exprimant. Quare non vitium hoc, sed laus est linguæ, posse significanter et vivam rem exprimere: quo dono siquis abutatur, id non linguæ sed abutentis vitium. Quod si ea omnia abjicienda essent quæ in abusum rapi possunt, ipsa elementa tollere e medio necesse foret. Neque Græci solum blandientibus verbis utuntur, verumetiam Latini Corculum meum et suavium, animula vagula, blandula, dixere. Quod siquis re per se non inhonesta male ad obscœnitatem abutatur, impuri hominis, non linguæ, morbus est. Romanis antiquam severitatem obtinentibus, Græcorum elegantia, luxus videbatur: nunc mirum si Cicero, Græcis alioqui parum popularis, quo causam suam, hoc est Latinæ linguæ eminentiam, commendatiorem redderet, Græcorum fidem moresque elevarit apud suum populum, quo nullum numen præsentius duceret, palpando, atque linguam, cujus ipse princeps fuit, velut simia suos catulos foveret? Non immerito repetundarum (ut testatur Hieronymus) atque adeo ingratitudinis a Græcis accusatus Cicero: quum ipse fateatur præclara illa ingenii ornamenta, philosophiam et oratoriam facultatem, a Græcis accepisse, atque Athenas inventrices vocet omnium doctrinarum: in quibus summa dicendi vis et inventa et perfecta sit: neque quenquam vel in philosophia vel alio quovis eruditionis genere citra hasce literas posse quicquam laude dignum præstare. Cujus rei fidem majorem facit, quod filium, quem unice diligebat, Athenas miserit, ut suo exemplo Græca cum Latinis conjungeret: idque non in philosophia solum, sed in dicendi quoque exercitatione. Unde satis liquet, Ciceronem in hac causa perinde atque in aliis quibusdam, non ex animo sed contra conscientiæ testimonium pleraque scripsisse. Neque dubium quin si Græcæ linguæ, uti Latinæ et a se illustratæ, patrocinium suscepisset, aliis usus fuisset argumentis, et diversa longe protulisset. Verum enimvero quum Latinam, etiam (si diis placet) Græca locupletiorem facere contendat, et ostendere, Græcos voce, qua inepti significatio exprimatur, carere: hic quam fuerit æquus, facile intelligunt qui Græce norunt: quum eam significationem non semel exprimant, et vocabulis oppido quam appositis. Id quod erudite simul et copiose declarat utriusque linguæ antistes Guilelmus Budæus. Quod si donetur Græcos eo vocabulo carere, non tamen ex hoc protinus convinceretur, Græcam linguam jejunam esse, et Latinam Græca copiosiorem: si expendamus quam multa sint quæ quum Latine dici commode non queant, Græcis vocibus efferimus: ut liquidius ante demonstratum.

Paulo post.

Jacebant logicæ disciplinæ cum mathematicis: philosophia omnis obscurata, hac lingua semel sublata: medicina cum jurisprudentia, poetica simul et historica: breviter omnes disciplinæ et monimenta ingeniorum sic barbarorum commentis conspurcata fuerant, ut, nisi hæc lingua revixisset, ad solidam eruditionem perveniendi nulla spes affulgeret, &c.

HENRICI STEPHANI AD LECTOREM

Epistola, seu Præfatio in suum Thesaurum Linguæ Græcæ.

ΓΛΩΣΣΗΣ τοι θησαυρὸς ἐν ἀνθρώποισιν ἄριστος
Φειδωλῆς, πολλὴ [πλείστη] δὲ χάρις κατὰ μέτρον ἰούσης,

ut Ascræus olim vates cecinit: at ego, non ut ᾠδὸς, sed ut παρῳδὸς, canere de Græca lingua non dubitarim,

Γλώσσης θησαυρὸς γλῶσσαν παρὰ πᾶσαν ἄριστος
Ἑλλαδικῆς, πασῶν χαρίτων πᾶν μέτρον ἐχούσης.

Ecquis enim dici vel fingi præstantior et major thesaurus possit quam is qui ad alios etiam maximos thesauros, vel potius ad eos qui soli vere sunt thesauri, quosque possessorum quilibet et facile et tuto portare secum potest, (ut Prienensis ille Bias se omnia sua secum portare aiebat) nimirum ad omnes liberales et ingenuas artes, viam nobis aperit? Quæ vero χάριτες non comitantur eum sermonem qui ipsas etiam deas quæ ὁμωνύμως appellantur Χάριτες, reddit χαριεστέρας? Si enim alio quam Græco sermone loquantur, non itidem χαρίεσσαν ὄπα fundere poterunt. Adeo ut quemadmodum ait Hecuba apud Euripidem,

—λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰὼν
Κἀκ τῶν δοκούντων, αὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει:

ita dici possit, (si et hic παρῳδεῖν mihi liceat)

—λόγος γὰρ Ἑλλάδος τὶς ἐξιὼν
Γλώσσης τε κ᾽ ἄλλης, ὡὐτὸς οὐ ταυτὸν σθένει.

Et merito: quum Græcus ille sermo dulcior melle fluat. Nam quod de Nestorea lingua testatus est Homerus,

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή:

id generatim etiam de Græca (si aliæ cum ea comparentur) dici posse videtur. Sed hæc lingua (quæ est ejus miranda felicitas) quamvis suapte natura sit μέλιτος γλυκίων, valet etiam, quum res postulat, verba fundere νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν. Quid quod unum idemque vocabulum et λεαίνειν et τραχύνειν hæc lingua potest? annon hoc non miræ solum sed propemodum incredibilis felicitatis existimari debet? Enimvero quoniam vereor ne, si ulterius orationem meam in hujus linguæ laudes provehi sinam, latissimum illum campum ingrediatur unde non facile abduci possit, jam nunc eam alio convertendam censeo: præsertim quum ab aliis scripta illius encomia hic additurus sim, et hoc argumentum ipse quoque scripto illi peculiari et pauca cum aliorum encomiis communia habente, tractare aliquando decreverim.

Equidem, si quadam amoris vehementia *Res minime pulchræ, pulchræ tamen esse videntur*, vel (ipsissimis Syracusani poetæ verbis) τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται: non erit quod quisquam miretur si linguam hanc, quam nemo pulcherrimam esse vel negat vel negare potest, insitus mihi a teneris propemodum unguiculis ejus amor, aliquid amplius quam pulcherrimam videri coegerit. Sed in hoc meo amore verum non comperitur quod poetarum Latinorum ποιητικώτατος testatur,—*ignoti nulla cupido.* Linguæ enim Græcæ cupido jam tum me incessit quum vix de nomine mihi nota esset, vixque ipsas elementorum ejus notas a Latinis possem discernere: ita ut oculi in hoc amore, sicut in eo quem elegiaci poetæ decantant, duces fuisse minime dici queant. Ac nihilo magis de auribus dici hoc potest, (ut illorum canit unus, *Pro lena multis vox sua sæpe fuit*) quandoquidem hæc lingua me in sui amorem jam tum pellexit et rapuit quum aures ne de modulatione quidem ejus (etiamsi eas quodammodo titillare viderentur) ullum ferre judicium possent, quin potius ejus auditor tanquam ὄνος πρὸς λύραν essem. Fecit denique hic non solum inusitatus sed præproperus etiam et præcox amor ut Græca lingua discenda mihi ante Latinam esset. Hoc autem quo miraculo contigerit, quoniam alibi scripsi, nimirum in iis quæ editioni poetarum heroici carminis principum præfixi, (ibi enim quum iis quæ de poetices laudibus scribere institueram, aliquid περὶ τῆς ἐμῆς φυσικῆς φιλομουσίας ab eo argumento non alienum præfari vellem, ad narrationem illam mea delapsa est oratio) siqui jam ibi legerint, minime repetendum illis nunc fuerit: at iis qui nondum lectum legere cupient, locum indicasse contentus ero.

Sed vide, obsecro, lector, quomodo in meo illo præcoci (uti dixi) Græcarum literarum amore providentia Dei optimi maximi jam tum semina quædam hujus tam operosæ πραγματείας includeret. Quid enim amor ille fecit? vel potius quid non fecit? Eo accensus, Herculeum quendam laborem, qui exantlandus in ea erat, eluctari potui: eo inflammatus, tantam laborum asperitatem tanta voluptatis dulcedine temperavi, ut quemadmodum Prometheus et Pelopis parens dulci sono decepti laborum feruntur, ita ego sæpenumero Sisyphei quod volvebam saxi oblitus fuerim, atque id a me volvi minime senserim. Quot enim quantasque difficultates objectas mihi fuisse putas? quam confragosa et salebrosa, quam prærupta per loca perrumpendum mihi fuisse credis? Quoties tantis difficultatibus deterritum pedem referre voluisse arbitraris? Verum ut de Ænea cecinit Maro, *Vicit amor patriæ:* ita de me affirmare possum, Vicit amor linguæ. Quinetiam cum eo amore cujus ex poetis elegiacis mentionem feci, meum comparare in multorum malorum tolerantia possum. Apud eum qui omnium ingeniosissimus non immerito censetur, legemus,

Quis nisi vel miles vel amans et frigora noctis
Et denso mistas perferet imbre nives?

Alius quidam hoc de se, ut amatore, profitetur,

Non mihi sæva nocent hybernæ frigora brumæ:

Proh quam aspera frigora non dicam mihi non nocuerunt, sed tanquam non nocentia, patienter a me tolerata fuerunt! Possum illi amanti simulque illi militi in eo item me adjungere quod ab eodem poeta canitur, *Pervigilant ambo.* Magna enim ex parte vigiliæ appellari mea hæc scripta possunt. Quid de inediæ tolerantia dicam? In ea me et milites et amatores quoslibet superantem non domestici mei solum sed etiam quicunque domum meam frequentarunt, non sine admiratione sæpenumero viderunt. Unum addam, in quo itidem multos me id genus amatores vicisse, nemo negaverit. Canit de amica sua quidam,

Quinetiam sedes jubeat si vendere avitas,
Ite sub imperium sub titulumque lares.

Quam paucos in animum inducere putamus ut idem propter amicas faciant? At ego propter amicam meam linguam Græcam et præ ardenti construendi ejus θησαυροῦ desiderio, pene universas meas divitiolas paulatim ἀποτεθησαυρισμένας repente me ἐκτεθησαυρικέναι, utinam non tam vere dicere possem. Et hæc quidem sunt quæ cum illo amatorum genere, partim cum eorum multis, partim cum paucis communia habeo: (quorum commemoratio nequaquam mira videbitur ei qui celebris illius versiculi meminerit, Ἡδύ τι τῷ σωθέντι μεμνῆσθαι πόνων) at vero quod in eorundem malorum tolerantia commune cum illis non habeo, id demum est quod me solatur: nimirum fructus quem ex meis qui cum tantis malis conjuncti fuerunt laboribus, non a me tantum sed a multis hominum millibus perceptum, ingentis thesauri loco futurum spero.

Ut autem et ipse de hac spe mea deque opinione quam concepi judicium ferre possis, audi obsecro quæ in hoc opere præstiterim, et in quibus potissimum præstandis sudaverim. Primum quidem mea est nec prius audita vocum Græcarum dispositio, qua earum maxima pars ad suas origines, tanquam rivi ad suos fontes, vel stirpes ad suas radices, revocantur: qua derivata nonnunquam ducenta, interdum trecenta ad unum primitivum ita reducuntur ut interim ne ipsa quidem permixtim collocentur, sed in certos ordines distribuantur. Hæc autem series (propter quam indice opus huic Thesauro fuit, ut etiam in præfatione illi præfixa docui) vix dici potest quam multa hujus linguæ studiosis afferre commoda et adjumenta possit: tria quidem certe affert longe maxima: quod lector magno labore quærendi per diversos sparsa locos, et eadem in diversis legendi, levetur: quod a primitivis derivativa dignoscat, et quomodo factæ sint derivationes, primo aspectu intueatur: quod uno eodemque loco et in promtu habeat quæ mutuam quodammodo lucem sibi afferant, et sese mutuo explicent. Adde quod hæc series ditiores (ut ita dicam) reddere videtur Græcæ linguæ divitias: et quæ antea locupletissima verborumque omnis generis fœcundissima esse visa est, facit ut multo etiam locupletior fœcundiorque quam credita sit comperiatur: ut etiam dixi in epistola ante biennium excusa, qua ad multas multorum amicorum, de meæ typographiæ statu, nominatimque de meo Thesauro linguæ Græcæ, respondi: ubi et alia pleraque non solum hac de re sed etiam de aliis ad hunc Thesaurum et ad vulgaria lexica pertinentibus disserui: quæ in hac præfatione (quam et properans et animo minus quam in ulla operis parte tranquillo scripsi) non immerito desideraturus sis. Ceterum tu quoque pulchram esse hanc meam vocabulorum antea

permixtorum et confusorum dispositionem, fateberis, sat scio: sed ad καλὴν, addito χαλεπήν: et Græcum proverbium hac in re, non minus quam in alia ulla earum quæ ad linguam Græcam pertinent, ἀληθεύειν existimato. Atque utinam non tam expertus loquerer: utinam dispositionem illam mihi asserere non possem: utinam mihi nihil deberet: nec me viæ ducem esse, sed monstratam ab alio quopiam sequi oportuisset. Vix enim ullis exprimi verbis potest cum quibus mihi difficultatibus luctandum fuerit, et quoties de me dici illud potuerit,

Ut stat et incertus qua sit sibi nescit eundum,
Quum videt ex omni parte viator iter.

Quum enim omni ex parte viam vel potius viarum inexplicabilem errorem et labyrintheo similem cernerem, quomodo non hæsissem? sic autem hærens animus qui potuisset in varias sententias non distrahi? Nec vero mihi in his labyrinthis aliquod Ariadneum filum, tanquam alteri Theseo, auxilio erat: sed idem quod Terentiano Getæ usuveniebat, ut in me omnis spes esset mihi. Lexicographos omnes, scholiastas, grammaticos, cunctos denique qui aliquid ad Græcæ linguæ cognitionem pertinens scripsissent interrogabam: sed in maxima parte eorum quæ sciscitabar, magis muti quam pisces erant: sicubi autem sententiam suam proferebant, idem mihi contingebat quod Demiphoni apud eundem comicum, quum ab advocatis quos consuluerat, incertior quam antea reverteretur. De plerisque enim derivationibus aut tacere aut inter se dissentire veteres quoque grammaticos, de nonnullis vero eosdem diversa diversis locis, aliquando etiam contraria, sentire comperiebam. Scio autem fore multos qui et hujusmodi dissensionum et aliarum quas dixi difficultatum exempla requisituri sint: sed ea in Thesauri hujus corollarium jam inchoatum reservanda censui: ubi etiam plurima ad reconditiorem linguæ Græcæ cognitionem pertinentia, nec adhuc a quoquam tractata (inter alia autem, ea quæ ad Atticam dialectum et ceteras pertinent) Deo favente tractabuntur. Sed interim siquis hoc ipsum opus evolvere non gravabitur, suo desiderio aliqua ex parte satisfactum esse dicet. In aliquot enim locis, et illius discrepantiæ et multorum quæ lexicographi vel scholiastæ vel alii grammatici nobis pro oraculis obtrudunt mendaciorum mentionem simul et reprehensionem inveniet. Quod si verum est illud,—*in magnis et voluisse sat est*, mihi æquus esse debebis lector, qui omnes propemodum difficultates oppugnavi, plurimas vero oppugnatas, etiam expugnavi.

Illum tantum circa talem vocabulorum dispositionem laborem excipiebat alius non minor, vel potius multo major, disponendi itidem ordine certo significationes, et singulas quoad fieri posset aptis exemplis confirmandi: quinetiam eas quæ in superioribus lexicis turmatim (ut ita dicam) collocatæ essent, examinandi, et veras a falsis dijudicandi. Quod enim ad ordinem attinet, plerumque una significatio primum locum certis de causis mereri videbatur: sed ecce statim aliam, quæ de primatu cum ea contendebat, et cui itidem rationes suæ deesse non videbantur: adeo ut subinde usurpare illud possem,

Et magis hæc nobis et magis illa placet.

Quid? an levem hanc difficultatem fuisse existimas, quum animus meus, quamcunque se in partem verteret, nihil nisi varias dubitandi causas intueretur? Quid certi, quæso, statuere poterat qui vagabatur et errabat,—*ut a ventis discordibus acta phaselus?* Expectandum certe erat dum utrisque rationibus, quæ prima fronte ἰσόῤῥοποι esse putabantur, in utraque lance positis, alterutræ præponderarent. Siquando autem in æquilibrio manere eas videbam, lectores admonebam. Vulgaria enim lexica ne hic quidem ullo mihi adjumento erant: utpote in quibus tam parva vel potius adeo nulla hujus ordinis significationum habita fuerit ratio, ut linguæ hujus vel mediocriter periti multa ibi præpostera esse animadvertere possint: et caput plerumque ibi poni ubi ponendi pedes erant: nonnunquam vero in magna permixtarum significationum turma sive caterva nec caput nec pedes apparere. Adde quod sæpe in iisdem contingit ut ex duabus significationibus una plane falsa sit, et quam aliquis ex male intellecto quopiam loco somniaverit: altera, vera quidem sit, sed falsum quod ad confirmationem ejus subjungitur exemplum: id est, falso (utpote nihil commune cum illa habens) afferatur.

Ad alia multa incommoda hoc accedebat, quod quum vulgaria illa lexica, non πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρὰ, sed contra παῦρα μὲν ἐσθλὰ, πολλὰ δὲ λυγρὰ, habeant, (idque potissimum in significationibus recensendis) vel utraque sint ἀδέσποτα, vel τῶν λυγρῶν potius quam τῶν ἐσθλῶν auctor nominetur. Cui enim adscribenda hæc essent divinandum mihi erat, deinde ad investigationem veniendum. Mihi siquidem propositum hoc erat, ut quoad fieri posset, nihil quod alicujus momenti et minime vulgare foret, sui auctoris nomine careret: ut nimirum hoc modo ab alienis mea discernerem, ac neminem honore suo fraudarem. Sed paulatim ita me divinationi illi assuefeci, ut quid Budæi, quid Erasmi, quid Petri Victorii, quid Joachimi Camerarii, quid aliorum esset, conjectura facile assequerer. Unde fiebat ut in plerisque locis, unoquoque eorum quos nominabam, suas repetente plumas, furtivis coloribus bella illa lexica nudarentur. Interim tamen non dissimulabo me auctores non invenisse quorundam quæ non contemnenda erant, quorundam etiam quæ erant ejusmodi ut si non omnino vera, saltem aliqua ex parte verisimilia viderentur. Sed quum minime prætermittenda censerem, quamvis de iis ἐπέχειν cogerer, (præsertim quum nullis confirmarentur exemplis, aut ejusmodi quæ non facilia inventu apud ipsos scriptores essent: præterquam quod ne quærere quidem semper vacabat) hanc rationem inii, ut saltem in vulgatis seu vulgaribus lexicis ea legi indicarem, eorum nomen pro auctoris nomine quod celant, afferens, simulque fidem penes ea esse volens. Ipse autem non solum multas significationes ab aliis omnibus prætermissas, aut omissa earum exempla addidi, vel aliis aptioribus confirmavi, sed etiam quoties in alicujus vocabuli significatione, aut alicujus loci interpretatione, vel a doctissimo Budæo, vel ab alio quopiam dissensi, id minime dissimulavi, (quippe qui in nullius magistri verba jurassem) sed semper aut certe plerumque rationem cur ab aliis dissentirem adjunxi. Ac istorum quoque omnium exempla in eo cujus paulo ante memini Thesauri corollario habebis. Quinetiam quod attinet ad ea in quibus a doctissimi Budæi sententia discessi, spero fore ut si iis quas illic attuli rationibus tibi non satisfeci, vel in eodem Corollario, vel quum edam illius in linguam Græcam commentarios satisfaciam. Cogito enim de libri illius editione quæ habeat cum alia quibus multo quam antea utilior reddatur, tum vero meas in quosdam locos annotationes.

Hæc sunt, lector, quæ ad illustrandam Græcam linguam, præsertimque ad discutiendas tenebras quas ei lexicorum vulgarium consarcinatores offuderant, primus ego præstiti: parentis mei Roberti Stephani (cujus tot tantaque in rempub. literariam merita extant) exemplum secutus. Eum enim in suo Latinæ linguæ thesauro multas itidem errorum nebulas quæ in præcedentibus dictionariis erant, discussisse, nemo est qui ignoret. Spero autem fore ut paternis vigiliis meas aliquando addens, illud Thesauri Latinæ linguæ opus cum aliis rebus tum vero vocum dispositione ei simili qua in Græcis usus sum, luculentius reddam.

Sunt quidem certe et per hoc ipsum opus sparsa nonnulla quæ obiter de quorundam Latini sermonis vocabulorum aut loquendi generum significationibus adnotavi, non prius (quod quidem sciam) a quoquam indicata. Quinetiam animadverti, dum ipsum conscriberem, multo plura Latinos a Græcis sumsisse vocabula, et plura etiam ex Græca phrasi mutuatos esse, sive pluribus modis linguam Græcam esse imitatos, quam vulgo

existimentur. Ex vocabulis quæ a Græco sermone sumsisse mihi visi sunt, (a nemine tamen adhuc annotatis, quod sciam) sunt Bifarius et Trifarius. Nec enim dubito quin hæc Bifarius et Trifarius (unde sunt adverbia Bifariam et Trifariam: ad quorum formam fictum fuit Multifariam) originem habeant a Græcis διφάσιος et τριφάσιος: ut nimirum ita hic mutarint σ in r, ut in quibusdam aliis quas ex eodem sermone in suum transtulerunt vocibus: veluti in Valerii et Furii, pro antiquis Valesii et Fusii, in Muses et Plusima et Asena, pro Mures et Plurima et Arena, aliisque quorum Varro et Fabius meminerunt. Nihilque nos talis mutatio literæ unius movere debet, quum videamus in aliis quoque mutatione esse usos: et ita quidem ut alicubi hanc literam in illam, et vicissim illam in hanc verterint: veluti quum pro μελετῶ dixerunt Meditor, λ in d mutantes: vicissimque Lacryma seu Lacruma pro δάκρυον, (licet Livium Andronicum Dacruma dixisse testetur Festus) itidemque Ulysses vel Ulyxes pro Ὀδυσσεὺς, ex δ facientes l. Verum ut ad alia veniam exempla illorum quæ dixi vocabulorum, (quæ nimirum a Græcis orta mihi visa sunt, quamvis hanc illorum originem a nemine observatam invenerim) nomen Cachinnus Latinos ex Græcis et quidem comicis habere comperi: nimirum ex voce illis usitata καχχάζω. Nec dubito quin Æmulor sit ab ἁμιλλῶμαι: quin Pronus sit a προνεύω, (hinc enim deducere malo quam a πρηνὴς) quin Spolia sit a σπόλια, quod fortasse γλωσσηματικὸν est, significans τὰ παρατιλλόμενα ἐρίδια ἀπὸ τῶν σκελῶν τῶν προβάτων, teste Hesychio. Ex κολώνη non solum Collis, sed etiam Columna deduci existimo. Atque ut ex γιγνώσκω seu γινώσκω fit Nosco, aphæresi prioris syllabæ, et ex ἀμέλγω, Mulgeo: sic ex νόμος factum esse puto nomen Mos, ex κυκλοτερὴς factum esse suspicor Teres. Ad particulas item nonnullas quod attinet, ut In præpositio est ex ἐν, ita Eu pro Ecce, esse ex ἦν, (unde est ἢν ἰδοὺ dictum ἐκ παραλλήλου, sive ἤν' ἰδοὺ) et Dum, in Ehodum et Agedum, esse Græcum δὴ, quo utuntur itidem in ἄγε δὴ, propemodum persuasum habeo. Quinetiam unum idemque vocabulum in una significatione Græcam originem habere puto, in altera non item; ut Ita: hoc enim adverbium, quum adjunctam habet particulam Ne, ex εἶτα esse arbitror, sed eo quod indignationi servit. Animadverti præterea quædam esse vocabula quæ ab alia voce Græca deducenda sint fortasse quam deduci soleant. In exemplum afferam nomen Forma: (quod meliora quædam et certiora exempla in mentem non veniant) quamvis enim rationi consentanea sit derivatio a μορφὴ, sic inverso syllabarum ordine ut in Tæda ex δαιτὴ, (licet et δετὴ inveniatur) aliquis ex φορμὸς potius sumtum esse suspicetur, quamvis hujus derivationis ratio ignota sit. Observavi insuper, ex iis etiam vocabulis quæ apud priscos Latinos in usu erant, pleraque originem Græcam habuisse. Quo in numero est Cluere, a κλύειν: item Clepere a κλέπτειν: (neque enim dubitare debuit Varro essetne hoc a Clam, an ab illo Græco verbo: potuitque fortasse et κλέπειν dicere) Item Calare a verbo καλεῖν: unde Calata comitia, et Nomenclator: pro quo alii scribunt Nomenculator. Necnon Antlare et Exantlare, ab ἀντλεῖν et ἐξαντλεῖν: quod non animadvertentes quidam, dubitarunt an altera scriptura, Anclare et Exanclare, rejicienda esset. In hoc numero est etiam Dædala (quo et Virgilius usus est) pro Græco δαιδαλόεντα. Quibus cum alia plurima possunt addi, tum vero præpositio Endo, pro In: nam Endo ex ἔνδον esse, persuasum habeo: licet et simpliciter pro In accipiatur: sicut εἴσω apud Homerum legitur pro εἰς. Hujus autem præpositionis usum apud Lucretium quoque non uno in loco habemus. Sed quum ejus significatio ignoraretur, et vox corrupta esse crederetur, e quibusdam locis ejecta fuit, in quibusdam superiorum editionum, et alia in ejus locum reposita, nimium audaci (ut in aliis plerisque locis) conjectura. Sic et apud Lucilium,

Quam lepide lexeis compostæ ut tesserulæ omnes
Arte pavimento atque emblemate vermiculato,

pro *Endo pavimento*. Neque Endo tantum, verum etiam Indu dicebant, sed potius in compositione.

Jam vero et comici multa e Græcis mutuati sunt, e quibus nonnulla ceteri itidem scriptores post eos usurparunt, quorumdam vero parvus apud alios aut etiam nullus usus fuit. Neque enim quædam duntaxat composita in Latinam linguam introduxerunt comici quæ apud Latinos appellationem non habebant, aut non tam significantem: ut Sycophanta, et ab eo deducta, Sycophantia, Sycophanticus, Sycophantiosus, (unde et adverbium Sycophantiose apud Plautum) Sycophantari. Quibus adde Parasitus, Parasitor, necnon Parasitaster. Adde et Asymbolus (quamvis enim Donatus hoc nomen inter parasitos confictum atque compositum esse tradat, in eo compositionis Græcæ analogiam servari, et apud Græcos quoque inveniri constat. Sed et substantivum Symbola, unde illud adjectivum factum est, vocabulis quæ comici Latini e Græcis primi sumserunt, annumerare possumus: et in plerisque eorum locis ubi Symbolum legitur, hoc reponere debemus). Quibus adjici possunt hæc, Œnopolium, Thermopolium, Myropolæ, et alia quamplurima. Non, inquam, comici talia duntaxat vocabula in Latinum sermonem introduxerunt, sed etiam Danista, et Machæra, et Phylaca, necnon Astu, de Atheniensium urbe dixerunt, et alia non pauca, palliatæ comœdiæ convenientia. Dicam autem pro Græco δίκη, non illi solum verum alii quoque post eos dixerunt, (inter quos est Cicero) sed duntaxat in certis quibusdam loquendi generibus. Quinetiam credibile est singulis comicis certa quædam vocabula Græca præ aliis placuisse, ideoque usum eorum apud hunc vel illum magis quam apud alios frequentem fuisse. Sic videmus voce Basilicus Plautum identidem uti: dicentem, Basilicus victus, Basilicus status, Basilica facinora: eundemque usu hinc deducti adverbii Basilice gaudere. Apud eundem extat verbum Harpagare, et passivæ vocis participium Harpagatum. Idem Architectonem alicubi dicere maluit, declinatione Græca, quam Architectum. Neque vero mirum est comicos hisce Græcis nominibus sub terminatione Latina esse usos, quum etiam voces quasdam Græcas nihil immutatas suo sermoni intermiscerent: et quidem in iis etiam locis interdum ubi Latinis idem significantibus uti poterant. Id videmus apud Plautum in verbo οἴχεται, in Trinummo,—*ratio quidem hercle apparet, Argentum οἴχεται.* Quinetiam alicubi dicit λῆροι λῆρων, quum alibi Nugæ et Meræ nugæ dicere soleat. Apud eundem legimus Vendere λόγους. At Terentius dixit λόγοι ea significatione qua alibi Verba: ubi scribit, Verba isthæc sunt. Neque tamen Plauto suam in usurpandis quibusdam Græcis rationem defuisse existimo, quæ nobis sit incognita.

Verum ut ad vocabula e Græcis sumta revertar, hoc quoque observatione dignum est, quædam habuisse linguam Latinam in quibus terminationem Græcam in suam mutavisset: quæ a nobis ignorentur. Conjecturam facio ex nomine Auliones pro Aulœdi. Nam in veteri lexico Latinogræco, cui Glossarii nomen a recentioribus datum fuit, scriptum est, Auliones, αὐληταί. Enimvero hujus lexici mentio quædam verba mihi in memoriam revocavit quæ superioribus possunt adjungi. Unum est, Gnetonsum, quod ibi exponitur ἀμαυρὸν et σκοτεινόν: quum Cnephosum apud Festum legatur, ita scribentem, Cnephosum antiqui dicebant tenebricosum. Græci enim κνέφας appellabant obscurum. De quo vocabulo Gnetonsum hoc tantum dico, dubium esse posse debeatne mutari in illud Cnephosum, an in Gnophosum, a γνόφος. Alia autem sunt de quibus major et difficilior moveri quæstio potest, quod ad significationem attinet. Ecce enim, verbum Andruare Festus exponit Recurrere, a Græco verbo ἀναδρᾶν: (pro quo repono ἀναδραμεῖν) at in Glossario illo Andruare exponitur Græco verbo ἀνδρίζεσθαι. In eodem legimus, Auxillæ, μικρόπτερα, ὡς Βάῤῥων: quum Festus scribat, (si modo non mentiuntur quæ extant ejus editiones typographicæ) Auxilla, Olla parvula. Illam quidem

certe Glossarii expositionem, si μικρόπτερα pro μικρὰ πτερὰ aut per imprudentiam aut etiam consulto scriptum esse dicamus, confirmat quod ibidem legitur: videlicet, Auca, πτηνόν: adeo quidem ut verear ne pro Olla in illo Festi loco reponi debeat Auca. Inveni porro apud eundem scriptorem quædam Græca vocabula secus etiam quam a lexicographis Græcis exposita. Eorum unum est μῶμαρ, quod Siculis stultum significare dicit: at Hesych. exponit μέμψις, ὄνειδος, αἶσχος: itidemque apud Lycophronem pro μῶμος positum extat.

Ne hoc quidem tacebo, quod vocibus quibusdam ex earum numero quas sermo Latinus e Græco mutuatus est, peculiare esse observavi: nimirum eas non ex communi Græcæ linguæ usu, sed ex aliqua dialecto sumtas esse: qualia vocabula ipsi Græci γλωσσηματικὰ nominant. Neque enim quum hic dialectum dico, unam tantum ex illis quatuor generalioribus, sed etiam quamlibet intelligo. Ac possunt fortassis illa duo nomina διφάσιος et τριφάσιος (unde Latinos sumsisse Bifarius et Trifarius dixi) exemplum primum horum vocabulorum esse. Neque enim dubito quin Ionica sint. Equidem præterquam quod in Ionicarum vocum collectione quadam (a me subjuncta libello Galeni qui inscribitur τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησις) inter illas recensetur τριφάσιοι, Herodotum aliquot locis utrumque usurpare constat. Præsertim vero ex Dorica dialecto multa vocabula in suum sermonem Latini transtulerunt: quos etiam in iis quæ Dores cum ceteris Græcis habent communia, Doricam scripturam amasse videmus: veluti quum Fagus dixerunt, η quod est in φηγὸς, mutantes in α. Sic in Fama maluerunt φάμα quam φήμη: non illud tantum α quod terminationis est, sed alterum etiam ex Dorico sermone accipientes. Sic in Garrio videmus γαρύω magis illis placuisse quam γηρύω. Sic Ganeum dixerunt, non ἀπὸ τῆς γῆς, sed ἀπὸ τῆς γᾶς derivantes: si tamen verum est quod scribit Donatus, Ganeum dictam esse meretricum tabernam, quod sit in terra. Dubitationem enim movet quod scribit Hesychius, γανιταὶ, δάπανοι, ἄσωτοι. Pro quo fortasse scribendum aliquis putet γανυταὶ, a γάνυμαι. Sic et in aliis plerisque Doricam scripturam imitati esse comperiuntur. Nam et pronomen Tu ex Dorico τὺ, non ex σὺ, esse videmus. Eodemque modo Pratum ex Dorico πρατὶκ sumsisse literam τ existimatur. Atque adeo vocem Bos esse ex Dorico βῶς, non ex βοῦς, non absimile vero est. Alias autem ejusmodi observationes, et quidem his etiam insigniores (quæ mihi nunc in mentem non veniunt) hoc in opere invenies: quamvis Fabius non Doricæ rationi sed Æolicæ sermonem Latinum esse dicat simillimum. Verum quod ad voces attinet quæ non scriptura tenus seu terminatione sed omnino sunt Doricæ, incipiam a nomine Cubitum. Dicunt enim Latini Cubitum eadem significatione qua et κύβιτον apud Græcos legimus: verum hoc Græcos omnes commune inter se non habuisse, sed Dores sibi vendicasse, et quidem eos qui Siciliam incolebant, cum aliunde tum ex Polluce discimus. Ejus verba sunt, καὶ κύβιτον εἴποις ἄν, ὡς Ἱπποκράτης· δοκεῖ δ' εἶναι Δωρικὸν τοὔνομα, τῶν ἐν Σικελίᾳ Δωριέων. Quibus addit, Hinc factum esse ut Epicharmus κυβιτίζειν dixerit, significare volens παίειν τῷ ἀγκῶνι. Eustathius tamen, doctissimus alioqui scholiastes, hoc ignorans, κύβιτον pro Latina voce habuit. Horum Siciliensium Dorum est etiam Nummus: quod alioqui nemo non putet Latinum esse vocabulum: præsertim quum Suetonius apud Suidam a Numæ nomine deductum esse tradat. Pollux l. 9, ὁ δὲ νοῦμμος, δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοὔνομα τοῦ νομίσματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Δωριέων. Sed ὁρίων apud eum legitur, pro quo repono illud Δωριέων. Ex eodem discimus, Unciam Siculorum fuisse vocabulum. Varro illud quidem prius nomen, videlicet Nummus, a Siculis ortum esse et ipse testatur: sed hoc posterius pro Latino habet: quippe qui scribat, Uncia ab uno. Atque his annumerari potest et nomen Libra, ex Polluce, vel potius ex Aristotele apud eum: quamvis Galenus Romana vocabula λίτραν et οὐγγίαν esse dicat, sicut et ξέστην: sed cur illi potius fidem adhibendam esse dicemus? Quinetiam nominis Campus origo Siculis tribuitur. Κάμπος, (inquit Hesych.) ἱππόδρομος, Σικελοί. Huic subjungo vocem Allia: siquidem hanc quoque a Doribus manasse arbitror, quum ἄγλιθας eorum esse scribat Corinthus. Si autem vera sit hæc mea conjectura, dicta fuerint Allia quasi Aglia. Quinetiam Ruta Latinum non est, si scholiastæ Nicandri credimus, vel potius ei quem producit testem. Nam ῥύτην Peloponnensium vocabulum esse tradit, significans πήγανον. Dicunt autem Syracusanæ mulieres apud Theocritum,—πελοποννασιστὶ λαλεῦμες. Δωρίσδεν δ' ἔξεστι, δοκῶ, τοῖς Δωριέεσσι. Hoc porro in memoriam mihi reducit et Σαυκὸν, quod Hesychius exponit ξηρὸν, Syracusanum vocabulum esse tradens. Ex illo certe nemo non suspicetur manasse Latinum vocem Siccum. Verum ut aliqua ex aliis etiam dialectis sumta recenseam, quis verbum Ridere a Græcis oriundum esse credat? Strattis tamen apud Athen. lib. 14. Thebanis ἰκριδδέμεν esse ait γελᾶν. Ne Capra quidem Latinorum est, si Hesychio fides adhibenda est: tradit enim esse Tyrrhenorum. Sed nec Verres Latinum esse videtur: quum ἔῤῥας extet apud eundem lexicographum, sed exponentem κριὸς (sic autem Caper aliud Latinis esse videmus quam Græcis κάπρος, quamvis hinc esse credi possit). Quoniam tamen non addit e qua dialecto sit sumtum, dubitare quis possit an superioribus annumerari debeat, an potius inter illa poni quæ Græci quipiam scriptores pro Latinis attulerint. Sunt certe et alia quædam Latina vocabula, quæ licet in Græco sermone inveniantur, aliquid dubitationis nobis relinquunt, donec inveniatur adnotata dialectus cui adscribi debent. Ex iis est Caballus: invenitur enim καβάλλης de vili itidem equo dictum. Sunt præterea quæ a Græcis quidem profecta esse constat, sed dubiam apud illos ipsos originem habent. In hoc numero est Sanna, unde factum est Sannio. Nam Σάννας de quovis stulto dicitur, sive a cujusdam stulti nomine, ut quidam arbitrantur: sive (ut alii volunt) a nomine cujusdam gentis Asiaticæ: sive (ut nonnullis placet) a verbo σαίνειν. At Hesychius scribit Σάννορος significare μωρὸν Tarentinis, usumque ejus extare apud Rhinthonem. Simul autem observandum hic est quomodo Latini a significatione aliquantum deflexerint.

Hoc etiam observavi, habere Latinam linguam vocabula ex Græcis sumta, sed qui ea et ipsi aliunde mutuati essent. Tale est Cadus: hoc enim est a Græco κάδος, istud ab Hebraico כד esse constat. Eodemque modo Saccus ex σάκκος, hoc ex Hebraico שק profectum est. Sic etiam Mitra Latini a Græcis, Græci a Syris habent. Sic Arrhabo Latina lingua sumsit e Græca, hæc e Syriaca (nisi potius Hebraicæ adscribi debet: in qua sententia plerosque esse scio). Idemque et de nomine Turris dici potest. Quinetiam vocabula quædam inveniuntur quæ Latini a Græcis, Græci a Persis, vel aliis, hi quoque aliunde sumserunt. Quamvis autem aliquot hujusmodi in construendo Thesauro observarim, unicum nunc occurrit, Paradisus; cujus mentionem minus libenter facio, quod a nostræ duntaxat religionis hominibus usurpatum (in Latino quidem sermone) existimetur, et quidem significationem ejus restringentibus. Paradisus enim vox est e Græcis sumta: Græci ex Persis, Persæ ex Hebræis sumserunt: nimirum ex eorum vocabulo פרדס.

Observavi præterea in construendo hoc Thesauri opere, Latinum sermonem in multis aut saltem in pluribus quam vulgo credamus, ad imitationem Græci (ut ita loquar) se composuisse. Verbi gratia (ut ex multis exemplis pauca proferam) sicut Græci ἄνους, ex α privativo et nomine νοῦς, (ex qua voce ἄνους Festus nomen Anus ortum videri posse existimat: eademque est et in synonymo ἄφρων compositionis forma) ita et ipsi Amens dixerunt, ex litera α privandi vim habente, et nomine Mens. Atque ut illis ἔξαιμος, ex præpositione ἐξ privandi itidem vim habente, et nomine αἷμα: sic istis Exanguis dicere placuit, in quo præpositionem eadem vi præditam et nomini Sanguis itidem præfixam habemus. Item, verba quæ apud Græcos impersonalia sunt, apud hos

quoque magna ex parte talia sunt. Necnon quæ apud illos in præterito significationem præsentis habent, ut οἶδα, μέμνημαι, apud hos quoque: qui pro illis dicunt itidem Novi, Memini. Omitto terminationem primæ et secundæ personæ verborum in utroque sermone eandem: id est, in eandem literam: omitto et alia, eodem pertinentia, sed levia: et ad verba quæ desiderativa vocantur, venio; cujusmodi est Bellaturio. Dico enim me suspicari, Latinos in hac terminatione imitari Græcos voluisse, sed vertentes literam s in r: nam ut in Bellaturio (ea forma dicto qua Empturio, Vomiturio, et alia) habes terminationem in RIO, ita πολεμησείω, quod eam significationem habet, in σειω desinere videmus. Quinetiam metaphoras Græcas in plerisque verborum et simplicium et compositorum significationibus imitati sunt: veluti quum dixerunt Conferre pro Prodesse: plane exprimentes Græcum συμφέρειν: sic quum Seducere pro Decipere usurparunt. Ut enim Seducere est seorsum ducere, sic ἀπατᾶν est quasi abducere ἀπὸ τοῦ πάτου. In nominibus quoque permultis metaphoras Græcas servari non obscurum est: sed in multo pluribus, ut opinor, eas inveniremus, si non tot veteres scriptores, ac præsertim comicos, desideraremus. Sunt vero et apud eos quos habemus nonnullæ quæ plerosque latent: ut ῥυπαρὸς apud Platonem, eodem plane modo quo Latine Sordidus, de avaro. Sic ῥυπαρία de avaritia, ex Critia Pollux affert. Nonne Sordes et Sordidus horum exemplo dixisse Latinos de avaritia et avaro credere debemus? Verum alicubi translationem Græcam non ad verbum expresserunt, sed potius alia simili usi sunt; veluti quum pro σχολὴ (quod proprie otium significat) ludum vel ludum literarium dixerunt. Non dubito autem quin hujusmodi omnia sint ab iis orta qui Græca in Latinum sermonem convertebant: præsertim quum ipsum etiam Ciceronem, in iis quæ interpretatur, quædam usurpare videamus quorum nullus alibi apud eum est usus. Jam vero præter illa quæ attuli imitationis exempla, omnibus obvia, aliaque id genus varia, hoc in opere observata: quædam sunt vocabula in quibus Latinam linguam omnino Græcam exprimere, non itidem facile nec a quolibet animadverti potest. Exempli gratia, quis in adverbio Denuo repræsentari sermonis Græci formam existimet? Inclusa tamen sunt in eo duo hæc verba ἐκ νέης, expresse (ut ita dicam) reddita: quæ in ista significatione apud Herodotum leguntur. Eodemque et nos modo dicimus *Denouveau* pro Rursus, πάλιν. Huic autem vocabulo apte adjungetur aliud quod itidem ex adverbiorum numero est, nimirum Sedulo. Minime enim dubium est quin hoc fingentes Latini ad Græcum ἀδόλως respexerint, atque adeo ipsum exprimere voluerint: dicentes nimirum Sedulo quasi sine dolo.

Et quoniam nihil te eorum quæ ad institutum sermonem pertinent celare volo, (nisi quid meipsum memoria celaverit) aliud addam, quod dum Thesaurum hunc construerem animadverti: linguam Latinam, quamvis a Græcæ divitiis longissime absit, in multis multo esse quam credatur ditiorem: et (quod majus est) aliquam nobis relinqui eam ditandi novis quibusdam vocabulis, ac præsertim compositis, artem: qualia nonnulla memini me aliquot hujus operis locis finxisse. Non immerito certe dicit Fabius, Latinos adversus seipsos esse iniquos judices, ideoque paupertate sermonis laborare. Verum quod Fabius de Latinis generatim dicit, non tam de priscis quam de eorum posteris dici potest. Quid enim in fingendis vocabulis non ausos esse putabimus eos qui arietem reciprocicornem, lanicutem, vestitrabum vocare non dubitarunt? qui testudinem terrigenam, tardigradam, domiportam appellarunt? Quinetiam ipsemet Fabius repandirostrum et incurvicervicum affert ex Pacuvio. Sed paulo post, Quum κυρταύχενα (inquit) mirati sumus, incurvicervicum vix a risu defendimus. Possumus certe vel ex his conjecturam facere quam audaces fuerint prisci Latini in imitandis hujusmodi compositis vocibus linguæ Græcæ: aut saltem quanto posteris suis audaciores: ut omittam quæ apud Lucretium doctæ hujus audaciæ exempla habemus. Quinetiam Catullus, veterum poetarum imitator potius quam vetus poeta dicendus, cum alia ejusmodi protulit, tum vero Falsiparens: ut Græcum Herculis epithetum ψευδοπάτωρ assequeretur. Illa certe audacia multa illis alia epitheta suppeditavit, quæ ad sequentis ætatis poetas non transierunt, aut certe transisse non existimantur. Possumus tamen interim aliqua nobis permittere, et ea quidem præsertim quæ cum usitatis comparata analogiam servare videmus. Ecce enim, quum de usu compositi Dulcisonus non dubitemus, cur non itidem Argutisonus ad exprimendum Græcum λιγύθροος, dicere audebimus? Si Monticola dicere fas est, cur non et Rupicola? Si ποντοπόρους νῆας pontigradas naves appellare possumus, cur non πετροβάμονα rupigradum vocabimus? Neque vero hic consistendum est: sed si Tardigradus etiam admitti dicemus, cur Tardivorus rejiciemus? Equidem multo etiam audaciora istis fingi posse existimavi (ut aliquot hujus Thesauri loci docebunt) ad exprimendam Græcorum vim. Sic certe in vertendis quibusdam versibus talia nonnulla mihi permisi: veluti illud Tardivorus in interpretatione horum,

Εἰ ταχὺς εἰς τὸ φαγεῖν καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
Τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

Hoc enim epigrammation ita verti,

Tardipes es nimium, nimiumque es dentibus acer:
Tardivorus pede sis, denteque tardigradus.

Præsertim vero hic locum habere videtur, utpote inter duo ejusdem generis composita collocatum. Verti alioqui idem epigramma et aliis viginti modis, quædam alia pluribus etiam: atque adeo unum plusquam trecentis modis interpretatus sum. Ex qua exercitatione Latinam linguam non tam esse pauperem quam vulgo creditur, et ipse didici et alios docui. Multo tamen ditiorem olim fuisse et multo etiam plura ejus vocabula quam putemus, nobis periisse, ostendent et vetera quædam lexica, partim Latinogræca, partim Græcolatina, quæ propediem ex mea officina (ut spero) prodibunt. Eorum unum est id quod Glossarii nomine appellari antea dixi.

Jam vero quoniam multa Græci habent loquendi genera quæ Latinæ linguæ sunt negata, quum Gallica contra non adumbret ea tantum, sed ad vivum (ut ita loquar) exprimat: me, Gallum hominem, et vero in ipsa Galliæ Gallia, id est Parisiis, natum atque educatum, patriæ ac linguæ meæ injuriam facturum existimabam nisi latentes has sermonis ei familiaris divitias in apertum proferrem, et exteris etiam nationibus conspiciendas præberem. Ideoque in multis hujus operis locis, quum Latinismis destituerer, Gallicismorum auxilium imploravi, aut saltem ad eos qui a me commemorati fuerant in libello de Gallicæ linguæ affinitate cum Græca, (qui inscriptus est, *De la conformité du langage François avec le Grec*) lectorem remisi.

In eo quoque tuis studiis, lector, consului, quod quorumlibet scriptorum Græcorum, sed præsertim lexicographorum, Pollucis, Hesychii, Suidæ, Etymologi, multos locos qui mendosi erant proferens, eadem opera emendavi, aut saltem quomodo emendandi viderentur, admonui. Sed ad Suidam quod attinet, quædam in eo ex veteris etiam codicis auctoritate restitui. Sæpe autem et vetusta quædam incertorum auctorum lexica, quæ ex Italia attuli, in consilium adhibita, cum ad alia tum vero ad quorumdam in illis lexicographis locorum emendationem profuerunt.

Præstiti denique lector, in hoc opere, vel potius præstare conatus sum, quæ ipsum Thesauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certe titulum mihi præripere jam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiissent: sed illi θησαυροῦ eorum appellationi merito aliquis ex proverbio

depromtum vocabulum ἄνθρακες adscripsisset. Foris enim et titulo thesaurus erat: intus autem nihil aliud quam vulgaris consarcinatio, quæ antea lexici Græcolatini recogniti nomine appellabatur, novis aliquot suturis aucta: aut (si mavis) quædam interpolationum accessio, ut vel ex ipsa collatione perspici potest: adeo ut perinde esset ac si personatus Irus Crœsum se mentiri sub ejus persona vellet. Quod si me roges an hoc opus ita numeris omnibus esse absolutum existimem, ut in eo nihil desiderari possit, quidvis potius quam hoc persuasum mihi de illo esse, vel aliis persuadere velle, quin potius me jam nunc plura in eo desiderare quam quisquam fortasse desideraturus sit, respondebo. Primum enim quod ad vocabulorum numerum attinet, quamvis multo magis hac una thesauri editione quam multis illorum de quibus dixi lexicorum editionibus fuerit auctus, et multa vocum millia accessisse comperturus sit quicunque cum aliis conferre voluerit: insuper tamen extare aliqua in libris qui quotidie manibus teruntur, scio, necnon in iis qui nondum in lucem prodierunt, latere multa suspicor: ex nonnullis nondum luce donatis, qui apud me sunt, conjecturam faciens. Deinde si ad significationes veniendum sit, esse vocabula plures habentia quam quæ traditæ sint, negare nolim. Atque adeo non circa hæc solum sed et circa quædam alia, esse quæ desiderari hoc in opere possint, ac potuisse majora præstari, ingenue fateor. Nam, ut de aliis me doctioribus taceam, majora ipsemet præstare potuissem, si majore cum otio singula expendere licuisset. Falleris enim lector si hoc opus (exceptis paucis quibusdam ejus locis) aliter quam ad clepsydram (ut loqui soleo) typographicam scriptum fuisse putas: id est, ut quemadmodum typographicæ operæ certo quotidie penso obnoxiæ sunt, ita et ipse certo certaque hora exhibendo scriptionis meæ penso obnoxius essem. Adde quod ne id quidem conficiendi pensi tempus, licet breve, liberum ab aliis occupationibus et negotiis erat, sed ita vario eorum genere et circa rem typographicam et circa rem familiarem districtum atque implicitum, ut unius interdum horæ spatio decies illa mihi scriptio intermittenda esset. Verum occupationum istarum nonnullas in tuum commodum cessisse, et ejus temporis quod illi operi elaborando defuit, partem aliquam me tibi alibi impendisse, satis superque illi testantur libri quos mea officina, dum opus illud excudebatur, subinde in publicum proferebat. Hæc autem quum ita sint, quam dura et difficilis a me suscepta provincia fuit, tam faciles in danda mihi erratorum venia fore spero quibuscunque pectus non livore contaminatum sed candore refertum erit: præsertim quum in illo cujus antea mentionem feci Thesauri hujus corollario, non solum multa huic operi adjecturus sim, favente Deo opt. max. (eorum potissimum quæ ad reconditiorem linguæ hujus cognitionem pertinent) sed etiam eorum in quibus hic peccaverim locorum plerosque sim emendaturus. Caveant interim siqui in hoc opere meo ingeniosi esse cupient, (vel in epitomen redigendo, vel in certos usus quædam excerpendo, vel alio quovis commento) ne contra mei operis ingenium (quod nulli tam bene quam mihi perspectum esse potest) ingeniosi fuisse comperiantur: et in quibusdam ejus locis suæ temeritati insidias tendi non ignorent. Præcipue autem quod ad compendium attinet, vix alium quenquam sine sui pariter meique honoris dispendio id conficere posse arbitror: et quemlibet, ne eum periclitetur, non solum hortor, sed etiam oro atque obsecro.

Verum enimvero quoniam quem impendi huic Thesauro laborem, cum Herculeo comparavi, atque adeo Herculeum vocavi, nequis hoc dictum arrogantiæ damnet, duplicem hujus appellationis sensum esse, ac si non uno, altero saltem verum comperiri sciat. Herculeus namque labor meus hac saltem ratione vocari possit, quod aliquid in suo genere cum Augiæ stabulo comparandum repurgaverim. Quidni enim infinita errorum portenta quæ in illis vulgaribus Lexicis Græcolatinis toties interpolatis accumulata erant, sic appellem? Eorum tamen aliquot exempla statim proferre, deinde nomen illis dignum judicio lectorum relinquere, satius fuerit. Quum autem varia sint illorum errorum genera, in varios itidem locos et velut classes digeram.

Primus autem locus tribuetur iis vocabulis quæ in illis præclaris Lexicis linguæ Græcæ affinguntur, vel potius quæ illi repugnanti et invitæ adscribuntur: idque diversis modis: utpote errore ex imperitia quidem ubique, sed quæ varie alluciuaretur, orto.

Κυμῆνα, (ut scriptum est in novissima illorum Lexicorum editione, omnium emendatissima atque locupletissima) *vocabulum est castrense, ad significandum militum seriem fluctuum instar gradientem.* Non credis lector, sed rides? At ecce tibi Arriani locum, qui adversus tuum risum testis producitur: ἦγεν βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος. At κυμῆναν hic non est accusativus nominis κυμῆνα, (quod nunquam visum fuit οὐδ᾽ ἐν ὀνείροις) sed participium aoristi 1, a verbo κυμαίνω: inquies. Ita quidem usum esse Arrianum longe manifestissimum est, sed novissimus λεξικοῤῥάπτης, sive λεξικοῤῥάφος, aliquid novi hic somniavit, ac novam linguæ Græcæ vocem, quam ne unus quidem veterum scriptorum (si omnes reviviscant) intelligat aut agnoscat, suo mirifico somnio excogitavit.

Συνηλλοία dignum est quod illi κυμῆνα subjungatur. Eadem enim illa editio novissima (nam præcedentes hoc insigni vocabulo, sicut et illo, indignæ fuerunt) hæc tradit, *Συνηλλοία, ας, ἡ, Strues et congeries, συνάθροισις. Συνηλλοία τῶν νεκρῶν, Strages.* Hic quoque rides, et monstra tibi narrari dicis? Vide ne risum tuum Josephus ridiculum reddat, ex quo istud illius συνηλλοία exemplum ibi affertur: πολλοὺς δὲ συνηλλοία περὶ ἀλλήλους πεσόντας ἐμπηδῶν. Imo vero (inquies) συνηλλοία apud Josephum esset verbum præteriti imperfecti temporis, a themate συναλλοιάω: sed reponendum est συνηλοία unico λ, a συναλοιάω: ut simile sit simplici ἀλοιάω. Fateor, et idem fateantur omnes necesse est: sed Josephus et quicunque illi assentimur, nihil novi, nihil nisi vulgare et tritum dicimus: at λεξικοῤῥάφος qui hoc adnotavit, minime vulgaria, sed nova et ingeniis non investigata priorum (ut dixit Naso) locutus est.

Ἀγάγης, ου, ὁ, tertium locum tenebit, novum certe nomen et ipsum atque inauditum. Rogas quid ἀγάγης sit? *Sua sponte subjectus, Adducens.* Quomodo (inquies) ἀγάγης nomen esse, quomodo hoc significare potest? Imo ab ἄγω est ἤγαγον, in subjunctivo modo, ἀγάγω, ἀγάγῃς, ἀγάγῃ. Id quidem et Suidas docet, scribens, ἀγάγῃς, αὐθυπότακτον: sed debuit scribere quæ λεξικοῤῥάφος intelligeret, et quæ nullam errandi occasionem illi præberent.

Ὑθλεῖς quoque et φλυαρεῖς, verba secundæ personæ, indicativorum ὑθλέω et φλυαρέω, nomina ibi fiunt. Ita enim ibi scriptum est, *Ὑθλεῖς, nugatores, φλυαρεῖς: Suidas.* Scilicet ὑθλεῖς et φλυαρεῖς Suidas a nominativis ὑθλεὺς et φλυαρεὺς esse putavit. Et hæc quidem sint μεταμορφώσεως in quibusdam vocabulis exempla, qua videlicet verba in nomina transformantur.

Alicubi autem vocabula sunt, nova quidem et ipsa, prorsusque inaudita, sed ex alio erroris genere profecta: veluti quæ sequuntur.

Ζυθμίζειν, Ad normam libellamque dirigere, Corrigere, Emendare. Hanc quoque vocem explodis? Attamen ne ipsa quidem est ἀμάρτυρος. Hæc enim ibi subjunguntur, *Lucianus ὑπὲρ εἰκόνων, de Phidia,* ἑαυτὸν ἐπανορθοῦν καὶ ζυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ πλείστοις δοκοῦν. Lucianum dices ῥυθμίζειν scripsisse, non ζυθμίζειν: et manifestissimum vel puero (ut proverbii verba usurpem) fuisse hic mendum: sed quid si quæ aliorum omnium judicio mendosa erant, λεξικοῤῥάφος ille emendata judicabat?

Εὐθυμίζειν proximum ab illo tenebit locum, quod ibidem legatur. Nam verbo illi *ζυθμίζειν* subjungitur, *Idem quod σταθμίζειν, ἢ εὐθυμίζειν.* Quibus adjicitur lepida illa interpretatio, *Ad normam libellamque dirigere.* Miraris hujus verbi *εὐθυμίζειν* novitatem? At ego in eo cujus ignorantia infinitis aliis erroribus perspecta sit atque explorata, nihil tale admiratione dignum judico. Equidem vel proxime præcedens verbum *ζυθμίζειν* ne *εὐθυμίζειν* miremur facere potest. Quomodo enim sciverit *εὐθύνειν* dici, non *εὐθυμίζειν*, qui *ῥυθμίζειν*, non *ζυθμίζειν*, dici ignoravit? Sed ad aliud transeo.

Ῥωμὴ λέξις, perpetua elocutio vertitur ab Aquila. Hic mendacii socium sibi Aquilam adjungit *λεξικοῤῥάφος*. Illi tamen ignoscendum est, quia mentiri se ignoravit, quum *ῥωμὴ* pro *εἰρομένη* diceret.

Aliud erroris genus, vel potius alia errorum genera sunt in istis, *Μεθύω* et *Μεθύομαι*, *Ἀμύω*, *Ῥάγνω*, *Χερσωμένος*. Siquidem *μεθύω* et *μεθύομαι* perperam afferri, tanquam significantia Inebrio et Inebrior, sicut *μεθύσκω* et *μεθύσκομαι*, nulli nisi valde hujus linguæ imperito ignotum esse potest. At vero in *Ἀμύω* non tantum thema unum pro alio statui, sed vocabulum supposititium genuini locum occupare dicendum est. Ibi enim scribitur, *Ἀμύω, Inclino, Cado, καταπίπτω, Submitto. Apollon. 2 Argon.* *ἤμυσαν λοξοῖσι καρήασι*, id est, *ἔκλιναν κεφαλὰς, capita inflexerunt.* Atqui *ἤμυσαν* non est ab *ἀμύω*, (quod nusquam legitur) sed ab *ἠμύω*. Eodemque modo *καταμύω* perperam pro *κατημύω* in iisdem lexicis habetur. Sic *ῥάγνω* ibi thema statuitur præteriti *ἔῤῥαγκα*: quum tamen non dicatur *ῥάγνω*, sed *ῥαίνω*. At in *χερσωμένος* more novo omitti augmentum quilibet videre potest.

Atque ut verbis plerisque thema unum pro alio, sic nominibus una declinatio pro alia datur: veluti quum *ἀμφορεὶ* scribitur pro *ἀμφορεῖς*: quasi videlicet hoc nomen ad formam Latini Amphoræ refingendum esset. Rectius autem fortasse vocabulum unum pro alio, (nimirum adulterinum pro genuino) non tantum declinationem pro declinatione poni dicemus. Sic certe *ῥαφία* Græcis incognitum pro usitatissimo *ῥαφὴ* ibi scribitur. Quum enim *κακοῤῥαφία* legisset unus quispiam ex lexicorum interpolatoribus, etiam *ῥαφία* pro sutura dici existimavit: eamque vocem Græcis lexicis assuere non dubitavit, eam scilicet auctoritate illius compositæ *κακοῤῥαφία* confirmans. Ejusdem cum hoc *ῥαφία* est farinæ nomen *ῥησία*, quod exponitur colloquium. Quia enim in quibusdam compositis terminatio ista invenitur, ut in *ἀῤῥησία* et *παῤῥησία*, existimavit idem ille non *ῥῆσις* solum sed etiam *ῥησία* dici. Vel potius ne hoc quidem cogitavit, sed *ῥησίας* inveniens apud Hesychium *ὁμιλίας* expositum, *ῥησία*, tanquam singularem ejus nominativum, interpretatus est colloquium.

A simplicibus vocabulis ad composita, simulque a simplici inscitia ad compositam quandam (ut ita loquar) transeo. Quæ enim audisti, licet fœdæ ignorantiæ plena, levia esse præ his quæ audies videri poterunt. Jam enim producere libet *Ῥινοτοραχυθέρεια*, et *Ἰέναιδος*, et *Ἀβραδούλη*, et *Ἀκενήλιθος*, et *Φειδωποιούμενος*, et *Χαλκοκεκαυμένος*, et *Ἀμφιθερμοπύλας*, et *Ἀναυλατίοντες*, et *Ἀπυρωτροφὴ*, et *Ἀρεικάτοχος*, et *Σφιτεθῆναι*, et *Πολυνικῷ*. Quid? Annon hic O monstrosam inscitiam exclamabis? Sed monstrificam potius appellato, quæ tot verborum monstra nobis fingit: quorum quædam poetis, quædam oratoribus, quædam historicis, quædam medicis, quædam lexicographis affingit. Suidæ quidem certe et Hesychio lexicographis affinguntur illa duo, *ἀκενήλιθος*, et *ἀβραδούλη*: neque enim talem compositionem agnoscunt, sed hic quidem scribit, *Ἅβρα, δούλη*: ille autem, *Ἀκόνη, λίθος*. Primum autem illud *ῥινοτοραχυθέρεια* Hesiodo poetæ affingitur: est enim ex isto ejus loco sumtum,—*αὐτὰρ Ἄρηϊ Ῥινοτόρῳ Κυθέρεια Φόβον καὶ Δεῖμον ἔτικτεν.* Sed quidnam esse *ῥινοτοραχυθέρεια* tradunt illa lexica Græcolatina? Nomen proprium fictitium. Mentiuntur sane, si vocem Fictitium ex eorum sensu interpretemur: at si aliter, verissima dicunt. Est enim *ῥινοτοραχυθέρεια* vocabulum quod inscitia finxit et commenta est, sicut cetera quæ illi adjunxi, et alia permulta quæ adjungere potui. Sed eorum quædam non solis lexicis Græcolatinis, ut illa, verum etiam depravatis exemplaribus imputanda sunt: cujusmodi est *ἀπελαιμότομος*, quod Euripidi falso adscribitur: quum enim ita legendus sit locus illius in Hecuba, *Μόσχον δειλαία δειλαίαν ἐσόψει χειρὸς ἀναρπαστὰν Σᾶς ἄπο, λαιμότομόν τ' ἀΐδα Γᾶς ὑποπεμπομέναν σκότος*: perperam disjuncta præpositio a suo genitivo in vulgatis editionibus, erroris illius occasionem præbuit. Talia autem pleraque annotavi in iis quæ meæ editioni Homeri aliorumque poetarum heroicorum præfatus sum, exempla videlicet vocum in quibus præpositiones cum aliis vocibus perperam coaluerunt. Cujusmodi sunt istæ, *Ἐπίμβρυον*, *Ἐπότρομος*, *Ἐποπηλεὺς*, *Ἐφίμερον*, *Ἐπικτέρεα*, *Ἐνάσπετον*, *Περικάμμορε*, *Καταδέμνια*, *Ἐπαύλειος*, *Πολυκέρδιον*: quod postremum simile omnino est illi *Πολυνικῷ* supra commemorato. Sed his addi permulta possunt quæ Lexicis illis peculiaria existimari queant. In illis enim currum Homerus non tantum *ἀπήνην* vocat, sed etiam *ἐπαπήνην* ex isto loco, Iliad. ω, *Σὺν δ' ἕταροι ἤειραν ἐϋξέστην ἐπ' ἀπήνην* (aut ex alio quopiam, ubi eidem nomini eadem præpositio præfixa est). Atque ita videmus Homerum tali præpositionum usu magnam laudis materiam istis lexicorum locupletatoribus præbuisse, et in posterum etiam fortasse præbiturum esse: ut enim ex loco illo *ἐϋξέστην ἐπ' ἀπήνην*, factum fuit novum vocabulum *ἐπαπήνη*, fieri poterit ab aliquo novo locupletatore *ὑπαπήνη*, ex isto,—*ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ*. Itidemque *ἀπαπήνη*, ab alio, hinc,—*οἵ ῥ' ἀπ' ἀπήνης Ἡμιόνους ἔλυον*. Quinetiam illa *ἐπαύλειος* et *πολυκέρδιον* ab iisdem fortasse Lexicis originem habuerunt. Præbere tamen potuit et Hesychii mendosum exemplar talium errorum occasionem: sed illis duntaxat qui crassa ignorantia laborarent. Ceterum qui multo plura exempla novarum vocum, quas inscitia variis modis allucinata produxit, et aliarum quæ ita depravatæ sunt ut vix ab ipsis scriptoribus Græcis agnosci queant, videre cupiet, ea in epistola mea, cujus antea mentionem feci, extare sciat. Utinam autem huic meo in examinandis istis labori idem non contingat quod paterno. Quum enim ille Thesaurum Latinæ linguæ construens, vocabula itidem multa consulto prætermisisset quæ in præcedentibus dictionariis erant, utpote ab ignorantia varie errante invecta, aut ex scriptoribus qui plane barbari suo in sermone essent, deprompta, ea tandem sedem suam in sequentibus editionibus velut postliminio receperunt. Atque hoc Venetiis primum non sine magno dolore fieri vidit. Quum enim quandam officinam typographicam ingressus esset, sumta in manus una sui Thesauri, qui ibi excudebatur, charta, continuo vocabulum quoddam in ejus oculos incurrit quod se olim rejecisse recordabatur. Tunc eum, qui editioni illi præerat, interrogare quo consilio id vocabulum Thesauro adjecisset. Hic vero non aliud respondere quam se non hoc solum sed alia ejusmodi multa addidisse: quod certo consilio fuisse omissa ignoraret. Hoc autem narrasse, saltem ad reddendum lectorem cautiorem, profuturum spero. Neque enim ab iis tantum vocabulis quæ commemorata sunt cavere sibi debet, aliisque ejusdem generis, sed ab aliis propemodum infinitis in quibus alia errorum genera et quidem varia commissa sunt: sic tamen ut series alphabetica certo judicio (si tantæ inscitiæ aliquod judicium inesse dici potest) ita scripta fuisse ostendat. Talia sunt, *Ἀπαναβαίνω*, *Ἀπανορθόω*, *Ἀπαμφοτερίζω*, *Ἀπαρήγω*, pro *Ἐπαναβαίνω*, *Ἐπανορθόω*, *Ἐπαμφοτερίζω*, *Ἐπαρήγω*. Sic etiam *Ἀπάρατος* pro *Ἐπάρατος*, et *Ἀπαλλὰξ* pro *Ἐπαλλάξ*. Hæc enim duobus in locis ibi ponuntur: cum α quidem inter vocabula quæ a litera α initium habent, cum ε vero inter illa quorum prima litera est ε. Neque vero illud duntaxat ε quod est præpositionis ἐπὶ (ut in præcedentibus verbis) mutatum fuit in α: sed alibi etiam idem mutationis erratum contigisse videmus: ut in *Ἀπαλαιώδη* pro *Ἐπαλαιώδη*, in *Ἀχάσασθαι* pro *Ἀχέσασθαι*, et quibusdam aliis. Atqui ut in superioribus illis præpositioni ἐπὶ suum ε in α mutatur, sic in *Ἀπακρούομαι* ο præpo-

sitionis ἀπὸ perperam in eandem vertitur. Vicissimque ο pro α habent in Ἀπομύνω. In iisdem est *Κατεσκευάζω* et *Κατεσκεύασμα*: necnon Ἀπελίμπανος pro Ἀπολιμπανόμενος. Plura autem exempla in illa quam dixi epistola inventurus es: ubi etiam falsorum thematum, quorum paulo ante mentionem feci, insignia quædam sunt exempla: *Διαπαρεὶς*, *Transfixus*, *Trajectus*, a *Διαπαρίημι*: et Ἐπαληθεὶς ab Ἐπαληθέω: et *Διαδραμοῦσα* a *Διαδιδράσκω*. Quibus addere potes Ἐρέμβομαι, et Ἐπλημμυρεῖν. Ut autem hic perperam præfigitur ε, ex augmento sumtum, ita nominibus quibusdam perperam præfixum est τ, quod est articuli τὸ, vel τὰ, tanquam ipsorum sit. Sic enim τανάφορον pro ἀνάφορον, et τανθρήνια pro ἀνθρήνια in illis scriptum est. Vicissimque litera in capite quarundam vocum perperam omittitur: ut in τασθαλία. Sunt vero et quædam vocabula quorum falsæ scripturæ falsa itidem derivatio, sed illi scripturæ consentanea, adjungitur: ut συνεχμάλωτος, quum manifesto errore scriptum sit pro συναιχμάλωτος, dicitur esse ab ἔχμα. Sed transeo ad exempla erratorum quæ in tradendis significationibus illi lexicorum interpolatores commiserunt: ex multis, vel potius prope infinitis, pauca deligens, et a nominis αὐτόματος interpretatione initium sumens. Quum enim Gellius caput primum libri decimitertii verbis hisce clausisset, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellavit: αὐτόματος enim θάνατος, quasi naturalis et fatalis, nulla extriusecus vi coactus venit: quum inquam hæc Gellius scripsisset, interpretationem istam quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος dicto de morte, vulgarium lexicorum interpolatores et consarcinatores ei tribuerunt ubi dicitur de conviva. Allato enim hoc versu Homeri ex Il. libro β. Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, subjungunt, ἄκλητος: deinde hæc verba, *Quasi naturalis et fatalis, quique nulla extrinsecus vi coactus venit, auctore Gellio*. Quid vero de interpretationibus dicemus quæ plane contrariam significationem nonnullis vocabulis tribuunt? Ἀπαναισχυντῶ esse Inverecunde me gero, vel impudenter, Impudentia utor, satis notum est: at ibi contra redditur Verecunde facio. Sic παραθαρσύνω quod est Hortor, ibi contra dicitur significare Dehortor. Sic δίωξιν ποιούμενοι, quod est Persequentes, redditur contra Fugæ se mandantes. Quinetiam quibusdam locis falsæ et stultæ interpretationes, expunctis vulgaribus quæ verissimæ sunt, tribuuntur: ut videmus in novissima illorum lexicorum editione tradi, verbum φρονεῖν esse Pati, in hoc divi Pauli loco, ἐγὼ πέποιθα εἰς ὑμᾶς ἐν Κυρίῳ ὅτι οὐδὲν ἄλλο φρονήσετε, et significari, Nihil aliud mali vos passuros esse. Præsertim vero in reddendis Latine lexicographorum Græcorum expositionibus varie peccatum est: ut in illo cujus antea memini hujus Thesauri corollario docebo, ubi de quibusdam quæ lexicographorum et scholiastarum sermoni peculiaria sunt, disseram. Interim tamen et in illa cujus mentionem aliquoties feci epistola, talium quoque erratorum, aliorum item quæ variis modis lexicorum interpolatores atque consarcinatores peccarunt, exempla, necnon alia quædam legere hunc Thesaurum volentibus profutura inveniri poterunt. Vale, et meis vigiliis fave.

EXCERPTA

EX

H. STEPHANI EPISTOLA[a]

A. 1569. EDITA,

Qua ad multas multorum Amicorum respondet, *de suæ Typographiæ Statu*, nominatimque de suo *Thesauro Linguæ Græcæ*.

NUNC vero ut de meo *Thesauro Græcæ Linguæ* aliquid dicam, poscit is ordo quem in recensendis tenui vestrarum literarum argumentis. Quamvis enim extremam ei manum a me brevi impositum iri sperem, (uti dixi) quoniam tamen vereor ne antequam ad colophonem veniam, variis literis de eo, sicut antea, multa sciscitantibus respondere sigillatim necesse sit, et quantum illis scribendis impendam temporis, tantundem operis illius progressum remorari: præterea vero quoniam alios plerosque esse scio qui eadem cognoscere, licet non interrogent, summopere cupiunt: semel munere illo defungi, nec duos una fidelia (ut est in proverbio) sed multos parietes dealbare, commune omnibus responsum dando, operæ pretium fore existimavi. Ut autem a rumoribus quos de opere illo circumferri scio, initium sumam: sunt qui *Thesaurum Linguæ Græcæ* a me expectent, in quo Græcæ voces Græcis, non autem Latinis exponantur. Sunt contra qui et expectent eum in quo Latinis, sicut in superioris temporis lexicis Græcolatinis, exponantur, et non aliud sibi quam ejusdem generis Lexicon, sed multo locupletius pollicentur. Sunt denique qui, quod vocabula in meo Thesauro, longe alio quam alphabetico ordine digesta esse audierint, quisnam is esse possit, valde mirentur, ac ne iis duntaxat qui in linguæ Græcæ cognitione veterani sunt (ut ita loquar) non item tyronibus labor meus utilis futurus sit, vereantur. En qualem a me Thesaurum plerique expectent: nunc qualis expectandus sit, (si modo dederit Deus ut uno eodemque laboris quasi tenore in eo pergam) superest ut vobis patefaciam.

Primum igitur in opere illo Græca vocabula ubique Latinis reddi, alicubi et Græcis exponi dico: sed quod in vulgatis lexicis Græcolatinis fieri videmus, ut ad unius Græci vocabuli expositionem, quindecim, viginti, atque adeo triginta etiam alicubi vocabula serie continua subjungantur, id vero a me aut factum esse aut fieri debuisse nego. Nam etiamsi tot Latinis reddi Græcum unum posset, (quum ibi contra quædam in magno illo numero sint quæ longe diversam significationem a vocis Græcæ significatione, quædam etiam quæ contrariam habent) tamen quid hoc aliud esset quam lectorem obruere indistincta et confusa significationum varietate? Et quoniam de his disserere non prolatis exemplis, fuerit de re per se clara, tanquam obscura, loqui, parumque utilitati studiosorum linguæ Græcæ, qui hæc legent, consulere: non committam ut ea invidisse, tanquam illorum progressibus simul invidens, dici possim: præsertim quum ad ea invenienda sit duntaxat aperiendus liber. Ecce igitur verbum Βαίνω, quod eo aperto primum in oculos

[a] Epistola integra occurrit in Theodori Janssonii ab Almeloveen *De Vitis Stephanorum Dissertatione Epistolica ad J. G. Græviun*. Amstelodami 1683. 12mo. edita, et in *Stephanorum Historia* a Michaele Maittaire conscripta, et Londini A. 1709. 8vo. edita.

incurrit, duas et viginti interpretationes continua serie subjunctas habens: videlicet, Vado, Sedate gradior, Eo, Ire facio, Adeo, Provenio, Intro, Tendo, Ambulo, Ingredior, Insisto, Gradior, Accedo, Induco, Ineo, Supervenio, Incedo, Ascendo, Ascendere facio, Descendo, Amo, Adulor. Ex quibus interpretationibus pleræque aut falsæ sunt, aut certe non satis aptæ: sed etiamsi convenirent omnes, nonne sigillatim potius, id est singulæ cum singulis exemplis collocandæ forent? Ego igitur in meo *Thesauro Linguæ Græcæ* ita: Βαίνω, Fut. βήσομαι. Pr. βέβηκα, a Βάω. Aor. 2. ἔβην, a Βῆμι, Gradior, Incedo, Eo. ut Hom. Il. ρ. Βῆ δὲ διὰ προμάχων. Et in quodam oraculo, Βαῖνε δίκης ἄσσον. Μάλα τοι κακὸν ἀνδράσιν ὕβρις. In prosa quoque hunc usum habet: unde μεγάλα βαίνειν et ἁβρὰ βαίνειν, illud de incessu superbo, hoc de incessu molli, &c.—Hinc autem ad reliquos, quos habet istud verbum usus venio, sigillatim de iis ibi disserens. Sed libet et aliud exemplum proferre. Βάλλω ibi exponitur Mitto, Vulnero, Jaculor, Jacio, Insector, Prosterno, Admolior, Fundo, as: Incesso, Ferio, Proruo, Impeto, Immitto, Statuo, Conjicio, Abjicio. At ego ita, Βάλλω, Jacio, Jaculor. Quod posterius existimo primæ et primariæ verbi βάλλω significationi respondere: ut enim dicitur Jaculari saxa, Jaculari ferrum, Jaculari fulmen, et Jaculari aliquem saxis, ferro, fulmine: eodem modo, βάλλειν λίθον, et βάλλειν τινὰ λίθῳ dicunt Græci. Sed posterior hæc constructio verbi βάλλω nihilo &c.—Prolatis deinde utriusque constructionis exemplis, tandem addo, Sciendum est autem, interdum βάλλω per se poni, ut Jaculor. Demosth. Philipp. 3. κἂν μήπω βάλλῃ, μηδὲ τοξεύῃ Xenoph. Hellen. 2. ἠκόντιζον, ἔβαλλον. Sic et apud Thucydidem lib. 3. τοὺς ἐπιβοηθοῦντας καὶ κάτωθεν καὶ ἄνωθεν εἶργον βάλλοντες, Jaculantes, vel Missilibus petentes, &c.—Βάλλω, Attingo, Ferio, Figo, Saucio, Hom. Il. ε. οὐδ' ἔβαλ' αὐτόν. Ubi Eustathius scribit, βάλλειν aperte pro ἐπιτυγχάνειν accipi. Sic et in ænigmate quodam Clearchi, quod ab eodem grammatico post Athenæum refertur, pag. 713, λίθῳ τε κοὐ λίθῳ βάλοι τε κοὐ βάλοι: ubi docet βάλοι priore loco esse pro ἀφήσοι, πέμψοι, ῥίψοι: at posteriore pro οὐκ εὐστοχήσοι, sive οὐκ ἐπιτύχοι. Hoc autem sensu, &c.—Paulo post, at Βάλλω pro Ferio, Vulnero, Il. β. Βεβλήκει, &c.—Βάλλω, Jacio, Projicio, ῥίπτω, ut Odyss. ι. Οὔτ' εὐνὰς βαλέειν, id est, ἀγκύρας κατὰ βυθοῦ ῥίψαι, Eust. Sic. Il. β. ποτὶ δὲ σκῆπτρον βάλε γαίῃ, sceptrum in terram projecit: id est, ἔρριψε, seu κατέρριψε. Et Il. η. Τὸν μὲν παρ' πόδ' ἑὸν χαμάδις βάλε.—Paulo post, Βάλλω autem pro Abjicio, ut βάλλειν τοὺς ὀδόντας, de quo vide in Πρωτόβολος.—Βάλλω, Emitto, ut Hom. βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν. Sic Euripides Hippolyto, ἀπ' ὄσσων δ' οὐ θέμις βαλεῖν δάκρυ. Latini quoque non solum Emittere lacrymas et Profundere, sed et Projicere lacrymas interdum dicunt.—Βάλλω, Immitto, Pono, Impono. Il. ρ. Πάνθῳ ἐν χείρεσσι βάλω καὶ Φρόντιδι δίῃ. Et Il. η. κυνέῃ βάλε (omissa præpos.) pro ἐν κυνέῃ ἔθετο, &c.—Usurpatur Βάλλειν pro Ponere in metaphoricis etiam loquendi generibus: ut apud eundem poetam βάλλειν ἐν θυμῷ, ad verbum, Ponere in mente, pro Versare in mente, seu In animo cogitare. Ut Odyss. α. v. 201, 202. ὡς ἐνὶ θυμῷ Ἀθάνατοι βάλλουσι, καὶ ὡς τελέεσθαι ὀΐω. Id est, ἐνθυμοῦνται, uno verbo, ut scribit Eustathius: addens etiam, βάλλειν significare vel νοεῖν ἐπιτυχῶς, καὶ ὡς εἰπεῖν ἐπηβόλως, vel τιθέναι. Quam posteriorem expositionem admitto, priorem, ut nimium subtilem atque adeo commentitiam, rejicio. Neque enim βάλλειν per se declarare potest νοεῖν, sed junctum cum ἐν θυμῷ, aut ἐν φρεσί, aut alio hujusmodi. Ut si dicas ἐν νῷ seu ἐν νοῒ βάλλειν, non dubium fuerit quin βάλλειν sit simpliciter θεῖναι, quum habeamus factam inde vocem compositam νουθετεῖν. Qua forma dicuntur a Virgilio, Mente alta repostum, et, Sensibus imis reponas. Ceterum frequentius voce passiva βάλλεσθαι utitur Homerus (si bene memini) quam activa, in hoc loquendi genere, &c.—Nam cetera longum esset adscribere, ideoque in id tempus reservabo quo totum opus luce donabitur.

Quantopere autem fallantur qui non aliud a me quam unum ex vulgatis illis lexicis, sed multo locupletius expectant, vel ex duobus illis quos jam protuli locis, fieri conjectura potest. Verum præterea is labor me indignus, et alienus a fidelitate paterna, cujus vel maxime hæredem me a se relinqui existimavit, (fidelitate inquam in iis quæ ad typographicam artem pertinent) faciam ut aperte intelligatis. Iis quæ circumferuntur lexicis Græcolatinis primam imposuit manum monachus quidam, frater Joannes Crastonus, Placentinus, Carmelitanus: sed quum is jejunis expositionibus (in quibus vernaculo etiam sermone interdum, id est Italico, utitur) contentus fuisset, perfunctorie item constructiones verborum indicasset, nullos auctorum locos proferens ex quibus illæ pariter et significationes cognosci possent, multi postea certatim multa hinc inde sine ullo delectu ac judicio excerpta inseruerunt. Donec tandem indoctis typographis de augenda lexicorum mole inter se certantibus, et præmia iis qui id præstarent proponentibus, quæ jejunæ, et (si ita loqui licet) macilentæ antea erant expositiones, adeo pingues et crassæ redditæ sunt, ut in illis passim nihil aliud quam Bœoticam suem agnoscamus. Nam pauca ex Budæo, aliisque idoneis auctoribus, et ea quidem parum fideliter descripta, (utpote parum intellecta) multa contra ex Lapo Florentino, Leonardo Aretino, aliisque ejusdem farinæ interpretibus (ut similes haberent labra lactucas) in opus illud transtulerunt. Ex iis quidem certe locis in quorum interpretatione felix fuit Laurentius Valla, paucissimos protulerunt: sed pro perverso suo judicio, perversissimas quasque ejus interpretationes (quales prope innumeras a me annotatas in Latinis Herodoti et Thucydidis editionibus videbis) delegerunt egregii illi Lexicorum seu consarcinatores seu interpolatores, quibus, tanquam gemmis, illa insignirent. Quod si non quam multa, sed duntaxat quam multorum generum errata ibi sint, commemorare velim, merito certe exclamabo, τί πρῶτον, τί δ' ἔπειτα, τί δ' ὑστάτιον καταλέξω; Vix enim ullum errati genus posse a nobis cogitari aut fingi existimo, cujus ibi aliquod exemplum non extet. Quæ igitur frequentiora sunt, indicasse satis fuerit. Quo in numero poni a nobis poterunt (ne longe abeamus) quæ in duobus illis quos attuli paulo ante habentur locis. Quis enim (ut cetera omittam) non dico, cognitione aliqua linguæ Græcæ, sed vel sensu communi præditus, non animadvertat, rationi minime consentaneum esse ut unum idemque verbum βαίνω per se ac sine ulla adjectione, et Ascendo et Descendo significare dicatur? Quod autem idem verbum exponitur Amo et Adulor, hujus tam insolentis et absurdæ expositionis occasionem præbuit mendosum in eo verbo Hesychii exemplar. Sed hæc non valde mirabitur (mirari certe non debebit) qui ibidem inveniet Ἀυθαίρετος expositum Simplex, Verus, Manifestus, Brevis: et Ἡμιδαμής, Securi domitus: et Σύναινος, Laudis particeps: de quo dicam et infra. Imo vero ne hæc quidem valde mirabitur qui fœdiora etiam (si fœdiora esse ulla possunt) ibi legerit: ea nimirum quibus vocabulo cuipiam plane contraria significatio datur ei quam habet. Ut quum Παραθαρσύνω, quod est Hortor, exponitur Dehortor: quum Ἀπαναισχυντῶ, quod est Inverecunde seu impudenter me gero, aut Impudentia utor, exponitur ibi Verecunde facio. Quum Δίωξιν ποιούμενοι, quod est Persequentes, exponitur Fugæ se mandantes. Sed quod non errati genus (uti dixi) in illis spectatur. Unius autem generis mentionem feci in iis quæ præfatus sum in meam editionem poetarum Græcorum: ita scribens, Verum ex omnibus mendis in quibus extirpandis laboravimus, nulla frequentiora sunt in superioribus editionibus quam quæ orta sunt ex præpositionibus quæ cum aliis vocibus incuria imperitiaque librariorum coaluerunt. Hinc certe factum est ut Homero multa vocabula adscribantur, (et quidem nonnulla in bellis etiam istis et tam pulchros titulos mentientibus Lexicis) quæ, si reviviscat, non intellecturus, nedum pro suis agniturus sit. Talia sunt, Ἐπιτέρεα, et Ἐνάσπετον, et Ὑφίμερον, et Ὑπότρομος, et Ὑπονηλεὲς, et Ὑπέμβρυον, et Περικάμμορε, et Καταδέμνια, et Καταβουκολέοντο, et alia denique plurima. Hæc ego ibi. Sed his addi posse dico non pauca ex iisdem Lexicis sumta, ut Ἐπαπήνη, Currus: nato errore ex hoc versu Homeri, Il. ω. Σὺν δ' ἕταροι ἥειραν ἐϋξέστην ἐπ' ἀπήνην, (aut certe ex alio quopiam versu, in quo habetur itidem hoc nomen præcedente præpositione). Non dubito autem quin aliquis ex consarcinatoribus lexicorum, inter ea vocabula quibus ipsa locupletabit, adjecturus sit etiam Ὑπαπήνη pro curru itidem, ex isto Homeri versu, Od. ζ. Ἡμιόνους θ' ὕπαγον, ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ. Ἀπαπήνη, ex isto loco, Od. η. οἱ ῥ' ἀπ' ἀπήνης Ἡμιόνους ἔλυον. Errore equidem his omnino simili legitur in illis Ἐπαύλειος factum ex ἐπ' αὐλείου, quod extat apud eundem poetam, Od. α. Στῆ δ' Ἰθάκης ἐνὶ δήμῳ, ἐπὶ προθύροις Ὀδυσῆος, Οὐδοῦ ἐπ' αὐλείου. Horum in numero ponendum et Πολυκέρδιον, ex illis ejusdem poetæ locis in quibus legitur πολὺ κέρδιον. Ut Iliad. ψ. πολὺ κέρδιον εἴη. Et

Il. ε. atque alibi, ἦτ' ἂν πολὺ κέρδιον ἦεν. Sed ne putemus eos ex solis Homeri verbis occasionem arripuisse comminiscendi nova hæc vocabula, ac novo more non lexica solum, sed linguam Græcam locupletandi: en tibi et alia multo magis monstrosa atque prodigiosa, quæ in iis leguntur: Πολυνικῶ, et 'Αβραδούλη, et 'Ακονήλιθος, et 'Αμφιθερμοπύλας, et 'Απυρωτροφὴ, et 'Αρεικάτοχος, et 'Αναυλατίοντες, et Σφιτεθῆναι, et alia quæ longum omnia foret recensere. Quod si Homerus superiora illa vocabula ex suis depravata intellecturus non esset, quid de his dicemus? an esse ejusmodi quæ ille intelligere posset? Imo vero prodeant cum Homero Hesiodus et Orpheus, prodeat Theocritus, prodeat doctus Callimachus, prodeat mirus ille vocabulorum fabricator Nicander, prodeant denique quicunque olim extiterunt poetæ, et cum illis oratores, historici, quoscunque denique in ullo genere scriptores habuit unquam Græcia: ad ista vulgarium Lexicorum Græcolatinorum centies reconsarcinatorum vocabula obstupescent, atque obmutescent. Quid? annon magnæ hoc laudi dandum est illis reconsarcinatoribus quod sibi peculiaria quædam vocabula habeant, ad quæ intelligenda celeberrimis illis scriptoribus eorum schola petenda sit? Quid? nonne optime de lingua Græca merentur, qui eam alioqui verborum inopem tam multis vocibus ditant? Verum ut serio potius de re seria loquar, addant unicuique harum vocum significationem quæ in Lexicis illis habetur: simulque quo sit modo in unaquaque erratum, ostendam. Prima vox est Πολυνικῶ, quæ ibi affertur ex Thucydide pro Longe vinco, Facile supero. Erratum autem hic ortum est ex adverbii πολὺ cum verbo νικῶ permistione, eodem prorsus pacto quo in illo πολυκέρδιον, cujus paulo ante memini, errarunt commiscendo πολὺ cum κέρδιον. Secunda, 'Αβραδούλη, dicitur significare Pellex, sive Concubina. Natum est autem hoc vocabulum ex vocis ἅβρα expositione, confusa cum hac ipsa per errorem. Quum enim Hesychius ἅβρα exposuisset δούλη, id est Serva, et vox hæc ἅβρα et ejus expositio in unum conflatæ, novum hoc et inauditum seculis prioribus vocabulum fecerunt, ἁβραδούλη. Tertius datus fuit locus voci 'Ακονήλιθος, quæ exponitur Cos, cotis. Originem autem vox ista habet ex errore omnino simili ei qui in secunda commissus est, nimirum in 'Αβραδούλη: est enim itidem ex nomine ἀκόνη, et λίθος, quod pro expositione subjungitur a Suida. Quarto loco numerata fuit 'Αμφιθερμοπύλας, id est Apud Thermopylas. Perperam videlicet juncta præpositione ἀμφὶ cum accusativo Θερμοπύλας. Quinta est 'Απυρωτροφὴ, quam tradunt significare Crudus cibus. Qua in voce major quam in proxime præcedentibus est depravatio: quum non solum permista sint duo vocabula in unum, sed etiam mutata litera ο in ω, et omissa litera σ. Scribendum est enim ἄπυρος τροφή. Sexta est 'Αρεικάτοχος, quod exponitur ἐν τῷ ἄρει ἐνθουσιῶν, et affertur ex Euripide: perperam scriptum pro ἄρει κάτοχος. Septima est 'Αναυλατίοντες quæ exponitur Sine tibiis sacrificantes: non solum perperam confusis duobus vocabulis in unum, sed et perperam scripto τίοντες pro participio θύοντες. Non dubium est enim quin ex ἄναυλα θύοντες facta sit vox illa. Octava est Σφιτεθῆναι, quæ exponitur Conditam esse legem. In qua expositione, sicut et in ipsa voce Græca, erratum est: quum sit σφιτεθῆναι pro σφὶ τεθῆναι, id est Ipsis aut sibi positum esse, seu positam. Sed ex illa mendosa expositione conjicere possumus, in eo loco unde sumtæ sunt voces illæ σφὶ τεθῆναι (quæ postea perperam conflatæ in unam fuerunt) scriptum fuisse νόμον σφὶ τεθῆναι. Hæ nimirum sunt illæ vulgarium lexicorum Græcol. divitiæ, tam raræ videlicet voces (si tamen quæ nusquam extant, ac commentitia sunt, seu potius orta ex errore in quem ignorantia impulit, rara vocari debent) et prorsus inauditæ compositionum formæ ac monstrosæ, (ut antea dixi) adeo quidem ut ex compositis illis vocibus quasdam centauriformes appellare quis possit. Cujusmodi alias si fingere liceat, non multum posthac in locupletandis lexicis laborandum fuerit: si nimirum quælibet vox cum qualibet putetur posse tali compositionis forma coalescere. Sed audite obsecro quis animo meo sæpe obversetur metus. Metuo certe ne miseri isti βαρβαρολεξικοσυῤῥαπτάδαι et voces illas et alias quamplurimas, itidem commentitias aut quolibet modo mendosas, quas ego relegavi, vel potius ἐς κόρακας amandavi, tanquam per incuriam a me prætermissas, in meum etiam illum Thesaurum intrudant. Quod quum accidet, idem prorsus mihi quod patri meo, Roberto Stephano, id est, idem meis quod ejus laboribus, usuveniet. Quum enim ille Venetiis agens quandam officinam typographicam ingressus esset, in qua excudebatur ejus Thesaurus Latinæ linguæ, sumta in manus charta, oculos statim in quoddam vocabulum conjecit, quod se olim rejecisse, dum opus illud construeret, recordabatur. Miratus ergo, suum exemplar afferri ad se jussit, quod suæ memoriæ non omnino fidendum putaret. Ibi certe vocabulum illud non invenit, sed margini adscriptum, ut insereretur, videt. Tunc eum cujus manu adscriptum erat, convenire: et quo id consilio fecisset, interrogare. Hic vero non aliud respondere quam se non vocabulum hoc solum, sed aliquot alia itidem adjecisse. Quæ quum patri meo ostendisset, ea ipsa esse comperit quæ itidem olim rejecerat. Qua ex re tanto dolore exarsit, ut continere se non potuerit, quin illum aliosque qui ad ditandum præclaris hisce divitiis Thesaurum operam suam itidem locarant, asinos Arcadicos vocaret. Verum hæc obiter. Quod si libeat ulterius in excutiendis illis Lexicis pergere, et aliud quodpiam erratorum genus, quod summam illorum consarcinatorum reconsarcinatorumque doctrinam testetur, in medium producere: de iis vocibus dicendum censeo quæ commentitiæ quidem sunt itidem, ex alio tamen erroris genere ortæ. Ibi igitur legimus, 'Απόπημα, ατος, τὸ, Stercus. Quid hoc vocabuli est? (dicet quispiam paulo plus in lingua Græca quam illi, versatus) unde prodiit? Ego certe ejus originem subodorari mihi videor. Solent nostræ typographicæ operæ, quæ compositorum nomine vulgo appellantur, syncopis plerumque uti, nonnunquam contra reduplicationibus, dum in propositum sibi exemplar non satis intentos oculos habent. Credibile est igitur quempiam ex ἀποπάτημα per syncopen fecisse ἀπόπημα. Aliquem deinde ex illis Lexicorum interpolatoribus, incidentem in eum libri locum in quo ἀποπάτημα syncopen hanc passum erat, non arte grammatica, sed arte typographica, (id est incuria ejus qui hanc artem profitebatur) et mutatum in ἀπόπημα, nihil tale suspicantem, et stercoris appellationes alioqui studiose colligentem, Lexicon suum statim adiisse, et quum hanc ibi non inveniret, diligenter addidisse. Earundem certe operarum (typographicarum inquam) opera aucta fuerunt illa Lexica plerisque vocibus, in quibus α pro ε ponere libuit: ac præsertim pro ε præpositionis ἐπὶ, in quibusdam compositis: habemus enim in illis 'Απαναβαίνω, Inscendo, perperam scriptum pro 'Επαναβαίνω; et 'Απανορθόω, Emendo, Corrigo: incorrecte certe scriptum pro 'Επανορθόω: et 'Απαμφοτερίζω, Sum naturæ ancipitis, nihilo certe emendatius scriptum quam præcedentia, pro 'Επαμφοτερίζω: et 'Απαρήγω, Juvo, nec non 'Απαρωγὸς, Opitulator, mendose pro 'Επαρήγω, et 'Επαρωγός: item 'Απάρατος, Execrabilis, Execrandus, corrupte pro 'Επάρατος. Ne autem putemus, huic tantum voculæ quæ ex præpositionum numero est, illos suum ε invidisse, ideoque in α mutasse: en tibi 'Απασσύμενος (vel potius 'Απασσύμενος, ut genuina illorum scriptura retineatur) pro 'Επεσσύμενος: item 'Απαλαιώθη pro 'Επαλαιώθη; et 'Απαλλὰξ pro 'Επαλλὰξ, necnon 'Ακάσασθαι pro 'Ακέσασθαι. Ut autem præpositioni illi ἐπὶ suum ε invidentes, in α mutarunt, sic et præpositioni ἀπὸ suum ο invidisse videntur: quippe quod in α itidem mutandum censuerint in quibusdam compositis: quorum unum est 'Αποκρούομαι: pro hoc enim ibi legitur 'Απακρούομαι, in eo quidem loco ubi post 'Απακριβόω ponitur. Vicissim tamen alicubi irati literæ α, eam suis e sedibus extruserunt, et ο in eos imposuerunt: ut quum 'Απομύνω pro 'Απαμύνω scripserunt. Sed quæ literæ aliæ pro aliis (ut tandem finem dicendi de hoc erratorum genere faciam) in lexicis illis positæ non fuerunt? Ibi est Διατὺς pro Διαδὺς, et quidem exemplo etiam confirmatum scilicet: διατὺς τὴν δίκην. Ibi legitur 'Αθηρόγλωσσος, cum η, manifesto quidem errore pro 'Αθυρόγλωσσος, sed cum expositione ei non conveniente: exponitur enim Eloquens. In iisdem extat Συνεχμάλωτος, quod itidem mendose scriptum esse liquet, pro Συναιχμάλωτος: sed operæ pretium est animadvertere quantum auctus sit hic error, derivationem quæ mendosæ scripturæ congrueret, comminiscendo. Postquam enim Συναιχμάλωτος expositum fuit Concaptivus: additur, ab ἔχμα, quod vinculum significat. Quum alioqui notissimum sit αἰχμάλωτος dici quasi αἰχμῇ ἁλωτός: et ab illo esse συναιχμάλωτος, præfixa præpositione σύν. Quid, quod etiam ε quod ex incremento erat, præsenti, necnon verbali nomini datum fuit? veluti ubi Κατεσκευάζω dicitur significare Paro, Gero, Ædifico: et Κατεσκεύασμα, Ædificium: quum vel pueri sciant præsens seu thema esse Κατασκευάζω (unde κατεσκεύαζον et κατεσκεύακα, &c.) et verbale itidem Κατασκεύασμα. Sed hoc tamen falsum thema multo propius abest a vero quam alia quædam quæ in iisdem occur-

runt: ut Ἐπαληθέω, ῶ, Fut. ήσω, Divagor, Oberro. ἐπαληθεὶς ἄστεα, Per urbes vagatus, errans. Πλανηθεὶς, Jactatus, Hom. Multo, inquam, propius abest a vero illud thema Κατεσκευάζω quam hoc, quum in illo una litera mutata verum thema efficiat: contra autem non sine magna mutatione ex falso themate Ἐπαληθέω, facere possis verum Ἐπαλάομαι. Idem dicendum et de Διαπαρίημι, pro Διαπείρω, seu potius Διαπείρομαι. In iisdem enim Lexicis Διαπαρεὶς, Transfixus, Trajectus, dicitur esse a themate Διαπαρίημι: quum esse a Διαπείρομαι ii soli ignorare possint qui eadem qua illi Lexicorum consarcinatores, ignorantia laborant. Idem denique dicendum et de participio Διαδραμοῦσα, cui dant thema Διαδράσκω. Hæc enim ibi habentur totidem verbis, Διαδιδράσκω, ἀποδιδράσκω, Diffugio, Aufugio, Evito, Effugio, Elabor, διαδραμοῦσα γενεὰ, Decursa ætas, Politianus. Διαδραμούσης τῆς νυκτὸς, Nocte exacta. Hæc autem tam fœda ignoratio thematum in his verbis, facit ut minus mirer eam quæ ibi est, permistionem compositorum quæ sunt a themate εἶμι, cum iis quibus thema est ἵημι. Adeo quidem ut etiam scriptum sit, Παρίημι videri duplicem habere derivationem: nimirum vel a παρὰ et εἶμι, vel a παρὰ et ἵημι: quum contra ex παρὰ et εἶμι fiat πάρειμι, non παρίημι. Quam boni autem thematum in quibusdam verbis, tam boni nominativorum in quibusdam nominibus fuerunt. Verum ut ad commentitia verba revertar, in iisdem Lexicis inveniri dico Παραπλάσιος pro Πολλαπλάσιος, et Ἀπελίμπανος pro Ἀπολιμπανόμενος. Hæc autem, sicut et præcedentia, aliaque quamplurima, non ita posita sunt ut errores typographici vocari possint, id est operarum typographicarum: quum habeantur seorsim, et suo in loco, sequendo ordinem alphabeticum: qui in illis non observaretur, nisi mendose ut scripta sunt, scriberentur, (quum tamen alioqui habentia alteram etiam scripturam alibi ponantur). Præterea vero non in prioribus tantum Lexicis hæc verba, sed et in posterioribus, atque adeo in omnium novissimo legi sciendum est. Quo magis vereor ne hæc, sicut et illa monstrosæ cujusdam formæ composita, quorum antea memini, aliquando in meum etiam Thesaurum intrudantur. Sed magnam illi hac in re factum iri injuriam, hæc saltem epistola testabitur. Hoc certe affirmare possum, si omnia omnis generis errata quæ ibi sunt, colligere velim, sicut præcedentia collegi, libro tantæ molis quantæ meus Thesaurus futurus est, haud comprehensum iri. Nam et loci scriptorum infideliter sæpe citantur, infidelius autem exponuntur. Quin etiam ipsa eorum nomina interdum depravata sunt. Sed (quod multo majoris momenti est) verba quibus Græci lexicographi ad vocabuli alicujus expositionem usi sunt, duas pluresve significationes habentibus, præpostere interpretantur, et in alium omnino sensum quam ipsi intellexerint. Et quod fœdius est, etiam Latinæ Budæi expositiones sæpe aut non fideliter descriptæ, aut non suo loco positæ, nec ei verbo datæ cui eas ille tribuit. Ad locos infideliter citatos quod attinet, multis id modis fieri dico: interdum enim depravati afferuntur, nonnunquam perperam truncati, interdum duo in unum confusi. Truncati, ut in Ἐπιβάλλω, ex Plutar. Apophth. ὡς ἐπιβάλλων τῇ βοιωταρχίᾳ &c.—nam ut significatio pariter et constructio cognosci posset, addenda fuerunt hæc verba, παρὰ τὸν νόμον τέσσαρας μῆνας. Duos autem locos in unum confusos habes in verbo Παρακολουθῶ: ibi enim affertur ex Luciani Anacharside, ἡ δὲ παρακολουθοῦσα τούτοις δόξα τοῦ παντὸς ἀξία τοῖς νενικηκόσι, ἐνίους δὲ καὶ παρακολουθεῖν ἀναστρέψαντας. Hæc enim ἐνίους δὲ, &c. hujus loci non sunt. Quum apud Lucianum post νενικηκόσι, sequantur hæc verba, ὑπὲρ ἧς καὶ λακτίζεσθαι καλῶς ἔχει τοῖς θηρωμένοις τὴν εὔκλειαν ἐκ τῶν πόνων. οὐ γὰρ ἀπονητὶ προσγένοιτο ἂν αὕτη. ἀλλὰ χρὴ, &c. Quidam præterea asserunt a re de qua agitur alieni omnino, et quibus nihil minus quam ea significatio aut constructio quæ confirmanda est confirmatur: quum videlicet casus quem cum uno verbo jungi putant, jungatur cum altero. (Omitto verba Latina aut etiam loquendi genera quæ ex probatis quidem aut etiam primariis Latinæ linguæ scriptoribus petita sunt, sed valde alium apud eos habentia usum, quam sit is qui ipsis datur, ut respondere his vel illis Græcis vocabulis aut loquendi generibus possint.) Quinetiam non unus invenitur locus ex quopiam Græco scriptore allatus, in quo vox de qua agitur, et propter quam is affertur, illa ipsa desideratur. Peccatur autem et alio modo in proferendis auctorum locis, quum nimirum mendosa lectio quæ affertur, ea est cujus auctoritate ad probandum quidpiam nituntur. Quod in locis Græcorum sæpe contingit. Ut in nomine Εὐδιαίρετος, dicitur eo significari Facile scissilis, Citissime penetrans, Pellucidus, Qui facile aperitur, Qui facile dividitur. Quibus additur, εὐδιαίρετος ἄνεμος, Xenoph. Ventus apertus. Extat autem is unde hæc petita sunt locus, Hellen. libro 1. p. 262. meæ editionis, circa finem: verum ibi εὐδιαίτερος non εὐδιαίρετος habetur. Ita enim legitur, Κόνων δὲ καθελκύσας τὰς ναῦς, ἐπεὶ οἵ τε πολέμιοι ἀποδεδράκεσαν, καὶ ὁ ἄνεμος εὐδιαίτερος ἦν, ἀπαντήσας τοῖς Ἀθηναίοις, &c. Fateor tamen quædam exemplaria habere εὐδιαίρετος: sed qui vel minimo præditus judicio fuisset, alteram illam lectionem sequendam esse, facile animadvertisset: præsertim quum et multorum veterum exemplarium auctoritate confirmetur, et easdem servet literas, alio tantum ordine eas collocatas habens: quinetiam bene cum re de qua agitur conveniat, ut cuivis manifestum esse potest, est enim ab εὐδία. Idem porro dicendum et de isto Herodoti loco quem Lexica illa in nomine Εὐαγὴς proferunt, εὐαγέϊ πνεύματι χρησάμενος, pro Secundo vento usus. Nec enim dubium est quin veterum codicum lectionem sequi debeamus, in quibus εὐαέϊ habetur, ab εὐαὴς, quod est ab ἄω, significante Flo, Spiro. Locus est in Euterpe, εὐαέϊ τε πνεύματι χρησάμενος καὶ θαλάσσῃ λείῃ. Quod si hanc lectionem non haberemus, tunc aliqua fortasse ejusmodi interpretatio nominis εὐαγέϊ ibi excogitari posset, qualem attuli in Thesauro. Ceterum non in Græcorum tantum scriptorum locis interdum lectiones mendosæ afferuntur, (et quidem mendosæ in eo ipso vocabulo de quo agitur) sed in Latinorum quoque nonnullis: atque adeo commentitiæ etiam fortasse: ut in Κῆπος novissima editio, postquam tradidit κῆπον esse etiam τὸ ἐφήβαιον τῶν γυναικῶν, Hesychio: pectinem, muliebremque pubem, inguina et verenda mulierum: (hic enim scilicet ostentandæ erant Latinæ linguæ opes) quibus subjungit apud Diogenem Laertium, Stilponem negare Minervam deum esse, quia fœmina esset. Quem ita irrisisse Theodorum Cyreniacum, πόθεν δὲ τοῦτ' ᾔδει Στίλπων: ἢ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἐθεάσατο; an retecta et sublata veste ejus hortum contemplatus est? his addit, Hortum enim in hac significatione honesta metaphora (ut et genitale arvum Virgilius) usurpavit Ovidius in Metamorphosi, Fœmineos hortos in olentes vertere menthas Persephonæ licuit. Atqui hoc in loco non vocem hortos, sed vocem artus præter Aldinam editionem (quæ emendatior est quam alia cujusquam poetæ ab eo profecta) aliæ quæ apud me sunt plurimæ, necnon vetus exemplar scriptum, habent. Et seu quis lectionem illam somniarit, seu ex codice quopiam sumserit, non solum fœtidam hoc in loco, sed ab eo etiam alienam esse, nemo, nisi qui judicio careat, negarit: si quidem qua de re agatur expenderit. Aliqua vero afferuntur ex auctoribus, quæ apud eos quidem inveniuntur, sed quovis potius quam eo pertinentia quo pertinere dicuntur, et in alium omnino sensum ab auctoribus scripta. Cujus erroris et paulo ante mentionem obiter feci. Exemplum autem ejus habemus in vocabulo Αὐτόματος: quum enim Gell. in fine capitis 1. lib. 13. scripsisset, Quod Cicero fatum atque naturam videtur dixisse, id multo ante Demosthenes τὴν πεπρωμένην καὶ τὸν αὐτόματον θάνατον appellavit. Αὐτόματος enim θάνατος quasi naturalis et fatalis, nulla extrinsecus vi coactus venit. Quum, inquam, his verbis Gellius primum libri 13. caput clausisset, interpretationem hanc quæ ab illo tribuitur nomini αὐτόματος juncto cum θάνατος, (quæ vox mortem significat) vulg. lexicorum consarcinatores huic ipsi nomini tribuerunt, dicto de conviva. Allato enim hoc versu Homeri ex Iliad. β. Αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος, subjungitur ἄκλητος: deinde, Quasi naturalis et fatalis, quique nulla extrinsecus vi coactus venit, auctore Gellio. Quod erratum adeo monstrosum est (quis enim, nisi qui communi sensu omnino aut etiam sana mente destitutus sit, non animadvertat absurde dici de conviva, eum esse naturalem et fatalem, et nulla vi extrinsecus coactum venire!) ut vix meis ipse oculis illud intuentibus credam. Nec vero contenti fuerunt, quos proferunt auctorum locos modis omnibus depravare, decurtare et mutilare, duos in unum confundere, quæ ab iis dicuntur in alium omnino usum convertere, aut in alium prorsus sensum interpretari quam eum quo scripta sunt: sed eo audaciæ proruperunt, ut quædam etiam illis auderent affingere. Cujus audaciæ exemplum habemus in Ἀνέφικτος. Ibi enim affertur ex Lucianica Alc. ἀνέφικτος ἀνθρώποις ἐστὶν οὐρανός; quum tamen illa ibi non legantur, sed ista, ἐπεὶ τὸν ὅλον οὐρανὸν πόσῳ τινὶ σαυτοῦ δοκεῖς εἶναι μείζω; φράσαις ἄν, Χ. Τίς δ' ἀνθρώπων, ὦ Σώκρατες, δύναιτ' ἂν ἢ ὀνομάσαι τι τῶν τοιούτων; οὐδὲ γὰρ εἰπεῖν ἐφικτόν. Hæc autem

verba quam pulchre et quam fideliter in illam epitomen redacta sint, vestrum esto judicium. Hic certe Lexici locus, ut multos alios ejusdem audaciæ suspectos habeam, facit. Venio ad id quod multo majoris momenti esse dixi, nimirum ubi verba quibus Græci lexicographi ad vocabuli alicujus expositionem usi sunt, binas pluresve significationes habentia, præpostere interpretantur, et in alium omnino sensum quam illi intellexerint. Cujus errati exemplum habemus in Σύναινος, cujus antea mentionem feci, quum falsarum significationum exempla proferrem. In illis enim Σύναινος redditur, Laudis particeps. Unde autem orta est falsa ista interpretatio? Ex Hesychii expositione, cui σύναινος est ὁμόδοξος. Quum enim ὁμόδοξος (utpote a δόξα, quod non solum opinionem seu sententiam significat, sed etiam gloriam) existimarent debere significare Laudis particeps, de altera illa nominis δόξα significatione nihil cogitantes, præclaram illam interpretationem tribuerunt nomini σύναινος: quum alioqui debuissent interpretari, Qui ejusdem est opinionis, Qui idem sentit, Qui assentitur. Sicut Συναινεῖν est Assentiri. Libet autem duo non minus insignia hujus erroris exempla proferre, a me annotata in verbo Ἀνήκω. Ita enim ego ibi: apud Thucydidem autem ἀνήκουσι vulgo exponitur Rediguntur, in hoc loco libri 3. εἰς τὸν θάνατον αἱ πολλαὶ ἀνήκουσι; ubi tamen scholiast. exponit ἀνέρχονται. At Suidas, quum dicit ἀνήκουσι poni a Thucydide pro τελευτῶσι, λήγουσι, non dubito quin de illo similive ejus loco intellexerit. Sed vulgarium lexicorum consarcinatores, imperitissimi et ineptissimi, et stiva vel flagris potius dignissimi homines, quum Suidas dicit τελευτῶσι, putarunt eum accipere pro τελευτῶσι τὸν βίον, Moriuntur, (non animadvertentes subjungi ab eo λήγουσι) atque ita scripserunt, Ἀνήκουσι pro Decedunt, Moriuntur, apud Thucydidem. Itidem quum tradat Suidas a Demosthene ἀνήκοντος sumi pro διαφέροντος, scripserunt illi Demosthenem ἀνήκοντες pro Excellentes dixisse (quasi vero διαφέρειν significet duntaxat Excellere): eum tamen Demosthenis locum in exemplum attulerunt in quo ipse Suidas ἀνήκοντες dicit significare ἀνελθόντες. Is est quem antea citavi, τῆς μὲν ἐν τῷ λέγειν δυνάμεως οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον ἀνήκοντες. Hactenus quæ in Thesauro scripsi huc pertinentia. Fœdius autem peccarunt in eo quod plerumque ne Latinas quidem Budæi expositiones fideliter descripserunt, nec suo loco posuerunt, eique verbo non dederunt, cui ille eas tribuerat. Cujus peccati exemplum vobis suppeditabit vocabulum Ἀνυπόστατος. Ibi inter alia significare dicitur Sedimentum, et Quod ex urina subsidit. Quæ expositio sumta quidem est ex Budæo, sed eam tribuente nomini Ὑπόστημα, non autem nomini Ἀνυπόστατος, ut videbis Comm. pag. 497. editionis patris mei: quum enim Budæus de Ὑπόστημα loqui cœpisset, dicens poni pro hypostasi, et interjecisset aliqua de Ἀνυπόστατος, revertens ad nomen illud Ὑπόστημα, addidit, significare etiam Sedimentum, et Quod ex urina subsidit. Sed fingamus, tale quid apud Budæum aliumve legi de Ἀνυπόστατος, nonne hoc aut librario aut typographo imputandum esset? Quis non videat, ἀνυπόστατος, quod et adjectivum est, et præfixum habet α privativum, non posse Sedimentum significare? Huic similis commissus est error in voce Αὐλαῖον, et quidem in excerpenda ex Budæo itidem expositione. Quum enim scripsisset in suo Lexico Budæus, Αὐλὴ apud Athenæum pag. 242. pro triclinio prægrandi, id est œco, in quo nuptiæ in regia celebrabantur: hodie sallam dicimus. Quum inquam hæc ibi scripsisset, et vocem Αὐλαία illi alteri proxime subjunxisset cum expos. Hesychii, quispiam ex consarcinatoribus Lexicorum, cui aliquid inde excerpendi cura demandata erat, quæ a Budæo pro expositione nominis Αὐλὴ dicta erant, ad expositionem nominis Αὐλαία pertinere putavit, atque adeo suo judicio utens, huic non illi eam tribuit, sed decurtatam: ut ibi videbis. Hoc autem inde contingit (nam et hoc crassæ ignorantiæ specimen silentio prætereundum non est) quod Budæus inter hæc verba triclinio prægrandi, et illud Œco, interjecisset notam quandam habentem punctum duabus transversis lineolis interclusum, qua significabat Id est: ut certe plerisque hic est ejus usus. Verum hoc a me velut obiter dictum esto. Libet autem, quandoquidem in mentionem hujus nominis αὐλαία incidi, quis præterea circa ipsum commissus sit error, admonere, aliosque item ejusdem generis (licet diversi a proxime præcedentibus) ei adjungere. Quum αὐλαία Græci dicant fœminino genere, Latini autem Aulæum potius neutro, (sicut in aliis plerisque vocibus, quas hi ab illis mutuati sunt, idem genus non retinuerunt) ideoque Bud. Annot. post. in Pand. Latinis scripsisset literis pluralem numerum Aulæa, (asserens alioqui et Curtii locum in quo aulæam dixit) illi diversas illas in diversis linguis nominis hujus terminationes confundentes, scripserunt, Αὐλαῖον, Stragula, Plagæ, Velum picturis intertextis variegatum, παραπέτασμα, περίστρωμα, τάπης: quibus falso nomen Budæi tanquam testis subjunxerunt. (Sed eadem opera addam quid miseræ huic voci præterea contigerit, licet alio errati genere, et potius referendo ad quandam eorum, quæ supra commemorata fuerunt, classem. Quum scripsisset Hesychius, Αἱ αὐλαῖαι, τὰ καρακαλύμματα, sed forte a typographo omissus fuisset apex spiritus index, qui primæ nominis αὐλαῖα syllabæ superponendus erat, unam illi vocem ex nomine et ejus articulo ei præfixo facientes, Αἰαυλαῖαι scripserunt, et exposuerunt, Opercula, καρακαλύμματα.) Ut porro in voce Αὐλαῖον peccatum est ab istis Lexicorum consarcinatoribus, in eo quod vocabulum Græcum legi Latinæ voluerunt subjicere, sic et alibi idem fecisse comperiuntur. Ut quum pro ἀγχέμαχα scripserunt, ἀγχέμαχαι, volentes videlicet ἀγχέμαχαι convenire cum nomine Latino Hastæ, quod fœmininum est: quum alioqui Græci ἀγχέμαχα scripserint, ad suum nomen δόρατα, seu ὅπλα, quæ neutra sunt, accommodantes, et de Latina illa nihil pensi habentes: idque merito. (Neque tamen errore hoc contenti fuerunt, sed vocem alio insuper modo corruperunt, ἀγχέμαλαι pro suo illo ἀγχέμαχαι scribentes.) Itidem, vero quum apud Pollucem legatur θήριος αὐλὸς, (nisi forte θήρειος potius legendum existimemus) boni illi viri ex masculino θήριος fecerunt fœmininum θηρία, ut conveniret non cum αὐλὸς, sed cum Tibia, quod Latinis id sonat quod Græcis αὐλός. Imo vero gravius etiam peccarunt: quippe qui θηρία per se quoque significare tradiderint tibiam ex hinnulorum ossibus. Verumenimvero quamvis ego non singula errata, (quod et infiniti laboris esset, et librum immensæ molis requireret) sed singulorum duntaxat generum, vel potius eorum quæ in his sunt præcipua, paucula exempla colligere velim, vel horum numero me obrui sentio. Quare duobus duntaxat generibus præterea enumeratis, finem huic tam molesto ac tædioso sermoni imponere statui, cetera aut alii aut mihi ipsi in aliud tempus reservans: si tamen a magis seriis, quod huic rei impendere possim, supersit. Quinam igitur sunt lapsus illi? Activa pro passivis, et vicissim passiva pro activis plerisque in locis posita. Quanta enim licentia in hisce confundendis usi fuerint, vel inde patet quod Græcis etiam lexicographis sua activa in passiva, aut passiva vicissim in activa commutaverint. In quodam autem loco cujus recordor, ulterius etiam progressa est illa sive licentia, sive vecordia: quum enim Hesychius scripsisset Ἐπιδικάζομαι, et exposuisset ἀντιποιοῦμαι, itidemque Suidas ἐπιδικάζεται exposuisset ἀντιποιεῖται, illi Ἐπιδικάζω activa, non passiva, voce scripserunt: deinde ut Hesychii et Suidæ expositionem accommodare illi possent, vocem quoque quam ei adhibuerant ex passiva activam fecerunt, scribentes ἀντιποιῶ. Quasi vero ut passiva vox ποιοῦμαι multos usus sibi peculiares habet, ita etiam ejus composita suos non habeant, præsertim vero illud ἀντιποιοῦμαι. Alterum autem errati genus de quo verba facere institui, est earum vocum quarum scriptura aliquid dialecto cuipiam peculiare habet cum iis quæ communis linguæ sunt permistio. Contingit autem hæc in iis potissimum quæ ex dialecto Ionica petitæ sunt, utpote quarum major sit numerus. Veluti quum μετιέναι quod est apud Herodotum pro μεθιέναι a μεθίημι (ex Ionicæ linguæ proprietate usurpantis tenuem τ pro aspirata θ) dicitur esse a μέτειμι. Sic quum διαθέωνται, quod est Ionice itidem scriptum pro διαθῶνται, a themate διατίθεμαι, dicitur habere thema διαθέω. Hic finem facturus eram, (ut modo pollicebar) nisi calamum e manu deponens, recordatus fuissem mendi cujusdam inter ridicula maxime ridiculi, inter inepta ineptissimi, vel potius inter monstrosa monstrosissimi: de quo admoniti isti Lexicorum consarcinatores ac locupletatores, si et Metamorphosin Ovidianam locupletare velint, aliquid jam paratæ materiæ habebunt. Est enim in eo de quo loquor vocabulo mira quædam facta Metamorphosis, ex ea videlicet parte orationis quæ Verbum a grammaticis appellatur, in eam quæ Nomen ab iisdem vocatur, nimirum ex Verbo Κυμαίνω, κυμαίνεις, in Nomen Κυμῆνα. Quoniam autem rem quæ multorum fidem superatura sit, narrare me scio, totum locum in quo pulchram illam Metamorphosin habemus, proferendum censeo. Hæc sunt igitur illorum verba, Κυμῆνα, vocabulum castrense, ad significandam militum seriem fluctuum instar gradientem. Arrianus in expedi-

tione Alexandri, ἦγεν βάδην, τοῦ μὴ διασπασθῆναί τι ἐν τῇ ξυντονωτέρᾳ πορείᾳ κυμῆναν τῆς φάλαγγος, ne phalangis undatim incedens series aliqua ex parte divelleretur. Hanc fluctuantem seriem intelligit Virgilius in Georgicis, ubi, Ut sæpe ingenti bello quum longa cohortes Explicuit legio, et campo stetit agmen aperto, Directæque acies ac lato fluctuat omnis Ære renidenti tellus. Atqui κυμῆναν esse participium aoristi temporis a κυμαίνω, non autem nomen accus. casus, a nominativo κυμῆνα, vel hæc docuisse debuerant quæ a Budæo traduntur in Græcæ linguæ commentariis, Κυμαίνω, κυμαίνομαι. Plut. de acie fluctuante, τῆς δ' ὑφ' αὑτὸν στρατείας ἰδὼν τὸ πλεῖστον οὐκ ἀτρεμοῦν, ἀλλὰ κυμαῖνον ὑπ' ἀπειρίας καὶ θορυβούμενον. Affert exemplum et compositi verbi ἐκκυμαίνω, eandem habentis significationem apud Xenoph. ἀναβ. 1. ὡς δὲ ἐξεκύμαινέ τι τῆς φάλαγγος τὸ ἐπιλειπόμενον, ἤρξατο δρόμῳ θεῖν. Quod si itidem aut participio ἐκκυμῆναν, aut infinitivo ἐκκυμῆναι usus hic esset Xenophon, magnum certe et huic loco ab illis consarcinatoribus periculum impendebat, ne videlicet ei suum verbum itidem rapientes, in nomen ἐκκυμῆνα converterent. Sed quid ego hic de consarcinatoribus loquor? præclaræ illius Metamorphosis totam laudem, quantacunque est, unus sibi consarcinator vendicat, is nimirum cui adscribitur novissimæ editionis consarcinatio atque locupletatio. Ea inquam illi soli debetur, quam tamen ego paulo ante cum aliis eum communicare volui. Sed ignoscat mihi, rogo: non enim id a me malevolo animo et debita eum laude fraudandi cupido factum est, sed memoriæ in colligendis tam multis hujuscemodi gemmis occupatæ culpa. Quid si vero potius suum is erratum animadvertens (dicere autem supersedeo quam bene interpretatus sit vocem illam suam verbinominem, aut nominiverbem, ut in nova barbaraque grammatica novis barbarisque verbis utar) ut sibi ignoscatur petat, ac dicat, si quidem in κυμαίνω aut alìud tempus servans αι incidisset, nequaquam se fuisse erraturum: sed illud κυμῆναν in errorem eum impulisse, ob affinitatem quam cum forma nominis habet: quid illi respondendum fuerit? Ad me certe quod attinet, non habeo quid respondeam potius quam Horatiana ista, (si modo unicam in uno ejus verbo literam immutare liceat)—quod medicorum est Promittant medici. Nisi forte gratius illi futurum est proverbium, Ne sutor ultra crepidam.

Ex hac (ut ita dicam) anatome vel minimæ alioqui partis corporis tam vitiosi ac morbidi, de ceteris partibus judicium fieri posse existimo: et siqui mirati sunt antea Thesaurum ante multos annos a patre meo Roberto Stephano promissum, nondum prodiisse, futurum ut mirari desinant, quum totus velut a fundamentis construendus fuerit. Dignum enim scilicet sua existimatione opus, dignum superioribus laboribus, ac præsertim suo Latinæ linguæ Thesauro, edidisset, si Lexicon et ipse auctum duntaxat et locupletatum dedisset, aut etiam ementitum Thesauri nomen ei tribuisset: ut a quibusdam unum ex illis tam misere corruptis ac vitiatis Lexicis inscriptum est Thesaurus, (quum debuissent addere vocem Carbones, utpote quod introspicientibus, vere comperiatur esse quod veteri proverbio objici solitum est, Thesaurus carbones) dignum inquam ea fide quæ in variis ejus variorum librorum editionibus perspecta erat, edidisset tandem opus, si ceterorum more, non in emendandis vulgatis lexicis, sed duntaxat in locupletandis operam posuisset. Atqui hoc ipsum erat de quo potissimum querebatur: adeo ut quoties aliqua nova Lexici editio prodibat, aucti et locupletati, Semperne (diceret) veterem hanc cantilenam audiam? Nunquamne aliqua Lexici editio emendati etiam et correcti sive repurgati prodibit? Ac profecto ab hac repurgatione initium sumere olim ei in animo fuit, et tanquam veteres ædes instaurare ac resarcire, dum novas ædificandi facultas esset: sed postquam ibi Augiæ stabulum esse, postquam omnia ruinam minari comperit, sui illum incepti puduit pariter et pœnituit. Parata autem jam bona materiæ quæ ad novum ædificium requirebatur parte, mors illud nobis invidit: in qua tamen hoc ipsum opus mihi commendavit. Quæ quum ita sint, nonne et a fidelitate paterna descivissem ac degenerassem (cujus potissimum hæredem se a me relinqui existimavit, ut antea dixi) et privatim etiam fidem illi datam violassem, ejusque manes lædere dictus merito fuissem, si et ipse Lexicon vulgatum, licet auctum, locupletatum, interpolatum, reconcinnatum, reconsarcinatum, emendatum denique passim et correctum, edidissem? Habetis, viri carissimi, cur a me hæc opera minime expectanda fuerit, et cur quidvis potius expectare debeatis. Sed quid de iis dicemus qui lexicis illis freti, ac tantum non pro oraculis habentes ea quæ in illis traduntur, interpretes agunt, et quidem librorum omnis generis? aut de illis qui hujusmodi Lexicorum ductu et auspiciis, provinciam Græcas profitendi literas suscipiunt? Quid aliud hoc est, obsecro, quam cæcos cæcis viam velle monstrare? Et tamen hæc sunt hodie præcipua non paucorum interpretum et Græcæ linguæ professorum arma, quibus scilicet adversus quantumvis implicitos scriptorum Græcorum nodos acriter dimicant. Et miramur, tam pueriles, tam ineptas, tam ridiculas, tam falsas prodire quotidie eorum interpretationes? Sed hæc εἰδόσι λέγω.

Superest ut eos metu liberem qui, (uti dixi) quoniam vocabula in meo Thesauro longe alio quam alphabetico ordine digesta esse audierunt, quisnam is esse possit, valde mirantur: ac, ne iis duntaxat qui in linguæ Græcæ cognitione velut veterani sunt, (ut ita loquar) non item tyronibus labor meus utilis futurus sit, verentur. Sciant igitur illi qui hoc timent, eam contra quæ in meo Thesauro habetur vocabulorum seriem, tantum commodi vel iis qui Græcam linguam discere incipiunt, afferre posse, quantum alphabeticus ille ordo affert incommodi. Hoc tamen ingenue fateor, si initio, quum illa serie uti cœpi, rem tot difficultatibus esse implicitam, quot postea sum expertus, existimassem, et fore ut nullus mihi quicquam ad eas auxilii afferret, neque ex priscis neque ex iis qui eos secuti sunt ad nostra usque tempora grammaticis, sed futurum ut eas Marte meo perrumpere cogerer: quodvis onus potius quam illud suscepissem. Sed hac in re profecto, si alia in ulla, locum habet vetus proverbium, quod difficilia esse prædicat quæ pulchra. Reddit enim series illa multo ditiores (ut ita dicam) Græcæ linguæ divitias, et quæ hactenus locupletissima fœcundissimaque esse visa est, facit ut multo etiam locupletior fœcundiorque quam credita sit, comperiatur. Quemadmodum enim opulenta domus longe opulentior videbitur si in unum tota suppellex comportetur locum, quam si dispersa sit: eademque hominum multitudo, major multo, quum conferti sunt, quam quum dispersi, videtur: sic etiam vocabuli unius, tanquam stirpis, numerosa propago et soboles minime dispersa divulsaque et in varios locos distracta, sed in unum ita collecta, ut uno propemodum aspectu contemplari universam possimus, multo certe numerosior nobis videbitur. Quod autem studiosorum linguæ Græcæ magis interest, seriem illam tyronum etiam studiis esse perutilem, res equidem ipsa clamat: quum plerunque mutuas operas in sese vicissim velut exponendis tradant, quæ ab eadem stirpe ortum habent vocabula, et interdum per varia quæ derivata vocantur, tanquam per gradus quosdam ad cognitionem significationis vocabuli illius unde manarunt, ascendamus. Sed tam multa sine exemplis, frustra fortasse: ut igitur te non diu morans, ad illa veniam: en tibi in illis vulgatis Lexicis, Ἀείδω quidem (quod est Cano) in litera prima totius alphabeti: at vero ᾠδὴ, Cantus, et ᾠδὸς, Cantor, in litera ultima. Quinetiam inter illud verbum ᾄδω et verbale ejus ᾆσμα interjecta sunt aliquot vocabulorum millia. Præterea compositorum unumquodque seorsim positum est, dispersa et ipsum sua derivata habens. Duo vero magis etiam reprehensione digna sunt hac in parte: unum est, quod passiva vox ab activa semper sejungitur, et quidem non parvo intervallo nonnunquam, multis aliis vocabulis (ut poscit alphabeticus ordo) interjectis: alterum, quod de uno eodemque verbo in diversis agatur locis: nimirum non solum in ejus præsenti, sed etiam in infinitivo. Interdum vero et in diversis temporibus, nimirum futuro, præterito, aut alio: et quidem interjectis itidem aliquibus vocabulis. Exemplum autem habemus cum in aliis pluribus verbis, tum vero in Αἱρέω, ῶ; cum eo enim posita non sunt, sed seorsum, ista omnia, Εἶλον, Ἕλον, Ἕλοιμι, Ἕλω, Ἑλέειν, Ἑλεῖν, Ἑλὼν, necnon Ἡρήκει: seorsum vero et passiva vox Αἱρέομαι, sejuncta habens et participia Αἱρεθεὶς atque Ἡρημένος: tantum abest ut verbalia suo verbo adjuncta sint. Quinetiam quum unum idemque verbum ex Atticæ quidem linguæ consuetudine in ττω derivetur, ex communi autem in σσω, (ut quidem tradunt grammatici, qui tamen aliquid his verbis addere debebant) nihilque ex diversa terminatione mutetur significatio: interdum tamen alio in loco, quod in σσω terminatum est, in alio, quod in ττω, collocant. Quinetiam (quod non minus quis miretur) interdum duobus in locis idem ponitur thema, prius quidem, contractionem non passum, postea vero contractum, aliis inter illa interjectis: ut in

Θεωρέω et Θεωρῶ, factum esse vides. Verum satius esse existimo cetera quæ his addenda forent, in ipsis Lexicis videnda relinquere, quum ea passim prostent: et aliqua potius exempla ejus seriei, qua me in meo Thesauro usum esse dixi, spectanda proponere.

En igitur seriem verbi "Αδω, cujus mentionem initio feci, vel potius 'Αείδω quidem primum, dein vero "Αδω.

'ΑΕΙΔΩ,	'Ασματοκάμπτης,	'Αντῳδός.	c. 2. Συνεπᾴδω,
'Αοιδὴ,	'Ασματοποιός.	C. 'ΑΠᾴδω,	C. ΚΑΤᾴδω,
Compos. 'Αοιδοπόλος,	¶ 'Ωδὴ,	'Απῳδός.	C. ΠΕΡΙᾴδω,
'Αοιδὸς,	'Ωδὸς,	C. ΔΙᾴδω,	C. ΠΡΟΣᾴδω,
'Αοιδοσύνη,	'Ωδικὸς,	C. 'ΕΞᾴδω,	Προσῳδὸς,
'Αοίδιμος,	'Ωδικῶς,	C. 'ΕΠᾴδω,	Προσῳδία,
'Αοιδιάω.	'Ωδεῖον.	"Επασμα,	Προσῴδιον,
"ΑΔΩ,		'Επῳδὴ,	C. ΣΥΝᾴδω,
'Αστέον,	COMPOSITA.	'Επῴδιον,	Συνῳδὸς,
"Ασμα,	C. 'ΑΝΤᾴδω,	'Επῳδὸς,	Συνῳδία,
'Ασμάτιον,	'Αντῳδὴ,	c. 2. Κατεπᾴδω,	C. 'ΥΠᾴδω.

Ex compositis aliis, quæ non ex ᾄδω sed ex ejus verbali deducta sunt, Κιθαρῳδὸς et Κιθαρῳδέω, in Κιθάρα, ut Λυρῳδὸς et Λυρῳδέω in Λύρα, et 'Υμνῳδὸς atque 'Υμνῳδέω in 'Υμνὸς, itidem Μαγῳδὸς in Μάγος, et Μονῳδὸς ac Μονῳδέω et Μονῳδία, in Μόνος. Idemque in quærendis ceteris, quæ hic posita non fuerunt, observandum erit. At 'Αρνῳδὸς et Στιχῳδὸς habebis inter proxime sequentia, post 'Ραψῳδῶ, et ejus derivata. Sequuntur autem cetera.

C. Παλινῳδέω, ῶ,	C. Περιῳδέω, ῶ,	C. 'Ραβδῳδοὶ pro ῥαψῳ-	'ΑΗΔΩΝ, όνος, ἡ,
Παλινῳδία,	C. 'Ραψῳδέω, ῶ,	δοὶ, et ῥαβδῳδία pro	'Αηδὼ, όος, et οῦς, ἡ,
C. Παρῳδέω, ῶ,	'Ραψῳδὸς,	ῥαψῳδία,	'Αηδονὶς, ίδος, ἡ,
Παρῳδὸς,	'Ραψῳδία,	C. Στιχῳδὸς,	'Αηδονεὺς, έως, ὁ,
Παρῳδία,	c. 2. 'Αποῤῥαψῳδῶ,	C. 'Αρνῳδὸς,	'Αηδόνειος, ον, ὁ et ἡ.
Παρῳδικὸς,	c. 2. 'Επιῤῥαψῳδῶ,	C. Προῳδικὸς,	

Huic verbo subjungam id quod ipsum in eodem Thesauro excipit, nimirum "Αζω, id est verbi "Αζω seriem; in qua sequor eos grammaticos qui ἅγος ab eo deduxerunt, licet et ἄγος spiritu tenui scriptum inveniatur, ut ibi copiose docui.

"ΑΖΩ,	C. 'ΕΝαγίζω,	'Αγιόω, ῶ,	'Αγνεύω,
"Αζομαι,	'Εναγισμὸς,	'Αγιάζω,	'Αγνεία,
"Αγος, εος, τὸ,	C. Εὐαγὴς,	'Αγιασμὸς,	"Αγνευμα,
¶ 'Αγὴς, έος, ὁ et ἡ,	Εὐάγητος,	'Αγιαστία,	'Αγνευτικὸς,
'Αγίζω,	C. Παναγὴς,	'Αγιαστήριον,	'Αγνευτήριον,
'Αγιστεύω,	C. 'Εξάγιστος.	C. ΚΑΘαγιάζω.	'Αγνίζω,
'Αγιστεία,	"ΑΓΙΟΣ,	'ΑΓΝΟΣ,	'Αγνισμὸς,
C. ΚΑΘαγίζω,	C. 'Αγιόγραφος,	C. "Αναγνος,	'Αγνιστικὸς,
c. 2. Συγκαθαγίζω,	C. Πανάγιος,	C. Πάναγνος,	'Αγνιστήριον,
C. 'Εναγὴς,	'Αγίως,	C. 'Αγνοπόλος,	'Αγνίτης,
'Εναγῶς,	'Αγιότης,	'Αγνὴς,	C. 'Αφαγνίζω,
'Εναγικὸς,	'Αγιοσύνη,	'Αγνότης,	¶ "Αγνος, ου, ἡ, Frutex,
C. 'Αναγὴς,	et 'Αγιωσύνη,	'Αγνεὼν,	&c.

Et quoniam ut sunt diversæ verborum naturæ, ita etiam diversa habent derivata, quæ sunt eorum velut soboles proferam et alia exempla. Ecce igitur verbum 'Αγείρω cum universa sua propagine et sobole, aut certe bona ejus parte: fieri enim potest ut aliqua derivata me subterfugerint, sed quæ alibi addi possint.

'ΑΓΕΙΡΩ,	C. 'Εξαγοράζω,	C. 'ΑΠηγορέω, ῶ,	c. 2. 'Απροσήγορος,
	C. ΠΡΟαγοράζω,	'Απηγόρημα,	c. 2. Εὐπροσήγορος,
'Αγερμὸς,	'Αγορασείω,	C. ΚΑΤηγορέω, ῶ,	Εὐπροσηγορία,
'Αγερέθω,	¶ 'Αγοράομαι, ῶμαι,	Κατηγόρημα,	c. 2. Φιλοπροσήγορος,
'Ηγερέομαι, οῦμαι,	'Αγορητὴς,	Κατήγορος,	C. ΣΥΝηγορέω, ῶ,
'Ομηγερέες,	'Αγορητὺς,	Κατηγορία,	Συνήγορος,
'Αγρόμενος,	'Αγορητὸς,	Κατηγορικὸς,	Συνηγορία,
Παλινάγρετος,	¶ 'Αγορεύω,	c. 2. Εὐκατηγόρητος,	Συνηγορικός.
C. ΕΙΣαγείρω,	C. 'ΑΝΑγορεύω,	c. 2. 'Αντικατηγορέω, ῶ,	Hactenus composita
C. 'ΕΠαγείρω,	'Αναγόρευσις,	'Αντικατηγορία,	cum præpositionibus:
'Επάγερσις,	c. 2. Προσαναγορεύω,	c. 2. Προσκατηγορέω, ῶ,	sequuntur cetera.
C. ΣΥΝαγείρω,	C. 'Απαγορεύω,	c. 2. Συγκατηγορέω, ῶ,	C. 'Αλληγορέω, ῶ,
Συναγρόμενος.	'Απαγόρευμα,	C. ΠΑΡηγορέω, ῶ,	'Αλληγόρημα,
'ΑΓΟΡΑ	'Απαγόρευσις,	Παρηγόρημα,	'Αλληγορητὴς,
'Αγορήνδε,	C. ΔΙαγορεύω,	Παρηγορητὸς,	'Αλληγορία,
'Αγορῆθεν,	C. 'ΕΞαγορεύω,	c. 2. 'Απαρηγόρητος,	'Αλληγορικὸς,
C. 'Αγορανόμος,	'Εξαγόρευσις,	et 'Απαρηγορήτως,	C. Εὐηγορέω, ῶ,
'Αγορανομία,	C. ΚΑΤΑγορεύω,	c. 2. Δυσπαρηγόρητος,	Εὐήγορος,
'Αγορανομικὸς,	Καταγόρευσις,	et Δυσπαρηγορήτως,	Εὐηγορία,
'Αγορανομέω, ῶ,	C. ΠΡΟαγορεύω,	Παρήγορος,	C. 'Ισηγορέω, ῶ,
¶ 'Αγοραῖος,	Προαγόρευσις,	Εὐπαρηγόρως,	'Ισηγορία,
et 'Αγόραιος,	C. ΠΡΟΣαγορεύω,	Παρηγορία,	C. Κακηγορέω, ῶ,
'Αγοραίως,	Προσαγόρευσις,	Παρηγορικὸς,	Κακήγορος,
¶ 'Αγοράζω,	Προσαγορευτικὸς,	c. 2. 'Αντιπαρηγορέω, ῶ,	Κακηγορία,
'Αγόρασμα,	c. 2. 'Αντιπροσαγορεύω,	C. ΠΡΟΣηγορέω, ῶ,	C. Μεγαληγορέω, ῶ,
'Αγορασμὸς,	C. ΣΥΝαγορεύω,	Προσηγόρημα,	Μεγαληγόρος,
'Αγόρασις,	C. 'ΥΠαγορεύω,	c. 2. 'Απροσηγόρητος,	Μεγαληγορία,
'Αγορασία,	'Υπαγόρευσις,	Προσήγορος,	C. 'Υψηγόρης, vel 'Υψη-
'Αγοραστὴς,	¶ 'Αγορέω, ῶ,	Προσηγορικὸς,	γόρας, 'Υψηγορία.

Sunt vero quædam verba multo etiam opulentiora atque fœcundiora, et admirabilem quandam derivatorum varietatem habentia: atque adeo tantam quæ nonnisi multis paginis capi possit: ideoque nullum ex iis proferre libet. Ceterum si quid vel a vobis, viri doctissimi, vel ab aliis reprehensione dignum in hac serie inveniatur, veniam me tribus nominibus consecuturum spero: primum quod hanc viam primus omnium ingrediar, et in ea (quum alioqui cœca sit et latebrosa, vereque flexuosa et anfractibus plena, ac non paucis erroribus implicita) mihi ipsi tamen dux esse cogar. Sed unde tibi tantum audaciæ, ut vel de tentanda hujusmodi via cogitaris? Imo vero non audaciæ id, sed credulitati potius tribuendum est. Magnam enim spem ostentabant de hac via mecum indaganda veteres

grammatici: verum eam spem prorsus esse vanam, magno meo malo comperi. Deinde veniam ideo mihi polliceor, quod simul et in vocabulis hac serie collocandis, et in significationibus certo etiam quodam ordine disponendis laborandum fuerit. Nec enim ignoratis quanta earum in vulgatis Lexicis (ut falsas et commentitias omittam) perturbatio sit atque confusio: utpote in quibus aut omnium rarissimæ aut etiam metaphoricæ significationi primus detur plerumque locus. Postremo, quod ad typographicam clepsydram (ut alibi quoque locutus sum) hæc scribere (id est, scriptionem meam typographicarum operarum penso obnoxiam habere) cogar: et quod ab infinitis curis et occupationibus quas secum ars ista trahit, temporis superest, ne id quidem universum huic operi possim impendere, sed ejus partem in lectionem typographicam eorum quos interim excudo auctorum (ex quibus nunc est Plutarchus) necesse habeam conferre. Hæc, inquam, sunt propter quæ futurum spero ut mihi et a vobis et ab aliis venia detur, et quidem non eorum duntaxat quæ in illa serie, sed et eorum quæ in ulla ejus operis parte peccaverim. Absit enim ut sibi quisquam persuadeat, ita me aliorum errata proferre, quasi ipse sim *ἀναμάρτητος*, et hominem me esse non meminerim, id est, eum cujus sit labi, errare, nescire, decipi. Imo vero me et colloco in hoc numero, et jam nunc, in meo opere esse in quibus lapsum me existimem, ingenue fateor. Sed inter eos qui aliquando, et eos qui identidem ac subinde errant, discrimen statuendum esse dico. Quinetiam minime dubium est quin varii sint erratorum in hoc etiam genere velut gradus: et, ut quædam veniam merentur, ita quædam flagris potius quam venia digna censeri debeant. Illa porro tot tamque fœda Lexicorum errata lectorem celare, præterquam quod religio mihi fuisset, utpote qui silentio meo falsam multorum de illis opinionem aucturus eram fortasse: tum vero, ne et ipse Lexicorum consarcinator existimarer, ea patefacere necesse habuisse videor. Quomodo enim quid inter meum et illorum opus discriminis sit, et cur velut a fundamentis construendum mihi fuerit Thesauri mei ædificium, ostendere potuissem, nisi qualis esset eorum structura ostendissem? Ut porro eos in ceteris imitatus non sum, ita nec in prætereundis silentio eorum unde aliquid mutuatus sum nominibus. Non enim nomina veterum duntaxat scriptorum et Græcæ linguæ auctorum adscribo, ex quibus exempla locutionum (ut vulgus vocat) a me petuntur: sed et interpretum, aut expositorum, aliorumve quicunque aliquid ad expositionem alicujus vocabuli pertinens scripserint, siquid ex iis in opus meum transferam.

EXCERPTA

EX

J. A. FABRICII BIBLIOTHECA GRÆCA,

Vol. VI. p. 651—68. ed. Harles.

LEXICA GRÆCO-LATINA RECENTIORUM.[1]

INTER Lex. Gr.-Lat. recentiorum scriptorum, ratione temporis, quo in lucem edita est illius lucubratio, familiam ducit Jo. Crastonus, Placentinus, Carmelitanus, cujus Vocabulista Græco-latinus[2] primum prodiit Regii Lepidi A. 1497. 8. quæ editio in Leidensi bibl. publica adservatur; deinde edidit Bonus Accursius, Pisanus, dicavitque Joan. Francisco Turriano, ducali quæstori, impressum in ædibus Dionysii Bertochi, Bononiensis, subterraneis, Mutinæ 1499. fol. ut didici ex Michaëlis Maittaire Annal. typograph. t. i. p. 363. Habeo et ipse Lex. ejusmodi Gr.-lat. perantiquum, editum in fol. sed in quo titulus deest, neque extrema pagina 455. locum aut tempus denotat, quod incipit: *ἀαγὴς, έος, intangibilis, ἄαπτος intangibilis, vel cui nocere quis nequeat*, etc. H. Stephanus in Epist. de typogr. suæ statu, A. 1569. 8. edita, et libro de vita Stephanorum adjuncta, "iis," inquit, "quæ circumferuntur Lex. Gr.-Lat. primam imposuit manum monachus quidam, frater Jo. Crastonus, Placentinus, Carmelitanus, sed cum is jejunis expositionibus, (in quibus vernaculo etiam sermone interdum, id est Italico, utitur,) contentus fuisset, perfunctorie item constructiones verborum indicasset, nullos auctorum locos proferens, ex quibus illæ pariter et significationes cognosci possent, multi postea certatim multa hinc inde sine ullo delectu atque judicio excerpta inseruerunt: donec tandem indoctis typographis de augenda Lex. mole inter se certantibus, et præmia iis, qui id præstarent, proponentibus, quæ jejunæ, et, si ita loqui licet, macilentæ antea erant expositiones, adeo pingues et crassæ redditæ sunt, ut in illis passim nihil aliud, quam Bœoticam suem agnoscamus." Eodem loco varias ejusmodi *βαρβαρολεξικοσυρραπτάδων* hallucinationes atque errores H. Stephanus perstringit. *Fabr.* In catal. Bünau. I. c. p. 1808. occurrit Crastoni Lex.; edit. antiq. nitidissima, sine indicio et loco impressionis; fol. atque edit. Mutinæ in ædibus Dionysii Bertochi 1499. fol. in nota autem confector cat. ait, ex collatione hujus editionis, cum præcedente instituta, satis apparere, utramque esse diversam, sed priorem s. l. omnino Mutinensi antiquiorem. Atqui prior esse videtur ea, quam cl. Panzer. A. T. vol. I. p. 436. nr. 299. laudat, eodemque, scribit, charactere, quo Homerus Florent. 1484. impressus fuit. Idem V. D. alias memorat edd. antiquas s. l. et a. 4. (vol. iv. p. 117. n. 394. de qua edit. multus est Braunius in notitia.—de libris—in bibl. monasterii ad SS. Udalricum et Afram Augustæ extantibus tom. ii. p. 72.)—(Mediolani,) quarum quidem altera in 4. (circa a. 1481.) habet epist. Boni Accursii, Pisani, præfixam ad Ant. Bracellum; altera in fol. (post an. 1480.) ejusd. epist. ad Jo. Francisc. Turrianum. (v. Panzer. ii. p. 100. et 101. ac Jo. Ant. Saxii hist. typograph. lit. ter. Mediolanens. col. 167. ubi de Bonacursio multus est, et p. 445. ac 612.) Idem cel. Panzer.

[1] Quædam Lex. jam recensui in prolegom. ad histor. L. Gr. i. p. 81. sqq. De quibusdam egit Walchius in introduct. in L. Gr. part. I. cap. iii. §. 81. sqq. p. 148. sqq. edit. sec. Quæ in bibl. Bünau. (Dresdensi bibl. publicæ inserta,) extant, ea memorantur in catalogo bibl. Bünau. tom. II. vol. iii. p. 1807. sqq. Nubem vero Lex. Gr. excitatam reperies in Hen. Guil. Lawaetz Handbuch für Bücherfreunde und Bibliothekare, vol. I. tom. i. p. 441—454. et in primo suppl. p. 305—313. Quare, ut omnia et singula, præsertim minora, Lex. enumerem, num necesse sit, pœne dubito: quinimo præstare videtur, lectores ad illos ablegare libros, et meliorum, aut rariorum recentiorumve Lex. notitiam tantummodo propinare.—Commemorare adhuc juvat I. H. Boecleri diss. de Lex. veterum Gr. ex Photio potissimum: in ejus dissertatt. academ. t. i. p. 645. Argentor. 1701. 4. *Harl.*

[2] MS. extare in bibl. Patav. supra in notitia codd. notavimus. *Harl.*

post alios, quos laudat, memorat editt. Vincentinam, per Dionys. Bertochum, 1483. fol.—Regiis 1497. fol. v. vol. iii. p. 516. et ii. p. 394. de Mutinensi, jam memorata, vol. ii. p. 152. Mantuanam autem a. 1494. habet spuriam vol. ii. p. 8. *Harl.*

Lex. Gr.-lat. excusum ab Aldo Venet. 1497. fol. hinc Ferrariæ A. 1510. [cum Cyrillo, Ammonio etc. per Jo. Maciochum. fol.] et Paris. Hieron. Alexandro curante A. 1512. auctumque a Jo. Maria Tricaëlio, Æquinate, in quo multa falsa, notante Gesnero. Deinde Lugduni cum auctario et a Valentino Curione, Hagenoio, Basil. apud Cratandrum 1519. fol. ibid. 1584. 4. [Lex. Gr. cum Max. Tyrii, philosophi platonici, sermonibus et Angeli Politiani Rustico. Basil. 1519. in 4.]

Nic. Beraldi Dict. Gr.-lat. Paris. 1521. fol.

Dictionarium idem addita interpretatione Lat., tribus vocum millibus auctius, additis variis Grammat. Gr. apospasmatiis, et de vocibus Atticis, Tho. Magistro, Phrynicho et Emanuele Moschopulo. Venet. 1524. fol. apud Franc. Asulanum. *Fabr.* De h. ed. v. serie dell' edizione Ald. ed. ii. p. 60. Edit. Aldina a. 1534. quam memorat Lawaetz in suppl. cit. p. 306. nulla et per errorem numeri typographicum orta esse videtur. Idem Lawaetz memorat l. mem. edit. Venet. apud Sessam. 1525. fol. Mentionem vero Lex. rarioris inventu facere juvat; Lex. Gr.-lat. partim ex Gr. Lex.; partim ex recent. lucubrationibus non quorumlibet, sed exquisitorum, nim. Guil. Budæi, Erasmi Rotterod. Laurent. Vallæ, Hermolai Barbari, Angeli Politiani, Ludov. Cœlii etc. Paris. apud colleg. Sorbonæ. 1530. fol. *Harl.*

Jacobi Ceratini Dict. Gr. Basil. 1524. fol. cum præfat. Erasmi, qui Ceratino auctor fuit, ut hunc laborem in se susciperet, et ipse nonnulla adjecit. Inter eos, qui Gr. auxere Lex., profitetur et MAINO non parum deberi, ac male precatur invidæ febri, quæ studiosis eam utilitatem reddiderit maligniorem. Vide Erasmi Epist. lib. xxviii. 21. ubi ait, Ceratinum exactam utriusque ling. peritiam cum incredibili modestia copulasse. "Hujus," inquit, "accessionem cum conferrem cum aliorum auctariis, quæ in proxima Gurmuntii editione fuerant addita, (uam hanc Ceratinus noster non viderat,) miro modo vix ullam vocem ab hoc annotatam comperi, quam illi priores occupassent. Pauperis est numerare pecus, sed pauperius est numerare dictiones. Satis multas adjecit Ceratinus, sed ingentem fateberis thesaur., si expendas, quod accessit, potius, quam numeres."

Magis etiam illo Lexicographorum vulgo se exemit GUILELMUS BUDÆUS, renascentis literaturæ alter quasi Camillus, quo elogio eum mactat Adr. Junius lib. ii. cap. 6. Adversar. Hujus *Commentarii Gr. Ling.* præmissa Gr. ad regem Galliæ, Franciscum, præfatione, Paris. primum 1529. et Colon. ac Basil.[1] 1530. fol. editi, et deinde tertia parte auctiores Paris. 1548. apud R. Stephanum fol. typis luculentis recusi sunt et Basil. 1556. fol. quartum Operum Budæi vol. implent. In his auctor, nullo neque alphabeti neque alio ordine observato,[2] innumerarum vocum phrasiumque, illarum præcipue, quæ ad res civiles ac forenses pertinent, prout sub acumen styli scribenti venerunt, proprias et varias significationes ex probatis auctoribus, oratoribus maxime et historicis, eruit, atque latine ex veterum Romanorum usu exposuit, ut nihil illis elegantius, nihil doctius cogitari possit. Ac dicitur liber ille Salmasio veram ad eruditionem viam primum aperuisse, ut non vane auguratus sit jam olim Erasmus in Epist., observationes Budæi utriusque linguæ studiosis plurimum utilitatis esse adlaturas. Nam et ad Latinam eloquentiam apprime facere, verissime monuerunt Fr. Vavassor de ludicra dictione p. 321. et R. Simon. biblioth. selectæ, Gallice editæ, tom. i. p. 354. De iisdem commentariis Ang. Caninius in Hellenismo: "Istius orationis formas, et breviter quicquid ad Græc. phrases attinet, doctissime persecutus est Budæus in suis comment., quos nuper et emendate et eleganter magno studiorum bono excudit Badius. Eum librum comparare sibi debet, quisquis serio Græcari volet." Edm. Richerius in obstetrice animorum p. 230. "Quia magni illius Budæi mens et institutum in suis comment. fuit Græca Latinis conferre et connectere, certumque est, quicquid unquam elegantiæ aut venustatis in utraque lingua extitit, id totum libris illis contineri, qui huic studio egregiam navare operam cupiunt, excellens illud et cœleste monimentum Budæi cogitate notare debent; cujus auxilio omnia linguæ principis arcana facile pervestigabunt." Buchananus:

Gallia quod Græca est, quod Græcia barbara non est,
Utraque Budæo debet utrumque suo.

Omitto elogia, certatim in eum congesta, a Lud. Vive ad lib. 2. Augustini de Civ. DEI c. xvii. et de tradendis disciplinis p. 306. Scaligero in Scaligeranis, Barthio xxi. 3. Adversar. Morhofio lib. iv. polyhist. c. viii. §. 3. Vitam Budæi[3] scripsit Ludovicus Regius, quæ cum lucubrationum ejus elencho legitur apud Batesium et Leickerum:[4] Regio addenda, quæ habet Jo. Launoius parte 2. Gymnasii Navarr. p. 875. seq. qui tamen fallitur, quum p. 882. notat, Budæum obiisse anno 1573. Cal. Sept. nam anno 1540. Cal. Sept. extinctus est, ætat. 73. Budæum in plerisque libenter sequuntur Lex. Gr. post eum vulgatorum, auctores, etiam Henr. Stephanus, qui in paucis quibusdam locis ab ejus sententia discedit, quorum rationem uberiorem reddere voluit in suo, quem promisit, Thes. Gr. ling. Coroll. et in editione nova Comment. Bud.: "Cogito enim," inquit in præf. ad Thes. Gr. ling. p. 12. "de libri illius editione, quæ habeat cum alia, quibus multo quam antea utilior reddatur, tum vero meas in quosdam locos annotationes." Sed nec Coroll. illud, nec editio Comment. Bud. a Stephano notis illustrata, lucem vidit.

Dictionarium trilingue, in quo Lat. vocabulis, in ordinem alphabeticum digestis, respondent Græca et Hebraica, Hebraicis adjecta sunt magistralia (Rabbinica) et Chaldaica, opere et labore Sebast. Münsteri congestum. Basil. 1530. 1543. 1562. fol. Latina et Græca eadem fere in Tricaëlii Lexico.

Ambr. Calepini Latino dictionario vocabula Græca anonymus quidam adjecit. Id sæpius subjectum prelo etiam cum aliarum linguarum accessione, ut in edit. Basil. 1605. lexicon undecim linguarum.

[1] Conf. supra in h. vol. p. 230. not. g. Postea accepi, Colon. et Basil. ejusdem anni edd. esse diversas. *Harl.*

[2] Attamen post dedicationem, Francisco, Galliarum regi, sermone Gr. scriptam, extat *index κατὰ στιχῶν. Index secundum paginarum numerum et ordinem eorum*, quæ in his commentariis Gr. Ling. *marginibus potissimum adnotata* latius exponuntur: reliqua vero, quæ aut perstringuntur, aut quæ quis indice vix commode complectatur, ut fit in plurimis quaternionibus, adfatim frequens suppeditabit lectio. *Krohn.*
Index quidem adhæret quoque edition. Basil. et Stephan. sed in contextu nullus ordo observatus est. *Harl.*

[3] Adire etiam licebit de Budæo elogia Jovii p. 179. et Sammarthani, p. 3. Nic. Reusneri icones p. 95. Bullartii Academiam scientiar. t. ii. p. 166. Cl. Sinceri vitas ICtorum iii. p. 103. A. Clarmundi vitas editas Germanice tom. i. p. 25. Baelii Lexicon, Hendreichii pandectas Brandenb. Bailletum tom. iii. judicior. editorum Gallice p. 157. seq. Bonifacii hist. ludicram xv. 3. etc. [Jo. Fabric. in historia bibl. Fab. vol. iii. p. 255. sqq.]

[4] Fr. Jac. Leickherus in Vitis decem ICtorum, ed. Lips. 1686. 8vo. p. 28. Guil. Batesius in vitis selectorum aliquot virorum excusis Lond. 1681. et 1704. p. 215.

Lexicon Gr.-lat. auctum insigniter a præclaro viro, P. Gyllio. Basil. 1532. fol. et deinde sæpius cum aliorum auctariis recusum, ut infra commemorabitur.

"Primum circa A. C. 1537." inquit Conr. Gesnerus in epist. A. 1562. scripta, de libris, a se editis, "Lexicon Gr.-lat. (Basil. 1537. fol.) quod jam ante a diversis et innominatis, nescio quibus, satis misere consarcinatum erat, ex Phavorini Camert. Lex. Gr. ita auxi, ut nihil in illo extaret, quod non ut singulari fide ac diligentia, ita labore maximo adjicerem: sed typographus, me inscio et præter omnem expectationem meam, exiguam duntaxat accessionis meæ partem adjecit, reservans sibi forte auctarium ad sequentes etiam editiones. Eodem paulo post defuncto, meum exemplar recuperare non potui. Ab eo etiam tempore in gratiam Henr. Petri, Basil. typographi, ter aut quater ex diversis lectionibus meis, idem volumen insigni accessione auxi, an. 1545. ita ut semper nominarem auctores, a quibus singula excepissem, ut et auctoritas major esset, et orthographia minus corrumperetur: quod si alii etiam multi Lexicorum corruptores potius quam auctores observassent, non usque adeo aliquot millibus locorum corrupta hæc volumina hactenus in publicum prodiissent, non solum typographicis erratis passim innumeris absurdissime referta, propter imperitiam illorum, qui ad præla corrigunt: sed ipsorum etiam auctorum, quorum plurimos idcirco sua nomina profiteri puduit. Ultima quidem editio a me locupletata Basil. nuper prodiit ex officina Hier. Curionis A. 1560. Sept. fol. chartis trecentis octoginta quatuor.—In Lex. Gr.-lat. A. 1544. Basil. excusum in 4. de utilitate ac dignitate linguæ Gr. præfatus sum."

P. Dasypodii, Helvetii, quo præceptore usum se Tiguri, narrat Gesnerus, Lex. Gr.-lat. Argent. 1539. 4. [Colon. 1676. med. 8vo.]

Lexicon, Antwerp. editum, an. eodem 1539. 4.

Lex. Gr.-lat. Basil. 1539. 4. apud Jo. Walderum cum præfat. Sim. Grynæi, qui illud his verbis laudat, sane magnificis: "Lexicon igitur, adolescens, hoc Gr. ad summum, quantum maxime fieri potest, perductum habes. Copiosius et vocibus pluribus refertum nullum extat, comparatu facilius nullum, ad usum accommodatum meliusque nullum," etc.

Jo. Chaeradami lexicopator etymon Gr.-lat. Paris. 1545. fol.

Nic. Gerbelii Lex. Gr.-lat. A. 1546. MS. vidisse se Argent. testatur Gesner. in Pandectis, p. 37. b.

Lex. Gr. locupletatum ab Hadr. Junio A. 1548. fol. et 1557. fol. ex offic. Hier. Curionis, fol. inscriptumque Edvardo, Angliæ regi, fid. defens. et supremo Anglic. ecclesiæ a Christo capiti, quem titulum, Indici librorum prohibitorum insertum, queritur Junius, ut videre licet in ejus Epistt. p. 124. p. 469. sq. et 508. De Lexico isto iterum p. 70. 223. et 180. ubi sex millibus vocum atque eo amplius auctum a se testatur. Ab hoc opere diversus est ejusdem Junii nomenclator, parvæ molis liber, sed præclarus et utilis, de quo infra.

Lex. Gr.-lat. editum Lugd. 1550. fol. apud Frellonium.[1] Et aliud eodem anno Basil. locupletatum a Jo. Hartungo, post Arlenium, aliosque. Marc. Hopperi diction. lat.-gr. Basil. ex off. Hier. Curion. 1563. fol.

Joachimi Camerarii Commentarii insignes utriusque linguæ similiter, ut Budæi opus, nullum alphabeti ordinem observant, in quibus diligens præcipue exquisitio nominum, quibus partes corporis humani appellari solent, additis, et functionum nomenclaturis, et aliis huc accedentibus. Basil. 1551. fol.

Jac. Tusani Lex. Gr.-lat. Paris. 1552. fol. ingenti vocum accessione locupletatum: [rec. Venet. 1555. fol.]

Ex Budæi commentariis maximam partem decerptum Lex. Gr.-lat. Car. Stephani, qui Rob. frater, Henr. patruus fuit, editum Paris. A. 1554. fol. cum additt. MSS. Hoeschelii obvium Romæ in bibl. Barber.

Inter melioris notæ Lexicographos merito suo refertur Robertus Constantinus,[2] medicus Cadomensis, cujus Diction. Ling. Gr. Cadom. Civitati et Jac. Dalechampio, viro docto et præ ceteris amico, ab auctore dicatum lucem vidit Genev. apud Jo. Crispinum A. 1562. fol. 2. Volum. atque deinde cum additt. Fr. Porti aliorumque recusum est ibid. A. 1592. fol. ne dicam de Lex. Gr.-lat. Jo. Crispini, collecto ex eodem Rob. Constantino et A. 1566. 4. edito, quod manu Is. Vossii passim auctum, notatumque extat in bibl. publ. Leidensi.[3] Non, ut in thesauro H. Stephani sub radicibus vocabula, sed suo singula ordine per literarum seriem digesta in Constant. Lex. leguntur. Verum auctor in præf. promittit *artificiosam tabulam*, in qua ling. Gr. origines, annominationes et servato tantum alphabetico ordine in primitivis. Hinc majore judicio collectum Constant. Lex. quam Stephani thesaurum existimabat Jo. Henr. Boeclerus in bibliographia curiosa, quæ sine nomine auctoris vulgata primum, deinde Boeclero vindicata et sub Bibliogr. crit. titulo, cum Jo. Gottl. Krausii animadvv. Lips. 1715. 8. prodiit p. 19. Certe antequam Stephani opus videret lucem, omnium quorumcunque commentarios, qui unquam in Gr. ling. erant editi, a Constantino superari, adfirmavit Mich. Neander p. 457. erotem. Hebr. Sed præterea etiam edere voluit Constantinus *de accentuum Gr. ratione* plenam brevemque commentationem; *Elegantias ling. Gr.* ejusque cum Lat. comparationem; *Compendiosam methodum studii ling. Gr.* et de ejusdem auctorum lectione tractationem; denique *thesaurum rerum et verborum ling. Gr.* per locos communes, in quo duo indices vice duplicis dictionarii, Gr. et Lat. et tertius rerum, quæ in locis communibus tractantur, silvam materiamque contineret. Licet vero integris corporis et mentis sensibus memoriaque valida centesimo tertio anno Constantinus diem[4] obiisset, 6. Cal. Jan. promissa tamen illa non implevit, neque in lucem protulit, quod memoratur a Simlero, dictionarium, ex Homero ceterisque poëtis Gr. collectum, simile dictionario Nizolii in Ciceronem. Nihilominus thesauri spem quod fecerat, invidiam incurrit non levem. Constantinum enim perstringere videtur H. Stephanus, nimis acerbus sæpe eorum, qui idem cum ipso stadium decurrere ausi sunt, censor et Aristarchus, in præf. ad thes. suum p. 17. his verbis: "Præstiti denique, lector, in hoc opere, vel potius præstare conatus sum, quæ ipsum thesauri nomine non indignum reddant. Eum quidem certe titulum mihi præripere jam olim conati erant quidam, quum me de hoc opere aggrediendo cogitare obaudiissent. Sed illi θησαυροῦ eorum appellationi merito aliquis ex proverbio depromtum vocabulum ἄνθρακες adscripsisset. Foris enim et titulo thesaurus erat; intus autem nihil aliud, quam vulgaris consarcinatio, quæ antea lexici Gr.-lat. recogniti nomine appellabatur, novis aliquot suturis aucta: aut (si mavis) quædam interpolationum accessio, ut vel ex ipsa collatione perspici potest, adeo ut perinde esset ac si personatus Irus Crœsum se mentiri sub ejus persona vellet." Contemnit etiam Constantinum ejusque laborem indignis modis Jos. Scaliger in Scaligeranis, p. 101. et in Epist. p. 104.

[1] Lugd. apud Mich. Sylvium. 1553. fol. *Harl.*

[2] Conf. Jo. Fabric. hist. bibl. Fabric. iii. p. 256. sq. *Harl.*

[3] Crispini lexicon Gr.-lat. Col. 1615. 4.—Lond. 1681. 4. *Harl.*

[4] Vide Teissierii elogia Thuanea t. iv. p. 506. Bailletum jugemens tom. iii. p. 137. Colomesii Gall. Oriental. p. 103.

107. quod ex singulari ac privato in eumdem odio profectum monet Huetius in Origg. Cadomensibus, Gallice editis, c. 24. quum patri, Jul. Cæs. Scalig., carissimus Constantinus fuisset, et per aliquod tempus communibus ab eo ædibus exceptus, tanti etiam ob eruditionem et fidem atque integritatem æstimatus, ut ante obitum suum illi potissimum lucubrationum suarum ineditarum in lucem proferendarum curam voluerit committere. Conr. etiam Gesnerus in Epist. de libris a se editis p. 21. "Hoc anno," inquit, "quo hæc scribo, 1562. Genevæ prodiisse audio longe copiosissimum Gr. ling. thes. a Rob. Constantino, incomparabilis doctrinæ viro, ex Jo. Crispini officina." Hujus Constantini habemus minime contemnendum etiam Lat. ling. supplementum, sive lexicon vocum rariorum, in postrema tunc Calepini editione præteritarum, excusum Genevæ apud Eustachium Vignon. 1573. 4. quod manu Emer. Bigotii passim notatum fuit in bibl. præclara Bultelliana: nec non nomenclatorem scriptorum, quorum libri extant vel MSti vel impressi in bibl. Galliæ et Angliæ, indicemque bibl. Gesneri. Paris. 1555. apud Wechelum, 8. Notas in Celsum Lugd. 1566. 8. et Amst. 1687. 12. 1713. 8. In Dioscoridem Lugd. 1558. 8. Argentorat. 1565. 4. Et in Theophrasti hist. plant. cum Jul. Cæs. Scaligeri ad eandem commentt. Lugd. 1584. 8. et Amsterd. 1644. fol. Ineditas ejus in Plinii hist. nat. animadvv. in bibl. Lamoniana adservari, testatus est Bailletus, ejus præfectus: et nescio ubi vel edita reperiantur vel MSta delitescant, quæ inter Constantini scripta typis excusa memorantur ab Ant. Teissierio tom. iv. elog. Thuanor. p. 508. Aphorismi Hippocratis versibus redditi Gr. et Lat. Juliani imp. Misopogon et Epistt. in ling. Lat. conversæ, nec non de antiquitatibus Græcorum et Latinorum libri tres.

DE HENRICI STEPHANI THESAURO GRÆCÆ LINGUÆ.

Stephaneæ stirpi id fuisse proprium videtur, ut in communes studiosorum usus construeret thesauros,[1] Ciceronianum Car. Latinum Rob.[2] Græcum Henricus: licet Græci etiam magna pars Roberto ejusque studiis debeatur: ita enim de illo jam An. 1557. in præfatione ad Lex. Gr.-lat. Ciceron. filius ipse, Henr. Stephanus, testatur, se propemodum vereri, ut Alexander olim patris Philippi victoriis materiam triumphorum sibi eripi dolebat, ne sic patris sui in literas meritis industriæ suæ laudem intercipi contingeret. "Et conatus quidem ejus fortasse nihilo meis majores: sed ut viribus, ita etiam effectu longe profecto sum inferior. Ecce enim ille tibi non Lex. Gr.-lat. nescio quod, ex ineptissimarum annotatt. quadam velut colluvie conflatum, tanquam vestimentum aliquod ex vilibus scrutis consarcinatum, sed ingentem et immensum ling. Gr. thesaurum, jam a multis annis, sumtibus prope infinitis, ex præstantissimis linguæ auctoribus tibi congerit atque coacervat. Qui certe illo Lat. ling. thesauro, (quem etiam ipse cumulaverat,) tanto erit opulentior, tantoque pretiosior, quanto majores sunt illius, quam hujus, ut omnes fatentur, divitiæ." Post Rob. A. 1559. defunctum, de excudendo thesauro jam A. 1561. cogitavit filius; nam die 13. Julii illius anni datum est privilegium Car. IX. Gall. regis, cui A. 1570. 15. Febr. aliud Maximil. II. imp. accessit. Non prius autem Thes. Gr. ling. ab Henr. Stephano in lucem datus est, quam A. 1572. fol. quatuor voll. dicatusque Maximil. II. imp. Car. IX. Galliæ regi, Elis., reginæ Angliæ, atque electoribus imp., Frid. Palat., August. Saxon. et Jo. Georg. Brandenburgico, nec non academiis, Vienn., Prag., Paris., Oxon., Cantab., Heidelb., Lips., Witeberg. et Francofurt. ad Viadrum. Opus incomparabile, amplas Græciæ opes totis canistris admetiens studiosis, et quod immenso labore stetit auctori, adjuto licet parentis industria,[3] et Frid. Sylburgii,[4] ac fortasse aliorum,[5] unde omnes Gr. lit. studiosos beneficio sibi obstrinxit tanto majore, quod ab illo usque tempore, qui uberiores et accuratiores panderet Gr. ling. commentarios, per annos centum et quinquaginta repertus est nemo. In titulo ipso profitetur auctor præter alia plurima, quæ primus præstitit paternæ in thes. Lat. diligentiæ æmulus, vocabula in certas classes distribuisse, multiplici derivatorum serie ad primigenia tamquam ad radices, unde pullulant, revocata.

Nunc alii intrepide vestigia nostra sequantur,
Me duce plana via est, quæ salebrosa fuit.

Quanquam vero ingens laudeque sua dignus, nec inutilis labor etiam est ille, quo vocabula Gr. ad radices suas primus revocavit; tamen ad quotidianum usum studiosorum atque evolventium compendium neutiquam opportunus, sed molestissimus est, adeoque aliis servari commentariis, et lexicon identidem consulturos morari non debebat. Moratur autem incredibiliter non tirones modo, sed etiam eos, qui progressus non contemnendos in Gr. lit. fecerunt: quam multis enim in vocabulis non satis constat etiam doctissimis de origine? deinde compositorum omnium, quum duæ ad minimum radices esse debeant, incertum manet, sub utra investigandum sit, etiamsi constet de radice utraque. Ac nisi verborum indice, qui in quarto tomo extat, studium inquirendi quodammodo Stephanus levasset, multi haud dubie illud consulere plane desperarent, quia non possent id facere sine nimis magno eoque sæpius faciendo quotidie temporis dispendio. At sic quoque duplici tamen labore opus, indicem enim primum, deinde in alio volumine locum ipsum evolvere est necesse. Et quanquam non crediderim, hanc esse causam,[6] ut hodie vix unus Græce doctus reperiatur pro quinquagenis

[1] Theod. Jansonius ab Almelov. de vitis Stephanorum, Amst. 1683. 8. p. 72. Mich. Maittaire in Stephanorum historia. Lond. 1709. 4. p. 352. [Car. Steph. Thesaurus M. T. Cicer. Paris. 1556. fol.—ejusd. L. L. cum Gr. collatio. Paris. 1554. 8.]

[2] Rob. Steph. Thesaurus L. L. Paris. 1531. ii. tom. F. ib. 1536. fol.—auct. ib. 1543. iii. tom. fol.—cum adnotatt. H. Stephani, curante Ant. Birrio. Basil. 1540—1543. tom. iv. fol.—Rob. Steph. de Lat. et Gr. nominibus arborum, fruticum, herbarum, piscium et avium. Paris. Rob. Steph. 1544. *Harl.*

[3] *Paterno auspicio atque ductu.* H. Stephanus præf. ad adag. Erasm. An. 1558. Adde ejus Epist. de typographiæ suæ statu, apud Almelov. p. 177.

[4] Frid. Sylburgius, 1596. 16 Febr. Heidelbergæ pestilentia interemtus est, teste Abr. Sculteto in narratione de vita sua p. 4. ubi addit, H. Stephanum in adornando thesauro multum ab eo adjutum. At Stephano facit injuriam Melch. Adami in Sylburg. vita p. 193. edit. in fol. quando scribit, potissimam thesauri partem ejus labore constare: unde reprehenditur a Bailleto tom. iii. judiciorum de scriptoribus, p. 136.

[5] Scaligeriana. p. 145. *H. Stephanus non solus fecit thesaurum. Plusieurs y ont mis la main.*

[6] Moyses du Soul in Epist., inserta Novellis literariis, Amst. A. 1720. 8. editis Gall. t. xi. p. 133. "La pratique de mettre les mots non dans leur ordre alphabétique, mais sous leur racines, qui a eu lieu depuis que, pour le malheur des lettres, les Etiennes s'aviserent de ranger tous les dérivez et les composez sous leur racine, a été une des principales causes de la décadence du Grec. Car qui est-ce qui pourroit supporter le dégout, que cause cette méthode?—aussi voyons nous ce qui en est arrivé. Je pose en fait, qu' au renouvellement des lettres en Europe, il y avoit plus de cinquante personnes pour une aujourd'hui qui savoient le Grec. Pourquoi cela? Est ce que le bon sens et la nouvelle philosophie ont fait découvrir à notre siecle, que les écrits des Grecs sont ou ridicules, ou faux, ou un vain jargon comme les subtilitez de l'Ecole que ceux, qui ne savent pas les choses, confondent assez souvent avec la Philosophie des Anciens? Point du tout," etc.

["Non abs re erit hic paucis, Qui factum sit, inquirere, ut cum tertio ab hoc seculo tot non modo viri, sed et fœminæ principes et illustres, fuerint, quæ Græca et intelligerent probe et nocturna versarent manu, versarent diurna; nunc tam pauci inter doctos ipsos reperiantur, qui Græcos fontes adeant; et, quid ei malo mederi possit, circumspicere. Causas mali hujus tres præcipuas invenio; quas indicare hic sufficiet, ne longius progrediatur oratio. 1. Lexicorum, quorum ope addiscenda Lingua Græca est, absurda

peritis Gr. lit. quales fuere bene multi renascentibus literis, antequam Stephani Thesaurus et Scapula in hominum manibus versarentur: nihilominus puto esse verissimum, in lexico hanc esse virtutem maximam, ut, qui illo utitur, sine difficultate ac temporis jactura, quæ inquirit, invenire queat; itaque longe præferendam methodum aliorum, qui non sub radicibus, sed suo quæque loco per alphabeti ordinem vocabula singula exhibent exponuntque.

Non Parisiis, ut persuasum multis, sed Genevæ excusum esse thesaurum, (neuter enim locus in fronte operis notatur,) merito ob rationes, quas suggerit historia typographei Stephaniani, statuit eruditus amicus et collega meus conjunctissimus, Mich. Richey, in Chrestomath. Gr., sive consilio de recte instituendo Gr. ling. studio, cujus sectione VIII. de thesauro hoc disserit accuratissime. Idem non sine causa negat, duas illius extare editiones, licet recentissimus ac diligentissimus historiæ Stephanorum scriptor Mich. Maittaire, p. 355. posteriorem etiam thesauri editionem prodiisse tam certum esse affirmet, quam, quo anno prodierit, fatetur incertum esse.[1] Sed post vulgatum A. 1579. compendium a Jo. Scapula, quo maximam sibi factam injuriam, et opportunam distractionem operis sui, tanto sumtu suo et labore perfecti, impediri, haud immerito dolebat, novum frontispicium thesauro suo præfixit Stephanus et in illo Scapulam pungit his verbis:

Quidam ἐπιτέμνων me capulo tenus abdidit ensem,
Æger eram a scapulis, sanus at huc redeo.

In aversa tituli hujus novi facie, sive opistographo, etiam comparet Epist. qua non modo graviter conqueritur de injuria, ab epitomatore sibi illata; sed etiam contendit, plura eaque magni momenti prætermissa a Scapula, quæ poni lectorum intererat, in aliis etiam invertisse eum ac pervertisse dicta, dum mentem atque artificium auctoris non assequitur. Eamdem querelam suam repetit Stephanus in palæstra de Lipsii Latin. An. 1591. 8. edita, p. 51. seq. ubi etiam novo illo, quod dixi, frontispicio, ornatum thesaurum ipse posteriorem operis sui editionem p. 54. appellat, atque in Scapulam stringit hosce iambos, quos splendida bilis ipsi dictaverat:

Opus redegit qui illud in compendium,
Impendium in eo temporis quam maximum
Fecisse dicit: vellet id pensare nos
Suæ crumenæ maximo compendio.
Lectorum at ille maximo dispendio
Contraxit opus id, imposuit et omnibus.
Pœna irrogetur huic ut non gravis tamen,
Tantum esse dignum dixerim suspendio.

Sed operæ pretium est, audire etiam Scapulam, ita causam suam agentem, et quantum Stephano debeat, vel non debeat, profitentem in præf. ad Lect.: "In hoc opere absolvendo cum plurimum operis contrivissem, —— incidi forte in thesaurum, ab H. Stephano constructum, cujus sola inscriptione lecta, existimavi, me actum egisse. Verum cum thesaurum illum, penitius introspectum, præter alia multa, a meo consilio discrepantia, diverso etiam ab eo, quem secutus fueram, ordine scriptum fuisse re ipsa cognovissem, idque amicorum oculis subjecissem, eorum judicio fretus multisque rationibus adductus hæc tandem in lucem prodire permisi. At vero ne thesauri illius Herculeo sane labore compositi, auctorem, bene de literis meritum, debita laude fraudare, aut me alienis plumis venditare videar, quid illi acceptum feram, fateri non gravabor. Cum enim in eo thesauro, tanquam in penu locupletissimo, dictionum vim et proprietatem melius exprimi, significationes distinctius collocari, pluribus aptioribusque exemplis confirmari, diversas constructiones diligentius observari, denique quæ tum veteres tum recentiores lexicographi, scholiastæ, grammatici et alii, in Gr. ling. cognitione excellentes viri, ad hoc argumentum pertinentia scripserunt, plenius contineri et accuratius quam in superioribus lexicis collecta exhiberi comperissem; ea inde potissimum depromta meo instituto accommodavi, consultis iis quoque auctoribus, ex quibus illa in thesaurum fuerunt relata. Paucissima ex pluribus exempla selegi: loquendi formulas non nisi magis necessarias exposui, ne liber, in nimiam molem excrescens, lectori tædium afferret, emtoremve pretii magnitudine deterreret. Sicut autem in eo thesauro multa vocabula adjecta sunt, quæ in aliis lexicis desiderantur, ita etiam non pauca, testimonio munita, huc accessisse, si quis collationem instituat, sæpius deprehendet, atque adeo quamplurima adjici posse non est dissimulandum." In hoc omnes eruditi consentiunt, nec Scapulam fraudandum laude industriæ, licet iniquum

ratio a Stephano invecta; in quibus ad themata, seu radices, referuntur inquirendæ voces; prima hujus mali causa mihi semper visa est: cum danda fuerit opera, ut statim, ordine suo alphabetico posita, vox quæsita inveniri posset. Ut enim molestiam inutilem mittam, quam invehit Thematis primo inventio, variarum deinde sub illo Classium peragratio, antequam ad id, quod unice quæritur, perveniri possit: quid absurdius excogitari potest, quam ab adolescente, linguæ prorsus, si rudimenta excipias, ignaro, id flagitare, ut, ad quod thema referenda vox quæque sit, sciat? Sunt quædam, fateor, ita apertæ, ut vel mediocriter in Græcis versatus hærere non possit: at rursus multæ sunt quæ vel doctis ipsis molestiam creent. Redeundum itaque fuit ad veterem, et, ante Stephanum, receptum, *ordinem alphabeticum*, quem Constantini Lexicon observat. Cujus ideo novam editionem non esse procuratam miror, additamentis locupletatam quæ ex *Stephani Thesauro* aliisque non difficili labore a quovis peti poterant, si nulla ex privato observationum penu accessio in promtu esset. 2. Dolendum etiam, quod Lexica nulla extent, quæ, in juniorum saltem gratiam, Græcas voces vernaculis reddant. Absurdum enim est, ope Latinæ linguæ Græcam ab iis edisci; tum quia Latinam ii nondum satis norunt, tum quod ipsi Lexicon scribenti magis familiaris sua est, meliusque perspecta, expressiusque adeo et signantius, si eam vel leviter excoluerit, vim verborum phrasiumque reddere poterit. Qua de re aliquanto fusius in Epistola Gallica dixi, quæ ante aliquot annos in tom. xi. libelli prodiit, cui titulus *Nouvelles Literaires.* 3. Mos qui per duo fere jam secula obtinuit, quo Latina cum Græcis ad latus posita eduntur, studiosorum segnitiem alit, interque causas cur Græca jaceant, non numerari tantum, sed locum præcipuum obtinere, merito censendus est. Lectis enim leviter fere Græcis, statim, si hæreant, Latina, quæ ad manum sunt et sub oculis, adeunt; quibus lectis, ulterius inquirere plerique negligunt. Unde fit, ut pravum sæpe, pro vero, sensum accipiant; interpretisque mentem, pro scriptoris ipsius sibi obtrudi patiantur; linguæ certe penetralia nunquam adeant.

"Hæc impedimenta, donec, rebus mutatis, sublata sint, moresque saniores in rem literariam invecti, juvenibus nostris strenuis auctor sim, ut Lexicon sibi Constantini comparent: Græcas editiones veteres in manus sumant, in quibus Latini nihil est; has cum optimis recentioribus prius a se collatas, notatisque variis lectionibus, sedulo legant: omnia ipsi per se, quantum possunt ope Lexici, intelligere nitantur: in margine Lexici quæ molestiam crearunt annotent: prælectum sic accurate librum aliquem eximium, repetitis lectionibus sibi familiarem reddant: ad alios tum demum scriptores, eadem cura, labore certe jam longe leviore, progrediantur. Spondeoque, paucis annis futurum, ut magna cum voluptate, magnoque cum fructu, quoscunque opus fuerit, evolvere et intelligere libros Græcos possint: qua ex re quid commodi ad eos, quid ad rempublicam, ecclesiamve, rediturum sit emolumenti, hujus loci non est enarrare." Moyses du Soul in Præfatione Editioni Plutarchi, ab Augustino Bryano recensitæ Lond. 1729. 4 Voll. 4to., adpicta.]

[1] Diversa esse hujus Thesauri integra exemplaria, atque annis distantibus, typis denuo compositis, e prelo prodiisse, quod anno circiter 1580, factum esse putat Maittaire in hist. Stephan. p. 359. ductus rationibus probabilibus, contendit Barth. Nic. Krohn, Pastor quondam Hamburg. ad D. Mar. Magdal. in cat. bibl. suæ (Hamb. 1793. 8.) p. 174. et uberius atque copiosius exposuit rationes suas in epist. ad me, mense Maio 1791. data, ad quam quoque in catal. suo provocavit. Quare ego in fine hujus sectionis illam formulis typographicis describendam curabo. Meum thesauri Stephan. exemplar, (uti illud, quod in Baumgartenii Nachrichten von merkwürdigen Büchern, tom. iv. p. 269—272. describitur,) in fine tituli habet notam anni: *Anno* MD. LXXII. *excudebat Henricus Stephanus.* In bibl. Pinell. extitere duo exemplaria; alterum sine anni nota, alterum cum nota a. 1572. (vide catal. illius bibl. tom. iii. p. 273. nr. 7433. et 7434.) *Harl.*

præ studio, et de Domino quondam suo ac præceptore[1] meritum haud bene: H. Stephani vero dolendam vicem, cui pro tantis laboribus suis et impensis, quibus omnes, literis operantes, sibi maxime obligavit, hoc gratiarum loco repensum est, ut redacto ad inopiam identidem querendum fuerit, a thesauro se esse pauperem redditum. *Θησαυρὸς ἄριστος Πᾶσιν ἐὼν ἑτέροις, ἐστὶ κάκιστος ἐμοί.*

At thesaurus me hic ex divite reddit egenum,
Et facit ut juvenem ruga senilis aret.

Quamquam etiam in celebrando et extollendo opere utilissimo haud minor est eruditorum consensus, quod horreum ac promtuarium totius Græciæ vocat Morhofius, Mer. Casaubonus[2] viri summi inæstimabilem thesaurum, atque alibi, librum incomparabilem et vere thesaurum: tamen jamdiu simili desiderii et votorum consensione exoptant omnes, ut post tam diutinum et longius seculo spatium exoriatur tandem aliquis, Stephano similis, sed faventiore utens fortuna, qui adjutus ab aliis[3] suppleat, atque ex scriptoribus, vel post Stephanum demum protractis in lucem, vel ab eo non satis diligenter excussis, latifundia Græca amplius oculis omnium pandat, facilioreque et obvio utentibus ordine exponat. Vir doctiss. Ol. Borrichius in diss. de lexicis p. 50. "Nemo merito suo laudatior Henr. Stephano, cujus Gr. ling. thes. pœne instar omnium est, solidus, cultus, locuples, in quo nisi tria desiderarentur, (primo, quod extent non pauca in iis, qui omnium manibus versantur auctoribus, hic omissa: secundo, quod multa id temporis Græcorum monumenta, hodie in publico notissima, nondum evulgata essent: tertio, quod voces plurimæ plures admittunt significationes, quam quæ in illo thesauro signatæ sint,) jam pervenisset ille lexicogr. Gr. labor ad usque suos umbilicos." Fuit, quum plenius lex. Gr. expectare juberemur a viris, in Gr. Scriptorum lectione subactissimis, Rich. Bentleio, Britanno, Laur. Normanno, Sueco, et Lud. Kustero,[4] Germano: quorum hunc fatum præmaturum intercepit et alios quoque ipsius conatus laudatissimos, edit. Hesychii, et thes. Lat. recogniti evertit. Normannum similiter mors acerba eripuit sacris et humanioribus literis. Bentleium animus ad alia amœniora et splendidiora revocavit. P. Cornettæ, clerici regularis, Lex. Gr. ex sacris et externis scriptoribus in quinque magna digestum volumina editionique paratum, laudat et Romæ in bibl. patrum S. Mariæ Magdalenæ MStum servari testatur Prosper Mandosius in bibl. Rom. p. 150. De aliis, qui idem saxum volverunt, juvat, ne actum agam, apponere notata a cl. collega meo, Mich. Richey, in laudata Chrestom. Gr.: "Non dicam de exemplo thesauri Stephani, quod possidere mihi contigit, cui sua manu passim quædam addidit Erasm. Schmidius. Jo. Conr. Dietericum, professorem Giessensem, auctarium quoddam ad idem opus sub manu habuisse, in quo errores ejus se detecturum sit pollicitus, sed, quum viveret, non invenisse typographum, et post mortem ejus omnem illum laborem in irritum cecidisse refert Morhofius, (aut qui Morhofium supplevit, Jo. Frickius,) lib. iv. Polyhist. cap. viii. §. 6 Imo discerptum plane deinceps auctarium illud fuisse intelligo ex fragmento ejus, quod in manibus nonneminis esse significatur im neuen Bücher-Saal tom. i. p. 963. Rem eamdem, a Morhofio traditam, confirmat doctissimus Dieterici in professione Gr. lit. successor, Jo. Henr. Maius, fil. qui etiam in observationibus suis sacris l. iv. p. 161. seqq. voces CCLX. a sola præpositione σὺν incipientes, aut sine auctoritate adductas, aut plane a Stephano omissas, recensuit. Sic plurimas alias, eidem vel intactas, vel auctoritate nulla ab eo confirmatas, in uno Epicteto et Simplicio observasse, jam pridem virum, in hac palæstra versatissimum, Sim. Ertmannum, scribit Borrichius in appendice ad analect. Lat. ling. p. 51. qui et ipse ibi, quid in Stephano desideret, exponit, et complures nominat scriptores Gr., ex quibus ille vel parum, vel nihil in suum thesaurum adsciverit. Ex solo Luciano vocabula CXLV. quorum haud facile ullum apud Stephanum offenderis, notavit Jo. Jensius, et sua serie exhibuit in lection. Lucian. l. III. c. i. p. 309. sq. Nec pridem ex solo Xenophonte Jo. Grammius, professor Hafniensis, specimen dedit supplementi Lex. Gr. ad calcem suæ historiæ Deorum ex Xenophonte, sive prodromi Antiqq. Xenophont. quæ dissertatio est Hafniæ edita 1716. 4. ubi lexicon illud a p. 111. porrigitur ad p. 159. continetque voces, quæ in præstantissimis studiosorum Græcorum Gr. ling. teruntur lexicis Gr.-lat., (proinde et in thesauro Stephani,) vel prorsus non habentur, vel nullo auctoris classici testimonio confirmantur: fore etiam, ut idem vir doctissimus similes ex aliis quoque scriptoribus observationes aliquando adjiciat, spem esse dicit Sev. Lintrupius in præf. ad Christ. Falsteri suppl. Ling. Lat. plag.)( )(Tan. Fabrum jam olim quatuor millia vocum, Gr. lexicis prætermissarum, collegisse, testatur filia ejus, Anna Daceria, in notis ad Anacreontem.[5] Nec dubito quin maximus etiam ad rem lexicam apparatus in promtu fuerit Jo. Casp. Suicero, qui Lex. Gr. majus meditatus est, quod immenso fere labore collectum et in duos in folio tomos distributum omnes voces Gr. exhibiturum erat, ipso promittente in præf. ad thes. Ecclesiast. M. etiam Maittaire aliquando dicentem audivit Busbeium,[6] doctorem quondam suum in schola Westmonast., Gr. peritissimum, sibi virum quemdam doctum ostendisse bina volumina vocum, quæ in H. Stephani thesauro non reperiuntur, ut refert in hist. Stephan. p. 388."[7] De scriptis utilibus variis grammaticis, quæ in append.

[1] Almelov. p. 74. de vit. Stephan. et M. Maittaire, p. 358.

[2] P. 42. ad Marc. Antonin. et in diss. de nupera Homeri editione.

[3] Recto et æquissimo judicio M. Maittaire in Stephan. hist. p. 388. "Tantum abest, ut ob aliquot voces, in H. Stephani thesauro desideratas, eum negligentiæ insimulem, ut ejus potius industriam suspiciam, quod plures non desiderantur. In quam immanem molem excresceret, quam inexhaustos labores, quot Herculeo huic operi invigilantes viros, quot annos sibi deposceret thesaurus, qui universa Græcorum omnium Auctorum vocabula variasque ipsorum significationes complecteretur."

[4] Hic scripturus erat de lex. Gr. defectibus, uti narratur in actis erud. Lips. 1710. p. 105. in censura editionis Aristophanis, a Küstero curatæ. *Harl.*

[5] Locus est ad Odam lviii. p. 204. "Le mot ἀναπταλύζω dont Anacreon se sert en cet endroit, ne se trouve point ailleurs, et on le chercheroit inutilement dans les dictionnaires, aussi bien que beaucoup d'autres, que mon père avoit autrefois ramasser, jusques au nombre de plus de quatre mille."

[6] Hic est Busbeius, a quo usum lexici Scapulæ alumnis Westmonast. interdictum narrat idem Maittaire, p. 359.

[7] Multi alii passim collegerunt, aut annotarunt voces, quæ deessent in thes. Steph.; ut Dan. Scott append. ad thes. Gr. L. ab H. Steph. constructum, et ad lexica Constantini, et Scapulæ, Lond. 1745. tom. i. ii. in fol. Reimari, Munthii, Fischeri, Abreschiique collectanea supplementaque, a me in Proleg. ad hist. ling. Gr. i. p. 83. jam observata prætermittam; adjici possunt: Appendix ad Lex. Gr.-lat. a Jo. Scapula constructum, et ad alia Lex. Gr. e cod. MSto olim Askev. in lucem nunc primum vindicata. Lond. 1789. mai. 8. Continet etiam vocc. in Tragicis Gr. præsertim, quæ ab H. Steph. sunt omissa.—Viri cujusdam docti specimen supplementi vocum omissarum in H. Steph. thes. G. L. in Miscell. obss. crit. in auctor. vett. vol. VI. tom. i. p. 179. sq.—Vir quidam doctus in ephem. literar. Gothanis a. 1789. p. 521. exhibet e Meleagri carminibus plura vocc. Gr. singularis formæ, quæ in lex. Steph. desiderantur.—Similiter Küster ad Aristophanem, Hemsterhusius ad Lucianum et alibi, Irmisch in nott. ad Herodianum et alii ad alios auctores Gr. collegerunt et notarunt supplementa. *Harl.*

thesauri sui Stephanus exhibet, dicere me memini vol. vii. p. 35. sq. Tomo autem primo præmittuntur de laudibus Gr. lit. orationes binæ, una Scip. Carteromachi,[1] Pistor. Dan. Reinerio, patricio Veneto, inscripta, et altera M. Ant. Antimachi, habita in Gymn. Ferrar.: his subjunguntur excerpta ampla ex oratione tertia, quam in commendationem Gr. lit. vulgavit Conr. Heresbachius. Eadem cum prioribus duabus orationibus Jac. Lectius præmisit corpori poetarum Gr., edito Colon. Allobrog. sive Genevæ A. 1606. fol. *Fabr.*

Epimetron.

Quæ b. Krohn. de repetita Stephan. Thes. Gr. L. ad me scripsit, hic ponam.

De repetita et altera hujus Thes. Stephan. editione adhuc sub judice lis esse videtur, quæstio, an re ipsa extet posterior? aliis, oblata de hoc opere ejusque editionibus disserendi occasione, silentio prætereuntibus, aliis negantibus, aliis contra affirmantibus viris rei literariæ peritissimis. Sic De Bure (Bibl. instruct. Belles Lettres, T. i. p. 32. nr. 2243.) quum editionem, quæ annum 1572. præfert, attulisset, quamvis in nota addita de Scapulæ perfidia copiose disserit, tamen de iis exemplaribus, quæ anni indice destituuntur et quorum in frontispicio disticho illo Quidam ἐπιτέμνων etc. Scapulam pungit Stephanus, nihil habet, quod moneret lectores. Atque Jac. Morellus, Biblioth. Venetæ D. Marci custos, qui catalog. Biblioth. præstantissimæ Maph. Pinelli a se evulgatum uberioribus eruditissimisque annott. literariis instruxit, ad utrumque Stephan. Thes. exemplar (catal. tom. iii. p. 273. NN. 4733. 34.) de eorum dissimilitudine omnino nihil affert. At, quod magis mirum, ipsi Theod. Janss. ab Almeloveen, qui singulari Diss. Epistolari ad Jo. Georg. Grævium de Vitis Stephan., celebrium typographorum, de industria exposuit, alia illa exemplaria, quorum in titulis annus, quo typis expressa sunt, non extat, omnino ignota fuerunt. Vid. p. 72-74. et p. 52. additi *Indicis Librorum, qui ex omnium Stephanorum officinis unquam prodierunt.*

His igitur subticentibus, negant, universum Thes. Gr. ex Stephan. prelo iterata vice prodiisse, summi etiam in re literaria viri, Jo. Alb. Fabricius cum eo, quem sibi consentientem adduxit, Mich. Richeyo (l. l.), atque post hos Sigism. Jac. Baumgarten (Nachrichten von merkw. Büch. iv. Baud. p. 272.) maxime ad ita statuendum hac ratione ducti, quod Stephanus, ut sæpius ipsi querendum fuit, injuria, a Scapula sibi illata, ad inopiam redactus et a Thesauro pauper redditus fuerit, quam ob causam de repetenda ejus editione ipsum, existimant, ne cogitare quidem potuisse. Sic in re facti argumentatione, ut ita dicam, dogmatica usi, eo prolapsi sunt, ut, quod ipse Stephanus expressis verbis de Thesauri sui posteriore editione plus una vice testatus fuerat, id ad suam tamen præconceptam ipsisque indubiam opinionem interpretarentur. Ita enim Fabricius supra: *Ubi* (Palæst. de Lipsii Latin. p. 54.) *Stephanus etiam novo illo, quod dixi frontispicio* (in ea enim sententia Fabricius atque cum eo Baumgarten fuerunt novum modo frontispicium Thesauro suo, post illatam a Scapula injuriam præfixisse,) *ornatum Thesaurum ipse posteriorem operis sui editionem appellat.*

Hac ratione negat Fabric. licet bene noverat, M. Maittaire, diligentissimum illum Hist. Stephan. scriptorem, p. 355. "affirmasse, tam certum esse, prodiisse posteriorem etiam Thesauri editionem, quam, quo anno prodierat, esse incertum." Maittairio accessit Jo. Petr. Kohlius, (de quo Christph. Sax. Onomast. P. VI. in Anal. p. 717.) mox Kiloni, mox Petropoli P. P. qui, Petropoli relicta, Hamburgi, quum per plures annos ibi privatis studiis literarum incumbens commoratus fuisset, vitam cum morte commutavit; vir literatissimus, et in libris eorumque editionibus explorandis atque dijudicandis acutissimus. Hic, ut ex ejus ore ipse accepi, utrisque Thesauri exemplaribus sedulo collatis, nullus dubitabat, quin H. St. Thesaurum suum, quantus quantus est, altera vice prelo subjecerit atque denuo ediderit. Sed, fato præventus, de eo, quod reperisse sibi visus fuerat atque in chartam conjecerat, nihil, quantum scio, cum orbe erudito communicavit, quamvis apud animum constituerat.

A parte veri omnino stant hi Duumviri, Maittaire atque Kohlius, quod ex ea, quam ipse ego institui, exemplarium collatione his rationibus clare evincitur.

I. *Ipsius Auctoris de editione posteriore repetitis testimoniis*, quorum *unum* in ea, quæ aversa tituli, anni nota destituti, facie sive opistographo comparet, *Henr. Stephani admonitione de Thes. sui Gr. Epitome, quæ titulum Lexici Gr.-lat. novi præfert*, postremo se lectoribus his verbis scriptis offert: "*Huic enim omnia* (sc. additamenta, emendationes et censuras) *non huic posteriori Thesauri editioni inserere* (*inseri* autem, Lexico typis denuo compositis prelo iterum subjecto omnino non potuissent) *verum seorsim edere visum est, ne ei, qui jam priorem emisset, posterior etiam, si habere illa quoque vellet, comparanda esset, sed in illa ejusque corollario divitiarum Græcarum cumulum et ipse possideret. Vale!*" *Ejusmodi ipsius Stephani testimonium* inest etiam Distichi, quo Thesaurus in frontispicio exemplarium, quibus anni nota deest, Lectores alloquitur, his verbis extremis:

———— *sanus at huc redeo:*

quorum sensus hic est: *Jam restitutus altera editione* redeo, iterumque integer in lucem publicam prodeo.

Alterum vero, quod ipse *Stephan.* exhibet testimonium, extat in ejus Palæst. de Lipsii Latin. A. 1591. edita, p. 54. etiam, licet in perversum sensum detortum, ab ipso Fabricio allegatum.

II. *Exemplaribus utrisque* (quorum in citatione id, quod impressionis anni notam præfert, *Lit. A.* quod autem nota illa destituitur, *Lit. B.* insignietur) *oculis subjectis atque inter se collatis.* Exhibebo igitur *diversitatis specimina* non quæ possem omnia, sed brevitatis studiosus, ex singulis Tomis solummodo quædam *insignia* et ejusmodi, *quibus omnino diversa atque dissimilia esse hujus Thesauri integra Exemplaria et annorum intervallo typis denuo compositis e prelo prodiisse quandam eorum partem*, extra omnem dubitationis aleam ponetur.

a) *Literæ unciales* sive grandiores *Romanæ*, in interstitio singularum columnarum ad loca commode citanda et citata facilius citiusque invenienda positæ, (A. B. C. D. E. F. G. H.) *in* Exemplaribus *A et B. non ubivis eidem versui s. lineæ adhærent*, sed quandoque in *A* altiorem, in *B* inferiorem locum occupant: tanquam, tom. i. col. 37. 38. Lit. G. ad vocem 'ΑΓΚΥΛΟΣ; tom. ii. col. 31. 32. it. col. 1:5. H. litera interstitio columnarum in *A* ad sextam, in *B* contra ea ad quintam lineam ante finalem comparet. Idem, quum quam frequentissime et in omnibus reliquis Tomis oculis subjiciatur, non est, ut afferam plura ejusmodi specimina.

b) *Versus* s. lineæ columnarum modo continent numero plures, modo pauciores voces in *A*, quam in *B*,

[1] De Carteromacho, sive Fortegnerra, discipulo Politiani, viro doctiss., qui An. 1513. diem obiit, consulendum Diarium Venetum (Giornale de letterati d'Italia) tom. xx. p. 278. seq. [et Bayle diction. voc. Carterom. tom. ii. p. 60.] Oratio hæc ejus post editionem primam Venetam ap. Aldum 1504. 4. sæpius lucem vidit, ut Basil. 1517. 4. Romæ 1543. 4. et Baruth., Jo. Fasoldo curante, 1690. 4. Antimachi Oratio cum ejus versione librorum Gemisti Plethonis de gestis Græcorum, aliorumque apospasmatiorum Dionys. Halic. Demetr. Phalerei et Polyæni prodierat Basil. 1540. 4.

et v. v. Tanquam tom. i. col. 489. in ἀπὸ, *A* lin. i. voces 6. *B* autem 7. lin. 2. *A* voces 12; *B* tantum 11. complectitur. Tom. ii. col. 31. lin. 15. *A* voces 8. et in fine versus vocis divisæ *duas* syllabas priores *Calo*——; *B* autem voces 8, et *unam* abruptæ in versus fine vocis syllabam priorem *Ca*——; Ita habent etiam *A* et *B*. verss. 16, 17, 18.

c) *Alia* in fine versuum *Syllabarum* ultimæ vocis *distrahendarum ratio* in *A* quibusdam in locis observatur, in *B* locis iisdem *alia*. E. Gr. tom. i. col. 38. vocis 'ΑΓΚΤΛΟΣ ad Lit. G.

A. lin. 2. Epith —— Ovidio adun-
cus arcus
B. lin. 3. ———— Ovidio ad-
uncus arcus

cf. Tom. i. col. 490. c. lin. 3. in *A* et *B*. Præterea col. cit. G. lin. penultima iterum est inter *A* et *B* ejusmodi diversitas

T. ii. col. 31. lin. 15. *A*. —— —— *Calo-*
nes —— *propria*,
B. —— —— *Ca-*
lones —— *pro-*

et sic in hac columna in utroque *A* et *B* sæpius. cf. p. 159.

T. iii. col. 471. lin. 20, 21. *A* ——— —— τὸ λεγόμενον
ἐκ τῶν
B —— —— τὸ λεγόμε-
νον ἐκ τῶν

cujusmodi specimina etiam eadem col. 471. F. lin. 1. etc. occurrunt, quemadmodum fere ubivis in reliqq. iv. et v. Tomis.

d) *Diversa vocum scriptio*. T. i. col. 491. C. *A*. lin. 7. ἐσθίει
B. — 8. ἐσθίει
493. E. *A*. — 3. ἀπο γνώμης
B. —— ἄπο γνώμης
T. ii. col. 1381. E. *A*. — 1. τινὸς πανόπτου
B. —— τινὸς πανόπτου

e) *Nomina propria* Auctorum citatorum diversa ratione subinde *decurtata*, ut in nominibus *Platonis* et *Plutarchi*; pro utroque enim nomine est quandoque iisdem in locis in *A*. Pl. in *B* autem Plat. Plut. Sed quum schedula, in qua harum abbreviationum dissimilium specimina annotaram, amissa sit, singula loca, quibus occurrunt citare nequeo.

f) Ipsi *characteres* et Gr. et Lat., quibus Lexicon impressum est, in A videntur aliquanto esse majores, recentes item atque acutiores fuisse, in B minores plerumque, usu triti atque obtusiores.

g) *Errata operarum* s. typographica in *B*. *præter ea, quæ jam* in *A*. deprehenduntur, et ex eo in *B*. transierant (cujus insigne documentum est in ea, ita dicti correctoris incuria, qua in posteriore Indicis (s. Tomi v.) parte Col. 108. post versum ultimum integer versus, quem ad sensum dicendorum adesse omnino oportet, in utroque exemplo deest, ita ut utrique hicce versus

ctu fit. Τερεβινθίνη *autem dicitur Terebinthina re—*

addendus sit), *accesserunt alia nova plura*. In calce enim t. v. col. 207, 208. dimidia paginæ inferior pars in *A* omnino typis est impressa; in hac autem ejusdem paginæ extrema parte in *B* typis descripta hæc leguntur. *Ex iis, qui sequuntur locis nonnulli in aliqua tantum exemplarium (A* et *B) parte* (per T. i. et ii.) *emendatione egent*. His a Stephano observatis locis nonnulla insunt errata, quæ non in *A*, verum in *B*, duntaxat occurrunt, exemplaribus igitur, anni notis destitutis, propria. Quorum e numero hæc afferam specimina:

B. t. i. col. 567. (568.) v. 57. παραθρῆσαι; scribe, παραθρῆσαι: et v. 63. παραθρήματα; scribe, παραθρήματα. Quæ recte habet *A*.

1044. v. 18. propriâ d.; scribe, propriè d. Ita recte *A*.

1049. v. 68. τοῦ ὁ εἰς, ἀ δρόμος; scribe, τοῦ ο εἰς ι. ὰ δρομ. Et sic in *A*.

1050. v. 52. aromadaire; scribe, dromadaire. Ita integre *A*.

1177. v. 2. Εγ λευς; v. 33. ἀνόιτον; v. 37. ἐλεήμω; v. 39. εἵ εκα. quæ emendatione egent: v. 2. 'Αχιλεύς; v. 33. ἀνόητον; v. 37. ἐλεήμων; v. 39. εἵνεκα *nam* (addit Steph.) *in his tribus vocabulis quædam exempl. (B.) literam* ν *non satis conspicuam habent, quod in aliis accidit locis, de quibus simul te monitum volui: pariterque de locis in quibus prima versus (vulgo lineæ) litera deest in nonnullis tantum exemplaribus, ut* (in *A*, non vero in *B*) *col*. 554. *in principio versus tertii a fine*, αταρχὴ pro Καταρχὴ, *quod decidisset litera* Κ *aut instrumento quo atramentum literis imponitur esset avulsa. sic* c. 1130. 1. λεφανταρχία pro ἐλεφανταρχία.

h) His omnibus addendæ videntur quædam utrorumque exemplarium *diversitates* obviæ in T. i. *foliis*, quæ *inde* a frontispicio usque ad Lexici ipsum exordium decurrunt. Varietates quidem illas in Epigraphis, omissis Privilegiis, H. Steph. admonitione et in utraque primi folii facie conspicuas in exemplaribus, anni nota destitutis, ut satis notas præteriens, insigniores tantum referam.

P. 7. *Catalogus Auctorum Gr*. lin. 2. *A* — expositiones vo-
cabulorum etc.
B — expositiones
vocabulorum etc.

—— *Auctores Gr*. ratione generis scribendi, relati in suas classes, *uncis* in *A*. *curvatis*, in *B*. maximam partem *perpendicularibus rectis* inclusi sunt.

—— In fine columnæ primæ in *A* verba: *Meæ editionis*, solito charactere *Romano*, in *B* autem eadem ita dictis literis *cursivis* comparent.

P. 9. sqq. in *A* signaturæ b. i. b. ii. b. iii. b. iiii.
in *B* ——— b. j. b. ij. b. iij. b. iiij.

— 12. lin. 33. Verbum lineæ primum eamque inchoans: *Sunt* in *A*. in marginem paginæ exteriorem extra lineam extrusum apparet; in *B*. reliquis linearum initiis accommodatum.

Folio cum signatura A. i. post p. 20. *A*. SCIPIONIS CARTEROMACHI Pistoriensis oratio etc.

B. SCIPIONIS CARTEROMACHI
Pistoriensis oratio, etc.
—— vocabulum postremum lin. ult. *A.* lingua
B. ligua

Præterea observandum, Titulos singulares tomi iii. in *A.* habere signaturam Aai. et tomi iv. AAaai; quæ signaturæ desunt in *B.*

Jam, puto, satis esse ad evincendum, *re ipsa extare iteratam et alteram Thesauri Stephaniani Gr. editionem atque hanc esse eam, quæ anni nota destituitur.* Quo autem anno prodierit, incertum quidem, quod jam Maittaire asseruit; tamen certissimum, ante annum 1591. jam hancce alteram editionem evulgatam fuisse, quum in Palæst. de Lipsii Latin. quæ 1591. in lucem emissa est, ipse Stephanus illius *posterioris* editionis, ut jam observavi, fecerit mentionem.

Quid tandem ex his omnibus allatis de utraque editione ejusque pretio decernendum atque statuendum? 1) Nihil refert, qua editione ad ling. Gr. studium utaris; est enim illa altera ne ullis quidem additionibus locupletata, neque in priore minus recte dicta in posteriore sunt emendata. 2) Prior, quæ anni notam expressam habet, præstat re ipsa, quum ei sphalmatum operarum pauciora insint, editione posteriore. 3) Posterior contra ea, si non venustate, artis tamen typographicæ et orthographiæ majori studio, atque historiæ hujus Lexici literariæ, quos aperuit, fontibus omnino commendari videtur.—Addo *Epigraphen Thes. Steph. Gr.* cum sua varietate *utramque* integram, in *nova Biblioth. Gr. Fabricianæ* editione Harles. ad pag. 79. vol. x. afferendam, quum una atque altera a Fabricio omissa sit.

ΘΗΣΑΥΡΟΣ ΤΗΣ ΕΛΛΗΝΙΚΗΣ ΓΛΩΣΣΗΣ, THESAVRVS GRAECAE LINGVAE, *Ab Henrico Stephano constructus.* IN QVO PRAETER ALIA PLVRIMA quae primus praestitit (paternae in Thesauro Latino diligentiae aemulus) vocabula in certas classes distribuit, multiplici deriuatorum serie ad primigenia, tanquam ad radices, vnde pullulant, reuocata.

THESAVRVS LECTORI.
Nunc alii intrepide vestigia nostra sequantur;
Me duce plana via est quæ salebrosa fuit
(Insignia Oliuae Stephani, cum *Noli Altum sapere;* sine subscriptione)
Anno M. D. LXXII, excudebat Henr. Stephanus. CVM PRIVILEGIO CAES. MAIESTATIS, ET CHRISTIANISS. GALLIARVM REGIS.

altera Epigraphe:

ΘΗΣΑΥΡΟΣ — THESAVRVS LECTORI, de ea quam fecit quidam eius epitome,
Quidam ἐπιτέμνων me, capulo tenus abdidit ensem:
AEger eram a scapulis, sanus at huc redeo.
De magno quod idem compendium adfert dispendio agitur in ea quae proxime sequitur epistola.
(Insignia Oliuae Stephani cum *Noli Altum Sapere;* subscriptione)
HENR. STEPHANI OLIVA.
CVM PRIVILEGIO CAES. ———— GALLIARVM REGIS.

Hactenus *Krohn. Harl.*

EXCERPTA
EX
VITA H. STEPHANI SECUNDI
A Mic. Maittaire Conscripta.

"HENRICUS STEPHANUS[1] juvenis eruditus ac diligens, postquam per varia, quæ pertransivit, loca, apud omnes omnium ordinum homines gratiosus, sua haud vulgari eruditione nomen sibi assecutus fuisset; multas virorum scientia loco et honoribus illustrium amicitias comparasset; quicquid ubique reconditioris disciplinæ in Bibliothecis publicis et privatis latebat, studiosissime conquisivisset; nullamque ex doctorum colloquio proficiendi occasionem non avidissime arripuisset: tanquam apis florum succis onusta ad alveare, Lutetiam remeavit anno 1556 exeunte, suæ ætatis 27°. * Illi quotidie Roberti Patris ([2]quem laudandi nullam non causam capit pius filius) vigiliæ ob oculos versabantur, quæ ipsum omnium hominum alioqui (modeste de se pronunciat) maxime *μισόπονον* ad laborem accendebant. * Patri suam operam una cum multis aliis navabat in Heroico illo et plane Herculeo labore, ingenti scilicet et immenso Ling. Gr. Thesauro, quem jam a multis annis, sumtibus prope infinitis, ex præstantissimis Gr. Ling. auctoribus congerebat." p. 228. [De laboribus Roberti Stephani primi in *Thes. Ling. Gr.* impensis vide Excerpta nostra ex *H. Stephani Epistola, in qua ad multas multorum Amicorum respondet de suæ Typographiæ Statu.*]

[1] Sic eum vocat Victorius in Epistol. ante Æschyl. et Leopardus, *doctissimum, diligentissimum, vigilantissimum, virum magnæ eruditionis,* in Miscell. lib. 3. cap. 3. lib. 5. cap. 17. lib. 8. cap. 19. Hunc forte novit non ex scriptis tantum, sed ex P. Nannio Alcmario Lovaniensis Academiæ Latin. Liter. professore.
[2] Ciceron. Lex. Epist. ad Lector.

"[1] Stephaneæ stirpi id fuisse proprium videtur, ut effoderent *Thesauros, Ciceronianum* Carolus, *Latinum* Robertus, *Græcum* Henricus. [2] Verum Henrici Thesauro diu in mora 'metus, ne illud quoque opus repente incideret in eos æstimatores, qui ad errorum ab aliis commissorum centurias solebant connivere, ad ipsius decadas oculos plusquam Lynceos afferre. Vulgata, quæ tunc omnium manibus terebantur, Lexica nil aliud erant quam omnifaria, sed omni carens judicio, consarcinatio: At vero in suo Thesauro, præterquam quod omnia, quoad fieri potuit, ex ipsis hauserit fontibus (quod et Pater ejus Robertus in Latino studiose fecerat), omniaque suis auctoribus accepta tulerit, suo nomine quemque (sive antiquum sive recentem sive etiam sui temporis) designans, ita tamen ut suum passim judicium interponeret; præterquam etiam quod aptissimum in disponendis diversis significationibus distinguendisque earum exemplis ordinem tenuerit; denique præterquam quod in lingua Græca fecerit (non sine magno et prope incredibili labore) quod in nulla unquam nisi in Hebraica factum fuisse audivimus; et cum in aliis difficillimum factu esse, tum vero in Græca ne fieri quidem posse multi crediderint, ut nimirum infinitam illam verborum multitudinem ad certas radices reduxerit, totamque singulorum verborum prosapiam sub uno aspectu posuerit, tritavum abavum proavum avum ordine collocans; præter hæc omnia, jam se plurima restituisse asseruit in iis, quæ suo Thesauro cum aliis Lexicis communia sunt; multo vero plura, nisi animus et vires deessent, restituturus.' Tandem igitur anno 1572.[3] Cal. Mart. opere illo eruditissimo Rempublicam donavit literariam, eodem fere suæ ætatis anno, quo Pater Robertus suum ediderat: Huic enim 41^{us} illi 44^{us} annus agebatur. Illud Gr. ling. ærarium Maximil. II. Imper. Carolo IX. Reg. Gall. Elisabethæ Regin. Brit. Friderico Com. Palat. Augusto Duc. Sax. Joan. Georgio March. Brandeb. eorumque Academiis dicavit, apud quos in suis Epigrammatibus præfixis queritur se illo Thesauro ex divite egenum, ex juvene senem factum fuisse. [4] Optat, ut ne suo id, [5] quod olim paterno, operi contingat. Illud præmissis Scip. Carteromachi, M. Antonii Antimachi, Conradi Heresbachii de Gr. lit. laude Oratt., et adjectis libellorum ad Thesaurum Gr. ling. pertinentium appendice largoque vocum omnium indice adornavit. Huic Thesauro Privilegiorum diplomata obtinuerat a Carolo IX. Gall. Reg. anno 1561. Julii die 13. et a Maximil. II. Imperat. anno 1570. 15 Febr. et 17 Sept. Apparet itaque cum ab anno 1561°. quo primum indultum est privilegium, usque ad annum 1572^m. quo Thesaurus prodiit, ei absolvendo tantum fere temporis impendisse, quantum Robertus Pater suo dederat ab anno 1531. quo specimen primum, ad annum 1572. quo ultimum in lucem emissum est. Eodem, quo Thesaurus, anno, scilicet 1572. Indicem quoque quatuor Thesauri tomis additum prodisse intelliget, quicumque legerit Henr. Stephani ad Lectorem Epistolam tomo primo præfixam p. 10. lin. 47. ac Registrum tomorum quinque ad Indicis calcem rejectum. Id autem lectorem monere volui, quod audiverim, qui cum Indicem posteriori (de qua postea) Thesauri editioni additum ex male intellecta admonitione isti editioni præfixa putaverunt.

"At quasi non adhuc omnium aut potius suis votis satisfecisset, Anno proximo Cal. Feb. 1573. Glossaria duo[6] cum ab aliis plurimis tum a Jac. Cujacio valde desiderata, et de Atticæ linguæ idiomatis commentarium, Th. Redingero dicata, vulgavit. Fecerat[6] animi magis quam corporis ægritudo, ut ejus Glossaria tardius in lucem prodierint spe et sua et aliorum, qui lubenter uni cuipiam ex Thesauri tomis assuenda curassent. Eam animi (ut conjicio) ægritudinem effecerat res, quam positi in literis promovendis præsertim in Gr. Thesauro absolvendo sumtus exhauserant, domi angustissima. Sed aliquando uti et Romæ ita et passim evenit, ut ex vocis fidiumve modulatione aut agilitate pedum multo uberior quam ex literis quæstus fiat. Id interim observatione dignum est, imperium Romanum nunquam magis quam sub Augusto Literatorum Patrono floruisse; et tunc cœptum in pejus ruere, cum Cæsares Citharœdis et Ludionibus favere cœperint. Henrici Thesaurus in ea incidit tempora, cum res in Gallia Religionis ergo multum turbarentur; nec poterat idem a Carolo, quod Pater a Francisco expertus est, sperare patrocinium.

"Posteriorem illius Thesauri editionem prodiisse tam certum est, quam quo anno prodierit incertum. Editionis enim istius fronti nullius anni character præfigitur, sed in loco, ubi prior annum indicat, leguntur hæc, *Henrici Stephani Oliva;* ac præterea additur hoc distichon.

Thesaurus lectori, de ea, quam fecit quidam, ejus epitome.
Quidam ἐπιτεμὼν me capulo tenus abdidit ensem:
Æger eram a scapulis, sanus at huc redeo.

Hoc epigrammate in vocibus *capulo* et *scapulis* alludit ad Jo. Scapulæ nomen, qui fecerat Thesauri Græci epitomen titulum Lex. Gr.-L. novi præferentem, de qua prolixe agit in admonitione ad lectorem posteriori Thesauri editioni præfixa. [7] 'Prævideraf fore, ut aliquis Thesauro illi manus afferret πρὸς τὸ ἐπιτέμνειν. Operam itaque inter fabricandum ejus corpus dederat, ut alii quam sibi fabro talis incisio periculosa esset. Hujus periculi in ipsa [8] præfatione mentionem fecerat, ut a tentanda ejusmodi incisione plurimos absterreret. Aliquot igitur viri docti (quod unus eorum ipsi fateri non erubuit) insidiis animadversis admotas manus statim removerunt. At quidam' (Scapula scilicet, cujus nomen noluit aperte indicare) 'Thesaurum (nam imperitia est audax) de vivo multis in locis resecuit, omnesque ejus propemodum venas nervosque incidit. Hic ἐπιτομολεξικοῤῥάφος, dum crumenæ emtoris vult consulere, illius studiis pessime consuluit. Illius epitomes specimen ab ipsomet aliquot post Thesauri editionem annis allatam Henricus multa reprehensione digna habere ostendit, seque suam pecuniam in meliores merces velle collocare dixit. Iste tamen, quamvis suam agnoscere inscitiam videretur, in opere illo, quo pede cœperat, perrexit.' Henricus itaque in posteriore sui Thesauri editione 'monere lectorem de eo, quod accidit, officii sui esse existimavit; nil magis dispendiosum quam illius epitomes compendium; in qua, dum Thesauri epitomen habere te putas, proverbiale illud contingit, θησαυρὸς ἄνθρακες: cujus Auctor diversas multorum locorum expositiones necnon ipsorum expositorum nomina; Voces item plurimas, quas Græca lingua ex aliis mutuata est; plurima præterea, quæ in vulgaribus superioris temporis lexicis leguntur, et in Thesauro duabus hisce literis v. l. signantur; ea denique, quæ, quum ad secretiorem Gr. ling. cognitionem pertineant, primus tamen et solus et in eo solum libro tractavit Henricus, missa fecit. Hanc partem cum maxima Ling. Gr. studiosorum jactura resectam fuisse Henricus se ostensurum promittit, quum illa Gr. Ling. arcana pergeret patefacere: seque illi tractatui συναγωγὴν quandam Gr. vocum (partim quæ a se et ab amicis post editionem Thesauri observatæ, partim quæ in Lexicis illa posterioribus inventæ fuerint) subjuncturum; et (si opus sit) in nonnulla, quæ ex aliis (non dissimulatis illorum nominibus) habet, in quædam pariter, quæ sua sunt, severam censuram acturum. Hæc autem omnia *(quæ nondum scio eum præstitisse)* non huic posteriori Thesauri editioni inserere, verum seorsum edere decreverat, ne ei, qui jam priorem emisset, posterior etiam comparanda esset; sed in illa ejusque corollario divitiarum Gr. cumulum et ipse possideret.' Addam etiam quæ de illo Scapula scribit [9] Malincrotius. 'Æmulatione laudabili incitatus filius ejus' (scil. Roberti) 'et in arte successor Heur. Stephanus, præter alia multa et diversa, grandia postmodum tria de ling. Gr. ejusdem tituli' (scil. Thesauri) 'volumina, infinito labore congesta et magno doctorum plausu excepta in lucem dedit, nisi quod ministri seu adjuræ sui Scapulæ fraude et deceptione minus ex illa editione sua lucri quam gloriæ collegit,

[1] Almeloov. p. 72. [2] Epistol. præfix. Art. Med. Princ. [3] Thes. p. 2. [4] Thes. Tom. 1. ad Lect. p. 20.

[5] Lege in Vit. Rob. ann. 1543. [6] Gloss. Epist. [7] Admonitio Præfix. Posterior. edit. Thes. [8] Pag. 17.

[9] Almeloov. p. 100. ex Malinc. Dissert. de Art. Typog. cap. 14.

adeoque sumtibus immensis ob tardiorem exemplarium distractionem non satis celeriter receptis fortunarum jacturam aliquam fecit.' Equidem semper miratus sum illud Scapulæ Lexicon, opus Tyronibus non minus perfidum quam Auctor suo hero fuerat, toties esse excusum, tantoque in pretio apud emtores habitum. Alumnis olim Westmonasteriensibus usum istius Lexici interdicere solebat Doctiss. Busbeius, cujus erga me beneficia meo nunquam animo excident, vir in Ling. Gr. tum cognitione tum institutione omnibus ævi sui ac præteriti forsanque et futuri magistris longe superior. Suspectos habemus in rebus Politicis, et quidni in literariis? *Viarum compendiosarum* inventores, qui ex operibus alienis, quam ex suis non possunt, gloriam quærunt. Circulatores hujusmodi literarii incautos Tyrones, quibus brevia discendi compendia monstrare se gloriantur, a via trita tutaque in diverticula et errorem abducunt. Sed jam et mihi in viam revertendum est; inquirendumque, quo tempore posterior Thesauri Gr. editio prodierit. Aliquot post priorem annis Scapula suæ epitomes specimen ad Stephanum attulit. Anni aliquot, vix quatuor pauciores intelligi possunt; Anni præterea specimini absolvendo et excudendo dandi tres aut minimum bini; Scapulæ Lexicon anno 1570. Cal. Dec. primum editum fuisse ex epistola dedicatoria ad Senatores Bernatum Rei-publ. Basil. data constat. Denique quum Lexici editionem Postremæ Thesauri præivisse oporteat, credibile est hanc anno circiter 1580 prodiisse.

"Hic libet inserere, quæ Henr. Stephanus in sua de Lipsii Latinitate[1] palæstra de Gr. Thesauro, Scapulaque scripserit. '*Kænophilus.* sed cur hæc et alia quam plurima ad Gr. ling. cognitionem pertinentia, quæ alibi postea dixisti, in Thesauro tuo tacuisti? *Coronellus.* Prævideram futurum ut in multo majorem molem opus illud excresceret. Quædam etiam (nequid tibi dissimulem) in mentem mihi tum non veniebant: et quidem nonnulla quoque eorum, quæ tamen jam alibi scripseram. Tantum enim negotii indagatio radicum mihi facessebat, quum a nemine unquam via ad rem tam difficilem fuisset patefacta, ut hoc memoriam quoque sæpe interturbaret. *Kæn.* Quamvis plurima non ex iis, quæ ceteri dixerant, sed ex iis quæ οἴκοθεν afferre valde fructuosa poteras, a te fuerint prætermissa: fuit tamen quidam Scapula, qui ex illis etiam ipsis, de quibus lectores ibi monuisti, et de quibus moneri erat pernecessarium, prorsus omisit. *Cor.* Invertit ac pervertit multa eorum quæ a me dicta fuerunt, dum meam mentem atque id, quo utor, artificium non assequitur. Addidit absurdissimas et ineptissimas aliquot etymologias, quas quod tales esse videram, de industria prætermiseram.

'Opus redegit qui illud in compendium,
'Impendium in eo temporis quam maximum
'Fecisse dicit; vellet id pensare nos
'Suæ crumenæ maximo compendio,
'Lectorum at ille maximo dispendio
'Contraxit opus id, imposuit et omnibus.
'Pœna irrogetur huic ut non gravis tamen,
'Tantum esse dignum dixerim suspendio.

Ὅρκια πιστὰ ταμὼν γλώσσης πάντεσσιν ἐρασταῖς
Ἑλλαδικῆς ταυτὴν ἐξεπόνησα βίβλον.
Ἀλλὰ πόνους τὶς ἐμοὺς ἐπιτέμνει, πᾶσιν ἐρασταῖς
Ἑλλαδικῆς γλώσσης ὅρκι' ἄπιστα ταμών.

"Non potuisse me a Musa mea impetrare, ut de tanta epitomographi injuria tam longo tempore sileret, testata est publice posterior illius operis, quod Thesaurus Ling. Gr. inscriptum est, editio.

Quidam ἐπιτέμνων me capulo tenus abdidit ensem;
Æger eram a scapulis, sanus at hic redeo.

Alludo ad vocem *Scapula,* quæ nomen est illius epitomographi, duobus modis in vocabulo *scapulis* et in voce *capulo.*'" pp. 352-61.

"Iniquissime interim comparatum est, ut ille, qui orbem literatum opulentis Græciæ gazis locupletaverat, ex sui Thesauri copia sibi pararet inopiam. Ea de re satis conqueritur in epigrammatibus priori Thesauri editioni præfixis." p. 362.

"At aliquatenus ex exemplarium distractione suarum fortunarum damna potuisset resarcire, nisi Jo. Scapula[2] omnium famulorum infidelissimus illam præcidisset. Quis autem crediderit virum tam bene de omnibus meritum suique in publica commoda adeo prodigum suo capiti inopiæ periculum arcere non potuisse! sed aliquando uti probitas, ita literæ *laudantur* et *algent.*" p. 364.

"Quoniam autem hic in Jo. Cratonis mentionem incidi, nolo ejus[3] Epistolæ ad Frid. Sylburg. missæ (cum ille huic de Aristotelis editione consuleret) locum prætermittere, ubi notat quoddam Aristotelis verbum in Gr. Henrici Thesauro omitti. 'Tertius index ostenderet, quibus locis Aristoteles usus esset eodem sive iisdem verbis et phrasi præsertim obscurioribus, ut per collationem eliceretur eorum sensus, ut nullus esset usus Lexici Henr. Stephani, qui neque illius tertii problematis[4] προσαναπίμπλησιν dignatus est mentionem facere.' Tantum tamen abest, ut ob aliquot voces in Henrici Thesauro desideratas eum negligentiæ insimulem, ut ejus potius industriam suspiciam, quod plures non desiderentur. In quam immanem molem excresceret, quam inexhaustos labores, quot Herculeo huic operi invigilantes viros, quot annos sibi deposceret Thesaurus, qui universa Græcorum omnium Auctorum vocabula variasque ipsorum significationes complecteretur? Quo autem operis hujusmodi, quod frustra expectetur, levius paulatim fiat desiderium, optandum est, ut vir quisque literatus, quas sibi inter legendum obvias voces in Thesauris vulgatis omitti animadverteret, in sua reponeret[5] adversaria, in usum aliquando publicum inde expromendas. Mihi rudi quidem, sed literarum amantissimo veniam dent eruditi, si cupiam, ut nequis Auctorem veterem editurus se opere proposito defunctum putet, modo ipsum nitido charactere, charta magnifica, notis luculentis ornatum excudi curaverit, nisi non insulsum indicem sed Lexicon ipsi[1] Auctori peculiare accommodet. Sic Pasori Novi Testamenti, Æmil. Porto Herodoti, Theocriti, Pindari Lexicon debemus." pp. 388-9.

"Hujus anni 13. Cal. Oct. publicavit Paralipomena Grammaticarum Gr. ling. Institutionum; item Animadvv. in quasdam Grammaticorum Gr. traditiones: Hoc vero opus usque ad Pronomina tantum perduxit. In paginarum numeris remisit lectorem ad Enoci Grammaticam: labores sui parentis effert literarios, suosque (forsan magis quam decuit virum modestum) ostentat, dictitans se in suo Thesauro viam errantibus monstrasse; timidus, ne a se ipso degenerare eum dicant, qui scripta ipsius vel a limine salutarunt. Et certe nemo sæpius de suis operibus tam ineditis quam editis lectorem monet. In his Paralipomenis vehementer invehitur in Scapulam, qui Thesauri Græci epitomen Lexicon Gr.-lat. novum inscripsit; et in eum, qui Lexicon quoddam adjecit ad calcem Bibliorum, [6] quæ Antverpiæ edita fuerunt tribus Linguis Hebraica, Græca, Latina; omnia enim fere illa vocabula, quæ in sui Thesauri Prolegomenis ex errore et fœda ignorantia nata esse ostenderat, ideoque procul amandarat, partim ab hoc, partim ab illo revocata sunt. Petrum Antesignanum vocat antesignanum eorum, qui majore audacia vel potius temeritate quam Gr. ling. cognitione instructi ad scribendam Grammaticen accesserunt. Id exemplis probat passim,

[1] Pag. 51. 220. [2] Almeloov. p. 74. [3] Goldast. Centur. Epistol. Philol.

[4] Hæc vox occurrit in Aristot. Problem. pag. 2. lin. 19. Edit. Sylburg. Francof. 1585.

[5] Doctorem Busbeium audivi dicentem, sibi virum quendam doctum ostendisse bina volumina vocum, quæ in H. Stephani Thesauro non reperiuntur. [6] Lege dial. de institnend. ad lect. p. 2.

sed præcipue in Notis, quas dedit de Nominum Generibus. Notat Frid. Sylburg. magnam habendam gratiam tam bene Gr. ling. cognitione instructo, ut nullo magis discipulo nec ipse nec fortassis alius posset gloriari; eum tamen sive festinanter sive quod unus omnia nequeat animadvertere, plures Antesignani errores inemendatos reliquisse. Nec quidem id dissimulavit in suis ad Antesignanum Notis [1] Sylburgius, cui visum est quædam ex his Paralip. excerpta suarum notarum calci attexere, et tyrones doctissimi sui Magistri verbis, quo etiam tunc præceptore delectabatur, erudire. Henr. Stephanus merito quidem Clenardum et Antesignanum reprehendit, quod β Vita, et η Ita pronuncient. Eum tamen interim miror (Deux Dialogues, &c. p. 460.) scripsisse theoseveia pro Græco Θεοσέβεια." pp. 419-21.

"H. Stephani Epistol. ad Danes. ante Macrob. 1585. 'sperabam fore, ut quædam Macrobii, quæ nondum in lucem prodierunt, (De differentiis et societatibus Græci Latinique verbi, vel potius ex eo, quem ita inscripserat, libro excerpta) in hac editione in publicum venirent, et tibi a me dedicarentur. Sed quum meipsum ex veteri P. Pithoei exemplari ea describere necesse foret; quod neminem invenirem, cui hoc muneris injungerem, et aliis tamen rebus occupatus essem, unam tantum partem descripsi, alteram, quum σχολάσω ἀπὸ τῶν νῦν ἐμὲ ἀσχολούντων, descripturus. Macrobii præfatiuncula illi tractatui præfixa est hujusmodi, Græcæ Latinæque linguæ, etc. In hoc libello multa sunt quæ nobis aliunde fateor esse nota; sed sunt et quædam a paucis fortasse animadversa. Sunt profecto nonnulla, quæ meum judicium confirmarunt de ea Græcarum vocum in certas classes distributione, quam in meo Thesauro secutus sum. Hoc συγγραμμάτιον cum meo ejusdem fere argumenti editurum me propediem spero: quum primum autem prodibit, ejus exemplar a me accipies.'" pp. 470-1.

"Fr. Sylburg. in Epistol. ad Huld. Fugg. ante Not. ad Pausan. 1583. 'oro, ut quanto diligentiæ conatu susceptus a me ac confectus est hic labor, tanta tu illum benignitate in tutelam tuam recipias, non aliter ac si vel a Xilandro, vel ab Henr. Stephano, Clariss. et tibi caris viris (quorum hoc præceptore, illo amico uti mihi contigit) hic cum Pausania comitatus ad te mitteretur.'" p. 471.

"Seculum hoc ab humani generis redemtione decimum quintum partiti sunt inter se Robertus pater et Henricus filius: Id scilicet illius natales inchoaverunt, clausit hujus obitus: in quibus ([2]quod in Typographis rarissimum) convenerunt fides et literatura; '[3] In eo enim hominum genere vulgaris sæpe literatura occurrit cum bona fide conjuncta, aut cum magna ignorantia major conjuncta perfidia.' In Roberto tamen uti longe minor sui ostentatio neque omnino inferior in re literaria typographicave peritia ac industria, ita major in agnoscendo, quicquid opis ab aliis accepisset, probitas quædam et ingenuitas sæpius, quam in Henrico, apparuit. Ille in Thesauro Latino quot doctorum [3] virorum recenset nomina, quorum auxilio usus est: hic in Græco Frid. Sylburgii non meminit, '[4] qui eum adeo juvit egregie, ut potissima Gr. Thesauri pars ejus labore constet.' At quia Thesaurus ille (qui cum patris Latino collatus posteriores ferret) reliquorum omnium, quæ peregit, operum principatum tenuit, honoris laudisve, cujus semper fuit avidior, socium alium noluit præter patrem, quem operis illius inceptorem et magna ex parte architectum [5] agnovit. Præterea forsan eum puduit se a suo discipulo adjutum fateri; quanquam præceptori maximæ id gloriæ vertatur, si eum instituerit discipulum, a quo in suis studiis auxilium aliquando mutuetur. [6] Antea nihilominus observatum est ab Henrico eorum, qui ipsi adjutores fuerunt, mentionem factam." pp. 482-3.

Mic. Maittaire inter 'nonnulla, quæ ad H. Stephanum et Patrem Robertum spectant, ex Scaligeranis collecta,' hæc habet:

"H. Stephanus non solus fecit Thesaurum: plusieurs y ont mis la main.——Sylburgius à travaillé au Thresor Grec d'Henry Estienne." p. 499.

["Vastum illum *eruditionis Gr. Thesaurum*," ut ait L. C. Valckenaerius, "non ab unis Stephanis, sed collata plurium opera, fuisse congestum, monuit vir summus, T. Hemsterhusius ad Luciani Promethea, Operum, quæ etiamnum sub prelo sudant, Vol. I. p.191., et ante Hemsterhusium id ipsum non latuerat divino Scaligero, quem vide in Scaligeranis." *Obss. quibus via munitur ad Origines Græcas investigandas, et Lexicorum Defectus resarciendos.* p. 31.]

DE VERBIS GRÆCORUM MEDIIS COMMENTATIONES

L. KUSTERI, J. CLERICI, S. CLARKII, et E. SCHMIDII,

Recensuit, auxit, suamque adjecit Chr. WOLLE.

Editio altera, correctior et locupletior. Lipsiæ, 1752, 12mo.

[Prima hujus libelli editio apparuit sub hoc titulo—*Chr. Wollii Collectio quatuor de Verbis Græcorum Mediis Dissertationum. Primam L. Kusteri ad Exemplar Lugd. Batavam denuo Formis describendam curavit, alteram J. Clerici e Gallico Latine vertit, tertiam Erasmi Schmidii, notulis auctam, iterum edidit, quartam denique exemplis, cum sacris, tum profanis, illuminatam ipse adjecit. Lipsiæ,* 1733. 12*mo.* Notulæ in *Jo. Clerici Dissertationem,* uncis inclusæ, quibus subjuncta est litera *D,* (i.e. *Dresigius*) inveniri possunt in libro, qui hunc titulum fert—*Sigism. Fr. Dresigii Commentarius de Verbis Mediis N. T. nunc primum editus cura Jo. Fr. Fischeri. Addita est, præter Lud. Kusteri libellum, Jo. Clerici Dissertatio de eodem Genere Verborum Græcorum e lingua Franco-Gallica in Latinam conversa. Lipsiæ,* 1755. 12*mo.* In Præfatione hujusce libri p. xvii. hæc verba scripsit J. Fr. Fischerus:—"Ac Kusteri quidem libellus, hunc enim primo loco poni ipse Dresigius voluerat, quum Alberti, Horrei, aliorumque Græce doctissimorum hominum, puncta dudum tulerit, laudibus meis non eget. Clerici scientiam linguæ Græcæ etsi admodum mediocrem constat fuisse, tamen dissertationem ejus *De Verbis Græcorum Mediis* non placuit omittere, partim ut intelligerent omnes, quam parum recte contra Kusterum disputaverit, partim quia Dresigius eam a se e lingua Franco-Gallica in Latinam conversum addi optaverat."]

[1] H. S. in spicileg. ad Xiphilinum. præf. Ad Sylburgium quod attinet, si eum laudare non ausim, quoniam cum ejus laude mea conjuncta esse, atque adeo in me, quem habuit novo quodam more dominum simul et præceptorem, (quod ille beneficium pro sua ingenuitate agnoscit) redundare videtur, etc. Rhodoman. Poesis Christ. Præf. Neand.——Henr. Stephanum meritis in remp. literariam per Europam celeberrimum, et discipulum ejus F. Sylburgium.

[2] Nancel. in Epistol. ad F. Morel. 1586. Cal. Apr. data. [3] Lege prius, p. 41. [4] Melch. Adam. in Vit. Sylb. [5] Lege prius, p. 89.

[6] Lege prius passim in vita H. S.

VIRO CLARISSIMO PETRO WESSELINGIO

S. P. D. C. WOLLE.

NOVA PRÆFATIO.

Hic liber, quem nunc iterum exire jubeo, aut TIBI uni, VIR CLARISSIME, dedicandus erat, aut nemini. Priorem editionem, sine hac solemni formula, iis, qui Græcas literas amant, tradideram. Quidni et alteram, hac sine comite, usui doctorum hominum consecrare potuissem? At enimvero singularis extat causa, propter quam TU, VIR CLARISSIME, hunc TIBI librum, si quis alius, nec immerito, vindices. TUO etenim nutu consilioque, immo etiam impulsu, quem mihi literis, omnis humanitatis plenissimis, semel atque iterum non significasti modo, verum etiam declarasti, accidit, ut manum operi admoverem. Vellem, ut Cl. HEMSTERHUIS hanc in se curam suscepisset; nec enim dubito, quin meliora præstiturus fuisset. Ego vero, cohortationi TUÆ tam promte parateque obsecutus, oro TE, VIR PRÆSTANTISSIME, majorem in modum, ut, quem TIBI debeo, librum serena fronte accipias, qui, una cum auctore suo, totus TUUS L. M. Q. esse cupit. Verum permittes etiam, pro TUA in me humanitate, ut hæc dedicatio simul præfationis sustineat locum. Qua quidem in re ipsum TUUM sequor exemplum. TU enim *Diatriben* TUAM, *de Judæorum Archontibus*[1] eleganter conscriptam, egregio viro, d'Orville, Musis nuper mature nimis erepto, in præmissa præfatione sacram esse voluisti. At fortasse, lentum me nomen esse, dicis, quum TE, in luce civitatis eruditæ jam diu viventem, tam sero colam. Sed, quem ego animo diu jam observavi, eum nunc publice quoque colo ac suspicio. Audi, quæso, me, rationem TIBI, viro in Græcis literis hodie præcipuo, et non solum cultioris Hollandiæ, verum totius etiam literati orbis lumini, hujus quidem libelli, in quo vis *prima* ac *propria*, hoc est, *reciproca Verborum* apud Græcos *Mediorum* munitur, accurate redditurum.

Quinque hoc exhibentur volumine *Dissertationes, de Verbis Græcorum Mediis* cum cura elaboratæ. In his primipilum ducit Cl. KUSTERI libellus, qui *utilissimus* a P. HORREO jure meritoque nominatur.[2] Hunc et *notis meis*, et *novis accessionibus* locupletavi, quas ex Atticis maxime scriptoribus diligenter excerpsi, *vim* verborum mediorum *vere proprieque mediam* tam firmis rationibus corroboraturus, quæ omnem præcidant dubitationem. Cl. CLERICI dissertationem, e Gallico Latine jam olim a me versam, iterum legi, et paulisper, ubi opus erat, correxi; imo et opes, quas KUSTERO vir eximius opponere ausus est, penitus conficere molitus sum.

Hanc nova sequitur Dissertatio, nunc in Germania primum luci, quod sciam, exposita. Est ea viri inclyti, S. CLARKII, S.T.P. quam ex ejus literatissimis *annotationibus*, quibus *Iliada Homericam* ornavit et illustravit,[3] describere operæ pretium duxi. Hic illustris Magnæ Britanniæ Theologus, cum variis sacris, quas sevit, litibus et controversiis; id quod TE, VIR CLARISS., non præterire puto: tum vero etiam interiori Græci sermonis cognitione, celebre sibi nomen peperit. Is, ut conjicio, KUSTERI fontibus suos irrigavit hortulos, quippe qui diu in hac cultissima vixit insula; nec vero KUSTERI liber ipsum fugere potuit. *Notulæ* in ora subjectæ *meæ* quoque sunt, quas vero addere non alienum erat.

Er. Schmidii scriptiunculam, quam TU a me abjici volebas, nostrates a me flagitarunt, ne inter perituras ea chartas referretur. Equidem facilem me præbui ad parendum his monitoribus, quoniam hic vir inter eos, qui in Germania Græcas literas ornarunt, primum facile locum promeretur. Nec vero hic omitti debuit SCHMIDII commentatio, quia nunc et emendatior, et *novis accessionibus* aucta prodit, quas ex alio ejusdem libro petii, quæque *reciprocam* verborum mediorum *potestatem* confirmant. Hæc enim illi, nec opinanti, suboluisse videtur. Restat, ut de *mea* quoque commentatione non nihil adjiciam. Relegi eam haud segniter, castigavi, lectissimisque Novi Fœderis exemplis copiosiorem reddidi ac ditiorem, libere dicam, quod sentio: hæ Dissertationes nunc sunt ejusmodi, ut ad majus robur virtuti veræ ac propriæ verborum, quæ a Græcis MEDIA dicuntur, conciliandum nil amplius addi posse videatur. Tirones, et qui toti adhuc alieni Græcis in literis sunt, vim tot copiis munitam facile hinc poterunt ediscere. At peritioribus quoque viris suam ditandi scientiam commoda hic offertur occasio. Homines quosdam Græce doctissimos, ubi locus fuit, nominatim protuli, quos ista præteriit notio, vetustis Græcæ linguæ magistris non ignota. KUSTERUS enim non excogitavit eam, et ex suopte finxit ingenio, sed e tenebris, quibus aliquamdiu septa fuit, in lucem revocavit, et, qua valuit, auctoritate roboravit.

Habes igitur, VIR CLARISSIME, totius rei propositæ rationem ante oculos positam. Neque vero *novum* spernes *indicem*, quo scripta, hoc volumine comprehensa, insignire malui. Quæ primum *Dissertationum* designaveram nomine, ea nunc *Commentationes*, re bene putata, nominavi, quia perpetuis a me commentariis hic illustrata repeniuntur. Gaudebo, si expectationi TUÆ, quod satis est, fecero. Te etenim suasore et auctore, hanc repetii editionem, et nova arte adornavi. Vale, mihique fave. Dabam e museo, Lipsiæ, Non. Sept. CIↃIↃCCLII.

PRÆFATIO PRIORI EDITIONI PRÆMISSA NON NIHIL AUCTIOR.

LECTORIBUS GRÆCARUM LITERARUM STUDIOSIS

S. P D. CHRISTOPH. WOLLE.

Quod veteres olim Romani omnibus rebus gerendis, quod bonum, faustum, felix, fortunatumque esset, præfabantur, illud nos præsenti quatuor dissertationum de verbis Græcorum Mediis conscriptarum collectioni præmittimus optatum. Prima LUDOLPHUM KUSTERUM, Regiæ Inscriptionum Academiæ quondam Socium, eumdemque in Græcis literis haud vulgariter eruditum, agnoscit auctorem, atque Parisiis Anno CIↃIↃCCXIV. lucem aspexit, tum vero et Lugd. Bat. A. CIↃIↃCCXVII. iterum edita est. Nos, hac altera editione duce, formis illam denuo describendam curavimus, eo quod pauca, sicut audivi, exempla hodie apud nos inveniuntur, eaque, ut fit, haud vili pretio coemenda. Quantam vero gratiam a viris Gr. peritis Vir clariss. hac inierit scriptione, tot argumento sunt laudes, quibus ipsam certatim sunt prosecuti. Instar omnium mihi sit JO. ALBERTI, qui: *inspice*, inquit, *aureum libellum Cl.* L. KUSTERI *de Verbis Mediis*, et reliqua.[4] Hic nimirum *vim reflexivam*, hoc est, ex actione ac passione commixtam, verbis Mediis, nova, ut videri voluit, arte vindicatum ivit. In hac nihil emendavi editione, præter leviora quædam, quæ, ut fert opinio mea, operarum admiserat incuria.

Altera est JO. CLERICI, viri celeberrimi, dissertatio LUD. KUSTERO opposita, in qua, haud scio an invidia fortassis ductus verba dari Media prorsus negat, eorumque tempora, quæ vulgo a grammaticæ artis magistris recipi-

[1] Trajecti ad Rhenum, CIↃIↃCCXXXVIII. 8.

[2] In Observatt. Critt. in Thucyd. p. 468.

[3] Homeri Ilias Græce et Latine. Annotationes in usum Principis Regii, Ducis de Cumberland, scripsit atque edidit. Vol. I. Ipse Pater, S. Clarke, S.T.P. edidit Londini, CIↃIↃCCXXIX. 4. At Vol. II. Filius ejusdem nominis, S.R.S. edidit, atque imperfecta supplevit, Londini, CIↃIↃCCXXXII. 4. Prodiit etiam idem liber in forma octava, ad hoc majus exemplum descripta, cujus equidem tertiam editionem possideo, Londini, CIↃIↃCCXL.

[4] In Observat. philol. in sacros N. F. libros, p. 8.

untur, partim ad *activam*, partim ad *passivam* revocat formam. Hoc ejus judicium ex aliqua literaria ejusdem ephemeride excerpsimus. In nostra autem conversione nihil, præter paginas ex KUSTERI libello excitatas, commutavimus. Quas nimirum ex Parisina excitavit ille, eas nos ex hac Lipsiensi nostra excitavimus editione.

Tertia est programma ERASMI SCHMIDII, Gr. L. olim Professoris Vitemberg. in Gr. sermone præcipui, academicum,[1] in quo et *activam* et *passivam* verbis Mediis attribuit potestatem. Nostra cura quædam accesserunt notulæ, in quibus *reflexivam* significationem exemplis, quæ SCHMIDIUS in medium protulit, plerisque omnibus rursus asserere conati sumus.

Quartam, eamdemque ultimam, dissertationem proprio studio elaboratam addidi,[2] in qua Cl. CLERICO me objeci, veram KUSTERI opinionem descriptius declaravi pariter, atque ostendi, Media verba et *activam* et *passivam* omnino, at in primis tamen proprieque *reflexivam*, adsciscere virtutem. Testes citavi et sacrorum, et exterorum, auctorum locos, quos magnam ad probandum vim habere intellexi. Quo labore id me puto consecutum, ut et eruditus KUSTERI libellus adversus omnia, quæ obducuntur, dubia satis abundeque sit communitus, et sanum ferri judicium possit, quid de vera verborum Mediorum potestate statuendum esse videatur. Idoneam hanc nactus occasionem, KUSTERO etiam satis me fecisse judico, qui atticæ elegantiæ, Mediis interdum Verbis passivam vim attribuentis, nulla in sacris NOVI FŒDERIS tabulis reperiri vestigia, non erubuit profiteri. Luc. ii. 12. varians hæc occurrit lectio *εὑρήσεται*, probatior autem est *εὑρήσετε*. Illam admitti posse idcirco vir negat doctus, quod atticos lepores in novo testamento haud liceat venari. "Nam licet," inquit, "satis speciose dici possit, *τὸ εὑρήσεται* more Atticorum, apud quos verba media, ut notum est, aliquando passivorum vice funguntur, ibi positum esse pro *εὑρεθήσεται*, tamen id subtilius est, quam verius; nam in novo testamento ejusmodi elegantiæ atticæ non reperiuntur."[3] Nos eamdem aspernamur legendi rationem, eo quod meliorum codicum haud fulta sit auctoritate. Verum atticæ illius venustatis aliqua, relictis aliis, communicavimus exempla. A. BLACKWALL, cultioris Angliæ decus, eamdem ob accusationem KUSTERO diem dixisse,[4] animadverto. Verba, quæ ipsi opposuit,[5] hæc sunt: *ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ τῇ γυναικί*, Luc. ii. 5. *πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο*, ubi, nescio quis, legere maluit *ἐβαπτίσθησαν*, 1 Cor. x. 2., ac denique *ὀναίμην σου* pro *ὀνησαίμην*, Ep. ad Philem. 20. Causa, quam agit doctiss. Anglus, bona est, et nos ipsi ab ejus stamus opinione. Verba vero, quibus eam corroborat, *ἀπογράψασθαι* et *ἐβαπτίσαντο*, vim rectius obtinere *reflexivam*, in nostra censemus dissertatione,[6] licet ultro libenterque concedamus, ea passive et converti Latine posse, et a multis etiam conversa esse. Ad verbum *ὀναίμην* quod attinet, istud quoque, si per ***optarem, ut*** frui te ***queam***,[7] reddatur, passivam amittit potestatem.

Erunt haud dubie, qui mihi objiciant, plura me ex antiquis Græciæ scriptoribus colligere debuisse documenta. Equidem largior, me potuisse: verum, quum angustioribus his ipse me circumscripserim limitibus, nemo erit, qui copiam a me desideret majorem. Causam rei, scio, tetigi acu: ea, quæ hic tradita sunt, et veterum auctorum, et Novi etiam Fœderis, juvabunt lectionem. Atque hoc ipsum propositum erat mihi, quum ante aliquot annos fidem meam in publico quodam librorum indice darem, ejusmodi me laborem suscepturum. Aliis autem studiis quum adhuc vacaverim, eam nunc potui demum liberare. His jactis fundamentis superstruant ii, quibus in deliciis est, pluribus exemplis eruditum locupletare orbem. Hoc equidem non dubitans dixerim, eam multis operam haud sane parum profuturam. Adjecimus, re ipsa explanata, indices, quos, quum antehac, in KUSTERI etiam commentatione, deessent, ipsi conficere consultum existimavimus. Errata operarum, quæ pauca sunt, eruditus, idemque humanitatis studiosus, lector facili emendabit negotio.

Plura dictis addere per chartarum haud licet angustias. Pietas vero admonet, ut pro singularibus, quæ Græca hodie lingua capit, incrementis, Deo immortali gratias persolvam, et, ut ea studia ne exolescere apud nos sinat, sed, quemadmodum adhuc, ita in posterum servet nobis pariter ac seris posteris, etiam atque etiam orem. Dab. in Acad. Lips. IPSIS CALENDIS MAII, A.R.G. CIƆIƆCCXXXIII.

LUDOLPHI KUSTERI

DE VERO USU VERBORUM MEDIORUM APUD GRÆCOS DISSERTATIO

ITERUM ERUDITÆ CIVITATI

TRADIDIT CHRISTOPHORUS WOLLE.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

PAUCIS te volo, Lector. Exposui in hoc libello de verbis Mediis Græcorum: quæ duplicis sunt generis. Alia enim indole et significatione ab Activis nihil differunt (quæ comparare possis cum Verbis illis, quæ Latini Deponentia vocant): alia vero differunt. Per posterioris generis Verba Media intelligo ea, quibus constans usus certam attribuit significationem, quam Activæ eorumdem Verborum Formæ minime inesse, omnibus notum sit; vel saltem, si id antea observatum non fuit, á quovis, qui animum attendere voluerit, observari possit. Ex. gr. *κόψασθαι*, in Medio, significat plangere: quo sensu Activum *κόψαι* nunquam usurpari, neminem fore credo, qui negare ausit. *Φυλάξασθαι* notat cavere: quæ significatio a Forma Activa hujus Verbi prorsus aliena est. *Προσφέρεσθαι* interdum significat, cibum vel potum capere: nunquam vero Activum *προσφέρειν*. *Μισθώσασθαι* notat conducere: at *μισθῶσαι*, locare. *Δανείσασθαι*, mutuum accipere: *δανεῖσαι*, mutuum dare. *Θέσθαι ὑποθήκην*, pignus accipere: *θεῖναι ὑποθήκην*, dare pignus. *Ἐπείγειν*, urgere, impellere: *ἐπείγεσθαι*, festinare. Sic *ἀπάγξασθαι* significatione constanter differt ab *ἀπάγξαι*: *ἄρασθαι*, ab *ἆραι*: *στεφανώσασθαι*, a *στεφανῶσαι*: *ἄρξασθαι*, ab *ἄρξαι*: *ἀμύνασθαι*, ab *ἀμῦναι*: *νείμασθαι*, a *νεῖμαι*: *κληρώσασθαι*, a *κληρῶσαι*: *δικάσασθαι*, a *δικάσαι*: *ἀπογράψασθαι*, ab *ἀπογράψαι*: *διαθέσθαι*, a *διαθεῖναι*: *προσποιήσασθαι*, a *προσποιῆσαι*: *ἄγεσθαι γυναῖκα*, ab *ἄγειν γυναῖκα*: *θέσθαι νόμον*, a *θεῖναι νόμον*: ut centena alia omittam, partim in hoc libello adducta et exposita; partim apud veteres scriptores variis in locis obvia. Hujusmodi igitur Verba Media (cum quibus tantum hic mihi res est) ab Activis et Passivis certo limite esse discreta, et vim neque mere activam, neque mere passivam, sed ex utroque genere mixtam, illis inesse, clare, ni fallor, demonstravi. Mixtio autem hæc in eo consistit, quod actio Verborum Mediorum non transeat in alium, sed reflectatur in ipsum agentem, et sic idem sit agens et patiens: sive quis directe a se ipso aliquid patiatur: sive ab altero sibi aliquid fieri curet, mandet, vel jubeat; et sic sponte volensque ab eo aliquid patiatur. Ex. gr.

[1] P. 253. [2] P. 273. sq. [3] Mill. Gr. T. præf. p. 3.

[4] The Sacred Classics, Vol. II. p. 12. sq. Fidem tum publice dederam, quum hæc scriberem, me hunc elegantem librum Latina civitate donaturum esse. Diu jam est, quod fidem meam liberavi. Ac nemo est hodie, quem fugiat Blackwalli Critica Sacra N. T. ex Anglico Latine a me versa, cui et Hermeneuticam N. F. comitem dedi.

[5] Tom. II. p. 402. s. edit. Latinæ. In observationibus, quas hic subjeci, contra Cl. Britannum etiam disputavi.

[6] Priori verbo ipse Kusterus vim reciprocam asseruit, p. 157. s. alteri vero nos ipsi eandem vindicavimus, p. 333.

[7] Fuit etiam hæc formula bene precandi et affirmandi apud Græcos usitata: *οὕτως ὄναιο*, ita tibi, quæ optas, contingant! Lucian. Icaromenipp. II. 20. 775. Idem Philopseud. III. 27. 54. *οὕτως ὀναίμην, ἔφη, τούτων*, ita mihi, ait, his frui liceat. S. Ignatius voce *ὀναίμην* multis in locis usus est, id quod præclare observat Jo. Pearsonius, Præsul Cestriensis, in Vindiciis Ignat. c. 15. p. 433. s. Tom. II. edit. Amstel.

κόψαι, in Activo, est, tundere, sive percutere alterum: at κόψασθαι, in Medio, se, vel pectus suum in luctu tundere, sive percutere: quod Latini una voce appellant plangere. Φυλάξαι, est, custodire, vel observare alterum: at φυλάξασθαι, in Medio, custodire, sive observare semet ipsum: quod est, si sensum spectes, cavere. Propriam igitur et Reciprocam Verbi hujus vim optime exprimunt Galli, Germani, et Belgæ, in communi sermone dicentes, se garder, sich hüten, sich wagten. Ad eundem modum, ἐπείγειν, in Activo, est, urgere, sive impellere alterum: at ἐπείγεσθαι, in Medio, se urgere, sive impellere, i.e. festinare. Ἀπάγξαι, strangulare alterum: ἀπάγξασθαι, strangulare se ipsum. Στεφανῶσαι, coronare alterum: στεφανώσασθαι, coronare se ipsum. Λοῦσαι, lavare alterum: λούσασθαι, lavare se, vel se alteri lavandum præbere. Et cum Accusativo, λοῦσαι σῶμα, alterius corpus lavare: λούσασθαι σῶμα, suum corpus lavare. Ἀμῦναι, ab altero injuriam, seu vim propulsare: ἀμύνασθαι, a sese injuriam, sive vim propulsare. Προσφέρειν σῖτον, alteri cibum offerre: προσφέρεσθαι σῖτον, sibi ipsi cibum offerre: quod est ad sensum, cibum capere, sive edere. Ἀπογράψαι, nomen alterius in tabulis notare: ἀπογράψασθαι, nomen suum in tabulis notandum curare: quod est ad sensum, nomen suum profiteri, veluti in censu, delectu militum, etc. Qui enim sic nomina sua profitentur, ἀπογράψασθαι a Græcis dicuntur. Hæc igitur et similia exempla abunde demonstrant, verbis vere Mediis eam, quam diximus, inesse vim: ut scilicet actionem cum passione mixtam, sive actionis in ipsum agentem reflexionem designent.

Notandum vero est, vim illam parum fuisse animadversam, quod in plerisque verbis Mediis Græcorum interpretandis, ex usu ling. Lat., aliarumque linguarum, sensus tantum communis et vulgaris ratio simpliciter haberi soleat, neglecta propria et grammatica eorum notione. Ex. gr. ἐπείγεσθαι simpliciter verti solet, festinare: quæ quidem interpretatio rem ipsam per verbum hoc designatam rectissime exprimit; at non propriam et grammaticam ejus notionem. Ea enim ex significatione verbi Activi ad hunc modum elicienda est: Ἐπείγειν notat urgere, impellere: Ἐπείγεσθαι, in Medio, urgere, sive impellere semet ipsum; quod festinantes facere solent. Ex hoc nimirum interpretandi modo facile intelligitur, certam vim reflexivam (liceat enim mihi barbaro hoc vocabulo compendii gratia uti) verbo Medio ἐπείγεσθαι inesse. Sic μισθώσασθαι, si simpliciter vertatur conducere (prout ex usu ling. Lat. verti solet et debet) non videtur habere vim mediam, sive reflexivam, sed mere activam. At vero si Lectori primo in animum revocaveris, μισθῶσαι, in Activo, esse, locare aliquid alteri: et deinde ostenderis, significationem hanc transitivam per verbum Medium μισθώσασθαι mutari in reflexivam, ad hunc modum: Locare sibi aliquid per alterum; vel, facere sibi aliquid locari ab alio, et sic locatum ab eo accipere; quod brevius et magis Latine dici solet, conducere: facile apparebit, in negotio locandi et conducendi, eum, qui conducit, tam sustinere personam patientis, quatenus ab altero sibi aliquid locari sinit, sive locatum ab eo accipit; quam agentis, dum alterum inducit et impellit, ut sibi aliquid locet. Unde sequitur, τὸ μισθώσασθαι, esse verbum vere Medium, neque vi sua reflexiva carere. Eadem est ratio verborum horum, δανείσασθαι, χρήσασθαι, τίσασθαι, θέσθαι, etc. Nam δανεῖσαι, in Activo, significat, mutuum dare: δανείσασθαι, in Medio, facere sibi mutuum dari, sive mutuum accipere. Χρῆσαι, commodare: χρήσασθαι, facere sibi commodari, sive commodatum accipere. Τίσαι, solvere, quod debitum est: τίσασθαι, facere sibi solvi debitum pœnam, i.e. punire, ulcisci, vindicare. Θεῖναι ὑποθήκην, dare pignus: θέσθαι ὑποθήκην, facere sibi dari pignus, sive pignus accipere. Θεῖναι νόμον, aliis legem ponere, sive ferre: θέσθαι νόμον, legem sibi ferendam curare: quo sensu nimirum populi liberi, ut Athenienses, Romani, etc. qui legem sibi a Legislatore ferendam curabant, sive qui legem jussu suo latam libenter et sponte accipiebant, apud scriptores Gr. leguntur θέσθαι νόμον, in Medio; non vero θεῖναι νόμον, in Activo: ut suo loco fusius demonstravimus.

Ex hisce igitur manifeste apparet, præcipuum disputationis meæ caput, (dari nimirum certa Verba Media, quæ tam significatione, quam natura et indole, a Verbis Activis et Passivis differant) a nemine in dubium vocari posse. Quod si igitur veram differentiæ hujus rationem, in quibusdam Verbis obscure tantum et confuse antea cognitam, in plerisque vero penitus ignoratam, recte exposui, et ex tenebris quasi in lucem protraxi: operæ pretium me fecisse existimabo. Hac autem de re penes candidum, neque livore corruptum Lectorem, judicium esto. Eos vero, qui animo carpendi potius, quam discendi, mea lecturi sunt, rogatos velim, ut certa ab incertis et dubiis separent, neve, si forte paucis in locis novæ inventionis amori me plus æquo indulsisse senserint, in ceteris quoque idem mihi accidisse, vel sibi, vel aliis nimis temere persuadeant. Certissimum enim est, ut jam diximus, dari Verba quædam Media, quorum differentia a Verbis Activis et Passivis non sit imaginaria et adumbrata, sed vera et solida: neque minus certum est, differentiæ hujus rationem in mixtione quadam actionis cum passione, sive in actionis reflexione in ipsum agentem, consistere. Hoc igitur si ita se habet; quod ad summam saltem disputationis meæ attinet; res salva est, et extra controversiæ aleam posita: neque ego ab iis, qui hoc opusculum lectione sua dignum judicaverint, quidquam amplius mihi concedi postulo.

Præterea monendus est Lector, non debere nobis opponi auctoritatem recentiorum scriptorum Gr., ut Plutarchi, Æliani, Herodiani, Heliodori, etc. Illos quippe in adhibendis Verbis Mediis ab usu veterum illorum et probatissimorum scriptorum, qui soli pro recte loquendi norma habendi sunt, interdum discedere observavi. Ex. gr. inter θεῖναι et θέσθαι νόμον hanc diximus esse differentiam, quod θεῖναι νόμον dicatur de Legislatore; at θέσθαι νόμον de Populo libero, qui ipse Legem sibi fert, sive (quod eodem redit) qui Legem a Legislatore sibi ferendam curat. Plutarchus tamen in Poplicola, et in Pericle, θέσθαι νόμον etiam Legislatori tribuit. Ergo (dicet forsan aliquis) differentia illa nulla est. Sed, qui ita argumentabitur, inscitiam suam prodet. Nam ego differentiam hanc probavi ex Demosthene, aliisque florentis adhuc Græciæ scriptoribus; quibus auctoritas Plutarchi opponi, vel præferri non debet. Ex iisdem ergo scriptoribus, quos sententiæ nostræ sponsores dedimus, arma contra nos petenda sunt. Et pone, unum atque alterum apud illos reperiri locum, in quo memorata differentia non videatur esse observata; non tamen ideo causa ceciderim. Nam paucis locis haud tuto creditur, quum agitur de refellenda sententia, pro qua infinita pœne exempla militent. Idoneo ergo exemplorum numero saltem opus est, quo persuadeamur, θεῖναι et θέσθαι νόμον promiscue et sine ullo discrimine ab optimis scriptoribus adhiberi.

Quod autem de θεῖναι et θέσθαι νόμον hic diximus; de aliis etiam verbis et phrasibus, in hoc libello propositis, de quibus quidem controversia aliqua moveri posset, (nam sunt multa extra omnem controversiæ aleam posita) Lector dictum putet.

LUDOLPHUS KUSTERUS

DE VERO USU VERBORUM MEDIORUM APUD GRÆCOS,

EORUNDEMQUE DIFFERENTIA A VERBIS ACTIVIS ET PASSIVIS.

SECTIO PRIMA.

1. VERBA *Media* apud Græcos sic appellata sunt, non tam quod terminationem partim *Activam*, partim *Passivam* habeant; neque quod interdum Active, et interdum Passive significent; quæ est communis Grammaticorum opinio, vel potius error: sed quod *actionem cum passione mixtam denotent*, et sic inter Verba *Activa* et *Passiva* revera *Medie* se habeant; et utrique Formæ ita affinia sint, ut tamen ab utraque discrepent. Loquor autem hic de Verbis vere *Mediis*; nam sunt nonnulla, quæ terminationem quidem habent *Mediam*, at significationem mere *Activam*;

similia illis, quæ *Deponentia* apud Latinos vocantur. Excipio hic etiam Præterita Perfecta, et Plusquamperfecta Verborum Mediorum; quippe quæ naturam et indolem reliquorum Temporum Formæ suæ non sequuntur, sed cum terminatione, etiam significationem mediam exuunt, et vel activam, vel passivam tantum vim habent.[1] Pro his ergo Præterita Perfecta Passiva (non significatione passiva, sed media,)[2] adhibere solent Græci, et præcipue Attici; ut passim observare licet.

2. Per *actionem* autem cum *passione mixtam*, intelligo 1. eam, per quam ipsi a nobis aliquid patimur; seu quæ in ipsum agentem reflectitur, et per Pronomen Reciprocum *se*, vel *sibi*, vel etiam addita Præpositione, per *ad se, in se, inter se*, &c. exprimi solet. 2. Actionem, quæ ab altero in nos transit, sed volentes, curantes, mandantes, jubentes, vel petentes nobis aliquid fieri. Ad priorem speciem (ut pauca tantum ex multis commemorem) pertinent Verba sequentia.

3. Ἀπομύξασθαι, *se emungere*, apud Aristoph. Equit. v. 906. et alibi passim. At ἀπομύττειν, in Activo, est *alterum emungere*: ut apud Platon. de Rep. lib. 1. Κορυζῶντά σε περιορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον, *neque te emungit, licet emunctione opus habeas.*

Ἀποψᾶσθαι, *se abstergere*. Aristoph. Equit. v. 906.

4. Ἀπομόρξασθαι, itidem *se abstergere*, Aristoph. Acharnens. v. 706. Ὡστ' ἐγὼ μὲν ἠλέησα, κἀπεμορξάμην, ἰδών, κ. τ. λ. Ubi ἀπεμορξάμην proprie est, *me abstersi*, vel *lacrymas mihi abstersi*: at tropice, *lacrymatus sum*: quæ significatio ex eo, quod antecedit, elicitur.[3] Ad hunc igitur locum Aristophanis (ut obiter hoc moneam) referenda est nota hæc Hesychii: Ἀπεμορξάμην, ἐδάκρυσα.[4] Idem Aristoph. Acharn. v. 695. Ἀπομορξάμενος ἱδρῶτα, *qui sudorem sibi abstersit*. Quod si vero quis active dicat, ἀπομόρξαι ἱδρῶτα, id significabit, *alteri sudorem abstergere.*

5. Λούειν, in Activo, *lavare alterum*: at λοῦσθαι, vel λούσασθαι, in Medio, *lavare se ipsum*. Sic λούειν τὸ σῶμα, *lavare corpus alterius*: at λούσασθαι τὸ σῶμα, *proprium corpus lavare*. Aristoph. Plut. v. 85. Ὃς οὐκ ἐλούσατ', ἐξότουπερ ἐγένετο. *Qui se non lavit*: vel præcise, *qui non lavit*: omisso pronomine reciproco; quod Latini in hoc loquendi genere subaudire solent. Epigram. lib. 2. cap. 8. Λούσασθαι πεπόρευται Ὀνήσιμος εἰς βαλανεῖον: *ad lavandum ivit in balneum.* Xenoph. in Sympos. οἱ μὲν γυμνασάμενοι, καὶ χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον. Ubi λουσάμενοι, est *qui se laverunt*; uti γυμνασάμενοι, *qui se exercuerunt*, et χρισάμενοι, *qui se unxerunt.*

Homer. Odyss. Δ. v. 48. Ἐς ῥ' ἀσαμίνθους βάντες ἐΰξέστους λούσαντο. *Se laverunt*, vel *se lavandos præbuerunt.* At proxime post de iis, qui non se, sed *alios lavabant*, dicit: Τοὺς δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ. Ubi barbarum foret pro λοῦσαν usurpare λούσαντο, et pro χρῖσαν, χρίσαντο, etiamsi versus id admitteret.

6. Κείρειν, vel κεῖραι, *tondere alterum*: quod tonsores facere solent. At κείρεσθαι, vel in Aor. 1. κείρασθαι, *tondere se*: et κείρασθαι κόμην, *tondere sibi comam.*[5] Plerumque vero κείρασθαι, est *curare se tondendum*, vel *præbere se alteri tondendum*: quo sensu verbum hoc pertinet ad classem secundam; de qua infra.

Ἕσαι, et ἀμφιέσαι (ab Ἕννυμι, et Ἀμφιέννυμι[6]) *induere alium vestibus*: at ἕσασθαι (Poët. ἕσσασθαι) et ἀμφιέσασθαι (Poët. ἀμφιέσσασθαι) *induere se*. Aristoph. Plut. v. 937. Δός σύ μοι τὸ τριβώνιον· Ἵν' ἀμφιέσω τὸν συκοφάντην τουτονί.[7] Hom. Od. E. de Calypsone, Ulyssem vestibus induente et lavante: Εἵματά τ' ἀμφιέσασα θυώδεα, καὶ λούσασα. Et sic passim alibi. At idem Homerus, paulo ante, v. 229. χλαῖνάν τε, χιτῶνά τε ἕννυτ' Ὀδυσσεύς. Et v. seq. Ἀργύφεον φᾶρος ἕννυτο νύμφη. *Se induebat*. Et Odyss. Ψ. Ἀμφιέσασθε χιτῶνας. *Induite tunicas*. Eadem differentia est inter ἀμπίσχειν, et ἀμπίσχεσθαι, seu ἀμπισχνεῖσθαι:[8] ἀμφιβάλλειν, et ἀμφιβάλλεσθαι: περιβάλλειν, et περιβάλλεσθαι,[9] aliaque hujus generis verba.

Ὑποδήσασθαι ὑποδήματα, vel absolute, ὑποδήσασθαι, proprie *subligare sibi calceos*, i. e. *induere calceos*, vel *calceare se*. Exempla passim obvia.[10] Huic contrarium est ὑπολύσασθαι, *solvere sibi calceos*, seu *exuere calceos*, apud Aristoph. Plut. v. 928,[11] et alibi.

7. Λύω, simpliciter *solvo*: at λύομαι, *solvo aliquid* eorum, quæ *circa corpus meum* sunt: ut apud Aristoph. Lysistr. v. 930. τὸ στρόφιον ἤδη λύομαι: *jam strophium mihi solvo.* Callim. Hymn. in Del. v. 208. Λύσατο δὲ ζώνην: [Latona] *vero solvit sibi cingulum.* Sola nimirum erat Latona, atque adeo ipsa sibi solvit. Et in eod. Hymn. v. 222.

[1] [Sic perinde est sive dicas κατέαγα τὴν κεφαλήν, sive κατέαγην τὴν κεφαλήν, a. 2. fractus sum capite. vid. Lysiam 4to. p. 84. not. Bowyer.]

[2] [Præterita passiva in utroque sane significatu videntur sæpe adhibere scriptores Attici; ἡρημένος δόξαν ἀντὶ τοῦ ζῆν, gloriam præ vita eligens, Dem. Ol. i. §. 6. At ἡρημένος passive electus, ἐφ' ἣς ᾕρησαι, imperium in quod es electus, Xenoph. Memorab. l. iii. c. 3. 2. Ibid. c. 2. 1, &c. Πεποίηνται ὑπόθεσιν, fundamentum posuerunt, Isocr. Præn. p. 46. Ed. Battie, 1749. Et passive: πεποίηται πράγματα, res excogitantur, Arist. Poet. c. x. Ed. Heins. Præteritum passivum vero sensu activo vide apud Jens. Lect. Lucian. in Tyrannicida, l. ii. c. 15. Vigerus de Idiotismis §. iii. 15. Sic χράω, fœnori do; χράομαι, κέχρησμαι, mutuum accepi [male in vulgatis Lexicis, κέχρημαι, absque σ, notante etiam Salmasio, de modo usur. p. 191.]: ἧπται tetigit, male Hederic. tactus est: ἧπται πραγμάτων, rem tetigit, Dem. c. Midiam, τίδ' ἐνήλλακται νὺξ βάρος; Quam adduxit nox infortunii vicem, Soph. Ajax, ver. 208. κατὰ τὰς ὁμολογίας, ἃς πρότερον ἦσαν πεποιημένοι, iisdem conditionibus, quas antea fecerunt, Xenoph. l. vi. Exped. Vid. plura apud Markl. Quæstione Grammatica, ad finem Suppl. p. 90. Nonnulla libet addere ex N. T. δεδώρηται, dedit, 2 Pet. i. 3, 4. δέδεκται, accepit, Act. viii. 14. ἐντέταλται, mandavit, Act. xiii. 47. ἀποδέδεκται, Act. xvii. 11. διατεταγμένος ἦν, mandaverat, Act. xx. 13. ἐπήγγελται, promisit, Rom. iv. 21. ἤρνηται, abnegavit, 1 Tim. v. 8. πεπορευμένοι, ambulantes, 1 Pet. iv. 3. Bowyer.]

[3] Σχόλια· ἐκ τοῦ παρακελευθέντος· παρίεται γὰρ τοῦτο τοῖς δακρύουσι, p. 261. ed. Amst. Hoc idem ex Veteri Enarratore Suidas monet.

[4] V. 9. Hesych. Lex. v. 455. ed. Lugd. Bat. Cl. Alberti.

[5] [Hoc monitu Kusteri si profecisset poeta nostras, parcius ei obscuram diligentiam objecisset. Lapsus est certe vir summus ad Homeri Il. Ψ. ver. 45.

Πρίν γ' ἐπὶ Πάτροκλον θέμεναι πυρί, σῆμά τε χεῦσαι
Κείρασθαί τε κόμην.
Till on the pyre I place thee; till I rear
The grassy mound, and clip THY sacred hair.

Imo vero Κείρασθαί τε κόμην, totonderoque comam MEAM. Sic enim vox media, sic ritus lugendi mortuos postulat, ut mox patet, et ut ipse Popius notat, ver. 135.

Θριξὶ δὲ πάντα νέκυν καταείνυσαν, ἃς ἐπέβαλλον
Κειρόμενοι.
O'er all the corse THEIR scatter'd locks they throw.

Et ver. 140.

Στὰς ἀπάνευθε πυρῆς ξανθὴν ἀπεκείρατο χαίτην.
But great Achilles stands apart in prayer,
And from his head divides the yellow hair.

Vid. et Potteri Archæol. Gr. iv. 5. Bowyer.]

[6] Hinc Hesychius minus accurate: ἀμφιέννυμι· ἐνδύομαι, p. 299. ed. nov. Rectius ἐνδύω.

[7] Ut illa sycophantam hunc amiciam.

[8] Ἀμπίσχειν seu ἀμπέχειν, induere alium. At formæ Mediæ, quæ adduntur, induere se ipsum. Vid. exempla Aristoph. Ran. v. 1095. Av. v. 1090. Plut. 898. Acharn. v. 1023.

[9] Induo alium, et, induo me, seu, accingo me. Homerus, Euripides, Xenophon, et alii, locos præbere possunt, qui huic favent notioni. Hæc autem in Lexicis ac versionibus frustra quæritur. Sic ἐπιβάλλεσθαι.

[10] Hoc sensu Aristoph. Vesp. v. 1154. s. ὑποδύσασθαι καττύματα, induere sibi alutas. Refer huc ὑποδεῖσθαι, calceos sibi induere, Ἐκκλησ. v. 36. et μεθυποδησάμην, v. 540.

[11] Contra ἵν' ὑπολύσω, ut solvam tibi calceos, Thesmoph. v. 1194. At ὑπολύομαί γ' οὖν, solvo mihi, id est, exuo calceos, Lysistr. v. 949. Ergo ἀντὶ τοῦ ὑποδήματα βαστάσαι, calceos auferre, Atticus scriptor dixisset, ὑπολῦσαι in Activo, quia hic loci de eo sanctus loquitur historicus, qui alteri calceos solvit, Matth. iii. 11,

Λητώ τοι μίτρην ἀναλύεται: *Latona Zonam suam solvit.*[1] Et v. 237. de Iride: Οὐδέποτε ζώνην ἀναλύεται: *numquam Zonam suam solvit.*[2]

8. Στεφανῶσαι, *coronare alterum.* At Στεφανώσασθαι, *coronare se*, vel *coronam sibi imponere.* Æschin. in Ctesiphont. p. 285. b. ubi invehitur in Demosthenem, quod septimo post mortem filiæ suæ die, atque adeo funestus adhuc, hostias jam immolasset: Στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει. *Postquam coronam sibi imposuisset*, etc. Aristoph. Eccles. v. 133. Τί γὰρ ἐστεφανωσάμην; *Ob quam aliam enim causam coronam mihi imposui?* Inducitur nimirum ibi femina loquens, quæ postquam coronam pro more sibi imposuisset,[3] pro concione verba factura erat. Et Lysistr. v. 602. Λαβὲ ταυτὶ, καὶ στεφάνωσαι: *accipe hæc*, et [illis] *frontem tibi cinge.* Vide etiam Nub. v. 1002.[4] et Acharnens. v. 1144. et Ælian. V. H. 3. 1.[5]

9. Ἀπάγξαι, *strangulare alterum*: Ἀπάγξασθαι, *strangulare seipsum*, vel *se suspendere.* Xenoph. in Hierone, sive de Regno: Λυσιτελεῖ ἀπάγξασθαι τῷ τυράννῳ. Ælian. V. H. 5. 8. Πολίαγρος δὲ ἀπήγξατο: *Poliager vero se suspendit*: vel, *fauces sibi interclusit.* Matth. 27, 5. de Juda: Καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο. Notandum hic obiter est, Lucian. in Toxar. pag. 42. Edit. Amstel. ἀπάγξει ἑαυτὴν, dixisse, pro, ἀπάγξεται: quod nescio an imitandum sit.[6]

10. Κόπτομαι, in Passivo, *cædor, ferior*, vel *percutior ab altero.*[7] At κόπτομαι in Medio, *plango*: i. e. proprie, *me percutio*, vel *pectus meum percutio*: quod lugentes facere solent. Sic *plango* apud Latinos (quod proprie significat *verbero, percutio*; a verbo Dorico πλάγω, pro πλήγω; uti *pango*, a πάγω, pro πήγω) præcise dicitur, pro *plango me*; i. e. *verbero me*; præ luctu scilicet et mœrore. Κόπτομαί τινα, cum accusativo, sensu prægnanti, significat, κοπτόμενον πενθεῖν τινα, *plangendo aliquem lugere.* Exempla passim obvia.

Ἐγγυᾶν, in Activo, *tradere alteri*, quod ei promissum, vel desponsum est: at Ἐγγυᾶσθαι, in Medio, *se sponsorem*, vel *fidejussorem* alteri *præbere*, vel *tradere*: i. e. uno verbo, *spondere*, vel *fidejubere.*[8]

11. Ἀναμιμνήσκειν, vel Ἀναμνῆσαι, in memoriam aliquid revocare alteri. At ἀναμιμνήσκεσθαι, vel ἀναμνήσασθαι, *sibi in memoriam* aliquid *revocare*; vel brevius, *recordari, reminisci.* Exempla passim obvia. Sic Germani, *sich erinnern*: et Galli, *se resouvenir.*

12. Ἀπέχω, in Activo, proprie *abs teneo*, i. e. *procul teneo ab aliqua re*: cui contrarium est, *admoveo.* Aristoph. in Pace v. 161. Ἀπέχειν τὴν ῥῖν' ἀπὸ κάκκης: *Nasum a stercore abducere.* At ἀπέχομαι, in Medio, absolute positum, idem est, quod ἀπέχω ἐμαυτὸν, i. e. *me abs teneo*, (pro quo apud Latinos præcise dici solet *abstineo*, subaudito Pronomine *me*) ut ἀπέχεσθαι οἴνου, σίτου, *abstinere vino, cibo*, etc. Interdum etiam transit in rem; ut ἀπέχεσθαι χεῖρας, manus *suas* abstinere, apud Homer. et Demosth. pro quo etiam dicere quidem liceat ἀπέχειν χεῖρας, in Activo (uti supra in memorato loco Aristophanis, ἀπέχειν ῥῖνα, nasum *suum* abducere, pro ἀπέχεσθαι) sed non vice versa, pro, manus alterius ab aliquo prohibere, fas sit dicere, ἀπέχεσθαι χεῖρας. Hæc observatio, quia est magni usus, inferius etiam plus semel inculcabitur.

13. Ἐπείγω, active, *impello, urgeo*: ἐπείγομαι, in Medio, *me impello*, vel *urgeo*, i. e. *festino.*[9] Sic πορεύω, in Activo, *transfero, transporto, ire*, vel *venire facio alterum* (vide Eurip.[10] Med. v. 180. Hippol. v. 755. Hecub. v. 447. et alibi) at πορεύομαι, in Medio, *me* ex uno loco in alterum *transfero*, seu *me ire*, vel *venire facio*, i. e. *eo, proficiscor.* Ejusdem indolis etiam sunt verba sequentia: Πλανάω, *errare facio alterum*: Πλανῶμαι, *errare facio me*, i. e. *erro.* Ἵστημι, *statuo*, vel *stare facio alterum*: Ἵσταμαι, *statuo me*, seu *stare facio me*, i. e. *sto.* Sic ἀνίσταμαι, *surgo*, i. e. proprie, *surrigo me*, vel *erigo.* Ἵζω, et καθίζω, *sedere facio alterum*: ἵζομαι, et καθίζομαι, *sedere me facio*, i. e. *sedeo.* Στέλλω, *mitto alterum*: Στέλλομαι, *mitto me*, i. e. *eo, proficiscor, venio.* Ἀναπαύω, *facio requiescere alterum*: Ἀναπαύομαι, *facio requiescere me*, i. e. *requiesco.*[11] Αἰσχύνω, *pudefacio alterum*:[12] Αἰσχύνομαι, *pudefacio me*, i. e. *pudet me.* Φοβέω, *terreo alterum*: Φοβοῦμαι, *terreo me*, i. e. *timeo.* Φαίνω, apparere facio alterum: Φαίνομαι, apparere facio me, i. e. appareo. Κοιμάω, facio dormire, vel cubare alterum: Κοιμῶμαι, facio dormire me, i. e. dormio. Κέω, facio cubare alterum (hanc enim significationem verbum hoc obsoletum olim habuisse puto) Κεῖμαι,[13] facio cubare me, i. e. jaceo. Ἕπω, (quantum quidem ex compositis, ἀμφιέπω, ἐφέπω, et μεθέπω, colligere licet) olim videtur proprie significasse, agito, incito: unde ἕπομαι, (posito nempe simplici pro composito μεθέπομαι: ut θέσθαι interdum fungitur vice τοῦ ἀποθέσθαι, et περιθέσθαι: ut alia ejus generis hic taceam) proprie notat, me agito, vel incito post alium, i. e. sequor.[14] Neque dubium est, quin in Verbis ἵκομαι, δύναμαι, ἐπίσταμαι, μιμοῦμαι, ἔρχομαι,

---

[1] Male igitur interpres Latinus: tibi Zonam solvit. Nam τοι est enclitica, ut dicitur, vocula, quæ ornat orationem. Optimi scriptores, qui eandem rem gestam narrant, verbo usi sunt Medio. Pausanias Latonam, dicit, λύσασθαι τὸν ζωστῆρα, solvisse sibi Zonam, Lib. I. p. 59. Aristides in Panathenaic. p. 169. Λητώ τε λυσαμένη τὴν ζώνην, solvens sibi zonam. Menander rhetor, auctor parum tritus, Περ. Ἐπιδεικτ. p. 597. τὴν ζώνην ἐλύσατο Λητώ, Zonam sibi solvit Latona. Exprimitur in his locis antiquus mos mulierum, quæ parturæ cingulum sibi solverunt. Idem fecit Latona, Jovis liberos, quos in utero ferebat, enixura. Alii scriptores, quos Attica fugit elegantia, active dixerunt, Latonam λῦσαι τὴν ζώνην. Vid. ill. Ez. Spanhemius, Observatt. in Hymn. in Delum, p. 451. s. quem et ipsum iste lepos præterisse videtur.

[2] Hic non de pariente sermo instituitur: verum cingulum sibi solvere is dicitur, qui vestes suas exuit. Sic Iris vestes haud exuit sibi, sed semper accincta esse reperitur, quo parata sit ad Junonis, heræ, jussa obeunda; ut recte H. Stephanus, ad h. l. p. 124. ed. Ultraject.

[3] Nam dictum erat ipsi: περίθου δὴ τὸν στέφανον, Impone igitur capiti tuo coronam, v. 131.

[4] Στεφανωσάμενος καλάμῳ λευκῷ, qui coronavit se calamo albo. Conf. Scholiastes, p. 98. In altero, qui sequitur, loco, στεφανωσάμενον legitur, eandemque habet sententiam.

[5] Apollo Pythius lauro Tempica ἐστεφανώσατο, sese coronavit.

[6] Ego vero non video, cur malæ notæ hæc sit dicendi ratio. Lucianus in Atticista certe ista non fuisset usus, nisi munditiem ejus exploratam habuisset. Vis ipsum haud fugit media, quam alio adhibuit loco, Dial. meretr. p. 519. ἀπηγξάμην γὰρ ἄν, Me ipsa suspendissem. Sic idem dixit ἀποπνίγειν ἑαυτὸν, T. III. p. 312. ed. nov. Amstel. et ἀποπνίγεσθαι ἑαυτὸν, p. 284. Verbum ἀπάγχω est suspendo, suffoco. Polyb. xvi. 19. Alciphr. iii. ep. 4. Hinc Medium ἀπάγχεσθαι, se suspendere, suffocare. Theophr. Char. Mor. c. 12. πληγὰς λαβὼν ἀπήγξατο, puer, plagis acceptis, suffocavit, suspendit se. Nec dubitavit Ælianus, H. A. 3, 42. de ave Porphyrione scribens, dicere: ἀπάγχει ἑαυτὸν, fauces seu spiritum sibi intercludit. Antoninus Liberalis c. 13. ἀνήρτησεν ἑαυτὴν, suspendit se. Non nego, Medium Attice castius esse; nec id vero mihi volo etiam, alteram loquendi formam idcirco impuram esse debere.

[7] Κεκοπωμένοι· ταλαιπωρούμενοι, ut σχόλια habent, id est, vexati, apud Demosth. Olynth. 1. p. 58.

[8] Ἐγγυᾶν, in Activo, idem designat, ac, alteri aliquid ex sponsione tradere: at ἐγγυᾶσθαι, in Medio, de eo non nunquam adhibetur, qui ab alio non nihil desponsum accipit. Cujus quidem generis plura verba suo inferius loco dabuntur. Photius in Lexico MS. Ἐγγύα· ὡμολόγει δώσειν. Ἠγγυᾶτο, ὁ λαμβάνων. Hinc lux Hesychio, qui et, ipso Kustero auctore, p. 1598. s. ed. noviss. inde suppleri potest. Photii verba exhibet etiam Etym. M. Ammonius: ἐγγυᾷ, καὶ ἐγγυᾶται, διαφέρει. Ἐγγυᾷ μὲν γὰρ ὁ διδούς· Ἐγγυᾶται δ' ὁ λαμβάνων.

[9] Thuc. viii. 46. 531. μὴ ἄγαν ἐπείγεσθαι τὸν πόλεμον διαλῦσαι, Ne nimium festinaret bellum finire.

[10] Hoc verbo πορεύω eodem, quem Kusterus adoptavit, sensu, præter Euripidem, alii quoque præstantissimi scriptores, exempli gratia, Plato, Sophocles, usi esse leguntur; ut nemo usum illius potestatis firmatum in dubium vocare queat. Sed locus Eurip. Hecub. v. 447. in primis notatu dignus est: ποῖ με τὰν μελέαν πορεύσεις, Quonam me miseram vehes? Scholiastes: πορεύομαι ἐγὼ, καὶ πορεύω ἕτερον, ὡς ἐνταῦθα κ. τ. λ.

[11] [Apposite Philo Judæus, vol. i. p. 44. SS. Legum Allegor. l. i. Εὖ μέντοι καὶ τὸ φάναι κατέπαυσεν, οὐχὶ ἐπαύσατο· ΠΑΥΕΙ μὲν γὰρ τὰ δοκοῦντα ποιεῖν, οὐκ ἐνεργοῦντα· οὐ ΠΑΥΕΤΑΙ δὲ ποιῶν αὐτός: recte vero dicitur quiescere fecit, non quievit: quiescere enim facit ea quæ videntur operari, ipsa non agentia; at ipse opifex non quiescit, vel, at ipse non desinit operari. Male vertitur, quiescunt enim quæ videntur operari. Eadem est oppositio in utroque sententiæ membro. Bowyer.]

[12] [Αἰσχύνομαι, pudefio; φοβέομαι, timeo; φαίνομαι, appareo, frequentius, ni fallor, in voce passiva. Vid. mox n. 35. Bowyer.]

[13] Κεῖμαι videtur esse præteritum Ionicum, et ex sermone Ionum in Attico adhuc reliquum.

[14] Ingeniosa, fateor, hæc est observatio, cui equidem præter modum haud faverim. Nam veteres verbis ἕπω et ἕπομαι, et compositis, sequendi notionem promiscue subjecerunt. Ut nulla in medio posita sint, quæ istum muniant usum, exempla, neque H. Stephanus ullum, prout in Thes. G. L. Tom. I. p. 1219. fin. ipse præ se ferendum putavit, invenerit: auctoritas tamen Hesychii ejusmodi est, ut minime spernenda esse videatur p. 1387. et 1407. ubi eruditæ Cl. Abresch, aliorumque doctorum virorum,

ἡγέομαι, aliisque similibus, eadem vis significationis mediæ insit;[1] quamvis id hodie vix demonstrari queat, quoniam non amplius constat de propria significatione, quam verba illorum Activa, quæ usus jam dudum abdicavit (si tamen unquam in usu fuerunt) olim habuerunt. Nam ad investigandam significationem Mediam nobis præire debet notio Verbi Activi: quæ si vel ignoretur, vel obscura sit, latebit etiam vera vis verbi Medii. Unde Verba dictæ Formæ, quorum significatio Media non statim in oculos quasi incurrit, non illico pro Activo-Mediis (sic enim appellare mihi liceat Verba illa, quæ comparari possunt cum Deponentibus apud Latinos) habenda sunt; sed considerandum paulisper, annon significatio illorum mixta ex notione verbi Activi bene intellecta et perspecta, erui possit.

14. Φυλάττω, in Activo, custodio, observo, vel servo alterum: φυλάττομαι, in Passivo, custodior, vel servor ab altero; quo sensu captivi, oves, bona, leges, etc. φυλάττεσθαι dicuntur. At φυλάττομαι, in Medio, custodio me adversus alterum; vel prospicio mihi adversus alterum: i. e. uno verbo, caveo.[2] Vim verbi hujus Græci optime exprimunt Galli, dicentes, je me garde: itemque Germani, ich hüte mich: et Belgæ, ik wagte my.

Τρέπομαι, verto, vel converto me ad aliquid. Theophrast. in Charact. Prœm. Τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον. Aristoph. Ran. v. 37. Οἷ πρῶτά με ἔδει τραπέσθαι: Quo primum me diverti oportebat. Idem Vesp. v. 980. ἐπὶ τὰ βελτίω τρέπου: Ad meliora te converte. Xenoph. de Instit. Cyr. lib. 7. p. 198. B. Εἰ μὲν τρεψόμεθα ἐπὶ ῥᾳδιουργίαν καὶ ἡδυπάθειαν. Si deflexerimus ad, etc.[3] Vide etiam mox verbum ἐκτρέπεσθαι.

15. Ἀντιτάττειν, Opponere aliquem alteri: Ἀντιτάττεσθαι, vel ἀντιτάξασθαι, se alteri opponere, vel alteri obsistere; diciturque cum de aliis, tum præcipue de iis, qui se acie instructa hosti opponunt: ut apud Demosth. Olynth. 3.[4] et alibi passim. Vide etiam infra Τάξασθαι, Num. 28.

16. Εἰσοικίζω, active, in domum, sedem, vel locum, habitandi causa, aliquem introduco, seu recipio. Εἰσοικίζομαι, in Passivo, ab altero in domum, sedem, etc. introducor. At εἰσοικίζεσθαι, in Medio, se ipsum in domum, vel sedem aliquam inferre, i. e. in domum aliquam migrare. Eadem est ratio verbi contrarii ἐξοικίζω, et ἐξοικίζομαι. Æschin. in Timarch. p. 187. B. Ἐὰν δὲ ὁ μὲν ἐξοικίσηται, (male in Edit. Wolf.—ήσηται) εἰς δὲ τὸ αὐτὸ ἐργαστήριον χαλκεὺς εἰσοικίσηται (male et hic,—ήσηται) χαλκεῖον ἐκλήθη. i. e. Ubi is emigrarit, et in eandem officinam faber ferrarius immigrarit, etc. Sic Synes. de hirundinibus: Εἰσοικίζονται μὲν μετὰ τοῦ φθέγγεσθαι· σιωπῶσαι δὲ ἐξοικίζονται: Immigrant in domos cum cantu; sed cum silentio inde exeunt, vel emigrant: hyeme scilicet instante. Sic ἀνοικίσασθαι, apud Thucyd. l. 5. c. 58. Πείθει Χαλκιδέας ἀνοικίσασθαι εἰς Ὄλυνθον. Ubi ἀνοικίσασθαι est, se in mediterranea loca habitandi causa conferre. Nam qui ad mare habitant, κάτω οἰκεῖν dicuntur; ut apud eund. Thucyd. l. 1. c. 7. in fin. cui ibid. opponitur τὸ ἀνοικίζεσθαι. Vid. eund. l. 1. c. 120. ubi τοῖς κάτω, a Schol. recte exponitur, τοῖς παραλίοις, i. e. ad mare sitis.

17. Ὀρέγω, active, extendo, protendo, porrigo; ut ὀρέγειν χεῖρα: at ὀρέγομαι, in Medio, me porrigo, me extendo; i. e. manus meas extendo ad aliquid accipiendum. Homer. Odyss. φ. Ἔνθεν ὀρεξαμένη ἀπὸ πασσάλου αἴνυτο τόξον, Manus porrigens de paxillo detraxit arcum. Et cum genitivo, ὀρέγεσθαί τινος, manus ad aliquem protendere. Homer. Iliad. Ζ. Οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ: Ad filium suum manus porrexit Hector. Et cum dativo, ὀρέγεσθαι χειρὶ, (proprie se protendere manu) i. e. protendere, vel porrigere manum, aliquid captandi causa: ὀρέγεσθαι δορὶ, protendere hastam, etc. Homer. Il. ψ. 99. Ὣς ἄρα φωνήσας, ὠρέξατο χερσὶ φίλῃσιν, Οὐδ' ἔλαβεν. Sic locutus, porrexit manus suas ad [umbram Patrocli,] nec tamen cepit. Vel dici etiam potest, τὸ ὀρέγεσθαι in hac constructione simpliciter habere significationem captandi, vel appetendi; ex consequenti nimirum. Nam manus porrigere solemus ad ea, quæ captamus, vel appetimus. Unde patet, quare τὸ ὀρέγεσθαι per metaphoram significet, desiderare, concupiscere, vel appetere.

18. Ἐκτρέπεσθαι τῆς ὁδοῦ, se divertere de via, ut ita loqui mihi liceat; seu, de via deflectere, apud Ælian. V. H. 14. 49. et alios. Unde ἐκτρέπεσθαί τινα, cum accusativo, sensu prægnanti significat, de via deflectendo aliquem declinare, vel evitare; et inde simpliciter, aliquid fugere, declinare, vel evitare.

19. Αἴρω, in Activo, simpliciter significat tollo: at Αἴρομαι, in Medio, in me aliquid tollo, ut sic loqui mihi liceat; seu, mihi (vel humeris meis) aliquid impono portandum; et ex consequenti, porto. Neque subaudiendum hic est ἐπ' ὤμων, vel ἐπὶ κεφαλῆς, ut Henr. Steph. putat; sed τὸ αἴρομαι dictam significationem per se habet. Aristoph. Ran. v. 32. Τὸν ὄνον ἀράμενος φέρε. Asinum humeris impositum porta. Et v. 607. αἴρεσθαι τὰ στρώματα: Tollere sarcinas portandas; vel simpliciter, portare. Ælian. V. H. 3. 22. Ὅ, τι βούλεται ἀποφέρει ἀράμενος. Aufert in humeros sublatum. Potest tamen majoris claritatis gratia interdum addi ἐπ' ὤμων, ut apud Ælian. V. H. 12. 22. Nisi tamen τὸ ἀράμενος, ibi referendum est ad sequens ἔφερεν. Sic enim ibi legitur: Καὶ τέλος ἀράμενος ἐπὶ τῶν ὤμων ἔφερεν. Sed utro modo accipias, parum interest. Si enim τὸ ἐπ' ὤμων referendum est ad ἀράμενος, distinctionis gratia id additum esse intelligi oportet; quoniam ἄρασθαι etiam ille dicitur, qui in caput sublatum aliquid portat.[5] Hinc per metaphoram, ἄρασθαι πόλεμον, bellum suscipere,[6] cum alibi, tum apud Demosth. Orat. de Pace, p. 2. et Thucyd. lib. 1. c. 125. pro quo barbare quis dixerit, αἴρειν πόλεμον, in Activo: ne quis putet promiscue ista usurpari posse. Et συναίρεσθαί τινι πόλεμον, κίνδυνον, etc. in bello, periculo alicui esse adjutorem et socium: vel, ut ad significationem propriam clarius alludam, onus belli, periculi, una cum aliquo in se tollere, vel suscipere. Dicitur etiam συναίρεσθαί τινι τοῦ πολέμου (ut apud Thucyd.) cum genitivo rei: ubi subauditur nomen

notæ in auxilium vocari merentur. Conf. Eustath. ad Il. Θ. p. 1346. 6. et Moschop. ad Il. Β. p. 191. Nec tamen alienus ab hac potestate locus est Homeri, Il. Κ. 516.

Ὡς ἴδ' Ἀθηναίην μετὰ Τυδέος υἱὸν ἕπουσαν.

Quo loco σχόλια: Ἕπουσαν· ἕπεσθαι, ἑπομένην αὐτῷ. Quare S. Clarke, ad Hom. Iliad. l. iv. p. 118. præeunte Steph. Berglero, non ea, qua fas est, accuratione scripsit, semper Græcis ἕπεσθαι sequi, non ἕπειν, erudite monente Cl. Trillero, Emend. Hesych. p. 16.

[1] Nos vero in alia hic omnia imus, et vix, et ne vix quidem, inducimus animum, his verbis vim mediam, id est, reciprocam inesse. Stabit optime Kusteri causa, etiam hac cadente opinione. Namque ipse jam dedit, non omnia verba, quæ mediam habent terminationem, idcirco ista proprie media valere virtute. Favemus nos quidem certis exemplis, non fictis et ementitis.

[2] Diog. I. S. 91. Sic Luc. xii. 15. 2 Pet. iii. 17. At φυλάξατε ἑαυτοὺς, 1 Jo. v. 21. Thucyd. i. 120. 76. ὥστε φυλάξασθαι αὐτοὺς, ut ab illis caveant.

[3] Plato Hipp. maj. p. 102. F. καὶ ἐγὼ μέντοι οὐκ ἔτι ἔχω, ὅποι τράπωμαι, ἀλλ' ἀπορῶ. Atque ego quidem non amplius habeo, quo me vertam, sed anceps ac dubius hæreo. Thucyd. Hist. i. 50. p. 36. ed. Dukeri, ἐτράποντο, se converterunt. Id. i. 59. 40. τρέποντας, se convertunt.

[4] Equidem nihil hic reperi, quod illuc pertineat. Verum Olynth. ii. p. 100. ἀντιτάξασθαι hoc sensu legitur. Utimur Demosth. Selectis orationibus Cl. Ric. Mountenay, quæ Cantabrigiæ 1731, 8. typis Academicis descriptæ sunt. Conf. Herodian. vi. c. 9. S. 5. vii. c. 9. S. 8. Act. xviii. 6.

[5] Non male. Ego vero, τὸ ἐπὶ τῶν ὤμων, ad τὸ φέρειν pertinere, censeo; uti apud Isocratem hanc totam φράσιν, φέρειν ἐπὶ τῶν ὤμων, me legere memini. Sic τὸ ἄρασθαι exprimet antecedens, in se suscipere; τὸ φέρειν autem consequens, ferre sive portare. At solum verbum ἄρασθαι interdum prægnanti valet virtute: ut ἀράμενοι ἐπὶ τῶν ὤμων idem sit, ac ἀράμενοι φέρουσι, in se suscipientes portant in humeris.

[6] Φράσεις hæ sunt in medio positæ, eædemque concinnæ ac venustæ: ἄρασθαι πόλεμον, πόνον, κίνδυνον, in se suscipere bellum, laborem, periculum, über sich, auf sich nehmen, id est, aggredi. Adhibetur igitur vox Media de re, quæ ei ipsi, qui eam in se suscipit, molesta, incommoda, periculosa evadere potest. Verum habet verbum αἴρειν etiam hanc notionem, ut significet, auferre, reportare. Proinde αἴρειν τινί τι, est, alteri aliquid auferre seu reportare. Sed Photius in Biblioth. Cod. 243. p. 1113, 45. ἤρατο νίκας, reportavit, abstulit victorias, nimirum sibi, dixit. Schottus male: adamavit; ac si ἤρατο ab ἔρασθαι esset. Milites αἴρουσιν, in Activo, alteri, nempe domino, cujus sunt arma victricia, reportant victoriam. At ipse dominus, cujus et milites et arma sunt, ἄρασθαι νίκην, sibi auferre victoriam, in Media voce dici debet. Hac ipsa dicendi ratione usus est Plutarchus in Themist. Sic μισθὸν ἄρασθαι, mercedem sibi reportare. Neque ab hoc loco aliena est hæc loquendi formula: ἀναιρεῖσθαι νίκας, reportare sibi victorias, in Juliani Cæs. p. 12. lin. 8. ed. Heusing. Sic ἀναιρεῖσθαι πόλεμον, ἔχθρας, πόνους, Plato, Xenophon, Herodotus dixerunt, priori quidem sensu, quem verbo Medio ἄρασθαι vindicatum ivimus.

μέρος: ut integra phrasis sit, συναίρεσθαι τινι μέρος τοῦ πολέμου. Interdum dativus personæ omittitur, ut apud Demosth. Olynth. 1. ἑτοίμως συνάρασθαι τὰ πράγματα.

20. Πέμπω, non solum significat mitto; sed etiam deduco, seu curo aliquem ducendum, vel deducendum eo, quo pervenire cupit: quo sensu accipitur apud Homer. Odyss. E. v. 37.[1] et 140. Hinc πέμπομαι, in Medio, significat, curo aliquem ducendum, vel deducendum ad me: i. e. arcesso. Idem ergo notat, quod compositum μεταπέμπομαι, cujus multo frequentior usus est. Simplex autem πέμπομαι dicto sensu legitur apud Eurip. Hecub. v. 377. Orest. v. 107. et 111. quamvis Henr. Steph. nullo veteris scriptoris testimonio notionis hujus fidem lectori faciat.

21. Προσφέρω, in Activo, effero, præbeo, admoveo: at in Medio, προσφέρομαι, offero me, præbeo me, infero me: ut apud Xenoph. Inst. Cyr. lib. 1. p. 15. C. Καὶ ὡς εἶδεν κάπρον ἐξ ἐναντίου προσφερόμενον: Et ut vidit aprum ex adverso se inferentem: i. e. irruentem. Et apud Plutarch. in Galb. Προσφερόμενος γυμνῷ τῷ ξίφει: Cum nudo gladio se inferens, vel irruens. Item cum dativo personæ, προσφέρεσθαί τινι, eleganter dicitur ille, qui se offert, vel præbet erga aliquem, hoc vel illo modo. Ad Hebr. c. 12.[2] Ὡς υἱοῖς προσφέρεται ὑμῖν ὁ Θεὸς, Deus se gerit erga vos ut filios. Proprie ibi vetus Interpres, offert se vobis. Plura exempla passim obvia sunt. Alio sensu προσφέρεσθαι, in Medio, dicitur de illo, qui cibum vel potum capit: i. e. proprie, qui cibum vel potum ori suo admovet. Æschin. contra Timarch. p. 190. B. Κελευόντων λούσασθαι, καὶ σῖτον προσενέγκασθαι: Jubentibus se lavare, et cibum capere. Vide etiam Ælian. V. H. 3. 31. At in Activo, προσφέρειν τινὶ σῖτον, φάρμακον, etc. est, præbere, vel porrigere alicui cibum, medicamentum, etc. quæ qui manu capit, et ori suo admovet, vel inserit, dicitur προσφέρεσθαι, ut jam monuimus. Medicus ergo ex. gr. ægro προσφέρει φάρμακον: at æger ipse προσφέρεται: et mater puero προσφέρει ἄρτον, κρέας, etc.: at puer ipse προσφέρεται. Et uti προσφέρεσθαι, in Medio, (ut diximus) interdum significat cibum, vel potum capere: ita τὰ προσφερόμενα, passive interdum dicuntur ipsi cibi, et ipsa pocula, quæ capiuntur: quatenus nempe passivum illud respicit Medium προσφέρομαι, non vero quatenus refertur ad Activum προσφέρω. Posteriore enim sensu passivum προσφερόμενα, non potest dici de cibis et poculis, quatenus capiuntur (i. e. eduntur et bibuntur) sed tantum, quatenus alicui ab altero offeruntur, et admoventur; licet is, cui offeruntur, ea non capiat. Nam Activum προσφέρω, simpliciter significat, alteri aliquid admoveo, offero, præbeo, etc. neque proprie de ciborum oblatione dicitur, et iis, quæ in alimentum cedunt, ut non sine insigni errore statuit Fœsius in Œcon. Hippocr. V. προσφέρειν (deceptus nimirum significatione verbi Medii προσφέρεσθαι), sed etiam de quibusvis aliis rebus, quæ alicui quocunque modo offeruntur, admoventur, vel præbentur. Hinc dicitur, προσφέρειν τινὶ μηχανὴν, δῶρον, θυσίαν, χεῖρα, ᾠδὰ, λόγους, etc. Et Medicus, ex. gr. non solum dicitur προσφέρειν, quum ægroto medicamentum edendum vel bibendum offert, sed etiam quum alia quævis, curandi causa, corpori ejus applicat, vel admovet: ut ex Hippocrate, Galeno, aliisque scriptoribus medicis constat. Hinc passive τὰ προσφερόμενα, non solum dicuntur medicamenta, quæ medicus ægroto edenda vel bibenda offert, sed etiam quævis alia βοηθήματα, seu morborum auxilia, ut venæ sectio, cataplasmata, balneum, etc. Vide Fœsium loco laudato.[3]

22. Ἐγκαλύπτειν, obtegere, seu obvelare alterum: Ἐγκαλύψασθαι, obtegere, seu obvelare se, vel faciem suam. Aristoph. Nub. v. 733. Οὐκ ἐγκαλυψάμενος ταχέως τι φροντιεῖς: Annon caput tibi obteges, et sic quam primum aliquid meditaberis? seu, ut magis latine dicam: Quin capite obtecto illico aliquid meditari incipe. Ælian. V. H. 12. 47. Ἡ δὲ Ἀριστομάχη εἵπετο, δι' αἰδοῦς ἐγκαλυπτομένη: Præ verecundia faciem suam velans. Isocr. Trapezit. ἐγκαλυψάμενος ἔκλαιε: Postquam caput suum operuisset, (seu capite operto) flevit. Et cum accusativo, ἐγκαλύψασθαι κεφαλὴν, apud Plutarch. in Coriol. quod exemplum adducens Henr. Steph. in Thes. L. G. putat, τὸ ἐγκαλύψασθαι, simpliciter hic positum esse pro Activo ἐγκαλύψαι: errore manifesto, eodemque communi. Nam ἐγκαλύψαι τὴν κεφαλὴν, est, caput alterius obtegere: at ἐγκαλύψασθαι τὴν κεφαλὴν, caput suum obtegere; sensu reciproco.[4] Eadem est ratio Verborum Mediorum, κατακαλύψασθαι, παρακαλύψασθαι, περικαλύψασθαι, συγκαλύψασθαι, προκαλύψασθαι. De postremo tantum verbo addam; illud proprie quidem significare, se prætegere, ut sic loqui mihi liceat: sed eleganter interdum (sensu scilicet prægnanti) usurpari pro, prætegendi sui causa aliquid obtendere, vel prætendere: ut apud Platon. in Protag. p. 196. Πρόσχημα ποιεῖσθαι καὶ προκαλύπτεσθαι τοὺς μὲν ποίησιν, τοὺς δὲ αὖ etc. i. e. Alios quidem poesin sibi prætendentes, sive pro prætextu assumentes; alios: etc.

23. Ἄρχω, et Ἄρχομαι, utrumque ab Henr. Steph. aliisque Lexicographis, exponitur incipio, initium facio: quasi notio illa utrique verbo simpliciter, et sine ullo sensus discrimine conveniret. Differunt autem hæc duo verba eo, quod Activum Ἄρχω, semper relationem habeat ad alios, significetque, prior incipio;[5] seu, incipio ideo,

[1] Πέμψουσι δ' ἐν νηὶ φίλην ἐς πατρίδα γαῖαν.
Add. v. 142. etc. et ante πομπὴ pro ductu. Sic Demosth. πομπὰς πέμπειν, pompam ducere, Philipp. i. p. 24. Conf. Lucian. Dial. Marin. T. i. p. 325. Notavit H. Grotius scienter, τὸ πέμπειν apud Homerum idem esse, quod προπέμπειν prosequi, id est, abeuntem honoris causa aliquo comitari. Nec minus iste loquendi mos Æschylo placuit. In Persis v. 1081. p. 300. ed. Lond. Stanl. πέμψω σε. Ubi σχόλια, προπέμψω πέμπειν deducere, in Agamemn. v. 525. 862. πομπᾷ ductu, v. 757. in Eumen. v. 12. Hoc Cl. Alberti locum Matth. ii. 8. πέμψας αὐτοὺς, retulit, in Observatt. in sacros N. T. libros, p. 7. Verbum compositum ἐκπέμπειν, eandem sibi vim tribuit. Thucyd. ἐκπέμπειν ἀποικίαν, deducere coloniam. Plato de leg. nomen habet, ἐκπομπὴ ἀποικιῶν, deductio coloniarum. Herodian. Lib. ii. c. iii. §. 25. πεμφθεὶς εἰς τὸν τοῦ Διὸς νεὼν, deductus honoris causa in templum Jovis. Sylburgius hic mavult προπεμφθείς. Verum hæc commutatio non est necessaria. Idem scriptor et ἐκπέμπειν, Lib. ii. c. i. 2. Corpus deducere, vel, deducendum curare, dixit. Scite observavit Stanleius, ad Æschyl. p. 816. verbum προπέμπειν apud Græcos idem sæpius denotare, ac mortuum aliquem comitari, deducere ad sepulturam. Addit, Græcos idem officii genus verbo ἐκπέμπειν exprimere: quam rem Euripidis munivit exemplo. Herodian. 2. 1. 5. corpus principis elatum in Aristeum ἀπέπεμψαν, miserunt. Quo quidem loco ἀποπέμπειν, mittere cum comitatu designat. Apud Eurip. Iphigen. in T. v. 1467. nimirum mandat, ἐκπέμπειν, educere, ut Orestes educat mulieres Græcas ex hac terra. Paulo ante v. 1440. πέμψων, reducturus Argos sororem. Haud aliter ego verbum ἐξέπεμψαν Act. xvii. 10. interpretor, atque hunc in modum: fratres deduxerunt, comitati sunt honoris causa. Conf. v. 15. Indicavi jam, et aliquot rationibus hanc roboravi explanationem, in Oratione adversus contemtores religionis Christianæ, p. 34. Servii jam huic causæ alio loco accuratius, quo commodior mihi occasio dabatur.

[2] Com. 7.

[3] Eadem fere ratio est verbi ἐπιτάσσειν, imperare ægroto, quod medici est: at ἐπιτάσσεσθαι, pati ut sibi imperetur a medico; quod ægroti est; apud Hippocrat. de arte n. x. p. 6. T. I. ed. L. A. Vander Linden. Conf. n. xii. p. 6. 7. Sed τὰ προστασσόμενα omnia sunt, quæ a medico imperantur. Ibidem πείθεσθαι est pati sibi persuaderi, seu obedire, et πειθόμενοι, qui sibi persuaderi patiuntur a medico ægri, seu obsequentes ei ægroti. Πείθειν contra erit, persuadere alteri. Hinc πείθομαι, mihi persuaderi patior, sive pareo, Plat. Apol. p. 364. B. Act. v. 36. 37. Luc. xvi. 31. Contra vero ineptum est, atque a ratione alienum, si quis æger, aut qui medicam artem non coluit, ἰατροῖς προστάττει, medicis imperet; ut Plato iterum auctor est Lib. iii. de Legib. p. 588. ed. Lugd. 1590. f.

[4] Mirum est profecto, etiam κριτικωτάτους homines hunc sensum fugisse reciprocum. Jac. Duportus verbosam habuit prælectionem, in qua elegantiam exponit Atticam, quæ sub verbis nomina intelligit cognata. Verba tantum non omnia, quæ exempli gratia profert, Media sunt reciproca, ad quæ commodum aliquod nomen subaudit: verum ita, ut vim reciprocam negligat. Ita vero vir doctus ἔλλειψιν quidem curavit, sed in iis fere locis, ubi aut fuit nulla, aut, si qua fuit, pronomen reciprocum addi debebat. v. g. ἐγκαλύψασθαι ipsi est abscondere, tegere, nimirum κεφαλὴν, caput aut faciem. Concedo: tu vero adde, caput suum, aut faciem suam. Ἐπιβάλλειν exponit, injicere, ἐσθῆτα, vestimentum. Recte: sed velim, addas, alteri. At ἐπιβάλλεσθαι (p. 4.) induere se, aut, injicere sibi vestem, induere vestem suam. Ἀποκείρασθαι vertit tondere, τὴν κόμην nempe, comam aut barbam. Nos, tondere se, comam suam, barbam suam. (p. 3.) Τὸ ὑποδεῖσθαι ei est, subnectere sive substringere pedibus calceos. Ubi Homerus addit πέδιλα. Potest etiam ὑποδήματα subandiri. Tu autem redde mecum, et cum Kustero: subligare sibi calceos, vel calceare se. (p. 4.) Vir idem literatus τὸ ὑπολύεσθαι, discingere, solvere vertit, vult quoque verti, calceos solvere vel exuere. Sum ab eo, si addat: sibi solvere, vel, calceos suos exuere (p. 4.) Homer. Iliad. α'. ὑπελύσαο. Aristoph. Plut. v. 928. ὑπόλυσαι, calceos tuos exue. Præcedit v. 927. κατάθου θοἰμάτιον, depone vestes tuas. Κατατίθεσθαι, vestes sibi vel suas deponere. Theophrast. Charact. 10. alii 11. extr. de sordide parcis: καὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας ὑπολυομένους, vos videas calceos medio sibi die exuere. Atque hic est locus ille eximius, in cujus contemplatione tam multus fuit Duportus, Prælect. p. 372. s.

[5] Hanc potestatem egregie munit Ælianus XI. 9. ἀδίκων ἄρχεις χειρῶν, Injuriam mihi prior facere incipis, me lacessis. Conf. I. 14. X. 12. Pindar. Nem. Od. 3. v. 16-18. ἄρχε δὲ δόκιμον ὕμνον, Incipe canere acceptum hymnum. Alloquitur Musam, cujus ille cantum cum voce juvenum, lyraque sua, vult sequi. Quare sensus est: incipe, ut nos te sequamur.

ut alii me sequantur; seu exemplo meo aliis præbeo initium et ansam aliquid faciendi; seu aliis præeo ad aliquid faciendum: Ἄρχομαι vero, in Medio, ipse mihi præeo ad aliquid faciendum; seu simpliciter, incipio aliquid facere, nemine quamvis sequente. Xenoph. lib. 4. Ἑλλην. p. 516. E. Ἔπειτα ἀρξάντων Κορινθίων, πάλιν κατεσκήνωσαν εἰς τὸ ἀρχαῖον στρατόπεδον. Ubi interpr. satis recte: Deinde facientibus ejus rei initium Corinthiis, etc. Ælian. V. H. 2. 4. Ὡμολόγησεν, οὐ μόνον κοινωνὸς εἶναι τῷ Χαρίτωνι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἄρξαι τῆς ἐπιβουλῆς, i. e. Se Charitoni auctorem fuisse insidiarum: seu, se Charitoni consilio suo præivisse ad insidias. Thucyd. l. 1. c. 49. Μάχης δὲ οὐκ ἦρχον. Non incipiebant priores pugnare. Homer. Iliad. ψ. v. 12. Ὣς ἔφατ'· οἱ δ' ᾤμωξαν ἀολλέες· ἦρχε δ' Ἀχιλλεύς: ubi Ἄρχειν non est simpliciter incipere, sed ideo incipere, ut alii sequantur. Sic compos. ἐξάρχω, et κατάρχω. Hom. Il. ψ. v. 17. Τοῖσι δὲ Πηλείδης ἁδινοῦ ἐξῆρχε γόοιο: Illis vero Achilles lugubrem fletum præivit. Xenoph. Inst. Cyr. l. 1. pag. 14. Οὐχ ἃ κρείσσων ᾔδει ὤν, ταῦτα προὐκαλεῖτο τοὺς συνόντας, ἀλλ' ἅπερ εὖ ᾔδει ἑαυτὸν ἥττονα ὄντα, ταῦτα ἐξῆρχε: 'Non ad ea provocabat sodales, quibus se superiorem norat: sed quibus certo sciret se inferiorem esse, ea prior facere incipiebat, ad hoc, ut alii se sequerentur.' Tot verbis opus est, ut vim unius vocis ἐξῆρχε exprimas. Sequitur ibidem apud Xenoph. Καὶ κατῆρχεν ἤδη ἀναπηδῶν ἐπὶ τοὺς ἵππους, ἢ διακοντιούμενος, etc. 'Et aliis præeundi causa, primus in equum insiliebat; vel jaculando [cum sodalibus] certaturus, vel,' etc. Idem de Lacedæmon. Republ. p. 683. A. Νομίζοντες ἢν αὐτοὶ κατάρχωσι τοῦ πείθεσθαι, ἕψεσθαι καὶ τοὺς ἄλλους. Hac significatione verbi activi ἄρχω posita et demonstrata, facile est inde intelligere et cognoscere vim verbi Medii ἄρχομαι.[1] Illud tantum hic observandum est, τὸ ἄρχεσθαι triplicem habere notionem, et dici 1. de eo, qui neminem habet præeuntem; licet sint, qui sequantur, (quo sensu is, qui ἄρχει, etiam dici potest ἄρχεσθαι: ut apud Thucyd. lib. 1. c. 144. Πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα). 2. de eo, qui neminem nec præeuntem, nec sequentem habet. 3. de eo, qui præeuntem quidem habet, sed neminem sequentem. Duæ priores notiones sunt reciprocæ, et ad primam, de qua nunc agimus, Verborum Mediorum classem pertinent. At tertia notio infra in classe secunda, ubi suus ei locus est, exponetur.

24. Προσποιέω, et προσποιοῦμαι, Henr. Steph. plane confundit; qui et inter reliqua verba Media et Activa per totum Thesaurum suum nullum fere discrimen statuit. At vero προσποιῶ, in Activo, est, facio, ut alteri aliquid accedat, vel acquiratur: προσποιοῦμαι, in Medio, facio, ut mihi aliquid accedat, vel acquiratur; seu, meum aliquid facio; vel mihi aliquid acquiro, vindico, tribuo, sumo, seu rebus meis adjicio, etc.[2] Thucyd. lib. 2. princip. Βουλόμενοι τὴν πόλιν Θηβαίοις προσποιῆσαι: volentes urbem Thebanorum ditioni adjungere; vel efficere, ut Thebanorum ditioni urbs adjungeretur. Ubi barbarum foret, pro προσποιῆσαι adhibere Medium προσποιήσασθαι. Idem lib. 3. c. 70. Πεπεισμένοι Κορινθίοις Κερκύραν προσποιῆσαι. Vide eundem lib. 2. c. 85. Demosth. in Aphob. 1. p. 555. A. ubi loquitur de iis, qui bonorum suorum tutores et administratores fuerant: Καὶ ὅσα ἐξ αὐτῶν περιεγίγνετο, ταῦτα προσποιεῖν. Quod Budæus, quem Henr. Steph. sequitur, vertit, 'et quæ inde superfuissent, in rem suam vertere.' Imo hoc foret προσποιεῖσθαι. Tutores autem dicuntur προσποιεῖν, in Activo, cum reditus ex bonis pupilli superantes, neque ad sustentationem ejus necessarios, non suæ, sed ipsius pupilli sorti et patrimonio adjiciunt: quo quidem sensu verbum hoc in dicto loco Oratoris accipiendum esse, ea, quæ sequuntur, manifesto suadent. Unde apparet, quam facile in Græcis Scriptoribus interpretandis labi et errare possint, qui verum discrimen inter verba Media et Activa ignorant. Addam nunc unum et alterum exemplum de Verbo Medio προσποιεῖσθαι. Thucyd. l. 1. c. 8. Προσεποιοῦντο ὑπηκόους τὰς ἐλάσσους πόλεις: Minores civitates suæ ditioni adjungebant, vel addebant. Idem l. 1. c. 54. Ἑκάτεροι τὴν νίκην προσεποιήσαντο: Utrique victoriam sibi vindicabant. Aristoph. Eccles. v. 866. Δέδοικα γὰρ .... μὴ προσποιῇ τῶν χρημάτων: Timeo enim, ne partem bonorum tibi vindices. Et Equit. v. 215. Τὸν δῆμον αἰεὶ προσποιοῦ. Quod Frischlinus pessime reddit: 'Quidvis simula apud plebem.' Verus sensus est: populum tibi semper concilies,[3] seu ad partes tuas pertrahas; vel populum tibi semper addictum et faventem habeas. Et προσποιοῦμαι, cum Infinitivo, Demosth. Orat. de Pace, p. 22. C. Πάντα ὅσα φαίνομαι βέλτιον τῶν ἄλλων προορᾶν, οὐ προσποιήσομαι δι' οὐδὲν ἄλλο γινώσκειν, πλὴν, etc. Ubi προσποιεῖσθαι, est, sibi aliquid sumere, vel arrogare.[4] Sic ergo locum vertes: 'De illis autem rebus, quas videor melius prævidere, quam alii, non id mihi sumo, ut eas ullam aliam ob causam cognitas habeam, quam,' etc. Et quia illi, qui simulant, aliquid sibi assumunt, tribuunt, vel affingunt, hinc προσποιεῖσθαι, interdum significat simulare. Exempla passim sunt obvia.[5] Et uti προσποιεῖσθαι habet significationem reciprocam, ita etiam τὸ περιποιεῖσθαι, ut apud Thucyd. l. 1. c. 15. princ. Ἰσχὺν περιεποιήσαντο οὐκ ἐλαχίστην: Potentiam non parvam sibi compararunt. Exempla alia passim occurrunt. Ejusdem indolis sunt verba εἰσποιεῖσθαι (ut εἰσποιεῖσθαι υἱὸν, filium sibi adsciscere, seu adoptare[6]) μεταποιεῖσθαι, et ὑποποιεῖσθαι.[7]

25. Θέσθαι τὰ ὅπλα, pro περιθέσθαι, (simplex pro composito) proprie, arma sibi circumponere, i. e. induere, capere. Thucyd. l. 2. c. 2. Θέμενοι τὰ ὅπλα. Quod Scholiastes interpretatur, περιθέμενοι ἑαυτοῖς.[8] Demosth. adv. Mid. p. 405. C. Ὑπὲρ τοῦ δήμου θέμενος τὰ ὅπλα. Armis pro populo sumtis. Æschin. in Timarch. p. 175. A. Τῇ πόλει, ὑπὲρ ἧς τὰ ὅπλα μὴ τίθεσαι. Urbi, pro qua arma non capis. Xenoph. lib. 7. Hellen. p. 631. D. Ἐναντία ἔθετο τῷ Ἁρμοστῇ τὰ ὅπλα. Demosth. adv. Aristocr. p. 430. C. Οὔτε γὰρ τῷ ὑμετέρῳ στρατηγῷ ἐναντία θήσεσθαι τὰ ὅπλα ἔμελλεν. Ælian. V. H. 3. 43. in fin. Συβαρῖται Κροτωνιάταις ἐναντίον ὅπλα θέμενοι: Cum adversus Crotoniatas arma cepissent. Et, πόλεμον θέσθαι τινὶ, bellum adversus aliquem suscipere, vel alicui inferre, apud Eurip. Orest. v. 14. At θεῖναι πόλεμον, foret, bellum alicui excitare; seu, efficere, ut alteri bellum inferatur. Sic et in aliis loquendi generibus, θεῖναι et θέσθαι differunt. Ex. gr. θέσθαι ἄλοχον, apud Hesiod. in Theog. v. 886. est, uxorem sibi adsciscere, seu ducere: at θεῖναι

[1] Sic compositum ἀπάρξασθαι ad res potissimum sacras a Græcis refertur, et notat maxime, primitias offerre, initium sacri facere. Vid. Ez. Spanhemii Observatt. ad Juliani Orat. 1. p. 23. n. b. (ad p. 3. B. lin. 4.) ad V. τῶν οἰκείων πόνων ἀπάρξασθαι, laborum suorum primitias Constantio consecrare. Ælian. V. H. 8. 1. ἀπάρχεσθαι λόγου, incipere loqui. Idem 10. 18. extr. de carminibus bucolicis agens, Stesichorum, ait, τῆς τοιαύτης μελοποιίας ἀπάρξασθαι, ipsam poesin inchoasse. Ibi Perizonius n. 8. p. 624. Ἀπάρξασθαι Lugd. et Regius 3064. ὑπάρξασθαι. Quod sine dubio verum. Conf. 2. 12. Stesichorus fuit auctor carminum bucolicorum, Græci etiam τὸ ὑπάρξασθαι de iis usurpant, qui hymnos præcinunt. Athenæus Lib. 4. Depnosoph. p. 129. ἐξάρχουσαι, præcinentes autem cantatrices. Verba reliqua composita, ἐξάρχομαι, κατάρχομαι, vim sibi vindicant Mediam, eumque usum apud Pindarum, et Tragicos, et alios melioris notæ auctores, habent. Eurip. Hecub. v. 684. 685. ubi Hecuba ad filium Polydorum mortuum: ὦ τέκνον, ὦ τέκνον, Αἶ, αἶ, κατάρχομαι νόμον Βακχεῖον. O fili, o fili, heu, heu, incipio numeros Bacchicos. Ipsa lugens filium, canit lugubria, et nec præeuntem habet, nec sequentem. Quæ quum ita sint, nemo est, quin perspiciat, Græcos Euripidis enarratores ad hæc verba illum Pindari locum, (p. 16.) re non sapienter ponderata et circumspecta, testari, atque in auxilium vocare.

[2] Προσποιήσασθαι σφίσι, suum fecerunt, Arrian. Tact. c. 59. p. 60. fin.

[3] Προσποιεῖσθαι, conciliare sibi, Zosim. p. 135. f. ed. Cell. προσποιήσασθαι ἄνδρας τινῶν, conjungere, conciliare sibi viros, Dio H. R. l. 35. p. 2. B. τοὺς Κορινθίους προσεποιεῖτο, Corinthios sibi conciliavit. Thucyd. 1. 57. p. 39. ed. Amstel.

[4] Plato de amator. p. 4. E. οὐδ' αὐτὸς προσεποιεῖτο περὶ λόγων ἔμπειρος εἶναι, 'ne ipse quidem videri volebat, præ se ferebat, sibi sumebat, et arrogabat, disputandi artem callere.' Hinc προσποίησις fictio, Theophr. Charact. c. 2. al. 1. princ.

[5] Εἷς δὲ δή τις προσποιούμενος, Unus quidem properationem simulans, Xenoph. ἀναβασ. Lib. 1. c. 3. n. 14.

[6] Εἰσποιεῖσθαι, in Medio, filium sibi adsciscere, seu adoptare; at ἐκποιεῖσθαι, filium suum emancipare. Verbum Activum, εἰσποιεῖν, Græcis est, aliquem adoptandum tradere. Isæus pro Euphil. apud Dionys. Halic. T. 11. p. 176. τοῦτον εἰσποιοῦμεν ἀδελφὸν ἡμῖν αὐτοῖς. Pausan. IV. p. 314. ὡς εἰσποιοῦσι Ἀριστομένην Ἡρακλεῖ παῖδα. Heliodor. IX. p. 449. τῷ βασιλεύοντι παῖδας ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσι. Sic Lucian. Dial. Mort. T. 1. p. 349. τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς: Senibus, qui liberis carent, vosmet ipsos adoptandos traditis, sive offertis? Εἰσποιήσασθαι in Attico jure bina significat: 1. filium sibi adsciscere, seu adoptare, quod patris est: 2. filium suis legibus adoptare, sive, talem adoptionem, si forte venerit in controversiam, publice approbare et confirmare; id quod judicis exigit officium. Utraque notio auctoritate munita est Isæi, cum in actione pro Euphileto, cujus partem Dionys. Halic. T. 11. p. 175. servavit, tum in reliquis, quæ supersunt, orationibus, utpote quæ omnes in hereditatum judiciis ac jure versantur. Ceterum elegantem participii φέρων in loco Lucianeo vim enucleavit Cl. Hemsterhusius.

[7] Hæc quoque verba Latine significant, sibi vindicare, acquirere, conciliare.

[8] Idem Scholiastes l. 8. haud ita longe a fine: θέμενοι τὰ ὅπλα, exponit, ὁπλισθέντες. Rectius per Medium explicat Suidas: θέμενος τὰ ὅπλα, inquit, ἀντὶ τοῦ περιθέμενος, καὶ ὁπλισάμενος. Conf. Harpocration, et quæ Cl. H. Valesius notavit.

ἄλοχον, foret, uxorem alteri dare, seu jungere. eodem scilicet modo, quo ποιεῖν, et ποιεῖσθαι ἄκοιτιν, inter se differre, docemus infra num. 32. Par discrimen intercedit inter θεῖναι et θέσθαι νόμον: ut infra in classe secunda exponetur.

26. Προσάγομαι, ad me attraho, allicio, etc. Plato lib. 5. de Republ. princ. Ἐκτείνας τὴν χεῖρα, καὶ λαβόμενος τοῦ ἱματίου παρὰ τὸν ὦμον, ἐκεῖνον προσηγάγετο: Eum ad se attraxit. Eurip. Androm. v. 225. Τῇ ἀρετῇ προσηγόμην Πόσιν. Virtute mihi conciliavi maritum. Aristoph. Avib. v. 141. Οὐκ ἔκυσας, οὐ προσεῖπας, οὐ προσηγάγου. Non osculatus es (puerum), non allocutus es, neque ad te pellexisti. Idem Eccles. v. 881. de anicula, quæ cantu suo adolescentem formosum ad se pellicere conabatur: Ὤιδ᾽ .... προσάξεσθαί τινα ᾄδουσα. Xenoph. l. 3. Ἀπομνημ. p. 766. E. Συμμάχους καὶ βοηθοὺς προσάγεσθαι: Socios et adjutores sibi conciliare. Et προσάγεσθαι, in potestatem suam redigere. Thucyd. l. 1. c. 99. Ῥᾴδιον ἦν προσάγεσθαι αὐτοῖς τοὺς ἀφισταμένους. i. e. Facile illis erat, eos, qui defecerant, in potestatem suam redigere. Anglice, to reduce. At Activum προσάγω, simpliciter et absolute hoc sensu numquam usurpatur. Nusquam enim reperias, προσάγειν τινὰ, pro, ad se aliquem attrahere.[1] Idem discrimen etiam intercedit inter verbum ἐπάγω, et ἐπάγομαι.

Ἐπισπάσασθαι τὴν θύραν, januam ad se trahere, i. e. claudere, ap. Lucian. in Catapl.[2] et Amor.[3] Sic ἐπισπάσασθαι κακὸν, arcessere sibi malum; ἐπισπάσασθαι οἶνον, trahere ad se vinum, i. e. bibere.

27. Παρασπάσασθαι, non est simpliciter, partem a latere avellere, seu abstrahere; sed, partem sic avulsam ad se trahere. Xenoph. Ἑλλην. lib. 4. sub fin. Τῶν πόλεων παρεσπᾶτό τινας τοῦ Φαρναβάζου. Sic Demosth. Olynth. 1.[4] Μὴ παρασπάσηταί τι τῶν ὅλων. Phil. de vita Mos. lib. 3. Τῶν νεωκόρων τῶν ἱερέων τιμὴν παρασπάσασθαι βουληθέντων.

28. Ἄγεσθαι γυναῖκα, ducere uxorem. Hesiod. Ἐργ. καὶ Ἡμ. v. 80. Ἐν δὲ τετάρτῃ μηνὸς ἄγεσθαι ἐς οἶκον ἄκοιτιν. Eurip. Orest. v. 248. Εἰ δὴ ἄλοχον ἄγεται. Xenoph. de Republ. Lacedæm. princip. Ὁπότε βούλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἄγεσθαι. Et sic passim alibi. Facile autem apparet, quare Græci ἄγεσθαι γυναῖκα dixerint, non ἄγειν. Nam sponsi sponsas die nuptiarum sibi, et domum suam ducebant, easque domum ita deductas, sui juris quasi faciebant: qui sensus minime exprimi potest per Activum ἄγειν γυναῖκα. Hoc enim foret, uxorem suam, vel alienam, aliquo ducere, veluti in urbem: aut, feminam præ se agere, ut pastor oves præ se agere dicitur.[5] Hinc apparet, quam male hæc confundant viri docti. Vide indicem Æliani v. Ἄγειν.

Τάξασθαι, se instruere, vel in ordinem redigere.[6] Synes. Ταξάμενοι οὖν περιέμενον, ὡς, εἰ ἐμβάλωμεν, ἀμυνούμενοι: Instructi nos expectabant, tanquam vim propulsaturi, si eos invaderemus. Thucyd. lib. 1. c. 48. Οὕτω μὲν Κερκυραῖοι ἐτάξαντο: Sic quidem Corcyræi aciem suam instruxerunt. Vide etiam supra Ἀντιτάττεσθαι. p. 18.

29. Παρασκευάσασθαι, se instruere, se parare, vel accingere ad aliquam rem. Xenoph. Ἑλλην. lib. 3. p. 490. A. Παρεσκευασάμην μὲν ἔγωγε μάχεσθαι, paraveram me ad pugnam. Idem Ἑλλην. lib. 1. sub princ. παρασκευασάμενος ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. Idem lib. 7. Ἀναβ. p. 406. D. παρασκευασάμενοι ἀνημένεῖτε. Thucyd. lib. 1. c. 105. Οἱ δὲ Κορίνθιοι παρασκευασάμενοι ἡμέρας δώδεκα μάλιστα. Plura exempla passim obvia.[7]

30. Πορίζω, suppedito, præbeo aliis: πορίζομαι, in Medio, mihi reperio, paro, comparo, quæro, vel conficio aliquid. Differentia hæc perpetuo apud veteres Scriptores observatur. Xenoph. l. 8. Inst. Cyr. p. 210. E. Λέγε αὐτοῖς, ὁπόσα ἂν ἕκαστος δύναιτο, πορῖσαι μοι χρήματα. Aristoph. Equit. 590. Δεῖ σε τοῖσδε πορίσαι νίκην: Oportet te (alloquitur Palladem) hisce viris præbere victoriam. Idem Plut. v. 461. Εἰ πᾶσιν ἀνθρώποις πορίζομεν ἀγαθόν. Si omnibus boni copiam præbemus. Idem Eccles. v. 236. χρήματα πορίζειν[8] εὐπορώτατον γυνή. Femina omnium optime novit vias reperiendæ, vel conficiendæ aliis (non sibi, ut ex præcedentibus clare patet) pecuniæ. Xenoph. lib. 5. Ἑλλην. p. 546. E. Πειράσομαι τὰ ἐπιτήδεια ὑμῖν ὡς πλεῖστα πορίζειν. Demosth. Orat. 1. in Philipp. p. 16. C. Τροφὴν ταύτῃ [τῇ δυνάμει] πορίσαι κελεύω. Et p. seq. μισθὸν πορίσαντας [τοῖς στρατιώταις.[9]] At idem paulo ante: Οὐκ ἔνι νῦν ἡμῖν πορίσασθαι δύναμιν: Comparare nobis exercitum nunc non licet. Æschin. in Timarch. p. 183. A. Πολλοὺς τεθεώρηκα μάρτυρας πορισαμένους ἁλόντας. Multos [in judicio] vidi, quamvis testes pro se produxissent, damnatos fuisse. Thucyd. lib. 1. c. 83. πορισώμεθα οὖν πρῶτον αὐτὴν, (sc. δαπάνην) Primum provideamus, ut sumtus ad bellum necessarii nobis suppetant. Et eod. lib. c. 125. Ἐκπορίζεσθαι ἐδόκει ἑκάστοις, ἃ πρόσφορα ἦν. Ubi itidem sensu reciproco verbum hoc usurpatur. Xenoph. l. 2. Ἀπομν. p. 758. A. Ἀναγκάζομαι τῷ σώματι ἐργαζόμενος τὰ ἐπιτήδεια πορίζεσθαι. Cogor labore corporis victum mihi quærere.[10] Sic apud Ælian. V. H. 2. 5. πορίζεσθαι ὑγίειαν διὰ γυμνασίων, firmam valetudinem sibi parare exercitiis corporis. Et ap. Herodian. l. 1. c. 6. n. 25. πορίζονται τὸ χρειῶδες πρὸς τὸν βίον, parant, vel quærunt sibi victum. Ut sexcenta alia exempla prætermittam. Hinc ergo apparet apud Demosth. in dicta Orat. Philip. p. 17. in fin. ubi legitur προσποριεῖ τὰ λοιπὰ αὐτὸ τὸ στράτευμα, pro προσποριεῖ, scribendum esse in Medio, προσποριεῖται. Sensus enim est, ipsum exercitum reliqua sibi comparaturum esse: ut recte Wolfius vertit. Facile autem syllaba .....ται a librario negligi vel præteriri potuit, propter proxime sequens τά. Nam ejusmodi syllabæ affinis soni se invicem absorbere quasi solent; ut Criticis notum est.[11] Emendandus quoque obiter est Aristoph. Ran. v. 908. ubi pro πορίσασθε ῥήματα, scribendum est, πορίσατε ῥήματα:[12] non solum propter metrum, sed etiam sensum. Nam Chorus ibi allo-

[1] Verum hic semper Medium adhibetur, idque non sine insigni venustate. Thucyd. VIII. 44. 530. νῆσον προσάξεσθαι, Insulam sibi adjungere. Lucian. Herm. 53. T. I. p. 792. s. ed. nov. προσάξεταί με, id est, alliciet me ad se, ut credam. Alios Herodiani locos huc advocat Cl. Reitzius, Idem Zeux. II. T. I. p. 840. προσαγέσθαι αὐτοὺς, Ipsos ad se allicere. Et Phalar. I. c. 3. προσάξεσθαι τούτους. Vid. index Æliani sub hac voce. Activum vero notat, aliquem ad se adducere. Sed προσάγω significat etiam accedo, vel, appropinquo, κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ ἐμαυτὸν, id est, adduco me ipsum. Hippocr. 25. 3. Act. 27, 27. Sic προάγειν, nimirum, ἑαυτὸν, præcedo, præeo. Arrian. Dissert. Epictet. III. 26. p. 356. κἂν προάγωσι, quamvis præcedant. Conf. Matth. ii. 9. xiv. 22. περιάγω, nempe ἑαυτὸν, circumeo.

[2] 12. T. I. p. 633. Ad quem locum Scholia si legeris Græca, non male de te mereberis.

[3] In Amoribus, qui Luciano tribuuntur, perlegendis frustra operam navavi. Nam nec verbum, nec φράσιν totam, hic invenire potui. Frustra quoque operam in evolvendo Lexico posui Lucianeo.

[4] Non in Olynth. 1. sed 3. p. 117. hæc verba evolvenda sunt: aliquid de summa rerum intervertat, atque ad se trahat, vel transferat.

[5] Ἄγειν γυναῖκα, uxorem abducere. S. Asterii Homil. adv. avaritiam, p. 47. m. γυναῖκες ἄγονται, mulieres abducuntur, nimirum in bello.

[6] Idem etiam verbum se adjungere denotat. Joseph. Ant. Jud. i. 3. ταξάμενος μετὰ Ἀδωνία, qui te Adoniæ adjungis. Hunc sensum verba, quæ sequuntur, egregie muniunt: καὶ τὰ ἐκείνου φρονήσαντι, et ejus partes tueris.

[7] 1 Cor. 14, 8. τίς παρασκευάσεται εἰς πόλεμον; Quis parabit se ad bellum? Thucyd. II. 13. p. 106. παρασκευάζεσθαι ἐς τὸν πόλεμον, parare se ad bellum. Sic participium passivum vim asciscit Mediam, apud Plat. de Republ. 4. p. 446. B. πύκτης κάλλιστα ἐπὶ τοῦτο παρεσκευασμένος, pugil, qui se optime ad hoc instruxit, seu accinxit. Namque Activum παρασκευάζειν præparare, apparare aliis, significat. Act. x. 10. παρασκευαζόντων ἐκείνων, κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ δεῖπνον, apparantibus illis, nempe cœnam. Hæc ἔλλειψις, ex Athenæo, IV. p. 138. παρασκευάσαι Λακωνικὸν δεῖπνον, commode suppletur.

[8] Scholia hic notant: πορίζειν, εὑρίσκειν, συλλέγειν. Hoc autem utrumque ambigue dicitur, si rem bene putes. Vim exprimes accuratius, si τῇ πόλει addideris. Fingit enim veteris comœdiæ princeps, mulieribus urbis curam committendam esse, quum nemo his facilius illi pecunias invenire et comparare queat.

[9] Τῶν στρατιωτῶν Demosthenes scripsit.

[10] Hanc verbi Activi et Medii differentiam neglexit Hesychius. Dum enim βιοτεύειν p. 728. interpretatur, his ἐξηγήσεως ἕνεκα verbis utitur: Βιοτεύειν δὲ, τὸ πορίζειν τὰ πρὸς τὸν βίον. Victum sibi quærere ex aliqua re. At vero πορίζειν significat victum alteri præbere. Et πορίζεσθαι τὰ πρὸς τὸν βίον, victum sibi quærere, sive parare.

[11] Προσποριεῖ est 3. fut. Activi Attic. loco τοῦ προσποριεῖ. Demosthenes ita consulto dixit, κατ᾽ ἔλλειψιν τοῦ ἑαυτῷ, quod, propter sequens αὐτὸ, addere noluit. Sic Ælian. 13, 26. expresse: ἐπόρισεν ἑαυτῷ εὔκαιρον εὐθυμίαν, Comparavit sibi opportunam animi tranquillitatem. Hoc malo, quam emendationem Cl. Kusteri, ex ingenio et conjectura unice natam, et nullo codice fultam. Nec Wolfio de ea in mentem venit: sed ejus me versio credere jubet, ipsum eandem, quam ego, adoptavisse opinionem.

[12] Non possum facere, quin hic Kusteri probem correctionem. Rationes etenim, quibus eam ipse firmavit, ejusmodi sunt, ut magno valeant robore. Sunt præterea hæ dicendi formulæ poetæ Ἀττικωτάτῳ usitatissimæ: πορίζειν τρίβους, ἀγαθὸν, νίκην, μισθὸν, πόρους, χρήματα. Nusquam dixit πορίζεσθαι, sed ubivis πορίζειν, quod et sensus, et lepos Atticus, requirit.

quitur Musas, easque rogat, ut copiam verborum præbeant Æschylo et Euripidi, de palma artis Tragicæ inter se certaturis.

31. Περαιόω, trajicio alterum, seu, alterum trans flumen, vel mare mitto: περαιοῦμαι, in Med. trajicio me trans flumen, vel mare; pro quo Latini præcise dicere solent, trajicio, vel transmitto; subaudito, se.[1] Thucyd. l. 6. c. 26. Μὴ κωλύωνται ὑπ' αὐτῶν κατὰ θάλατταν περαιούμενοι: Ne prohiberentur ab illis trajectu maris. Herodian. l. 3. c. 4. n. 17. Περαιουμένους τὸν Τίγριδα ποταμὸν, Trajicientes Tigridem. Ubi dicitur cum accusativo: περαιοῦσθαι τὸν ποταμόν: quæ præcisa est locutio, pro, περαιοῦν ἑαυτὸν ὑπὲρ τὸν ποταμόν. Sic apud Latinos, trajicere flumen, elliptice dicitur, pro, trajicere se trans flumen.[2] Ceterum, exemplum activæ vocis nullum invenias in Thesauro Henr. Steph. Legitur autem apud Thucyd. l. 4. c. 121. ubi Historicus ait, Στρατιὰν πλείω ἐπεραίωσε: exercitum majorem trajecit. Ubi vides τὸ περαιοῦν habere significationem transitivam, non reciprocam.

Κτάω, si olim in usu fuit, procul dubio significavit, alteri acquiro: unde κτῶμαι, in Medio, mihi acquiro, seu comparo.[3]

Κληρῶσαι, sorte ducta aliquem legere, seu sortem pro aliquo ducere:[4] Κληρώσασθαι, in Medio, sortem pro se ducere, seu sortiri; et per consequens, per sortem aliquid adipisci.

32. Ποιεῖν, et ποιεῖσθαι, quis non sine discrimine apud veteres scriptores passim usurpari credidit? Quamvis enim Henr. Steph. duo hæc verba in uno et altero loquendi genere recte distinguat, in pluribus tamen aliis miscet et confundit. Differunt autem eo, quod τὸ ποιεῖν plerumque referatur ad alterum; rarius ad ipsum facientem: at τὸ ποιεῖσθαι, plerumque ad ipsum facientem:[5] atque adeo interdum quidem pro ποιεῖσθαι adhibere liceat ποιεῖν, (quando scilicet nulla inde oritur ambiguitas) vix autem vice versa, ποιεῖσθαι, pro ποιεῖν. Exemplis res fiet clarior. Phrasis est vulgata, κακῶς, vel κακὸν ποιεῖν τινα, aliquem malo afficere;[6] pro quo barbare diceretur, κακῶς ποιεῖσθαί τινα. Demosth. in Timocr. κολάσαι καὶ παράδειγμα ποιῆσαι τοῖς ἄλλοις τοῦτον. Ubi ποιεῖσθαι locum non habet. Idem ead. Orat. p. 463. Ἄδειαν πεποίηκεν τῷ βουλομένῳ τὰ κοινὰ διαρπάζειν. Ubi nemo, nisi purioris Hellenismi ignarus, dixerit ἐποιήσατο, vel πεποίηται. Thucyd. l. 2. c. 29. Ὁ Νυμφόδωρος τὴν τοῦ Σιτάλκου συμμαχίαν ἐποίησε. Quare non ἐποιήσατο? Quia Nymphodorus non sibi, sed populo Atheniensi societatem illam pepigerat. Hinc Thucyd. eod. cap. et quidem proxime ante de ipsis Atheniensibus, inquit, τὸν Σιτάλκην οἱ Ἀθηναῖοι ξύμμαχον ἐποιήσαντο: i. e. socium sibi fecerunt. Et in princip. ejusdem capitis: Οἱ Ἀθηναῖοι Νυμφόδωρον πρόξενον ἐποιήσαντο. Et lib. 1. c. 57. Οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς αὐτὸν ξυμμαχίαν ἐποιήσαντο.[7] Neque unquam aliter Thucydides loqui solet. Sic φίλους ποιεῖσθαι, amicos sibi facere, apud Eundem lib. 1. c. 28. Xenoph. lib. 2. Ἀπομνημ. p. 749. D. et 750. D. et alibi passim. Νήσους ὑπηκόους ποιεῖσθαι, insulas in potestatem suam redigere, Thucyd. l. 1. c. 13. in fin. Χρημάτων κτῆσιν ποιεῖσθαι, sibi comparare magnam pecuniæ vim, eod. cap. in princip. Τιμωρίαν ἀπό τινος ποιεῖσθαι, auxilium ab aliquo impetrare, Idem l. 1. c. 25. Et proxime post: Ἡγεμόνας ποιεῖσθαι, duces sibi assumere. Et sic sexcentis aliis in locis. Παῖδας ποιεῖσθαι, pro εἰσποιεῖσθαι, filios adoptare, apud Demosth.[8] Pro quo quis dixerit ποιεῖν? Ποιεῖσθαι ὑφ' ἑαυτῷ, vel (ut ap. Ælian. V. H. 6. 11.) ἑαυτὸν, in potestatem suam redigere, phrasis nota. Demosth. adv. Aristocr. pag. 454. C. Πᾶσαν ὑφ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι τὴν ἀρχήν. At ποιεῖν ὑπό τινι, alteri subjicere. Demosth. pro Ctesiphont. p. 319. C. Ἕως Θετταλίαν ὑπὸ Φιλίππῳ ἐποίησαν: Donec Thessaliam Philippo subjecissent. Ubi nemo, nisi barbarus, pro ἐποίησαν, dixerit, ἐποιήσαντο. Thucyd. lib. 1. c. 128. Σοί Σπάρτην τε καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα ὑποχείριον ποιῆσαι. Sunt verba Pausaniæ, ad Persarum Regem scribentis. Sic ποιεῖσθαι φιλίαν, amicitiam inter se, vel pro se facere: at ποιῆσαι φιλίαν, amicitiam inter alios conciliare: quod μεσῖται, seu διαλλακταὶ, facere solent. Ποιεῖσθαι ἀκοίτην, apud Homer. Odyss. E. v. 120. dicitur de femina, quæ virum matrimonio sibi jungit: uti ποιεῖσθαι ἄκοιτιν, apud Hesiodum, de viro, qui uxorem sibi ducit.[9] At ποιεῖν τινι ἄκοιτιν, apud Homer. Il. ω. v. 537. est, alteri uxorem jungere, dare, vel conciliare. Ποιεῖσθαι εἰρήνην, pacem cum hoste suo facere; apud Demosth. Orat. περὶ παραπρεσβ. plus vicies: at ποιεῖν εἰρήνην Ἀρμενίοις καὶ Χαλδαίοις, ap. Xenoph. de Inst. Cyr. lib. 3. p. 72. D. est, pacem facere inter Armenios et Chaldæos. Idem Xenoph. lib. 4. Ἑλλην. p. 515. A. Κατεστρατοπεδεύσαντο, ἔμπροσθεν ποιησάμενοι τὴν χαράδραν. Quorum verborum sensus clarus est. Quod si vero dixisset, ἔμπροσθεν ποιήσαντες τὴν χαράδραν, posset etiam hic locus sic intelligi, quasi χαράδραν, manu et opere factam, non sibi, sed aliis objecissent. Thucyd. lib. 1. c. 58. Πείθει Χαλκιδέας τὴν πόλιν ταύτην ἰσχυρὰν ποιήσασθαι. Hic quis eorum, quibus vis verbi Medii ignota est, non credat, τὸ ποιήσασθαι, simpliciter positum esse pro ποιῆσαι? Attamen res secus se habet. Nam τὸ ποιήσασθαι hic adhibuit Thucydides, quia Chalcidenses pro se, non pro aliis, urbem hanc munituri erant. Quod si enim urbem alienam, vel pro aliis munivissent, scriptor hic Ἀττικώτατος dicturus fuisset, ποιῆσαι. Idem l. 1. c. 13. Θεμιστοκλῆς Ἀθηναίους ἔπεισεν τὰς ναῦς ποιήσασθαι. Sibi nempe, vel pro se. Idem l. 2. c. 34. Οἱ Ἀθηναῖοι ταφὰς ἐποιήσαντο τῶν ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ ἀποθανόντων. Quare ἐποιήσαντο? Quia Historicus indicare vult, Athenienses suos, non alienos mortuos, sepulturæ mandasse. Potuisset tamen Thucydides ibi etiam adhibere Activum ἐποίησε: uti Homerus Odyss. E. v. 251. et seq. ubi Ulyssem facit construentem sibi navem, τῷ ποιεῖν, et ποιεῖσθαι, promiscue utitur. Quod si vero vel Ulysses navem pro altero, vel Athenienses pro mortuis non suis, sed alienis, sepulcra fecissent; non liceret itidem τὸ ποιεῖν, et ποιεῖσθαι, promiscue usurpare, sed tantum Activum ποιεῖν: quæ differentia probe observanda est. Idem Thucyd. lib. 1. c. 28. in fin. Σπονδὰς ποιήσασθαι: quod differt a σπονδὰς ποιεῖν. Quænam tamen sit

[1] Voluit dicere: me. Aut, trajicere vel transmittere, subaudito se.

[2] Aristoph. Ran. v. 138. πῶς γε περαιωθήσομαι; (λίμνην μεγάλην) quo modo eum transmittam? id est præcise: πῶς περαιώσω με ὑπὲρ τὴν λίμνην μεγάλην;

[3] Id est, uno verbo: possideo. Sic οἱ ό Prov. viii. 22. κύριος ἔκτισέ με, quod rectius Aquila vertit: ἐκτήσατό με, possedit me. In prioribus Philonis editionibus male lectum est, ἐκτίσατό με, de Temulent. p. 244. D. Sed Cl. vir, Th. Mangey, qui novam, eandemque egregiam, Philonis editionem Londini curavit, ex schedis Mediceis ἐκτήσατό με restituit. Verum hoc ex conjectura dudum jam antea refinxit vir eximius, P. Colomesius, Observ. sacr. p. 634. ed. Fabric. Dignus igitur erat, quem hic honoris causa nominaret Cl. Mangey, Gen. iv. 2. ἐκτησάμην ἄνθρωπον, possedi hominem. Sic ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχὴν, recuperavit sibi imperium, Ælian. V. H. 4. 8.

[4] Hanc notionem vincit forma passiva. Κληρῶ, sorte tanquam lectum adjungo. Tum vero etiam generatim notat, adjungo. Hinc passivum κληροῦμαι, et compositum προσκληροῦμαι, est adjungor, quasi sorte lectus. Sic S. Lucas: καί τινες προσεκληρώθησαν τῷ Παύλῳ, et quidam adjuncti sunt Paulo, Act. xvii. 4. Nemo unus, præter novum Philonis editorem Londinensem, vitiosam hanc lectionem, et Græci sermonis munditiei adversam esse, constituit. Vult ergo, προσεκολλήθησαν legi, Oper. T. ii. p. 689. Cur vero? ut habeat, quo Philonem corrigat, qui προσκεκληρωμένων eodem sensu in Legat. ad Cai. p. 1001. utitur: ubi Cod. MS. Mediceus προσκληρουμένων habet. At vero neque hoc, neque illud placet Mangeio, sed ipse dixit, προσκεκλημένων hic legi debere. Verum salva res est. Pura est et casta, eamque ob causam illibata maneat antiqua lectio. Philo alibi idem verbum adhibuit, eod. Libro, p. 1003. C. de Creat. Princ. p. 724. A. L. II. Monarch. p. 827. E. Vid. Præstantissimi viri, P. Wesselingii Epistola ad H. Venemam, de Aquilæ in scriptis Philonis Judæi fragmentis, p. 12. s.

[5] Eandem regulam generalem Cl. Hutchinson suo comprobat calculo, ad Xenoph. Κύρου 'Αναβ. Α'. 36. 2. ubi vox Media ποιήσασθαι, ipso auctore, significat, sibi sive commodo suo facere. Add. Or. in Agesil. p. 61. n. 2. Sic idem, p. 97. προσόδους ποιοῦντα, reditus facientem, nempe alteri, sive, in usum non suum, sed ejus, cui ὑπεύθυνος erat, tanquam τῶν προσόδων ἀναδέκτης (K. Π. p. 557.) non κύριος: de quo si verba fierent: legeremus haud dubie: προσόδους ποιησάμενον. Latini facio adhibent, ut Græci ποιῶ. Nep. in Vita Chabr. 2. Epam. 3. et Horat. 1. Ep. 1. v. 65.

[6] Κακῶς ἐκεῖνος ποιήσει, Demosth. Philip. I. p. 19.

[7] Id est, societatem inter se fecerunt.

[8] Conf. Zosim. Lib. I. c. 25. §. 2. p. 41. pr. ed. Cell. Solet etiam ποιεῖσθαι pro προσποιεῖσθαι, simulare (p. 36. s.) adhiberi, ibid. p. 453. 638.

[9] Thucyd. I. 121. p. 77. δάνεισμα ποιησάμενοι, pecuniam sibi mutuati. Id. I. 132. p. 86. παραποιησάμενος σφραγῖδα, quum sigillum sibi fecisset. Id. III. 33. p. 185. φυγὴν ἐποιεῖτο, in fugam se dedit. Idem I. 130. 84. τὴν μονὴν ποιούμενος, mansionem sibi facere, id est, ipse manet. Joan. xiv. 23. μονὴν ποιήσομεν, quod non tam pure casteque dicitur.

differentia illa, si ex Aristarchis quibusdam quærerem, nescio an aliquid ὑγιὲς responsuri essent. Nimirum σπονδὰς ποιήσασθαι, dicitur de illis, qui fœdus, vel pacem, per libationes, aliaque sacrorum solemnia, inter se sanciunt. Sed σπονδὰς ποιεῖν, est, libationes peragere: quod sacerdotes, sacrifici, aliive sacrorum administri, facere solent. Thucyd. l. 1. c. 87. μάρτυρας μὲν θεοὺς ποιήσομαι, Deos mihi testes faciam, i. e. Deos testabor. Idem lib. 1. c. 57.[1] πόλεμον ποιεῖσθαι, bellum inter se gerere, vel facere. At πόλεμον ποιεῖν τοῖς Ἀμφικτύοσι, apud Demosth. Orat. pro Ctesiph. p. 334. A. est, bellum inter Amphictyonas excitare. Ælian. V. H. 4. 8. de Dionysio Tyranno: τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε: imperium suum amplificavit. Ubi ἐποίησε, posuit pro ἐποιήσατο: quod posterius auribus Atticis, et Thucydideo sermone imbutis, magis placebit.

33. Porro τὸ ποιεῖσθαι, cum ad duos vel plures refertur, interdum significat, inter se aliquid facere: quo referendæ sunt duæ illæ phrases paulo ante memoratæ, ποιεῖσθαι σπονδὰς, et ποιεῖσθαι πόλεμον. Sic apud Herodian. l. 7. c. 4. n. 7. ποιεῖσθαι συνωμοσίαν, Inter se conjurare, vel conspirare. Et apud Ælian. V. H. 4. 1. Διὸ οὐδὲ ποιοῦνται συγγραφήν: i. e. secundum novissimum Editorem et Interpretem: Proinde neque syngrapham faciunt. Sed si vim verbi Medii hic exprimere voluisset, addere saltem debuisset, inter se. Sed hanc speciem sensus reciproci infra pluribus exemplis illustramus. Præterea ποιεῖσθαι, interdum significat, ducere, existimare: quasi dicas, aliquid [in mente] sibi fingere. Thucyd. l. 1. c. 118. τότε οὐκέτι ἀνάσχετον ἐποιοῦντο: Hanc rem non amplius ferendam putabant. Vid. eund. l. 2. c. 21. ubi eadem phrasis occurrit. Sic περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, magni (sibi) aliquid facere, seu, aliquid magnum putare: περὶ ὀλίγου ποιεῖσθαι, etc. Item δεινὸν ποιεῖσθαι, Indignum aliquid ducere, apud Demosth. pro Ctesiph. p. 332. A. et sexcentis aliis in locis. Hujus generis etiam sunt, ποιεῖσθαι μνήμην, mentionem facere: ποιεῖσθαι λόγους,[2] verba facere: ποιεῖσθαι ἐρωτήσεις, quæstiones proponere: apud Ælian. V. H. 3. 19. ποιεῖσθαι ἀπόβασιν, exscensionem facere in terram, apud Thucyd. lib. 2. c. 33. et alibi. In his autem et similibus loquendi generibus, etiamsi τὸ ποιεῖσθαι non videatur habere vim illam reflexivam (fas mihi sit barbaro hoc vocabulo uti) quam verbis Mediis propriam esse diximus; differt tamen a notione verbi Activi. Nam ex. gr. ποιεῖν ἀπόβασιν, foret, efficere ut alii exscendant, sive aliis copiam facere exscendendi: ad quam, ut puto, ambiguitatem evitandam, Thucydides, aliique scriptores (ut Herodian. lib. 3. c. 9. n. 17.) de ipsis exscendentibus non solent dicere, ποιεῖν ἀπόβασιν, sed semper ποιεῖσθαι. Sic ποιεῖν ἐρωτήσεις, dici posset de illo, qui quæstiones, aliis proponendas, scripto mandat, seu oratione metrica componit: (nam τὸ ποιεῖν de Poëtis proprie et κατ' ἐξοχὴν dici constat) quod longe diversum est ab illo sensu, quo accipitur τὸ ποιεῖσθαι ἐρωτήσεις. Idem dictum putet Lector de aliis hujusmodi phrasibus, ut, ποιεῖν, et ποιεῖσθαι μνήμην: ποιεῖν, et ποιεῖσθαι λόγους, etc. de quarum differentia agimus etiam infra, Num. 47. 59. 60. et 61.

34. Ἀμύνειν proprie significat, propulsare, arcere: diciturque vel, Ἀμύνειν τινὸς κακὸν, vel τινὶ κακὸν, propulsare ab aliquo malum. Interdum cum solo Dativo personæ construitur, habetque notionem opitulandi, vel auxiliandi: quasi dicas, propulsando injuriam, alicui auxiliari. Utroque autem sensu ad alterum semper refertur. Thucyd. lib. 1. c. 105. Οἱ Πελοποννήσιοι ἀμύνειν βουλόμενοι Αἰγινήταις. Et c. 120. Ἢν μὴ τοῖς κάτω (i. e. oræ maritimæ accolis) ἀμύνωσι. Et eod. l. c. 50. Δείσαντες (οἱ Ἀθηναῖοι) μὴ αἱ σφέτεραι δέκα νῆες ὀλίγαι ἀμύνειν (τοῖς Κερκυραίοις) ὦσι. Homer. Iliad. Φ. Αἰεί γάρ τοι ἀμύνουσιν Θεοὶ αὐτοί: Semper tibi dii ultro opem ferunt. Plura exempla passim obvia hic omitto. At Medium Ἀμύνομαι, significat, a me vim, vel injuriam, repello, defendo, vel propulso. Thucyd. l. i. c. 123. in fin. Λύουσι τὰς σπονδὰς οὐχ οἱ ἀμυνόμενοι, ἀλλ' οἱ πρότερον ἐπιόντες: Non qui vim illatam a se propulsant. Et cum accusativo ἀμύνεσθαί τινα, aliquem, vel alicujus injuriam a se propulsare. Thucyd. lib. 1. c. 144. Πολέμου δὲ οὐκ ἄρξομεν, ἀρχομένους δὲ ἀμυνούμεθα. Ælian. V. H. 13. 1.[3] de Atalanta: Διώκουσα θηρία, ἢ ἀμυνομένη τινά. Persequens feras, aut quædam a se defendens. Non solum vero ἀμύνεσθαι quis dicitur, dum injuria infertur; sed etiam post injuriam illatam. Posteriore casu τὸ ἀμύνεσθαι significat, ulcisci se, vel injuriam sibi illatam vindicare: ut apud Thucyd. lib. 1. c. 96. πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον. Causa, quæ prætexebatur, erat, ultio injuriarum [a Rege Persiæ] acceptarum. Plura exempla passim obvia sunt.[4] Et quoniam qui ulciscitur, malum malo rependit, hinc τὸ ἀμύνεσθαι, simpliciter interdum accipitur pro, par pari referre,[5] vel, vicem alicui reddere, etiam bono sensu. Thucyd. l. 1. c. 42. Ἀξιούτω τοῖς ὁμοίοις ἡμᾶς ἀμύνεσθαι: Dignum [vel æquum] censeat, parem nobis gratiam referre. Et quoniam pugnando injuria vel vis propulsari solet, hinc idem verbum interdum notionem habet pugnandi, vel dimicandi; eoque sensu, (more scilicet aliorum verborum pugnandi) cum præpos. περὶ et ὑπὲρ construi solet: ut ap. Homer. ἀμύνεσθαι περὶ πάτρης: et Xenoph. ἀμύνεσθαι ὑπὲρ τῶν νεβρῶν.

Verbo Ἀμύνω, et Ἀμύνομαι, significatione fere respondet verbum Τιμωρῶ, et Τιμωροῦμαι: unde quæ de priore dicta sunt, etiam posteriori accommodari possunt.

35. Στέλλω, mitto alterum: Στέλλομαι, mitto me: i. e. eo, proficiscor, venio: diciturque tam de itinere terrestri, quam maritimo: uti στόλος denotat tam expeditionem terrestrem, quam navalem. Eurip. Troad. v. 1264. Στελλώμεθ' οἴκαδε ἄσμενοι Τροίας ἄπο: Proficiscamur libentes domum a Troja. Ælian. V. H. 14. 17. Σωκράτης ἔλεγεν, δι' αὐτὸν Ἀρχέλαον μηδένα εἰς Μακεδονίαν στέλλεσθαι: Propter ipsum Archelaum neminem in Macedoniam proficisci. Vid. eundem lib. 8. c. 5. Frequentissime autem hoc sensu usurpatur ἐστάλην: quod quamvis sit Aor. 2. Passivi, significationem tamen habet Mediam;[6] ut et multa alia verba Passiva: qualia sunt, ἀντιπεποίημαι, ἀντιποιηθεὶς, μεταπεποίημαι, πεφόβημαι, πεπαιωθεὶς, ἐπιδεδειγμένος, ἐκκεκομισμένος, (qui sua exportavit, apud Thucyd. l. 2. c. 78.) προσενηνεγμένος (qui se gessit, vel præbuit, apud Demosth. Orat. de Pace in fin.) et alia. Eurip. Androm. v. 250. Ἐκεῖνο λέξον, οὗπερ οὕνεκ' ἐστάλην:—Cujus gratia huc veni. Schol. recte, οὕτινος χάριν παρεγενόμην. Hermione enim, quæ ibi loquitur, a nemine missa erat, sed sponte sua venerat in fanum Thetidis, ut Andromachen, insidias et minas ejus fugientem, inde abstraheret. Idem Med. v. 668. Τί δ' ὀμφαλὸν γῆς θεσπιῳδὸν ἐστάλης; pro εἰς ὀμφαλὸν. Quare vero ad umbilicum terræ, ubi oracula redduntur (i. e. Delphos) profectus es? Alloquitur ibi Medea Ægeum, Regem Atheniensium, qui ab Oraculo Delphico (quo nullius jussu, sed sponte sua profectus fuerat) redux, Corinthum, ubi tunc Medea versabatur, appulerat. Neque Poetæ solum, sed et scriptores pedestres sic loquuntur: ut Lucian. in Timon. p. 164. Ed. Amstel. Σοῦ δ' αὐτοῦ χάριν ἐστάλην: Tua ipsius gratia huc veni. Obiter hic notandum est, Heliodorum Æthiop. lib. 2. c. 26. pro στέλλεσθαι (quatenus nempe significat, ire, proficisci) minus eleganter, et nescio an satis Græce, dixisse, στέλλειν ἑαυτόν.[7] Sic enim ait: Πυνθανόμενος δὲ εἶναί τινα Δελφοὺς

[1] III. 66. p. 221. τὸν πόλεμον ἐποιοῦντο, bellum inter se gerebant. Conf. I. 87. p. 58.

[2] Demosth. Olynth. 1. p. 54. Olynth. 2. p. 78. 80. et alibi. S. Lucas hanc Atticam quoque venustatem ante oculos positam habuit, Act. i. 1. Τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποιησάμην.

[3] Add. 1. 14. ἀμύνασθαι, injuriam a se propulsare.

[4] Diogen. II. S. 23. καὶ τηρῶν ἀμύνασθαι εἴ τις εἰ ἐπέλθοι, Socrates animum advertebat, ut se ulcisceretur, si quis ipsum invasisset.

[5] Hesych.: Ἀμυνοῦ ἀνταποδώσει, p. 287. ed. nov. Verum Ἀμυνεῖται legendum est in forma Media. Namque Activum Ἀμύνω nunquam significat ἀνταποδοῦναι. Hesych. paulo ante: Ἀμύνειν, ἀποδίδων. Hac vero ratione syllaba ται omissa fuit, ut in loco Demosth. quem Kusterus supra (p. 24.) correxit. At vis et usus verbi hujus Græci Atticus istam exigit emendationem.

[6] Ita ἐκρύβη, condidit se. Homerus de sole: Δύσετο δ' ἥλιος, in Batrachomyom. v. 293. ubi Gloss. exp. ἔδυσατο, ἐκρίβη. Verum recte mavult ἐκρύβη Cl. Mich. Maittaire, in Annotat. p. 51. ed. Londin. Sic enim Virgil. Georg. L. i. v. 438. Sol se condit in undas. Homerus ibid. v. 293. dixit ἐς δὲ φυγὴν ἐτράποντο, in fugam se verterunt, dederunt. (p. 17.) Sed et ὁ passive: Jer. xlix. 24. ἀπεστράφη εἰς φυγήν.

[7] Interdum verba Activa, cum pronomine reciproco posita, quæ dura esse prima quidem specie videntur, elegantiam habent. Sext. Empir. adv. Ethic. Sect. 100. 107. εἰς ἀναίρεσιν ἑαυτοὺς ἐπιδιδόντες, qui se ad mortem ipsi offerunt. Jo. Chrysost. de Sacerdot. §. 216. (L. 3. c. 9.) p. 122. τοσαύτης αὐταῖς μετέδωκαν παῤῥησίας, mulieres tantum sibi indulserunt confidentiæ. Idem §. 227. ἐκβάλλων

Ἑλληνίδα πόλιν, ἔστελλον εἰς ταύτην ἐμαυτόν—eo me contuli. Sed quicquid sit; apparet saltem ex hoc loco, τὸ στέλλεσθαι, in Medio, idem esse, quod στέλλειν ἑαυτόν.

36. Ad hanc Classem etiam referenda sunt verba Media, quorum vis exprimenda est per, se invicem; inter se, vel adversus se invicem: quando nimirum Actio et Passio ab utraque parte est reciproca: veluti si dicas, inter se dividere, inter se contendere, etc. Hujus generis verbum est, νέμεσθαι, quod notat, inter se dividere, vel partiri (quo sensu etiam usurpatur verbum μερίσασθαι) ab Activo Νέμω, tribuo, distribuo, partior, assigno. Demosth. adv. Olymp. p. 694. C. Ἐνειμάμεθα τὸ ἴσον ἑκάτερος τῆς φανερᾶς οὐσίας. Partiti inter nos sumus ex æquo bona [Cononis] manifesta: i. e. immobilia, ut vulgo vocantur. Et paulo post: Διενειμάμεθα τὴν Κόνωνος οὐσίαν: Inter nos divisimus Cononis bona. Herodian. lib. 4. c. 3. n. 10. de filiis Severi, Caracalla et Geta: ἔδοξεν αὐτοῖς νείμασθαι τὴν ἀρχήν. Visum ipsis fuit dividere inter se imperium. Æschin. contra Ctesiphont. sub fin. Ὥσπερ ἐκ τῶν ἐράνων τὰ περιόντα νειμάμενοι: i. e. interprete Wolfio: Sed tanquam de collectis, iis, quæ supersunt, distributis. Quasi esset Activum, νείμαντες. Tu verte: Tanquam reliqua de symbolis (vel collatitia pecunia) inter vos partiti. Demosth. advers. Mid. p. 413. B. Ἐμὲ οἴεσθ' ὑμῖν εἰσοίσειν, ὑμεῖς δὲ νεμεῖσθαι; An putatis, me vobis contributurum pecuniam; vos autem eam inter vos partituros esse? Wolfius minus proprie et accurate, fruituros esse. Thucyd. l. 2. c. 17. Τὰ μακρὰ τείχη ᾤκησαν κατανειμάμενοι, ubi interpres recte, eos [muros] inter se partiti. Hinc ergo satis apparet, falli Henr. Steph. qui in Thesauro suo tradit, νείμασθαι, in Medio, interdum Active poni, pro dividere, partiri: quasi nulla inter ea esset differentia. Atqui, ὁ νέμων, in Activo, aliis simpliciter aliquid distribuit, nulla ad ipsum portione redeunte: at ὁ νεμόμενος, in Medio, ipse portionem ex distributione, vel partitione accipit. Hinc νέμεσθαι interdum verti potest, ex distributione portionem accipere. Hoc sensu verbum νείμασθαι clare accipitur apud Demosth. Orat. 1. adversus Stephan. p. 617. ubi Orator ait: Ἃ δὲ τῶν πατρῴων ἐνειμάμην ἐγώ, ταῦτα λογίζεται. Quæ Wolfius recte sic Latine reddidit: Quæ autem e patrimonii partitione accepi, etc. Idem Olynth. 3. sub fin. Καὶ ταῦτα, ἃ νῦν ὑμεῖς νέμεσθε: i. e. ὧν νῦν ὑμεῖς μέρος λαμβάνετε: qua phrasi ipse Orator in eadem re paulo post utitur. Loquitur ibi autem de pecunia θεωρικῇ, quæ inter singulos cives Athenienses, pauperiores saltem, distribuebatur. Et quoniam ea, quæ, partitione seu distributione facta, nobis obvenerunt, pro nostris deinceps possidemus, incolimus, vel inhabitamus, hinc factum, ut νέμεσθαι, interdum (ex consequenti nimirum) ponatur, pro possidere, incolere, inhabitare, etc. Thucyd. lib. 2. c. 30. Καὶ παραδιδόασι Παλιρεῦσι τὴν γῆν καὶ πόλιν νέμεσθαι. Et cap. 27. ejusd. lib. τοῖς Αἰγινήταις οἱ Λακεδαιμόνιοι ἔδοσαν Θυρέαν οἰκεῖν, καὶ τὴν γῆν νέμεσθαι: i. e. Dederunt eis terram incolendam: vel etiam proprie, inter se dividendam. Et lib. 1. c. 84. Ἐλευθέραν πόλιν νεμόμεθα: Liberam urbem incolimus. Et lib. 2. c. 72. Ἡσυχίαν ἄγετε, νεμόμενοι τὰ ὑμέτερα αὐτῶν, i. e. incolentes, vel possidentes. De pecoribus etiam dicitur νέμεσθαι, sensu pascendi; quod inde est, quia ea, quæ possidemus, etiam in usum nostrum vertimus, seu iis fruimur. Vel (quod verius puto) νέμεσθαι πεδία, λειμῶνας, etc. cum de pecoribus dicitur, proprie significat, incolere campos, seu in iis versari: quo sensu accipitur apud Aristotel. de Histor. Animal. lib. 9. c. 18. ubi de ave ἐρωδιῷ inquit: Νέμεται δὲ ἕλη, καὶ λίμνας, καὶ πεδία, καὶ λειμῶνας: i. e. in illis degit, versatur: seu, lacus, campos, et prata celebrat. Quoniam autem animantia iis in locis, ubi degunt, seu versantur, etiam pascuntur, hinc notio pascendi verbo νέμεσθαι quoque contributa est.

37. Διαλέγεσθαι, inter se colloqui;[1] sive invicem dare et accipere sermones. Sic βουλεύεσθαι, inter se conferre consilia: seu deliberare, consultare inter se: cum nempe de pluribus dicitur. At de uno cum dicitur, significat, secum deliberare, vel consultare: uti λογίζεσθαι, secum reputare: ἐνθυμεῖσθαι, secum cogitare, etc. Ejusdem indolis etiam est verbum κοινολογεῖσθαι, quod significat, per sermones secum invicem aliquid communicare.

38. Διαλύεσθαι, in Medio, dicitur de illis, qui de lite inter se decidunt et transigunt. Proprie est, se invicem solvere; seu vincula quasi litis, quibus homines impediti et constricti teneri solent, inter se dissolvere. At διαλύειν, in Activo, est, alios lite exsolvere, seu litem aliorum dirimere, Thucyd. lib. 3. cap. 83. Οὐ γὰρ ἦν ὁ διαλύσων. Quod Scholiastes recte exponit, ὁ φιλιώσων. Demosth. I. adv. Onet. haud procul a princ. Διαλύειν ἡμᾶς Ὀνήτωρ οὐκ ἐπεχείρησεν. Quod Wolf. recte vertit: Dirimere controversiam inter nos Onetor non instituit. Sed διαλύσασθαι, ut diximus, aliud est. Theophr. de Charact. c. 12. de homine præpostere omnia agente: Πρὼν διαίτῃ, συγκρούει, ἀμφοτέρων βουλομένων διαλύεσθαι. Quod Casaub. interpretatur: Captus arbiter, duos litigantes, quorum uterque rem transigi optat, inter se committet. Ælian. V. H. 12. 3. Συνεβούλευσε διαλύσασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους: Suasit, ut pacem facerent cum hostibus. Et cum præpos. περί, apud Thucyd. lib. 1. c. 145. Δίκῃ διαλύεσθαι περὶ τῶν ἐγκλημάτων: [non armis, sed] jure de expostulationibus mutuis decidere. Et cum Accusativo, διαλύεσθαι ἐγκλήματα, apud Thucyd. l. 1. c. 140. Διαλύεσθαι ἔχθραν, Ælian. V. H. 1. 24. Διαλύεσθαι νεῖκος, Eurip. Orest. v. 1679. Διαλύεσθαι πόλεμον, Bellum pace dissolvere, seu pacem cum hoste facere. Demosth. Philip. 1. p. 16. B. Ἕως ἂν διαλυσώμεθα τὸν πόλεμον.[2] Nimirum διαλῦσαι πόλεμον, in Activo, dicitur de illis, qui bellum alienum, non proprium dissolvunt; seu inter duos belligerantes, ipsi belli expertes, pacem conciliant: at διαλύσασθαι πόλεμον dicuntur illi, qui bellum proprium inter se dissolvunt, seu inter se pacem faciunt. Hæc tamen differentia, quamvis certa, neque parvi momenti, perpetuo ab Henr. Steph. aliisque confunditur.

39. Eadem est ratio verbi cognati Καταλύω, et καταλύομαι. Nam καταλύεσθαι, in Medio, absolute positum, interdum significat de lite transigere, seu litem mutuo consensu dirimere, vel componere. Vid. Thucyd. lib. 1. c. 81. et lib. 5. c. 15. et 17. Et καταλύσασθαι πόλεμον, cum Accusativo, apud Dion. Halicarn. l. 8. c. 47. eodem sensu, quo διαλύσασθαι. At καταλῦσαι πόλεμον, in Activo, alienum bellum dissolvere, apud Thucyd. l. 1. c. 24. et 82. et lib. 2. cap. 29. sub fin. et alibi.[3] Apud Eund. lib. 5. c. 47. καταλύειν πόλεμον, dicitur de belli communis (quod scilicet partim proprium est, partim alienum) dissolutione. Sic διαλλάττεσθαι, in Medio, sibi mutuo reconciliari: at διαλλάξαι, alios inter se reconciliare: ut apud Xenoph. Ἑλλην. lib. 4. p. 541. A. Ἀλλήλοις μὲν διήλλαξεν αὐτούς. Θέσθαι φιλίαν (non θεῖναι) amicitiam cum aliquo, vel inter se facere. (Vide Ælian. V. H. 12. 3.) Συνθέσθαι, inter se pacisci, seu pactionem inter se inire: (quo sensu Activum συνθεῖναι nunquam usurpatur.) Ἐπιδιατίθεσθαι, (vid. Harpocrat. h. v.), Σπένδεσθαι, libando pacisci, seu fœdus, societatem, etc. libando cum aliquo, vel inter se inire: quo sensu Activum σπένδω (quod simpliciter tantum notat, diis libare) apud nullum idoneum scriptorem me legisse memini. Sic σπονδοποιεῖσθαι, itidem in Medio, fœdus inter se facere, sive inire: idem nempe, quod σπονδὰς ποιεῖσθαι, vel σπονδὰς σπένδεσθαι.

ἑαυτόν. Sic Cabasiris a Kustero reprehendi minime debuit, quod ἔστελλον ἐμαυτὸν dicat. Is enim crimen, quod admiserat, voluntario ultus exilio, his apte verbis utitur: ego, me puniens, me, puniendum exilio, ipse misi in hanc urbem. Lucian. iii. Dial. Merc. x. 307. ὑποκλέψας ἐμαυτόν, Me clam suffuratus, hatte mich heimlich weggestohlen.

[1] Hanc vocem accurate atque in loco usurpavit Historicus a Deo actus et eruditus, res gestas S. Pauli, oratoris Domini, in urbe Atheniensium, narrans, maximeque rationem, qua Christianam religionem ibidem enuntiavit, describens: διελέγετο, Act. xvii. 17. Pertinet etenim ista vox ad formulas proprias et solemnes, quas de simplicioribus colloquiis, quæ inter se instituebant philosophi, adhibere Attici solebant. Notæ sunt philosophorum et sophistarum διαλέξεις, quæ ab ἐπιδείξεσι et μελέταις, quas λόγους generatim appellant, magno erant intervallo disjunctæ. Nimirum hæ ad pompam et eloquentiæ laudem aucupandam unice comparatæ erant. At vero διαλέξεις simpliciores nominabantur disputationes, quibus veritas magis, et vis demonstrandi, quam comta ornataque oratio, spectabatur. Ejusmodi διαλέξεις erant philosophorum propriæ. Semper utitur hac voce Philostratus, ad designanda Apollonio ἐσπουδασμένα, ut 4. 6. ὑπὲρ ἱερῶν διαλέξασθαι. Huc pertinent Epicteti διαλέξεις, quas Arrianus servavit, et, quibus nihil tersius elegantiusque fieri potest, Maximi Tyrii διαλέξεις, quæ et orationis σαφηνείᾳ ornatæ sunt, et magna demonstrandi virtute valent. Perspicuum ex his erit, quales Paulinæ fuerint διαλέξεις.

[2] Vetusta σχόλια hoc non exprimunt discrimen. Exhibent enim τὸ λῦσαι τὸν πόλεμον, p. 17. ed. Cantab. ac si hæc φράσις, et altera, διαλύσασθαι τὸν πόλεμον, ἰσοδύναμα forent.

[3] Conf. Xenoph. de Exped. Cyri, 1. 6. ubi utraque adducitur; sed Cl. Hutchinson discrimen hoc minime habuit ante oculos.

40. Ob eandem rationem (ob actionem scilicet et passionem ab utraque parte reciprocam) verba pugnandi, contendendi, certandi, etc. fere sunt Formæ Mediæ: ut, *μάχεσθαι*,[1] *ἀγωνίζεσθαι, πληκτίζεσθαι, διαπληκτίζεσθαι, ἁμιλλᾶσθαι, μάρνασθαι, ἀμύνεσθαι, κρίνεσθαι, ἀκροβολίζεσθαι, διαξιφίζεσθαι, διαδορατίζεσθαι, διαδικάζεσθαι, διακοντίζεσθαι*, (jaculando certare) Xenoph. de Inst. Cyr. l. 1. p. 14. *διατοξεύεσθαι* (sagittando certare) apud Xenoph. ibid. De duobus posterioribus verbis obiter notandum, utrumque extra compositionem active tantum usurpari, et simpliciter significare, illud, jaculari, hoc sagittare; sine certamine scilicet. Unde colligere licet, dictis verbis pugnandi et certandi Formam Mediam non temere attributam fuisse.

41. Neque quisquam mihi hic objiciat, non omnia verba pugnandi, certandi, etc. esse Media, sed quædam etiam Activa; ut *πολεμέω, ἐρίζω*, (quamvis etiam dicatur *ἐρίζομαι*) *διαπαλαίω, πυκτεύω, πυγμαχέω, ἀψιμαχέω, φιλονεικέω*, et si qua sunt alia. Nam primum, plura sunt Media, quam Activa. Deinde notandum est, verba Media pugnandi, certandi, etc. habere notionem bilateralem, (ut sic loqui mihi liceat), at Activa unilateralem tantum. Sic ex. gr. cum Græci dicunt *πολεμεῖν*; grammatico sensu ad unum tantum belligerantem respiciunt: at, cum dicunt, *μάχεσθαι, ἀγωνίζεσθαι*, etc. utriusque partis pugnam, vel certamen designant. Licuit autem Græcis, negotiorum ejusmodi bilateralium, nunc utramque partem, per verbum Medium; nunc alteram tantum, per verbum Activum exprimere.

42. Ceterum ad verba contendendi et litigandi pertinent etiam sequentia: *Διαφέρεσθαι, φιλοτιμεῖσθαι, διατείνεσθαι, λοιδορεῖσθαι*. De ultimo verbo pauca hic addemus. *Λοιδορεῖν*, in Activo, est, jurgio alterum incessere, seu maledicta et convicia alteri ingerere: *Λοιδορεῖσθαι* autem, mutuis maledictis et conviciis se proscindere, seu jurgio inter se contendere. Aristoph. Nub. v. 62. *Περὶ τοὐνόματος δὴ ταῦτ' ἐλοιδορούμεθα.* De nomine tale inter nos intercessit jurgium. Ubi si ponas Activum *ἐλοιδοροῦμεν*, sensus hic erit: De nomine, (seu ad nomen quod attinet) alios jurgio et conviciis insectabamur. Quæ sententia a priore longe diversa est. Et in ead. fab. v. 1357. *ὅθεν γε τὸ πρῶτον ἠρξάμεσθα λοιδορεῖσθαι, Ἐγὼ φράσω*: Unde primum inter nos verbis et maledictis contendere cœperimus, dicam. Et in Ran. v. 881. *λοιδορεῖσθαι δ' οὐ πρέπει Ἄνδρας ποιητὰς, ὥσπερ ἀρτοπώλιδας*: Non decet Poëtas mutuis conviciis se insectari, ut, quæ panes vendunt mulieres. Hesych. *Κυριβάζεσθαι, λοιδορεῖσθαι, διαμάχεσθαι.* Et in constructione adsciscit Dativum; secus ac Activum *λοιδορεῖν*, quod cum Accusativo construitur: cujus quidem diversitatis ratio (de qua Grammatici omnes altum silent) ex superioribus facile intelligi potest. Verba enim contendendi et litigandi Dativum adsciscere solent: in quorum numero quum sit verbum Medium *λοιδορεῖσθαι*, non mirum est, id constructionem quoque illorum imitari. Aristoph. Equit. v. 1397. *Μεθύων τε ταῖς πόρναισι λοιδορήσεται*: Scortis dicet convicia. In mutuo scilicet jurgio. Et sic alibi passim.

43. Quamvis autem verbum *λοιδορεῖσθαι* proprie id, quod diximus, significet; sæpe tamen notione unilaterali accipitur pro, alteri maledicere: quo sensu a natura verborum Mediorum degenerat, nec ab Activo *λοιδορεῖν* quicquam differt, præterquam constructione. Aristoph. Eccles. v. 248. *Ἀτὰρ ἢν Κέφαλός σοι λοιδορῆται.* Sed si Cephalus maledictis te aggrediatur. Plutarch. *περὶ παιδ. ἀγωγ.* in princ. *Τοῖς ἐλέγχειν καὶ λοιδορεῖσθαι βουλομένοις.* Plura exempla passim occurrunt. Hinc autem apparet, pro *λοιδορεῖν* quidem posse adhiberi *λοιδορεῖσθαι*: sed non contra, *τὸ λοιδορεῖν* semper posse fungi vice *τοῦ λοιδορεῖσθαι.*

44. Verba repellendi, rejiciendi, repudiandi, deponendi, etc.[2] solent esse Media: ut *ἀπώσασθαι, ἀποτρέψασθαι, ἀποτρίψασθαι, ἀπερείσασθαι, ἀποποιήσασθαι, ἀποπέμψασθαι, ἀποσκευάσασθαι, ἀποδιοπομπήσασθαι, ἀποβάλλεσθαι, ἀποκρούσασθαι, ἀποσείσασθαι, ἀποφορτίσασθαι, προβάλλεσθαι, θέσθαι, ἀποθέσθαι, καταθέσθαι, προέσθαι*, etc. quorum vis Media exprimenda est per Latinum illud, a se. Thucyd. lib. i. c. 18. *Κοινῇ ἀπωσάμενοι τὸν βάρβαρον.* Et cap. 32. *καταμόνας ἀπεωσάμεθα Κορινθίους.* Demosth. Olynth. 1. *Ἵνα τὴν ἀδοξίαν ἀποτριψώμεθα.* Theocr. Idyll. XI. v. 19. *Τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ*; Quare amantem respuis? Pollux lib. I. c. i. sect. 28. ubi agit de verbis avertendi et averruncandi: *Ἄγος ἀποπέμψασθαι, μύσος ἀπολύσασθαι, ἀποτρίψασθαι* (an potius *ἀποτρέψασθαι*) *ἀποδιοπομπήσασθαι.* Sic *ἀποπέμψασθαι γυναῖκα*, repudiare uxorem, vel divortium cum uxore facere: *προέσθαι τὰ πράγματα*, res quasi a se projicere, vel abjicere, i. e. negligere. *Ἀποθέσθαι ἔχθραν, ὀργὴν, ἀρχὴν*, etc. deponere inimicitiam, iram, imperium, etc. *Καταθέσθαι τὸ ἱμάτιον*, deponere pallium: *Θέσθαι πόλεμον*, bellum deponere, apud Thucyd. lib. i. c. 82. in fin. ubi simplex ponitur pro composito *καταθέσθαι*, vel *ἀποθέσθαι.* Eadem autem phrasis, ut obiter hoc moneam, interdum notat, bellum suscipere, seu inferre: cujus significationis ratio exponitur supra Num. 25. Ceterum dicta Verba in Activo diversum plerumque sensum habent. Nam ex. gr. *θεῖναι πόλεμον*, foret, bellum alicui creare, quomodo *θεῖναι ἄλγεα*, apud Homer. Il. A. v. 2. dolores alicui creare.

45. *Ἀπωθεῖν*, in Activo, tria significare potest: 1. A se aliquid trudere, vel repellere; sensu nempe proprio: nam sensu metaphorico video tantum usurpari Medium *ἀπώσασθαι*; ut *ἀπώσασθαι δέησιν, δωρεὰν, φιλίαν*, etc. 2. A se repulsum in alterum amovere. 3. Ab altero aliquid repellere. Quod ad primam significationem attinet, nihil interesse videtur, utrum Activum, an Medium usurpetur: nam promiscue utrumque verbum illo sensu usurpari video. Demosth. Olynth. 2. p. 8. A. de Philippo Rege: *Τούτους* [*τοὺς ἄνδρας*] *πάντας ἀπωθεῖν αὐτὸν ἔφη.* Hos omnes a se repellere vel summovere dixit. Ælian. V. H. 12. 22. *πρῶτον μὲν λίθον ἕλκει πρὸς ἑαυτόν· εἶτα ἀπωθεῖ.* Ubi etiam dici poterat *ἀπωθεῖται.* Et nescio sane, annon ibi sic scriptum fuerit; præsertim quum proxime sequatur *καί.* Videtur enim illud *ται*, inter duas syllabas affinis soni, *θεῖ*, et *καὶ*, facile excidere, vel absorberi potuisse.[3] Herodian. 1. 12. 18. *Οἱ ἵπποι τοὺς ἐπιβάτας ἀπωθοῦντο.* Equi sessores excutiebant. Ubi vides, Medium proprie adhiberi de repulsione vel excussione rei corporeæ. Secundæ significationis, quam verbo Activo *ἀπωθεῖν* tribuimus, exemplum habes apud Demosth. Olynth. 1. sub fin. ubi Orator ait: *Δεῖ ἅπαντας βοηθεῖν, καὶ ἀπωθεῖν ἐκεῖσε τὸν πόλεμον*, i. e. bellum a nobis repulsum in Philippum avertere. Sed hac significatione nescio an Verbum Medium *ἀπώσασθαι* usurpare liceat. Nam in memorato loco Demosthenis duplex est verbi Activi *ἀπωθεῖν* (ut grammatice loquar) transitio: prima, in rem, quæ repellitur: altera, in personam, vel locum, in quem res repulsa avertitur: quarum notionum posterior a verbo *ἀπώσασθαι* aliena esse videtur. Tertiæ significationis exemplum foret, si quis diceret, *ἀπέωσα αὐτοῦ ἐπιφερόμενον λέοντα, κύνα*, etc. in quibus loquendi generibus itidem adhibere non liceret Medium *ἀπώσασθαι.* Recte autem quis a rebus propriis, (ut bonis suis, parentibus, liberis, patria, etc.) dicetur *ἀπώσασθαι κίνδυνον, πόλεμον, κακὸν*, etc. Nam malum, quod quis a rebus suis propulsat, a se quoque propulsare putandus est. Sed longum foret, cetera quoque hujus generis Verba Media, supra a nobis memorata, ad eundem modum cum Activis conferre, et, quomodo inter se differant, hoc loco accuratius ostendere. Quare ipse Lector, si lubet, in eo, quod reliquum est, industriam et acumen suum exerceat. Nam nobis satis est, digitos quasi ad fontes intendisse.

46. Quæ autem de Verbis Mediis Reciprocæ significationis hactenus dixi, non ita accipi velim, quasi Verbis Mediis uti liceret, ubicunque est sensus reciprocus. Nam sæpe id facere non licet, volente sic et jubente usu, penes quem est jus et norma loquendi. Sic ex. gr. quamvis Græci dicant, *ἀπάγξασθαι*, pro strangulare se vel suspendere se, non tamen ad eandem formam pro, occidere se, dicere solent, *ἀποσφάξασθαι*, vel *ἀποκτείνασθαι*: sed *ἀποσφάξαι ἑαυτὸν*, vel *ἀποκτείνειν ἑαυτόν*: seu, ut magis Attice dicam, *ἀποκτιννύειν ἑαυτόν*: qua phrasi usus est Plato in Phædone, p. 377. E. Quare usus hic consulendus, neque sine eo temere quidquam hac in re statuendum est.

[1] Sic Plato, de republ. 4. p. 446. B. *τὸ μάχεσθαι* de pugna unius pugilis adversus duos pugnantis adhibet.

[2] Horum exempla in Thucyd. Xenoph. Demosth. atque in aliis spectatæ fidei scriptoribus, quædam vero etiam in divinis N. T. tabulis invenies. Eleganter Thucyd. 1. 121. 77. *καταθησόμεθα αὐτὸν* [*πόλεμον*] *ἐν καιρῷ*, deponemus ipsum bellum opportune.

[3] Vid. supra similia exempla, p. 58.

47. Præterea dantur Verba quædam Media, in rem transeuntia, quorum differentia a Verbis Activis non tam aperte in oculos incurrit, quam eorum, de quibus hactenus egimus. Intelligo hic autem ea Verba Media, quorum significatio mixta, seu reciproca, debilior est quam ceterorum; utpote in eo tantum consistens, quod quis non in alieno, sed proprio negotio aliquid agat. Hujus generis verba sunt, διαλύσασθαι, et καταλύσασθαι, quando in rem transeunt. Nam ex. gr. διαλύσασθαι, et καταλύσασθαι πόλεμον, est, proprium bellum dissolvere, seu pacem cum hoste suo facere; ut jam supra Num. 38. et 39. docuimus; at διαλῦσαι, et καταλῦσαι πόλεμον, est, bellum alienum dissolvere, seu, pacem inter duos belligerantes facere. Ælian. V. H. 1. 21. Πάντα κατεπράξατο, ὅσα ἠβουλήθη. Omnia ex sententia confecit. In suo nempe negotio, seu, pro se. Nam κατέπραξεν, potius foret, pro alio confecit: ut apud Xenoph. lib. 7. Ἀναβ. p. 420. C. Οἱ ταῦτα ὑμῖν καταπράξαντες. Et apud Eund. Ἑλλην. lib. 4. pag. 540. E. Ἐνόμισε καταπρᾶξαι ἄν τι τῇ πόλει ἀγαθόν. Potest ceteroqui τὸ καταπράττειν etiam dici de eo, qui sibi vel pro se aliquid conficit: ut apud eund. Xenoph. de Inst. Cyr. l. 7. p. 198. C. et 199. B. et 201. B. Eodem pertinent phrases illæ, ποιήσασθαι εἰρήνην, ποιήσασθαι πόλιν ἰσχυρὰν, ποιήσασθαι ταφὰς, ποιήσασθαι ἀπόβασιν, etc. de quibus egimus supra in Verbo ποιέω, Num. 32. Thucyd. lib. 1. c. 13. Ἡ Ἑλλὰς τὰ ναυτικὰ ἐξηρτύετο. Et eod. l. c. 121. Ναυτικόν τε ἐξαρτυσόμεθα. Ubi (ut et pluribus aliis in locis apud eundem scriptorem) τὸ ἐξαρτύεσθαι semper refertur ad propriæ, non alienæ, classis instructionem. Xenoph. in Vit. Agesil. sub fin. Τοῦ μὲν σώματος εἰκόνα στήσασθαι ἀπέσχετο. A corporis sui simulacro statuendo abstinebat. Thucyd. lib. 1. cap. 25. princ. Ἐν ἀπόρῳ εἴχοντο τὸ παρὸν θέσθαι: Non reperiebant, qua ratione rebus suis in præsens consulerent. Eurip. Hippol. v. 709. Ἐγὼ τἀμὰ θήσομαι καλῶς: Ego res meas recte ordinabo. At idem in ead. Fab. v. 521. Ταῦτ' ἐγὼ θήσω καλῶς. Ubi nutrix res Phædræ, non suas, recte se curaturam dicit. Sic Xenoph. in Vit. Agesil. in fin. Ἀεὶ δὲ τιθεὶς τὰ τῶν φίλων ἀσφαλῶς. Semper vero amicorum res in tuto locans, vel stabiliens.

48. Pariter διαθέσθαι dicitur, qui res suas ordinat; et specialiter, qui testamentum [de bonis suis] facit: item qui sua vendit (quo sensu ei respondet Anglorum *dispose*) ut apud Xenoph. l. 7. Ἀναβ. p. 403.[1] et Ἑλλην. lib. 4. p. 540. C. Demosth. Olynth. 2. p. 8. A.[2] et alibi. At διαθεῖναι τὰ πράγματα, res aliorum ordinare, vel administrare. Thucyd. lib. 1. c. 126. Ἐπιτρέψαντες τοῖς ἐννέα ἄρχουσι τὴν φυλακὴν, καὶ τὸ πᾶν διαθεῖναι: Commissa novem Archontibus cura, custodiam Urbis, omnesque alias res [publicas nimirum, non suas, seu privatas] ordinandi vel administrandi.

49. Æschin. contr. Ctesiph. pag. 279. B. Παρέξονται νόμον οὐδὲν προσήκοντα, Legem [pro se, vel pro causa sua] proferent, a re prorsus alienam. Et mox: Νόμον, ὃν νῦν ἐγὼ παρέχομαι, legem quam nunc pro me cito. Et paulo post: Ἐγὼ δὲ πρὸς τὰς τούτων τέχνας παρέξομαι συνηγόρους τοὺς νόμους. Ubi παρέξομαι, est ad defensionem causæ meæ producam. Nam falleretur utique, qui putaret, Verbum illud Medium hic simpliciter idem significare, ac Activum παρέχω. Idem Æschin. in Timarch. p. 187. C. Ἀγοραῖα τεκμήρια παρεχόμενος: pro se adducens, vel proferens. Sic παρέχεσθαι μάρτυρας dicitur, qui in causa propria testes producit. Plato in Apolog. Socr. p. 366. A. Ὧν τινα ἐχρῆν ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ παρέχεσθαι Μέλιτον μάρτυρα· εἰ δὲ τότε ἐπελάθετο, νῦν παρασχέσθω. Æschin. in Timarch. p. 188. B. εἰ τὸν Θεὸν μάρτυρα παρέχομαι. Et proxime ante: Εἰ μὲν μάρτυρας παρειχόμην. Et pag. seq. A. Μαρτυρίας φησὶ παρέξεσθαι. Demosth. in Aphob. 1. pag. 554. A. Καὶ καθ' ἕκαστον μάρτυρας παρασχέσθαι ἀξιοῦτε. Ceterum sunt alia loquendi genera, in quibus τὸ παρέχομαι non est Verbum vere Medium, sed potius, Medio-Activum: ut apud Xenoph. in Hierone, sub princip. Εἰ τὰ ἐν τῷ γρηγορέναι σαφεστέρας ἡμῖν τὰς αἰσθήσεις παρέχεται. Si ea, quæ vigilantibus nobis accidunt, sensus nostros fortius afficiunt. Sic παρέχεσθαι, pro efficere, vel reddere, est Verbum Medio-Activum: ut apud Plutarch. de Aud. Poet. p. 24. C. Ἡ ἀρετὴ ἔμφρονας παρέχεται καὶ δικαίους: Virtus [homines] reddit prudentes et justos. Hinc non mirum est, Activum παρέχειν eodem sensu quoque usurpari: ut apud laudatum Plutarch. eod. lib. p. 28. D. Ταῦτα μὲν οὖν ἀβλαβῆ παρέξει τὴν τῶν ποιημάτων ἀκρόασιν.[3] Sed redeo ad usum Verborum Mediorum.

50. Thucyd. lib. 2. cap. 24. princ. Οἱ Ἀθηναῖοι φυλακὰς κατεστήσαντο κατὰ γῆν, καὶ κατὰ θάλασσαν. Pro se, vel sibi constituerunt. Et eod. cap. Ἔδοξεν αὐτοῖς ἀπὸ τῶν ἐν τῇ ἀκροπόλει χρημάτων χίλια τάλαντα θέσθαι. Ubi θέσθαι est, in suum usum reponere. Aliud θεῖναι, et καταθεῖναι. Demosth. adv. Timocr. p. 463. lin. ult. Δραχμὴν οὐ κατέθεσαν ὑμῖν, i. e. vobis persolverunt, vel numerarunt. Sic, Ἀΐδιον δόξαν καταθέσθαι, apud Thucyd. lib. 4. c. 87. in fin. proprie est, Immortalem gloriam [apud alios] sibi deponere, i. e. gloriam immortalem sibi comparare.

51. Pariter, εἰσκομίσασθαι, ἐκκομίσασθαι, et διακομίσασθαι, apud Thucyd. semper dicuntur illi, qui res suas, vel aliquid in usum suum, in-ex-et trans-portant. Ut lib. i. c. 117. Οἱ Σάμιοι ἐσεκομίσαντο καὶ ἐξεκομίσαντο, ἃ ἐβούλοντο. Idem lib. 2. c. 5. in fin. Ἐπειδὴ τὰ ἐκ τῆς χώρας κατὰ τάχος εἰσεκομίσαντο. Postquam fructus, aliasque res suas, ex agris in urbem comportassent. Et eod. lib. c. 14. Οἱ Ἀθηναῖοι ἐσεκομίζοντο ἐκ τῶν ἀγρῶν παῖδας, καὶ γυναῖκας: Liberos nempe et uxores suorum. Idem l. 1. c. 89. in fin. Διεκομίζοντο εὐθὺς ὅθεν ὑπεξέθεντο παῖδας, καὶ γυναῖκας. Transportarunt rursus eo, unde in loca tutiora eduxerant, liberos et uxores suas. At idem lib. 2. c. 6. in fin. ubi narrat, Athenienses Platæensium uxores et liberos ex Platæa exportasse, et in terram suam traduxisse, verbo Activo ἐκκομίζειν utitur.

52. Nimirum (quod jam supra monuimus in verbo ποιέω) verbis Mediis (vere scilicet talibus) uti non licet, quum quis alteri, vel pro altero aliquid facit, seu alienum negotium agit: quamvis contra Græci non semper utantur verbis Mediis, ubi quis pro se, vel in proprio negotio aliquid agit: quod probe notari velim. Sic Demosth. adv. Leptin. p. 372. C. Εἰ μὴ λύσετε τὸν νόμον: Nisi [vestram ipsi] legem solveritis. Et passim alibi Populus, qui suas ipse leges solvit, λῦσαι νόμους dicitur, non vero λύσασθαι, quod quidem meminerim. Pariter Thucydides de iis, qui suas ipsi inducias solvunt, dicere solet λῦσαι σπονδὰς, non λύσασθαι: quamvis nemo, ex veteribus scriptoribus, Verborum Mediorum Historico illo sit amantior. Ut proinde appareat, usui (qui nunquam Grammaticorum Regulis ita adstringi potest, ut non sæpe iis se solutum esse ostendat) interdum verba Activa præ Mediis placere. Non raro tamen in eodem loquendi genere et Activum et Medium promiscue (catenus scilicet, quatenus pro Verbo Medio interdum usurpare licet Activum; non autem vice versa: ut supra diximus) adhiberi videas. Sic Herodian. lib. 5. c. 3. in fin. Πάντα τὰ ἐπιτήδεια, ὅσα εἶχον ἐν κώμαις, ἢ ἀγροῖς τοῖς πλησίον, εἰσκομίσαντες. Ubi ex usu veteris Atticismi potius dicendum erat εἰσκομισάμενοι: ut ex locis Thucydidis supra adductis colligi potest. Hinc ipse Herodianus alibi (lib. 8. cap. 2. n. 15.) Medium εἰσκομίσασθαι simili in re usurpat.

53. Sic promiscue dicitur, στῆσαι et στήσασθαι τρόπαιον. Priorem phrasin habes apud Thucyd. l. 1. c. 54. l. 3. c. 91. 103. 113. etc. Posteriorem apud Xenoph. Ἑλλην. lib. 2. p. 471. D. et lib. 4. Ἑλλην. p. 516. E. Aristoph. Plut. v. 453. et Thesmoph. v. 703. Observandum tamen est, Thucydidem dictis in locis de Imperatoribus, seu ducibus bellicis, loqui; qui (si subtiliter rem distinguere velimus) non tam sibi, quam Populo, a quo missi erant,

[1] Conf. omnino edit. Oxon. p. 545. not. 2. et aliud exemplum διατίθεσθαι, p. 559.

[2] Hic reperio ὑποθέσθαι hoc sensu, p. m. 78. verum διαθέσθαι p. 59. reperitur, σχέδια· πωλῆσαι, et auctor horum observat, eam λέξιν apud Isocratem etiam extare. Verba nimirum Ulpiani hæc sunt: διαθέσθαι· πωλῆσαι· ἡ λέξις καὶ παρ' Ἰσοκράτει ἐν τῷ Βουσίριδι, ὅταν λέγει τὴν διάθεσιν. Conf. Th. Magister, p. 45. et L. Bos, ad verbum διατίθημι p. 15.

[3] Ita Demosth. Olynth. 2. p. 107. χρήσιμον ἑαυτὸν παρέχοι, utilem sese præbeat, præstet. Medium vero in elegantissima illa inscriptione Berenicensi, quam D. Wesselingius vir egregius, in Diatribe de Judæorum Archontibus illustravit, reperitur: ἀβαρῆ ἑαυτὸν παρέσχηται, haud gravem se præstitit, vel præbuit, p. 6. 15. Eandem rem S. Paulus hanc in sententiam reddit: ἀβαρῆ ὑμῖν ἐμαυτὸν ἐτήρησα, 1 Cor. xi. 9. Ceterum rarius hoc Adjectivum Diotogenes etiam Pythagoreus, apud Stob. Serm. cxxxxvii. p. 491. ἀβαρία usurpavit: nec non Plut. T. 2. p. 59. C. Paulinum autem verbum etiam Antoninus περὶ ἑαυτοῦ, 6. 30. p. 117. ed. meæ, usurpavit, τήρησον οὖν σεαυτὸν ἁπλοῦν κ. τ. λ. Conf. Tit. ii. 7.

tropæa illa erigebant. Eo ergo si modo memoratus Historicus respexit, non temere, sed ratione et proprie dixit, στῆσαι τρόπαιον. Apud Aristoph. tamen, Equit. v. 518. Magnes Comicus de adversariis suis et æmulis multa dicitur στῆσαι τρόπαια, i. e. erexisse, vel posuisse sibi tropæa. Ubi proinde στῆσαι simpliciter positum esse videtur pro στήσασθαι. Quod si vero quis vice versa στήσασθαι τρόπαιον adhibere vellet pro στῆσαι, ad significandum nempe, aliquem tropæum erexisse, non sibi, sed alteri, vel in alterius honorem; nescio, an barbarismi crimen effugere posset.[1]

54. Κομίζω, fero, porto, vel affero, apporto, aliquid alteri. Κομίζομαι, proprie, fero, vel porto aliquid, quod meum est; vel porto, fero aliquid pro me, in meum usum, seu in proprio negotio. Thucyd. lib. 3. c. 98. de Ætolis, qui Athenienses victos, et in sylva conclusos, igne cremare conabantur: Πῦρ κομισάμενοι περιεπίμπρασαν. Quare κομισάμενοι? Quia non aliis, seu pro aliis, (id enim proprie foret πῦρ κομίσαντες) sed pro se, sive in proprio negotio, (i. e. contra hostes proprios) ignem ferebant. Vel τὸ κομισάμενοι hic adhibetur non tam sensu reflexivo, (ut sic loqui mihi liceat) quam negativo; ut nimirum eo simpliciter indicetur, Ætolos non attulisse illum ignem jussu alieno, neque pro aliis, seu contra hostes alienos: atque adeo ad evitandam potius notionem verbi Activi. Vide nos etiam supra in verbo ποιοῦμαι, ubi differentiam hanc Verborum Mediorum ab Activis itidem attigimus.

55. Ceterum verbum Κομίζομαι sæpe habet notionem asportandi, vel reportandi, seu referendi, quod ab altero accepimus, vel recepimus. Thucyd. lib. 2. c. 79. sub fin. τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους κομισάμενοι: Quum mortuos suos pactione interposita asportassent, vel reportassent, vel, (si non tam vim propriam verbi Medii, quam simpliciter sensum exprimere velis: quo in casu sæpe consequens pro antecedente, aut vice versa, ponere licet) recepissent. Idem l. i. c. 113. in fin. Σπονδὰς ποιησάμενοι, ἐφ' ᾧ τοὺς ἄνδρας κομιοῦνται: Induciis factis, ea conditione, ut captivos suos asportarent, seu reciperent.

56. Sed et res corporeas Κομίσασθαι dicimur, quæ proprie asportari, seu reportari nequeunt; ut urbes, agros, castella, etc. in quibus quidem loquendi generibus τὸ κομίζεσθαι optime reddetur, recipere vel recuperare. Demosth. in Philipp. 1. haud procul a princip. Καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, καὶ, etc. Et vestra recuperabitis [a Philippo Rege] et, etc. Idem Orat. de Pace, sub fin. Πρὸς μὲν τὸ τὴν χώραν ἔχειν, καὶ κεκομίσθαι: quod attinet ad id, quod regionem suam recuperaverint. Nam τὸ κεκομίσθαι, licet sit Formæ Passivæ, significationem tamen Mediam hic habet:[2] ut κεκτῆσθαι, ἀντιγεγράφθαι, ἀντιτετάχθαι, πεφοβῆσθαι, et sexcenta alia.

57. Transfertur etiam ad res incorporeas: quo casu interdum verti potest, impetrare, obtinere, vel consequi:[3] ut apud Thucyd. l. 1. c. 43. Νῦν παρ' ὑμῶν ἀξιοῦμεν τὸ αὐτὸ κομίζεσθαι, i. e. Nunc, ut idem jus obtineamus, vel impetremus a vobis, postulamus. Epist. ad Hebræos c. 10. v. 36. Ἵνα κομίσησθε τὴν ἐπαγγελίαν: ut promissionem, sive id, quod promissum vobis est, reportetis. Sic κομίσασθαι μισθὸν, δόξαν, etc. reportare mercedem, gloriam, etc. quo sensu etiam Verba Media, αἴρεσθαι,[4] ἀρύσασθαι, ἄρνυσθαι et φέρεσθαι, a Græcis adhiberi solent. Ceterum verbum κομίζομαι interdum significat, accipio aliquid, non a me ipso reportandum, sed ab altero allatum: ut κομίζομαι ἐπιστολὴν, accipio epistolam. Sed eo sensu pertinet ad genus secundum verborum Mediorum; de quo infra.

58. Antequam de primo Genere absolvam; paucis docendus est Lector, Verba Media, etsi interdum parum vel nihil a Verbis Activis significatione differre videantur, revera tamen inter ea hoc saltem interesse discrimen, quod ancipitem illam relationem ad se, vel ad alterum (quæ Verbis Activis inesse solet, et orationem interdum reddit ambiguam) non admittant, neque eatenus sententiam in suspenso relinquant: qua de re monuimus etiam quædam supra in Verbo Ποιέω. Sic ex. gr. quum quis dicitur κομίζειν χρυσὸν, quæri potest, num suum, an alienum; seu, num pro se, an vero pro alio aurum ferat. At quum legitur, aliquem κομίζεσθαι χρυσὸν, statim intelligitur, eum proprium, non alienum; neque pro alio, sed pro se aurum ferre. Thucyd. l. 3. c. 98. de Ætolis: Πῦρ κομισάμενοι περιεπίμπρασαν. Ubi Verbum Medium κομισάμενοι indicat saltem, Ætolos non pro aliis, sed pro se, seu in suum usum (ad hostes nempe suos comburendos) ignem tulisse, vel attulisse. Quod si vero ad hostes alienos, non suos comburendos, atque adeo in aliorum gratiam, ignem illum tulissent, κομίσαντες dicendum fuisset, non κομισάμενοι. Sed hoc exemplum jam supra adduximus, p. 84. Ælian. V. H. 4. 8. de Dionysio Tyranno: Καὶ τὴν ἀρχὴν μείζω ἐποίησε. Et imperium fecit majus. Ubi quamvis ex sensu loci clarum sit, Dionysium imperium suum, non alienum, majus fecisse, tamen grammatice saltem illud ἐποίησε sententiam suspendit; quoniam quæri adhuc potest, τίνι ἐποίησε μείζω τὴν ἀρχήν; πότερον ἑαυτῷ, ἢ ἄλλῳ; Cui imperium majus reddidit? num sibi, an vero alteri? Hæc autem quæstio locum non habet, si quis dicat, μείζω τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο: quia τὸ ἐποιήσατο per se idem significat, ac ἐποίησεν ἑαυτῷ. Hæc observatio magni usus est in discernendis verbis Mediis ab Activis, iis præcipue in locis, ubi nulla inter ea videtur esse differentia.

59. Quod si vero neque hæc differentia appareat; statuendum est, ambiguitatis saltem vitandæ causa, in quibusdam loquendi generibus Verba Media potius, quam Activa adhiberi: quod etiam revera ita se habet. Nam ex. gr. quod Latinis est, obsignare epistolam, Græci vocant σημήνασθαι, vel κατασημήνασθαι ἐπιστολήν: non aliam, ut puto, ob causam, quam ad evitandam πολυσημίαν Verbi Activi σημαίνειν. Nullam enim in dicta phrasi deprehendere possum significationem reciprocam, seu reflexivam, quæ verbis Mediis, vere talibus, inesse solet. Pariter Græci pro eo, quod Latinis est, mentionem facere, semper dicere solent, μνήμην ποιεῖσθαι: nunquam vero ποιεῖν: cujus quidem rei nulla alia afferri potest ratio, quam quia ποιεῖν μνήμην, in Activo, aliter accipi solet, vel saltem potest: veluti si dicas, ποιεῖν μνήμην αἰώνιον, memoriam alicujus immortalem reddere: qua phrasi usus est Herodian. lib. 1. c. 4. n. 15. Vel ποιεῖν μνήμην etiam significare posset, arte quadam memoriam alicui conciliare; more scilicet Simonidis, qui μνημονικῆς τέχνης inventor fuisse a Suida aliisque traditur. Ceteroqui a notione hac faciendi mentionem usus Verbi Activi ποιεῖν per se non abhorret; quoniam in aliis locutionibus, quæ sunt ejusdem generis, fere Activa a Græcis adhiberi videmus: veluti quum dicunt, λέγω, λαλῶ, ἔπω, (unde εἶπον) ἐπαινῶ, etc. Id autem ideo moneo, ne quis forte in hujusmodi loquendi generibus, quale est ποιεῖσθαι μνήμην, relationem aliquam ad ipsum facientem, quæ verbis Mediis, vere ita dictis, inesse solet, sibi fingat, seu nimis subtiliter quærat.

60. Ælian. V. H. 2. 5. Λακεδαιμόνιοι δεινὴν ἐποιοῦντο τοῦ χρόνου τὴν φειδώ. Ad verbum: Lacedæmonii ingentem faciebant temporis parsimoniam. Quod est ad sensum: Lacedæmonii minime temporis erant prodigi, sed valde parci. Quare autem hic dicitur ἐποιοῦντο? Quia, si Active dicas, δεινὴν ἐποίουν etc., verba hæc longe aliud sonabunt, sensusque erit, terribilem aliis faciebant, vel reddebant temporis parsimoniam. Duas has igitur notiones adeo diversas, mirum non est, si Græci uni eidemque locutioni minime tribuendas esse censuerint. Hinc autem apparet (ut obiter hoc moneam) quam dextre viri docti in Indice Æliani, V. Ποιέω, inter alias phrases, et hanc ponant, ποιεῖν δεινὴν τὴν τοῦ χρόνου φειδώ: remittentes simul Lectorem ad citatum locum Æliani; in quo tamen, ut diximus, legitur, ποιεῖσθαι τὴν φειδώ, non, ποιεῖν. Nimirum nihil interesse putarunt, Activumne an Medium hic adhiberetur; inter quæ tamen tantum interest, ut alterum pro altero, sine manifesto barbarismi crimine, usurpari nequeat. Sic,

[1] Nam Medium στήσασθαι est, sibi statuere. Xenoph. Or. in Agesil. p. 82. s. ed. Oxon. στήσασθαι εἰκόνα, statuere sibi imaginem. Hanc Medii verbi vim hic et alibi sapienter observat Cl. Hutchinson.

[2] Conf. p. 33. s.

[3] Hoc idem verbum videtur etiam, retinere, quod aliquis habet, significare: certe Wolfius verba Demosthenis, Philipp. 1. p. 11. τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, ἂν θεὸς θέλῃ, sic vertit, p. 148. quæ habetis, (vestra) Deo volente, retinebitis; opponitur enim: amissa πάλιν ἀναλήψεσθε, recuperabitis.

[4] Exempla idonea supra (p. 21. s.) recitavimus.

ποιεῖν ἀγῶνα ταῖς θηλείαις πρὸς ἀλλήλας, apud Xenoph. de Republ. Lacedæm. princip. est, instituere feminarum inter se certamen. At ποιεῖσθαι ἀγῶνα, est, ipsum certare, apud Demosth. Orat. pro Ctesiph. Ποιεῖν λόγον τινὶ, apud Demosth. adv. Aristocr. p. 440. B. est idem quod, δοῦναι λόγον, i. e. potestatem dicendi facere. At ποιεῖσθαι λόγον, in ead. Orat. paulo post, est, loqui, seu verba facere.[1]

61. Eadem est ratio phrasium harum (quas etiam ex parte jam attigimus supra in V. ποιέω, p. 52. s.) ποιεῖσθαι πρόνοιαν, providere: ποιεῖσθαι ἐπιμέλειαν, curare:[2] ποιεῖσθαι δεινὸν, grave, vel indignum putare: ποιεῖσθαι ἀπόβασιν, exscensum facere: ποιεῖσθαι διάβασιν, trajicere, (apud Demosth. adv. Aristocr. p. 451. A.) ποιεῖσθαι διατριβὰς, in aliquo loco versari, vel degere, (apud Aristot. Hist. An. lib. 9. c. 19. et alibi sæpe) ποιεῖσθαι εἰρήνην, etc. in quibus omnibus notio Verbi ποιεῖσθαι multum differt a notione Verbi Activi ποιεῖν.

62. Et ut Lectori vim et indolem totius Verbi Medii ποιοῦμαι in brevi quasi tabella depictam exhibeam, Regulam hanc apponam: Verbum ποιοῦμαι, cum est vere Medium, sive cum habet sensum reciprocum, sive reflexivum, transit in res tam corporeas, quam incorporeas: at cum sensu reciproco caret, fere tantum dicitur de rebus incorporeis, sive iis, quæ in actione tantum consistunt, et cum ea simul desinunt, neque opus aliquod post se relinquunt. Hanc regulam non solum exempla modo adducta, sed etiam plurima alia passim obvia confirmant.

63. Antequam ad alterum Genus Verborum Mediorum stylum convertam, visum est monere Lectorem, Verbis Mediis addi interdum Pronomen Reciprocum ἑαυτὸν; idque triplicem potissimum ob causam: vel, 1. necessitatis causa: vel, 2. propter emphasin: vel, 3. per pleonasmum. Necessitatis causa additio illa fit, cum aliter sententia constare non potest; veluti si duplex notio reciproca, seu reflexiva, exprimenda sit. Ex. gr. κόπτομαι, absolute et sine casu positum, significat, me, vel pectus meum in luctu tundo; quod Latini una voce appellant plango. At κόπτομαί τινα, cum Accusativo, sensu prægnanti notat, plangendo aliquem lugeo. Hinc, si quis plangentem interrogaret: quem plangis, seu plangendo luges? et ille responderet, me, non alium: Græce utique dicendum esset, κόπτομαι ἐμαυτὸν, οὐκ ἄλλον. Demosth. περὶ παραπρ. p. 222. A. Ἑαυτοὺς ἔφασαν βούλεσθαι λύσασθαι, i. e. se velle semetipsos redimere. Quare autem hic additur pronomen reciprocum ἑαυτούς? Quia τὸ λύσασθαι (ut probabitur infra in Classe secunda) non significat, se ipsum solvere, vel redimere: sed facere sibi solvi aliquem, i. e. redimere aliquem. Hinc de eo, qui ipse se redimit, dicendum utique est, ἐλύσατο ἑαυτὸν: quasi dicas, ipse se fecit sibi solvi; quæ duplex notio reciproca per solum Verbum λύσασθαι, sine pronomine ἑαυτὸν, exprimi nequit. Addam et aliud exemplum.

64. Τιμωρῶ τινι (ut ἀμύνω τινὶ) in Activo, est, injuriam ab aliquo propulso; auxilium alicui fero; seu, injuriam alicui illatam vindico. At τιμωροῦμαί τινα (ut ἀμύνομαί τινα) significat, aliquem, qui mihi fecit injuriam, ulciscor; seu, injuriam mihi illatam vindico, et persequor, seu, eo nomine pœnas ab aliquo exigo.[3] Ut proinde notio mixta seu reciproca hujus Verbi in eo consistat, quod exactio ultionis, seu pœnæ, fiat in meam ipsius, non alterius, gratiam. Hinc, si quis ope Verbi hujus exprimere vellet sententiam hanc, me ipse punio, seu ipse a me ultionem exigo: necesse utique foret addito Pronomine Reciproco, dicere, τιμωροῦμαι ἐμαυτόν. Hinc notissima illa Fabula Menandri, Ἑαυτὸν τιμωρούμενος: ex qua expressa est ea, quæ hodieque inter Terentianas eodem nomine extat.

65. Præterea necesse est Pronomen Reciprocum addere Verbis illis Mediis, quæ nullam per se habent significationem reciprocam,[4] et quibus, si terminationem excipias, cum Verbis vere Mediis nihil commune est: qualia scilicet Verba Activo-Media vocari posse jam supra diximus.

66. Non solum autem necessitatis causa, sed etiam (ut jam supra dictum) propter emphasin, vel etiam per pleonasmum, Pronomen Reciprocum Verbis Mediis interdum additur: sed rarius. Xenoph. Cyropæd. l. 6. p. 152. B. Ἑαυτὸν ἀντιπαρεσκευάζετο ἐρρωμένως. Ubi, si locus sanus est, τὸ ἑαυτὸν redundat. Suspicor tamen, totum illum locum ab ipso Xenophonte sic scriptum fuisse: Ὁ δὲ Κῦρος, γιγνώσκων, ὅτι οἴχοιτο συστήσων, εἴ τι δύναιτο, ἀντίπαλον αὐτῷ, ἀντιπαρεσκευάζετο ἐρρωμένως. Video enim, non solum ab ipso Xenoph. alibi, sed etiam ab aliis optimi ævi scriptoribus, Verbum Medium παρασκευάσασθαι, sine pronomine reciproco usurpari.[5] Vide supra Num. 29. Idem lib. 5. Ἑλλην. p. 547. C. Τί γὰρ ἥδιον, ἢ ἑαυτοῖς ἱκανοὺς εἶναι τὰ ἐπιτήδεια πορίζεσθαι. Ubi τὸ ἑαυτοῖς majoris emphaseos gratia additur. Hoc autem ideo hic monere volui, ne quis forte crederet, dictam significationem reciprocam, seu reflexivam, Verbis Mediis non inesse per se, sed extrinsecus illis accedere a Pronomine reciproco, si non expresso, saltem subaudito. Nam hac ratione omne discrimen inter Verba Media (saltem ea, quæ primæ huic Classi assignavimus) et Activa, prorsus tolleretur. Quare ne Lector in errorem hunc (a quo viros etiam doctissimos parum sibi cavisse video) incidat, tenenda est hæc Regula: Verba Media significationem reciprocam habent per se, et a se: at Activa eandem extrinsecus assumunt ope Pronominis Reciproci, sive expressi, sive subauditi. Sic ex. gr. Καθίζω (quod proprie est, sedere facio,[6] sive in sella colloco) interdum idem significat, quod καθίζομαι, i. e. sedere me facio, seu sedeo: inter quæ tamen hoc intercedit discriminis, quod τῷ καθίζομαι notio illa insit per se, et sine ellipsi pronominis reciproci ἑαυτὸν: τὸ καθίζω vero eandem notionem habere nequeat, nisi dicta ellipsis ei accommodetur.[7] Hinc ad illud Thucydidis, lib. i. c. 126. Καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμόν: Scholiastes recte notat, ἑαυτοὺς δηλονότι.[8] Par judicium de aliis quoque hujusmodi Verbis Lector ferat.

[1] Plures locos vide supra (p. 56.) in notis.

[2] Ποιεῖσθαι ἀντιδόσεις, facere opum permutationes, Demosth. Phil. 1. p. 31. Sic προστασίαν ποιεῖσθαι bis legitur in laudata (p. 80) Inscriptione, p. 6. Idem loquendi genus Philo de Abrah. p. 360. B. de Deo adhibuit, quod illic de M. Titio, Archonte suo, qui parentibus et imperio subjectis diligentem curam impenderat, dictum erat, p. 12. Neque ignotæ sunt phrases: ἀρχὴν, εὐχὴν ποιεῖσθαι.

[3] Ita sæpe Demosth. Philip. 1. p. 11. κἀκεῖνον τιμωρήσεσθε, pœnasque de illo sumetis. Idem Olynth. 2. p. 76. λόγους περὶ τοῦ τιμωρήσασθαι Φίλιππον, Orationes de ulciscendo Philippo. Et p. seq. Φίλιππον τιμωρήσασθαι, Philippum ulcisci.

[4] V. gr. ἀρνεῖσθαι ἑαυτὸν, 2 Tim. ii. 13. negare se ipsum; ἑαυτὸν ῥύσασθαι, se ipsum liberare, Ælian. V. H. 13. 12. διεχρήσατο ἑαυτὴν, interemit se ipsam, Parthen. Ἐρωτ. c. 4. fin. p. 351. c. 10. p. 365. lin. ult. Artemidor. Oneir. I. V. §. 63. p. 263. Joseph. B. J. l. 4. c. 9. §. 9. ed. Haverc. διεχρήσατο ἑαυτόν. Vid. Th. Magister p. 45. et L. Bos. p. 15. Plutarchus adv. Col. p. 118. ἐδιζησάμην ἐμεωυτὸν, inquisivi me ipsum. Erat hoc dictum Heracliti, Pythagorei Philosophi, qui operam dabat, ut se ipsum nosceret. Conf. Casaub. ad Laërt. p. 109. ed. Col. Allobr. Ista Heracliti verba in mente habuit Hesychius p. 1084. ubi pro ἐδίζησα rectius ἐδιζησάμην legendum. Tunc explanatio ejus, ἐζήτησα ἐμαυτὸν, locum habebit. Heraclitus enim illud, quod in templo Delphico aureis literis ascriptum erat, colebat: Γνῶθι σεαυτόν.

[5] Conf. Ἀναβ. Γ΄. 216. n. 4. ed. Oxon.

[6] Hæ quidem phrases identidem leguntur. Polyb. III. 62. καθίσας τούτους εἰς τὸ μέσον, constituens hos in medio. Philostr. Heroic. c. XI. p. 720. δικαστὰς ἐκάθισεν, judices sedere fecit, id est, constituit. Conf. Polyb. Virt. p. 1480.

[7] Diogen. I. S. 51. καθίσας (ἑαυτὸν) εἰς τὸν θρόνον, quum consedisset in throno. Ælian. V. H. 7. 1. ἐκάθισεν αὐτὴν ἐπὶ τοῦ θρόνου, collocavit eam in throno. Hæc quoque observatio ad composita, παρακαθίζειν (ἑαυτὸν), συγκαθίζειν (ἑαυτὸν), pertinet.

[8] Ælian. V. H. 4. 22. expresse addit reciprocum: ἵνα μὴ καθίζωσιν ἑαυτοὺς εἰκῆ, ne considerent temere. Sic Lucianus, Icaromen. II. 25. 781. καθίσας ἑαυτόν. In sanctis N. F. tabulis pronomen reciprocum semper subaudiendum, ubi de sessione Christi ad dextram Dei agitur. Vid. Diss. nostra de Pontifice N. T. Maximo sedente, ad Hebr. viii. 1. 2. p. 35. 109. Sic equidem Th. Magistri capio verba: καθίζω ἐγὼ καὶ καθίζομαι (sedeo) καὶ καθίζω ἕτερον: sedere facio, vel colloco alterum. Et paulo post p. 98. τὸ δὲ καθίζω, οὐ μόνον ἀντὶ τοῦ, ἕτερον τινὰ καθίζειν, ἀλλὰ καὶ ἐμαυτόν. Nimirum Medium καθίζομαι significat solum et per se ipsum, sedere me facio, vel sedeo, καθίζεται, sedet: ad τὸ καθίζω vero τὸ ἐμαυτὸν, et ad καθίζει, τὸ ἑαυτὸν expresse addi debet.

C. WOLLII NOVÆ ACCESSIONES.

67. Ἀποσπᾶν, in Activo, significat interdum, a loco aliquo discedere. Ut apud Lucian. in Icaromen.: πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, Quum jam longo intervallo a nubibus recessissem. Vox hæc Budæo et H. Stephano T. III. p. 918. immerito suspecta esse videtur. Nam et alibi, Deor. Dialog. T. I. p. 257. πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων, Jam longo intervallo stellas a tergo reliquimus. Proprie, a stellis nos abstraximus, nempe ἑαυτούς. Idem in Necyom. § 21. ἐπειδὰν πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς (ἑαυτοὺς) ἀποσπάσωσι, Postquam a terra longe recesserant. Proprie, se abstraxissent. Namque ἀποσπᾶν est proprie, abstrahere. Quod si subaudias ἑαυτὸν, sensus erit, se abstrahere, id est, uno verbo, discedere ab aliquo loco. Hoc vero Medium solum et unum significat, ἀποσπάσασθαι, se abstrahere, id est, abire, recedere, discedere. Quæ quum ita sint, magnus Grævius Hesychianum illud Ἀπεσπάδαντο (p. 442.) quod per ἀπέστησαν explicatur, in ἀπεσπάσαντο recte commutavit, idemque Cl. Kusterus suo comprobavit calculo. Dicam adhuc aliquid de passiva Forma. Hæc aut sensu vere Medio, i. e. reciproco, aut vere passivo, accipitur. Itaque ἀποσπασθῆναι idem est, ac, abstrahere se, aut, pati se abstrahi, volentem, nec omnino invitum, aliis licet invitis, ob gravissimas causas. Excerpta Nicolai Damasc. p. 426. ἀποσπᾶται τῶν ἑαυτοῦ. Polyæn. VI. i. 16. §. 4. μακρὰν ἀπεσπάσθησαν. Sensus est: a suis sese abstrahit, vel discedit, studio alius rei captus; longe se abstraxerunt, vel discesserunt. Sic Attici probatioris notæ scriptores dicere nulli dubitant. Xenoph. Lib. II. de Exp. Cyri, p. 276. Ἵνα ὡς πλεῖστον ἀποσπασθῶμεν τοῦ βασιλικοῦ στρατεύματος, i. e. secundum vim et sensum verborum Mediorum, ἀποσπάσωμεν ἑαυτοὺς, tanquam inviti nos abstrahamus, seu abeamus. Quare vocem Lucæ c. xxii. 41. ἀπεσπάσθη vix ad communem, et minus accuratam Græce loquendi formam, equidem referre ausim: tanquam invitus ab amicis suis abiit invitis. Veteres, re bene putata, recte vertunt: ἀπέστη, ἀπεχωρίσθη, et C. Cant. lectio, ἀπεστάθη. Nec male ἀποσπασθέντων, 2 Maccab. xii. 10. secundum vulgatam, quam tenemus, lectionem, et ἀποσπάσαντες (ἑαυτοὺς) v. 17. similem adsciscunt potestatem. Nos Germani similiter dicimus: sich von einem losreissen. Notio principalis, recedere, valet ubique: accessoria vero, qua id coacte, et tanquam ab invito fit, non, nisi ubi orationis vinculum eam requirit. Quem, quæso, fugit perpetuus iste linguarum usus? Lucianus, qui veteres Atticos tanta cum cura imitatus est, τὸ ἀποσπάσαι (ἑαυτὸν) vix a Macedonica vel Alexandrina dialecto traxit. Verum aliter hic Cl. Hemsterhusio (Lucian. T. I. p. 256. s.) placuit, quem suo quidem sensu abundare facile patimur. Vox passiva, ubi vim passivam retinet, per se non potest non, invitum ab invitis distrahi, significare. Dionys. Antiqu. V. p. 321. cives ad mortem duci, ἀποσπωμένους γυναικῶν κ. τ. λ. Ab uxoribus, et liberis, et parentibus distractos, noluit.

68. Τύπτω, verbero alterum; at τύπτεσθαι, in Medio, verbero me ipsum. Herodot. II. 37. 40. 61. 85. τύπτονται ἅπαντες, omnes se ipsos verberant, ἐπεὰν δὲ ἀποτύψωνται, κ. τ. λ. postquam se verberaverint.

69. Ἐπιγράψασθαι προστάτην, patronum sibi adsciscere, seu adoptare. Inquilinorum Athenis erat, ut aliquem ex civibus potentioribus sibi patronum adsciscerent. Hoc quidem per leges publicas debebant. Quod ubi facere neglexerant, instituenda contra ipsos actio erat ἀπροστασίου. Vid. Sam. Petit. de Leg. Att. p. 170. s.

70. Ἀπολέσαι, Activum, est perdere: at ἀπόλλυσθαι, perdere se ipsum, vel, perire.

71. Παύω, Activum, cessare facio alterum; at παύομαι Passivum, cessare fio, παύομαι, Medium, cessare facio me ipsum, vel, desino. Sic Attici. Th. Magister: παύω ἕτερον, παύομαι δὲ ἐγὼ, p. 143. Hinc illustrabis 1 Pet. iii. 10. iv. 1. Luc. v. 4. Act. v. 42.

72. Προσορμίζειν, appellere alterum navi. Passivum, προσορμισθῆναι, appelli navi, seu classe. Ælian. V. H. 8. 5. τῇ Νάξῳ προσωρμίσθη, Ad Naxum appulsus est. Marc. vi. 53. προσωρμίσθησαν, appulsi sunt. Sed Medium, προσορμίζεσθαι, appellere se: ut Terentius, Huc me appuli. Halic. A. R. I. p. 43. νήσῳ προσορμισάμενοι, Ad insulam se appulerunt. Aristid. Or. in Serapin. p. 101. Terram videre concessisti, καὶ προσορμίσασθαι, et nos appellere. Conon Narrat. 8. p. 251. προσορμισάμενοι τῇ γῇ, Appellentes nos ad terram. Apparet ergo, formas verborum non esse confundendas, ne quadrata rotundis misceantur.

73. Ἑστιᾷν et ἐφεστιᾷν, in Activo, significat, alium convivio excipere; at Media verba, ἐφεστιᾶσθαι et ἑστιᾶσθαι, se invitare, vel, se ipsum convivio excipere, id est, epulari, convivari. Hesychius, p. 1329. n. 23. ἐπεστιασώμεθα, Ionice pro ἐφεστιασώμεθα, posuit, hancque λέξιν per τὸ εὐχόμεθα explicavit; quod vero εὐωχώμεθα legendum, ut sit Modus conjunctivus ab εὐωχεῖσθαι, epulari. Add. Cl. Trilleri Emend. Hesych. p. 15.

74. Ἀναπαῦσαι, (p. 7.) Activum, quiescere facere, facere ut quiescat, vel quietem dare alicui, Ælian. V. H. 10. 4. πρὶν ἀναπαῦσαι τὸ στρατόπεδον, Priusquam quietem daret exercitui. Sed Medium, ἀναπαύεσθαι, facere quiescere se ipsum, ipsum sibi quietem dare, sive, quiescere. Ita Philostr. Heroic. S. 3. Herodian. 8. 5. 20. Ita de mortuo quoque κατ' εὐφημισμὸν dicitur, ἀνεπαύσατο, apud Herodian. 1. 4. 18. nec non 3. 15. 7. Idem auctor, τοῦ βίου addit, 3. 15. 7. et 7. 9. 21. τοῦ βίου (ἀνάπαυσιν) ἀνεπαύσατο, decessit, expiravit.

75. Παρίστασθαι τοῖς Ἐφόροις, Sistere se Ephoris. Ælian. V. H. 14. 7. Τέξεσθαί τι αὐτῷ κακὸν, aliquid sibi mali pariturum seu moliturum esse. Αὐτῷ ob necessitatem (p. 92. s.) additur.

76. Ἀποτίθημι, depono alteri vestem, coronam, etc. Medium vero, ἀποτίθεσθαι, sibi deponere. (p. 43.) Herodian. IV. c. 7. s. 5. τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποθέμενος χλαμύδα, Romanum sibi deposuit paludamentum. Sequitur illic ἠμφιέννυτο, i. e. sibi induit. (p. 7.) Ælian. V. H. 3. 3. Xenophon ἀπέθετο τὸν στέφανον, Sibi deposuit coronam. Herodian. 3. 5. 11. ἀποθέμενος ξίφος, Sibi deposuit gladium. Huc phrases, ἀπέθετο τὴν ἀπέχθειαν, deposuit inimicitias suas; nec non, ἀποθέσθαι τὴν ἀρχὴν, τὰς ῥάβδους, Deponere imperium suum, dictaturam suam. Dionys. A. VI. p. 701. 702. 703. Conf. Col. iii. 9.

77. Ἁρμόσαι, in Activo, denotat generatim, aptare, adaptare aliquem alicui rei. Unde ἁρμόσασθαί τινα, aliquem sibi aptare, vel, conciliare, placare, amorem alicujus sibi parare et conciliare, significat; sive is purus sit, sive impurus. Parthenius Nicæensis Narrat, (ἐρωτ. c. 7. p. 356. in Histor. Poët. scriptoribus antiquis, ed. Paris. Th. Gale, 1675, 8.) Antileontem, nescio quem, pueri cujusdam, Hipparini, amore arsisse: sed Eum sibi conciliare non potuisse: οὐδαμῶς δυνατὸς ἦν αὐτὸν ἁρμόσασθαι. Sithon, Hodomantum rex, rem filiæ suæ ingratissimam fecerat, quod procos ejus in pugna victor ipse de medio sustulerat. Sed is binos alios de filia inter se confligere jussit. Cur vero? Quia visum erat ipsi, τὴν κόρην ἁρμόσασθαι, filiam sibi conciliare, apud eund. c. 6. p. 354. Hoc sensu Paulus 2 Cor. xi. 2. ἡρμοσάμην ὑμᾶς, Vos mihi aptavi, vestrum mihi amorem, vos mihi, conciliavi. Exposui nuper hac de re in separata commentatione. Verum et in hoc libello plura, sed alio loco, eadem de re dicam. Sunt doctissimi homines, qui ἁρμόσαι et ἁρμόσασθαι tam de socero dici putant, filiam despondente, quam de sponso, cui despondetur virgo. Hi ergo S. Paulum dicere volunt, se uni viro, Christo, ecclesiam Corinthiacam desponsasse. Falso: Activum etenim ἁρμόσαι de socero dicitur, qui spondet filiam; Medium autem ἁρμόσασθαι de sponso, qui sibi eam despondet. Jul. Pollux. T. I. p. 282. ed. Amstel. ὁ δὲ πενθερὸς ἐγγυᾷ (p. 6.) ἁρμόζει. Quum vero S. Paulus ecclesiam sibi despondisse, per locum Jo. 3. 29. dici minime queat, prior illa, quam in medium protulimus, expositio valere debebit. Causæ suæ servit Cl. Raphelius, dum, nulla ratione fretus, libere dicit, oratorem Domini voce Media, significatione Activa usum esse. Proinde his equidem verbis apud Severianum, (Homil. VI. de Creat. p. 496. T. VI. Oper. Chrysost. ed. Benedict.) nihil tribuo: ἐμνηστευσάμην ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνήν. Exponunt enim genuina S. Pauli verba male, et contra sensum, sive Severiani, sive alterius cujuscunque arbitrio. Tum vero optimi quoque Græci hunc in modum loquuntur: ἁρμόσασθαί τινι, aptare se alicui, sich nach einem richten,—zu schicken wissen. Diog. Laert. de Aristippo, Lib. II. §. 66. ἦν δὲ ἱκανὸς ἁρμόσασθαι καὶ τόπῳ,

καὶ χρόνῳ, καὶ προσώπῳ. Quod reliquum est, dum *γάμον* addunt Græci ad *τὸ ἁρμόσασθαι*, sensus hic est: nuptias sibi ambire, uxorem sibi ducere. Dionys. Halic. Ant. xi. p. 907. *ἁρμόσασθαι γάμον* hac ipsa dixit sententia.

78. *Μεταβάλλειν*, mutare rem aliquam, v. gr. *τόνον*, vocem, Philostr. Vit. Apoll. i. 21. 26. *τοὺς τρόπους*, mores, Aristoph. Plut. v. 36. Ran. v. 746. *Μεταβάλλεσθαι*, in Medio, mutare se. Arrian. Exp. Alex. V. p. 233. *οὐ μὴν μεταβαλλόμενοι.* Plutarch. Pompeio, p. 620. *πάντας οὕτω μεταβαλέσθαι:* Conf. Act. xxviii. 6. *μεταβαλλόμενοι*, mutantes sese, id est, *μεταβάλλοντες ἑαυτοὺς ἐκ τῆς γνώμης*, mutantes, invertentes sese, quod ad sententiam attinet. Aliud agunt, qui ad *μεταβαλλόμενοι* subaudiunt *γνώμην*, nec vim verbi Medii satis intelligunt, aut saltem de ea hic non cogitant. Nam dicunt Græci, *μεταβάλλοντες γνώμην*. Ælianus loquitur etiam ita: *οὐδὲν ἐπὶ τούτοις μετεβάλετο*, nihil his commovebatur, conturbabatur animo Dion, V. H. 3. 4. Vide, si placet, an non idem sensus in loco *τῆς πραξαποστόλεως* locum habere possit.

79. *Νίπτω*, in Activo, lavo alterum, vel *χεῖρας, πρόσωπον*, Matth. vi. 17. xv. 2. Verum *νίπτεσθαι*, in Medio, lavare se, Jo. ix. 7. *νιψάμενος*, lavans me. Sic *λούσασθαι* (p. 3. 62.). Sed vis verbi Activi in hoc etiam eleganti spectatur carmine, quod ex Constantini M. Baptisterio Scaligerana, tanquam fractam e naufragio tabulam, conservarunt:

ΝΙΨΟΝ ΑΝΟΜΗΜΑΤΑ ΜΗ ΜΟΝΑΝ ΟΨΙΝ.

Quæ verba, mira arte, a tergo quoque legi possunt, eadem sententia manente.

80. *Καυχᾶσθαι*, in Medio, jactare se, sich rühmen. Homer. Batrachom. v. 57. *μὰν αὐχεῖς*, valde jactas te. Ubi Gloss. v. *ἐπαινεῖς σεαυτόν.* Gloss. S. *καυχᾶς.* Hesych. *αὐχεῖν, καυχᾶσθαι.* Vid. Adnotatt. p. 27. Ed. Londin.

81. *Νοσφίζεσθαι*, vox Media, sibi surripere, sibi intercipere. Polyb. Histor. x. c. 16. ut nemo *νοσφίζεσθαι μηδὲν*, sibi surripiat quidquam de præda. Xenoph. Inst. Cyr. Hist. iv. p. 98. A. Non ignoro, nos posse de publicis pecuniis *νοσφίσασθαι*, surripere nobis, quantum voluerimus. His præfultis, cave, cum Æmilio Porto animum inducas, istud verbum poeticum esse. Verum hoc, tanquam præteriens, moneo.

82. *Ξενίζεσθαι*, Medium, aut Passivum Medii verbi vim habens, (p. 85.) idem significat, quod, mirari aliquid, sich etwas befremden lassen. Antonin. 8. 11. *αἰσχρὸν ξενίζεσθαι*, turpe mirari. Polyb. Hist. ii. c. 27. et aliis in locis: *ὁ δὲ ξενισθείς.*

83. *Μεθύσκω*, ebrium reddo aliquem, *μεθύσκομαι*, ebrium reddo me ipsum.

84. *Ὁπλίζω*, armo quem, Medium, *ὁπλίσασθαι*, armare se. Homer. Batrachom. v. 119. *ὁπλισόμεθα*, ipsi nos armemus. Ad quem locum Cl. Maittaire: 'Media verba reciprocam significationem habent,' in Commentar. Viror. doctor. p. 6.

85. *Ἀποσκευάσασθαι*, parare se ad fugam, Dionys. Halic. A. ix. p. 582.

86. *Ὀργίζω*, ad iram concito aliquem. Medium sive Passivum, vim Medii habens, (p. 60. s.) *ὀργίζεσθαι*, ad iram se concitare, vel, pati se concitari, sich erzürnen, aut, sich zum Zorn reizen, bewegen lassen.

87. *Ἐκγαμίζονται*, nuptiis se implicari patiuntur, lassen sich freyen, Matth. xxii. 30.

88. *Ζώννυμι*, cingo. Medium *ζώσασθαι*, cingere se; quod S. Joannes *ζωννύειν ἑαυτὸν* dixit, c. xxi. 18. Sic et *περιζώσασθαι*, accingere se, Luc. xii. 37. alibique.

89. *Περιτίθεσθαι*, Medium, idem est, ac, se decorare. Diodor. xii. p. 85. Zaleucus interdixit mulieribus, *μὴ περιτίθεσθαι χρυσία*, ne aureo sese ornatu decorent.

90. *Προΐστημι*, præficio. Medium, *προΐσταμαι*, præficio me, vel, præsum, 1 Tim. iii. 5.

91. *Συνήδομαι*, oblector me, ich ergetze, vergnüge mich.

92. *Μεταρμόσασθαι*, conjungere se. Lucian. Demosth. Encom. T. iii. p. 524. s.

93. *Σείειν*, commovere. *Σείσασθαι*, se commovere. Hom. Il. θ. 199. *Σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ*, commovit se in solio.

94. *Τιμήσομαι*, honorabilem me reddam, seu præstabo.

95. *Μισήσομαι*, odiosum me reddam. Hæc tria ultima exempla vir egregius, Sam. Clarke, ad Hom. Il. γ'. 141. p. 91. s. nobis suppeditavit. Quo quidem loco sic scribit: notandus hic primigenius, vocis Mediæ usus. Huc refert *καλυψαμένη*, quum se ipsam cooperuisset, (p. 20. s.) *σείσατο, κείρω* (p. 6. s.) *τιμήσομαι, μισήσομαι, κόψομαι*, cædam me ipse, id est, plangam seu lamentabor, (p. 11. s.) His dictis, pergit: primigenius, inquam, hic vocis Mediæ usus. Paulatim autem, vulgari loquendi consuetudine, cœpta sunt alia hujus vocis tempora significatu activo usurpari, alia passivo. Nec tamen hoc ipsum sine ullo delectu: quod quidem explicatu difficillimum, attente autem legentibus observatu persæpe est facillimum, ex. gr. *ὁ διακονούμενος* idem, ac *ὁ διάκονος*, minister, famulus; *ὁ διακονῶν* autem is, qui jam tum, eo ipso temporis articulo, ministrat.

96. *Ἐγκρατεύεσθαι*, se continere. Ceterum *ἀκρατεύεσθαι* non dicunt Attici, verum, *οὐκ ἐγκρατεύεσθαι*, quemadmodum loquitur S. Paulus, 1 Cor. 7, 9. *εἰ δὲ οὐκ ἐγκρατεύονται*: si se non continent. Conf. Th. Magister p. m. 5.

97. *Ὑποδύεσθαί τινα*, induere sibi aliquem, ut, *τὸν Δία*, personam Jovis. Hoc dicitur Attice. Th. Magister: *εἰσῄει τὸν Ἀγαμέμνονα καὶ ὑπέδη, κάλλιον ἂν εἴποις ἢ ὑπεκρίθη.* Muta *τὸ ὑπέδη* in *ὑπέδυ*. Namque *ὑπέδη* nihil est. Sensus auctoris est: si Græce dicere velis, induit sibi personam Agamemnonis, vel, egit Agamemnonem, elegantius et *ἀττικώτερον* dixeris: *εἰσῄει* vel *ὑπέδυ Ἀγαμέμνονα*, quam *ὑπεκρίθη*. Communi nimirum dialecto dicitur *ὑποκρίνεσθαι*, Attica vero *εἰσιέναι* vel *ὑποδύεσθαι*. Alterum hoc verbum Aristoteles etiam usurpavit. Locum attulit L. Bos, p. 17.

98. *Ἀπονίπτω*, abluo alterum. *Ἀπονίπτομαι*, Medium, abluere se, vel, addito, *χεῖρας*, abluere sibi manus. Athen. 4. *οὐκ ἀπονιψάμεναι τὰς χεῖρας*, Non abluentes sibi manus. Conf. Matth. 27, 24. Plato in Symp. *ἀπονιψάμενον*, sibi abluentem. Attici vocant aquam lavandis manibus, ante cœnam, *ὕδωρ κατὰ χειρὸς*, in singulari, non in plurali, quem ad modum Th. Magister præclare p. 103. observat. Eandem vero aquam, post cœnam, Attici dicunt *νίπτρον*. Aristoph. Vesp. v. 12. 11. s. ubi *ὕδωρ κατὰ χειρὸς* hoc sensu reperitur. Confer, si placet, *σχόλια*: *ὕδωρ κατὰ χειρός· πρὸ τοῦ εἰσαχθῆναι τὴν τράπεζαν· μετὰ δὲ τὸ δειπνῆσαι, ἀπονίψασθαι δὸς ὦ παῖ*, du, puer, quo se abluat. Lege ad ipsum Th. Magistri locum L. Bos, p. 24. Idem in Avib. v. 1163. *ἐγὼ ἀπονίψομαι*, ego me abluam.

99. *Ἀλεῖψαι*, in Activo, ungere alterum; at *ἀλείψασθαι*, Medium, ungere se ipsum. Ælian. V. H. ix. 30. *ἠλείψατο*, unxit se, et iii. 38. *ἠλείψαντο*, unxerunt se.

100. *Μίγνυσθαι*, in Medio, miscere se. Scripsit Th. Magister, ad voc *Μίγνυται· ὁ ἀνὴρ τῇ γυναικί, οὐχ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρί.* Vult nempe, hoc verbum de viro recte dici, qui rem cum muliere habet, minime vero de muliere, cum viro rem habente. Sed hoc discrimen a nemine, imo ne ab *Ἀττικωτάτοις* quidem scriptoribus, observatur. Aristophanes in Ran. v. 1113. *καὶ τικτούσας-καὶ μιγνυμένας τοῖσιν ἀδελφοῖς*, Et parturientes-et miscentes se fratribus. Lucian. Hist. Ver. T. ii. p. 76. *αἳ δὲ καὶ μίγνυσθαι ἡμῖν ἐπεθύμουν.* Quædam etiam se miscere nobis cupiebant. In ceteris locis, quæ Cl. Bos p. 30. recitat, *μιγεῖσα, μιχθεῖσα, μιχθῆναι, μιχθεὶς, ἐμίγη*, passivæ quidem formæ sunt, sed Mediam habent virtutem. Hoc Virgilius imitatus est, L. vii. Æneid. v. 661. Mista Deo mulier. Servius notat, vocem Mista hic ipsum Græcum *μιχθεῖσα* vel *μιγεῖσα* esse. Hoc dato, dabitur et illud, participium hoc Latinorum passivum vim sibi vindicare Mediam. Thucyd. ii. 84. p. 97. *ἐπεμίγνυντο*, commerciis inter se miscebantur. Add. iv. 118. et Xenoph. 3. *Ἀναβ.* 259.

101. *Ὑποτάξασθαι*, subjicere se, idem quod, *ὑποτάσσειν ἑαυτὸν*, Eph. v. 21, 22, 24. Hugo Grotius recte: verbum hoc sono passivum, sed sensu reciprocum esse, hoc est, ipsum Medium. Sic Tit. ii. 5. Hebr. xii. 9.

102. *Ἀποδύεσθαι*, se accingere. Alciphr. i. Ep. 37. p. 170. *ἐπ' ἐκεῖνον ἀποδύσεται*, ad huic auxiliandum, Herpyllis sese accinget. Ælian. V. H. ii. 30. *ἀπεδύσατο ἐπὶ φιλοσοφίᾳ*, accinxit se ad philosophiam. Conf. xii. 1. *ἀποδυόμενοι*, accingentes sese. Lucian. ii. Asin. 5. 572. *ἀποδύου*, accinge te.

103. Κατατίθεσθαι, δόξαν, κλέος, κ. τ. λ. sibi comparare gloriam, nec non, χάριτας, ad alicujus se accommodare voluntatem.

104. Προστίθεσθαι, se componere. Plutarch. in Fabio, p. 191. hoc verbum cum κατακοσμεῖσθαι eleganter hoc conjungit sensu: προσετίθεντο καὶ κατεκοσμοῦντο πάντες εἰς τὴν ἐκείνου γνώμην, componebant se, et tanquam ornabant se, omnes ad illius voluntatem. Sic κατατίθεσθαι et συγκατατίθεσθαί τινι, assentiri, seu, adjungere se alicui. Quid? quod ipsum simplex τίθεσθαι ita sumitur. Chrysost. 2. Thess. ii. οἷς ἔγωγε μάλιστα τίθεμαι, quibus ego maxime me adjungo, id est, assentior. Τῇ γνώμῃ προσθέσθαι, Xenoph. L. 1. Ἀναβ. 64. verto: sententiæ se adjungere. Sic in Sophocl. Philoctet. sub fin. κἀγὼ γνώμῃ ταύτῃ τίθεμαι. Sic Luc. xxiii. 51. Lucian. in Bis Accus. ii. 18. 814. Ad Activum vero casus additur quartus; ut idem in Piscat. i. 29. 598. σὺ προσθεῖσα τὴν σεαυτῆς, nempe ψῆφον.

105. Προσανατίθεσθαί τινι, se alicui committere, arcanum suum alicui committere, sich einem vertrauen. Metaphora est a thesauro ducta: animum suum, tanquam thesaurum, alicui committere. Sic apud Lucian. in Jove Tragœdo T. ii. p. 642. Jovem alloquitur Mercurius: ὦ Ζεῦ, τί σύννους καὶ καταμόνας σαυτῷ λαλεῖς, ὠχρὸς περιπατῶν, φιλοσόφου τὸ χρῶμα ἔχων; ἐμοὶ προσανάθου, λάβε με σύμβουλον πόνων: 'O Jupiter, quid cogitabundus et solus tecum loqueris, pallidus obambulans, et philosophi colorem præ te ferens? Committe te mihi, adhibe me in consilium in molestiis tuis.' Diodor. Sic. τοῖς μάντεσι προσαναθέμενος, Vatibus se committens. Hunc locum habet Guil. Budæus, in Commen. L. G. quem vide. Nicetas Angel. Commen. ii. 5. 322. A. καὶ οἷς τὰ κρυφιώδη τῶν βουλευμάτων προσανετίθει, Quibus arcana consilia sua committebat.

106. Σφάλλω, fallo alterum. Σφάλλομαι, passivum, fallor ab alio. Σφάλλομαι, Medium, fallo me ipsum, sich irren, sich selbst betrügen. Isocr. ἡ ψυχὴ πολλὰ σφάλλεται, mens in multis fallit, se ipsa.

107. Πλανάω, decipio alterum. Πλανῶμαι, passivum, decipior ab alio. Πλανῶμαι, Medium, decipio me ipse. Isocr. Ep. ad Jasonis liberos, p. 1006. ed. Basil. ex officina Oporin. 1587. 8. Ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑμᾶς ταῖς διανοίαις πλανᾶσθαι, necesse est, ut animis vestris ipsi vos decipiatis.

108. Ἀνέχεσθαι, se continere. Xenoph. i. Ἀναβ. 88. οὐκ ἠνέσχετο, se non continuit. Valet pro ἀνεῖχεν ἑαυτόν. Is enim est verbi Medii usus. Vid. ad hunc locum Cl. Th. Hutchinson.

109. Ἐπιφέρεσθαι, se inferre. Xenoph. i. Ἀναβ. 92. ed. Oxon. ursam ἐπιφερομένην, se inferentem. Eodem sensu idem auctor προσφερόμενον dixit K. Π. p. 39.

110. Διαχωρίζεσθαι, separare se, a διαχωρίζω, separo. Diodor. p. 256. Polyb. Exc. Legat. 28. p. 1154.

111. Σώζεσθαι, ex vi vocis Mediæ, prospicere saluti suæ, curare salutem suam. Sic Xenoph. ii. Ἀναβ. 122. 3.

112. Ἀλέξασθαι, vim, impetum hostium a se propulsare, seque contra eam tueri, Xenoph. Exp. Cyr. iii. p. 246. Id. K. Π. p. 65. τί οὖν ἐστὶν ἢ τοῦ ἀλέξασθαι δικαιότερον ἢ κ. τ. λ.

113. Κακύνεσθαι, id est, μαλακίζεσθαι, ignaviter se gerere. Xenoph. K. Π. L. vi. p. 167. E. ed. Wechel.

114. Ἀναιρεῖσθαι, secum portare, sumere, Aristoph. Avib. v. 448. 449. p. 396. τοὺς ὁπλίτας ἀνελομένους θ' ὅπλ' ἀπιέναι πάλιν οἴκαδε, Gravis armaturæ milites, sumtis, portatis secum armis, revertantur iterum domum.

SECTIO II.

DE SECUNDO GENERE VERBORUM MEDIORUM.

1. Neque solum Verba Media tunc locum habent, quum quis ipse a se, nemine alio intercedente, aliquid patitur, (quod genus notionis mixtæ in superiore Classe illustravimus:) sed etiam, quum quis ab altero aliquid patitur; ita tamen, si volens illud patiatur, et passioni illi (quam a se prohibere posset, si vellet) sponte se offerat; vel etiam cura, jussu, seu mandato suo ipse sibi eam arcessat: actionem passioni hac ratione admiscens. Et de hac quidem mixtione actionis cum passione viros doctos multo minus, quam de altera (cujus saltem aliquam suspicionem habuerunt) cogitasse video.

Sic ex. gr. qui a tonsore tondetur, revera quidem ab eo aliquid patitur: sed tamen ipse simul actionem negotio huic admiscet, dum tonsori illi a se arcessito, sponte se tondendum præbet: unde Græci hoc sensu semper adhibent Verbum Medium Κείρεσθαι, vel in Aor. 1. κείρασθαι. Contra, mortui, oves, pelles, etc. sensu mere passivo dicuntur κείρεσθαι: quoniam in hoc negotio nec voluntatem ullam habent, nec facultatem, vel adjuvandi, vel prohibendi tonsuram. Hoc ipsum erudite nos docet Philo Judæus l. de Caino his verbis: Ὥσπερ γὰρ τὸ κείρεσθαι διττόν· τὸ μὲν ὡς ἀντιπεπονθὸς κατὰ ἀντέρεισιν· τὸ δὲ ὡς ὑπεῖκον καθ' ὑπόπτωσιν. Πρόβατον μὲν γὰρ, ἢ δέρμα, ἢ τὸ λεγόμενον κώδιον, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου, κείρεται· ὁ δ' ἄνθρωπος συνδρῶν, καὶ σχηματίζων, καὶ ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτὸν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν.* 'Ut enim tonderi duplex est: unum ut passioni non cedens, sensu resistendi: alterum, ut cedens, sensu se submittendi. Nam ovis, aut pellis, aut quod dicitur κώδιον (i. e. vellus ovinum) omnis actionis expers, et passioni tantum obnoxium tondetur: at homo [tondetur,] alterius actionem adjuvans, et ad certum habitum se componens, et tonsioni se accommodans: admiscens scilicet actioni passionem.' Sic ergo κείρασθαι, est, facere se tonderi, vel se tondendum præbere; uti λούσασθαι, se lavandum præbere: χρίσασθαι, se ungendum præbere: aliaque hujus generis. Quod si vero quis tonsuram, lotionem, unctionem, etc. non ab altero sibi fieri curet, sed ipsi præstet, eadem verba ad Classem superiorem pertinebunt. Vide supra Sect. 1. Num. 5. et 6.

2. Ἀπογράψασθαι (apud D. Luc. in Evang. 2. v. 5. et alibi) secundum vim verbi Medii notat, se, vel nomen suum in tabulis censualibus describendum curare: vel brevius, se censendum præbere. Ubi Activa (ut ita loquar) negotii hujus pars designatur per τὸ curare, vel præbere; at Passiva, per describendum, seu censendum. Vulgo redditur, nomina in censu profiteri: bene quidem, si ad sensum simpliciter spectet; at nimis anguste, si interpretatio hæc ad totam notionis Mediæ mensuram exigatur. Eodem sensu accipiendum est τὸ ἀπογράφεσθαι apud laudatum Lucam dicto capite secundo v. 3. Καὶ ἐπορεύοντο πάντες ἀπογράφεσθαι. Ubi tamen, quasi esset mere passivum, vulgo redditur, censeri, seu describi. Contra Henr. Steph. in Thesauro suo de hoc verbo Lucæ sic censet: 'Sed fortasse capitur a Luca significatione activa, sicut in superius citatis locis, ut sit ἀπογράφεσθαι idem, quod ἀπογράψασθαι.' Sic de hujuscemodi verbis dubitant viri docti, utrum significatione Activa, an vero Passiva prædita sint; quia latuit eos vera Verborum Mediorum vis et notio, quæ nec mere Activa est, nec Passiva, sed ex utroque genere, ut diximus, mixta. Sic, τιμησαμένων ἁπάντων, apud Dion. Halicarn. lib. 5. c. 75., sensu Medio dicitur, pro, quum omnes se æstimandos, vel censendos præbuissent. Interpres ibi minus accurate, omnibus censis. Id enim foret, τιμηθέντων ἁπάντων. Neque τὸ ἀπογράφεσθαι, vel ἀπογράψασθαι, ad censum tantum refertur; sed etiam ad quævis alia negotia, ubi quis nomen suum tabulis publicis inscribendum curat. Xenoph. lib. 6. Ἑλλην. p. 593. E. Ἀπογραψάμενοι δ' ἐν ταῖς ὁμωμοκυίαις πόλεσι καὶ οἱ Θηβαῖοι. Quum inter urbes, quæ sacramentum præstiterant, etiam Thebani nomen suum professi essent. Sic et, qui ad militiam nomina sua profitentur, ἀπογράψασθαι dicuntur. Xenoph. Ἑλλην. lib. 6. p. 608. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔφασαν ἀπογράψασθαι πλέον ἢ ἑξακισχιλίους. Idem Ἑλλην. lib. 2. p. 471. E. Ἐκέλευον ἀπογράφεσθαι πάντας, τὸν δὲ ἀπογραψάμενον ἀεὶ διὰ τῆς πυλίδος ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐξιέναι. Plura exempla adducere supersedeo.

3. Διδάξαι, docere: Διδάξασθαι, in Medio, se docendum præbere magistro. Aristoph. Nub. v. 127. Διδάξομαι,

* Hunc locum Cl. Kusterus in Notis ad Aristoph. Nub. v. 127. p. 53. jam attulit. Vid. etiam Menag. ad Laert. Lib. vii. Sect. 64.

Αὐτὸς βαδίζων εἰς τὸ φροντιστήριον.[1] Vide ibi Scholiasten.[2] Et cum Accusativo, Διδάξασθαι τέχνην, præbere se docendum artem: pro quo (si quis sensus tantum rationem habere velit) brevius dici poterit, doceri artem, vel discere artem. Aristides apud Th. Mag. v. Ἐδίδαξα: Οὐκ ἐδιδάξατο τὴν τέχνην τὴν ἰατρικὴν, ἀλλ' ἐδίδαξεν αὐτός. Alias et pater dicitur διδάξασθαι υἱὸν, quem magistro instituendum, seu docendum committit: quo sensu Verbum hoc accipitur apud Aristoph. Nub. v. 1341.[3] item apud Platon. in Protag. p. 199. D. bis, vel ter: nec non apud Plutarch. in Solon. p. 90. D.

4. Παραθεῖναι τράπεζαν, mensam alicui apponere: at παραθέσθαι τράπεζαν, mensam sibi apponendam curare, vel jubere. Thucyd. lib. 1. c. 130. de Pausania: Τράπεζάν τε Περσικὴν παρετίθετο. Ubi interpres: Mensa quoque Persica ei apponebatur. Sed rectius et accuratius sic vertisset: Mensam quoque Persicam sibi apponi curabat vel jubebat. Xenoph. in Hierone pag. 903. D. Ὅσῳ ἂν πλείω τις παραθῆται τὰ περιττὰ τῶν ἱκανῶν, τοσούτῳ θᾶττον κόρος ἐμπίπτει τῆς ἐδωδῆς. Ubi interpres: Quanto plura quis apposuerit......tanto citius satietas cibi nos capiat. Quasi esset παραθῇ, in Activo. Tu verte: Quanto plura [edulia] aliquis sibi apponenda curaverit: Et mox: Ὁ παρατιθέμενος πολλά. Qui multos cibos sibi apponendos curat.

5. Ἄρχω in Activo, non simpliciter significat, incipio, sed, prior incipio; seu, aliis ad faciendum præeo. Ἄρχομαι, in Medio, alterum sic incipientem sponte sequor; seu, sino, vel curo mihi initium faciendi præberi ab altero: quod est, si brevius rem exprimere velis, post alium incipio. Hoc igitur sensu, illi ex. gr. qui in Choro post Præcentorem canere incipiunt, dicuntur ἄρχεσθαι ᾄδειν: at Præcentor ipse, ἄρχει τῆς ᾠδῆς. Habet ceteroqui τὸ ἄρχεσθαι et alias notiones, quas exposuimus supra Sect. 1. Num. 23.

6. Κρίνω, judico: Κρίνομαι, in Passivo, judicor: invitus nempe, seu nolens, volens: quo sensu rei criminis capitalis κρίνεσθαι dicuntur. At κρίνεσθαι, in Medio, dicitur de litigantibus, qui sponte se judicio offerunt, sive judicandos se præbent: seu judicem adeunt, ut jus sibi dicat. Unde ex consequenti significat, judicio contendere, seu disceptare. Thucyd. lib. 1. c. 39. Φασὶ δὴ δίκῃ πρότερον ἐθελῆσαι κρίνεσθαι. Dicunt se judicio ante disceptare voluisse. Ubi additur δίκῃ: quia τὸ κρίνεσθαι a judiciis interdum ad alias etiam lites, contentiones, seu certamina transfertur; ut apud Aristoph. Nub. v. 66. Τέως μὲν οὖν ἐκρινόμεθα. Per aliquod igitur tempus inter nos litigavimus, seu contendimus. De nomine scilicet filio imponendo. Et κρίνεσθαι Ἄρηϊ, apud Homerum, Marte contendere. Κρίνεσθαι περὶ τῶν ὅλων, de summa rerum prœlio decernere, apud Polybium. Et cum Dativo, κρίνασθαι Τιτήνεσσι, pugnare cum Titanibus, apud Hesiod. in Theog. v. 882.

7. Δικάζω, jus dico. Δικάζομαι, in Medio, facio mihi jus dici, vel juri dicendo me præbeo, seu offero; et ex consequenti, judicio cum aliquo discepto, seu contendo: itidem ut κρίνομαι, de quo proxime ante. Sic ἐπιδικάσαι, adjudicare, seu addicere alicui hæreditatem, quod est officium judicis: at ἐπιδικάσασθαι, facere, seu curare sibi adjudicari hæreditatem,[4] quod fit, quum testimoniis, aliisque argumentis judicem eo adducimus, ut sententiam secundum nos ferat. Harpocrat. V. Ἐπεδίκασε· Τὸ δὲ ἐπεδικάσαντο, οἷον, ἔπεισαν τοὺς δικαστὰς ἑαυτοῖς προσνεῖμαι τὸν κλῆρον. i. e. Ἐπεδικάσαντο, quasi dicas, induxerunt judices, ut hæreditatem sibi attribuerent. Hinc ex consequenti τὸ ἐπιδικάσασθαι plerumque significat, hæreditatem judicio consequi. Demosth. adv. Olympiod. p. 693. C. Ἐπεδίκασεν δ' Ἄρχων τοῖς ἀντιδίκοις τοῖς ἡμετέροις τὸν κλῆρον τὸν Κόνωνος. Et statim: Ἐπειδὴ δ' ἐπεδικάσαντο: at postquam hæreditatem judicio consecuti essent. Ad hunc locum Demosth. Harpocration respexit. Et in ead. Orat. p. seq. Προκαλεῖσθαι τοὺς ἐπιδεδικασμένους. Ubi Verbum ἐπιδεδικασμένους, licet sit Formæ Passivæ, notionem tamen habet Mediam, idemque notat, quod ἐπιδικασαμένους. Et mox: Ἀπολαβὼν παρὰ τῶν ἐπιδικασαμένων, ὅσα ἦσαν παρ' ἡμῶν εἰληφότες. Et mox: Ἐπειδὴ ἐπεδικάσαντο οἱ ἀντίδικοι ἡμῶν, ἅπαντα παρέλαβον, ὅσα, κ. τ. λ. i. e. postquam hæreditatem judicio, seu per sententiam judicis, obtinuissent, etc.

8. Τάξαι φόρον, tributum aliis imponere, seu imperare, apud Thucyd. lib. 3. c. 50. et lib. 1. c. 19. et alibi. At τάξασθαι φόρον, in Medio, semper dicuntur illi, qui pactione interposita, atque adeo non plane inviti, seu coacti, tributum sibi imponi patiuntur: quæ quidem notio ex actione et passione pulchre mixta est. Dicitur autem vel absolute, τάξασθαι φόρον: vel cum Infinitivo, τάξασθαι φόρον, χρήματα, ἀποδοῦναι, φέρειν, etc. Thucyd. lib. 1. c. 108. Ὡμολόγησαν οἱ Αἰγινῆται τοῖς Ἀθηναίοις, τείχη τε περιελόντες, καὶ ναῦς παραδόντες, φόρον τε ταξάμενοι ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον. Et eod. lib. c. 99. Χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν φέρειν. Et cap. 101. Χρήματα ταξάμενοι φέρειν. Vide etiam eod. libr. c. 117. et lib. 3. c. 50. et alibi: item Plutarch. in Pericl. p. 167. B.

9. Ψηφίζω, calculos colligo, seu calculis collectis vel subductis computo: item suffragia colligo, vel sententias rogo: quo sensu tamen compositum ἐπιψηφίζω potius usurpari solet, ut mox dicetur. At ψηφίζομαι, in Medio, facio suffragia mea colligi, vel curo sententiam me rogari: et ex consequenti, suffragium fero, seu suffragio lato aliquid statuo, decerno, vel scisco.[5] Et hæc quidem notio adeo nota est et obvia, ut supervacaneum putemus, exemplis eam illustrare. Sed de verbo ἐπιψηφίζειν hic agere operæ pretium erit. Id enim a Viris doctis[6] non satis intellectum esse animadvertimus. Nimirum ἐπιψηφίζειν proprie notat, populi suffragia de re aliqua colligere; seu populum in suffragium mittere; vel populum de re aliqua sententias rogare: quod apud Athenienses non solum Ἐπιστάτης, sed etiam novem Proëdri facere solebant. Thucyd. lib. 6. c. 14. princ. Καὶ σὺ, ὦ Πρύτανι, ταῦτα ἐπιψήφιζε, καὶ γνώμας προτίθει αὖθις Ἀθηναίοις. Et tu, o Prytani, (quo nomine hic designatur Ἐπιστάτης, sive Præses Senatus) de his rebus populum in suffragium mitte, eique sententias iterum propone. Male ibi interpres τὸ ἐπιψήφιζε reddit, de consilii sententia confirma. Nam agitur ibi de re aliqua populo proponenda, sive de qua populi sententia roganda erat. Scholiastes quoque τὸ ἐπιψήφιζε minus recte interpretatur, δευτέρας ψήφους τίθει. Nam etiam quum quis prima vice populum de re aliqua in suffragium mitteret, id ἐπιψηφίζειν dicebatur: ideo nimirum, quia Athenis olim vix aliqua res ad populum ferebatur, nisi prius Senatus de ea censuisset. Sic ergo ἐπιψηφίζειν proprie foret, post ψήφισμα Senatus (quod προβούλευμα dicebatur, quia rogationem populi præcedebat) de re aliqua populi suffragia exquirere. Harpocrat. Προβούλευμα, τὸ ὑπὸ τῆς βουλῆς ψηφισθὲν, πρὶν εἰς τὸν δῆμον εἰσενεχθῆναι. Vide Eund. V. Ἀπροβούλευτον, itemque Argument. Orat. Demosth. adv. Androtionem. Æschin. contra Ctesiph. in princ. Καὶ ταῦτα ἕτεροί τινες τὰ ψηφίσματα ἐπιψηφίζουσιν, οὐκ ἐκ τοῦ δικαιοτάτου τρόπου λαχόντες προεδρεύειν. Et de his rebus, quas Senatus decrevit (vel quarum auctor Senatus est factus) alii Populum ad suffragia vocant, etc. Ubi Proëdris τὸ ἐπιψηφίζειν assignat. Et quidem partem illius ἐπιψηφίσεως fuisse, τὸ ἀναγορεύειν τὰς χειροτονίας (i. e. publice pronuntiare numerum manuum, quæ tollerentur), idem paulo post indicat.

[1] 'Ipse me docendum præbebo, scholam philosophorum frequentans.'

[2] Nugatur hic interpres, et, quid velit, ipse nescit: quod et vir doctus ipse desideravit in Notis ad hunc locum p. 53. Verissimum hoc est: διδάξω, ὁ φιλόσοφος διδάσκαλος ἐστι· διδάξομαι δὲ, ὁ πατὴρ, καὶ πᾶς ὁ παραδιδοὺς ἑτέροις μανθάνειν, p. 62.

[3] Ἐδιδαξάμην μέντοι σε, hoc est, te docendum curavi: vel, te docendum alteri commisi. Conf. Cl. Kusterum ad hæc verba, p. 63. Sic de Themistocle apud Æschin. Dial. 1. §. 4. τὸν υἱὸν ἐδιδάξατο, id est, curavit docendum: a quo verbo postea ἐδίδαξε discernetur. Vid. ibi P. Horrei Not. Sic Lucianus i. 2. 2. Pater, inquit, deliberabat cum amicis, ὅ, τι καὶ διδάξαιτό με, id est, docendum curaret. Ubi σχόλια: Διδάσκομαί τινα, εἰς διδάσκαλον πέμπω μαθησόμενον. Itaque versio, quid me doceret, non probanda. Latini quidem docere hanc in sententiam utuntur, cui respondet Græco διδάξασθαι, ut L. 12. D. de Leg. et Fideic. Verum illi carent Media forma, qua ista ambiguitas unice tollitur. Præclare hoc monuit Cl. Gesnerus, Præf. ad Lucian. p. xxxii.

[4] Seu, attribuere, vindicare sibi hæreditatem. Hesychius p. 1348. Ἐπιδικάζεται· ἀντιποιεῖται. Ecquis est, qui non κλῆρον deesse videat? vindicat, attribuit sibi coram judice hæreditatem. Hinc rarissima vox, qua Lucianus Somn. p. 13. ed. nov. usus est, ἐπιδικάσιμος, id est, ut σχόλια habent: ὁ τοῖς φίλοις ἐν τῷ δικάζεσθαι συνηγορῶν, κ. τ. λ. amicis advocatus. Vid. ad locum Lucianeum Cl. Hemsterhusium.

[5] Ψηφίσασθαι πόλεμον, decernere bellum, ὁ Ἀττικῶν κορυφαῖος, Thucyd. 1. 119. 76.

[6] Non multum operæ hic navarunt Budæus, C. L. G. p. 167. s. et H. Stephanus, in Thes. T. iv. p. 730. Nihil hic etiam Æmilius Portus in Lex. Ion. vidit. Eximia collegit eam in rem H. Valesius ad Harpocr. p. 74. 284. sed nullo sine delectu et ordine.

Ceterum Wolfius τὸ ἐπιψηφίζουσιν in dicto loco Æschinis male reddit, comprobent. Id enim foret, ἐπιψηφίζονται, in Medio. In ead. Orat. p. 285. A. Τίς ἦν ὁ ταῦτα γράψας, καὶ τίς ὁ ταῦτα ἐπιψηφίσας πρόεδρος; ubi Wolfius eundem errorem errat. Et ead. Orat. p. 292. B. Κόττυφον, τὸν τότε τὰς γνώμας ἐπιψηφίζοντα, ubi Wolf. satis recte, Cottyphum, qui tunc sententias rogarat. Notandum tamen, γνώμας hic non tam dici ipsius populi suffragia, quam aliorum (puta Oratorum, qui Populo aliquid suaderent) sententias, de quibus Populi suffragia exquirenda erant. Quare, γνώμας ἐπιψηφίζειν (quod eodem modo dictum est, quo in loco superius citato, ψηφίσματα ἐπιψηφίζειν) accuratius verteretur, sententias eorum, qui publice aliquid suadent, ad populi suffragia revocare. In ead. Orat. paulo superius: Ἐκφέρεται προβούλευμα εἰς τὴν ἐκκλησίαν· τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διεπράξατο ἐπιψηφισθῆναι, καὶ γενέσθαι τοῦ δήμου τὸ ψήφισμα. Qui locus insignis est ad probandum id, quod ante diximus; nimirum res ad Populum ferri demum solitas fuisse, postquam Senatus de iis censuisset, sive decrevisset: idque quum factum esset, ψήφισμα, sive προβούλευμα Senatus, postea etiam fiebat ψήφισμα Populi. Demosth. adv. Androt. haud procul a princip. Πρῶτον μὲν οἱ προεδρεύοντες τῆς βουλῆς, καὶ ὁ ταῦτ' ἐπιψηφίζων Ἐπιστάτης, ἠρώτων, καὶ διαχειροτονίαν ἐδίδοσαν. Cum quo loco comparandus est ille, qui non longe præcedit: Ταῦτ' ἐπήρετο ὁ Ἐπιστάτης· διεχειροτόνησεν ὁ δῆμος. Unde apparet, τὸ ἐπιψηφίζειν in priore loco idem esse, quod hic ἐπέρεσθαι, i. e. rogare Populum. Utrumque enim τῷ Ἐπιστάτῃ tribuitur. Præterea notandum est, τὸ ἐπιψηφίζειν in priore loco τῷ Ἐπιστάτῃ, tanquam summo Senatus Præsidi, κατ' ἐξοχὴν tribui; quamvis ceteroqui et alii novem Proedri dicerentur ἐπιψηφίζειν: ut non solum ex superioribus constare potest, sed etiam ex loco hoc Demosthenis adv. Timocrat. pag. 482. B. Ἡ Πρόεδρος ταῦτ' ἐπεψήφισεν, ἢ Πρύτανις: ubi per Πρύτανιν intelligitur Ἐπιστάτης: uti et in loco Thucydidis supra adducto. Xenoph. lib. 6. de Expedit. Cyr. p. 373. C. Ἐπειδὴ δὲ ἐδόκει δῆλον εἶναι, ὅτι αἱρήσονται αὐτὸν, εἴ τις ἐπιψηφίζοι. i. e. Quum autem manifestum videretur, [milites] eum electuros esse, si quis suffragia illorum exquireret. Interpres male: Si quis de concilii sententia decretum faceret. Idem Ἀπομνημ. lib. 1. p. 711. B. de Socrate: Ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ γενόμενος, οὐκ ἐθέλησεν ἐπιψηφίσαι: ubi Interpr. male: decretum adjuncto suffragio suo, facere noluit. Tu verte: De re illa Populum in suffragium mittere noluit. Dion. Halicarn. l. 7. c. 17. in fin. τοῦτον τὸν νόμον ἐπιψηφίσαντες οἱ Δήμαρχοι: ubi manifeste significat, rogare Populum. Exprimere enim voluit phrasin illam, in Comitiis Romanorum olim usitatam, rogare legem: quod est sensu prægnanti, rogando Populum legem sancire. Nulla enim lex Romæ olim, libera adhuc Republica, sanciri, nec fere aliud quidquam publice statui solebat, nisi prius Consules, vel etiam Tribuni plebis (quos Dionysius in citato loco Δημάρχους vocat) populum rogassent, Vellentne et juberent aliquid fieri: unde et leges sic rogatæ et latæ, proprie dicebantur rogationes: ut nemini non notum est. Porro Thucyd. lib. 1. c. 87. princ. cum Accusativo et Præpositione dixit, ἐπιψηφίζειν εἰς τὴν ἐκκλησίαν: quod Interpr. recte vertit: In Lacedæmoniorum concione sententias rogare. At Lucianus in Timon. p. 140. Edit. Amst. cum Dativo dixit, ἐπιψηφίζειν τῇ ἐκκλησίᾳ: quod licet insolens videatur,[1] comparari tamen potest cum phrasi illa, ψῆφον ἐπαγαγεῖν τινι, qua usus est Thucyd. lib. 1. c. 87. 119. 125. et alibi. Ut hoc addam: Harpocr. vocem Ἐπιψηφίζων interpretatur, ἐπικυρῶν: i. e. ratum faciens, seu approbans: sed quæ interpretatio (licet eam doctissimus Valesius, aliique amplectantur) a verbo hoc aliena est; ut ex superioribus apparet. Obduci tamen nobis posset locus hic Xenophontis lib. 7. Ἀναβ. p. 404. Ἐπὶ τούτοις εἶπε Ξενοφῶν, εἴ τις ἀντιλέγει, λεγέτω· εἰ δὲ μὴ, ἐπιψηφίζετε ταῦτα· ἐπεὶ δὲ οὐδεὶς ἀντέλεγεν, ἐπεψήφισαν: ubi certum quidem est, τὸ ἐπιψηφίζειν positum esse pro ἐπιψηφίζεσθαι, i. e. rem suffragio suo comprobare: sed vix crediderim, id ab ipso auctore profectum esse, quum videam, non solum ab aliis scriptoribus, sed etiam ipso Xenophonte alibi, verbum hoc, eo, quo supra diximus, sensu usurpari. Quare levissima mutatione rescribendum censeo, ἐπιψηφίζεσθε, pro ἐπιψηφίζετε, et ἐπεψηφίσαντο, pro ἐπεψήφισαν. Emendationis hujus sponsorem do ipsum Xenophontem, qui eod. lib. p. 414. D. in ejusdem rei et facti narratione, Verbum Medium, ἐπιψηφίσασθαι, adhibet. Sic enim inquit: Πάντες μὲν ἐλέγετε σὺν Σεύθῃ ἰέναι, πάντες δ' ἐπεψηφίσασθε ταῦτα. Utitur etiam Xenophon verbo hoc lib. 4. Ἑλλην. p. 513. ubi ait: Πάντες ἐπεψηφίσαντο βοηθεῖν μετ' Ἀγησιλάου τῇ Λακεδαίμονι.[2] Et Dionys. Halicarn. lib. 6. c. 84. princ. Ἐπιψηφιεῖται[3] μὲν ἡ Βουλὴ ταῦτα, καὶ νόμον τάξιν ἀποδώσει τοῖς γραφησομένοις. Id est, Hæc autem Senatus suo decreto rata faciet: ut ibi Interpres recte. Sed satis de verbo ἐπιψηφίζω.

10. Θεῖναι νόμον, semper dicitur de Legislatore, sive eo, qui legem Populo ponit: at θέσθαι νόμον dicitur ipse Populus, qui legem a Legislatore sibi ferri facit, curat, vel mandat: vel legem a Legislatore latam volens accipit, eamque suffragio suo confirmat. Pari modo θέσθαι ὑποθήκην dicitur creditor, qui pignus a debitore sibi dari curat, seu pignus a debitore accipit: ut inferius exponetur. Et παραθέσθαι τράπεζαν, est, mensam sibi apponendam curare; ut supra dictum est, p. 120. Quam parum autem dicta differentia inter θεῖναι et θέσθαι νόμον, vel saltem differentiæ illius ratio, adhuc animadversa et perspecta fuerit, res ipsa docet. Quare operæ pretium erit, utramque phrasin exemplis illustrare. Et primo quidem de Legislatore, sive auctore et suasore legis, dici θεῖναι νόμον, ostendemus. Xenoph. de Republ. Lacedæm. pr. Λυκοῦργον τὸν θέντα αὐτοῖς [τοῖς Λακεδαιμονίοις] τοὺς νόμους. Demosth. adv. Leptin. p. 373. C. Καθ' ὃν τρόπον ὁ Σόλων τοὺς νόμους κελεύει τιθέναι. Et pag. seq. A. Χρῆν τοίνυν Λεπτίνην μὴ πρότερον τιθέναι τὸν ἑαυτοῦ νόμον, πρὶν, etc. Et in princip. ejusd. Orat. Διὰ τοῦτο οὕτως ἔθηκε τὸν νόμον Leptines nempe. Idem adv. Timocr. p. 463. A. Ὅτε τίθησι τουτονὶ τὸν νόμον. Timocrates scilicet. Et paulo post: τὸν καιρὸν, ἐν ᾧ τίθησι τὸν νόμον. Et p. 465. C. Γράψαι καὶ θεῖναι νόμον ὑμῖν. Et ead. Orat. pag. 489. de Solone et Dracone Legislatoribus: Συμφέροντας ἔθηκαν καὶ καλῶς ἔχοντας τοὺς νόμους: et sic sexcentis aliis in locis. At contra θέσθαι νόμον non de Legislatore, sed de populo ipso (ut supra jam diximus) usurpatum reperias. Harpocrat. V. Θέσθαι: Ἐπὶ τῶν νόμων λέγεται, ὡς ἔθηκε μὲν ὁ νομοθέτης, ἔθετο δὲ ὁ δῆμος. Sic enim lego pro, ἔθετο καὶ ὁ δῆμος. Addit mox Harpocration: Ἐν μέν τοι τῷ κατὰ Στεφάνου φησί· ἑαυτῷ νόμους ἰδίους θέμενον· μή ποτε δὲ ἀντὶ τοῦ θέντα, θέμενον. i. e. In Oratione tamen adversus Stephanum inquit: Sibi privatim leges θέμενον. Ubi videndum, an non θέμενον dictum sit pro θέντα. Locus Oratoris, quem Harpocration designat, extat in Orat. 2. advers. Steph. sub finem: ubi hodie pro ἑαυτῷ, legitur, αὐτὸν αὑτῷ: quod codem redit. Non est autem necesse cum Harpocratione statuere, θέμενον hic positum esse pro θέντα. Nam uti qui aliis Legem ponit, Active dicitur θεῖναι νόμον; ita qui ipse sibi legem ponit, recte, et ex propria Verborum Mediorum vi, dicitur θέσθαι νόμον, vel addito Pronomine ἑαυτῷ, vel sine eo. Si addatur, erit pleonasmus: de quo videat Lector, quæ notavimus Sect. 1. Num. 66. Demosth. adv. Leptin. p. 373. C. Οὐδὲ γὰρ ἂν ὑμεῖς ποτε ἐπείσθητε θέσθαι νόμον. Neque vos unquam (alloquitur ibi Athenienses) legem hanc poni vobis sivissetis. Et in princ. ejusd. Orat. Ἆρ' οὖν θησόμεθα τὸν νόμον; An igitur legem [hanc] nobis ferri curabimus, vel sinemus? Loquitur nimirum

[1] Non insolens hoc est. Præcedit in hoc Lucianeo loco, Tom. 1. p. 157. ed. nov. Amstel. εἰσηγήσατο τὸν νόμον. Hæc formula de eo dicitur, qui in comitiis populi legem proponit ac suadet: tum Ἐπιστάτης, vel Πρόεδρος, vel Πρύτανις, sententias rogat, populumque mittit in suffragia: hoc est apud Atticos, ἐπιψηφίζειν τῇ ἐκκλησίᾳ, τῷ δήμῳ, ἐς τὴν ἐκκλησίαν, ut Thucyd. 1. 87. Eadem loquendi ratio in Diogene, L. vii. 10. extat: Ἐκκλησίᾳ κυρίᾳ τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν, Hippon, F. Cratistotelis, concionem legitimam in suffragia misit ex Proedris. Fl. Josephus, A. J. xiv. 8. §. 14. p. 623. alteram habet, quam Jo. Hudsonus recte vertit, ἐπιψήφιζε τῷ δήμῳ, populum in suffragia misit: sed prava virum doctissimum distinctio fefellit, quam Cl. Hemsterhusius emendavit, qui ad verba Luciani legi meretur.

[2] Scite discrimen inter Medium et activum hoc verbum interpretatur Cl. Hutchinson, laudato tamen simul Kusteri libello, in lib. 4. Ἀναβ. p. 339. Add. p. 408. et 547.

[3] Hæc est illa vox, in qua enodanda Hesychius versatus est, p. 1403. ed. nov. Ubi locum turbatum Cl. Kusterus sic restituit: Ἐπιψηφιεῖται· ἐπιψηφιζόμενος· ἐπικρίνων· ψῆφον παρέχων καὶ νίκην.

ibi Demosthenes, non tanquam Legislator, sed tanquam unus ex populo. Et p. 368. A. Ὁ μὴ πάθητε νῦν ὑμεῖς, μηδὲ οἴεσθε νόμον τοιοῦτον θέσθαι δεῖν. Idem Orat. adv. Timocr. p. 480. C. Τοὺς μὲν τοῦ Σόλωνος νόμους, οὓς οἱ πρόγονοι ἔθεντο, λύουσιν αὐτοί· (p. 39.) τοῖς δ' ἑαυτῶν, οὓς ἐπ' ἀδικίᾳ τιθέασι, χρῆσθαι ὑμᾶς οἴονται δεῖν. Idem adv. Mid. p. 390. A. Χρὴ δὲ, ὅταν μὲν τίθησθε τοὺς νόμους, ὁποῖοί τινες εἰσὶ, σκοπεῖν· ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν καὶ χρῆσθαι. Æschin. in Timarch. p. 195. A. Τοὺς νόμους τίθεσθε ἐπὶ πᾶσι δικαίοις. Et mox: Καλλίστους νόμους τίθεσθε. Vos Athenienses, scilicet. Thucyd. l. 5. c. 63. Νόμον ἔθεντο ἐν τῷ παρόντι. Lacedæmonii nimirum. Ælian. V. H. 2. 28. Ἀθηναῖοι νόμον ἔθεντο. Et sic passim alibi. Hinc minus accurate locutus est Plutarch. in Poplicola, ad fin. p. 110. F. ubi de Solone Legislatore ait: Ὁ μὲν ἅμα τῷ θέσθαι τοὺς νόμους. Et in Pericle p. 153. D. de Xanthippo: Καὶ νόμους ἔθετο. Ceterum, si quis phrasin hanc, θέσθαι νόμον, potius Classi superiori assignandam censeat; quasi nempe Populus ideo dicatur θέσθαι νόμον, quod legem sibi ponat, cum eo contendere nolim. Nam phrasis hæc est ex earum numero, quæ pro diverso considerandi modo utrique Classi accommodari possunt. Sic, si exemplum illud paulo ante adductum, Ἀρ' οὖν θησόμεθα τὸν νόμον, comparetur cum eo, quod supra Sect. 1. Num. 47. ex Euripide attulimus, τἀμὰ θήσομαι καλῶς: nihil obstat, quo minus illud θησόμεθα τὸν νόμον, vertere possimus, legem nobis ponemus. Quod si vero conferatur cum phrasi illa, θέσθαι ὑποθήκην, (de qua infra Num. 13.) recte ad Classem hanc secundam, eo, quo diximus, sensu, referri poterit.

11. Λύω, solvo captivitate, seu captivum dimitto, apud Homerum, et alios. Λύομαι, in Passivo, solvor captivitate, seu dimittor. At Λύομαι, in Medio, facio mihi solvi captivum, i. e. redimo. Homerus Iliad. A. princ. de Chryse Sacerdote: Ὁ γὰρ ἦλθε θοὰς ἐπὶ νῆας Ἀχαιῶν, Λυσόμενός τε θύγατρα, φέρων τ' ἀπερείσι' ἄποινα, i. e. redemturus. Idem Il. Ω. v. 118. et 195. Λύσασθαι φίλον υἱόν. Redimere carum filium. Demosth. Περὶ παραπρ. p. 222. A. Φέρε δὴ καὶ ὅσους αὐτὸς ἐλυσάμην τῶν αἰχμαλώτων, εἴπω πρὸς ὑμᾶς. Ubi Wolf. recte, quot ipse captivos redemerim. Lucian. in Timone p. 150. Ed. Amstelod. Κατεδεδίκαστο γὰρ, καὶ ἐδέδετο· κἀγὼ ἐλεήσας ἐλυσάμην αὐτόν. Ego misertus illum redemi. Vide etiam supra Sect. I. Num. 63. Quare λύειν, in Activo, significet, captivum solvere, sive dimittere: at λύσασθαι, in Medio, captivum redimere, nondum ab ullo Grammaticorum video esse expositum. At vero differentiæ hujus ratio ex iis, quæ de natura et indole Verborum Mediorum diximus, satis clare patet. Nam λῦσαι αἰχμάλωτον (solvere sive dimittere captivum) est actio simpliciter transiens in alium. At qui captivum redimit, quod est, λύσασθαι αἰχμάλωτον,[1] quum sibi solvi facit, sive captivum sic solutum et dimissum recipit: quæ est actionis in ipsum agentem reflexio. Habent ergo λῦσαι et λύσασθαι mutuam quandam inter se relationem: uti δανεῖσαι et δανείσασθαι,[2] χρῆσαι et χρήσασθαι,[3] τῖσαι et τίσασθαι, κομίσαι et κομίσασθαι, μισθῶσαι et μισθώσασθαι, aliaque, quorum Activa ad dantem, Media vero ad accipientem referuntur. Homer. Odyss. K. v. 383.

Ὦ Κίρκη, τίς γάρ κεν ἀνὴρ . . . .
Πρὶν τλαίη πάσσασθαι ἐδητύος, ἠδὲ ποτῆτος,
Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

i. e. O Circe, quis enim vir . . . sustineat gustare cibum et potum, priusquam socios captivitate solutos receperit, et oculis suis aspexerit. Interpretes λύσασθαι ibi vertunt, redimere: sensu nimis angusto. Nam verbum hoc non solum significat, captivum pretio redimere, sed etiam precibus, aliisve modis, a captivitate liberare, et sic liberatum recipere. Ulysses certe, Homero prodente, non pretio, sed precibus et blanditiis, sociorum suorum libertatem a Circe impetravit. Uti vero Ulysses in memorato loco Homeri socios suos dicitur λύσασθαι, ita Circe eosdem λύει, i. e. solvit, et dimittit: sensu mere activo, seu transitivo, ut Grammatici loqui solent. Poeta enim statim subjungit, ex persona Ulyssis Circen alloquentis: Λῦσον, ἵν' ὀφθαλμοῖσιν ἴδω ἐρίηρας ἑταίρους. Solve, ut oculis videam dilectos socios. Neque hic tantum, sed et alibi apud Homerum, dictam differentiam inter λῦσαι et λύσασθαι observare licet. Unus tantum occurrit locus, nimirum Il. A. v. 20. ubi λύσασθαι simpliciter videtur positum esse pro λῦσαι. Verba Poetæ hæc sunt:

Παῖδα δέ μοι λύσασθε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθε.

i. e. Filiam vero mihi solvite dilectam, etc. Sed auctor est Eustathius, Herodotum et Apionem, Grammaticos, jam olim in loco illo Poetæ pro λύσασθε et δέχεσθε legisse, λῦσαί τε et δέχεσθαι: quam lectionem etiam plures Codd. MSS. exhibent, teste Barnesio. Ut proinde locus ille sit suspectus, vel saltem dubius. Sed pone, λύσασθαι simpliciter interdum adhiberi pro λῦσαι, i. e. captivum solvere, sive dimittere: non tamen inde sequeretur, λῦσαι vice versa poni posse pro λύσασθαι, i. e. captivum redimere, vel captivum pretio redemtum, aliove modo a captivitate liberatum recipere. Nam significationem illam a verbo λῦσαι alienissimam esse, nemo est, qui dubitare vel negare ausit. Ut proinde, concesso quamvis eo, quod diximus, non tamen omnis differentia inter λῦσαι et λύσασθαι sublata foret: sed tantum inde sequeretur, λύσασθαι non semper habere significationem Mediam, sed tunc tantum, quum ponitur pro captivum redimere, sive redemtum recipere.

12. Τίειν, τῖσαι, vel τιννύειν, solvere, persolvere, luere: ut τιννύειν, vel τῖσαι λύτρα, χάριν, δίκην, ποινὴν, etc. persolvere lytra, grates, pœnam, etc. quarum phrasium exempla in Lexicis obvia sunt. At τίννυσθαι, vel τίσασθαι, in Medio, facere sibi aliquid persolvi; sive, ab altero aliquid, quod nobis debitum est, exigere et repetere.[4] Homer. Odyss. N. v. 15. Ἡμεῖς δ' αὖτε ἀγειρόμενοι κατὰ δῆμον, Τισόμεθα. Ubi Scholiastes τὸ τισόμεθα, quod ad sensum attinet, recte exponit, εἰσπραξόμεθα, ἢ ἀποληψόμεθα: i. e. repetemus, vel recipiemus. Et quoniam inter ea, quæ vel nobis ab altero, vel alteri a nobis, tanquam debita, persolvi par est, etiam referri solet pœna pro maleficio vel damno illato (unde etiam phrases illæ, dare, vel persolvere pœnas, pro puniri) hinc τίννυσθαι, vel τίσασθαι, plerumque significat, facere sibi persolvi pœnas, i. e. sumere pœnas, seu, una voce, punire, vel ulcisci aliquem. Hujus significationis ratio, perelegans sane, quam parum adhuc cognita et perspecta fuerit, vel Henr. Stephanus (quem nemo, quod sciam, erroris redarguit)[5] documento nobis esse poterit. Is enim in Thesauro suo L. Gr. Tom. 3. col. 1565. Activum τῖσαι cum Medio τίσασθαι plane confundens, sic scribit: Τίω, significat non solum, Honoro, Æstimo, ut supra docui; sed etiam Punio, Vindico, Ulciscor: ut ex sequentibus patebit. In qua significatione usitatior est vox Media. His similia sunt, quæ Idem col. 1566. de compositis Ἀντιτίω, et Ἀποτίω notat. Itane vero, Stephane, vox Media, significatione puniendi, tibi usitatior videtur, quam Activa? Sed ubi, quæso, Activum τίω unquam pro punio lectum tibi fuit? Nusquam, mihi crede, Lector. Nam τίειν, vel τιννύειν, (ut jam diximus) semper habet notionem solvendi, vel luendi: at contra τίννυσθαι, vel τίσασθαι, significat, a solvente aliquid accipere; seu, ab altero

[1] Lucian. Demosth. Encom. T. III. p. 523. ὧν ἐλυσάμην αἰχμαλώτους, Quorum redemi captivos. Præbuit hæc nobilis magnificentia argumentum orationis de falsa legatione, quum ea in primis causa legationem Macedonicam susceperit Demosthenes, ut captivos, quibus id pollicitus erat, redimere posset. Hoc erudite observavit ad l. c. Cl. Gesnerus.

[2] δανεῖσαι, mutuam pecuniam dare, et δανείσασθαι, mutuam pecuniam accipere.

[3] χρῆσαι est, alteri utendum dare, vel, uno verbo, commodare; χρήσασθαι, utendum accipere.

[4] Hæc differentia verbi hujus Activi et Medii, cum simplicis, tum compositi, perpetua esse reperitur. Ἀποτιννύειν, in Activo, denotat reddere, seu solvere; at ἀποτίννυσθαι, in Medio, recipere. Hesychius hic recte: Ἀπετίννυεν ἀπεδίδου: Ἀπετίννυτο ἀπελάμβανεν, p. 445. Prior ἐξήγησις pertinet ad Psalm. lxviii, 4. ubi Glossæ MSS. Ἀπετίννυεν ἀπεδίδουν. Altera ad Il. Π. 398. Idem: Ἀπέτισεν ἀπέδωκεν, quod ex Od. Γ. 195. delibavit.

[5] Cl. Maittaire in suis egregiis Annotationibus in Batrachom. p. 32. eam Henr. Stephani observationem, id quod nobis mirabile videtur, approbavit. At vero τίω, vel τιννύω, semper significat, luere, solvere, dare. Homer. in Batrachom. v. 97. ποινὴν σὺ τίσεις, pœnam tu solves, lues, dabis. Prov. xxvii. 12. ζημίαν τίσουσι. Contra vero ea τίννυσθαι, vel τίσασθαι denotat, sumere ab aliquo pœnam, vel, uno verbo, punire. Il. π. 398. ποινὴν ἀπετίνυτο. Od. υ. 386. ἀποτίσομαι αὐτούς. Il. γ. 279. τίνυσθον ἀνθρώπους. Prov. xx. 22. τίσομαι τὸν ἐχθρόν. Julian. Cæs. p. 32. lin. 4. τετιμένοι δίκας, ulti sunt, puniverunt. Ibid. p. 9. 7. ἀπέτισε τὴν δίκην, luit pœnam.

id, quod nobis debetur, exigere, vel sumere; et præcipue pœnam. Non magis ergo τῖσαι et τίσασθαι confundere licet, quam δανεῖσαι et δανείσασθαι, μισθῶσαι et μισθώσασθαι, χρῆσαι et χρήσασθαι, θεῖναι ὑποθήκην et θέσθαι, aliaque hujus generis verba (de quibus mox), quorum Activa semper ad dantem, Media vero ad accipientem referuntur. Ceterum exempla τοῦ τίσασθαι, pro punire vel ulcisci, haud pauca extant apud Homerum, aliosque Poetas potius, quam pedestres scriptores. Compositum tamen ἀποτίσασθαι non solum Poetæ usurpant, sed etiam Xenophon, scriptor Ἀττικώτατος, lib. 5. de Instit. Cyr. p. 139. A. ubi ait: Ἀποτίσασθαι τὸν καὶ θεοῖς ἐχθρὸν, καὶ ἀνθρώποις: Ulcisci [seu punire] hominem et diis et hominibus inimicum. Et lib. 3. Ἀναβ. p. 300. C. Ἀλλὰ τούτους μὲν οἱ Θεοὶ ἀποτίσαιντο. Verum de his dii merita sumant supplicia: ut Interpres recte reddit.

13. Θεῖναι ὑποθήκην, pignus dare: at θέσθαι ὑποθήκην, facere, seu curare sibi pignus dari, sive accipere pignus. Posterius dicitur de Creditore; uti prius de Debitore. Harpocrat. Θέσθαι, ἀντὶ τοῦ, ὑποθήκην λαβεῖν. Pollux lib. 3. Sect. 84.[1] Ὑποθήκην θεὶς, ὁ δανειζόμενος: Ὑποθήκην θέμενος, ὁ δανείζων: Pignus dans, [dicitur] debitor: pignus accipiens, creditor. Idem lib. 8. Sect. 142.[2] Θεῖναι μὲν οἰκίαν, τὸ δοῦναι εἰς ὑποθήκην· θέσθαι δὲ, τὸ λαβεῖν εἰς ὑποθήκην· καὶ τὸ μὲν, ἔθηκε, τὸ δὲ, ἔθετο, ὁμοίως, ὑπέθετο.[3] Eadem est ratio verbi Ἀποτιμῆσαι, et Ἀποτιμήσασθαι. Nam Ἀποτιμῆσαι dicitur maritus, qui pignus æstimatum pro dote uxoris dat: at ἀποτιμήσασθαι significat, pignus ejusmodi accipere.[4] Harpocrat. V. Ἀποτιμηταί: Ἐλέγετο δὲ ὁ μὲν δοὺς τὸ ἀποτίμημα, ἐνεργητικῶς, ἀποτιμᾷν· ὁ δὲ λαβὼν, ἀποτιμᾶσθαι. Suidas: Ἀπετιμήσατο, ἀντὶ τοῦ, ἀποτίμημα ἔλαβεν. Vide eund. V. Ἀποτιμηταί. Demosth. I. adv. Onet. sub princ. Ἀποδείξω οὐ μόνον τὸν προῖκα οὐ δεδωκότα, ἧς φησὶ νῦν ἀποτιμήσασθαι τὸ χωρίον. Demonstrabo eum [Onetorem] non solum dotem non dedisse, pro qua fundum illum pignoris loco se accepisse dicit: [sed etiam, etc.] Et mox: Ἀποτιμήσασθαι φάσκων τὴν γῆν: i. e. Interprete Wolfio, sibi prædium illud oppigneratum esse dictitans. Vid. etiam p. seq. Sic στῆσαι[5] et ἀποστῆσαι, est, appendere ad libram, seu appensum quid alteri tradere: at στήσασθαι, et ἀποστήσασθαι, facere sibi aliquid appendi, seu, appensum accipere. Hesych. Ἀφίστησιν, σταθμῷ παραδίδωσιν. Idem Ἀποστήσας, πωλήσας σταθμῷ.[6] i. e. Ἀποστήσας, qui ad libræ pondus vendidit. Harpocrat. Ἀποστησάμενον, ἀντὶ τοῦ, πρὸς σταθμὸν παραλαβόντα· Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον. Eadem habet Suidas, qui et hæc addit: Καὶ ἀποστήσωνται, οἷον σταθμῷ λάβωσιν ἴσον. Locus autem Demosthenis in Orat. adv. Timotheum (ad quem Harpocrat. et Suidas alludunt) extat p. 704. A. et sic habet: Χρῆν γὰρ τὸν ὑποδεξάμενον καὶ ἀποστησάμενον τὸν χαλκὸν τῶν οἰκετῶν τῶν ἡμετέρων, τοῦτον ἐξαιτεῖν. Ubi Wolfius male ἀποστησάμενον reddit, qui expendisset: pro, qui ad libram appensum accepisset.

14. Κομίσαι ἐπιστολὴν, ferre, seu afferre alicui epistolam. At Κομίσασθαι ἐπιστολὴν, curare sibi afferendam epistolam, seu simpliciter, allatam epistolam accipere: ut in Epistola Philippi Regis apud Demosth. pro Ctesiph. sive pro Coron. p. 337. B. Ἐκομισάμην τὴν παρ' ὑμῶν ἐπιστολήν. Exempla alia passim obvia sunt. Vide etiam supra Sect. I. Num. 54. et 55. ubi de aliis verbi hujus notionibus exposuimus.

15. Χρῆσαι, commodare, seu utendum dare: Χρήσασθαι, facere sibi aliquid commodari, sive utendum accipere. Exemplis in re clara et nota abstineo. Et quoniam, qui rem utendam accepit, ea etiam utitur, hinc χρᾶσθαι etiam dicitur, qui re aliqua utitur: ut nemini non notum est. Neque solum χρᾷν, in Activo, significat commodare, sed etiam oraculum edere, ut constat. Hinc χρᾶσθαι, in Medio, interdum notat, curare sibi oraculum edi, seu oraculum consulere. Exempla quære in Lexicis. Sic συμβουλεύειν, in Activo, consilium dare:[7] at συμβουλεύεσθαι, in Medio, curare sibi consilium dari, sive, consulere aliquem.[8] Hujus generis Verbum etiam est, μαντεύομαι: quatenus nempe significat, oraculum consulo. Nam interdum, ut constat, ponitur pro, oraculum edo: sed quo sensu proprie significat, sino me consuli de eventu rei futuræ; et ex consequenti, vaticinor, seu oraculum edo.

16. Δανεῖσαι, mutuam pecuniam dare: Δανείσασθαι facere sibi mutuam pecuniam dari; pro quo, brevius, et magis Latine dixeris, mutuam pecuniam sumere.[9] Sic μισθῶσαι, locare: Μισθώσασθαι, facere sibi aliquid locari, seu locatum accipere: quod est uno verbo, conducere. Utriusque verbi notio vulgatior est, quam ut necesse sit, exemplis eam illustrare. Hujus generis verba etiam sunt μετρεῖν et μετρεῖσθαι: quatenus nempe illud ponitur pro δανείζειν, hoc pro δανείζεσθαι. Hesych. Μετρεῖ, δανείζει: Μετρεῖσθαι, δανείζεσθαι. Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 349. Εὖ μὲν μετρεῖσθαι παρὰ γείτονος. Ubi Glossæ MS. Vossii, (ut ibi notat Grævius) καλῶς δανείζεσθαι. Nimirum μετρεῖσθαι proprie significat, certa mensura aliquid utendum accipere: et per catachresin videtur etiam dici de rebus, quæ pondere et numero constant: si quidem falsi non sunt veteres Grammatici, qui (ut diximus) verbum hoc interpretantur, δανείζεσθαι. Ego vero non video, quid obstet, quo minus, τὸ μετρεῖσθαι, in memorato loco Hesiodi, propria significatione accipi possit.

C. WOLLII NOVÆ ACCESSIONES.

17. Παιδεύειν de παιδευτῇ, magistro seu pædagogo dicitur, erudire, docere, castigare. At vero παιδεύεσθαι de patre adhibetur, qui curat filium erudiendum, docendum, eumque τῷ παιδευτῇ castigandum tradit et committit. Hesychius accurate: ἐπαιδεύσατο, τὸν υἱὸν ὁ πατήρ· ἐπαίδευσε δὲ, διδάσκαλος, f. 1306. 16. ed. nov. Cl. Alberti. Unde Hebr. xii. 7. υἱὸς, ὃν παιδεύῃ πατὴρ, est filius, quem pater ipse castigat instar pædagogi. Ipsius διδασκαλικῆς seu docendi artis species est παιδευτική, Solertia educandi, auctore Platone, in Sophist. p. 154. D. Idem Gorg. p. 311. B. παιδεύειν ἀνθρώπους εἰς ἀρετήν, instituere homines ad virtutem. Diog. 1. 92. τέκνα παιδεύειν, erudire liberos. Sic præclare Jos. Scaliger, vir illustris: parentum est παιδεύεσθαι, Pædagogorum, παιδεύειν in Notis in Disticha Catonis, p. 46. inter Opuscula ejus diversa, Græca et Latina, quæ Parisiis 1605, 8. in lucem exierunt. Addit, eam κυριολογίαν Atticos religiose observare. Deinde in loco de divitiis Græcarum literarum hic cogitat, quas in hac quidem contemplatione nos semper ante oculos positas habuimus. Romani profecto, hac etiam in parte, inopes sunt. Hi etenim et parentem, et pædagogum dicunt erudire ac docere. ICtus de legatis tertio, L. Stichus, sive, D. l. 32. tit. 1. l. 12. Stichus liber esto, et, ut eum heres artificium doceat, unde se tueri possit, peto: ἵνα κληρονόμος μοῦ διδάσκηται αὐτὸν, non autem διδάσκῃ, quod in magistrum cadit. Lex. Gr. ex Suida fere

[1] C. IX. p. 308. Tom. I. ed. eximiæ Hemsterhuis. [2] C. XII. p. 966. T. II.

[3] Verba ita se habent: ὁμοίως ὑπέθηκε, καὶ ὑπέθετο.

[4] Hesychius p. 491. Ἀποτιμήσασθαι· τὸ λαβεῖν εἰς ὑποθήκην. Verum Ἀποτιμηῷ· ἀποτίθησιν, leviter sic immuta: Ἀποτιμᾷ· ὑποτίθησι, auctore Cl. Hemsterhusio.

[5] [Mire vero errat Methode de Port Royal, l. iv. regl. 1. 3. ubi στῆσαι vertitur être debout, i. e. to stand, quod debuit verti active to place, appoint. Neutra significatio istius verbi Præterito convenit et Aor. 2; nunquam Aor. 1; nec unquam variatur in hac re per omnes Græciæ fines. Vide, si libet, Duporti Prælect. in Theoph. c. 2. et nostrates Grammaticos. Burger.]

[6] Hactenus bene Hesychius, p. 486. verum explanatio, quam ad τὸ Ἀποστήσασθαι apposuit, ad ἀποστήσας etiam referri debet, hoc modo: ἀποστήσας, πωλήσας σταθμῷ. Ἀποστῆσαι, ἀποδοῦναι χρέος. Ἀποστήσασθαι, ἀποκομίσασθαι, vel παραλαβεῖν χρέος. Nam ἀποστῆσαι, in Activo, significat, ad libram vendere, sive, appensum quid alteri tradere; at ἀποστήσασθαι est, ἀπολαβεῖν χρέος, appensum aliquid ab altero recipere: quæ ab Atticis Oratoribus nunquam confunduntur; ut præclare monuit Cl. Hemsterhusius. Hesychius deinde exponit verbum Homericum, sed postea ex Homero proscriptum, p. 487. Ἀποστήσωνται· ἀποκομίσωνται, σταθμῷ γὰρ ἀπέλιπον. Locus est Iliad. N. 745. ubi literatissimi Homeri editores maluerunt ἀποτίσωνται legere. Sed Hesychius, ut critici veteres, Etymologus, voc. Στατῆρ. p. 745. Apollonius, Lex. MS. Eustathius, Phavorinus. Hinc Cl. Barnes. Not. in Hom. Il. N. 745. ἀποστήσωνται in Textum postliminio revocavit. Vid. omnino Hesychii ed. nov. p. 786. s.

[7] Γνώμην δίδωμι, I Cor. VII 25. [8] Consilium petere ab aliquo.

[9] Conf. hanc in rem Jac. Duport. in Prælect. in Theophrasti Charact. Eth. c. 9. p. 333-335. Cl. Salmas. de modo usurarum passim. Vid. Ind. ibid. Add. Wolf. ad Olynth. 1. Dem. p. 356. ed. Basil. 1569. 8.

delibatum, cod. CLXXVII. XIV. saec. apud ill. Montfaucon. Bibl. Coisl. p. 238. παιδεύειν· παιδοτροφεῖν. Bina hæc, quæ declaravimus, verba, cum διδάξαι et διδάξασθαι (p. 119.) conveniunt.

18. Ἔρανος Græcis erat stipes collatitia, hoc est, genus mutui gratuiti. Si quis ad incitas redactus esset, amici eum opibus suis juvabant, et suum quisque ἀνδρακὰς, viritim, quod poterat, conferebat. Ipse vero recipiebat, se istud, ubi ad meliorem perveniret fortunam, redditurum esse. Ita vero ἔρανος tanquam medium erat inter δάνειον ac δῶρον. Vid. hac de re Jac. Duporti Prælect. ad Theophrast. Charact. p. 191. ed. Cantabrig. et Cl. Salmas. observatt. ad Jus Attic. et Rom. c. 1. p. 4. s. ubi hic binas alias pecuniæ viritim conferendæ species commemorat, p. 9. s. i. e. convivium una sumendum, quod δεῖπνον ἐκ συμβολῆς Hesychio dicitur. Præter hunc convivalem ἔρανον, erat etiam alius, qui erat menstrua solutio, quam alicujus societatis membra ex lege præstabant. Nos jam primam illam consideremus ἐράνου speciem. Hæc antiqua res proprias habet formulas, quibus exprimitur. Κομίζειν τὸν ἔρανον significat afferre, apportare pecuniam, quam erani nomine aliquis debet. Κομίζεσθαι vero τὸν ἔρανον, in Medio, referre, recipere, reportare ab amico pecuniam, erani nomine sibi debitam. Ex quo patet, quid κομισάμενος τὸν ἔρανον sit Aristoteli 2. Phys. c. 5. quem philosophi locum difficiles explicatus habentem Cl. Duportus, p. 193. scienter enodavit. Verbum Activum, ἐρανίζειν, est, stipem illam conferre, pecuniam collatitiam dare, ἔρανον διδόναι, εἰσφέρειν. At vero Medium, ἐρανίζεσθαι, stipem petere, colligere, accipere, ἔρανον λαβεῖν, συλλέγειν. Sic τίειν et τίεσθαι, (p. 139. s.) φέρειν et φέρεσθαι. Sic δανείζει creditor, qui mutuum dat, δανείζεται debitor, qui mutuum accipit. Ὁ ἐρανίζων, qui stipem confert; ὁ ἐρανιζόμενος, in quem confertur. Ἐρανίζει, qui eranum dat; ἐρανίζεται, qui petit aut accipit. Theophr. in Charact. τῆς μεμψιμοιρ. c. 17. (al. 18.) οἱ δανειζόμενοι sunt, qui mutuam rogant pecuniam, et ἐρανιζόμενοι, qui eranum petunt. Ἐρανίζοντας h. l. corrupte scribi, cum analogia docet, tum usus vocis apud Atticos scriptores: verum ἐρανιζομένους legendum. Demosth. τοὺς φίλους ἐρανίσας, ubi amicis indigentibus stipem contuleris. Budæus et Harpocration: ἔρανον αἰτήσας. Diog. Laert. de Arcesilao: Plurimis ea subministravit, καὶ συνεράνιζε. Male Lat. interpres: quibus et convivia et cœnas faciebat; ac si verbum ab ἔρανος esset, quatenus hæc vox cœnam collatitiam significat. Rectius hæc se habet versio: multis necessaria suppeditabat, eosque stipe adjuvabat collatitia. Antiphon. Orat. 3. ubi gloriatur quidam, se pecuniam suam ad omnia honesta et splendida impendisse, πολλοὺς δὲ ἐρανίζοντα, multis pecuniam collatitiam dedisse. Habemus adhuc nobilem φράσιν in promtu, ἐράνους διαλύεσθαι, quam de Demosthene adhibuit Lucianus, Demosth. Encom. T. III. p. 524. οἷς τοὺς ἐράνους συνδιελυσάμην. Nemo veterum, quod sciam, interpretum hæc accurate verba reddidit. Phil. enim Melanthon ambigue: quibus donavi pecunias. Benedictus: quos dandis contributionibus juvi. Sed omne tulit punctum Cl. Jac. Duport: quorum ego dissolvi debita, erani nomine, quem ab amicis collegerant, contracta. Nam διαλῦσαι et διαλύσασθαι τὰ χρέα, τοὺς ἐράνους, promiscue accipiuntur, ut λῦσαι et λύσασθαι. (p. 82.) Διαλύειν τὰ χρέα est, dissolvere æs alienum; quod διαλύειν τὰ χρήματα, Demosthenes dixit. At recte quoque dicitur, διαλύσασθαι τὰ χρέα, dissolvere æs alienum, etiam istud, quo alter premitur. Halicarnass. Antiqu. 4. p. 215. ἐκ τῶν ἐμαυτοῦ χρημάτων δίδωμι διαλύσασθαι τὰ χρέα, de mea pecunia do ad dissolvendum debita. Sic ergo et illic Lucianus de Demosthene: cum quibus dissolvi debita sua, quæ erani nomine ipsi conflarunt, vel, id quod idem est, quos in dissolvendis eranis adjuvi. His equidem verbis locum Lucianeum exprimam: Demosthenes inducitur loquens: οἷς (πατράσι) τοὺς ἐράνους διελυσάμην, id est, ἐκ τῶν ἑαυτοῦ χρημάτων (τοῖς πατράσιν) ἔδωκα διαλύσασθαι τοὺς ἐράνους.

19. Καταψευδομαρτυρῆσαι, falso testimonio aliquem opprimere. Sed καταψευδομαρτυρήσασθαι, falsos testes subornare.

20. Καταδικάσαι, judicis est, sed καταδικάσασθαι, accusatoris.

21. Διανέμεσθαι, inter se dividere, partiri: verum διανέμειν, dividere, partiri. (p. 62. s.) Sic in Libanii argum. Olynth. Oratt. διενέμοντο, ubi male Græcus interpres, διεμέριζον: rectius, διεμερίσαντο. Nec vero Wolfius accuratius, pecuniam distribuerent. Et paulo post, ubi idem reperitur verbum, iterum non explicat satis, partiebantur. Tu verte: inter se distribuerent, inter se partiebantur. Vid. H. Wolfii Demosth. recogniti specimen, p. 1. et 326. ed. Basil. 8.

22. Ἐπιγράψασθαι, inscribendum censere, Thuc. I. 132. 85.

23. Phrasis, τίθεσθαι τὰ ὅπλα, cui declarandæ supra jam (p. 38. s.) vacavimus, singularem habet significatum apud Xenoph. 7. 521. ed. Oxon. dum Xenophon duces jubet τίθεσθαι τὰ ὅπλα, id est, curare, ut milites induti armis suis, seu armati, consistant. Sic fere vertit Cl. Hutchinson, qui et p. 5. 6. si rem ipsam spectes, recte reddit: in armis suos constituere.

24. Διαχειρίζω, administro. Hesych. et Phavor. διαχειρίζει exponunt per διοικεῖ: at verbum hoc παθητικῶς sumtum, non agnoscunt. Hæc si valeat observatio, διαχειρίζεσθαι, Medium, reciprocam habebit virtutem; ut Xenoph. Exp. Cyr. 1. 96. αὐτῷ διεχειρίζετο, Ipsi administranda, conficienda se præbebant, offerebant.

25. Γῆμαι dicitur vir, qui uxorem ducit, et γήμασθαι mulier, quæ se duci patitur, seu, viro nubit. Sic, cum Eustathio, Th. Magister, p. 38. Euripides autem καὶ τὸ γήμασθαι περὶ ἀνδρὸς, de viro dixit. Testem hanc in rem cito Bisetum, cujus verba, ad Aristoph. Nub. v. 42. p. 559. ed. Kuster. hæc sunt: Γῆμαι, ὡς Εὐστάθιός φησι, λέγεται ὁ ἀνήρ· γήμασθαι δὲ, ἡ γυνή. Εὐριπίδης δὲ καὶ τὸ γήμασθαι περὶ ἀνδρὸς λέγει· γαμῆσαι δὲ, τὸ γυναῖκα λαβεῖν· γαμίσαι δὲ, τὸ γυναῖκα δοῦναι.

SECTIO III.

DE VERBIS, FORMAM QUIDEM, SED NON VIM MEDIAM, HABENTIBUS.

Et hactenus de Verbis vere Mediis. Restat nunc, ut paucis attingamus Verba, formam quidem, sed non vim Mediam habentia: quæ duplicis sunt generis. Alia enim Active tantum significant; alia Passive. Prioris generis Verba comparare possis cum illis, quæ Deponentia Latini vocant,[1] qualia sunt, Ἐργάζομαι, ῥύομαι, δέχομαι, αἰσθάνομαι, ὄπτομαι, γεύομαι, δρῶμαι, προορῶμαι, θύομαι (pro θύω), ὁρίζομαι, διορίζομαι, κατασημαίνομαι: itemque Futura, quorum Præsentia sunt Activa, ut φεύξομαι, τρύψομαι, καταβήσομαι, λήψομαι, θρέξομαι, ἀναγνώσομαι, τέξομαι, σιωπήσομαι, ἀκούσομαι, multaque alia. Posse autem hæc Verba appellari Medio-Activa, jam supra diximus. Notandum tamen est, videri quidem Verba nonnulla Medio-Activa; sed quæ revera sint Media,

[1] Equidem, re sapientius putata, nunc aliter sentio. Ea verba Græcorum Deponentia voco, quæ terminatione passiva, verum significatione activa sunt, ut: ἐνεθυμήθην, cogitavi, ᾠήθην, putavi, ἠδυνήθην, potui, ἠράσθην, amavi, ἐπεσκέφθην, inspexi, ἐσέφθησαν, coluerunt. Porphyr. de abstin. IV. c. 10. p. 156. Ἐπιμεληθῆναι, curare, ἀπαχθῆναι, emisse, διαλεχθείς, locutus, διαλεχθῆναι, locutos esse, διανοηθέντες, meditati. Joseph. Ant. XV. c. 7. προλοιδορηθεῖσα, etiam convicians, Polyb. IX. c. 5. προνοηθείς, prospiciens. Ejusmodi verborum tempora quædam vim habent Mediam, ut: ὄφθητι, spectandum te præbe. Jos. Ant. VII. c. x. immo et passivam; sic Plato Soph. p. 163. F. ὀφθῆναι, videri, vel visum habere, εἰσδεχθῆναι, καταδεχθῆναι, προσδεχθῆναι, recipi. Verba igitur Medio Activa erunt, quorum tempora terminationem habent Mediam, sed vim activam: quorum incredibilis copia reperitur. Media denique Passiva erunt, quorum tempora terminatione insignita sunt Media, sed virtute valent passiva. In his temporibus eminent præterita inprimis, ut: Æschyl. Prometh. p. 8. ἄραρεν, aptata est, πέπηγε, fixus est, πεπηγυῖαν, infixum caput, Lucian. πεπηγός, compactum, ἐμπεπηγέναι, infigendos esse, καταπεπηγότα, correlata, διερρωγυιῶν, disruptis, ᾠδηκός, inflatum, διέφθορε, corrupta sunt, τὰ διεφθορότα, corrupta: quanquam in his vis etiam Media esse potest: verdorben, id est, qui vel quod se corrupit. Ἀνέῳγε, apertus est, quod interdum commode vertitur: aperuit se. Aristot. de mundo, c. 3. oceanus ad occidentem angusto ostio apertus, vel, se aperiens. Sic sunt etiam verba et Passiva, et Medio-Passiva simul, ut: γίνομαι, ἐγενήθην, γέγονα, factus, natus sum.

si primitiva illorum significatio consideretur. Sic ex. gr. χρᾶσθαι, significatione utendi, est Medio-Activum: at vero, quatenus notat, facere sibi aliquid commodari, sive utendum accipere, (unde significatio utendi per metonymiam descendit) est Verbum vere Medium: ut jam supra diximus.

Uti vero dantur Verba quædam, quæ sub Forma Media significationem mere Activam habent; ita etiam dantur Verba, sub eadem Forma significationem contrariam, id est, mere Passivam, habentia; quæ appellare possis Medio-Passiva. In hoc genere nullum Tempus Formæ Mediæ frequentius Passive usurpatur, quam Futurum. Ex. gr. apud Sophoclem, Œdip. Col. p. 291. Ποίᾳ γὰρ ἡ σὴ προσφορὰ δηλώσεται. Ubi Schol. ἀντὶ τοῦ δηλωθήσεται. Sic, σταθμήσεται, pro σταθμηθήσεται, habes apud Aristoph. in Ran. v. 809. Πείσομαι, pro πεισθήσομαι, apud Eund. in Nub. v. 90. 996. Λέξομαι, pro λεχθήσομαι, apud Eurip. in Alc. v. 322. Μισήσομαι, pro μισηθήσομαι, apud Eund. in Ion. v. 611. Φρουρήσομαι, pro φρουρηθήσομαι, apud Eund. in ead. fab. v. 603. Ἁλώσομαι, pro ἁλωθήσομαι, apud Eund. in Androm. v. 190. Στερήσῃ τέκνοιν, pro στερηθήσῃ, apud Eund. in Phœn. v. 1269. Vide etiam Suid. V. Ζητήσεται.

Credere autem quis posset, libertatem hanc Poetis tantum, propter metri necessitatem, concedendam esse; nisi et solutæ orationis scriptores ad eundem plane modum Futuro Mediæ Formæ, quamvis multo rarius, uterentur.[1] Nam apud Xenoph. Instit. Cyr. lib. i. p. 27. legitur, καταλύσεταί σου ἡ ἀρχή, pro, καταλυθήσεται. Apud Eund. p. 485. Ἀποσφαγήσοιντο, et ἁλώσοιντο, pro, κατασφαγηθήσοιντο, et ἁλωθήσοιντο: item, πολιορκήσοιντο, pro πολιορκηθήσοιντο, apud Eundem, p. 595.

Quod autem ad Aoristum 1. Formæ Mediæ attinet, ejus usus in significatione Passiva rarissimus est. Ego saltem tempus hoc vix uno alterove in loco Passive usurpatum reperi; ut, ἐκείρατο, pro κέκαρται, in Fragmento Anonymi apud Plutarch. T. 2. p. 1098. Ἡμετέραις βουλαῖς Σπάρτα μὲν ἐκείρατο δόξαν. Quod Cicero, ni fallor, sic vertit: 'Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.' Sic ἀπελυσάμην, pro ἀπελύθην, videtur dixisse Demosthenes in principio Orat. adversus Androt.

Hæc sunt, quæ de Verbis Mediis dicenda habui: quibus si quid nosti rectius, Lector,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.

JOANNIS CLERICI

DE VERBIS GRÆCORUM MEDIIS

DISSERTATIO.[2]

Ludolphus Kusterus, qui ad Ecclesiam transiit Romanam, non ita pridem Dissertationem de vero usu verborum Mediorum[3] conscriptam cum erudita communicavit civitate. Equidem non minori jucunditate, quam utilitate, in ea sum legenda versatus. Neque enim aliter fieri potest, quam ut ex hominis adeo periti monimentis in alios, idem licet interdum haud sentientes, singulare redundet emolumentum. Ex quo literas Græcas didici, tertius hic verborum status, quem artis grammaticæ admittunt magistri, mihi moram injecit. Atque ut in ejus consideratione semel, iterum atque sæpius operam posui: ita hoc Cl. Kusteri opusculum novæ inquisitionis atque investigationis causam mihi attulit idoneam. In lucem jam proferam conjecturas hac de re meas, et, quid de ista grammatica difficultate mihi videatur, expromam. Quod si usu eveniat, ut ab hoc erudito homine meam interdum sejungam opinionem:[4] in spe sum certissima, id ipsum vitio mihi haudquaquam daturum. Atque hanc ille veniam tanto mihi paratius dabit, quanto studiosius ego cavebo, ne quid eximiis ipsius derogem promeritis. Sique verum est, quod nemo dubitat, verbis nos ea, quæ cogitamus, interpretari; non erit sane, cur ego, qui summa ipsum veneratione prosequor, ullo verear modo, ne quod mihi verbum, quod graviter molesteque ferre queat, elabatur.

II. Quum non nisi ob necessarios humanæ societatis usus inventa sint vocabula, eæ quidem res initio nominibus designatæ sunt, quæ se primæ menti obtulerunt. In quibus primo loco numeranda sunt entia sive substantiæ. Deinde, præter has, id etiam nostros in sensus incurrit, quod una possit agere, altera vero alterius actionem recipere; unde factum, ut, quo hæc utraque qualitas rite secernatur, prior actio, altera vero passio nominaretur. Quumque primi nominum auctores unam eamdemque rem, si quidem diversæ res adsint circumstantes, diversique respectus, agere et pati posse[5] animadverterent: naturam in appellationibus rerum definiendis secuti ducem, non duo separatos, ad hanc utramque proprietatem indicandam, invenere terminos, sed unicum modo sufficere, in animum induxerunt, ut crederent, in cujus terminatione, quo passivam ei

[1] [Plura congessit Budæus, Comm. p. 896. ἐπαινέσομαι pro ἐπαινεθήσομαι, φιλήσομαι pro φιληθήσομαι Antiph. Καταστήσομαι Lys. et Xenoph. pro Κατασταθήσομαι. Τραφήσομαι pro τεθράψομαι, Lucian. Διακεντησόμενος ἢ διατεξευσόμενος. Xenoph. Ὀνήσομαι pro ὠφεληθήσομαι, Ἐάσομαι, sinar, Theoc. Ζημιώσομαι, Idem. Συντρίψομαι et καταῤῥήξομαι, Plut. Διδάξομαι, Arist. Στερήσομαι, Soph. Antig. 902. et Isocr. Ἐπιβουλεύσομαι Xenoph. Adde ἐκτρίψονται, comminuentur, Lucian. Icaromen. τιμήσεται, honorabitur, Æsch. Agamemn. 590. διοίσεται, procul asportabitur, huc et illuc jactabitur, Soph. Aj. 511. λέξομαι, dicar, Eurip. Alcest. 322. Herc. Fur. 582. Iph. Taur. 1647. κηρύξεται, Phœniss. 1615. μισήσομαι, invisus ero, Troad. 650. οὐκ ἐάσομαι; nonne sinar, Iphig. in Aul. 331. ἐπιταξόμεσθα pro ἐπιταχθησόμεθα, fut. Med. pro Passivo, Eurip. Suppl. Mul. 521. ἔφλεν καὶ ἀποκόψονται, Gal. v. 12. nisi forte eo sensu accipias quem in Præfatione notavi. *Bowyer.*]

[2] Legitur ea dans la Bibliothéque Ancienne et Moderne, T. v. P. ii. p. 237 seqq. ibidemque hanc præ se fert inscriptionem: Remarques sur la Dissertation de Mr. Kuster sur les Verbes Moyens, hoc est, Animadversiones in Dissertationem Cl. Kusteri de Verbis Mediis. De versione mea Latina non nisi hæc, quæ moneam, habeo: me et mentem Auctoris accurate, nec non plano simplicique stylo, expressisse, et Latinitati, quoad ejus fieri potuit, castiori elegantiorique navasse operam. Eadem me impulit causa, ut Gallicum honoris nomen Monsieur, nimis sæpe hic obvium, per Clarissimi titulum Latine converterim. Qua in re veteris indolem Latinitatis secutus sum, qua non promiscue omnes, sicut hodie, Domini salutabantur: a cujusmodi blanditiis et ineptiis sibi temperant, qui antiquam persequuntur venustatem. Quod reliquum est, id quod de Kusteri ad Romanenses transitione hic meminit Clericus, jam antea didici ex Histoire Critique de la République des Lettres, T. iv. p. 348.

[3] Apud Jo. Baptist. Delespine, 1714, 8.

[4] Nihil hoc famæ Kusteri nocebit, qui vir erat in Græcis literis præcipuus. In his autem non nimium fuisse Clericum, Menander in primis, id est, res ipsa loquitur, nec verba desiderat. Equidem malim cum Kustero errare, quam cum Clerico vera dicere, si quidem de Græco sermone instituatur disputatio.

[5] Datur hic tertium. Potest aliquis vel ipse, vel per alium aliquid agere. Quid? quod aliquis vel suam, vel alterius actionem pati vel recipere potest. Ex quo sequitur, ut triplicis generis verba esse possint: 1. activum, quando, quis ipse agit; 2. passivum, quando quis alterius actionem patitur; et denique, 3. Medium, quando aliquis per alium aliquid agit, vel a se patitur, vel actionem ipse suam recipit. Itaque iis, qui primi linguas invenerunt, causa fuit, cur de Medio Verbo mature cogitarent. Testamur eam in rem ipsam primam, hoc est, Hebræam linguam, in qua conjugatio, quæ Hitpael dicitur, vim habet Mediam. Ut igitur Hebræi, sic

significationem alligarent, nonnihil varietatis fixum esse voluerunt. Ad ipsam terminorum denominationem quod attinet, eam a re, quam illi designant, petierunt; sic verbum activum eam appellarunt vocem, qua denotatur actio, eamdemque ob causam passivum dixerunt eam, qua passio aliqua exprimitur.

III. Quod si consuetudo, quæ inter homines colitur, et quotidianus vitæ usus, eamdem accurationem, nimisque exactam, quam Geometræ observant, acceptionem terminorum expostularet; fas est credere, res semel definitas ita permansuras fuisse, ac verbi passivi ad actionem denotandam numquam obtinuisse usum; verum seu quædam neglectio, seu animi attentio non nimis considerata, seu denique variationis amor, auctor et causa sit, verba terminatione passiva, quantum ad sensum, evaserunt activa.[1] Grammatici Latini ea Deponentia, Græci vero dixerunt Media.[2]

IV. In promtu esset cuivis, modum, quo hæ commutationes contigerunt, indicare, si verba, quæ illas prima subierunt, explorata satis haberemus, nobisque pariter constaret, qua olim constructione φράσις, in qua illa fuerunt adhibita, usa esset. At enim, quum non, quantum satis est, hanc in rem lucis nobis fœneret antiquitas: eo erit enitendum, ut nonnullas conjecturas in auxilium vocemus, quibus manifestum reddatur, quanam faciliori via hujusmodi variationes fieri potuerint.

V. Consentaneum, si quid judicando valeo, erit, eas dicendi rationes ab activa ad passivam significationem revocatas initio fuisse, quarum subjectum, si constructionis habeatur ratio, ceu patiens, repræsentatur, licet pro eo, ac moris est, tanquam agens, a nobis concipi soleat. Observandum etenim, nihil nobis usitatius esse, quam ut aliquod subjectum sub certo nobis respectu ob oculos ponamus. Idem vero si constructio φράσεως sub alia nobis relatione commonstret, in eum, cui nos adsueti sumus, concipiendi modum opinione celerius relabimur. Fac igitur, auctorem, quemcumque velis, in aliqua propositione ejusmodi patiens collocavisse subjectum, quod nos alioqui, ceu agens, nobis mente concipere consuevimus: tunc, ut activum, illud etiam nostris obversatur oculis, atque id, quo exprimitur, verbum vera significatione, vix animum advertentes, exuimus, nil relinquentes intentatum, quo significatio nostræ conveniens repræsentationi eidem accommodetur. Atque huic permutationi eo libentius patrocinamur, quo perspicacius videmus, nihil inde diversitatis in rem ipsam plerumque redundare. *Παρασκευάζομαι*, quod hodie pro activo habetur verbo,[3] origine passivum est. Thucydides dixit:[4] *αὐτῶν δὲ Κορινθίων νῆες παρεσκευάζοντο τριάκοντα*, Ipsorum vero Corinthiorum triginta parabantur naves; verum quoniam de bellico apparatu loquentes, aut regem, aut cives, prout rei fert natura, tanquam personas agentes, contemplamur, factum hinc est, ut, quæ sub alia nobis forma rem ejusmodi gestam repræsentarent, verba ex passivis activa fierent.

VI. Præpositiones etiam, his junctæ verbis, multum adjumenti ad eas permutationes conferre potuerunt. Principio, nisi fallor,[5] dixerunt veteres, *φοβοῦμαι διά τινα*,[6] terreor propter aliquem: tum vero, compendii gratia, usus abjecit præpositionem; unde occasio nata hoc verbum activi loco habendi. Certum est, passiva verba per se ipsa nullum adsciscere casum. Antiqui igitur homines, accusandi casum ejusmodi verbo adjectum perspicientes, ab hoc illum regi crediderunt, neque suppressæ præpositionis in mentem illis venit. Cujus quidem neglectio tanto iis facilior fuit, quoniam subjectum, cui adhærebat ille, per activum commodissime poterat exprimi. Hoc quidem extra litem positum est omnem, hoc verbum in passiva forma plerumque reperiri, et cum quarto quidem casu sociatum. Xenophon, Hieron. L. Amstel. CIↃIↃCCXI: *καὶ ὅταν*, inquit, *ἀποθάνωσιν, ΟΥΣ ΈΦΟΒΗΘΗ, οὐδέν τι μᾶλλον τούτου θαῤῥεῖ, ἀλλὰ φυλάττεται ἔτι μᾶλλον, ἢ τὸ πρόσθεν*: 'quod si etiam moriantur ii, quos metuit, tantum abest, ut idcirco fidentior sit et securior, ut plus etiam sibi, quam antea, caveat.' Si quis ergo adsumit, id quod omnes Grammatici docent, passiva per se ipsa quidquam regendi nulla valere virtute: consequens profecto est, ut accusandi casus, quem verbum ἐφοβήθη comitem habet, a præpositione quadam subaudita, quæcunque illa demum sit, regatur. Unde in proclivi est, concludere, quod perinde sit, quando hoc verbum in Medio est;[7] quodque propter ea substantivum suum haud aliter, quam vi præpositionis cujusdam, quam comitem sibi adsciscit, regat; quam vero usus postea plane abjiciendam voluit.

VII. Verbum *παρασκευάζομαι*, originem si spectes, passivum esse, non dubitavi præ me ferre.[8] Annotavit Henr. Stephanus, *παρασκευάζεσθαι εἰς μάχην*,[9] Græca lingua loquentes olim dixisse. Hinc oritur suspicio

etiam Græci, maximeque Attici, separatum habent verbum, ad actionem et passionem in uno subjecto mixtam, exprimendam. Vides hinc antiquam Atticæ διαλέκτου venustatem, ejusdemque miram cum Hebræa lingua convenientiam: de qua re in præmissa nova præf. verbosius exposui. Atque ista est prima nativa vis verbi Medii, quam usum primigenium vir acutissimus, S. Clarckius, nominare maluit. (p. 108.) Quod vero Græci, in primis Attici, uno verbo vim reflexivam exprimere valent, id quidem divitias Græcarum literarum novo munit exemplo. Ab iisdem haud alienum, immo vero variationi, quam requirunt linguæ, consentaneum est, quod Græci binis verbis, h. e. activo verbo et reciproco pronomine, eandem rem interdum apte concinneque (p. 61.) exprimere possint.

[1] Vide nos ad p. 96. s. Usus postea, qui in linguis omnia potest, effecit, ut quædam Media etiam activa, quædam passiva fierent, si quidem notionem spectes ac potestatem. Illum autem usum probat studium varietatis, copiæ, numeri oratorii; quarum rerum ratio in cultissimis linguis omnino habetur. His positis principiis, triplicia erunt Media verba: 1. vere ac proprie Media, 2. Medio-activa, 3. Medio-passiva.

[2] [Pace viri celeberrimi mihi liceat hic monere, Deponentia Latinorum et Græcorum Media non facere paria. Nam primo Media Grammatici Græci vocarunt verba, quæ utramque admitterent significationem et activam et passivam, licet falso, ut infra ad S. xviii. dicetur: quod ex ipso patet nomine. Sic e. g. τύχη Græcorum et *fortuna* Latinorum dicuntur vocabula μέσα seu media, quia in utramque partem et malam et bonam accipiuntur. Contra ea Deponentia Latinorum nihil sunt aliud, nisi quod a Cl. Viro dicuntur esse. Deinde etiam ex eo probo, quod Scholia sæpius dicant Medium esse positum pro activo, et activum pro Medio, quod absurdum foret, si Media Græcorum et Latinorum Deponentia essent paria. Denique vel in primis est observandum, Media Græcorum verba et activum et passivum habere, vid. ad S. xviii. quod naturæ Deponentium Latinorum repugnat. *D.*]

[3] Ecquis vero hoc pro activo habuit? τὸ παρασκευάζω est activum, (p. 95.) et τὸ παρεσκευάζοντο in loco Thucydidis est 3. pl. præs. passivi. Medium contra est Thucyd. Hist. i. 58. p. 40. ἐς πόλεμον παρεσκευάζοντο, ad bellum sese pararunt.*

[4] Lib. i. p. 17. edit. Oxon. 1696.

[5] Vide Perizonium in Minervam Sanctii, 281. edit. 1714.

[6] Abit a re instituta Clericus. Nam Cl. Kusterus (p. 14.) de verbo Medio φοβοῦμαι agit, quod v. c. in hac φράσει, φοβοῦμαι, μή, μόνως, κ. τ. λ. locum habere potest. In φράσει autem Clerici et Xenophontis τὸ φοβεῖσθαι est Deponens, (p. 17.) quod cum quarto casu, sicut activa, construi potest. Plato Phædon. p. 384. E. ὅστις τὰ τοιαῦτα φοβεῖται, qui talia metuat.†

[7] [Perquam infirmam hanc esse argumentandi rationem, quin h. l. ἄτοπον, ii poterunt judicare ipsi, quibus non molestum fuerit Cel. Kusteri Dissertationem perlustrare. Namque impossibile prorsus esse, ut in iis dictionibus omnibus, in quibus Media regunt Accusativos, præpositionem quandam subaudias, tot tamque clara exempla testantur: quæ ibidem mallem evolvi, quam hic repeti. *D.*]

[8] Sed tu vide, quæ p. 43. contra diximus.

[9] Id est, parare se, instruere se ad pugnam.

* [Παρασκευάζομαι quis pro Activo habeat, fateor, me ignorare. Medium quidem contendit esse Cel. Kusterus, sed hoc ipso tamen non negat, παρασκευάζομαι etiam esse Passivum. Contrarium apparet ex variis Dissertationis ejus locis: quæ non est, quod adducantur. *D.*]

† [Quæ Vir doctissimus de φοβεῖσθαι tradit, etsi, quod ad Passivum attinet, possunt admitti, non immerito tamen dubito, an idem valeat de Medio. Nam ad Passivum omnino requiritur, ut adsit aliquis, a quo Passio illa in alio excitetur, quem ad modum ad Activum necesse est, ut accedat aliquis qui agat ipse. Jam vero multæ dantur locutiones hujus verbi, in quibus nec vola est nec vestigium de aliquo, passione alium afficiente. e. g. Plutarchus Galba p. 1061. D. Καὶ τὴν μητέρα φοβούμενος: ubi certe nullam video vim alienam, quæ sit causa passionis, quam sentit ille, qui reverentiam ac venerationem quandam in alium habet. Vid. de hoc ipso verbo verba Media N. F. ubi plura. *D.*]

credendi, immutatæ in hoc verbo locutionis eamdem, quæ modo in φοβοῦμαι[1] eluxit, causam sibi vindicare locum. Ex eadem divinatione hoc duco consectarium: has dicendi rationes in Thucydidis historiis frequentatas, παρεσκευάζοντο[2] στρατιὰν, στόλον κ. τ. λ. ἔλλειψιν includere, ac verbum illud passive accipiendum esse. Equidem ultro libensque fateor, me haud umquam istud verbum in notata ab Henr. Stephano legisse constructione: at nemo in hoc doctissimo viro accurationem desiderandi causam habebit ullam. Sed si qui eum aliquid finxisse credant, hi, meo quidem judicio, erunt fere, quorum anteceptæ opinioni hæcce construendi ratio adversatur. His addo, in Xenophontis Hist. Gr. Lib. I. similem ejusdem verbi reperiri significationem: παρασκευασάμενος[3] ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν. Nemo enim nescit, particulam ὡς quartum, quem sibi comitem adjunxit, casum sub sua non habere potestate, sed regimen istud a quadam occultata pendere præpositione.[4] Equidem verbo ἐνειμάμην[5] eandem vindicare originem sustineo. Est hoc re quoque ipsa passivum, quod ob eandem rationem casum suo subjicit imperio. Nemo erit, qui hoc in dubium vocet, si ponderaverit secum, istud idem verbum in tempore quodam passivo eundem plane, quem in Mediis habet, retinere sensum pariter, atque constructionem. Platæenses apud Isocratem, p. 298. edit. CIↃIↃXCIII. interprete hoc oratore: 'ego quidem,' inquiunt, 'expositioni rerum actarum longius immorari, non video, quorsum attineat. Quis enim ignorat, Thebanos et agrum nostrum divisisse, et urbem evertisse?' τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ὅτι καὶ τὴν χώραν ἡμῶν κατανενέμηνται,[6] καὶ τὴν πόλιν κατεσκάφασιν; Vid. Kust. n. 67 et 68.

VIII. Ultimo denique loco ipsa variatio, qua nihil umquam jucundius excogitari potest, verba activa in passiva potuit convertere. Sunt certæ res, quas ob hanc unicam aversamur causam, quod pervulgatæ nimis, ac in medio positæ sunt: aliæ contra sola nobis novitate probantur. Hoc si qua in re, in locutionibus maxime, obtinere, dubium erit, opinor, nemini. Quod si vero etiam genuinas illius commutationis causas ignoraremus, illa tamen nihilo secius suo niteretur fundamento.

IX. Primum quidem Deponentia, in Latino sermone usitata, origine sunt passiva, et in his quædam ejusmodi sunt, ut, quum naturam suam non plane exuerint, in antiqua significatione adhuc inveniantur. Non igitur video, quid subsit causæ, cur non in Gr. ling.[7] idem fieri possit? Nos dicimus, in Lat. ling. Deponentia origine passiva esse, eo quod eorum sibi terminationem vindicant, atque in iis haud sane pauca extant, quæ, præter terminationem, sensum etiam cum passivis habent communem. Hoc autem utrumque in verba quoque Græcorum quadrat,[8] quæ Media vulgo appellantur. Etenim, ut jam de Præsenti et Imperfecto tantum dispiciamus, utriusque temporis hujus terminatio in Medio eadem, quæ in Passivo, esse solet; et nemo erit, quin mecum se conjungat, utrumque tempus ad actionem non minus, quam ad passionem, designandam adhiberi. Ita vero, erunt, qui sciscant, verba, quæ passivam sibi subjectam habeant notionem, in passiva etiam forma esse; contra vero ea, quæ actionem designent, in Medio esse, non immerito censeri. His ita faciam satis. Primum hoc est aliquid pro non amplius controverso ac fixo sumero, de quo adhuc quæstio, atque sub judice lis est. Quidnam enim illud est, de quo hic oritur quæstio? In eo nimirum elaboramus, ut sciscitemur, num apud Græcos status verborum tertius, idemque ab activo et passivo diversus, revera detur?[9] De-

[1] Nos vero planissimum fecimus, nervis et artubus istam carere suspicionem.

[2] Nemo est, quin, etiam me tacente, perspiciat, verbum hoc Medio-activa hic forma valere.*

[3] Hic Aor. 1. Med. Voc. potestatem hic habet vere Mediam, hoc est, reciprocam: qui paravit sese ad prœlium navale. Sic παρεσκευασμένοι† ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, Thucyd. ii. 86. p. 154. Ubi alii codd. παρασκευασάμενοι.

[4] Ego vero haud scio, quænam hic subaudienda sit præpositio. Namque præpositio ἐπὶ est expressa, et ὡς venuste abundat. Conf. Cyrop. lib. i. p. 19. l. 50. Nusquam hæc formula frequentius legitur, quam in Polybio, maxime vero in Arriano: unde plurima exempla Raphelius excerpsit, ad Act. xvii. 14. ubi πορεύεσθαι ὡς ἐπὶ τὴν θάλασσαν, Ire ad mare, legitur. Eadem duplex vocula ὡς ἐπὶ, ad, in Thucydide frequenter occurrit, ut paulo ante, et p. 154. ἐξηρτύοντο, reficiebant naves, ὡς ἐπὶ ναυμαχίαν, ad navale prœlium concurrendum.

[5] [Nihil proficit Cl. Auctor, quando ἐνειμάμην ex hac causa pro Medio non vult agnoscere, quia perfectum Passivum eodem sensu eademque constructione posuit Isocrates. Etenim, quod jam sæpe est inculcatum, non est verbi terminatio, sed significatio hac in causa respicienda. Nec hic in primis prætermittendum est, si passive exponatur verbum hoc Isocratis, obscurum inde fieri sensum, qui a nemine, nisi qui eodem sit, quo doct. auctor, acumine præditus, intelligatur. Vellem addidisset præpositionem, quam hic cupiat subintellectam. Ego enim sive διὰ sive κατὰ, sive quamcunque aliam subaudiam, nullum invenio sensum, qui aptam præ se ferat sententiam. Ceterum hic monendum duco, Media Græcorum, quia eorum Perfectum et Plusquamperfectum semper vel Active vel Passive sumuntur, ad hæc compensanda asciscere et quasi mutuari hæc tempora a Passivo: id quod innumeris posset exemplis confirmari, nisi jam esset a Cel. Kustero quodam modo demonstratum. Vide si placet de verbis Mediis N. F. v. ὑποτρέφειν. *D.*]

[6] Hæc forma est ex præterito passivo ducta, quod vim Deponentis habet. Cl. Kusterus vero de forma vere dubia loquitur. Sic Thucyd. lib. ii. p. 110. κατανειμάμενοι, inter se partiti. Clericus igitur id relinquit, de quo quæritur.

[7] [Jam ad S. iii. hanc Cl. Viri sententiam, qua Media Græcorum et Deponentia Latinorum, idem vult valere, refutavimus. Quare hic nihil addam, nisi Auctorem sibi ipsum non constare de indole verborum apud Latinos Deponentium. Nam superiore S. iii. Deponentia scribit esse, quæ significationem habent Activam, terminationem vero Passivam. Hic autem Deponentia ipsi sunt verba, quæ desinunt in *or*, nec habent Activum, quocunque demum sensu aut significatu sumantur. Atqui hæc ipsa est sententia, qua universa hæc Dissertatio nititur, ut nimirum genera verborum appellata esse ostendatur non a significatione, sed a terminatione: quasi vero in terminatione *o* Actio, et in terminatione *or* Passio quædam delitesceret. Obstat huic opinioni ipsa generum appellatio. Nam unde Activum dicitur? ab agendo, quia postulat aliquem agentem. Unde vero Passivum? nonne a patiendo? quia patiens adsit oportet, ipso fatente Cl. Auctore S. ii. Itaque quacunque terminatione verbum aliquod compareat, si habeat significationem Activam, est Activum, sin Passivam, Passivum. Ex quibus non solum judicium fieri poterit de locis Ciceronis et Thucydidis ab Auctore laudatis, verum etiam simul apparet, falsas esse Grammaticorum definitiones de verborum generibus non a significatione et vi vocum, sed a terminatione desumtas. *D.*]

[8] Hoc in verba Media, quibus Kusteri libellus inseruit, minime quadrat. Tempora etenim Deponentium, quæ Latini agnoscunt, totam Passivorum sibi vindicant terminationem: at vero pleraque Mediæ vocis, quam Græci habent, tempora singularia sunt, et a Passivis diversa. Jam vero hic loci non de vi Mediorum passiva, sed reciproca disputatur. Fingamus, Media verba ad Passiva Grammatice revocari posse: anne tunc illa virtutem reflexivam aut habebunt, aut non habebunt?

[9] Conf. nos ad p. 95. s. Nemo hac de re dubitare potest, qui naturam Græci sermonis perspectam tenet, is maxime, quem nativæ Atticæ dialecti veteres minime prætereunt. Scepticorum familiæ nomen dedit, quem tot exempla non dubitare vetant. Sed Cl. Clericus Græcis literis nunquam familiariter usus esse videtur.‡

* [Non nego, posse in adductis Thucydidis locutionibus subaudiri præpositionem: sed id esse necesse, nego, etiam si eandem, quam Vir Cl., haberem sententiam de Mediis Græcorum. Quodsi enim Deponentia Latinorum Accusativum regunt sine præpositione, cur non idem faciunt Media Græcorum, si quidem, ut Cl. Auctor vult, paria faciunt? Accedit, quod miræ enascuntur dictiones, si in omnibus, in quibus παρασκευάζεσθαι regit accusativum, præpositionem quandam supplere velis: e. g. παρασκευάζεσθαι στρατιὰν si suppleatur, quæ quidem mens esse videtur Auctoris, per præpositionem εἰς vel ἐπὶ, quis inde evadet sensus? Sed si vel maxime Cl. Viro concedamus, παρασκευάζεσθαι, quando regit Accusativum, illum regi a præpositione quadam omissa, hoc ipso tamen huic verbo vera notio Media non negatur. Neque enim ideo in dictis phrasibus παρασκευάζεσθαι est verbum Medium, quod regit accusativum, sed quia significationem habet nec mere Activam, nec mere Passivam, pertinetque ad alterum verborum Mediorum genus, de quo Cel. Kusterus d. l. sect. sec. Si quis vero Accusativum hunc cum Cel. Auctore credat regi a præpositione quadam, verbum hoc nihilo minus manebit Medium pertinebitque ad classem verborum Mediorum primam a summo Kustero constitutam. Ac sic neutra explicatio sententiæ contrariæ favebit. *D.*]

† [Quod ad hunc Xenophontis locum attinet, miror omnino, Cl. Auctorem hic desiderare præpositionem quandam. Nam quid est ἐπί? Sed forsitan ἐπὶ ναυμαχίαν pro uno habuit vocabulo, ut nobiscum suam communicaret scientiam moneretque, ὡς non regere accusativum. *D.*]

‡ [Dari in Lingua Græca genus verborum ab Activo et Passivo diversum, ego quidem crediderim. Nam dantur tempora, quæ ad Activum propter conjugationem, ad passivum vero propter formationem et notionem referri nequeunt. Dantur præterea verba, quæ præter Activa et Passiva tempora, et præter Activam et Passivam significationem insuper habent aliam. Ergo dantur verba, quæ nec Activa nec Passiva sunt, sed tertium quoddam genus, quod Medium est a Grammaticis appellatum, constituunt. Vera hæc esse, quæ dixi, exemplis clarissimis comprobavit per totam dissertationem Cel. Kusterus, quibus nonnulla sunt a nobis addita passim de Verbis Mediis N. F. *D.*]

inde, qui ita statuit, perinde facit, ac si quis in hac Ciceronis sententia: *Quid agat, quomodo* aggrediatur judicem, *non habet*, verbum aggredior in Medio poni sibi persuadeat, quod tamen in hoc alio ejusdem auctoris loco in passiva collocatur forma:[1] Ut a *te fictis aggrederer* dolis.[2] Cujusmodi si rationes valerent, quid, quæso, facilius esset, quam, oblata quavis occasione, artem invenire, magna orationis specie nihil dicendi?[3] Anne in hac Thucydidea φράσει, πεφόβηνται ἡμᾶς, verbum πεφόβηνται idcirco non erit Passivum, quoniam cum quarto casu consociatur? Nonne dignus esset, quem risu exciperes, si quis spondere ausit, istud idem verbum, accedente nominativo, non amplius pro passivo habendum esse?

X. Alterum causæ meæ præsidium ex hac duco observatione. Esse in Græco sermone quam plurima verba, quæ, passiva licet sint, vim tamen ac regimen activorum imitantur, nemo unus ignorat. Si ergo παρεσκευαζόμην, et alia ejusdem generis verba, idem, quod activa, designant; hoc quidem argumento haud est, ea passiva non esse.[4] Hoc ita perspicuum puto, ut certus sim, de tertii verborum status inventione Grammaticos Græcos numquam cogitaturos fuisse, si Aoristos, primum atque secundum, et Futurum utrumque, eodem modo, atque Præsens et Imperfectum, ad Passivum revocare potuissent. Ignorarunt veteres, qua hæc tempora ratione aut a passivo aut ab activo formare deberent, indeque se coactos viderunt, quo hanc difficultatem eluctarentur, tertium aliquem verbi statum, eumque et ab activo et passivo diversum, excogitare. Eadem de causa Præteritum Perfectum et Plusquam Perfectum, quum hujus etiam utriusque analogia temporis ignota esset, ad tertium hunc retulere statum; unde extitit verbum, quod dicitur *Medium*.[5] Quandoquidem igitur hic status exili nimis horum formationis temporum cognitioni, qua imbuti erant veteres, suam unice originem, et suam propagationem illi debet consuetudini, qua nihil solemnius viris est literatis, quam ut antiquorum hominum insistant vestigiis, etiamsi de eo nondum compertum habeant, an rem acu tetigerint: satis mihi ad eum e medio tollendum erit, veram horum analogiam temporum enodasse. Nihil jam intentatum relinquam, quo istud cum cura conficiam negotium, quum in hoc ipso ejus, in qua versor, opinionis cardo vertatur, ut vincam, hæc esse vera passivi verbi tempora.

XI. Prior, quam de rebus nobis concipimus, idea hæc est, quod existant; altera, quod aliquam habeant qualitatem. Lapis, exempli gratia, existit; habet ille gravitatem, duritiem, et reliqua. Hæ ideæ ita sunt simplices, et ita pariter generales, ut in quaque re inveniantur. De nulla re loquendi nobis fit copia, quin hæ illi aut attribuendæ, aut denegandæ sint. Prima, quæ de re quavis ferimus, judicia eo valent, ut eam aut existere aut non existere, ejusmodi habere aut non habere proprietates, dicamus. Hinc efficitur, ut primi termini, qui, ad hæc exprimenda judicia, inventi sunt, verba *esse* et *habere* fuerint. Sunt hæc magno in linguis usu, quibus hodie in Europa utimur: et Gallica in primis in omnibus verborum conjugationibus formandis eadem usurpat. Est ab hac re proposita sejunctum, explorare, num auxiliare verbum ἔχω penes Græcos ita formaverit conjugationes, quem ad modum in linguis hodie multis fieri solet, quæ in usu versantur. Hoc mihi sufficit, quod nulla rectæ quidem rationi probata in medium proferri queat causa, cur negandum sit, verbum substantivum hoc apud eos insigne usu fuisse. Namque id, quod hodie *Verbum* nominamus, nihil est, si originem consideres, aliud, quam compositio quædam ex hoc verbo et aliquo adjectivo inter se conflatis exorta. In Gallica quidem lingua verbum substantivum semper antecedit adjectivum. Hic ordo est naturæ conveniens; etenim quo aliquid *tale* sit, necesse est, ut illud *esse* ante concipiatur. Verum quum positiones non numquam inordinatæ nobis arrideant, Græci naturæ ordinem non sunt secuti, atque hoc verbum post adjectivum collocarunt. Quod quum se ad illud immediate referret, non potuerunt sane, quin in ipsa pronuntiatione hanc declararent relationem; unde confusio postea quædam nata, et ex duabus vocibus non nisi unicum extitit verbum. Extant hujus antiqui usus clara in Latino sermone vestigia, ut *Leg-eram, Leg-eras, Leg-erat, amav-eram, amav-eras*, atque alia ejusdem generis. Græca quidem lingua multas subiit mutationes; ita est profecto: at luculenta tamen ejusdem rei in ea quoque remanserunt vestigia. Hæc ejusmodi habet verba, quæ tertiam pluralis Præteriti Perfecti Passivi personam, non, nisi verbo εἰμὶ in subsidium vocato, formant, ut τύπτω facit, τετυμμένοι εἰσὶ, λέγω, λελεγμένοι εἰσί. Plura ejusdem indolis verba de industria tacitus prætereo, quippe quæ commemorare nihil attinet. Nec Futurum secundum dialecti Ionicæ, τυπ-έω, tam alienam subiit commutationem, ut non manifesta nominis cujusdam cum verbo aliquo conflati vestigia in eo eluceant. Sicuti communis διάλεκτος in Futuro secundo τὸ ε abjicit, ita Ionica tempus istud per resolutionem fingere dicitur.[6] Accuratius ita loquendum foret: Iones suum hoc ita formare Futurum, ut pauciores, quam vulgaris dialectus, abjiciat literas. Hæc ex τυπέσω et τὸ ε et τὸ σ de medio sustulit, Ionica vero, præter τὸ σ, nihil.

XII. His jactis fundamentis, majorem certe analogiam in diversorum hujus linguæ temporum formatione licet explorare, quam in vulgaribus grammaticis præcipitur libellis. Hoc, exempli gratia, inde perspicuum fit, omnium Futura verborum σ sibi aliquod flagitare: patet etiam ejusdem rei ratio. Sunt illa nimirum adjectiva cum verbo juncta substantivo; unde ex hoc suam petunt formationem. Illud ergo quum σ habeat, verba, quæ hinc orta sunt, eandem sibi literam non possunt non assumere. Hoc quam verum sit, ipsa verba, λ, μ, ν, ϱ, declarant, quippe in quibus σ olim obtinuisse, Poetæ testantur. Quoniam vero hæc litera, cum ipsorum characteristica consociata, sonum efficeret duriorem, hujus emolliendi gratia, illa sensim paulatimque suppressa fuit.

[1] Priscian. Lib. viii. p. 792.

[2] Recte sic judicat homo earum rerum peritus: Aggredior hodie Deponens est, quod olim Passivum fuit. At dic, quæso, mihi, Clerice, quo modo istud huc pertineat? Verbum Romanum Aggredior sensum quidem mutavit, non autem formam grammaticam. Græca vero Media verba, quæ vere Media sunt, hanc habent a Passivis, si pleraque tempora spectes, alienam, eamque ob causam sensum quoque alium. Rides hic Kusterum ea ratione, quæ in ejus non cadit personam. Tu vero nunc ipse caveas, velim, ne te rideant prudentiores arbitri.

[3] Auctor hic attulit Molierii, recentissimi comœdiarum scriptoris, verba ex Comœdia Le Misanthrope inscripta, p. 797.

Par semblables raisons, on trouveroit toujours
L'Art de ne nous rien dire, avec de grands Discours.

Ubi priorem versum, qui in Comœdia ita se habet,

C'est un parleur étrange, et qui trouve toujours,

paulisper immutavit. Nos autem, verbis nostris usi, sententiam carminis exprimere debuimus.

[4] [Clarissime hic sententiam, de qua ad sectionem superiorem est dictum, exponit Cl. Auctor, qua genera verborum credit esse nominata a terminatione: quod quam sit absurdum, ibidem est ostensum. Quod vero Vir doctissimus affirmat, verba Græcorum Media ex ignorantia orta esse, miram ipse prodere mihi videtur ignorantiam, vel si mavis, arrogantiam. Falsum enim est, quod genus verborum Medium ideo sit a Grammaticis Græcis inventum, quia ignorarunt temporum illorum formationem, sed quia viderunt, hæc tempora Media et Actionem et Passionem denotare: quorum tamen indolem veram tantum abest, ut vere perspexerint, ut potius aberraverint a vero, quando ea crediderunt nunc Actionem, nunc Passionem sonare, quum, ut Cel. Kusterus dilucide probavit, et Actionem et Passionem simul significent. Vid. s. xviii. *D.*]

[5] Laudem idcirco Grammaticæ artis magistri promerentur. Diversa enim tempora locum diversæ dant conjugationi. At vero et significatio diversa in verba cadit vere Media. Quare digna fuerunt, quæ a Passivis secernerentur.

[6] Nouv. Meth. p. 148.

XIII. Novi doctum hominem, qui paulo longius ab hac meta discedens, et Aoristos secundos, et Futura secunda negat, et in ea hæresi versatur, ac si Aoristus primus a secundo, et Futurum primum a secundo, nulla re, nisi terminatione, differat: hanc autem levioris momenti diversitatem non aliunde derivandam esse contendit, quam quod certi populi majorem in conservanda antiqua horum temporum formatione curam posuerint, quam alii, quibus magis arriserit, eandem reddere breviorem. Non est rei huic institutæ consentaneum, hanc sub examen revocare conjecturam. Id vero non possum, quin adseverem, eam, licet, quantum ad Aoristos, magna difficultate prematur, ratione tamen Futurorum habita, haud sane spernenda, meo quidem judicio, se commendare veri similitudine. Non pauca reperiuntur verba, quæ in Futuro primo suum amittunt σ: cujusmodi polysyllaba in ίζω sunt, quorum Futura ίσω æque habent, ac ιῶ. Si verum est, quod nemo dubitat, νομίσω atque νομιῶ, unum et idem esse Futurum, non erit infitiandum, τύψω etiam et τυπῶ pro uno eodemque Futuro habenda esse. Extant quædam in λ, μ, ν, ρ, verba, σ in Futuro notata; quisnam vero hoc obstare dixerit, quo minus Futura, quæ ista careant litera, ut fere fit, in Futurorum primorum revera talium numero duci debeant? Diversa quidem terminatio nihil hic officere potest. Latini *amavissem* et *amassem*, *concupivi* et *concupii*, eadem dicunt sententia. Horatius [1] *surrexe* pro *surrexisse* dixit, et nemo adhuc unus in animum induxit, ut crederet, *amavissem* et *amassem*, *surrexe* ac *surrexisse* diversa esse tempora. Si quis hoc mihi dubium obducat, Syncopen in verbis *concupii* et *amassem*, quæ pro *concupivi* et *amavissem* collocantur, primo statim aspectu patere; hoc equidem haud invitus dabo: nihil vero inde præsidii ad nostram convellendam ac diluendam opinionem peti poterit. Quid enim τυπῶ aliud est, quam syncope τοῦ τύπ-σω unde σ ejectum fuit? quem ad modum ipsum τὸ τύπσω seu τύψω est vox τυπέσω, litera ε abscissa.

XIV. Ex his, quæ hactenus in medium protulimus, Aoristos Mediæ, ut vulgo nominatur, vocis, quivis sine negotio poterit formare, atque perspicere, hæc tempora ad passivam pertinere conjugationem. Eandem habent terminationem; etenim non aliter, atque Imperfecta Passiva, terminantur, ἐτυψάμην, ἐτυπτόμην.[2] Neque eorum formatio ab hoc tempore ulla differt ratione, ἐτυπσά-μην, ἐτυπτό-μην. Non tentabo jam alia Medii verbi tempora, ne verbosior sim, quam destinavi. Unum hoc mea interest annotasse: Aoristo et Futuro utroque Medio ad Passivum, ac Præterito Perfecto et Plusquam Perfecto Medio ad activum relatis, nihil amplius verbis restare Mediis. Atque hoc modo, sicut aliæ linguæ,[3] ita Græca etiam comparata erit: non erunt nimirum in ea, nisi duplicis status verba, Activum atque Passivum.

XV. Ego quidem, ut modo declaravi, Præterita Perfecta, et Plusquamperfecta Media ad Activum reduco, vel, si mavis, hæc mea est sententia: eadem esse plane illa, quæ activa, tempora, et nihil utrimque, si ab una terminatione discesseris, intercedere discrepantiæ. Atque hæc ita exigui est momenti, ut non consistat, nisi in permutatione literarum aspiratarum aut mediarum ac tenuium, et in unius omissione consonantis. Nemo unus est, quin explorate sciat, nil esse harum permutatione literarum usitatius. Accedit, quod διάλεκτοι alias literas unice diligant, aliis autem minime faveant. Hinc non sine ratione divinare licet, unam harum διαλέκτων, quæ π præter modum amavit, hanc literam in Præterito verbi τύπτω, τῷ φ prætulisse: contra vero aliam, quæ τῷ π minime favit, illud rejecisse, et φ retinuisse. Hoc saltem certum, πέφρικα usitatum esse, licet πέφριχα poscat analogia. Celeberrimi Novæ Methodi Parisiensis auctores (p. 150) hujus rationem permutationis reddituri, in aspiratam φ antecedentem causam conferunt omnem. Sed tam infirmis uti rationibus, id vero est, inscitiam potius suam confiteri, et secare, quam solvere, difficultatem.[4]

XVI. Ac ne quidem necessarium foret, hanc terminationis differentiam in quadam, ut ita dicam, inclinatione διαλέκτων, qua in nonnullas literas capiebantur, quærere. Solum variandi studium in causa potuit esse, et sonus aliquis, qui quum se aliquamdiu aurium probaverit judicio, ab eodem postea, tamquam tædii plenus, ingratusque, rejiciatur, quem adeo modificare paulatim et emollire cogimur. Antiquis Atticis sonus ξ mirifice placebat: ac Thucydides ea sæpissime litera utitur. Xenophon contra, et ejus æquales, multo censuerunt aliter; his quidem sonus ille rudior visus est, ob eamque causam τὸ σ in ejus substituerunt locum. Majus aliquid dicam: ipsa Latina lingua, quæ caret διαλέκτοις, easdem plane mutationes suo ambitu complectitur haud sane paucas, ingentemque vocabulorum, quæ literarum probant permutationes, continet multitudinem.

XVII. Fassus jam initio sum, quanti apud me Cl. Kusteri sint opera, et ejus sigillatim de vero Usu Verborum Mediorum Dissertatio. Non erubesco eandem rem iterum præ me ferre. Id si quis omni carere usu dicat, nihil ei, quod respondeam, habeo, præter hoc unum, me malle, si quod sit, hoc ultro admittere vitium, quam vel ullam Cl. Kustero præbere occasionem suspicandi, ipsius promeritis me detracturum. Hac brevi præmissa præfatione, id, quod de ejus dissertatione sentio, exponam libere.

XVIII. Vir hic doctissimus novam illam, qua publicam rem literariam auxisse putat, inventionem, suis distinctionibus ac circumscriptionibus multo arctius sepsit, quam ipsa dissertationis pollicetur inscriptio, et quam expectarunt, qui hujusmodi disquisitionibus oblectantur. Primum etenim ea hinc removet verba, quæ non sunt Media, licet ita videantur; quæ terminationem quidem Mediam, sed sensum habent activum. Jam vero horum numerus verborum, dici non potest, quam magnus sit; quin poterit fieri, ut eorum superet verborum numerum, quæ ipse ut vera intuetur Media. Nondum igitur liquet satis, quæ doctus ille homo ponat principia, ex quibus certo statui velit, qua re non nulla Media verba magis ut Media spectari debeant, quam alia.[5] Numerus minimus ad eum, qui multo major est, facile revocatur; verum si hic uterque numerus

[1] Serm. I. Eclog. IX. 73. p. 435. edit. Bentl.

[2] [Nihil hic annotabo amplius, quam ut iterum repetam, omnem hanc demonstrationem sententia omni ratione destituta inniti, qua genera verborum a terminatione nomina accepisse sua creduntur. Quo observato nihil omnino naturæ atque indoli verborum Mediorum decedet, etiamsi conjecturæ istæ de formandis temporibus essent certissimæ. *D.*]

[3] Sunt vero aliæ quoque linguæ, quæ tres verborum formas admittunt: activam, passivam, mediam. Sic Hebræa, (p. 154. s.) cum qua elegantior Græca convenit.

[4] Miror equidem hoc acrius judicium: nam tot exempla hanc rationem probant grammaticam. Est enim mihi præ me ferendum, præteritum activum omnino esse πέφριχα, a φρίσσω, vel φρίττω, φρίξω, ἔφριξα, πέφριχα. Sed πέφρικα est etiam præter.; idemque aliter, formatum, nempe a φρίσω, (nam. fut. 1. et ξ habet et σ in hoc verbo) ἔφρισα, πέφρικα: contra, quam Sam. Clarke putavit, qui hoc verbum præterita Media retulit, ad Hom. Il. β'. 314. p. 56. Ipsa vero observatio, quæ ad præterita Media pertinet, ejusmodi est, ut, quæ huc referatur, digna judicanda sit. P. M. non unam habent omnia formandi rationem. Alia enim Aor. 2. sequuntur analogiam, ut: τύπτω, ἔτυπον, τέτυπα: λέγω, ἔλεγον, λέλογα: φράζω, ἔφραδον, πέφραδα. Alia vel ex Aor. 1. vel ex Præs. retinent, vel diphthongum, ut: φαίνω, ἔφηνα, ἔφανον, πέφηνα: πείθω, ἔπιθον, πέποιθα: σαίρω, ἔσαρον, σέσηρα: φεύγω, ἔφυγον, πέφευγα: vel syllabam, positione longam, ut: δέρκω, ἔδρακον, δέδορκα: πέρθω, ἔπραθον, πέπορθα: vel vocalem longam, ut: τρίζω, ἔτριγον, τέτριγα: ῥιγέω, ἔῤῥιγον, ἔῤῥιγα: κρίζω, ἔκριγον, κέκριγα: βρίθω, ἔβριθον, βέβριθα: μυκάω, ἔμυκον, μέμυκα: πράττω, ἔπραγον, πέπραγα, (unde πράγος, πρᾶγμα, πρᾶξαι, πρᾶξις, quod α Ionice in η migrat πρῆγμα, πρῆξαι, πρῆξις, πρηκτήρ): κράζω, ἔκραγον, κέκραγα: κλάζω, ἔκλαγον, κέκλαγα. Verum φρίττω, ἔφρικον, πέφρικα, illuc minime pertinent. Hoc enim si Medium foret; dicendum esset, ἔφριγον, πέφριγα. Quod vero in πέφρικα vocalis ι longa est, id ex verbo φρίττω ducendum esse arbitror. Ceterum κεκράγατε Aristoph. Plut. v. 629. κέκραγεν, idem v. 653. διακεκραγέναι, id. Equit. v. 1400. κεκραγώς, v. 256. Reliqua in Homero inveniuntur.

[5] [Supra ad s. X. probavimus, dari præter Activum et Passivum tertium quoddam verborum genus apud Græcos. Restat, ut nunc demonstremus, quænam vera sint verba Media, et quanam in re proprie verba hæc Media differant ab Activis et Passivis, et unde sit ista differentia haurienda. Inverso autem ordine hic nobis liceat rem pertractare. Primum igitur neminem credo facile futurum, qui

æqualis esse reperitur, quo, quæso, fundamento qualitas aliqua uni magis, quam alteri, attribuetur? Affirmat Cl. Kusterus, verba, quæ ipsi Media videntur, vim activam cum passiva mixtam, seu inter utramque mediam et interjectam habere; negat contra, ea, quæ verbis veris Mediis ipse quidem eximat, ejusdem virtutis esse. Darem ei hoc utrumque, si modo, verborum naturam Mediorum in hac vi reflexiva consistere, extra litem posuisset. Dum vero istud assumit, et in causæ suæ commodum trahit, quo hæc verba ab iis, quæ eandem tantummodo terminationem habent, distinguat, in eo quidem vitii postulandus ejus erit, quod petitionem principii artis ratiocinandi doctores appellant.

XIX. Si verba omnia, quæ Media videntur esse, ea reapse non sint, usum verborum vere Mediorum nec omnes Græciæ auctores perspectum habuerunt, nec observarunt. (Præf.) Non de Patribus, non de iis auctoribus, qui Græcarum literarum mediocriter periti fuerunt, vir loquitur egregius. Hi enim, si exactiorem terminorum proprietatem aut ignorassent, aut non satis curate attendissent, id quidem mirum videretur nemini. Verum Strabo, Diodorus Siculus, Plutarchus et Ælianus, ii sunt, quibus hujus vel negligentiæ vel ignorantiæ dies ab eo dicitur.[1] Hi enim activa et Media verba promiscue usurpare solent, neque his plerumque alio, quam Latini Deponentibus, sensu utuntur. Largiamur hoc Cl. Kustero non inviti. Sit ita, hos auctores pro recte loquendi norma habendos non esse. At vero Homerum, Hesiodum, Herodotum et Hippocratem, totam venustatem ac proprietatem linguæ suæ dictionum aut ignorasse, aut, si eam cognitam habuerunt, consulto neglexisse, id quidem ejusmodi est sane, ut non facile sit creditu. Verum apinæ isthæc forsitan tricæque sunt, et, si quid vilius istis: has igitur missas quoque faciamus; demus hæc etiam viro erudito. Datis his adeo liberaliter, qua, obsecro, nova is inventione civitatem locupletat literatam, et quam, dic quæso mihi, late patebunt dissertationis de verborum natura Mediorum elaboratæ limites?[2] Primum ea, quæ tradidit, præcepta, ad Media verba non pertinent omnia; id quod modo vidimus. Deinde hoc mysterium, quod quidem, si Grammaticis ignotum fuerit, nulli miraremur, tot veteres pariter ac recentiores aut ignorarunt aut neglexerunt auctores.[3] Soli Attici verborum Mediorum genuinum usum ac propriam naturam tuiti sunt. Haud scio, an sensum indicis, quo insignita est dissertatio, aliter fortassis, atque res ipsa flagitat, capiam. Verum ea mihi plus significare videtur, de vero Usu Verborum Mediorum apud Græcos, eorumque Differentia a Verbis Activis et Passivis.

XX. Ipse quidem mihi persuadeo, Cl. Kustero non hoc propositum fuisse, ut diversum Verborum Mediorum et Activorum usum nos edoceret; sed ejus eo valere consilium, ut naturam priorum enodaret, ostenderetque, ea non usu tantum, sed propria etiam natura et indole, alienam ab Activis[4] significationem induisse.[5] Quæ si vera sit doctissimi sententia hominis, ut esse videtur, ab eo veniam aliter hic sentiendi me confido impetraturum.

XXI. Non est, ut vere dicam, probabile, terminos eo unice consilio inventos esse, ut res aliqua exprimatur, quæ per primitivum pronomen longe facilius significari possit.[6] Usus potuit fixum jam confirmatumque verbi statum ad actiones reflexivas designandas convertere, antiquam ab eo virtutem arcendo. Eundem autem idcirco inventum esse, id quidem tanto minus videtur credibile, quo plures sese offerunt occasiones, ubi non est necesse, ut hæc reflexiva actio diserte designetur. Hæc ex eo, quod antecedit et consequitur, et ex natura subjecti, per se ipsa satis evadit perspicua. Sæpius sane accidit, ut ea non expressa legatur: tunc ille, qui verbum φράσεως iis in locis eandem propria sua significare potestate contendit, proprietatem illi vindicat, qua plane destituitur. Anne ex eo, quod verbum *convertit*, sine pronomine primitivo, apud[7] Sallustium subjectum in se ipsum agens persæpe designat, concludendum erit, istud natura sua sensum continere[8] reflexivum?

neget, ut omnium verborum notitiam, sic etiam Mediorum indolem ac naturam esse ex Græcis auctoribus, et in primis Atticis discendam. Nam quum lingua hæc in colloquiis et sermone quotidiano expiraverit, nullique amplius genti sit vernacula, nihil nobis est reliqui, unde eam addiscere queamus, præter auctores, qui hac ipsa lingua libros conscripserunt suos. Ex his vero quum constet, ut satis est a Cel. Kustero doctum, verbis illis, quæ nec Activa per conjugationem, nec Passiva per conjugationem, et constructionem esse possunt, eam subesse vim, quæ Actionem reflexivam, seu Actionem cum Passione mixtam præ se ferat, facilis erit ad alterum, quod initio posuimus, et responsio et probatio. Differunt enim verba, uti jam docuimus, Media ab Activis et conjugatione et significatione, a Passivis vero præter formationem et notionem etiam constructione. His præmissis, tertium illud momentum per se patet, ea esse verba vere Media, quæ ab Activis et Passivis non magis conjugatione et formatione, quam significatione et constructione diversa ex auctoribus perspiciuntur. Qua de causa recte a Cel. Kustero verba illa, quæ formam quidem, sed non vim Mediam habent, et quæ similia sunt Latinorum Deponentibus, pro vere Mediis non agnovit: vid. ad S. III. et X. Nam mea quidem sententia ad verbum vere Medium requiritur, ut habeat Activum et Passivum, a quibus per sensum reciprocum distinguatur. At hoc ipsum est, quod a doctissimo Viro tanquam pura puta petitio principii rejicitur. Sed aliter se rem habere, ex eo apparet, quod Auctores probatissimi, ex quibus hac in re judicium esse faciendum modo est adstructum, in tribuendo verbis his Mediis sensu reflexivo adeo sunt constantes, ut vix unum item et alterum locum in contrarium observes, quum contra pro sensu reflexivo vel centum possint loca advocari. Nec desunt rationes, quibus confirmari potest, ad verba vere Media requiri actionem reflexivam. Nam Activum indicat Actionem, Passivum Passionem, Medium vero quid? Num alias Actionem, alias Passionem, qui communis est Grammaticorum error? Refragatur usus horum verborum et optimorum quorumque scriptorum auctoritas intercedit. Quid ergo? Quod jam dixi, Actionem et Passionem simul, seu Actionem cum Passione mixtam. Tertium non datur. Quocirca omnibus his in sequentibus anxie conquisitis exemplis Cl. Auctor nihil proponit amplius, quam verum esse, quod dici consuevit, Nulla regula sine exceptione. Cel. Kusterus indolem verborum mere Mediorum in lucem protraxit, proposuitque de iis regulas, quas suam pati exceptionem demonstravit Cl. Auctor. *D.*]

[1] [Affingitur summo Kustero aliquid, de quo fortasse ne per somnium quidem cogitavit. Nam ubi quæso affirmat, hos recentiores indolem verborum Mediorum ignorasse? In adducto præfationis loco nihil habetur, nisi illos in adhibendis verbis Mediis ab usu veterum illorum et probatissimorum scriptorum, qui soli pro recte loquendi norma habendi sunt, interdum discedere. *D.*]

[2] [Prodit se hic Auctoris libido carpendi, aliorumque labores extenuandi. Scientia, quam Cel. Kusterus in Dissertatione cum publico communicavit, non exiguæ est utilitatis in investigandis verborum Græcorum notionibus et in aperiendis earum causis, idque ipse veritatis vi compulsus non potuit dissimulare S. I. Et quis quæso ante Virum summum docuit, naturam verborum Mediorum sitam esse in Actione reflexiva? Eam enim quæ non admittunt verba, non sunt pro vere Mediis, ut sæpius jam est confirmatum, habenda. *D.*]

[3] [Ignorasse hanc verborum Mediorum naturam perquam multos, tantum abest, ut Cel. Kustero sit dedecori, ut id ipsum summæ ei gloriæ cedat ac laudi. Nec novitas hujus doctrinæ odium illi apud quemquam conciliabit, nisi qui omnes despicit, et doctum præ se putat neminem. Sed quis non videt, ex invidia, assidua laudis et virtutis comite, hæc profecta esse omnia? *D.*]

[4] Etiam alienam a Passivis. Exponit Cl. Kusterus vim verborum Mediorum primam et nativam, quæ in multis adhuc superest, quamque tot muniunt exempla, cum a me ipso, tum a Kustero in primis, in medium prolata. Nullus est vetus scriptor, qui notionis reflexivæ, Mediis verbis propriæ, locos contineat idoneos. Verum Attici digni sunt, quibus palma decernatur. Ipsa sæpe numero necessitas eruditum cogit interpretem, ut verbis Mediis vim adaptet reciprocam.

[5] Præf. 'quæ tam significatione, quam natura et indole, a Verbis activis et passivis differunt.'

[6] Cur autem non? Cur per pronomen id facilius sit? Hic duæ voces requiruntur: illic una. At vero utramque rationem Attica interdum probat elegantia. Quia Cl. Clericus rem ignorat, dicit: *Non liquet.* Imo repetit etiam Cassianum illud: *Cui bono?*[*]

[7] Vid. Sallust. edit. Jos. Wasse, p. 29.

[8] Nemo sic subducet rationes. Omnes novimus, *se* subandiri. Hoc verbum præbet exemplum activi, vel passive vel reciproce usurpati. Similia activa nec Græcis desunt. Tu vero hinc minime coges, verba vere Media idcirco vi reflexiva orbanda esse.

[*] [Perquam videri veri simile, verba vel potius verborum genus ad actiones reflexivas exprimendas fuisse inventum, vel lingua Ebræa testatur, cujus conjugatio Hithpael omnium consensu est reciproca. Cur non sit eadem ratio linguæ Græcæ? vid. Auctoris S. ix. præsertim quum in loquendo amare brevitatem soleamus. Latina cum Græcis non esse conferenda, jam sæpius est dictum. *D.*]

XXII. Cl. Kusterus annotavit, ἄγεσθαι γυναῖκα dicendum: quo ille loco eruditum simul, honoris ergo, appellat hominem, qui in indice Æliani ἄγειν γυναῖκα locavit. Observationem hanc esse optimam, equidem haud abnuo: consecutionem vero, quam inde ducit, nego valere. Nam si dicunt Græci ἄγεσθαι γυναῖκα, non vero ἄγειν: id quidem argumento haud est, prius illud vim habere reflexivam, qua careat alterum; usus hoc voluit,[1] quem absolutum ejusmodi rerum magistrum esse, constat inter omnes. Cui rei locutio, λαμβάνω γυναῖκα, documento erit. Menandri Fragmenta:[2]

Ὅστις γυναῖκ' ἐπίκληρον ἐπιθυμεῖ λαβεῖν, πλουτοῦσαν, κ. τ. λ.

Quisquis uxorem patriorum bonorum heredem cupit ducere divitem. Etenim, si analogia minus concederet, ut ἄγω γυναῖκα dicatur, eadem quoque φράσιν, λαμβάνω γυναῖκα, interdiceret.[3]

XXIII. Non est, cur pluribus ostendam verbis, quam parum cogitata et meditata hæc sit opinio.[4] Nam licet ipsa Cl. Kusteri verba, hanc ejus esse sententiam, neminem non dubitare prohibeant, certi tamen esse possumus, ipsum non nisi hoc sibi velle, ut verba Media, secundum verum apud Atticos usum, actionem denotent reflexivam. Affirmat hoc, in plurimis disputationis suæ locis: et, quoties cum viris Parisiensibus eruditis versatur, eodem modo suam interpretatur sententiam. Nihil fingo: rem habeo exploratam. Hæc ne vero inventio, his angustis inclusa terminis, omni erit major exceptione? Hoc demum illud est, in quo nunc explorando multi erimus.

XXIV. Initio erit hoc notatu dignum: plurimas inveniri φράσεις, ubi subjectum, etsi a grammatica discedamus arte, et sensum modo generalem, quem rei, de qua sermo incidit, natura postulat, consideremus, ut agens æque, ac tanquam patiens, concipi potest. Id quod tum demum evidentius experimur, si qua nobis lingua in aliam convertenda offertur; nam sæpius forma activa, et reflexiva, ea, quæ in sermone, qui in alium vertitur, passive dicuntur, reddere cogimur. Brutus scripsit ad Ciceronem:[5] 'Utrumque me præstiturum spero, ne aut Ventidius elabatur, aut Antonius in Italia moretur.' Si *elabatur*[6] gallice reddendum, conversio non nisi hæc, *s'échappe*, locum haberet; atque ita Ventidius, in conversione, agens erit, quem tamen sub passiva forma sermo proponit Romanus. At nemo tamen umquam *elabor* pro tali habuit verbo, cujus natura in mixtione quadam actionis cum passione consistat. Ad statum igitur cujusdam verbi evidentius ac certius corroborandum, non satis est, ut ejus notionem certa quidem ratione liceat exprimere: urget etiam necessitas, ut natura subjecti, antecedens item et consequens, illum exprimendi modum ita figant ac definiant, ut alia conversio, sine contorsione, nequeat adoptari. Jam equidem ausim adseverare, in omnibus, quæ Cl. Kusterus excitavit, veterum auctorum locis, subjectum, ad quod verbum spectat Medium, optime, et sine ulla torsione, ita concipi posse, ut de reflexivo sensu ne cogitetur quidem.[7] Nunc quædam recensebo exempla, quæ mihi prima incident in manus. P. 6. hunc Xenophontis citat locum: οἱ μὲν γυμνασάμενοι, καὶ χρισάμενοι, οἱ δὲ καὶ λουσάμενοι παρῆλθον: quem ille vult hunc in modum converti: Qui se exercuerunt, qui se lavarunt, et qui se unxerunt. Nihil autem horum necessarium censeo, nec quidquam impedit, quo minus hæc tria verba pro passivis habeantur, eoque nomine per exerciti, loti et uncti, convertantur.[8] Sunt quidem priores illæ voces non satis Latinæ; iis autem utendum erat, quo ejus, quod mente voluimus, ideam daremus. Verum quidem est, eos, de quibus Xenophon loquitur, semet exercuisse, neque fuisse alios, qui eos exercerent; at ideo tamen hinc non sequitur, ut γυμνασάμενοι per se valeat actionem subjecti reflexivam denotandi virtute. Quod si esset, idem de hoc verbo statuendum foret, in passiva forma collocato; id quod ridiculum esse videretur.[9] Namque tunc illud iisdem significat actionem, quæ in subjecto manet, verum hoc non aliter, ac si passionem subiret aliquam a verbo, sistitur. 'Præterquam quod necesse est,' ait Isocrates, 'discipulum eloquentiæ studiosum ab ingenio non destitui, diversos etiam orationis variandæ modos nosse, et in illarum usu sese exercere necesse est'—καὶ δεῖ τὸν μαθητὴν πρὸς τῷ τὴν φύσιν ἔχειν οἵαν χρὴ, τὰ μὲν εἴδη τῶν λόγων μαθεῖν, περὶ δὲ τὰς χρήσεις αὐτῶν γυμνασθῆναι.[10]

XXV. Nec locus Æschinis, quem p. 10. excitavit, majori valet pondere: στεφανωσάμενος, καὶ λευκὴν ἐσθῆτα λαβὼν, ἐβουθύτει. Nonne στεφανωσάμενος per coronatus (a se scilicet) ac per, quum se coronasset, pari convertitur facilitate?[11]

[1] Usui igitur provinciam dat Clericus, non nativæ verborum Mediorum potestati. Cur vero? Quia sic vult, sic jubet. Vis verbi Medii ἄγεσθαι in hac φράσει tollit ambiguitatem, quæ in ἄγειν inest. Hæc vero activa τῷ ἄγειν inest sua natura. Ergo et reciproca in verbo inest Medio ἄγεσθαι. At λαμβάνω nullum aliud habet verbum, ad quod referri queat, sed varietati servit eximie. Nullum autem aliud hic offertur verbum, quod ambiguitatem pariat. Socer δίδωσι, et sponsus λαμβάνει. Neque ulla ambiguitas in hac est phrasi: ἔγημα γυναῖκα, Luc. XIV. 20. Conf. Apollodor. III. c. 5. §. 6. init. p. 166. γαμεῖ - - - Θήβην, ducit Thebam uxorem. Huic γαμηθῆναι, duci in uxorem ab alio, opponitur. Qui usus verbi venustate haud caret. Vid. Pollux T. I. L. III. c. 3. p. 288. ed. Amst.

[2] P. 252. edit. Clerici.

[3] [Frustra hic analogia τοῦ λαμβάνειν et ἄγειν γυναῖκα urgetur. Exemplis probet contrarium doctiss. Auctor, ἄγειν γυναῖκα dixisse Græcos puriores. *D.*]

[4] [Fundamentum hujus sententiæ est constans ac tantum non perpetua probatissimorum Auctorum Græcorum loquendi ratio: id quod ipse Auctor paulo ante de ἄγεσθαι γυναῖκα necesse habuit confiteri. *D.*]

[5] Ep. Fam. Ep. IX. Lib. XI.

[6] Elabatur non est passivum, sed deponens verbum: aut Gallicum s'échappe, reflexivum est, er hat sich aus dem Staube gemacht. Quid vero hoc vincit, nisi dissimilitudinem linguarum, de qua ipse Clericus in critica disputavit arte?

[7] [Vellem ut Cl. Auctor id, quod affirmat, de plerisque exemplis, quæ pro stabilienda sententia sua adduxit Cel. Kusterus, comprobasset. Sed cur id non sit factum, ex hoc ipso §. intelligitur, ubi quidem de γυμνάσασθαι, quod ad rem, cum Cel. Kustero consentit. Nam quum illud apud Xenophontem ait notare illos, qui se exercent ipsi, et non alios, a quibus exercentur, Actionem reflexivam a Cel. Kustero hoc verbo probatam agnoscit ipse, sed quando hoc verbum dicit Passivum, quod ex ipsius sonat passionem §. II. ipse sibi non constat, aut quid actio sit reflexiva ignorat. En, quo hominem perducat sententia, quæ genera verborum terminatione metitur! *D.*]

[8] Possunt, atque adeo debent, verba hæc Latine sic reddi. Inopiæ enim Romanæ linguæ hoc convenit, ut passivum exprimat verbum Medium, sive activum cum pronomine reciproco. Justin. 13. 2. 3. Ut ei aliquis se submitteret. Vid. ibi Vorstius p. 83. s. Codd. antiquiores typis expressi pro se submitteret, habent, submitteretur: quod ipse genuinum putat. Sic Latini dicunt Lavari, pro, lavare se, exerceri pro, exercere se, provolvi pro, provolvere se, et infinita alia, quæ in lib. de Latin. vulgo fere neglecta collegit Vorstius. Justin. 14. 4. 3. obstricti estis pro, obstrinxistis vos. Sic 5. 10. 11. At 11. 3. 10. ipsum legitur obstringere se. Justin. 23. 1. 8. sine veste, quam inducrent. Cod. MS. teste Bongarsio, qua inducrentur, pro inducrent se. Idem 31. 8. 6. armare se milites suos jubet. Editio Juntina, teste Grævio, armari habet, quod fortassis et rectum. Nam Romani dicunt pro armare se, et armari, pro lavare se, lavari, et exerceri pro, exercere se. Conf. Vorstius, p. 121. Add. p. 90. 109, 116. et alibi. Idem vir doctus p. 84. huc refert τὸ ὑποτάσσεσθαι (p. 42.).

[9] [Quin potius ridiculum foret, verbum, quod Actionem cum Passione mixtam sonat, pro passivo habere. Isocratis locus vel Passive vel Medie potest exponi. Passive si accipiatur, notabit a præceptore exerceri: sin Medie, se ipsum exercere: nam Aoristum Passivum hanc sustinere vim, Cel. Kusterus in V. στέλλομαι probavit, quibus nos quædam addidimus de verbis Mediis N. F. voce ἀποτνάω. Hic tamen Passivum præferrem, quum discipulus, qualis hic significatur, non tam ipse exerceat, quam a præceptore exerceatur. Sed manavit hæc confusio ex sæpius jam notata sententia. *D.*]

[10] Ut copiosa fiat Græcæ divitis linguæ dictio, passiva etiam tempora quædam vim habent reflexivam. Hinc vero haud sequitur, eam vim Mediis verbis proprium et nativam non esse. Istud vero Kusterus ipse jam dedit. (p. 59. s.)

[11] Fallis ac falleris, vir docte. In voce coronatus ambiguitas inest. Nam potest illa significare coronatum, a se, vel ab alio: hanc autem versio, quum se coronasset, de medio ulla sine mora tollit.*

* [Quanta sit, quod ad sensum, differentia inter coronatus a se, et quum se coronasset, fateor, me non capere, in utroque quippe est Actio cum Passione mixta. Quam si hic æque non vidisse Cel. Kusterum putat Cl. Auctor, quam se ipsum, ex suo cum judicat ingenio. *D.*]

XXVI. Verbum *Κόπτομαι*, de quo Cl. Kusterus p. 11. s. agit, paulo remotior a Passivi natura esse videtur. At si origo ejus spectetur, facile patebit, istud etiam Passivum re quidem vera esse, ejusdemque primam, quam origo poscit, significationem haud esse, me percutio, ut ille vult doctus homo, sed, percutior. At, quum effectus naturalis ac pœne necessarius percussionum sint querimoniæ, lamentationes et lacrimæ, vox hæc postea idem ac conqueri, plorare, etc. cœpit denotare. Id mihi volo, verbum istud a significatione causæ translatum ad designandum effectum;[1] qua quidem re nil usitatius est, ac, si opus foret, aliarum exemplo linguarum in proclivi nobis esset extra omnem collocare dubitationem.

XXVII. Inde jam a longo tempore observatum est, nobis solemne esse, ut nostra de rebus judicia animi indoli accommodemus.[2] Ita sane Cl. mens Kusteri singulari prorsus ratione composita tunc fuerit, oportet, quum in *τρέπομαι* sensum perspiceret reflexivum, sibique persuaderet, hunc Theophrasti locum[3] magnam eundem probandi vim continere, *τρέψομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον*. Ad me quod attinet; verbum hic adhibetur, eodem sensu, eodemque modo, quo Cicero, *convertar*, usus est, qui: 'Gratulabor,' inquit, 'tibi prius, ita rerum ordo postulat: deinde ad me convertar.'[4] [5]

XXVIII. De *ἐκτρέπεσθαι τῆς ὁδοῦ*,[6] p. 20. et *αἰσχύνεσθαι*,[7] p. 14. eandem fero sententiam. Illud quidem verbo Latinorum, deverti, hoc autem Gallicæ locutioni, être couvert de honte, et Latinæ voci pudefieri, respondet. 'Quibus Timarchus re ipsa committendis non erubuit, iis ego aperte duntaxat a me nominatis, vivere recusarim.'[8] *Ἃ γὰρ αὐτὸς ἔργῳ πράττων οὐκ αἰσχύνετο, καὶ ταῦτ' ἐγὼ λόγῳ μόνον σαφῶς ἐν ὑμῖν εἰπὼν, οὐκ ἂν ἐνεδεξάμην ζῆν.* Idem ille auctor populum interrogat Atheniensem, An non puderet ridere præsente Senatu Areopagitico? *καὶ ἤρετο τὸν δῆμον, εἰ οὐκ αἰσχύνοιντο γελῶντες, παρούσης τῆς βουλῆς τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου*; Sensus ille, quem Æschines huic eidem verbo p. 88. attribuit, movere nos posset, ut crederemus, id active etiam interdum significare. Narrat, hominem quendam, qui incompositis quidem moribus, sed valde disertus fuerit, postquam Spartæ nuntium publicæ rei salutarem attulisset, receptum esse; tum vero senum quemdam, quos Lacedæmonii et verentur et metuunt, *οὓς ἐκεῖνοι καὶ αἰσχύνονται*[9] *καὶ δεδίασι*, prodiisse, concitatam objurgasse multitudinem, ac prædixisse: non diu Spartam fore ab hostili violentia incolumem, si talibus suasoribus uterentur; eademque opera accessisse alium virtute præstantem hominem, qui easdem sententias repeteret. Ut, inquit, Lacedæmonii de viri boni sententia decernant. Verum major est similitudo veri, verbum istud passivam haud exuisse notionem, ac nil aliud rem ipsam poscere, quam ut præpositio *διὰ* omissa addatur, *δι' οὓς αἰσχύνονται*. Quoquo modo se res habet, nullum sensus reflexivi hic apparet vestigium.[10]

XXIX. Miratus sum, equidem, nec vero solus ego, nisi me fallit opinio, miror, Cl. Kust. verbum *προσφέρομαι* in iis, quæ sensu ab Activis et Passivis differant, numerasse exemplis, quum tamen non possit non præ se ferre, in tempore quodam revera Passivo istud eadem valere potestate. Idem de multis aliis verbis confitetur Passivis (p. 60, ut et multa alia verba Passiva, etc.), qua sane confessione rem eo adduxit, ut, quod una manu conatus erat firmare, altera infirmaverit, ejusdemque nervos inciderit omnes.[11] Hoc dato, multa Passiva verba vim interdum reflexivam habere, idque ex natura subjecti rebusque circumstantibus perspiciendum esse: quis, obsecro, hoc inde ducet consectarium, ipsam horum verborum naturam in sensu consistere reflexivo, atque hunc ipsum illud constituere discrimen, quo ab Activis et Passivis discernenda sint?[12]

XXX. Tandem nulla apparet ratio, quare (p. 28. s.) *ἐγκαλύψασθαι*, obtegere se vel obvelare, magis, quam obtegi, significare debeat. Exempla, quæ Cl. Kusterus testatur, omni carent probandi virtute. Nihil mihi facilius esset, quam omnia percurrere, quibus rem suam firmavit, testimonia, atque declarare, illis id, quod cupit, haudquaquam muniri;[13] sed nolo plenissima tædii locorum Græcorum enarratione meos fatigare lectores. Video etiam, me ipsos nil nisi rem eruditurum, quam certe eorum, qui viri doctissimi legerunt dissertationem, ignorat nemo.

XXXI. Alterum, quod annotandum duco, illud est, quod in Græcis probatioris notæ auctoribus, in iis etiam, quos opinionis suæ testes ac sponsores Cl. citavit Kusterus, verba inveniantur, quæ hinc in Activo, illinc in Medio collocata, rem exprimunt eandem. Extant in illis loci, in quibus una eademque res hunc in modum exprimitur, ut in una *φράσει* duo adhibeantur verba,[14] quorum alterum in Activo, et in

[1] [Hæc quidem possent tolerari, si Vir doctissimus etiam rationem addidisset, qua *κόπτομαι*, per percutior reddendum, regere possit Accusativum: nam præpositionem quandam hic subaudire velle, idem foret, ac *τῷ κόπτομαι* notionem lugendi denegare. *D.*]

[2] *χρησμολόγοι τε ᾖδον χρησμοὺς παντοίους, ὧν ἀκροᾶσθαι ἕκαστος ὡς ὥρμητο*, Thucyd. p. 97. n. 21. edit. Oxon. p. 112. ed. Amst.

[3] Proœm.

[4] [Chorda Cl. Auctor semper eadem oberrare, crambenque sæpius coctam apponere videtur, dum Græca cum Latinis hac in parte conferre nititur. Probet ex subjecto, antecedentibus et consequentibus nominati in Theophrasto loci vim illam alienam, quæ Passivum requirit, quæque Passionis illius est causa. Quod quia nunquam præstabit, nunquam non stabit sententia Cl. Kusteri. Idem de verbis in §. sequenti notatis dictum velim. *D.*]

[5] Hoc loco passivum pro medio ponitur, (p. 86.) quippe quod non habent Latini. Vir Cl. Romanam linguam semper ante oculos hic positam habuisse videtur. Cum hac comparavit et contendit Græcam, et, quoniam Latina nullum habet Medium verbum, hoc Græcam quoque spoliare et orbare voluit.

[6] Sententia, quam Cl. Clericus fert, neminem movebit neminem, quum vis Media reciproca tot sit rationibus fulta.

[7] Bini hi Æschinis loci facile virtutem recipiunt reflexivam. Quid ergo nos impediat, quo minus hanc illis tribuamus?

[8] Æschin. in Timarch. p. 269.

[9] I. e. sensu prægnanti, pudendo revereri, vel simpliciter, revereri aliquem: ubi vis Medii ac Deponentis verbi tanquam conflata est.

[10] [Quamvis adeo hic sensum reflexivum non elucere concedam Cl. Auctori, concedet tamen etiam mihi, clarissime illum conspici vel ex hoc loco Isocratis ad Philipp. p. m. 206. *ὥστ' ᾐσχύνοντο μὲν, ἐφ' οἷς ἐθρασύνοντο*, ut eos eorum, quæ audacius dixerant, puderet. Plura in re satis conspicua non addam. *D.*]

[11] Hæc criminatio eo habenda loco est, ut eam Cl. Kusterus minime promereatur. Docet enim ille, potestatem reciprocam verbis vere Mediis propriam ac nativam esse. Idem vero dat etiam, hanc eandem vim in verbis quibusdam Passivis adscitam esse. Cujus quidem rei usus, copia, varietas, numerus oratorius, causæ sunt. Hæc una distinctio sententiam Cl. Kusteri omni liberat suspicione. Phrasis autem, *προσφέρεσθαί τινι*, est omnino Media, gerere se erga, in aliquem. Xenoph. Ἀναβ. ε'. p. 400, ed. Oxon. *οὐ γὰρ ὡς φίλοι προσεφέρεσθε ἡμῖν*, non erga nos tanquam amici sese gessere. Add. K. II. p. 493. n. 3. Eadem cum quarto casu et præpos. *πρὸς* legitur in Xenoph. Orat. in Agesil. p. 66. *ὃς καὶ πρὸς τοὺς διαφόρους, ὥσπερ πατὴρ πρὸς παῖδας, προσεφέρετο*, qui in eos etiam, qui a se dissidebant, ut pater erga liberos, se gerebat. Eadem *σύνταξις ἐν τῷ Ἀναβ. ζ'.* 516. habetur.

[12] [Quod suæ hic sententiæ patrocinari censet Doct. Auctor, eam potius subvertit. Nam quum tempora etiam Passiva Actionem reflexivam denotant, migrant genus suum, fiuntque, quod ad sensum, ex Passivis Media, quoniam Actionem reflexivam nec nomen nec natura Passivi admittit: nec insolens esse, ut tempora unius generis ponantur pro temporibus alterius, vel exempla Latina ab ipso Auctore allata abunde testantur. Vid. ad S. ix. et xxiv. *D.*]

[13] [Quando Cel. Kusterus *ἐγκαλύπτεσθαι* dicit notare se obtegere, eo non negat, verbum hoc quandoque non esse vere Passivum: nam quando valet ab alio obtegi, omnino est Passivum: quum vero sonat a se ipso obtegi, vel rectius, se ipsum obtegere, tunc est vere Medium. Passivum quippe non tollit Medium, sed potius confirmat. Vid. ad S. xviii. Bene omnino fecit quod exempla a Cel. Kustero allata noluit examinare: sane sua cædere vineta necesse habuisset, quum tantæ sint perspicuitatis, ut neminem, nisi præjudicio, et odio in rem ante sibi non cognitam occupatum, non ad assensum rapiant. *D.*]

[14] [Hanc ipsam observationem Viri Doctissimi jam prævidit, eamque refellit in præfatione his verbis: 'Et pone, unum atque alterum apud illos reperiri locum, in quo memorata differentia non videatur esse observata, non tamen ideo causa ceciderim. Nam paucis locis haud tuto creditur, quum agitur de refellenda sententia, pro qua infinita exempla militent.' *D.*]

Medio[1] alterum ponitur. Adducam exempla nonnulla, lectores meos eadem conquirendi exemturus labore.

XXXII. 'Genera illa præceptionum,' ait Isocrates,[2] 'ad quarum normam orationes omnes et dicimus et componimus, si quis magistrum non facile pollicentem, sed artis peritum invenerit, cognitu non sunt perdifficilia. Singulas autem res rite discernere, et inter se miscere, et ordine disponere, etiam temporum rationem habere, quin et argumentis totam orationem pro eo ac debet, variare, et verba ita locare, ut numerosa sint, et musicum quendam concentum efficiant: hæc demum curam ingentem postulant, et animum generosum atque sagacem requirunt:' τὸ δὲ τούτων ἐφ' ἑκάστων τῶν πραγμάτων ἃ δεῖ προδιελέσθαι, καὶ μίξασθαι πρὸς ἀλλήλας καὶ τάξαι κατὰ τρόπον . . . ταῦτα δὲ πολλῆς ἐπιμελείας δεῖται κ.τ.λ. Nihil est penes Græcos usitatius, quam ut unam candemque rem duobus verbis, quorum alterum activam, alterum passivam habet formam, designent. p. 295. Idem auctor in vicesima, quæ infra sequitur, linea, idoneum ejusdem rei nobis suppeditat exemplum. 'Neque me quisquam in ea opinione esse putet, quasi justitiam posse doceri sentiam. Nullam enim prorsus talem artem esse puto, quæ ingeniis ad virtutem non appositis vel temperantiam vel justitiam inserat. Sed tamen curam de rep. gerenda sermocinandi existimo ad eam nos præparare, et, ut ita dicam, exercere posse' . . . οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ συμπαρασκευάσασθαι καὶ συνασκῆσαι[3] μάλιστ' ἂν οἶμαι τὴν τῶν λόγων τῶν πολιτικῶν ἐπιμέλειαν.

XXXIII. 'Meum hoc erat consilium,' inquit Demosthenes, in Oratione de falsa Leg. p. 316. 'ut primo quoque tempore in Hellespontum navigaretis, neque Philippum occupare quidquam interjecto tempore pateremini ex locis illius regionis.' Ἠξίουν ὑμᾶς ἐγὼ . . . . . . καὶ μὴ προέσθαι, μήδ' ἐᾶσθαι κατασχεῖν Φίλιππον μηδὲν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ τῶν ἐκεῖ τὶ χωρίων. Nemo, opinor, dicet, ἐᾶσθαι sensum habere passivum; ὑμᾶς etenim eam pati constructionem nequit, et exigit necessario, ut verbum, a quo regitur, saltem quantum ad sensum, sit activum. 'Si Æschines, ut homo rerum imperitus, deliravit alicubi, et frustratus est, ne severius inquirite; sed missum facite, veniam date,' εἰ μὲν Αἰσχύνης, ἰδιώτης ὤν, ἀπελήρησέ τι καὶ διήμαρτε, μὴ σφόδρα ἀκριβολογήσησθε, ἀλλ' ἐάσατε, συγγνώμην ἔχετε. In hoc utroque loco verbum ἐάω, forma licet diversa, eodem tamen sensu occurrit.[4] Usus ergo modos illos non ita exacte a se discerni jubet, ut vult Cl. Kusterus.

XXXIV. Ἐπιδεικνύω consimili ratione cum in activa, tum passiva, eandem rem denotat forma. Æschines[5] utriusque notionis idoneus erit auctor. 'Quidnam, Athenienses, causæ subest, quod leges vestræ non sint observatæ? Ego vobis causas ostendam.' Ἐγὼ τὰς τούτων αἰτίας ἐπιδείξω. 'Sunt, qui nuntiant mihi, Timarchum amatoria, quæ feci, poemata vobis monstraturum,'[6] ἐπιδείξεσθαί μου φησὶν, ὅσα πεποίηκα ἐρωτικὰ εἴς τινάς.

XXXV. Demosthenes, dum in eo est,[7] ut Athenienses ad arma adversus Philippum alacriter capienda excitet, eos jubet sperare, se opes suas recuperaturos, amissaque per socordiam recepturos, illumque ulturos ob cuncta, quæ sibi intulisset, mala . . . καὶ τὰ ὑμέτερ' αὐτῶν κομιεῖσθε, καὶ τὰ κατερρᾳθυμημένα πάλιν ἀναλήψεσθε κ.τ.λ. Hic locus, ut causam Cl. Kusteri juvet, excitari potest. Κομιεῖσθε et ἀναλήψεσθε in Medio ponuntur. Designant etiam actionem, quam ii, de quibus verba facit orator, sui commodi gratia suscipiunt. Testis ille locus omni esset exceptione major, si ad ejusmodi exprimendas actiones, Medium semper, et nunquam Activum adhiberetur.[8] Verum hoc nequit affirmari, nisi invita veritate. Æschines certe, in Oratione contra Timarchum,[9] idem usurpat verbum, rem certam, quam Pittalacus quidam huic exhibuerat, indicaturus: ἔστι τις Πιττάλακος, ἄνθρωπος δημόσιος τῆς πόλεως· οὗτος εὐπορῶν ἀργυρίου, καὶ ὁρῶν τοῦτον ἐν τῇ διατριβῇ ταύτῃ, ἀνέλαβεν αὐτὸν, καὶ εἶχε παρ' ἑαυτῷ. Majus aliquid dicam, idemque notatu cum maxime dignum: hoc ipsum verbum, in una eademque φράσει, cum activa tum passiva, in eodem invenitur sermone.[10] 'Timarchus jurejurando adseveravit, nulla se accepisse, nec accepturum munera' . . . . καὶ ὀμόσας μὴ λαβεῖν δῶρα, μήτε λήψεσθαι. Unde perspicuum est, verbi activi et medii usum interdum minime diversum, sed eundem esse, neque puriori Atticæ διαλέκτῳ ullum hinc damnum oriri. Quæ nisi consecutio valeret, Æschines linguam suam haud intellexisset vernaculam.

XXXVI. Animadverto, verbum λοιδοροῦμαι[11] nonnunquam passive capi:[12] ut in hac pulcra Philemonis sententia:[13]

Ἥδιον οὐδὲν, οὐδὲ μουσικώτερόν
ἐστ', ἢ δύνασθαι λοιδορούμενον φέρειν·
ὁ λοιδορῶν γὰρ, ἢν ὁ λοιδορούμενος
μὴ προσποιῆται, λοιδορεῖται λοιδορῶν.

Suavius nihil, neque concentus ullus melior
Est, quam posse contumelia affectum ferre.
Qui enim conviciatur, si is, in quem convicia jaciuntur,
Non simulet se audire, convicia audit qui iis utitur.

Hoc verbum idem quoque, ac alicui conviciari, remota reciproca sententia, designare solet. Hoc mihi volo; hominem eo interdum verbo notari, qui alteri conviciatur, a quo conviciis mutuis nequaquam mordetur. Demosthenes, de falsa Leg., p. 342. 'Æschines nos vetat dubitare, Philippum esse studiosissimum Græcorum, optime de Albani casibus loqui, eorumque amantissimum sese præbere. Miratur non parum, adeo perversos quosdam in urbe et morosos inveniri homines, qui non erubescant ei convicia dicere, et barbarum eum vocare' . . . ὥστε οὐκ αἰσχύνεσθαι λοιδορουμένους[14] αὐτῷ, καὶ βάρβαρον αὐτὸν ἀποκαλοῦντας,

[1] Cur hoc non fiat? At vero ejusmodi verbum non est vere Medium, sed Medio-activum. Quo quidem loco omnia, quæ sequuntur, verba ducenda sunt, eamque ob causam nihil adversus Kusterum valebunt.

[2] Contr. Soph. p. 294. [3] Præparare simul et una exercere virtutem; cui quidem rei vinculum orationis argumento est.

[4] [Quando Vir Cl. de verbo ἐάω fatetur, illud et in Activo et in Medio eodem sensu usurpari, hac ipsa re ostendit, se non refragari Cel. Kustero: ei enim non sunt verba vere Media, quæ terminationem quidem, sed non æque significationem Mediam habent: quod etiam ad ἐπιδεικνύω, ἀναλαμβάνω et προσάγομαι observari velim. Nec enim, quod iterum iterumque inculco, de terminatione, sed significatione est disputatio. *D.*]

[5] Contr. Timarch. p. 267. [6] P. 280. [7] Philipp. I. p. 48. [8] [Hæc objectio jam est diluta ad S. xxix. *D.*]

[9] P. 268. [10] P. 277. [11] P. 70. λοιδορεῖσθαι, mutuis maledictis et conviciis se proscindere.

[12] Cl. Clericus mentem non cepit Kusteri. Verbum λοιδορεῖσθαι, si passivum est, vim habet passivam: at si Medium est, vim habet Mediam, id est, reciprocam. In loco Philemonis activum et passivum habetur.*

[13] Edit. Clerici, p. 302.

[14] In his Demosthenis, Æschinis et Platonis locis τὸ λοιδορεῖσθαι est verbum Medio activum, quod idem, quod activum valet. Ejusmodi Verba non sunt vere Mediis, de quibus Cl. Kusterus exponit, opponenda. Id autem si feceris, res, quas natura discrevit,

* [Plus iterum Cl. Kusterus fingitur dixisse, quam ipse dixit: non enim, quando λοιδορεῖσθαι censet in Medio esse mutuis maledictis se proscindere, negat illud non etiam in Passivo ab Auctoribus adhiberi: quum id, ut paulo ante est annotatum, sententiæ suæ non adversetur, sed patrocinetur. *D.*]

Philippus haud dubie his non respondit Atheniensium injuriis, quippe quas, ut videtur, ignoravit. Æschines vocem hanc eodem accipit sensu. In Oratione sua de falsa Leg.,[1] p. 296. 'Demosthenes,' ait, 'non destitit in nos invehi, nec de me solum, sed de aliis etiam legatis, falsa dicere convicia.' Καὶ λοιδορίας ψευδεῖς οὐκ ἐμοὶ μόνον λοιδορούμενον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις. Ostendat mihi, si quis potest, discrimen, quod inter vocem λοιδορούμενον hic obviam, et inter λοιδορεῖν a Platone adhibitam, intercedat.[2] . . . οὐ πολλοῦ γ' ἕνεκα χρόνου, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὄνομα ἕξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βουλομένων τὴν πόλιν λοιδορεῖν. Hic locus videtur corruptus esse: verum hæc depravatio nostræ nihil causæ nocet.

XXXVII. Nunc Cl. Kustero ea, quæ de verbo λύομαι[3] mihi subnata sunt, exponam dubia. Neque enim aliter possum sentire.

[4] Τοὺς ἐκ Διὸς γὰρ εἰκός ἐστι πάνθ' ὁρᾶν.

Equidem non sum nescius, verbum hoc idem sibi velle, quod redimere: nonne vero etiam interdum per solvere, missos facere,[5] converti debet? Sunt aliqui Demosthenis loci, qui me incertum reddunt, et vix aliam admittunt explanationem. 'En! exitum conciliationis Alensium:[6] extorres sunt facti, et urbs eorum est eversa. Captivos autem, is qui dispiciebat, quo pacto vobis gratificaretur, missos facere, ne in mentem quidem sibi venisse profitetur;'[7] οὐδ' ἐνθυμηθῆναί φησι λύσασθαι. In eadem Oratione:[8] 'Quum Pellæ essemus, considerate, quæso, quid quisque nostrum facere instituerit. Ego captivos redimere et quærere, et de meo pecuniam insumere, et a Philippo petere, ut hospitalium munerum vice, quæ nobis offerebat, illos missos faceret;' ἃν ὑμῖν ἐδίδου ξενίων, τούτους λύσασθαι. Si quis nodum ita solvere vellet, ut diceret, Demosthenem a Philippo non petiisse, ut captivos libertate donaret, sed ut eos a militibus suis redimeret, et muneri Atheniensibus daret, is quidem sibi daret verba. Locum Æschinis testem hanc in rem cito, qui sensum Demosthenis, meo quidem judicio, clarissime interpretabitur. 'Demosthenes[9] ibat, captivos, ut aiebat, redemturus; idemque nunc apud nos dixit: quum tamen probe sciat, Philippum a nemine Atheniensi captivo pretium unquam postulasse;' εἰδὼς μὲν, Φίλιππον ἐν τῷ πολέμῳ οὐδένα πώποτε Ἀθηναίων λύτρα πραξάμενον. Quæ verba, si quidem nulla vis illis inferatur, hanc nobis exhibent sententiam: Philippum libertatem captivorum in sua tenuisse potestate, quoniam jus habuit redemtionis pretium pro iis exigendi; neque adeo duces aut milites hujus Principis auctores libertatis dicuntur. Sane si Philippum, quum captivis libertatem gratis concederet, militibus suis eorum solvere redemtionem oportuisset; Æschines dicere non potuisset, ipsum nihil unquam pretii exigere: verum ita debuisset loqui, ut nihil exigere suos juberet milites.

XXXVIII. Contendit vir ornatissimus, φράσιν, παρέχομαι τοὺς νόμους, quum magis usitata sit, voci παρέχω anteferendam esse. At enimvero, si altera hac usus essem, puram dicendi rationem nihil me violasse equidem crederem. Haberem idoneum locutionis meæ sponsorem, Æschinem. Hic etenim utitur hoc verbo in activa forma, eandem rem, quam alioqui per Mediam designamus, declaraturus: 'citato,' Demosthenem alloquitur, 'testes, quos ablegavit ad civitates Græcas; qui si adfuisse, nec peregre profectos esse, ex quo hæc urbs pacem fecerit, testificati fuerint: si accessum eorum ad senatum et decreta exhibueris, eo facta tempore, quo tu ais: descendo, et capitis ipse me condemno.'[10] Ἢ τὰς πρὸς τὴν βουλὴν αὐτῶν προσόδους, καὶ τὰ ψηφίσματα ἂν παράσχῃς, κ.τ.λ.[11]

XXXIX. Utrum omni tempore discrimen inter πόλεμον ποιεῖσθαι et πόλεμον ποιεῖν (Kust. p. 54.) fuerit receptum, num prius semper bellum gerere, alterum autem inferre bellum denotaverit, et, an non potius utraque loquendi ratio eandem interdum rem significaverit, equidem non explorate scio. Quum ejus promiscui usus nullum in memoriam exemplum vocem, id nequeo affirmare; neque tamen idcirco auctori dicere diem ego quidem velim, si quis πόλεμον ποιεῖν pro inferre alicui bellum dixisset. Verum quidem est, ποιεῖσθαι usitatius dici; sed ποιεῖν ideo barbarismis annumerandum esse, quonam, quæso, argumento constat? Ut ναυμαχίαν ποιήσασθαι recte dicitur,[12] ita ποιῆσαι eandem in sententiam adhibetur.[13] Pari etiam ratione, si analogia hic locum habet, ut ποιεῖν et ποιεῖσθαι ναυμαχίαν dictum fuerit: nemo est, qui ullam perspiciat causam, quam ob rem non etiam ποιεῖν et ποιεῖσθαι πόλεμον[14] potuerit dici ad eandem rem denotandam.[15]

XL. Nec vero videtur congruere, veteres semper inter πορίζω et πορίζομαι posuisse discrimen, (p. 43. 'Differentia hæc perpetuo apud veteres usurpatur,') eosque πορίζω pro suppedito, præbeo aliis, ubique usos esse, neque hoc unquam sensu, ut, comparo mihi, aut similem locutionem, exprimere voluerint, usurpasse. Demosthenes in sua Orat. I., p. 50. Philip. hunc in modum loquitur: ἀλλὰ τὰ μικρὰ ποιήσαντες καὶ πορίσαντες, τούτοις προστίθετε, ἂν ἐλάττω φαίνηται. Urget ille Athenienses, ut instruant arma, quo sese Philippi opponant conatibus. Hic populus in consiliis ac decretis maxima suscipiebat, sed quum ad rem ventum erat, ne parva quidem faciebat. Parva facite et vobis comparate;[16] his paulatim adjicite, si qua vobis adhuc deesse videbuntur. Menander, p. 245. sq. præsidio id, quod dixerat, muniturus, omnia nimirum animalia homine beatiora esse, asinum exempli gratia profert, qui, licet infelicem eum omnes fateamur, malum tamen per se ipsum nullum habet præter ea, quæ natura ei dederit. 'Nos autem, præter necessaria mala, ipsi per nos

confundes et miscebis. Quod reliquum est, notetur hic genuina constructio τοῦ λοιδορεῖν et λοιδορεῖσθαι, Activa accusativum, Media autem forma dativum adsciscit. Prius hic munit locus Platonis: alterum ex locis Demosthenis et Æschinis robur capit ac firmitatem. Lege hac de re, quæ Cl. Reitzius ad Lucian. T. ii. p. 787. scienter adscripsit.

[1] Vid. p. 332. et 333. [2] Apol. Socr. p. 38.

[3] [Quæ de hoc verbo observat Cl. Auctor, exigui vel potius nullius esse momenti, patebit ex dictis ad s. xviii. et xxxi. *D.*]

[4] Sophocl. Elect. p. 111. edit. CIƆIƆLXVIII. [5] Hæc est vis Medio-activa, quam Cl. Kusterus in dubium nunquam vocavit.

[6] Ἀλαιῶν. [7] De falsa Leg. p. 299. [8] P. 318. [9] P. 410. [10] De falsa Leg. p. 404.

[11] Hoc verbum uti activum per se est, ita vim quoque activam habet. Nam Demosthenes decreta exhibet non pro se, sed pro aliis. *

[12] Thucyd. i. 117. p. 75. ii. 83. p. 152. 154. s. ed. Duker. Sensus est: committere, gerere prœlium navale.

[13] Cl. Clericus non cogitate satis ponderavit locum. Cnemus, Brasidas, ceterique Peloponnesiorum duces, dicuntur velle, primo quoque tempore, τὴν ναυμαχίαν ποιῆσαι, bellum navale inferre, nempe Atheniensibus. Iidem enim paulo ante dicuntur prœlium navale meditantes ac præparantes. Ergo Thucydideis auribus hæ φράσεις non sunt ἰσοδυναμοῦσαι, ποιεῖσθαι et ποιεῖν ναυμαχίαν, quod facile prævidebam. Thucyd. p. 137. p. 154. ed. Amstel.

[14] Πόλεμον ποιεῖσθαι est, bellum gerere: et ποιεῖν, inferre. (p. 55.) Locum afferam ex Thucydide luculentum, ex i. 40. p. 31. πόλεμον ἀντ' εἰρήνης ποιήσει, bellum pro pace inferet. Sic idem, iii. 104. p. 251. dixit: τὸν ἀγῶνα ἐποίησαν, certamen instaurarunt.

[15] [Vid. ad s. xxii. nam auctoritate, non analogia, est pugnandum. *D.*]

[16] Vir clarissimus locum ipsum non omni, qua fas est, accuratione perlegit. Sermo est speciatim de commeatu militibus parando, cujus parum parvo addi, tum vero in dies augeri debeat. Nam dixerat paulo ante Orator: τροφὴν ταύτῃ (τῇ δυνάμει) πορίζειν κελεύω, commeatum huic (exercitui) comparare jubeo. Tum quærit: unde copiæ commeatum habituræ sint? Ad hoc respondit, Athenienses μικρὰ πορίζειν, parva initio exercitui parare debere. Vid. p. 20. ed. Cantabr. Add. p. 21. 152. s.

* [Etsi ad hanc §. ea jam possint sufficere, quæ ad proxime præcedentem adjecimus, tamen, quod ad Æschinis locum attinet, accedit varia ibidem lectio. *D.*]

alia nobis arcessimus.' Dolemus, si quis sternutet; si quis male dicat, indignamur; si quis viderit somnium, valde timemus,' et quæ sunt reliqua.

Ἡμεῖς δὲ χωρὶς τῶν ἀναγκαίων κακῶν,
Αὐτοὶ παρ' αὑτῶν ἕτερα προσπορίζομεν.[2]
Λυπούμεθ', ἂν πτάρῃ τις· ἂν εἴπῃ κακῶς,
Ὀργιζόμεθα, κ. τ. λ.

Εἰπεῖν κακῶς, male de aliquo loqui, proprie significat: hic autem loci de maledicentia non agitur. Poeta ad veterum alludit superstitionem: qui, dum, rem divinam facientes, verba confundebant, aut tale verbum, quod nihil boni auguraretur, ore excidere patiebantur, nihil suis proficiebant sacrificiis.

Male ominatis Parcite verbis. Horatius, Carm. Lib. III. Od. XIV. v. 11.

XLI. Cnemus et Brasidas, Lacedæmoniorum duces,[3] militum suorum animos, quos videbant abjectos, erecturi, præter alia, his eos verbis, auctore Thucydide,[4] compellabant: se commodam hostis invadendi non deterius, quam superiores duces fecissent, paraturos esse occasionem, neque cuiquam officio suo non satisfaciendi copiam daturos. Τῶν δὲ πρότερον ἡγεμόνων οὐ χεῖρον τὴν ἐπιχείρησιν ἡμεῖς παρασκευάσομεν. Hoc ipsismet militibus magno erat honori, quod hi duces faustis temporibus hostem cum fructu impetendi servire deberent. Itaque, prout nova fert ὑπόθεσις, παρασκευασόμεθα dicendum erat. Si quis hoc nobis moveat dubium, Thucydidis eo redire sententiam, ut referat, hos duces suis promisisse militibus, se hunc ipsis fructum servaturos esse, in eo quidem cum eo me conjungo, verba historici in se considerata hanc ferre posse interpretationem. At vero si hoc sibi voluisset, rectius, ut videtur, παρασκευάσομεν ὑμῖν dixisset,[5] quam generatim, παρασκευάσομεν. Verum hoc cuicuimodi sit, Plato istud verbum eo, quem volo, sensu utitur; idque tam certa et definita ratione, quæ nullam aliam patiatur explicationem, p. 84. 'Ita veri philosophi animus cogitat, nec ullo modo arbitratur, quum ipsum philosophia solvisset, oportere iterum voluptatibus doloribusque se dedere, iterumque vinciri: imo vero horum tranquillitati studens, sequensque rationem, ac semper in ea permanens, verum et divinum opinionemque supereminens contemplatur: a quo nutritus, ita vivendum censet, quamdiu vivat.' Ἀλλὰ γαλήνην τούτων παρασκευάζουσα (ψυχὴ) ἑπομένη τῷ λογισμῷ, καὶ ἀεὶ ἐν τούτῳ οὖσα, τὸ ἀληθὲς, τὸ θεῖον, καὶ τὸ ἀδόξαστον θεωμένη, καὶ ὑπ' ἐκείνου τρεφομένη, ζῆν τε οἴεται δεῖν οὕτως, ἕως ἂν ζῇ.[6] Sibi nimirum ipsi animus veri philosophi eam procurat beatam tranquillitatem. Demosthenes de falsa Legatione, p. 294. 'Si enim is, qui publicum munus gessit et procuravit, sui terrore, et non æquitate, efficiet, ne ab aliquo accusetur, omnis vobis eripietur auctoritas.' Εἰ γὰρ ὁ πράξας τι τῶν κοινῶν καὶ διοικήσας, τῷ καθ' ἑαυτὸν φόβῳ, καὶ μὴ τῷ δικαίῳ κατασκευάσει μηδένα εἶναι κατήγορον αὐτοῦ, παντάπασιν ἄκυροι πάντων ὑμεῖς γενήσεσθε. Non credo, quemquam mihi causam litis daturum, quod in hoc Demosthenis loco κατασκευάζω, non autem παρασκευάζω, legatur. Namque præpositio verbo juncta nunquam aut naturam aut statum commutat.

XLII. Contra id, quod Cl. Kusterus de verbo προσάγομαι (p. 39. s.) observat, nil equidem, quod moneam, habeo.[7] Hoc enimvero, non possum facere, quin considerandum ipsi propinem, Isocratem in eleganti sua contra Sophistas oratione, in sensu mere activo, medio usum esse.[8] Nullam inde ducam conclusionem. Idem enim sæpius iterare, necessitate in primis haud urgente, ab re mihi videtur. Neque eorum, qui hæc legunt, ullum credo futurum, quin, quid mihi velim, perspiciat.[9] p. 294.

XLIII. Θέσθαι νόμον non adeo firmiter hanc induit significationem, ut de populo, qui legem a legislatore sibi ferri facit, curat, vel mandat, ubivis adhibeatur;[10] sed bonæ etiam notæ auctores novi, qui de legislatore, leges ferente, populoque parente, illam usurparunt φράσιν. Æschines in Oratione contra Timarchum, (p. 262.) dum in legum Solonis quarumdam pulcritudine contemplanda versatur, commemorat, Ea de causa leges a majoribus sancitas esse, quod quædam contra, quam decet, committantur; ἐκ τοῦ πράττεσθαί τινα, ἃν οὐ προσῆκεν, ἐκ τούτου τοὺς νόμους ἔθεντο οἱ παλαιοί.[11] Ex iis, quæ antecedunt, perspicuum est, de majoribus,

[1] Cl. Clericus male, ut opinor, vertit verbum προσπορίζομεν, Gallice quidem, nous nous procurons, et Latine, nobis accersimus; quod nos, quoniam hoc verbum a Romana munditie aversum est, in *nobis arcessimus* commutandum arbitrati sumus. At vero, ubi hic ἡμῖν, nobis extat? Si Medium adesset verbum, hæc quidem vis ipsa natura in eo inesset. Verum activa forma ejusmodi est, ut ista careat virtute. Neque hic necesse est, ut τὸ προσπορίζειν procurare, arcessere significet. Menander loquitur de veris et fictis malis. Illa vocat ἀναγκαῖα, necessaria, quia ipsi humanæ adhærent naturæ. Hæc, quoniam a superstitione proficiscuntur, sunt omnino ficta: quo loco ea sunt omnia, quæ nominatim protulit. Ergo τὸ προσπορίζομεν malim concinnius reddere, excogitamus, fingimus. Hoc sensu simplex, cum quo compositum convenit, apud Euripid. invenitur, Iphigen. Aul. v. 745. Idem in Platone et Aristophane me legere memini.

[2] [Quamvis Demosthenis locus non videatur extra omnem dubitationis aleam positus, Menandri tamen verba, quæ leguntur p. 244. ed. Cler. hac ipsa luce clariora sunt. Quo ipso tamen nihil amplius probatur, quam etiam de Cel. Kustero usu venire, Errare humanum est: nec ipse quicquam humani a se alienum hac in re putavit, ut ex præfatione cernitur, ubi, 'Eos,' inquit, 'qui mea lecturi sunt, rogatos velim, ut certa ab incertis et dubiis separent, neve si forte paucis in locis novæ inventionis amori me plus æquo indulsisse senserint, in ceteris quoque idem mihi accidisse vel sibi vel aliis nimis temere persuadeant.' Ceterum hic etiam sunt repetenda, quæ sunt ad s. xxxi. annotata. *D.*]

[3] Peloponnesiorum duces erant.

[4] P. 136.

[5] Verum hunc sensum esse, ipsa historiæ connexio docet. Nam duces dicuntur militibus paraturi esse hostis invadendi commoditatem. Sed sine tripode nunc conjicio, Cler. a Kusteri mente aliena hic proferre. Kusterus explicat verbum Medium ita constructum, παρασκευάζεσθαι εἰς, πρὸς, ὡς ἐπὶ μάχην, ναυμαχίαν, id est, parare se, instruere se, ad pugnam, etc. (p. 43.) In loco autem Thucydidis est activum, nec vero alia hic forma locum habere potest; id quod et de φράσει Platonis ac Demosthenis valere debebit. Namque in Xenophontis loco, quem Kusterus (p. 43.) testatur, ἔλλειψις τοῦ εἰς ad verbum μάχεσθαι subaudienda.

[6] [Quoniam de Thucydidis loco ipse fatetur Cl. Auctor, eum non adeo esse perspicuum, ut refutandæ contrariæ sententiæ sufficiat, nihil addam, nisi verba, quæ statim sequuntur, καὶ οὐκ ἐνδώσομεν πρόφασιν οὐδενὶ κακῷ γενέσθαι: ex quibus satis intelligitur παρασκευάσομεν hic non pertinere ad ipsos duces loquentes, sed ad milites, ad quos illi loquebantur; adeoque nullam hic esse actionem reflexivam. Eadem est ratio loci ex Demosthene producti, ubi iterum ex verbis sequentibus, παντάπασιν ἄκυροι πάντων ὑμεῖς γενήσεσθε, apparet, κατασκευάζειν minime sonare actionem vere reflexivam. Et quamvis Cl. Auctori res extra controversiæ aleam posita videatur loco Platonis, nondum tamen potui, ut ipsi calculum adderem meum. Nam non insulse illud παρασκευάζουσα, quod de anima dicitur, ita potest explicari, ut tranquillitatis, quam anima hic affirmatur conciliare, fructus non tam ad animam ipsam, quam verum philosophum, in quo sit illa, redundare censeatur. Quo ut Platonem tendisse credam, orationis series mihi videtur postulare. *D.*]

[7] Equidem, quod moneam, habeo: conditores Lexicorum τὸ προσάγειν et προσάγεσθαι inter se confundere: id quod Suidæ exemplo probat Cl. Hutchinson, in Xenoph. Or. in Agesil. p. 13. Nam Medium verbum vim habet, sibi adjungere, ad se allicere; sic illic προσάγεσθαι Xenophon dixit. Id. in Memorab. l. 3. ineunte: συμμάχους δὲ καὶ βοηθοὺς προσάγεσθαι δεῖν. κ. τ. λ. Vid. Eurip. Androm. v. 225.

[8] Fingis hoc, vir docte, erroris opinione. Accusat Isocrates civilis disciplinæ magistros, qui plurimos et exilitate mercedis, et magnificentia pollicitationum, προσαγάγωνται, ad se pellexerint, p. 694. ed. Basil. in 8.

[9] [Præter rem certe hic a Cl. Auctore affertur verbum προάγομαι in Medio Active ab Isocrate usurpatum, quum non eundem habeat, quem προσάγομαι, significatum. Illud est præcedere, vincere, hoc vero ad se adducere, sed quis non videt, orta hæc esse ex opinione §. præcedente tradita, de præpositionibus statum verbi in compositione non mutantibus: vera est hæc regula in verbis idem notantibus; falsissima contra in verbis notione distinctis, ut h. l. *D.*]

[10] [Quamvis hic nonnullis exemplis sit probatum, θέσθαι νόμον etiam dici de legis latore, tamen, quum longe major numerus locorum possit in contrarium proferri, Cel. Kusterum nondum crediderim causa cecidisse. Vid. ad s. XXXVII. *D.*]

[11] En auctorem τῇ ὑποθέσει diligenter ἀκολουθοῦντα! Οἱ παλαιοὶ sunt antiqui populi, qui sibi tulerunt, vel ferri curarunt leges. Orationis vinculum nominat legislatorem Solonem, per quem sibi veteres Attici leges ferri curarunt.

qui leges posuerunt, non vero, qui eas poni curarunt, hic sermonem institui: 'Posthæc, Athenienses, Solon leges tulit de injuriis, magnis illis quidem, sed tamen in urbe fieri solitis: nam ea de causa,' et reliqua. *Μετὰ ταῦτα, ὦ Ἀθηναῖοι, νομοθετεῖ περὶ ἀδικημάτων μεγάλων μὲν, γινομένων δ', οἶμαι, ἐν τῇ πόλει· ἐκ γὰρ τοῦ κ. τ. λ.* Estne, dic, quæso, mihi, naturæ rei conveniens, ut, dum de legislatore loquitur orator, id, quod sibi vult, per eorum, qui leges accipiunt, confirmet auctoritatem? Nonne ordo potius exigit, ut auctor aliquis, qui legum cujusdam legislatoris causas persequitur, alios legumlatores exempli gratia proferat? Anne lector hunc expectat ordinem? Nonne vero inconveniens ei videatur, perspicienti, a legumlatoribus, sine necessitate, ad eos, qui sibi ipsi bonas procurant leges, orationis continuari filum? 'Cur putavi, Athenienses, leges vos habere bonas, decreta vero deteriora, et sententias judiciorum aliquando reprehendi? Ego causas ostendam. Quod leges sancitis, omnis æquitatis habita ratione, non injusti lucri causa, non ex inimicitiis, sed in ipsam justitiam duntaxat et utilitatem intuentes. Quum autem dexteritate ingeniorum aliis antecellatis: non mirum est, vos pulcherrimas sancire leges.' *Ὅτι τοὺς μὲν νόμους τίθεσθε ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις, οὔτε κέρδους ἕνεκ' ἀδίκου, οὔτ' ἔχθρας· ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ μόνον τὸ δίκαιον καὶ τὸ συμφέρον ἀποβλέποντες. Ἐπιδέξιοι δ', οἶμαι, φύντες ἑτέρων μᾶλλον, εἰκότως καλλίστους νόμους τίθεσθε.* Potest mihi hoc objici loco, Æschinem coram Atheniensibus verba facientem, *φράσει, τίθεσθε νόμους,*[1] potuisse designare: vos ipsimet vobis bonas ferri leges curatis. Dabo, rem ita esse, quanquam in proclivi mihi foret, ostendere, quod, dum Senatores allocutus est, qui jure ferendarum legum valebant, dicere debuisset, leges, quas vos fertis, non autem, leges, quas vobis procuratis. Ex iis, qui, hac elabendi rima reperta, tutos se fore credant, hoc unicum quæro, annon Æschines de iisdem personis, eodem tempore, et in iisdem rebus circumstantibus, p. 265. loquens, non *ἔθεσθε*, sed *ἐθήκατε*, dixerit? 'Hæc quidem olim sancita sunt, vos vero quid adjecistis? novam legem, post bellam Timarchi pro concione luctam. Summo enim ob istud facinus pudore affecti, legem tulistis novam,' *νόμον ἐθήκατε.* Ita Æschines, de iisdem personis, eodem tempore, iisdemque rebus circumstantibus, verba faciens, *τίθεσθε* et *ἐθήκατε* sine delectu adhibuit. Quæ quum ita sint, illa, quam inter has duas voces constituit Cl. Kusterus, differentia non satis roborata esse videtur, atque Plutarchus (Kust. p. 131.) nihil contra accurationem vitii committens, *θέσθαι νόμον* dicere potuit.[2] Etenim ab re foret alienum, si quis adseveraret, easdem personas, eodem tempore, et rebus aliis eodem se modo habentibus, tulisse leges, ac simul rogasse, ut sibi ferrentur. Demosthenes (de falsa legat.) *ὥστε*, inquit, *οὐ μόνον κρίνετε τούτους τήμερον, οὔ· ἀλλὰ καὶ νόμον τούτοις τίθεσθε*[3] *εἰς ἅπαντα τὸν μετὰ ταῦτα χρόνον.* 'Quare non modo judicatis vestros hodie legatos, non, sed et legem iisdem datis in omne ævum, utrum propter pecuniam flagitiose legati omnes hostium utilitatibus servire debeant; an gratuito et sine corruptelis agere, quæ vobis sunt utilissima.' Nonne loquitur hic de lege, quam Senatus Atheniensis ferre debebat, eaque non ad ipsosmet, verum ad legatos pertinente? Talem innuit legem, quam ipsimet ferrent Senatoriæ personæ, non de tali, quam ipsi ferri curarent. Sic dum Minerva[4] Orestem atque Iphigeniam legem vult dare, qua populus Atheniensis, quoties liberationem Iphigeniæ a cæde festam ageret,[5] ensem ad viri cujusdam cervicem admovere, et sanguinem hinc elicere jubeatur, utrumne loquitur de lege, quam hic sibi populus curare deberet, an vero de lege, quam legislator rogat?

Νόμον τε θέσθε τόνδ', ὅτ' ἑορτάζῃ λεὼς
Τῆς σῆς σφαγῆς ἄποινα κ. τ. λ.

XLIV. Cl. Kusterus (p. 38. s.) docet, *θέσθαι τὰ ὅπλα*[6] proprie idem denotare, ac, arma sibi circumponere, i. e. induere, capere. Auctorem Thucydidem primo excitat loco,[7] ejusdemque pariter Scholiasten, qui verba scriptoris, *θέμενοι τὰ ὅπλα*, per *περιθέμενοι ἑαυτοῖς*[8] interpretatur. Quod si auctoritas Scholiastarum nonnihil haberet ponderis, huic equidem opponerem illum, qui p. 240. et 321. *ἔθεντο τὰ ὅπλα* per *ἀπέθεντο* explicavit. Verum ante omnia ipsa historica narratio utrobique accuratius venanda restaret, atque examinandum, utra harum interpretationum locis historici convenientior esset. Non jam eam, quæ mihi favet, idcirco meliorem judicabo: sibi vero antiquum Cl. Kusteri interpretem verba dedisse, conabor ostendere. Thucydides occupationem Platææ a Thebanis susceptam describit, eandemque tanta celeritate ac prudentia peractam enarrat, ubi in urbem ingressi fuerint. His ille dictis pergit: 'In urbem ingressi, armis positis, *θέμενοι δὲ τὰ ὅπλα*,[9] illis quidem, a quibus induti fuerant, morem non gesserunt, ita ut statim rem aggrederentur, et in hostium ædes irruerent, sed decreverant et amicis edictis præconis voce promul-

[1] Æschines generatim alloquitur Athenienses, hoc est, et populum et Senatores. Ergo poterat utrumque dicere: *τίθεσθε* seu *ἔθεσθε*, atque *ἐθήκατε*, priore verbo ad populum, altero ad Senatores pertinente.

[2] Ex iis, quæ nos (p. 112.) adscripsimus, est omnino perspicuum, vitium aliquod in dictione Plutarchi residere.

[3] Hæc Oratoris allocutio pertinet ad populum Atheniensium, qui legatis ferendam legem per Senatorios viros curavit.

[4] Euripides.

[5] Vir eruditus fugientibus oculis locum adspexit Euripidis. Minerva præcipit Oresti, ut, in memoriam a cæde liberationis suæ, legem ferendam curaret. Verba, *νόμον θέσθε*, legem curate ferendam, significant, quoniam vix probabile videtur, Orestem in causa sua ipsum tulisse legem. Minerva, ut conjicio, per viros Senatorii ordinis hoc fieri voluit. Græca etenim *φράσις* nihil aliud designare potest.

[6] [Ne quis aliam Cl. Kustero mentem tribuat, quam ipse d. l. præ se fert, monendum duco, cum non simpliciter dicere, *θέσθαι τὰ ὅπλα* proprie esse, arma capere, sed quando simplex pro composito *περιθέσθαι* ponitur, tunc proprie notare sibi circumponere arma. *D.*]

[7] Lib. II. p. 85.

[8] [Jam ante h. l. observavit Cl. Hudsonus p. 583, eum non posse per capere arma exponi: qui tamen ipse non leniter ibidem peccat: quod hic non est necesse, ut ostendamus. Interim tamen Cel. Kusterus ex Demosthene, Æschine, aliis, satis probavit *θέσθαι ὅπλα*, etsi non semper, nonnunquam tamen significare, arma capere. *D.*]

[9] Mirum est, fateor, in hac *φράσει* enodanda tam parum operæ *τῶν λέξεων* posuisse auctores. Hinc et pauci sunt, qui veram illius notionem erudite intelligunt. An Clericus in horum sit numero habendus, aliorum esto arbitrium. Ego vero, quid mihi de ea videatur, libere dicam. *Τὸ, τίθεσθαι τὰ ὅπλα*, significat primario arma sibi induere, id est, capere vel sumere. Hæc est significatio primaria et principalis, quæ semper et ubique valet. Adsunt ei maxime idonei loci, quos Cl. Kusterus testatus est. (p. 38.) Præsens illud, et reliqua, quæ hinc derivantur, tempora indicant, actum capiendi arma et in ordinem militiæ se sistendi. Sic in hoc Thucydidis loco, *τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα*, induere sibi, vel, capere cum iis arma. Sic Schol. *σὺν αὐτοῖς ὁπλίζεσθαι*, et in eodem, quo ii, ordine militiæ consistere. Similem phrasin habet Diodor. Sic. I. xii. p. 116. Aoristus vero 2. *θέσθαι, θέμενοι τὰ ὅπλα*, exprimit actum continuum; armis suis induti, in ordine militiæ consistunt; et tanquam prægnanti sensu simul consequens designat. Hoc modo in altero Thucydidis loco, *θέμενοι δὲ ἐς τὴν ἀγορὰν τὰ ὅπλα*, p. 152. armis suis induti in foro consistentes, et castra ponentes, sive metantes. Quare Scholiastes recte hoc explicat, *περιτίθεσθαι*, arma sibi induere; et huic Scholio non objici potest, quod armis jam induti fuerint Thebani. Explicatur etenim sensus *φράσεως*, non tempus præcise hujus loci, quod *ἀόριστος* est, atque idem valet, quod armis induti. Dionys. Halic. Lib. V. p. 311. *θέμενοι δὲ πλησίον αὐτῶν τὰ ὅπλα*, juxta eos armis induti, consistentes, castra nimirum metantes. Apud Xenoph. milites dicuntur induere se armis, hostem expectantes, Expedit. Lib. VII. p. 395. Thucyd. VIII. 93. p. 563. s. Dionys. Halic. Lib. VIII. p. 549. exercitum commemorat *θέμενον τὰ ὅπλα*, indutum armis suis in ordine suo manentem, id est, castra munientem. Illuc pertinet Thucydidis locus de Corinthiis, quem Clericus profert: induti armis suis manserunt in colle, castra nempe munientes. Ubi *σχόλιον· ἀπέθεντο*, quod alienum est, IV. 44. p. 264. Add. VIII. 93. p. 564. iverunt in urbem, et armis illic induti manserunt, id est, castra munientes. Hac sumta versione, nullum erit *σχόλιον· ἀπέθεντο.* Denique Athenienses victores jam, *τὰ ὅπλα τίθενται*, id est, armis induti manserunt, obsidentes nempe urbem Milesiorum, Thucyd. VIII. 25. p. 520. Idem Herodotus Lib. I. de Pisistrato ab exilio redeunte, atque Athenas obsidente dixit. Unius rei plures possunt esse fines. Singularis igitur armorum, quæ aliquis sibi exercitus

gatis uti, et civitatem potius ad compositionem et amicitiam adducere. Quare præco edixit, si quis ex patriis Bœotorum institutis eandem belli societatem sequi vellet, τίθεσθαι παρ' αὐτοὺς τὰ ὅπλα.' Hæc postrema verba aliqua laborant difficultate; priora vero, perspicuum est, significare haudquaquam posse, captis armis suis. Nec enim introibant sane sine armis; ineptum enim foret, si quis animum induceret, eos non prius, quam in urbe essent, arma cepisse. Annon in ipso introitu, sed facto demum in urbem hostilem ingressu, periculum est metuendum; ut adeo tunc demum arma capienda sint? P. 240. alium mihi suppeditat locum, ex quo itidem apparet, τίθεσθαι τὰ ὅπλα non semper idem esse, quod arma sua capere.[1] Corinthii sequebantur, occupato edito loco, ἔθεντο τὰ ὅπλα. Lepidum hoc foret, si quis cogitaret, Corinthios in prœlio non armatos fuisse, et non prius, quam in fugam versos ac dissipatos, et loco a periculo libero, eoque edito, occupato, cepisse arma.

XLV. Alterum testimonium, quo Cl. Kusterus suam communivit opinionem, ex Lib. vii. de bello Græcorum Xenophontis petitum est. Non dubito, quin omnes, qui ipsum hunc locum conferre volent, præ se sint laturi, eum non carere difficultate, et ejusmodi esse, ut, nulla nativæ vocum potestati vi illata, sententiam quoque ab ea, quam vir illi doctissimus tribuit, alienam admittere possit. Non vereor, ne quis idem de eo, quem nunc excitabo, loco dicturus sit. Est is multo clarior atque testatior, quam ut aliam, quam arma deponere,[2] patiatur notionem. 'Ο δὲ Θρασύβουλος, ἤδη συνειλεγμένων ἐς τὴν φυλὴν περὶ ἑπτακοσίους, λαβὼν αὐτοὺς, καταβαίνει τῆς νυκτός. Θέμενος δὲ τὰ ὅπλα ὅσον τρία ἢ τέτταρα στάδια ἀπὸ τῶν φρουρῶν, ἡσυχίαν εἶχεν· ἐπεὶ δὲ πρὸς ἡμέραν ἐγίγνετο, καὶ ἤδη ἀνίσταντο ὅποι ἐδεῖτο ἕκαστος ἀπὸ τῶν ὅπλων, καὶ οἱ ἱπποκόμοι ψήχοντες τοὺς ἵππους ψόφον ἐποίουν, ἐν τούτῳ ἀναλαβόντες οἱ περὶ Θρασύβουλον τὰ ὅπλα, δρόμῳ προσέπιπτον. 'Αναλαβόντες τὰ ὅπλα ponitur hic κατ' ἀντίθεσιν τοῦ, θέμενος. Itaque necesse est, ut hoc deponere arma designet, quum illud eadem rursus capere significet.[3]

XLVI. Φυλάττω non notat tantum custodio, observo, eo nimirum sensu, quo Demosthenes verbum istud usurpavit.[4] Χρὴ δὲ ὅταν μὲν τιθῆσθε τοὺς νόμους, ὁποῖοί τινές εἰσι σκοπεῖν· ἐπειδὰν δὲ θῆσθε, φυλάττειν[5] καὶ χρῆσθαι. 'Sunt autem leges, quando feruntur, considerandæ, quænam et cujusmodi sint; quum vero receptæ fuerint, custodiendæ et in usum convertendæ.' Sed ejusdem etiam verbi sensus ab eo, quem Cl. Kusterus Mediæ formæ proprium esse contendit, non multum discedit,[6] si non plane idem est, nimirum, custodire, observare aliquem, avoir l'œuil sur lui.[7] 'Vobis ad Philippum legatos mittere persuasum est ab Aristodemo, Neoptolemo et Ctesiphonte, ac ceteris, ad pacem quærendam; in quorum tum fuit numero Æschines: non qui vestra proderent, aut qui Philippo fidem haberent, sed qui ceteros custodirent, observarent: ἀλλ' ὡς τῶν φυλαξάντων τοὺς ἄλλους. Nam propter orationes ante habitas, et Philippi odium, sic de eo non ab re omnes sentiebatis. Deinde mecum congressus, paciscitur, se communiter legationem obiturum: et ut sacrilegum et impudentem Philocratem uterque observaremus, multum hortatus;' καὶ ὅπως τὸν μιαρὸν, καὶ ἀναιδῆ φυλάξωμεν ἀμφότεροι τὸν Φιλοκράτην, πολλὰ παρεκελεύσατο. Extant, quos in promtu habeo, loci, in quibus hoc verbum idem, quod cavere, sensu videlicet, secundum Cl. Kusterum,[8] Medio, significat.

Euripides Iphigen. in Aulide:[9]

Πάντη δὲ πόρον σχιστὸν ἀμείβων
Λεῦσσε, φυλάσσων,[10] μή τι σε λάθῃ.

'Ubique vero præteriens biviam viam, vide, observans, cavens, ne forte te lateat.[11] O me miserum! ad quam angustiam a diis in hac re nunc redigor! Unum mihi caveto, Menelae, per exercitum veniens, ut ne Clytæmnestra hæc resciscat.'

—————— ὦ τάλας ἐγὼ,
Ὡς ἠπόρημαι πρὸς θεῶν τανῦν τάδε.
Ἕν μοι φύλαξον,[12] Μενέλεως, ἀνὰ στρατὸν κ. τ. λ.

induit, simul hac exprimitur locutione. Ex his dijudicare licebit, quæ Fr. Vigerus in libello de præcipuis Gr. dictionis idiotismis, p. 232. ed. Lugd. Bat. erudite monuit. Addi possunt notæ ad locos Thucydidis in edit. Amst. Consentit, si rem ipsam bene putes, nobiscum egregie Cl. Th. Hutchinson, de Expedit. Cyri, I. 56. dum verba, ἔθεντο τὰ ὅπλα, vertit: armis rite dispositis constitit. Ubi vid. not. Id. IV. 279. θέσθαι τὰ ὅπλα, in armis consistere, dum milites locum quærunt, ubi consistant. P. 280. συντεταγμένοι, qui stabant instructi, commemorantur. Hos paulo ante θέσθαι τὰ ὅπλα jusserat Xenophon; apud quos etiam τὰ ὅπλα ἔκειντο, arma erant disposita. Itaque ii, qui, eo jubente, τὰ ὅπλα ἔθεντο, quamvis ἀπραξίαν quandam agerent, tamen ad rem gerendam stabant accincti. Apposite Eustathius ad Il. ψ'. p. 1300. observat, τὸ κεῖται esse σύστοιχον verbo τίθεται. Sic et alibi Cl. Hutchinson reddit: in armis consistere, ut p. 60. p. 109. 279. 280. 286. p. 367. 486. 521.

[1] [Falsum est, Cel. Kusterum scripsisse τίθεσθαι τὰ ὅπλα semper notare arma capere. Vid. ad h. §. n. 38. *D.*]

[2] P. 276. Lib. II. Gr. Hist.

[3] Nulla regula in explanatione librorum majori est abusui exposita, quam regula de oppositione. Videndum semper est etiam atque etiam, an vera adsit oppositio: quæ quidem hic nulla est. Nam θέμενος τὰ ὅπλα is est, qui indutus armis suis, in ordine militiæ consistit, atque in armis est, et manet, etiam noctu, tametsi, re ipsa, non pugnet armisque utatur ad pugnandum. Conf. Demosth. κατὰ Μειδίου p. 626. At ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα idem denotat, ac, capere arma, ad bellum actu gerendum, quando ad arma clamatur. Quæ quum ita sint, nulla inest concludendi vis in ratione, quam Cl. Clericus ex ἀντιθέσει duxit. Eædem binæ φράσεις una occurrunt apud Ælian. III. 63. Κροτωνιάταις γὰρ ἐναντία ὅπλα θέμενοι, adversus Crotoniatas arma sibi induentes, bellum gerentes. Et p. 244. τὰ ὅπλα λαβόντων ἐπ' ἀλλήλους, quum mutuo nunc ad arma venirent, id est, arma sumerent ad actu pugnandum. Thucyd. VIII. 74. p. 546. eodem sensu, λαβόντας τὰ ὅπλα, armis sumtis. Xenoph. de Exped. Cyri, p. 516. ed. Oxon. Alio loco, p. 57. addit idem, εἰς τὰς χεῖρας, ἐπεξηγήσεως ἕνεκα. Lege, si placet, in quem nunc demum incido, Cl. Hutchinsonum in 'Αναβ. p. 289. n. 3. Huic φράσει opponitur ἀποβάλλειν τὰ ὅπλα, Aristoph. Vesp. 27. ut ἀσπίδα v. 19. 23. Ælian. X. 13. Nullus igitur mihi locus se obtulit, ubi phrasis, θέσθαι τὰ ὅπλα, nude posita, arma deponere significet. At vero unicum reperi, ubi addita περίστασις, κατὰ χώραν, ipsaque historiæ connexio vix aliam patitur explicationem. Proxenus et Clearchus, ambo, facientes irascendi finem, κατὰ χώραν ἔθεντο τὰ ὅπλα, suo loco, ubi solebant, vel, ἔνθα προσῆκε, nullo ab hostibus imminente periculo, a se deponebant, exuebant, arma. Xenoph. Exped. Cyri, I. 58. ed. Oxon. In nota certe subjecta 2. Cl. Hutchinson istam Leunclavii probat sententiam. Verum non necessaria nobis hæc expositio esse videtur. Equidem verterem: suo quisque loco et ordine in armis consistebant. Rixantes etenim ordinem suum deseruerant: hunc autem rursus quærebant ac tenebant, et ἐν τάξει consistebant. In sensu deponendi, Aristophanes καθεῖναι dicit simili data occasione, Avib. v. 387. p. 394.

[4] Adversus Mid. p. 390.

[5] Notissimæ hæ sunt phrases: φυλάττειν τοὺς νόμους, ut Demosth. loco indicato, et adv. Aristogiton. p. 496. c. τὸν ὅρκον φυλάττειν, jusjurandum servare, Strabo VI. p. 428. τὸ παράγγελμα φυλάττειν, præceptum servare, Zosim. I. 30. p. 79. σιγὴν φυλάσσειν, silentium servare, Eurip. Iphig. in Aul. VI. 542. Similes locutiones in N. T. inveniuntur.

[6] Hæc est vis ipsa activa, φυλάττειν τινὰ, observare alterum, quam Kusterus verbo huic activo, non autem Medio, tribuit, (p. 17.) nec vero tribuere potuit. Nam φυλάξασθαι significat, observare semet, quod Latine uno verbo cavere dicitur. Sic Xenophon L. II. 'Αναβ. p. 149. ed. Oxon. ἐφυλάττοντο οἱ ἀμφότεροι, sibi cavebant utrique. Idem Xenophon, ὁ ἀττικώτατος, Mediam ab activa voce luculenter separat, K. Π. p. 282. πρῶτον μὲν γὰρ νῦν οὐκ ἂν φυλάττεσθαι, οὐδὲ φυλάττειν τούτους ἡμᾶς δέοι κ. τ. λ. Ubi prius valet, custodire me, prospicere mihi, vel, cavere: posterius, custodire, vel servare alterum.

[7] Demosth. de falsa legatione p. 295.

[8] "Φυλάξασθαι notat cavere, quæ significatio a forma activa prorsus aliena est." Kuster. præf.

[9] Vers. 144.

[10] Hoc ipsum activum vim hic quoque activam habet, vide observans, hoc est, ut diligens vigilque observator; participium enim modum exprimit, quem ad modum τὸ λεύσσειν fieri debeat. Verba autem postrema cum λεῦσσε connectenda sunt: λεῦσσε, μή τι σε λάθῃ.

[11] Vers. 538.

[12] Nulla hic vis vere Media, sed mere activa: unum mihi cave. Eins verhüte mir, nos Germani dicimus. At Mediam vim nos ita exprimimus: sich hüten, vel, sich vor etwas hüten. Quare ab hac Euripidea locutione illa Lucianea omnino diversa est: φυλάττου

Tandem hoc verbum in Medio nonnunquam occurrit eodem, quo activum insigniri solet, significatu.' Ibid. v. 369. 'Innumeris autem hoc accidit in negotiis gerendis; ardua aggrediuntur sua sponte, tandem vero recedunt turpiter: partim quidem ob stultum civium judicium, partim vero juste, quum non possint ipsi tueri rem publicam:'

Ἀδύνατοι γεγῶτες αὐτοὶ διαφυλάξασθαι πόλιν.

SAMUEL CLARKE

DE PROPRIO USU VERBORUM MEDIORUM HOMERICO.

Excerpsimus hæc Exempla ex eruditis annotationibus, quibus cl. vir, quem honoris causa nominavimus, Iliada Homericam ornavit et illustravit. In spe sumus certissima, gratiam nos aliquam apud eos inituros esse, qui Gr. literas amant, nec tamen ipsum Clarkianum librum pretio sibi compararunt. At vero etiam ea, quæ viri Græce doctiores de propria Verb. Med. virtute tradiderunt, uno quidem volumine comprehensa, commodius leguntur.

["Clarkius fortasse," ut conjicit Wollius in præfatione nova (vide supra, p. xlviii.) "Kusteri fontibus suos irrigavit hortulos, quippe qui diu in hac cultissima vixit insula, nec vero Kusteri liber ipsum fugere potuit." Bowyeriana Editio Kusteri libelli De Vero Usu Verborum Mediorum, eorumque Differentia e Verbis Activis et Passivis, Lond. 1750, 12mo. habet, p. 68. "Indicem Vocabulorum, adjunctis Iliados locis, quibus Clarkius etiam primigeniam vocis mediæ significationem indicavit:" juvat hic inserere loca Homerica ibi citata, ex quibus nonnulla omisit Chr. Wolle:—

Ἀγείρω, συναγειράμενοι, congregantes seipsos. Il. *Ω*. 802.
Αἴρω, ἤραμαι κῦδος, reporto mihi gloriam. Il. *Χ*. 393.
Ἀλείφω, ungo alterum, *ἀλείψατο*, unxit se. Il. *Ξ*. 171.
Δέω, ἐδήσατο, ligavit sibi ipse. Il. *Ω*. 340.
Διακονούμενος idem quod *διάκονος*, minister: *διακονῶν*, qui jam tum ministrat. Il. *Γ*. 141.
Εἴδω, εἰσάμενος, cum se assimilasset. Il. *Β*. 22. *Γ*. 389. *Ν*. 45, 216. *Γ*. 141. *Π*. 716. *Ρ*. 73, 555. *Φ*. 213.
Ζώω, ζωσαμένω, cum se ipsi accinxissent. Il. *Ψ*. 685, 710.
Θωράω, θωρήξομαι, me ipse armabo. *Τ*. 23.
Καλύπτω, cum comp. i. 22. *καλυψαμένη*, cum se ipsam cooperuisset. Il. *Γ*. 141. *Ξ*. 184. Od. *Ε*. 491. *Θ*. 199.
Κείρω, i. 6. ii. 1. Il. *Γ*. 141. *Ψ*. 45.
Κινεύμενα, se ipsa moventia. Il. *Ν*. 798.
Κόψομαι, cædam me ipse, i.e. plangam. *Ν*. 141. Il. *Χ*. 33.
Κορέω, κορεσσάμενος, quum se ipse saturaverit. Il. *Τ*. 167. *Χ*. 427.
Λαθεῖν, alterum latere, *λαθέσθαι*, latere seipsum, h. e. oblivisci. Il. *Μ*. 235.
Λούω, Il. *Φ*. 560. *Ψ*. 41.
Λύω, solvo, i. 7. reddo captivos accepto pretio. Il. *Α*. 20, 29. *Ω*. 137, 555, 561.—*Λύομαι*, redimo captivos, dato pretio. *Α*. 13, 372. *Ω*. 118, 237.
Μισέω, odiosum me reddo. Il. *Ν*. 141.
Νίπτω, νίψε, lavit poculum: *νίψατο δ' αὐτὸς χεῖρας*, lavit manus suas. Il. *Π*. 229, 230. *Ω*. 305.
Οἴω, fero alteri: *οἴομαι*, affero mihi. Il. *Ν*. 168.
Ὀπάζω, comitem me præbeo, vel simpliciter præbeo, do. At *ὀπάσσατο Νέστορος υἷας*, Nestoris filios sibi ipse comites ascivit. Il. *Τ*. 238.
Παύω, i. 13. Il. *Ψ*. 823.
Πειράω, πειρώμενος σθένεος, suarum sibi virium periculum faciens. Il. *Ο*. 359.
Πλέω, ἐμπλήσατο θυμὸν μένεος, sibi ipse implevit animum ira. Il. *Χ*. 312.
Πλήσσω, πεπλήγετο μηρὼ, sua sibi percussit femora. Il. *Ο*. 113, 397. *Π*. 125.
Σείω, σείσατο, commovit se. Il. *Θ*. 199. *σευάμενος*, ruens. Il. *Χ*. 22.
Στηρίζω, οὐδὲ ποδέσσιν Εἶχε στηρίξασθαι, nec potuit pedibus se ipse stabilire. *Φ*. 241, 242.
Τέρπω, τεταρπώμεσθα, nos ipsi satiaverimus. *Ψ*. 10, 98. *Ω*. 636.
Τιμάω, ii. 2. Il. *Ν*. 141.
Ἐκτρέπω, i. 18. *μετατρέπομαι*, converto me, convertor retro. Il. *Α*. 199. *Γ*. 141, 422.—*ἐτράπετ' ἔγχος*, aversa est hasta, seu, avertit se, i. e. aberravit. *Λ*. 233. *Ν*. 605.
Φθείρω, διέφθορας, te ipse perdidisti. Il. *Ο*. 128.
Φημί, φάσθαι ἶσον ἐμοί, æqualem se mihi dicere. Il. *Ο*. 167.]

Ad Il. α'. 20. *λύσαιτε*. Scriptum est in plerisque, *λύσατε*. Quod omnino ferri non potest. Nam *λύσατε* secundam necessario corripit. Neque id ullo modo sanari potest. Quam enim poeticam appellant licentiam, ea vero, in hujusmodi syllabis mediis, ex quibus Temporum pendet Casuumve analogia, plane nulla

μοι τὴν γυναῖκα κ. τ. λ. Cave mihi omni ope Hipparchi uxorem, Il. Asin. 4. 572. Sensus est: serva temet, vel, cave tibi ab ea, hüte dich vor der Frau. Nam Thucydides, Xenophon, Hesiodus, et optimi quique scriptores, accusativum personæ et rei ad hoc verbum, eo sensu acceptum, addunt. Μοι vero adjectum familiaritatem quandam et auctoritatem significat; quod et nostra vernacula amat, quæ cum Græca in multis apprime convenit; ut in hac formula: nimm mir dich in acht. Vid. plura exempla in Cl. G. O. Reitzii Belg. Gr. p. 353. s. et in Bergleri Alciphr. I. Ep. 26. p. 107. Evolv. Cl. D. F. Reitzii nota 97. paginæ Luciani paulo ante indicatæ subjecta.

[1] Nemo hac de re dubitat. Sunt plurima verba terminatione Media, quæ vim et activam, et vere Mediam sibi vindicant. In his διαφυλάξασθαι. Quapropter hoc est exemplum a re proposita sejunctum, nec causæ, cui Kusterus favit, incidere nervos poterit.*

* [Nihil his omnibus evicit Cel. Auctor, præterquam verba nonnunquam genus suum migrare. *D.*]

est. Utique, hæc si qua esset, periisset omnis Prosodia. Quod igitur ait vir doctissimus, Phil. Labbe, Prosod.[1] p. 42. ' Λύσατε Iliad. α'. 20. Singulare est :' tantundem est, ac si dixisset : corruptum est.

Alii igitur legerunt, λῦσαί τε φίλην, τὰ δ' ἄποινα δέχεσθαι. Verum hæc cum sequente, 'Αζόμενοι, minus recte conveniunt.

P. Labbe, Thesaur. Prosod. p. 113. conjicit legendum, λύσασθε. Atque ita quidem fidenter edidit Barnesius, istamque lectionem confirmari existimat ex v. 13, λυσόμενός τε θύγατρα. Sed non animadvertit, (id quod recte notavit Auctor quidam Eruditissimus,[2] in Actis Erudit. Lips. ad Mens. Febr. 1712.) verbum hoc apud Homerum in voce media de eo solere usurpari, qui dato pretio redimit captivos ; in activa autem de eo, qui pretio accepto reddidit redemtos. De eo, qui redimit captivos, v. 13. et v. 372. hujus libri, λυσόμενός τε θύγατρα. Item ω'. 502. λυσόμενος παρὰ σεῖο. Et ib. v. 175. λύσασθαί σ' ἐκέλευσεν. De eo autem, qui reddit redemtos, v. 29. hujus libri, τὴν δ' ἐγὼ οὐ λύσω. Item ω'. 137. 'Αλλ' ἄγε δὴ λῦσον. Et ib. 561. νοέω δὲ καὶ αὐτὸς Ἕκτορά τοι λῦσαι.

Quod addit Barnesius, λύσασθε bene congruere cum sequenti δέχεσθε, id vero nihili est. Nam δέχομαι activam vocem non habet. Et in loco illo jam citato, (ω'. 137.) ubi utrumque horum verborum itidem in eodem versu usurpat Poeta, ('Αλλ' ἄγε δὴ λῦσον, νεκροῖο δὲ δέξαι ἄποινα) non utique λύσαι dixit, sed λῦσον.

Denique, quum ex eo porro λύσασθε scribendum colligat Vir eruditus, quod ' MS. Barocc. Oxon. παραφράζει, λυτρώσασθε,' et hoc quoque nullius est momenti. Nam analogia illa, qua is, qui filiam redemtam accipit, eam λύσασθαι dicitur, qui autem dimittit, λῦσαι, ex ipso petita est Homero. Quid in aliis vocabulis recentiores fecerint scriptores, parum refert.

Itaque ea demum vera et certissima est lectio, quam exhibent Scholia Moschopuli, edita a Scherpezeelio ; quamque Lipsiensis vir doctus supra citatus ex iisdem Scholiis MSS. ante citaverat. Λύσειτε (inquit iste Scholiastes) ἀντὶ τοῦ, λύσατε· τὸ δὲ εὐκτικὸν ἀντὶ τοῦ προστακτικοῦ. Legebat igitur ille in textu suo Homerico, λύσοιτε, sive λύσαιτε, quod et optime congruit cum præcedente, δοῖεν.

Ad α'. 199. ἐτράπετ'.—Notandus hic maxime proprius vocis Med. usus ; retro se convertit. Vide infra ad γ'. 141.[3]

Ad γ'. 141. καλυψαμένη.—Notandus hic primigenius Vocis Med. usus : Καλυψαμένη, quum se ipsam cooperuisset. Sic rursum Il. ξ'. 184. Κρηδέμνῳ δ' ἐφύπερθε καλύψατο δῖα θεάων. Et Odyss. ε'. 491. 'Ως 'Οδυσεὺς φύλλοισι καλύψατο. Et Il. θ'. 199. Σείσατο δ' εἰνὶ θρόνῳ, Commovit se in solio. Similiter κείρειν, proprie est, tondere, κείρεσθαι, tonderi ; κείρασθαι, se tondere. Item τιμήσομαι, honorabilem me præstabo ; μισήσομαι, odiosum me reddam ; κόψομαι, cædam me ipse, id est, plangam seu lamentabor. Primigenius, inquam, hic vocis Mediæ usus. Paulatim autem, vulgari loquendi consuetudine, cœpta sunt alia hujus vocis Tempora significatu activo usurpari, alia passivo. Nec tamen hoc ipsum sine ullo delectu : quod quidem explicatu difficillimum, attente autem legentibus observatu persæpe est facillimum. Exempli gratia : 'Ο διακονούμενος, idem est ac ὁ διάκονος, Minister, Famulus ; ὁ διακονῶν autem, is, qui jam tum, eo ipso temporis articulo, ministrat.[4]

Ad γ'. 389. εἰσαμένη.—Verbum hoc in voce Med. jam plene id exprimit, quod Latine dicitur 'quum se assimilasset.' (V. sup. ad γ'. 141.) Ut supervacanea conf. π'. 720. et ρ'. 326.

Ad ι'. 533. λάθετ'.—Λαθεῖν proprie est, alium latere ; Λαθέσθαι, latere se ipsum, hoc est, oblivisci.

Ad κ'. 45. ἐτράπετο.—Notandus hic significantissimus, et maxime proprius Vocis Mediæ usus. ' Quoniam Jupiter animum suum mutavit.'[5] Quod ad Agamemnonis querimoniam significantius est, quam si dixisset passive : ' quoniam Jovis mutatus est animus.' V. sup. ad γ'. 141.

Ad κ'. 576, 577. Λούσαντο, λοεσσαμένω, ἀλειψαμένω. De hoc vocis Mediæ usu maxime proprio vide supra ad γ'. 141.

Ad λ'. 233. ἐτράπετ'.—Notandus maxime proprius vocis Mediæ usus : Avertit se hasta. V. sup. ad γ'. 141. Nempe, quemadmodum Latinis recte dicitur, navis appulit,[6] et, navis appulsa est : revertit quis, et, reversus est :[7] ita Græcis dictum est et ἐτράπετο et ἐτράπη.[8]

Ad λ'. 561. ἐκορέσσατο.—Notandus maxime proprius vocis Mediæ usus : ' postquam saturaverit se.' V. sup. ad γ'. 141.

Ad μ'. 329. ἀπετράπετ'.—Notandus hic maxime proprius et significantissimus vocis Med. usus : neque avertit se Glaucus. V. sup. ad γ'. 141. et ad κ'. 45.

Ad ν'. 45. εἰσάμενος. Notandus hic primarius et maxime proprius vocis Med. usus. V. sup. ad γ'. 141. Conf. π'. 716.

Ad ν'. 90. μετεισάμενος.—Facile se inferens, facile humana specie interveniens. Conf. ρ'. 285.

Ad ν'. 168. οἰσόμενος.—Observandus hic maxime proprius vocis Mediæ usus. Quod et Eustathius notavit, et Scholiastes. Οἴσων μὲν γὰρ, ἑτέρῳ· οἰσόμενος δὲ, ἑαυτῷ. Allaturus sibi hastam, etc. V. sup. ad γ'. 141. Conf. ν'. 248.

Ad ν'. 605. ἐτράπετ'.—Non, a scuto repulsa est, sed, avertit sese, aberravit. De primigenio hoc vocis Mediæ usu v. supr. ad γ'. 141.

Ad ν'. 798.—Ex Aristotelis Rhetor. L. iii. c. xi. hæc afferebantur verba : κινούμενα γὰρ καὶ ζῶντα ποιεῖ πάντα. Tum vero hæc observantur : ubi notandum, Aristotelem voce Media, κινούμενα, eas proprie dixisse res, quæ se ipsæ moveant.[9]

[1] Solent Angli, critici etiam, id quod mireris, tam concise librorum indices significare. Plenior vero index illius libri, quem hic ante oculos Clarkius habuit, statim sequitur.

[2] Est hic Steph. Berglerus, Transilvanus, Hermannstadiensis, qui Homeri edit. Barnes. erudite recensuit, atque in Acta nostra Latina retulit, p. 54. s. Vivebat eo tempore vir hic Græce doctissimus in hac academia, deque Gr. literis egregie merebatur. Ego ipse cognovi hominem, in Gr. quidem literis præcipuum, at moribus impolitum, atque ex ejus usu, quum hanc linguam in academia colerem, non parum profeci. Post aliquot annos hinc Hamburgum ad Fabricium, deinde Amstel. ad Kusterum ivit. Hinc vero Lipsiam rediens, Gr. quosdam auctores, Th. Fritschii sumtu, prelo paravit, qui et Seren. Principis Valachiensis, Alex. Maurocordati, τὴν περὶ τῶν καθηκόντων βίβλον Latine ipsi vertendum dedit, A. CIƆIƆCCXXII. formis hic descriptum. Pro quo labore quum Princeps valde liberalis eximium ei pretium solvisset, consilium tandem Cl. Berglerus capiebat in Valachiam ad ipsum proficiscendi, commodam ibi plures hujusmodi libros convertendi nacturus occasionem. Hoc autem in vivis non amplius reperto, Constantinopolin se contulit, ac, si famæ tunc emananti credendum, Mohammedicam adscivit religionem.

[3] Vocem hanc Med. in Iliade sæpenumero annotavit Clarkius.

[4] Supra jam occasio fuit hunc locum proferendi p. 108. s.

[5] Proprie, Mutavit se ; quod Livius forma activa expressit, subintellecto pronomine reciproco se, 39, 51. et alibi.

[6] Cave, animum inducas, Latinos melioris notæ auctores sic recte dicere. Verum ita hi recte dicunt, Navem appulit nauta, et, Navis appellitur.

[7] Cicero, et æquales ei, priore semper forma usi sunt, revertit, reverterunt : altera vero, reversus est, ex deponente sumta, et post Augusti obitum in usum recepta fuit.

[8] Aoristus 2. passivæ vocis vim quoque mediam habet, observante Kustero, p. 59. s.

[9] Sic verto Act. XVII. 28. κινούμεθα, movemus nos.

Ad ξ'. 171. ἀλείψατο.—Notandus hic primigenius et maxime proprius vocis Med. usus. Ἀλείψατο, unxit se. V. sup. ad γ'. 141.

Ad ο'. 113. πεπλήγετο.—Notandus hic primigenius et maxime proprius formæ Med. usus, sua sibi percussit femora. Conf. ο'. 397. et π'. 125. πληξάμενος.

Ad ο'. 128. διέφθορας.—Notandus hic proprius et primigenius vocis Med. usus: te ipse perdidisti, periisti. V. sup. ad γ'. 141. Alii active accipiunt.

Ad ο'. 167. φάσθαι.—Notandus hic primigenius et maxime proprius vocis Med. usus: æqualem se mihi dicere. V. sup. ad γ'. 141. Cf. ο'. 183.

Ad ο'. 359. πειρώμενος.—Notandus hic primigenius et maxime proprius Vocis Med. usus: suarum sibi virium periculum faciens.

Ad π'. 229, 230. νίψ'—νίψατο.—Notandus hic maxime proprius et primigenius Vocis Mediæ usus. Ἔνιψε, lavit poculum; ἐνίψατο, lavit manus sibi ipse suas.

Ad π'. 594. ἐτράπετ'.—Observandus hic maxime proprius Vocis Med. usus: convertit se. V. sup. ad α'. 199. et γ'. 141.

Ad ρ'. 283. ἐλιξάμενος.[1]—V. sup. ad π'. 594.

Ad τ'. 23. θωρήξομαι.—Notandus hic maximo proprius Vocis Med. usus: me ipse armabo. V. sup. ad ν'. 168. et ad γ'. 141.

Ad τ'. 167. κορεσσάμενον.—Quum se ipse saturaverit. V. sup. ad v. 23. et ad γ'. 141.

Ad τ'. 307. ἄσασθαι.[2]—V. sup. ad v. 167. et ad γ'. 141.

Ad τ'. 397. κορυσσάμενος.—V. sup. ad v. 23. et 167. et ad γ'. 141.[3]

Ad. φ'. 241. στηρίξασθαι.—Observandus hic maxime proprius Vocis Med. usus. Nec potuit pedibus se ipse stabilire. V. sup. ad ν'. 45. et ad γ'. 141.

Ad φ'. 560. λοεσσάμενος.—Quum me ipse lavero. V. sup. ad v. 241. et ad γ'. 141.

Ad χ'. 33. κόψατο.—Observandus hic maxime proprius vocis Med. usus: caput sibi ipse percussit. V. sup. ad φ'. 241. et ad γ'. 41.

Ad ψ'. 10. τεταρπώμεσθα.—Nos ipsi satiaverimus. V. sup. ad χ'. 33. et ad ν'. 45.

Ad ψ'. 685. ζωσαμένω.—Notandus hic maxime proprius vocis Med. usus. Hi autem quum se ipsi accinxissent, etc. V. sup. ad γ'. 141.

Ad ψ'. 739. ἀπομορξαμένω-δύσαντο.—Quum pulverem sibi ipsi abstersissent, vestes sibi induerunt. V. sup. ad v. 685. et ad γ'. 141.

Ad ω'. 508. ἀπώσατο.—A se ipse removit. V. sup. ad ν'. 168.

Ad ω'. 636. ταρπώμεθα.—Nos ipsi oblectemur. V. sup. ad. ψ'. 10. et 685.

Ad ω'. 802. συναγειράμενοι. V. sup. ad ψ'. 685. et ad γ'. 141.[4]

ERASMI SCHMIDII

DE VERBIS GRÆCORUM MEDIIS DISSERTATIO.[5]

Notulis Iterum auctam edidit Christ. Wolle.

Perducta est hactenus Odysseæ Homericæ ἐξήγησις usque ad ῥαψῳδίαν ο'. seu xv. in qua Minerva Telemachum μετὰ πατρὸς ἀκοὴν ad Nestorem et Menelaum profectum, Sparta domum revocat, simulque contra insidias procorum ad Asterin insulam vitæ ejus structas consilio munit. Quibus ille evitatis, salvus ad Ithacam reversus, ad prædium idem, quo nudius quartus Ulysses, sed ignotus, venerat, divertit, agnitoque tandem Patri injurias et numerum procorum recenset, deque μνηστηροφονίᾳ consilium componit, ut in sequentibus habetur.

Ceterum quod sæpius hactenus cum in Homerica, tum in Demosthenica et Pindarica lectione, occasione data, monui, idem nunc, ne propter eos, qui recens accedunt, toties deinceps repetere opus sit, hoc programmate publice repetitum volo: Verba scilicet Media Græcorum non Active tantum, sed Passive etiam interdum significare. Dicuntur enim verba illa Media, non tantum ratione Formationis, quæ inter Activam et Passivam quasi est media, et de utraque participare videtur: verum etiam et quidem præcipue ratione significationis, quæ nunc Activa est, nunc Passiva, in diversis locis; verbi gratia:

Active.[6]

Sophocl. Ajace, ἀεὶ μὲν δέδορκά σε, vidi te. Homer. Οδ. ε. εἴσατο ὡς ὅτε ῥινὸν, conspexit scutum. Homer. Οδ. ζ. αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα λοέσσατο, καὶ λίπ' ἄλειψεν, omnia abluisset, et oleo unxisset.

[1] Se subito impetu convertens.

[2] Satiare se, animum suum.

[3] Quum se præparasset ad pugnam.

[4] Quum se congregassent.

[5] Fuit hæc a viro eximie docto ad modum programmatis academici conscripta, sub hoc titulo: Προσφώνησις ad studiosam Juventutem in Academia Viteberg., de Verb. Med. apud Græcos Significatione, quum ad xv. ῥαψῳδίαν Odyss. Homer. publice enarrandam accederet M. Erasm. Schmidius, Græc. L. Professor. Viteberg., excudeb. Laurent. Seuberlich, A. ciɔiɔcvi. Quantam hic sibi Schmidius in Gr. lit. pepererit gloriam, nemo est, quin exploratum habeat. Docuit illas in ipsa sede religionis et literarum, Vitebergæ, per quadraginta ipsos annos, magno cum applausu. Itaque magni fit ejus eruditio, et tantopere a nonnullis prædicatur, ut cum Erasmo Roterodamo illum conferant, duoque adeo Erasmos doctissimos in vivis fuisse affirment, alterum quidem hunc Belgam, alterum vero illum nostrum Schmidium. De qua istius fama et eruditione testimonium perhibuit Academia Viteberg. in Dissertatione publica, qua funus ejus indicit, quod, quum Pindarus ejus prodiret in lucem, tantum non obstupuerint eruditissimi Belgarum, ut sponte sint fassi, tantum in difficili non modo, verum etiam inquinatissimo mendis auctore, præstitum esse a Schmidio, quantum præstari ab ullo eruditorum posse vix credidissent. Plura de eo, quum per brevitatis legem non liceat, non profero in medium: legi tamen et evolvi poterit C. S. Schurzfleischii de Meritis Germanorum in Gr. Lit. Dissertatio, §. V. Quæ quum ita sint, operæ omnino erat pretium, hanc præclaram, eandemque foliis cito perituris commendatam, viri egregie de Gr. studiis meriti cogitationem ab interitu vindicare.

[6] Activo-Media hæc nominavit Kusterus, (p. 17.) Nos Deponentia verba ab his discrevimus, (p. 154. s.) Usus vero vim activam illis vindicavit, quum nativa vis Media, id est, reciproca fuerit. (p. 16.)

Passive.[1]

Pindar. Od. α. τηλόθεν δέδορκε, eminus conspectus est.[2] Hom. Od. ε. εἴσατο γάρ οἱ πόντον ἐπιπλείων, visus est ei. Hom. Od. ζ. αἱ δὲ λοεσσάμεναι καὶ χρισσάμεναι λίπ' ἐλαίῳ,[3] lotæ et unctæ pingui oleo. Sed poetarum auctoritatem rejicere aliqui solent. Age ergo ex optimis prosæ scriptoribus idem ostendamus. Quumque de Activa significatione nulla sit quæstio, tantum passivæ significationis exempla adducenda sunt. Herodotus Melpom. ὃ δὲ ἀποθαυμάσαι ἄξιον, εἰρήσεται,[4] Quod admiratione dignum est, dicetur. Ib. οἱ Γέται πρὸς ἀγνωμοσύνην τραπόμενοι,[5] ἐδουλώθησαν, Ad imprudentiam versi, in servitutem redacti sunt.

Thucydides l. 6. ἀδήλως τῇ ὄψει πλασάμενος[6] πρὸς τὴν ξυμφορὰν, non apparenter vultu compositus ad calamitatem, hoc est, vultu compositus ad dissimulandam calamitatem. Idem l. 7. ἦν ἄρα σφάλωνται, sicubi labefactarentur. Et: speravit Athenienses εἰς τὸ αὐτὸ προσπίπτοντας ἀλλήλοις, ταράξεσθαι,[7] a se mutuo turbatum iri. Et: σταύρωμα, ὃ αὐτοῖς πρὸ τῶν νεῶν ἀντὶ λιμένος κλειστοῦ ἐν τῇ θαλάσσῃ ἐπεπήγει,[8] vallum, quod ab ipsis (Atheniensibus) in mari defixum fuerat, vice portus conclusi. Pausanias in Att. ἔχουσα ἐμπεπηγότας οἰστοὺς, infixas habens sagittas.

Plutarchus de Pædag.: Ille, qui Socratem calce petierat, ἀπήγξατο, strangulatus est.[9] Idem l. 3. Symp. c. 1. ἀντὶ τοῦ δαφνίνου τοῖς ῥοδίνοις ἀναδησαμένους[10] ἐπέσκωψε, pro laureo serto roseis redimitos subsannavit. Diogenes Laert. Epicuro. Docuit Halonem circa Lunam fieri, partim ἔξωθεν βιασαμένου[11] τινὸς ῥεύματος [sc. τῶν ἀπὸ σελήνης ἀποφερομένων,] partim etc. h. e. fluxu aliquo [quales ille Lunæ tribuit] a causa aliqua externa in se coacto. Chrysippus apud Lactantium lib. 7. de divi. præm. c. 23. ἡμᾶς εἰς ὃ νῦν ἐσμὲν ἀποκαταστήσεσθαι[12] σχῆμα, Nos in eum, quem nunc habemus, habitum restitutum iri. Lucianus Dial. Deor. 4. ὁ Ἰξίων μόνον ἐξαπατήσεται,[13] decipietur; Et Dial. Deor. 17. γυμνὴ οὖσα οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο[14] αἰδουμένη, non habebat, quo integeretur in pudore. Ib. τί δ' ἂν ἀπόναιντο τοῦ σοῦ κάλλους αἱ βόες; quid juvarentur[15] tua forma boves? Et Mort. Dial. 1. εἰρήσεται[16] καὶ ταῦτα πρὸς ἐκείνους, dicentur et hæc ad illos.

Strabo lib. 11. ταῦτα τοῦ ταύρου μέρη ἀπεῤῥωγότα πως ἐκεῖθεν πρὸς ἄρκτον, Hæ tauri montis partes abruptæ quodammodo inde versus septentrionem. Et lib. 15. τοῦ Ἰνδοῦ τραπομένου[17] εἰς τὸ ἕτερον ῥεῖθρον, Indo fluvio in alium alveum converso. Cleomedes l. 1. ὥσπερ τοι νῦν ἐστι τὸ σῶμα δεξάμενον, οὕτω καὶ τὸ οἷόν τε δέξασθαι σῶμα. Sicut est corpus quod capit, ita et quod capi potest: vel, Sicut est corpus quod capitur, sic etiam id, quod potest capere. Necesse enim est, τὸ δέξασθαι hic semel active, semel passive accipi, quod alias ab imperitis de hoc verbo negari solet.[18]

Diodorus Siculus l. 1. ἀπὸ τῆς Ἀραβίας κρημνοὺς κατεῤῥωγότας,[19] versus Arabiam præruptos scopulorum vertices, ut recte vertit magnus noster Rhodomannus: tantum abest, ut de sententia hac, nescio cui, cesserit.

Et l. 2. ὡς εἰς θεοὺς κατὰ τὸν χρησμὸν μεταστησομένη,[20] Tamquam ad deos juxta oraculum translocanda. Phalaris epist. 24. δύο γάρ σοι μυριάδες ἐκλογισμῶν λελείπασι, Vicies mille rationes tibi relictæ sunt. Aristoteles l. 1. Meteor. c. 12. et l. 2. Meteor. c. 5. πεπηγότα[21] ὕδατα, aquæ constrictæ, compactæ. Aliquoties. Xenophon l. 1. παιδ. Κύρου, οὗτοι οὐ κινήσονται, Hi non[22] movebuntur. Et: οὕτως ἐπεθύμει αὐτοῖς ἐξοπλίσασθαι,[23] adeo cupiebat illis [armis paternis] armari. Et mox: οὕτω δὴ ἐξοπλισάμενος προσήλασε τῷ ἵππῳ, sic sane armatus adequitavit. Et l. 3. de exped. Cyri: ἐξὸν αὐτοῖς τοὺς νῦν οἴκοι ἀκλήρους πολιτεύοντας, ἐνθάδε κομισαμένους,[24] πλουσίους ὁρᾶν, quum liceat eos, qui nunc domi pauperes Remp. gubernant, huc translatos, divites cernere. Et l. 4. ἀνακαλεσάμενοι[25] τῇ σάλπιγγι ἀπῄεσαν, revocati tuba discesserunt. Demosthenes Φιλ. α. πεπηγέναι[26] τῷ Φιλίππῳ πράγματα, Fixas esse res Philippo. Et Φιλ. γ. ὅπως οἴκοθεν μὴ κινήσεται,[27] ne Philippus domo, h. e. e sua ditione, concitetur. Et ibid. πρὶν διασκευασάμενοι,[28] antequam armati. Ad quem locum Erasmus hæc verba adscribit: notandum, Medios Aoristos primos, licet plerumque significationem habeant activam, tamen etiam passivam habere, sæpe inveniri: ita hic διασκευασάμενοι, pro διεσκευασμένοι.

Isocrates ad Dæmon. αἱ λῦπαι ταῖς ἡδοναῖς παραπεπήγασι,[29] dolores voluptatibus copulati sunt. Plato, cujus elegantia illi quasi proverbio locum dedit, ut, si Jupiter Græce loqui vellet, non aliter, quam Plato, locuturus diceretur, passim exempla habet, quorum aliqua ex unica saltem Epistola 7. huc adscribam. Si sciam, inquit, me alicui non persuasurum, αὐτόκλητος ἐπὶ τὸν τοιοῦτον οὐκ ἔρχομαι συμβουλεύσων,[30] ad talem, licet vocatus, non accedo consulturus: βιασάμενος[31] δὲ, οὐδ' ἂν υἱὸς ᾖ μου: at coactus [quem αὐτοκλήτῳ opponit] neque si filius meus esset, venio. Et: ἔοικεν, ἀρχὴν βαλέσθαι τῶν γεγονότων πραγμάτων τινὶ τῶν κρειττόνων, initium jactum esse a quodam etc. Et: μὴ ταύτῃ δὲ τραπόμενος,[32] huc vero non conversus. Et: ὁ πατὴρ αὐτοῦ φόρον[33]

[1] Usus effecit, ut quædam etiam verbi Medii tempora passivam habeant notionem. (p. 156.) Hæc verba Passivo-Media vocavit Kusterus. (p. ead.) Sed verba, quibus hic passiva potestas attribuitur, pleraque omnia vim reflexivam, vereque adeo mediam, continere, his brevibus notulis extra litem ponere conabor.

[2] In his duobus exemplis δέδορκε et εἴσατο haud incommode redditur: conspiciendum se præbere. Ut adeo pertineant hæc tempora ad alterum genus verborum mediorum, a Cl. Kustero propositorum p. 154. sqq.

[3] Nos reciproce: quum se lavissent et unxissent, vel, lavandas atque ungendas præbuissent. Vid. p. 6.

[4] Futura Media sæpius vim adsciscunt passivam: id quod cum de hoc verbo, tum de reliquis hic loci adductis, observandum.

[5] Nos ita: quum se ad imprudentiam convertissent. K. p. 18. 193. s. [6] Melius: se composuit.

[7] At nos statuimus, ἀλλήλοις cum προσπίπτοντας cohærere: tum vero ταράξεσθαι erit: sese turbaturos. Nam si id, quod vult vir doctus, dicturus fuisset historicus, ea usus esset construendi ratione, quæ hoc eodem libro, p. 504. edit. Wechel. CIƆIƆXCIV, occurrit: ταραχθεῖσαι περὶ ἀλλήλας: ubi σχόλια· ἀπὸ ταραχῆς περιπίπτουσαι ἀλλήλαις. [8] (P. 40).

[9] Vel si mavis: strangulavit se ipsum, fauces sibi interclusit. K. p. 10. 76. Ipsa hunc exigit sensum orationis cohærentia.

[10] Id est: eos, qui se redimiverant. [11] Nos: foras se cogente, erumpente, eluctante. [12] Vid. sup. not. 2.

[13] Conf. sup. not. 2. [14] Commodius: quo se tegeret. K. p. 28.

[15] Locum habet vis vere media: quidnam utilitatis, quem fructum caperent? etc. [16] Lege sup. n. 2. observata.

[17] Evolv. sup. not. 3.

[18] Hoc verbum loco passivæ virtutis, reflexivam etiam adsciscere potest: das sich fassen läst; conf. Er. Schmid. ad Act. III. 21. f. 796. [19] (p. 155. 190. sqq.) [20] Vid. sup. not. 3. [21] (p. 155.) [22] Quæ sup. not. 2. scripsimus, huc etiam accommodanda.

[23] Nos: se armare. Idem de consequente censemus loco. (p. 107.)

[24] Accuratius ex mente Kusteri: ex quo se huc contulerunt: p. 85. sqq.

[25] Dubitat, nec immerito, Cl. Kusterus, an Aor. I. med. voc. vim admittant passivam, p. 155. sq. Vertimus igitur hoc verbum: revocari se passi, vel, qui se revocandos præbuerunt. Ita et alterum, quod consequitur, διασκευασάμενοι, antequam sese paraverant, sive armaverant. Add. p. 6. s. 41. Valent certe Aoristi nonnumquam præcipua quadam virtute, quæ in quibusdam verbis cum cura pensanda esse videtur. Sic in verbo ἵστημι Aor. I. ἔστησα activam seu transitivam habet vim, Aor. contra II. ἔστην intransitive usurpatur. In compositis etiam, ut in ἀνίστημι, res eodem se modo habet. Nam ἀνέστησα significat, excitavi, nempe alium: sed ἀνέστην, excitavi me ipsum, vel surrexi. Hunc usum et auctorum classicorum, et divinorum novarum tabularum scriptorum confirmant exempla. Mœris Atticista Cod. 345. Bibl. Coislin. p. 435. Ἀνίστησαν πᾶς ὁ δῆμος, ἀττικῶς· ἀνίστη πᾶς ὁ δῆμος, ἑλληνιστί. Hæc quidem verba in Oxon. non leguntur edit.

[26] (P. 155.) [27] Vid. sup. not. 3. [28] Vid. sup. n. 25. [29] (P. 260.) [30] (P. 145.)

[31] Forte aptius: at si me cogi debeo pati, seu, cogendum præbere, soll ich mich aber erst dazu zwingen lassen. Hæc versio, nisi me fallit opinio, elegantiorem reddit ἀντίθεσιν· αὐτόκλητος.

[32] Cf. sup. not. 2. [33] Elegantius, ex sententia Cl. Kusteri: tributum sibi imperari, imponi passus est. p. 123.

ἐτάξατο φέρειν τοῖς βαρβάροις, tributum barbaris pendere coactus fuit. Et: ἐπ' ἄλλο γε σχῆμα ἀρχῆς ἐτράπετο,[1] ad aliam formam imperii conversus fuisset. Et: oportet in civitatem senes [quales ibi describit] quinquaginta δεήσεσι καὶ τιμαῖς ὅτι μεγίσταις οἴκοθεν μεταπέμπεσθαι, μεταπεμψαμένους[2] δὲ ὀμόσαντας δεῖσθαι, precibus et honoribus quam maximis domo arcessi, arcessitos vero juramento astringi. Et: πορεύομαι δὴ τῷ λογισμῷ τούτῳ κατακαλυψάμενος,[3] πολλὰ δεδιώς, hoc prætextu obvelatus. Et sunt in eadem Epistola plura. Sic Ep. 3. σὲ φάσκοντας πάντα ἐμοὶ πείσεσθαι,[4] in omnibus a me persuasum iri.

Sed quid Platonis aut Jovis πλατωνίζοντος eloquium suspicio? Præstat audire linguam ipsius Spiritus Sancti, qua Evangelistarum et Apostolorum ministerio usus est.[5] Lucæ 2. v. 4, 5. ἀνέβη καὶ Ἰωσὴφ ἀπογράψασθαι σὺν Μαριὰμ, ut describeretur: tametsi quædam exempla habeant ἀπογράφεσθαι.[6] Actor. 15. v. 22. 25. ἐκλεξαμένους[7] ἄνδρας πέμψαι, delectos viros mittere. 1 Cor. 16. v. 9. θύρα γάρ μοι ἀνέῳγε[8] μεγάλη, aperta est. 2 Cor. 5. v. 3. εἴγε καὶ ἐνδυσάμενοι,[9] οὐ γυμνοὶ εὑρεθησόμεθα, si modo et induti, non nudi reperiemur. Ibid. v. 4. ἐπειδὴ οὐ θέλομεν ἐκδύσασθαι, ἀλλ' ἐπενδύσασθαι, non exui, sed superindui.[10] Actor. 22. v. 16. ἀναστὰς βάπτισαι,[11] surgens baptizare. 2 Cor. 10. v. 2. πάντες εἰς τὸν Μωσῆν ἐβαπτίσαντο, baptizati sunt.[12] 2 Petr. 2. 22. ὗς λουσαμένη, sus lota.[13] Nihil nunc dico de Præteritis Mediis,[14] γέγονα, γέγονε, γεγόνασι, γεγονώς, etc. ὄλωλα, ἀπόλωλα, perditus sum: quod licet sæpe reddatur perii,[15] sensus tamen magis, quam naturalis significatio vocis, ut sæpissime solet fieri, exprimitur. Sic ἀπολωλώς, perditus. Nihil etiam de Aoristis secundis, ἐγένετο, factus est, γενέσθαι, fieri, et similibus aliis, quæ infinities tam in sacris, quam profanis scriptoribus passive reperiuntur. Quis non legit Jo. 1. v. 3. χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲν ὃ γέγονε, Factum est nihil, quod factum est? Et v. 14. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, caro factum est.

Quin imo non tantum in diversis locis modo active, modo passive significare Media verba reperiuntur, sed sæpissime etiam in uno et eodem loco, sive active sive passive reddantur, sensui tamen injuriam non inferunt;[16] ut Demosth. Φιλ. α. δύναμιν ἐκείνῳ παραταξομένην, copias illi opponendas: vel, contra eum aciem instructuras.

Act. 8. v. 18, 21. et 2 Cor. 2. v. 23. ἀποταξάμενος,[17] sejunctus ab illis: vel, quum τάξιν quasi peculiarem ab illis fecisset discedendo. Act. 21. v. 5. ἀποσκευασάμενοι[18] ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, sarcinis liberati, vel, quum sarcinas deposuissemus. Luc. 24. v. 49. ἕως οὗ ἐνδύσησθε[19] δύναμιν ἐξ ὕψους, induamini vel induatis. 1 Petr. 1. v. 13. ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας, cincti lumbos, vel postquam cinxistis lumbos.[20] Ephes. 6. v. 14. περιζωσάμενοι τὴν ὀσφῦν: ἐνδυσάμενοι τὸν θώρακα.[21] Et v. 15. ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας.[22]

Et sunt ejus rei apud omnes scriptores exempla infinita, quorum plura congerere, chartæ angustia non permittit.

Imo desino in re tam manifesta, plura exempla adducere, quorum tanta copia est, ut eorum οὐδ' ἂν νηῦς ἑκατόνζυγος ἄχθος ἄροιτο,[23] ut cum Hectore Homerico loquar. Quod iis subjectum volo, qui statuunt, Verba Media nunquam significare Passive. Quibus ego oppono contradictoriam, Verba Media aliquando significant Passive.[24] Quumque contradictoriæ duæ simul veræ esse non possint; mea vero tot auctoritatibus sit comprobata: sequitur, alteram illam falsam esse, ὅπερ ἔδει δεῖξαι.[25]

Hujus doctrinæ meæ publicum hoc testimonium extare volui, cum, ut rationem ejus in hac parte redderem, tum, ut veritatem contra opiniones falsas assererem, tum, ut iis, quibus ἀκροατήριον Græcum accedere vel horror vel pudor est, opinionem istam falsam, si forte animo insedisset, eximerem: præcipue vero, ne toties deinceps hoc inculcare necesse habeam.

Rhapsodiæ vero XVmæ. initium faciam σὺν Θεῷ a. d. Martis. B. V. et Musas Græcas amare pergite. PP. a. d. XIX. Octobris anno æræ Christ. CIↃIↃCVI.

E. SCHMIDII NOVA ACCESSIO.[26]

Verbum καθίζω alias est ἀλλοπαθὲς, sive μεταβατικὸν, vel transitivum, et cum Accusativo constructum significat, sedere facio,[27] colloco, constituo. Eph. 1. 20. καὶ ἐκάθισεν ἑαυτὸν, κ.τ.λ. collocavit, vel sedere fecit eum. 1 Cor. 6. 4. τούτους καθίζετε, Hos constituitis judices. Hujus passivum et medium καθίζομαι significat neutraliter, sedeo. Matth. 19. 28. Καθίσεσθε καὶ ὑμεῖς. Sedebitis et vos. Quasi esset, collocabimini et vos. Luc. 22. 30. καθίσησθε ἐπὶ θρόνων, sedeatis super thronis. Ea enim est verborum ἀλλοπαθῶν, seu aliis passionem vel qualitatem inferentium, natura, ut in passiva et media voce significent αὐτοπαθῶς, seu neutraliter; ut:

Φαίνω, apparere facio, ostendo.	Φαίνομαι, appareo.
πελάζω, appropinquare facio, admoveo.	πελάζομαι, appropinquo.
παύω, quiescere facio, sedo.	παύομαι, quiesco.
μωραίνω, fatuum facio.	μωραίνομαι, desipio.

[1] Add. p. 256.
[2] Id est: qui se arcessi paterentur. Hæc versio et verbi potestati, et ipsi rei, perquam est conveniens. K. p. 23. sqq.
[3] Me obvelans. K. p. 30. [4] Sic apud Aristoph. in Nub. v. 90. 996. πείσομαι, ἀντὶ τοῦ πεισθήσομαι. Vid. K. p. 156. s.
[5] Commode quoque vim servabis vere Mediam: πείσομαι, mihi persuaderi patiar. (p. 14.) Itaque vox haud erit passiva, sed Media. Exempla hæc N. T. pleraque nos jam in adjecta dissertatione nostra enodavimus, antequam hanc oculis usurpavimus schedulam.
[6] Vid. K. p. 117. seq. ubi versio melior habetur. [7] Quid obstat, quo minus vertatur: qui deligi se passi essent?
[8] Verti sæpe potest, aperuit se: ut Latini, occasio se obtulit. Cf. Th. Magister, p. 12. et L. Bos, p. 6. [9] Qui se induerunt.
[10] Nos exuere, superinduere. [11] Baptizari te patere. (p. 188.) [12] Sacro se fonte ablui sinebant.
[13] Quæ se lavit, vel, postquam se lavit. [14] (P. 155.)
[15] Nec male: Nam ὄλλυμι, ἀπόλλυμι est perdo. Unde ἀπόλωλα, perdidi me, vel una voce, perii. Luc. xv. 6. τὸ πρόβατον τὸ ἀπολωλὸς, das Schaf, das sich verloren hatte. Nil, præter linguarum dissimilitudinem, impedimento est, quo minus hæc reflexiva Medii verbi notio primo statim aspectu perspiciatur. (p. 101.)
[16] Utinam vir in Gr. lit. quondam præcipuus, duce hac præclara cogitatione, vim Verbi Medii propriam, hoc est, reflexivam, ex actione et passione mixtam, summa, qua valuit, ingenii virtute, divinasset. Tunc reddidisset excitatum Demosthenis locum: copias illi sese oppositurus, contra eum sese instructuras. Vid. K. p. 17. s. 42.
[17] Nos: postquam se sejunxerat. [18] Accuratius: postquam sarcinas a nobis deposueramus. K. p. 72. sqq.
[19] Induatis vos. K. p. 109. [20] Cingentes vos, vel, vobis lumbos. (p. 107. 112.) [21] Cingentes vobis lumbum: induentes vobis thoracem.
[22] Induentes vobis calceos. Cf. K. p. 8.
[23] Id est, ut eorum onus ne centiremis quidem navis asportare valeat. Latere hic ὑπερβολικόν τι, quivis, etiam me tacente, intelligit.
[24] Rem ipsam nemo, qui Gr. lit. novit, in dubium vocare conabitur. Habent verba Media sæpius activam, interdum passivam, proprie vero reflexivam significationem. Ad quam enodandam necessaria erit ceterarum, quæ hoc opusculo continentur, dissertationum lectio cum cura instituenda.
[25] Ita non novum est illud Q.E.D. etiam ad res Grammaticas accommodatum. Vid. Andr. Helucci Origines Dictionum German., ex tribus Linguis, Lat. Gr. Hebr. derivatarum, Hannov. 1620, 8. Ibi reperitur Demonstratio antiquæ ac nativæ pronuntiationis Gr. methodo Geometrica conscripta, p. 321—337.
[26] Descripsi hæc, quæ commode se mihi obtulerunt, ex Comment. in N. T. in Matth. v. 1. f. 78. [27] Vid. sup. (p. 96. s.)

καίω, ardere facio, accendo.	καίομαι, ardeo.
πορεύω, ire facio, ablego.	πορεύομαι, proficiscor, et similia.

Alias est αὐτοκαθὶς, neutraliter significans, sedeo, consideo: ut hoc loco, et Matth. 13. 48. 19. 28. 20. 21. et in reliquis locis N. T. præter modo allegata, omnibus. Nisi Reciproce[1] velimus exponere: sedere facio me ipsum, colloco me ipsum. Sicut et Latini dicunt: Pallium rugat, scilicet se ipsum, h. e. rugas agit, vel habet.

CHRISTOPH. WOLLII

DE VERBIS GRÆCORUM MEDIIS DISSERTATIO;

EXEMPLIS CUM SACRIS, TUM PROFANIS, ITERUM ILLUMINATA.

ΣΥΝΟΨΙΣ.

Præmittitur judicium de L. Kusteri et Jo. Clerici sententia, quam de Verbis Græcorum Mediis cum erudito communicarunt orbe. §§. I. II. *Probabilis redditur ratio appellationis* τῶν Μέσων. §§. III. IV. *Horum aliqua sunt Activo-Media, quæ exemplis et profanis* §§. V. VI. VII. VIII. IX. *et sacris N. T. illustrantur.* §§. X. XI. XII. *Rariora Medio-Passiva, quorum nonnulla, et externa et sacra, recitantur* §§. XIII. XIV. *Hæc sequuntur Proprie Media, hoc est, Reciproca,* §. XV. *horumque et profana* §§. XVI. XVII. XVIII. XIX. *et sacra N. T. documenta.* §§. XX. XXI. XXII. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. *Quibus cum cura explanatis, ostenditur, quo modo verba etiam interdum Activa, cum in* τοῖς ἔξω, *tum in sanctioribus monimentis,* §. XXVII. *et Passiva utrobique vim habeant reciprocam, idque vel vere, vel ficte, ut* ἐγήγερται. §§. XXVIII. XXIX. XXX. *Ab hac postea tria in primis, ut* τεταγμένοι, *Act.* XIII. 48. §§. XXXI. XXXII. XXXIII. πεπραμένος, *Rom.* VII. 14. §. XXXIV. *et* κατηρτισμένα, Rom. IX. 22. §. XXXV. XXXVI. XXXVII. *liberantur ac denique* §. XXXVIII. *in pauca confert dissertationem, quæ simul hic EXPLICIT FELICITER.*

§. I. Eruditos homines in re facili ac plana sæpius non consentire, sed anceps ingenii certamen sibi invicem indicere, in vitio vel maxime ponendum esse, nemo sanus dubitaverit. Nam quum omni, quam latissime patet, eruditioni hæc prora puppisque sit, ut veritatis unice ratio habeatur, perspicuum est, si qui de novis aliorum inventis atque inceptis de medio tollendis cogitant, multum hinc detrimenti rem publicam capere literatam. L. Kusterus, qui de verbis mediis, ac genuino eorumdem usu, primus, quantum equidem scio, ex instituto commentatus est, non satis ubique partite, definite, distincteque, fateor, suam hac de re sententiam declaravit. Vim reciprocam, quam et reflexivam vocat, mediis verbis quo proprie vindicet, nil intentatum relinquit. Eos, qui mox activam, mox passivam iis attribuunt potestatem, verba sibi dare, semel, iterum atque sæpius affirmat. At alibi tamen, verba activo-media pariter, et medio-passiva inveniri, haud largitur invitus. Hæc qui sagaci compositaque considerat mente, in animum facile inducit, ut credat, non constitisse sibi, neque ex omni parte secum ipsum consensisse Parisinæ Inscriptionum Academiæ sodalem. Jo. Clericus, Amstelodamensium insigne decus, hanc opera haud proletaria perlegit dissertationem, et in Bibliotheca sua, quam Gallico sermone exaravit, Selecta recensitam, non sine censura dimisit. Non solum vim istam reciprocam a Kustero mediis verbis assertam vocavit in dubium, sed ipsa verba dari media, negandum censuit. Eo consilio præsens, imperfectum, aoristos, atque futura ad passivam, et præteritum perfectum ac plusquam perfectum ad activam revocare formam, ingenii ope molitus est. Conjecturas opposuit veritati. Gravius aliquid dicam: argumenta in medium protulit, quæ vix postremo in conjecturis loco esse possunt. Certus equidem sum, si vir, qui Paris. olim Academiam ornavit, sapientiæ studio diutius vacasset, seque adeo ad leges philosophicas adstrinxisset arctius, accuratiorem tractandi rationem ad causam suam orandam allaturum fuisse. Clericus autem, qui judex sedere voluit, ab eorum sibi non cavit vitio, qui in linguis nimis acute philosophantur, in quibus tamen verba, sicut nummi, valent. Ingenio abutitur ad insidias causæ per se bonæ parandas, conclusione a *posse* ad *esse*, infirmo sane præsidio, munitus.

§. II. Ait enim, fieri potuisse, ut ea, quæ in mediis hodie verbis reperiuntur, tempora ab activis ac passivis, vel ob variandi studium, vel ob, nescio quam, separatam διάλεκτον, vel denique ἐλλείψεως ἕνεκα, ut alias omittam causas, recedant. Has autem, cetera si paria sint, non putat obstare, quo minus ea medii verbi tempora, quæ activam quamdam et passivam sibi adscivere formam, plane sint una eademque. Dixit, ac si e tripode protulisset oracula. Nec dubito, quin, si aruspicum hodieque superesset collegium, in illud sine mora cooptatus fuisset. Sed vellem, ut conjecturis modum statuisset vir, qui librum *de Modo Conjecturis imponendo* rei criticæ necessarium judicavit.[2] Ita rara sunt exempla hominum, qui exquisitam literarum scientiam cum eximia judicandi facultate conjungunt. Incredibilem habent artes, quæ ad humanitatem pertinent, animos alliciendi vim, ut, qui semel ad eas accesserunt, eorum, quæ ad judicii faciunt culturam, facile obliviscantur, solidæque rerum contemplationi, quam tristiorem censent esse, non multum pretii

[1] En, ut suboleat viro docto vis verbi Medii reciproca! Verum haud est liberum nobis, utrum velimus istud reciproce exponere, necne. Ejusmodi verbum, quod vim habet vere Mediam, hoc est, reciprocam, ita quoque exponi debet. Cl. Kusterus, recentiori ætate, hanc non significavit tantum, verum etiam declaravit. Omnia ista, quæ Schmidius recitavit, verba in eo sunt numero; at Latini una voce sæpius exprimunt neutra, quando vis ista pluribus est verbis enuntianda. Hæc res multos literatissimos fefellit homines, qui verbis Mediis virtutem neutram attribuerunt, eam unam ob causam, quod in Romana lingua ista hac exprimi interdum possunt. Sic Φαίνω, apparere, spectari facio alterum: φαίνομαι, apparere facio me, spectandum præbeo me; id est una voce, appareo: (p. 15.) Πελάζω, facio accedere: πελάζομαι, facio accedere me, id est, appropinquo alteri. Παύω, cessare facio alterum: παύομαι, cessare facio me, vel, desino. (P. 101.) Μωραίνω, fatuum facio alterum: μωραίνομαι, fatuum facio me, vel, desipio. Καίω, ardere facio alterum: καίομαι, ardere facio me, seu, caleo. Πορεύω, ire facio alterum: πορεύομαι, ire facio me, id est, eo, proficiscor. (p. 13. s.) Sic et καθίζω, sedere facio alterum: καθίζομαι, sedere facio me ipsum, hoc est, sedeo. (P. 14. 96. s.)

Nolebam initio, ut hæc Schmidii disputatiuncula typis iterum a me describeretur: tum vero, re sapientius ponderata, mutavi consilium. Cum enim tota tractatio lectu perutilis est, tum hæc maxime nova accessio antiquum est testimonium reciprocæ verbi Medii significationis, idemque ab ejusmodi viro profectum, qui, dum vixit, Gr. literas excellenter coluit.

[2] Biblioth. Anc. et Mod. Tom. vii. Part ii. pag. 396. "On pourroit faire un Livre fort utile, qu'on intituleroit: De modo conjecturis imponendo."

statuendum existiment. Equidem non sum ignarus, Clericum haud spernenda sapientiæ præcepta habuisse percepta, ac luci publicæ exposuisse: hoc vero etiam explorate scio, ipsum non semper omni, qua decet, accuratione in usum eruditionis ea convertisse, ingenioque interdum nimis, judicio autem parum tribuisse. Absit vero a me quam longissime, ut horum duumvirorum eximia, quibus orbem sibi literatum dudum devinxerunt, promerita leviora censeam. Ipse potius, multa me, quæ ad Lat. et Gr. literas referuntur, ab iis didicisse, non sine grati memorisque animi significatione præ me fero. Non nisi ea hæc in medium protuli mente, ut manifestum redderem, eos, suo quemque vitio, litis non adeo difficilis componendæ causam mihi dedisse.

§. III. Esse in Gr. literis quoddam genus verborum, quæ antiqui Græci artis grammaticæ doctores *μέσα* sive *κοινὰ*, Latini vero Media seu Communia dixerunt, res est adeo clara, testata ac pervulgata, ut non amplius in lite vertatur. Theod. Gaza et Petr. Ramus, ut alios tacitus prætereum, his, qui plura desiderant, facient satis. Ratio appellationis ejusmodi est, ut a positione petita esse videatur. Hoc etenim sensu *τὸ μέσον* in Gr. adhibetur sermone, ut id, quod in medio ponitur loco, designet. Sic Aristoteles, nomen medii termini in syllogismis usitati enodaturus, hanc accuratam, a paucis licet intellectam, illius reddit rationem: *καλῶ δὲ*, inquit, *μέσον μὲν, ὃ καὶ αὐτὸ ἐν ἄλλῳ, καὶ ἄλλο ἐν τούτῳ ἐστὶν, ὃ καὶ τῇ θέσει γίνεται μέσον*, voco autem medium, quod et ipsum in alio, et aliud in ipso est, quod et positione medium.[1] Id sibi vult philosophus, terminum medium ideo dici medium, quod intra genus ad speciem medium occupet locum. Viri mentem acuti, quam obscurius declaratam, in Alexandri M. conclavi haud dubie clarius proposuit, operæ pretium erit evidentissime interpretari. Exempli loco hæc mihi sit propositio: Omnis stultus est pertinax. In hac, terminum stultus *μέσον* sive medium esse, hæc ipsa declarabit collocatio, ad ratiocinandi artem accommodata:

Genera
Ens
Res creata
Animal
Homo

Proprium affectibus deditus.	Stultus	Oppositum Sapiens

Species
Avarus
voluptati serviens
honoris studiosus.

Ex hac tabula quivis, etiam me tacente, solo oculo duce, perspicit, terminum *stultus* in medio positum esse loco. Non ergo terminus *μέσος* inde dicitur, quod medium concludendi sit, quæ umbratilium quondam doctorum erat opinio; verum a sola *θέσει* vera nominis causa ducitur, si quidem Stagiritam audias. Quumque adeo medius terminus intra genera et species loco collocetur medio, non potest ille non propinqua hæc contingere cognatione. Circumspectis nimirum omnibus, hæc inde consectaria ducere licebit: E. omnis stultus est homo, item, animal, ens, res creata; sed homo est genus proximum. E. o. stultus affectibus est deditus. E. o. stultus est vel avarus, vel voluptati serviens, vel honoris auceps. E. quidam avarus, et reliqua, est stultus. Oppositum vero, quod modo, ut conclusiones augerem, adjeci, negantem efficit consecutionem: E. nullus sapiens est affectibus deditus. Verum nihil attinet plures connectere ratiocinationes, quum philosophi sententia luce jam splendeat clarissima.

§. IV. His jactis fundamentis, in proclivi erit ostendere, verborum *Μέσων* sive *Κοινῶν*, Mediorum atque Communium, denominationem a positione petiisse grammaticos. Res evadet clarior hoc usuro ordine:

Activum—Medium—Passivum.

Omnia verba, quæ re quidem vera media sunt, cum activis ac passivis, si temporum jam excitatorum terminationem consideres, nullo non tempore convenire debent. Sunt, quæ cum activis, sunt etiam, quæ cum passivis communia habent tempora, inque his adeo medium tenent locum. Ad significationem vero medii quod attinet verbi, ea vel activa, vel passiva, vel utraque simul, hoc est, reciproca seu reflexiva esse solet. Celeberrimus Kusterus primum verborum mediorum genus activo-media, alterum passivo-media, et denique tertium vere, et insigni eminentique aliqua ratione media nominavit verba. Atque huc tendit genuinus verborum usus mediorum, quem iis vir in Gr. lit. præcipuus vindicavit, quemque ab Atticis cum maxime scriptoribus curatissime observatum contendit. Quo loco cum cura iterum monere consultissimum duco, in verbis mediis grammaticam eorum formam prius spectandam esse, quam significatio investigetur. Id nisi sit, passiva verba cum mediis facile confunduntur, atque hac ratione quadrata miscentur rotundis: quæ res et Jo. Clericum, et alios, dici non potest, quantum fefellerit. Notio ac virtus verborum Mediorum, si originem eorum spectes, reciproca fuit. Hæc fuit prima vis, et nativus eorum lepos, quem Attici auctores, si qui alii, diligenter tenuerunt. Postea vero, cum varias propter causas, tum maxime ob usum, (p. 17. 155. s.) verba etiam Media activam, nec non passivam, adscivere potestatem. Nos hic cum Sam. Clarkio, acutissimo Iliadis Homericæ interprete, plane consentimus. (p. 243. s.)

§. V. Activo-Media, quæ Cl. Kusterus (p. 154. sqq.) recenset, quæque nos adauximus, atque a Deponentibus nova quadam arte distinximus, sunt, exempli gratia, *ἐργάζομαι, ῥύομαι, δέχομαι, αἰσθάνομαι, ὄπτομαι, γεύομαι, ὁρῶμαι, προορῶμαι, θύομαι* pro *θύω, ὁρίζομαι, διορίζομαι, κατασημαίνομαι*, itemque futura, quorum præsentia sunt activa, *φεύξομαι, κρύψομαι, καταβήσομαι, λήψομαι, θρέξομαι, ἀναγνώσομαι, τέξομαι, σιωπήσομαι, ἀκούσομαι*, multaque alia. Profana sum initio recitaturus exempla. Hoc modo Aristophanes, veteris comœdiæ princeps, idemque scriptor *ἀττικώτατος*, dicit, Ran. v. 465. *γεῦσαι τῆς θύρας*, tenta, vel si mavis, pulsa januam, Th. Magistro v. *κόπτει τὴν θύραν*, interprete. Græci enim verbo *γεύεσθαι* pro experiri, tentare perquam venuste interdum utuntur, ut Sophoc. Antig. p. 255. ed. H. Stephani:

——— *ἐμπύρων ἐγευόμην*,

i. e. ut *σχόλια* habent, *ἀπεπειρώμην τῆς διὰ πυρὸς μαντείας*, expertus sum divinationem per ignem. Pindarus etiam aliquoties hac metaphora usus est; ut te docebit Schmidius ad Pyth. IX. p. 337. Add. L. Kusteri eruditæ ad allegatum comici locum notæ.[2] Idem antiquæ Græcæ comœdiæ decus *περιγίγνεσθαι* pro *νικᾶν* in Vesp. p. 598. (*πρωκτὸς λουτροῦ περιγινόμενος*,) proverbii usurpat loco de iis, qui suo ipsorum vincunt damno. Quod ut a Scholiaste jam fuit annotatum, ita e Platone, Demosthene, Xenophonte, ceterisque Atticis

[1] Prior. Anal. l. i. c. ii. p. 195. edit. Oporin. in 8. CIↃIↃLXXXIII.
[2] *Γεύεσθαι* significat etiam cibum capere, vesci, non gustare tantum, sic Xenoph. *Ἀναβ. α΄.* 101. *τούτων γεύσασθαι*, his vesci. Cf. Act. x. 10. xx. 11.

auctoribus, constat. Demosthenes adv. Tim. p. 657. *ἅπαντα διηγήσασθαι τὰ ὀφειλόμενα*, omnia, quæ debentur, enarrare, itemque, *εἰς ὅ, τι ἕκαστον αὐτῶν κατεχρήσατο*, ad quid ea singulatim sit usus, dum ait, duo, in quibus forma media inest, verba, *διηγήσασθαι* et *καταχρήσασθαι*, sententia adhibet activa. Suppletur hinc Aristophanea *ἔλλειψις· τὶ*, id est, *εἰς τὶ*, vel *εἰς ὅ, τι ἐχρησάμην*, Plut. v. 21. Ez. Spanhemio atque Kustero commode docentibus. Phrasis *τόκου*, hoc est, *κατ' ἔλλειψιν τοῦ· χάριν*, vel *ἕνεκα*, vel *περὶ*, vel *ὑπὲρ*, *ἐνεχυράσασθαι*, Nub. v. 35. loco usuræ pignus capere designat active.

§. VI. Solent Græci, maximeque Attici, verbis Activo-Mediis sic uti, ut aut diversas ab activis notiones exprimant, aut easdem, et nihil, nisi copiam *φράσεως*, significent. Sic Activum *διώκω*, et Medium, *διώκομαι*, apud Atticos idem designat, nempe, accusare aliquem crimine. Th. Magister, p. 49. *διώκω τὸν δεῖνα κλοπῆς, ἤγουν κατηγορῶ.* Aristoph. Eq. v. 367. *διώξομαί σε δειλίας*, Timiditatis agam te reum. Idem eadem fabula, v. 440. ubi Schol. *διώκειν καὶ φεύγειν*, inquit, *ἔλεγον ἐπὶ τῶν κατηγόρων καὶ τῶν ἀπολογουμένων· ἐδίωκον μὲν γὰρ οἱ κατήγοροι, ἔφευγον δὲ οἱ κατηγορούμενοι.* Evolv. L. Bos, p. 16. ed. Franeq. Nihil notabilius est verbo *γράφω*, quod, pro diversa constructione, diversam quoque significationem recipit. *Γράφω σοι*, scribo tibi, literas ad te mitto: *γράφω σε*, pingo te, effigiem tuam facio: *γράφομαί σε τοῦ δεῖνος*, accuso te aliquo crimine. Sic: *δωροδοκίας αὐτὸν ἐγράψαντο καὶ προδοσίας.* Vid. Th. Magister, p. 39. et L. Bos, p. 13. App. Alex. Bell. Syr. p. 182. Eadem vero potestas passivæ quoque voci subjicitur. In Medio dicunt Attici, *γράφεσθαί τινα τῶν παρανόμων*, accusare aliquem criminis violatarum legum; unde *ἡ γραφὴ τῶν παρανόμων*, actio violatarum legum. Utuntur iidem passiva etiam voce: *γράφεσθαι τῶν παρανόμων*, accusari violationis legum. Hinc Photium illustro facile, Cod. CCLIX. p. 1480, 46. *Καὶ γραφέντος ὑπὸ τοῦ Διοδότου παρανόμων τοῦ ψηφίσματος, ἀπέφυγε*, id est, quumque decretum a Diodoto violatarum legum esset accusatum, absolutus est Demosthenes. Verba hæc ex vita Demosth. a Plutarcho adolescente conscripta, p. 317. Opp. Demosth. T. V. edit. Basil. f. delibata sunt. Nexus etiam historiæ indicat, quale istud fuerit decretum. Schottus, qui, Accusatusque a Diodoto violatarum legum, mox absolvitur, vertit, et fidem interpretis, et constructionis, et artis grammaticæ violavit leges. Nec vero *φράσις*, decretum proscriptum esset, verti debet, quoniam aliud est, proscribere, aliud accusare. Ceterum binæ voces, *γραφέντος* et *ἀπέφυγε*, ad se invicem referuntur, ita quidem, ut illud accusatum, hoc autem absolutus est, designet. *Φεύγειν* apud Atticos dicitur reus, id est, accusari, reus esse; *Ἀποφεύγειν* vero, vel *ἐκφεύγειν*, ille dicitur, qui absolvitur. Utrumque hoc verbum Aristophanes habet, cujus locos recitavit Cl. Bos ad Th. Magistrum, p. 41. ubi et *σχόλια* conferri jubet. Ammonius: *Ἀποφεύγει δὲ ὁ νικήσας καὶ λυθεὶς τῆς κατηγορίας.* Quod in commemorata Demosthenis Vita dicitur, *ἐνίκησεν*, vicit, istud Photius *ἀπέφυγε*, eodem sensu, quem Ammonii munit declaratio. *Ἀπέφυγε, κατ' ἔλλειψιν τοῦ δίκην*, effugit pœnam. Hanc *ἔλλειψιν* supplet Atticorum princeps, Nub. 167. 1150.

§. VII. Tria ejusmodi medio-activa verba in uno hoc inveniuntur Epigrammate, *ὠρχήσατο, παυσαμένη, ἐψεύσω·* [1]

Εἰ τοῖος Διόνυσος ἐς ἱερὸν ἦλθεν Ὄλυμπον,
Κωμάζων λήναις σύν ποτε καὶ Σατύροις,
Οἷον ὁ τεχνήεις Πυλάδης ὠρχήσατο κεῖνον,
Ὀρθὰ κατὰ τραγικῶν τέθμια μουσοπόλων,
Παυσαμένη ζήλου, Διὸς ἂν φάτο σύγγαμος Ἥρη·
Ἐψεύσω Σεμέλη, Βάκχον ἐγὼ δ' ἔτεκον.

Hæc verba Bened. Averanius Florentinus, in Pisano Lyceo literarum humaniorum Professor cl., ita reddidit Lat.[2]

Si talis quondam sacrum venisset Olympum
Ogygius Bacchis cum Satyrisque deus,
Qualem saltavit Pylades mirabilis arte,
Dum movet ad tragicos corpora docta modos;
Deposita Juno dixisset protinus ira:
Mentitur Semele, Bacchum ego nam peperi.

Auctor hujus epigr. in Pyladem, pantomimum quemdam, qui Augusti vixit ævo, elaborati, Boethus est, poeta Tarsensis, qui eadem vixit ætate, et qui in certo poemate victoriam, quam Marc. Antonius atque Augustus a Bruto et Cassio abstulerant, decantavit. Equidem non ignoro, Strabonem malum poetam, et malum itidem civem, hunc appellasse Boethum, et quædam eidem parum honorifica enarrasse:[3] at hoc tamen certum, epigramma allatum haud esse malum. Collaudat in eo saltationem Pyladis, atque historiam Bacchi, ejusque cum Bacchis Satyrisque instituta oblectamenta. Ait, Pyladem adeo commode scienterque saltasse, ut, si Bacchus eadem arte intravisset in cœlum, Juno iram fuisset depositura, neque ipsum Semeles, sed suum filium, dictura. In *φράσει· ὠρχήσατο κεῖνον*, casus quartus expresse adjectus vim verbi medii indicat activam. Eandem dilucidaturus Averanius, opportune observat, Latinos etiam, saltare aliquem, pro, repræsentare alicujus actiones in pantomimorum saltatione, dixisse. Ita Ausonius epigramm. LXXXIV.

Daphnen et Nioben saltavit Simius idem,
Ligneus ut Daphnen, saxeus ut Nioben;

eo quod hic pantomimus Daphnes in arborem, et Niobes in statuam lapideam repræsentaverat mutationem. Juvenal. Sat. VI. 63.

Chironomon Ledam molli saltante Bathyllo.

Quum hic, pantomimos aliquoties commemoraverim, eos paulisper describam, illis, qui hos antiquos ignorant homines, aliqua ex parte gratificaturus. Ex eo hi ducebant nomen, quod artificioso corporis motu omnia propemodum imitarentur. Tanta vero eorum saltatorum erat dexteritas, tantaque in artificio suo vis et facultas; adeo omnes adfectus expresserunt, et res gestas et fabulas fictas oculis quodammodo subjecerunt, ut, tacito corporis motu, cujusvis elegantis poetæ vel historici facundi eloquentiam prope adæquarent. Quocirca dicitur Barbarus, quum ad Neronem Imp. legatus venisset, et pantomimum saltantem spectasset, enixissimis a Nerone precibus contendisse, ut sibi aliquem daret hujusmodi saltatorem, quo per eum cum finitimis, gentis suæ linguam non intelligentibus, loqui posset. Artifices illi, etsi vultu, oculis et statu corporis, motuque res ob oculos ponebant, pleraque tamen significabant manu, *χειρόσοφοι* eo nomine, hoc est, manibus sapientes, a Lesbonacte Mitylenæo appellati. Quid? quod Demetrius, philosophus Cynicus, quum

[1] Epigr. Gr. lib. i. Epigr. lxix.
[2] Vid. ejus Opera Latina, et in his Dissertt. in Pisana Academia habitas, T. i. Diss. xvi. in Anthol. p. 49. s. Add. Jo. Clericus, dans sa Biblioth. choisie, T. xxii. p. iv. p. 27. sqq.
[3] Lib. xiv. p. 674. ed. Par.

saltantem aliquando pantomimum spectaret, eo spectaculo est adeo delectatus, ut Græcis verbis exclamaret: Audio, homo, quæ exprimis, non solum video, planeque mihi videris manibus ipsis loqui. Artem quum laudaverit ejus familiæ sectator philosophus, quæ haudquaquam cujusquam studium solet laudibus extollere, magnam habuisse admirationem spectaculum, extra controversiam puto collocatum. Non erunt hæc, a loco propositoque licet aliena sint, iis, opinor, lectu ingrata, qui mecum ubivis, quocumque in campo versentur, literas amant elegantiores. Dicam adhuc quædam de binis illis, quæ in Epigrammate continentur, verbis. (p. 286.) Nemo dubitat, quin ψεύδεσθαί τινά τι, mentiendo fallere, decipere aliquem, activum sit medium. Sophocl. Œdip. Colon. p. 296. ed. Antw. 1579. 12. οὐκ ἐψευσάμην οὐδέν σε, nihil te mentiendo fefelli. Herodian. II. 7. 2. Julianus reperiebatur καὶ τοὺς στρατιώτας ψευσάμενος, et milites mendacio delusisse. Joseph. A. I. III. c. XI. fin. ψευσαμένη τὸν ἄνδρα, fefellerat virum. Quod vero ad verbum παυσαμένη attinet, istud nunc reddo: cessare faciens se, vel desinens iram. Medium etenim παύομαι est vere Medium, hoc est, reciprocum. (p. 101.)

§. VIII. Æschylus Agam. v. 287. παρ' οὐδὲν αἰῶνα παρθένιον κ. τ. λ. ἔθεντο, nihili æstimantes vitam castam. Pindarus Nem. Od. VII. 101. παρ' μέλος ἔρχομαι. Notetur hic utrimque, præter vim verbi medii activam, unius λέξεως separatio, τμῆσις dicta, et Atticis haud inusitata.[1] Illic nimirum παρέθεντο, hic vero παρέρχομαι conjungendum. Hujus quidem figuræ sexcenta in promtu habeo exempla. Nunc vero locum Photii aliquem hinc clariorem reddere, satis habebo. Cod. CCXXXIII. p. 1121. 9. οὐ γὰρ ἀφηρέθης τὴν ἀρχὴν, ἀλλ' ἑκὼν ἔῤῥιψας (αὐτὴν,) non vi ejectus es regno, sed tuapte sponte abjecisti illud, ὥσπερ τις ὑπερόπτης, κατὰ τῶν παιδικῶν (βασιλικῶν) σου τρυφῆσαι βουλόμενος, tanquam aliquis superbus contemtor in regio apparatu luxuriari volens. Ubi καταατρυφῆσαι κατὰ τμῆσιν scissum, cum gignendi casu, designat luxuriari; ut Gregorius καταατρυφῆσαι τοῦ λόγου, luxuriari in stylo, dixit. Schottus hanc rem non perspexit, nec quisquam alius, qui Photio, repugnante Minerva, adesse sustinuit, omissis τοῦ οὐ vel μὴ, nec non βασιλικῶν in παιδικῶν commutatio, descriptorum vitia sunt, quæ criticæ artis peritorum prætereunt neminem. Apud Areopagitas, Demosthene adv. Aristocrat. p. 413. auctore, is, qui, postquam aliquem cædis postulaverat, mendacii convictus erat, τὴν ἐπιορκίαν ἐπενεγκάμενος τοῖς αὐτοῦ παισὶ καὶ τῷ γένει, perjurium inferebat suis liberis, ac genti universæ. Athenis, qui in capita carissimorum, ut uxoris, liberorum, jurabat, eos adducere, quo manifestior imprecatio fieret, publica tenebatur lege; qua de re idem adv. Conon. p. 693. perhibet testimonium: φασὶ γὰρ, ait, παραστησάμενον τοὺς παῖδας αὐτὸν, κατὰ τούτων ὀμεῖσθαι κ. τ. λ. Andocides Orat. I. p. 221. ἐπεύχεσθαι εὐορκοῦντι εἶναί μοι πολλὰ κἀγαθὰ, multa prospera mihi jusjurandum servanti precari. Atticus, quem jam aliquoties citavi, orator, adv. Timoth. p. 664. ἠρόμην αὐτὸν——εἰ ἔτι δοῦλος εἴη ὁ Αἰσχρίων αὐτοῦ κ. τ. λ. rogabam ipsum apud arbitrum, an adhuc servus ejus esset Æschrio? Sunt hæc omnia, quæ attuli, verba μέσα, cui rei aoristus primus in illis hodieque usitatus argumento esse poterit. Vim autem, quam habent, activam constructio probat, quam et sexcenta alia ejusdem generis extra litem collocant verba. Sic Lysias Orat. XIX. p. 295. ἐξαιτούμεθα μὴ ἡμᾶς ἀντὶ μὲν ἐπιτιμίων ἀτίμους ποιήσετε, rogamus vos, ne nos, qui integra fama fuimus, ignominia notetis. Quæ quum ita sint, Clerico ultro nos libenterque damus, verba activa ac media quædam, ut ἐπιδεῖξαι et ἐπιδείξασθαι, λοιδορεῖν ac λοιδορεῖσθαι, λῦσαι et λύσασθαι, παρασκευάσαι et παρασκευάσασθαι, θέσθαι, ἔθεσθε ac ἐθήκατε, φυλάξαι et φυλάξασθαι, hisque similia, ad eandem interdum rem designandam converti. Verum suo jamjam loco (p. 235.) viro clarissimo satis fecimus.

§. IX. Verbum πεφόβηνται, quod cum quarto casu usurpavit Xenophon, nemo, nisi grammaticæ ignarus artis, mediis verbis annumerabit. Inde vero, quod passivum accusandi casum, κατ' ἔλλειψιν præpositionis διὰ, secum consociat, verba quoque media, eadem συντάξει occurrentia, ἔλλειψιν necessario continere, non nisi invita concluditur Minerva. Plura jam eam in rem (p. 95.) disputavimus. Dicant Græci, id quod Amstelod. sibi flagitat criticus,[2] παρασκευάσασθαι εἰς vel ἐπὶ μάχην, vel παρασκευάσασθαι μάχην, tum φράσεις hæ συνώνυμοι, vel parare se ad pugnam, vel parare pugnam, Latina donandæ erunt civitate. Utraque conversio a media natura verbi haud aliena erit. In φράσει autem nimis frequenter obvia si quis ubique ἔλλειψιν confinxerit, is quidem, si omnium, meum tamen, non feret punctum. Quod reliquum est, hoc simul, præeunte Kustero, puto effecisse: hæc activo-media cum illis, quæ Deponentia Latini vocant, haud incommode comparari verba. Ego vero præterea his adjicio dictis, duplicia hac ratione Græcorum fore deponentia. Alia etenim forma incedent passiva, ut δύναμαι, ἠδυνήθην, βούλομαι, ἐβουλήθην, οἴημαι, ᾠήθην; alia habebunt mediam, cujusmodi sunt exempla adducta; alia denique utramque habebunt. Priora cum Latinorum deponentibus omni ex parte convenient (p. 154.): ultima vero inter ἀνώμαλα, quæ grammatici commemorant, inveniuntur: ut ἱλάσκομαι, unde aor. I. pass. ἱλάσθην, et aor. I. med. ἱλασάμην, misericordiam exercui, derivatur. Rectius dicam: copiosa oratio flagitat tempora diversæ formæ: ut, δύναμαι in passivo ἐδυνήθην habet, et in Medio, ἐδυνάμην, et utrique formæ eadem subjecta potestas. Ejusmodi verba, hujus quidem rei ratione habita, et Deponentia sunt, et Activo-Media. Ad Activo-Media τιμωροῦμαι cum ἐμαυτὸν conjunctum haud dubie suo quodam jure pertinet. Hinc notissima illa Menandri fabula, ἑαυτὸν τιμωρούμενος, se ipsum puniens vel crucians, inscripta,[3] ex qua expressa est ea, quæ hodieque inter Terentianas eodem extat nomine. Consimili ratione Lucianus in Dial. p. 32. edit. Cl. Tib. Hemsterh. τιμωρεῖσθε ἑαυτοὺς, dixit, ubi addendæ notæ, p. 43.

§. X. Sed mitto reliqua. Jam cum ab aliis, quæ ad hoc argumentum pertinebant, rebus, tum maxime a profanis verborum activo-mediorum exemplis, ad Sacra, ordinis, quam mihi ipsemet scripsi, lege ita jubente, veniendum erit. Haud sane pauca in sacris Novi Fœderis tabulis invenies: horum vero quatuor, quum alicujus momenti sint, satis mihi erit in medium attulisse. Primum legitur Matth. XI. 12. ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Erasmus, Beza, Grotius, Hammondus, et alii magni nominis explanatores, τὸ βιάζεσθαι reddunt passive: vi occupatur, vel invaditur. Miror, eos, qua mentis erant perspicacitate, ad vitiosam tautologiam haud advertisse animum. Alio eandem loco enodavi.[4] Vis idcirco

[1] Simili utitur Hesiodus Ascræus poeta, in Asp. v. 447. ubi Pallas indicat, Marti non licere Herculem, Jovis quippe filium, interficere, nec interfecti spolia circumferre.

Οὐ γάρ τοι θέμις ἐστὶν ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι.

Neque enim tibi fas est inclyta arma detrahere Herculi occiso. Hic loci verbum ἀπολῦσαι separatim extat.

[2] Hieron. L. Amstel. CIↃIↃCCXI.

[3] Vid. Index vocum Menandri, apud veteres, et in Photii Lexico MS. sine nomine comœdiæ occurrentium, quem illis Fragmentis sub calcem adjecit Jo. Clericus, voc. τιμωρούμενος. Ex hoc, quod Oxon. extat, Lexico, Ven. Socer meus, C. F. Boernerus, quum ibi ageret, Menandri et Philemonis voces exscripserat: tum vero cum clarissimo communicavit editore. Vellem autem, ut causam valerem divinare, cur Clericus, qui in præfixa Philemonis imagine, ex Leon. Augustino petita, Φιλήμονος invenit, Φιλίμονος Λείψανα, η nempe in ι mutato, ubique collocaverit. Nam licet in Latina lingua η Græcum in e longum commutetur, istud tamen in ipsa quoque Græca fieri oportere, nusquam, fateor, legi observatum.

[4] In Diss. de Regulæ herm. περὶ τῆς ἰσοδυναμίας sive συνωνυμίας Usu et Abusu, Sect. ii. Can. i. p. 15. sq.

activa verbo βιάζεται multo erit convenientior, ut alia nimirum βία regno cœlesti, alia vero iis, qui tum temporis vivebant, hominibus, hic attribuatur. Regnum cœleste vi quasi adhibita perrumpit invaditque hominum animos, hique etiam invasores rapiunt istud. Sic Luc. XVI. 16. diserte, πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται, quo sensu εἰσβιάζεσθαι εἰς τοὺς οἴκους Plutarchus in Numa dixit. Vocula εἰς hic expresse additur, quam alibi omissam reperias. Themist. Or. I. de Human. p. 9. A. βιάζεται τὴν τοιαύτην τιμὴν, honorem illum per vim usurpat. Arrian. Diss. Epict. 3, 26. 363. Diod. 19, 714. Verbum hoc in iis numerandum, quæ et actionem et passionem significant. Antiquum Apollonii enarratorem hanc in rem cito testem, qui ad l. I. v. 1. hæc notavit: περιεκτικὰ ῥήματά ἐστιν, ὅσα δρᾶσιν καὶ πάθος ἐμφαίνουσιν, οἷον βιάζομαι, δωροῦμαι, σφραγίζομαι. Utra valeat, ex orationis cohærentia, judicii ope limati, unice dijudicandum. Vid. Corn. Adami Observat. philol. theol. p. 138. §. XXI. Nervos activæ non incidit virtuti M. C. Wolfburgius, dum in Observat. sacr. N. T. p. 49. hoc movet dubium: 'Si enim vi ultro irrumpit regnum cœlorum, quo modo violenti agonistæ illud rapiunt?' Cui hunc in modum sine negotio faciam satis: homines βιασταὶ viribus irrumpendi, quæ ipsis natura desunt, in æternum cariturí forent, nisi ex regni cœlestis et pollicitationibus prorsus eximiis, et mediis gratiæ efficacissimis, easdem omnes consequerentur. Licet igitur regnum divinum ultro irrumpat, homines tamen ultro irrumpere, nisi diviniore Spiritu adjuti, non valent. Quare regnum, cujus efficacia homini vires invadendi largitur, in oratione jure meritoque prius collocatur, quam hominum, qui viribus demum instructi regnum invadunt, injiciatur mentio. Passivæ si faveas potestati, quænam via tautologiam evitandi otiosam ineunda sit, equidem non perspicio. Regnum cœlorum invaditur. A quonam? a βιασταῖς. Sunt, qui idem rapiunt. Quinam? βιασταί. Nonne eadem res in uno eodemque iteraretur commate, diversa modo forma grammatica, altera passiva, activa altera? Antecedit ergo salutis medium, cujus vis in mentes hominum penetrandi tanta omnino est, ut in eandem ipsam quasi irrumpendi virtute hinc donentur abundantissima. Quo magis mirari convenit, ven. I. C. Wolfium, quo nemo alioquin acrius judicat, in Curis philol. p. 195. hoc ita commemorasse dubiolum, ut validissimi illud præsidii habeat loco, quo fiat, ut cum activa virtute actum conclamatumque sit. Addam non nulla, quæ mentem Servatoris Opt. Max. accuratius definient. Bina nimirum in iis expresse commemorantur: 1. causa, hoc est, Evangelium enuntiatum, 2. effectus, id est, acceptatio Evangelii. Prior propositio hæc est: Regnum dei, quod nuntiatur, vi perrumpit hominum animos. Sensum hunc fixum esse cupio: magnam habet convincendi virtutem et efficacitatem, qua homines tanquam coguntur incomparabilia regni Messiani N. T. munera recipere. Idem, re sapienter putata, Luc. c. XVI. 16. dicit: ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ εὐαγγελίζεται, id est, regnum Dei, quo nomine bona N. T. evangelica designantur, potenti cum virtute prædicatur. Hic sanctus historicus exprimit antecedens, hoc est, enuntiationem religionis Christianæ: S. autem Matthæus consequens, id est, vim, quam illa prædicatio animis quasi infert, salutarem. Ἔμφασιν verbi βιάζεσθαι illud ἀνάγκασον Luc. XIV. 23. apte concinneque illustrat. Verum et οἱ ἔξω auctores vim persuadendi et convincendi, quæ verbis fit et oratione, illi tribuunt voci. Joseph. A. J. 6, 14. 3. ἐβιάσατο καὶ συνέπεισεν, coëgit et persuasit, eleganter conjungit. Diogeni I. 88. βιασάμενος ille dicitur, qui ineluctabili verborum virtute victus et coactus est. Hoc etiam sensu Cicero, castissimæ Latinitatis arbiter, *cogere* dixit, in Bruto c. LXXXII. p. 669. T. II. ed. Verburg. Conf. Ælian. V. H. 13, 32. Nicetas in Alexio Comnen. 3, 3. 332. de ἀποδείξεσι βιαζομέναις, demonstrationibus convincentibus, loquitur. Altera propositio exprimit effectum regni prædicati salutarem: et violenti rapiunt illud. Equidem τῶν βιαστῶν nomine eos proprie intelligo homines, qui ætate domini in alios violentiam exercebant, ad seque rapiebant omnia, hoc est, publicanos. Hi nunc, vi ista ejurata, sancta fidei vi, bona J. C. ad se rapiebant. Equidem haud scio, an quidquam hac sit enodatione certius ac potentius.

§. XI. Alterum N. T. exemplum δέξασθαι nobis præbet, quod Act. iii. 21. invenitur, in his verbis: ὃν δεῖ οὐρανὸν μὲν δέξασθαι. Duo hic accusativi ambiguitatem pariunt, ut in illo oraculo: Aio, te, Æacida, Romanos vincere posse. Hic uti plane incertus es, utrum hæc valeat sententia, Tu potes vincere Romanos, an vero hæc, Romani possunt vincere te; ita hoc loco dubius ancepsque, primo quidem aspectu, eris, utrum sensus sit: ὁ Ἰησοῦς ἐδέξατο οὐρανὸν, an vero hic: ὁ οὐρανὸς ἐδέξατο Ἰησοῦν. Verum activa hujus medii verbi potestas, in simili φράσει apud τοὺς ἔξω auctores usitata, omnem tollit ἀμφιβολίαν ex vocum positione coortam. Ita enim Euripides, δέξασθαι δόμους, ædes occupare, Alcest. v. 817. ubi servus ad Herculem sic loquens inducitur: Οὐχ ἧλθες ἐν δέοντι δέξασθαι δόμους, non venisti opportune has ædes occupatum. Demosthenes, Ἀμφίπολιν δέξασθαι, Amphipolin occupare, non veritus est dicere. Optimus hinc emanabit sensus: Quem oportet cœlum occupare, tamquam regiam ipsi destinatam possessionem. Convenit hæc cum Paulina φράσει, 1 Cor. xv. 25. δεῖ γὰρ αὐτὸν βασιλεύειν. Adversantur igitur φράσει et constructioni Theod. Bezæ et Seb. Castellionis Latinæ conversiones: Quem oportet cœlo capi. Nam ita δέξασθαι ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ dicendum erat. Nec tamen verbum δέχεσθαι, in media quidem forma, passive crebrius accipi facile credo. Passivæ quidem formæ, Act. xv. 4. ἀπεδέχθησαν ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας, et Sirac. xxxv. 20. δεχθήσεται, passivam nemo derogabit significationem. Verum de eo jam non quæritur, utpote quod nemo in controversiam vocavit. Ut adeo ven. Wolfius, dum l. c. p. 1060. his quidem exemplis passivam notionem denegari haud posse contendit, andabatarum more pugnare videatur. An media vox δέξασθαι passive usquam capiatur, id quidem nonnullis visum est dubium. Equidem ipse nondum eam extra litem positam existimo. Locus etenim Pindari, Τίς γὰρ ἀρχὴ δέξατο ναυτιλίας, incertus est: certe ἀρχὴν legit Lonicerus, contra quem, exilia levisque ponderis sunt, quæ monuit Er. Schmidius ad Πυθ. Δ. p. 190. Add. illa ad Act. iii. 21. f. 796. Ceterum in re quidem ipsa nihil, si quid ego judico, peccavit Castellio,[1] Servatorem cœlo captum esse, in sua existimans conversione. Nam, ut tacitus prætercam, cap. i. 9. nubem subduxisse Jesum de oculis discipulorum, diserte commemorari: etiam, præter Syrum Interpretem, antiquitatis nota haud incelebrem, reverendus olim CPolitanæ ecclesiæ præsul, Jo. Chrysostomus, vir ob styli Attici cum Asiatica διαλέκτῳ permisti elegantiam prorsus admirabilis, in eadem hæresi fuit, dum rem active enuntiat: ὃν οὐρανὸς ἐδέξατο.[2] Eandem secutus est versionem Theophylactus, Achridiæ, primariæ Bulgarorum ecclesiæ, antistes.[3] Th. autem Beza, quoniam ex ea dicendi ratione localem Christi hominis in cœlo inclusionem, τῇ ὑποθέσει δουλεύων, elicere voluit, notari utique meretur. Contortula hæc est ac minutula, quam ex φράσει non nisi invita duces Minerva, conclusiuncula. Atque in hoc quidem momento litium vertitur cardo, quæ, seculo supra decimum sexto, Bezam inter, atque Nic. Selneccerum, agitatæ sunt, quæ vero, voce media dextre explicata, sine negotio dirimuntur. Sed hac de re alibi verbosius.

[1] Hinc eum defendi in Diss. critica de eo quod pulchrum est in Latina sacri codicis versione a Seb. Castellione adornata, quam Biblìis ejusdem sacris, Lipsiæ mea primum cura editis, præmisi, §. xx.
[2] Homil. ix. in Act. Apost. col. lxxxviii.
[3] Explic. p. 49.

§. XII. Tertium nobis documentum Rom. iv. 4. 5. offertur, ubi vox media ἐργάζεσθαι bis sensu legitur activo. Denotat enim hic idem, ac, Bona opera, spe merendi mercedem, exercere. Ejusmodi homini τῷ ἐργαζομένῳ, bona opera ea spe facienti, ut justitiam coram tremendo Dei tribunali mercedis loco ablaturus sit, ὁ μισθὸς οὐ λογίζεται κατὰ χάριν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ὀφείλημα. Namque ὁ μισθὸς mercedem designat debitam meritamque, qualis servis ac militibus stipendium merentibus pro merito datur. Quo sensu vocabulum ab Hesiodo, Demosthene, Xenophonte, Isocrate, aliisque adhibetur. Ut sacra, Matth. xx. 8. Luc. x. 7. Jac. v. 4. aliosque taceam locos. Fœdus autem gratiæ, cujus præconem se divinus exhibuit D. N. J. C. orator, πιστεύοντα, et τὸν μὴ ἐργαζόμενον, hoc est, sancta opera, omni meriti abjecta opinione, studiosissime colentem, postulat. Quartum medio activum, idemque sacrum, erit verbum, τὸ ἡγήσασθαι, quod de Servatore Phil. ii. 6. adhibetur: οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, Non rapinæ habuit loco divinam cum carne communicatam majestatem. Nimirum ex antiquitate Romana lucem hoc capit oraculum. Solebant duces Romanæ gentis triumphantes, utpote quorum cuique erat—*pulchrum digito monstrari, et dicier, Hic est,*—reges ac principes, purpura, summæ tum potestatis indice, spoliatos, traducere, eosque ut devictos et ab imperio dejectos, publicæ ignominiæ exponere, ostentuique habere. Id quod Matthæus i. 19. et Paulus ex usu antiquo,[1] παραδειγματίζειν, Col. ii. 15. et θριαμβεύειν appellat. Erat olim victoribus solemne Romanis, ut hostium ostentarent exuvias, easdem circumferrent, et, victoriam declaraturi, erigerent. Cui rei sunt indicio tropæa, quæ hostium spoliis ornata in antiquis numis hodieque videre licet. Achilles, heros invictissimus, Hectoris victi prostratique cadaver per muros Iliacos circumquaque, ostentationis causa, circumferebat. Livius auctor est, in triumpho C. Flaminii Cos. Gallica spolia ante civium oculos tanto numero translata, ut postea Bello Punico sex millia hominum iis fuerint armata.[2] At Servator noster, antequam sublimis abiit, licet ἐν μορφῇ Θεοῦ esset, tamen communicatam cum carne divinam gloriam, prædæ ab hostibus devictis reportatæ non habuit loco, neque, victorum more Romanorum, ostentavit, semperque usurpavit, sed ab usu ejus perpetuo, prout cœlestis quidem Patris sui voluntas, humilisque hujus vitæ conditio tulit, ultro libenterque sese abstinuit. Rem ipsam, quam eximius J. C. orator hic docuit, secretam in altera Theologiæ nostræ Moralis parte, quam nuper sacræ et eruditæ tradidimus civitati, p. 359. cum cura exposuimus. Plurima alia occurrent exempla ei, qui sacrum N. T. codicem nocturna diurnaque versabit manu.

§. XIII. Passivo-Media, quæ nos jam ad se vocant, verba, ut et activo-media, dudum agnovit Eustathius, Archiepiscopus Thessalonicensis, idemque Homeri enarrator sagacissimus, cujus hæc sunt verba: οἱ γὰρ Μέσοι ἐπαμφοτερίζουσιν ὡς ἐπιπολὺ τῇ ἑρμηνείᾳ: ideo Media vox dicitur, quia aliquando utriusque naturam et significationem induit, nunc activæ, nunc passivæ, Παρεκβολ. f. 1846. lin. 30. Sic Euripides Helen. v. 359. ὀρέξομαι, hoc est, ut Σχόλια habent, ἀντὶ, ὀρεχθήσομαι, μέσος ἀντὶ παθητικοῦ, auctore Jos. Barnes ad h. l. Nemo est, quin perspiciat, nos hic viri docti, quem honoris causa nominavimus, insistere vestigiis. Ejus est verborum Eustathii versio Latina. Ejus etiam est Futuri Medii in Passivum commutatio; qua quidem in re vetustum interpretem præeuntem habuit. Equidem malim vocem ἐπαμφοτερίζειν, utriusque verbi, et activi et passivi, participem esse, Latine vertere. Sententia doctissimi explanatoris hæc est: Media actionem cum passione mixtam exprimunt, hoc est, vim habent reciprocam. Euripidis certe vox Media, ὀρέξομαι, si quid equidem judicando valeo, potestatem retinet vere Mediam, ut sensus sit, Extendam me. (p. 19. s.) Atque hunc sensum exigit et ipsa res, de qua hic agitur, et reciproca etiam, quæ sequitur, dicendi ratio. Idcirco autem de re ipsa non erit dubitandum, verba nimirum passivo media reperiri. Neque Kusterus abnuit, in primis tempus formæ mediæ futurum passive usurpari, (p. 156.) ita Sophocles, ipso citante, δηλώσεται,[3] ἀντὶ τοῦ δηλωθήσεται, Aristophanes σταθμήσεται, pro σταθμηθήσεται, πείσομαι[4] pro πεισθήσομαι, Euripides λέξομαι pro λεχθήσομαι, μισήσομαι pro μισηθήσομαι,[5] φρουρήσομαι loco φρουρηθήσομαι, ἁλώσομαι pro ἁλωθήσομαι, στερήσῃ pro στερηθήσῃ. Dicat vero aliquis, Poetis eam significationem, quum propter metri necessitatem quidlibet audendi æquam sibi potestatem concedant, haud esse vitio dandam; contra vero solutæ orationis scriptores ab ea sese abstinuisse. Falso. Parisiorum annotavit ornamentum, hos etiam futuro medio, rarius licet, ad eundem plane modum usos. Apud Xenophontem καταλύσεται pro καταλυθήσεται, ἀποσφαγήσοιντο et ἁλώσοιντο pro ἀποσφαγηθήσοιντο et ἁλωθήσοιντο, πολιορκήσοιντο pro πολιορκηθήσοιντο, legere licet. Addit, aor. I. formæ med. usum in passiva significatione rarissimum videri: quum Demosthenes ἀπελυσάμην pro ἀπελύθην, et ἐχείρατο, loco κέκαρται, nescio quis apud Plutarchum usurpaverit. Verba dantur, quæ et activo-media et passivo-media simul sunt, quorum tria ex Apollonii §. VIII. excerpsimus interprete. His annumerat ἄγομαι ad excitatum Euripidis locum Jos. Barnes. Ita Strepsiades, Aristophane interprete, fatetur:

Ὑπὸ γὰρ τόκων, χρηστῶν τε δυσκολωτάτων
Ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι.

Nam ab usuris malis et usurariis quam difficillimis, agor, feror, et bona mea misere oppignero, in eleganti dramate, quod Νεφέλαι inscribitur, v. 239. s. p. 67. ed. Kust. quanquam passiva hic notio potior esse videatur. Ubi tamen verbum ἐνεχυράζεσθαι medio-activorum auget numerum. Qua eadem forma, meo quidem judicio, idem extat verbum Concion. v. 563.

Μὴ λοιδορεῖσθαι, μὴ ἐνεχυραζόμενον φέρειν.

Non conviciari, non oppignerantem bona auferre. Puto etenim, κατ' ἔλλειψιν quarti casus, τὰ χρήματα, ex antecedenti dramate supplendi hæc exponenda. Homerus Il. P. οἴνοιο κορεσσάμενος καὶ ἐδωδῆς, vino expletus, et dapibus; quanquam τὸ κορεσσάμενος etiam, qui se implevit, Latine verti possit, atque adeo, ex vi Medii verbi propria, sic verti debeat. Verum hæc hactenus, quæ ad usum verborum quorumdam mediorum passivum rariorem pertinere videbantur.

§. XIV. Neque hujus verborum mediorum generis in sacris novi pacti monimentis deesse exempla, crebrior me docuit eorumdem evolutio. Erunt quædam eximia, quæ, in medio positas sequens versiones, ex majori deligam numero. Act. iv. 21. ἐπὶ τῷ γεγονότι, de eo, quod factum erat. Act. viii. 20. τὴν δωρεὰν τοῦ Θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι, munus divinum censuisti pecuniis comparari. 1 Cor. vi. 11. ἀπελούσασθε, abluti estis. 1 Cor. x. 2. πάντες ἐβαπτίσαντο, omnes sacro lavacro abluti sunt. 1 Cor. xvi. 9. θύρα μοι ἀνέῳγε μεγάλη, janua mihi aperta est magna. 2 Cor. vi. 11. τὸ στόμα ἀνέῳγε, os apertum est. Ephes. vi. 14. περιζωσάμενοι, circumcincti, ἐνδυσάμενοι, induti, com. 15. ὑποδησάμενοι, calceati. Hebr. vii. 23. πλείονές εἰσι γεγονότες ἱερεῖς, plures

[1] Ita Senatus Romanus, auctore de Legat. Polybio, Rhodios voluit παραδειγματίσαι, hoc est, interprete Is. Casaubono, publicare ad exemplum.
[2] XXIII. 14.
[3] Potest etiam Media forma hic valere: declarabit sese, wird sich offenbaren.
[4] Nihil hic aptius et concinnius ipso Medio est verbo: persuaderi mihi patiar, seu, morem geram et obsequar. Vide p. 256. sic Xenoph. Κυρ. Ἀναβ. Α'. 29. πείσομαι, obtemperabo.
[5] Non est, cur hic ipsam vim vere Mediam abjiciamus. Sensus est: odiosum me reddam. Vid. p. 108. 243. Cetera lector eruditus ipse sub judicium vocet. Cl. Kusterus huc retulit τὸ ὀργίσεται. Vid. præf. nostra prior.

facti sunt sacerdotes. Argumento hæc erunt pauca, in verbis interdum mediis vim inesse passivam. Neque Kusterus infitias ivit, præterita perfecta verborum mediorum activam ac passivam non raro sibi vindicare potestatem. Sed de hac viri celeberrimi opinione plura restant dicenda.

§. XV. Vere, κατ' ἐξοχὴν, proprie eminenterque Media ea sunt verba, quæ præter terminationem mediam, vim reciprocam seu reflexivam per se ipsa, et suapte continent natura, adeoque actionem cum passione mixtam, prægnanti quasi sensu, sed nativo eo, et origine primo, designant. Nihil enimvero interest, quacumque demum ratione actio admisceatur passioni. Græci hæc verba media ἀντιπεπονθότα vel αὐτοπεπονθότα vocant, eaque de hominibus, qui vel a se ipsis, vel ab aliis, volentes aliquid patiuntur, adhibere solent. Egregius hanc in rem locus apud Philonem Judæum, libro de Caino, ubi oves, pelles, et alia actione carentia, sensu passivo dicit κείρεσθαι, οὐδὲν ἐνεργοῦν ἐξ αὐτοῦ, πάσχον δὲ μόνον ὑφ' ἑτέρου, at hominem, qui se suapte sponte tondendum præbet, atque hoc modo actionem aliquam admiscet passioni, sensu medio κείρεσθαι perhibet, ὡς ἀντιπεπονθὼς - ἐπιτήδειον παρέχων ἑαυτὸν, ἀνακιρνὰς τῷ πάσχειν τὸ ποιεῖν, p. 121. ed. Paris. Hujus scita secutus videtur Origenes, de verbo πείθεσθαι agens, quod sibi persuaderi pati significat, Lib. VI. contra Celsum, p. 315. Edit. Cantab. Spencer. Ostendit hic Presbyter Alexandrinus, vim et actionem verbi divini ac sacri oratoris, recipere ac pati debere hominem, qui audiat. Ἐπειδὴ τὸ πείθεσθαι ὡσπερεὶ τῶν καλουμένων ἀντιπεπονθότων ἐστὶν, ἀνάλογον τῷ κείρεσθαι ἄνθρωπον, ἐνεργοῦντα τὸ παρέχειν ἑαυτὸν τῷ κείροντι· διὰ τοῦτο οὐ μόνης δεῖται τῆς τοῦ πείθοντος ἐνεργείας, ἀλλὰ καὶ τῆς (ἵν' οὕτως ὀνομάσω) ὑποπτάσεως πρὸς τὸν πείθοντα, ἢ παραδοχῆς τῶν λεγομένων ὑπὸ τοῦ πείθοντος. Διὰ τοῦτο οὐ παρὰ τὸ μὴ δύνασθαι τὸν Θεὸν πείθειν λεκτέον τοὺς μὴ πειθομένους μὴ πείθεσθαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ ἐκείνους μὴ δέχεσθαι τοὺς πιστικοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ κ. τ. λ. "Quoniam verbum πείθεσθαι ex iis verbis, quæ ἀντιπεπονθότα vocantur, unum est, sicut κείρεσθαι dicitur de eo, qui se tondendum præbet: (p. 6. s.) ideo est opus non solum persuadentis opera, verum etiam eo, qui se persuadenti obsequentem præbeat, et, quæ ab ipso dicuntur, recipiat. Itaque non dicendum est, id persuadentis Dei vitio fieri, quin persuadeantur ii, qui persuadentur, sed in iis residere culpam, qui fide dignos Dei sermones haud recipiunt, nec persuaderi sibi patiuntur." Conferantur hic ea, quæ supra (p. 28.) de hoc verbo notavimus. Vide etiam Menagium ad Laert. Lib. vii. Sect. lxiv. Conveniunt hujus generis verba, ut eorum distinctius explicem naturam, cum Hebræorum conjugatione hithpael, virtutem quoque reciprocam exprimente. Hanc majoris, ut puto, momenti rem dignam judicavi, in cujus contemplatione separatim versarer. Cui quidem rei maxime mihi nova, quam præmisi, præfatio serviit. Orientales igitur populi quum singulari hanc vim exprimant forma: quare media verba, eadem potestate instructa, ex libellis expungenda videantur grammaticis, id quod Cl. Clericus pro virili contendit, causam equidem perspicio haud sane ullam. Indicant ea plerumque antecedentes formæ, activa nimirum atque passiva: quæ si usitatæ sint, tum vera mediæ formæ, usu etiam receptæ, significatio per se facile hinc intelligitur. Jam vero hæc nulla poterit esse alia, quam reciproca, hoc est, actionem inter et passionem media, sive ex utraque potius conjuncta. Poterit vero vis illa reflexiva vel expressa esse, vel occulta, quæ studiose diligenterque venanda. Ex quo perspicuum fit, Kusterum, qui Gr. in literis, dum vixit, adeo excelluit, ut anteferretur huic nemo, pauci pares putarentur, haud sine gravi causa, verborum mediorum a verbis activis et passivis differentiam in vi constituisse reflexiva. Nemo, præter antiquissimos Græciæ auctores, Atticos Atticistasque, hanc propriam verborum illorum curatius in usum convertit virtutem.

§. XVI. Clariora sunt pariter, ac multo plura, quæ Kusterus ex optimis probatissimisque τοῖς ἔξω collegit auctoribus, exempla, quam ut vis illa verborum mediorum reciproca convelli diluique possit. Aliud est sane διδάσκω, doceo, aliud διδάσκομαι, medium, quod vel se ipsum, vel alterum alicui docendum tradere (p. 118. s.) significat. Aristophanes utroque mediæ vocis utitur significatu. Ac prior quidem Nub. v. 127. occurrit, ubi Strepsiades inquit:

Διδάξομαι
Αὐτὸς βαδίζων εἰς τὸ φροντιστήριον.

Ipse me docendum præbebo, scholam philosophorum frequentans. Alter, v. 1341. ubi Strepsiades pater de filio: ἐδιδαξάμην σε, Te docendum curavi, vel alteri commisi. Ammonius: Ἐδίδαξε καὶ ἐδιδάξατο διαφέρει· Ἐδίδαξε μὲν γὰρ ὁ καθηγητής· Ἐδιδάξατο δὲ ὁ πατὴρ συστήσας. Ad hunc confer Cl. Valcken. Anim. p. 70. Subjicit, his dictis, hunc ipsum comici locum. Th. Magister: Ἐδίδαξα αὐτός· ἐδιδαξάμην δι' ἑτέρου. Ἀριστοφάνης ἐν Νεφέλαις. Ἐδιδαξάμην ἄν σ', ὦ μέλεε κ. τ. λ. Vid. Kusterus ad utrumque indicatum ejusdem dramatis versum.

§. XVII. Neque vero plane nova sunt, quæ de vero verborum mediorum usu tradidit academiæ Paris. adscriptus. Hieron. Wolfius jam olim in suis eruditis in Libanii argumentum Orationis I. Olynth. Demosthen. annotatt. hæc commentatus est: "Differunt tamen (non semper, sed aliquando) sic ab Activis Media, ut illa eum, qui ipse facit aliquid, hæc eum, qui faciendum curat, significent, ut: ἡ βουλὴ ἐποιήσατο τὰς τριήρεις, senatus curavit faciendas triremes, ὁ τέκτων ἐποίησε, faber fecit. Ὁ καταψευδομαρτυρήσας, qui falso testimonio oppressit. ὁ καταψευδομαρτυρησάμενος, qui falsos testes subornavit. Καταδικάσαι judicis, καταδικάσασθαι accusatoris est. Germani pro ποιήσασθαι, machen lassen, interdum simpliciter machen, καταχρηστικῶς dicunt: curatori id tribuentes, quod fit ab artifice." Vid. Demosthenis recogniti specimen, Basileæ ex officina Hervag. A. p. C. N. CIƆIƆLXIX. ab hoc doctissimo curatum homine, quod mihi hæc scribenti ad manus est, p. 326. Dum non semper, sed aliquando, hanc verbis mediis attribuit differentiam, in eo plane nobiscum facit. Nam nos etiam passivam interdum, sæpiusque activam, iisdem vindicavimus virtutem. Ubi vero reciprocam illam notionem, quam et Hithpaelicam dicere licebit, nativam verbis Mediis esse censemus, ita hanc utramque pro adscita, nec immerito, habemus. Ejusdem indolis hoc erat exemplum, quod hæc annotandi causam ei dederat, διενέμοντο videlicet, quod, ipso quidem interprete, idem, quod διεδίδουν, διεμέριζον, denotat. Formatio, scribit ille, media est, significatio hoc loco activa. Idem p. 327. seq. ad φράσιν, νόμον ἔθεντο, hæc observavit: 'θεῖναι νόμον, est, legem ferre, rogare, θέσθαι νόμον, jubere, sancire, comprobare; hoc populus fecit, illud legislator Eubulus: τῷ θέσθαι contrarium est τὸ λῦσαι καὶ καταψηφίσασθαι, abrogare, improbare, repudiare legem.' His Jo. Clericus, præter conjecturas ingeniosas, et ad speciem præclaras, opponit nihil. (p. 220.) Æschines in oratione contra Timarchum, præsente Atheniensium, et Senatus et populi, concione, habita, legum optimarum exponit causas, sive sint a populo approbatæ, sive a Solone magistratuque rogatæ. Primaria utriusque legum generis, quantum ad earum originem attinet, hæc est, ut improbitati occurratur. In hac Solonis populique leges amice consentire, collaudat orator. Itaque egregia pulcherrimaque orationis erit cohærentia: neque mirum, quod mox ἔθεσθε, mox ἐθήκατε νόμον, ad easdem personas loquens, usurpet. Hæ enim mixtæ erant, dum aliquæ jus ferendarum legum habebant, aliquæ contra illas ferendas curabant. De Demosthenis et Euripidis φράσει idem, si rem ipsam bene putes, erit judicandum. (p. 81. 131. s.)

§. XVIII. Ἄγεσθαι γυναῖκα, et ἄγειν γυναῖκα, hæ utræque φράσεις, quum a se invicem re ipsa differant, verissimum etiam, quod activum inter atque medium, in hac quidem locutione, intercedit, discrimen extra litem ponunt omnem. Illa enim, ducere uxorem in matrimonium, hæc vero, ducere, suam, vel alterius etiam, uxorem in

aliquem locum, veluti in urbem, hortum, significat. Sic Ællianus ἄγεσθαι γυναῖκα eo, quem indicavimus, sensu, ut vi. 4. xii. 1. xiii. 10. 33. adhibuit. Contra vero de picta Laidis imagine, quam Eubatas secum Cyrenam deportavit, verba faciens historicus, eum dixisse narrat, se ἄγειν Λαΐδα. En pulchram ambiguitatem! Lais volebat, ut Eubatas decernat, se ducere uxorem, ἄγεσθαι γυναῖκα: hic vero ἄγειν eam malebat. Cf. præter indicem, fragmenta Æliani a Joach. Kuhnio edita p. 782. voce ἄγεται. Alia dicendi ratio, quam ex Menandri fragmentis citavit Clericus, λαμβάνειν γυναῖκα, quoniam in hac activa et media forma ejusmodi haud invenitur ἀμφιβολία, huic nostræ irrito plane conatu opponitur. Sed causam hic agat Th. Magister, qui Clericum Gr. literarum cognitione vicit. Hic vero ἐν ταῖς ὀνομάτων Ἀττικῶν Ἐκλογαῖς, p. 1. hæc notat: Ἄγεται γυναῖκα, οὐκ ἄγει, ἤγουν λαμβάνει. Ubi L. Bos p. 1. observat: Docet hic Auctor, non recte dici ἄγειν γυναῖκα, sed dicendum ἄγεσθαι γυναῖκα, pro λαμβάνειν, sive λαμβάνειν εἰς γάμον. Agitur nimirum de illa munditie, quam puriores et Ἀττικώτεροι scriptores, si qui alii, in deliciis habere solent. Hi etiam dicunt γαμεῖν τινα, ut Apollod. III. 5. 6. p. 106. Luc. xiv. 20. addit γυναῖκα, nec non Lucian., Timon. I. 126. Clericus, vir clarissimus, itidem frustra se torquet, vim φράσεως, θέσθαι τὰ ὅπλα, mediæ nervos incisurus. Non erravit antiquus Thucydidis interpres, quod L. II. paulo post initium, ad θέμενοι τὰ ὅπλα notavit: ἀντὶ τοῦ, περιθέμενοι ἑαυτοῖς. Prævidit etiam sagacissima mente, ineptum videri posse, Thebanos urbem occupaturos non induisse arma: ἀνόητον γὰρ τὸ, μεταξὺ πολεμίαν ὄντας, μὴ περικεῖσθαι τὰ ὅπλα. Quod ut conciliet, pergit: τοῦτο δὲ εἶπεν, ὅτι ἐν τῇ ὁδῷ τυχὸν ἐβάσταζον αὐτὰ, ὡς δ' εἰς τοὺς πολεμίους ἦλθον, ἐνεδύσαντο.' Res circumstantes huic explanationi non invitæ patrocinantur. Thebani, circa primum somnum, Platæam cum armis intrabant. Simul ut venirent, aderant ipsi Platæenses nonnulli, Nauclides, et qui cum eo erant, de quo per exploratores haud dubie compertum habebant, portas omnes patefacientes. Itaque clam, nulla posita custodia, in densissima noctis caligine, per apertas portas in forum ingrediebantur. In quo, quum, ut res ipsa loquitur, nulla prius eos ursisset necessitas, *induunt*, quæ in via modo portaverant, *arma*, θέμενοι τὰ ὅπλα, et ne hoc quidem inimico concertandi consilio, verum amicam potius compositionem suasuri, quam se sine negotio impetraturos prospiciebant, cujus et participes reddebantur. Eandem φράσιν, τίθεσθαι τὰ ὅπλα, mox iterum conspicio. Si ἔθεντο ἀντὶ τοῦ ἀπέθεντο, prout ὁ Σχολιάστης p. 140. annotavit, collocatur, causa hinc nostra novum capit præsidium. Tunc enim designabit, a se abjicere arma. Cf. Rom. xiii. 12. Nihil autem in linguis usitatius est, quam ut simplicia compositorum adhibeantur loco. Verum separatam in hac φράσει dilucidanda jam posuimus operam. (p. 38.)

§. XIX. Sat multa, quæ usum verbi medii reciprocum probant, exempla in Kusteriana reperiuntur dissertatione, quibus plura ipsemet adjeci. Ea limatiori et mentis et aurium judicio ponderata mandasse memoriæ, Gr. literas amantem pœnitebit neminem. Augeri etiam ab eo poterunt, qui in legendis optimis probatæque notæ scriptoribus cum cura versabitur. Addimus verbum χαρίσασθαι, quod, sui copiam facere amanti, designat Aristoph. Equit. v. 514. ubi de arte comica, tanquam de femina, perquam venuste loquitur, quæ multos quidem habet amatores, sed paucis sui facit copiam. Sunt enim πειρᾶν et χαρίζεσθαι rei amatoriæ verba. Illud, feminam tentare, solicitare, deque concubitu compellare, hoc vero amatori copiam sui facere significat. Evolv. Priscianus, qui L. XVIII. col. 1198. hunc in medium attulit locum, itemque Pindari, vatis Græcorum lyrici, scholiastes ad Pyth. B. v. 78., nec non vetus ipsius comici laudati enarrator.

§. XX. Afferam nunc, missis ambagibus, illustriora Sacra, quæ in promtu mihi sunt, Ἀντιπεπονθότα Verba, quæ, voce a Kustero semel introducta, Reflexiva sive Reciproca non immerito dixeris. Matth. xxvii. 5. Judas, ὁ προδότης, seipsum suspendisse his dicitur verbis: καὶ ἀπελθὼν ἀπήγξατο, Et abiens se suspendit. Hoc enim sensu in profanis probatioris notæ auctoribus istam sæpissime inveniri vocem, doctissimi homines, quos cel. Wolfius ad h. l. commendavit, multis docuerunt exemplis: ut nihil de iis dicam, quæ Cl. Kusterus (p. 10.) recitavit. Ad eandem quoque φράσιν illustrandam multum attulerunt adjumenti eæ, quæ Jac. Perizonio cum Jac. Gronovio de hac voce intercessere, lites. Huic etiam interpretationi omnium commodissime adaptatur Lucæ narratio, Act. i. 18. 19. ubi πρηνὴς γενόμενος, præcipitatus dicitur ὁ προδότης. Sic etenim suspensio antecedens erat, et ex eminenti loco prolapsio seu præcipitatio, consequens. Omnem rem scite delineavit N. Tillemontius, dans ses Mémoires pour servir à l'Histoire Ecclésiastique, ed. Bruxell. CIↃIↃCCVI, ubi Tom. I. Part. I. p. 57. ita commentatur: 'Il alla se pendre et s'étrangler: et étant ensuite tombé sur le visage, il creva par milieu du corps; toutes ses entrailles furent répandues par terre.' Et in notis subjectis, not. xxix. p. 237. sq. addit: 'Quelques nouveaux Interprètes font diverses questions sur la mort de Judas, et semblent ne vouloir pas qu'il se soit pendu, comme porte le Texte Latin de S. Matthieu et de S. Luc, mais qu'il a été suffoqué par la violence de sa douleur, ou par quelque espèce d'esquinancie. Nous ne voyons point de difficulté à suivre simplement le Texte de l'Ecriture, étant aisé qu'apres s'être pendu, il soit tombé sur le ventre, et soit crevé.' Omnia hæc, ipso morti D. N. J. C. consecrato die, contigisse, ex Matthæi historia concludit idem elegantissimi vir ingenii. Ceterum de morte τοῦ προδότου, erudita Th. Ittigius collegit in H. E. prim. secul. selectis capit. C. vii. Sect. v. §. XXVII. p. 461. sqq. Matth. xxvii. 35. solum medium verbum διεμερίσαντο, inter se partiti sunt, notat: sacer autem historicus ἐμφάσεως χάριν adjecit pronomen reciprocum ἑαυτοῖς. Id quod verbis interdum mediis accidere, L. Kusterus sub fin. sect. 11. lectores suos commonefaciendos existimavit.

§. XXI. Matth. v. 42. Servator suos prohibet amicos aversari τὸν θέλοντα δανείσασθαι, volentem mutuum accipere. Ut enim activum δανεῖσαι mutuam dare pecuniam, ita δανείσασθαι medium, facere sibi mutuam pecuniam dari, vel, si mavis brevius magisque Latine, mutuam pecuniam accipere aut sumere, designat. Matth. xi. 17. καὶ οὐκ ἐκόψασθε, et non planxistis. Κόπτω in activo est tundere sive percutere alterum: at κόψασθαι in medio, se vel pectus suum in luctu tundere seu percutere; id quod Latini unica voce plangere exprimunt. Luc. viii. 52. πάντες ἐκόπτοντο αὐτὴν legitur, hoc est, omnes plangendo lugebant eam, κοπτόμενοι ἐπένθουν. Nam κόπτομαί τινα, cum quarto casu, sensu quodam prægnanti augentique, significat, κοπτόμενον πενθεῖν τινα, plangendo lugere aliquem. Luc. ii. 1. 2. ἀπογράφεσθαι et com. 5. ἀπογράψασθαι notat se vel nomen suum in tabulis censendum præbere. Ubi curare vel præbere vim medii activam, describendum vero seu censendum, passivam illius continet virtutem. vid. Kust. Sect. ii. n. 2. p. 117. Res ipsa, quam hic descripsit Lucas, ex breviario Romano dilucidanda. Commemorat nimirum ille ἀπογραφὴν, quæ ad πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, hoc est, ad omnes orbis Romani provincias, pertinuit. Loquitur historicus divinitus eruditus ex ipso Romanorum more. Hi etenim, rebus secundis ac victricibus armis elati, superba sibi arrogabant nomina; præsertim quum regnis, quæ nondum sub potestatem redegerant, formidolosi essent. M. T. Cicero, consul Romanus, de Jul. Cæsare L. IV. ep. vii. eandem in sententiam loquitur: 'Ejus potestas, quam veremur, terrarum Orbem complexa

[1] Idem σχέσιν ad Xenoph. Exp. Cyri. I. 56. applicat Cl. Hutchinson, ac vincit, φράσιν nominatam de eo dici, qui armis suis indutus consistat. Menon hic et Clearchus, licet nullo Praxenum odio prosequerentur, infestis tamen animis inter se jamjam concurrunt; ideoque neutiquam arma ei erant deponenda, qui se utriusque temeritati interposuerat.

est.' Act. xviii. 18. *κειράμενος τὴν κεφαλὴν*, postquam sibi tondendum curaverat caput. Ita *κειράσθω* et *κείρασθαι* eodem sensu occurrit, facere se tondendum, vel, tondendum se præbere.

§. XXII. Act. xxv. 11. *οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι*, Nemo, erga eos gratiosum se præbiturus, me illis tradere potest. *Χαρίσασθαι*, quod se gratiosum alicui exhibere, vel gratificari, *χάριν καταθέσθαι*, com. 9. designat, sensu hic prægnanti ponitur pro *χαρισάμενον τῷ δεῖνα, παραδιδόναι τινὰ εἰς ἀπώλειαν*, gratiosum sese cuidam præbendo aliquem supplicio tradere capitali. Cf. com. 16. ubi additio vocum *εἰς ἀπώλειαν*, verbum *παραδιδόναι*, quippe quod cum *εἰς* persæpe, ut Matth. x. 21. Luc. xxi. 12. Act. viii. 3. xxii. 4. 1 Cor. v. 5. 2 Cor. iv. 11. conjungitur, in media forma *χαρίζεσθαι* occulta quadam inesse virtute, dubitare sinit neminem. Jo. autem Millius, theologus Anglus, verba sibi dedit, quod voces, *εἰς ἀπώλειαν*, quæ tamen non nisi in paucis non extant Codd. MSS., interpretamenti esse loco insertas, induxerit in animum. Sic media etiam forma Rom. iii. 4. si quid judicando valeo, in hac obtinet formula: *καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε*, ut vincas, quum judicio contendis, seu disceptas, et judicandum te sponte offers. *Κρίνω* enim, judico, *κρίνομαι*, in passivo, judicor, invitus nempe, seu nolens volens: quam in sententiam criminis rei capitalis *κρίνεσθαι*, inviti, nolentes volentesque, judicari dicuntur: at *κρίνομαι*, in medio, judicio se suapte sponte offerre, tumque judicio disceptare, sive contendere significat. Hoc modo Thucydides, scriptor *Ἀττικώτατος*, *δίκῃ κρίνεσθαι*, judicio disceptare, L. I. c. xxxix. usurpavit. Idem Lib. vi. p. 429. *ἕτοιμος ἦν πρὶν ἐκπλεῖν κρίνεσθαι, εἴ τι τούτων εἰργασμένος ἦν*, paratus erat, antequam proficisceretur, judicium subire, si horum quidquam fecisset. Demosthenes adv. Midiam p. 412. Midiam hisce compellat verbis: *ἐν δὲ τῷ κρίνεσθαι παραχρῆμα ἐλεηθήσῃ*, dum vero judicem adis, et rogas, ut jus tibi dicat, misericordiam confestim consequeris. Huic eleganter opponitur *νικᾷν*, quod in judicio vincere, apud Æschinem, Theophrastum, Isæum, Polyænum, qui *ἐν δικαστηρίῳ*[1] addit, designare, ostendit Jac. Elsner, vir clarissimus, in Observat. Sacr. in N. T. libros, p. 19. Eandem rem *φράσει* Ciceroniana, judicium vincere, L. I. in Verr. c. liii. sive simpliciter vincere, L. IV. in Verr. c. xli. licet exprimere. Nullum mihi est dubium, quin credam, Alexandrinos Interpretes, quos, ut solet, secutus est Paulus, eam vocis *κρίνεσθαι* mediam ob oculos habuisse potestatem. Atque hoc tanto quidem magis mihi persuadeo, quo exploratius habeo, cum Hebræa locutione בשפטך, Psalm. li. 6. eam bellissime convenire, quæ eadem, qua Gr. dictio, convertenda erit ratione. Namque ut בדברך verba notat, quæ tu locutus es, ita illa vox non potest aliter, quam de eo, quod tu subis, judicio hic explicari.

§. XXIII. Rom. vii. 5. *τὰ παθήματα τῶν ἁμαρτιῶν ἐνηργεῖτο*, in membris efficacia sese præbebant nostris; quo etiam sensu Gal. v. 6. *πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη*, fides per caritatem sese actuosam efficacemque præbens, per internam, qua *καθ' ἑαυτὴν* Jac. ii. 17. animata est, vitam, admodum significanter appellatur. Pari modo Rom. viii. 14. ubi non nisi ii divina *υἱοθεσίᾳ* digni censentur, *ὅσοι πνεύματι Θεοῦ ἄγονται*, qui Spiritu Dei agi se patiuntur. Etenim homines etiam impii, non Dei, sed inferni genii amici, *ἄγονται*, in passivo, aguntur a Spiritu sanctiore, quippe qui Rom. ii. 4. eos serio efficaciterque *ἄγει*, agit, ducit, impellitque ad veram sinceramque *μετάνοιαν*: hi enimvero non *ἄγονται*, in medio, hoc est, agi se haud patiuntur, sed, qua sunt malitiosa animi obstinatione, salutari sanctissimi Spiritus operationi repugnant et adversantur. Eodem se modo res habet Gal. v. 18. *εἰ δὲ πνεύματι ἄγεσθε*, si vero Spiritu agi vos patimini. Sic et *ἀπαγόμενοι*, qui abripi se patiuntur, 1 Cor. xii. 2. Vox media *κομίσασθαι*, qua reportare aliquid, quod meum est, in meum usum, quod ab altero accepi, adeoque consequi, impetrare, obtinere vel consequi, denotatur, nec in sacris N. T. *ὑπομνήμασιν* adeo peregrina censenda, ut non sæpius in illis inveniatur. Vid. e. gr. 2 Cor. v. 10. Eph. vi. 8. Col. iii. 25. Hebr. x. 36. xi. 39. 1 Pet. i. 9. v. 4. 2 Pet. ii. 13. Sic Eph. iv. 32. *χαριζόμενοι ἑαυτοῖς*, gratiosos vos exhibentes vobismet ipsis. Pronomen reciprocum *ἑαυτοῖς*, necessitatis causa, ut Kusterus annotavit, additur, quoniam personæ, quibus gratia facienda, diserte nominandæ erant. Ibidem: *ὁ Θεὸς ἐν Χριστῷ ἐχαρίσατο ὑμῖν*, Deus in Christo gratiosum se vobis præbuit. Hebr. xii. 1. *ὄγκον ἀποθέμενοι πάντα*, onus a vobis deponentes omne. Com. 7. *ὡς υἱοῖς ὑμῖν προσφέρεται ὁ Θεός*, erga vos, tanquam filios, se gerit Deus. 1 Tim. iii. 1. *ἐπισκοπῆς ὀρέγεται*, episcopatum appetit, desiderat. Hanc *ὀρέγεσθαι* notionem ex metaphora ducit. *Ὀρέγω* enim, vox activa, extendo, porrigo, significat: at *ὀρέγομαι*, in medio, me porrigo, manus extendo ad aliquid captandum. Unde *ὀρέγεσθαί τινος* proprie manus ad aliquem protendere denotat; quo sensu Homerus Hectora manus ad filium suum porrexisse, Il. Z. *παιδὸς ὀρέξατο* dicit. Quoniam vero ad ea, quæ appetimus, manus extendere solemus, idcirco ipso appetendi sensu verbum adhibetur. 1 Pet. v. 5. *τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε*, humilitate vos, tanquam veste, convestite. Hesych. p. 1071. n. 13. et p. 1247. n. 8. Hoc verbum Petrinum *ἐγκομβώσασθαι* in glossa MS. Cod. Coislin. xxvi. redditur *ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε ἢ ἀναστήλασθε*. Hesychius λέξιν, *ἐγκομβώσασθαι*, exponit per *στολίσασθαι*, vestire se, veste ornare se. Hanc et per π et per β, literas easdem labiales, *κατ' ὀρθογραφίαν* sine vitio scribi, Suidas observat. In vernaculo dicimus: Kleidet euch an, schmücket euch.

§. XXIV. 2 Corinth. xi. 2. verbum *ἡρμοσάμην* a nullo interprete sic explicatum fuit, quem ad modum vis ejus Media, imo et res ipsa, flagitat. Vera hæc notio est: Ego vos mihi conciliavi, quo vos castam virginem uni offerrem viro, Christo. Hanc potestatem jam (p. 103.) extra omnem collocavi dubitationem. Verum et res ipsa hanc requirit enodationem. Quod eruditi explanatores vulgo sciscunt, S. Paulum hoc sibi velle, Ego vos desponsavi uni viro, id quidem ipsi sacrarum veritatum vinculo repugnat. Qui enim sanctus servatoris nostri orator socer ecclesiæ dici possit? Quid, quæso, est, ecclesiam Christo despondere, re quidem spectata, et abjecta figura? Nihil aliud, quam eandem Christo homini dare, ut tota ejus sit. Ex quo sequitur, ut is, qui Servatori dare potest ecclesiam ac despondere, eam ipse, jure creationis, in sua potestate habeat, necesse sit. Sacri autem libri nos erudiunt, hunc neminem, nisi Deum Patrem, esse, qui Filio suo *ὁμοουσίῳ* cœtum, ut omnium hominum, ita præcipue sanctorum, proprium ac suum dederit et tribuerit, jure quidem redemtionis singulari, secundum humanam, quam habet, naturam; idque fecisse cum ex æterno pacto, post hoc ipsum redemtionis opus absolutum; Matth. xxii. 2. s. Ps. ii. 8. Jo. xvii. 2. 6. Eph. i. 22. Phil. ii. 9. Proinde iis, qui S. Paulum ut socerum aut patrem Christo ecclesiam Corinthiacam despondisse putant, violatæ diem et virtutis verbi Medii reciprocæ dicimus et divinæ veritatis. Vid. Commentatio nostra theologica solemni occasione oblata, formis descripta, De Ecclesia Virgine ad 2 Cor. xi. 1, 2. Quo etiam loco huic 1. et 2. commatis interpunctioni adfuimus: *Ὄφελον ἠνείχεσθέ μου μικρόν τι τῆς ἀφροσύνης· (ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου·) ζηλῶ γὰρ ὑμᾶς Θεοῦ ζήλῳ· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς*, (*ὥστε* vel *τοῦ*, id est, *ὑπὲρ τοῦ*, Hebr. xi. 5.) *ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι, τῷ Χριστῷ.* Gal. i. 16. *οὐ προσανεθέμην σαρκὶ καὶ αἵματι*, non commisi me. Gal. ii. 6. *ἐμοὶ οὐδὲν προσανέθεντο*, mihi nihil commiserunt. Elegans hic usus est verbi Medii *προσανατίθεσθαι*, qui multos præterit. (p. 112. s.) Laudat Cl. Bos in Exercitt. Philol. in N. T. p. 172. Belgas, qui *τὸ προσανατίθεσθαι* verterunt, te raade gaan, observans, eleganter istud verbum Græcis notare, quod Lat. adhibere aliquem in consilium, exponere ali-

[1] Stratagem. p. 8. Edit. Maaswicii.

cui arcanum suum, et super eo ipsum consulere. Munit hanc rem loco illo, quem ex Luciano (p. 113.) in medium protulimus. At vero genuina notio est φράσεως, προσανατίθεσθαί τινι, alicui se committere. Hæc vero ab hac loquendi formula, aliquem in consilium adhibere, distincta est. Possum etenim amico meo, qui non magna valet sapientia et prudentia, me aliqua in re committere, quem idcirco in consilium non adhibeo. Non est hic silentio prætereundum, Cl. Hemsterhuisio istam Cl. Bos explicationem probatam esse videri, quoniam eam ad verba Lucianea in margine, ulla sine censura, adscripserat, T. ii. p. 642. Gal. vi. 7. μὴ πλανᾶσθε, ne decipite vos ipsimet, (p. 113.) 1 Pet. v. 6. ὁπλίζεσθε, armate vos, (p. 107.) Act. xiii. 46. στρεφόμεθα, convertimus nos. Sic, præter vernaculam nostram, Belgica habet versio: Ziet, wy keeren ons tot te Heidenen. Ἀποθέσθαι, a se deponere, Act. vii. 58. Col. iii. 8. Jac. i. 21. Huc et alia sanctiora N. T. exempla pertinent, ut: ἀνδρίζεσθε, viros vos præstate. (Xenoph. Ἀναβ. Δ΄. 296. ed. Oxon. ἀνδριζόμενοι, viros sese præstantes) 1 Cor. xvi. 13. ἐπεκτεινόμενος, extendens, Phil. iii. 14. μὴ μεθύσκεσθε, ne inebriate vos, Eph. v. 18. ὑπεραιρόμενος, efferens sese. Phil. iii. 14. φυλάσσεσθε, custodite vos, 2 Pet. iii. 17. φθείρονται, corrumpunt se. Jud. v. 10. μὴ συσχηματίζεσθε, ne configurate vos, Rom. xii. 2. 1 Pet. i. 14. μετασχηματίζονται, se transformant, simulant, 2 Cor. xi. 13. 15. Hanc φράσιν Josephus exprimit, μετασχηματίσας αὑτὸν, A. I. vii. 10. 5. καταρτίζεσθε, facite vos perfectos, 2 Cor. xiii. 11. μὴ πικραίνεσθε, ne exacerbate vos, ne acerbos vos præbete, Col. iii. 10. θερμαίνεσθε, χορτάζεσθε, calefacite vos, saturate vos, Jac. ii. 16. περιτέμνεσθαι, facere se circumcidi, Act. xv. 1. 24. 1 Cor. vii. 28. Gal. v. 2. 3.

§. XXV. Verba media, quæ §. XII. passive interpretatus sum, reciproce etiam haud incommode explicari, pleraque omnia ex iis, quæ supra disputavimus, præteribit neminem; ut: κτᾶσθαι, sibi acquirere, comparare; ἀπελούσασθε, abluendos vos præbuistis; ἐβαπτίσαντο, sacro sese lavacro abluendos præbuerunt, curarunt, et reliqua. Hic adde Act. xxii. 16. βάπτισαι, sacro te lavacro abluendum præbe; ἀπόλουσαι τὰς ἁμαρτίας σου, abluenda præbe peccata tua. 2 Pet. ii. 22. ὗς λουσαμένη, sus, quæ se abluit. Homines etiam sanctos istud, quod verbis, activo ποιεῖν, et medio ποιεῖσθαι, Kusterus attribuit, attendisse discrimen, invenio. Ut medium ποιεῖσθαι proprie ad ipsum facientem, qui sibi aliquid facit, refertur: ita φράσις composita, ποιεῖσθαι πρόνοιαν τῆς σαρκὸς, providere carnem suam, curam suæ habere carnis, Rom. xiii. 14. significat. Eadem plane loquendi ratio in fragmento quodam Diod. Siculi extat, quod ab interitu vindicatum, in aspectum lucemque protulit Cl. Boivinus:[1] τοῦ σώματος ἐποιούμην πρόνοιαν,[2] hoc est, ipso interprete, meo consului providus corpori. Gallice verba ita reddidit: J'ai eu la sage précaution de me préserver d'être blessé.[3] Hanc illustrationem nostram probavit Cl. vir, Pet. Wesseling.[4] Consultum erit, de hoc antiquo, unde hæc verba petii, monimento nonnulla commonere. Diod. Siculus, ut neminem præterit, XL. libros historiæ universalis composuerat. Ex his vero quum non nisi priores quinque, una cum altera decade tota, hodie supersint, XXV. interierunt. Inventa sunt hinc inde quædam fragmenta, in quibus hoc etiam portio aliqua sexti voluminis esse videtur. Olim quidem illud, eo quod Diodori nomine inscriptum nondum antea exierat, pro declamatione cujusdam Græcorum sophistæ habitum fuit. Neque unquam latina fuit civitate donatum, quin plane adhuc traditum oblivioni. Henr. Stephanus A. p. C. N. CIↃIↃLXVII. primus et unus illud evulgavit Græce, idque, Declamatio cujusdam Anonymi, inscripsit. Is. Vossius, quum A. CIↃIↃCXL. per Florentiam iter faceret, Bibliothecam Magni Etruriæ ducis ea visitavit occasione, ibidemque codicem reperit manu exaratum, qui hoc fragmentum Diod. Siculo vindicaverat. Is hoc descriptum, ignorans semel jam luci expositum, recudendum postea curabat, eidemque tribuebat historico, facta etiam Cleonnis et Aristomenis, utriusque in eo commemorati, in ipso titulo mentione. Illius pater, Ger. Vossius, ad Addenda Historicorum, quos edidit, Græcorum p. 592. editionis CIↃIↃCL. notulam[5] adjiciebat, omisso vero et Diodori libro, et explicatione nominum, quinam illi sint homines, Cleonnis atque Aristomenis. Tum vero CIↃIↃCCX. in hanc rem curiosius inquisivit Boivinus, ipsum fragmentum denuo Græce exhibuit, in Latinumque pariter et Gallicum transtulit sermonem, et critice historiceque explanavit. Credant οἱ φιλέλληνες, se ex hac perlecta Dissertatione multum utilitatis ablaturos.

§. XXVI. 1 Cor. x. 13. hanc legimus φράσιν, ποιεῖν ἔκβασιν, facere aliis exitum, vel, si mavis, facere, ut alii exeant. Deus enim Opt. Max. est ille, qui ποιήσει τὴν ἔκβασιν, faciet, ut vera, viva salvantique ipsi adducti fide, ex variis calamitatibus tandem exeant. Locutio ex alia sibi amica haud paulo evadet illustrior. Thucyd. Lib. ii. cap. iii. Herodian. Lib. iii. cap. ix. n. 17. aliique dicunt, ποιεῖσθαι ἀπόβασιν, facere exscensionem in terram. Loquuntur de iis, qui ipsi exscendunt. At ποιεῖν ἀπόβασιν foret, efficere, ut alii exscendant, sive, aliis exscendendi copiam facere. Eundem in modum ποιεῖσθαι ἔκβασιν idem esset, ac, facere sibi exitum. Dum autem, ποιήσει ἔκβασιν divus dixit Apostolus, sensus est, id quod ipsa etiam res docet: Deum suis credentibus facturum commodam lætissimamque ex tentatione elabendi copiam. Hæc sunt igitur verba vere media sacra, quæ suapte natura ἀντιπάθειαν, seu virtutem reciprocam ac reflexivam ex Græcorum exprimunt consuetudine.

§. XXVII. At sunt alii etiam modi, quibus eandem reciprocam sententiam eloquuntur Gr. lingua loquentes. Verba hinc activa, hinc passiva, hoc reflexivo sensu, nonnunquam adhibere non verentur. Unicum variandi studium, quo quidem in linguis nihil esse usitatius solet, veram illius dicendi formæ causam equidem interpono. (p. 16.) Tunc vero activis ac passivis verbis reciproca notio, quæ mediis propria et velut essentialis est, extrinsecus modo accedit, iisque adeo, ex usu non adeo frequenti, accessoria tantum et accidentalis existimanda. Activa, de quibus initio dicendum, vim adsumunt reciprocam ope pronominis reciproci, ejusque sive expressi, sive supplendi. Thucydides, i. 132. 85. καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν, se reum constituit, ἀντὶ τοῦ, καθίσταται. Aristoph. Pl. 781. ἐνδιδόναι ἑαυτόν τινι, tradere se alicui, alicujus potestati se permittere, pro, ἐνδίδοσθαι. Lucianus, Atticista, in Toxar. p. 42. ed. Amst. ἀπάγξει ἑαυτὴν, ἀντὶ τοῦ, ἀπάγξεται, dixit; quod an imitandum sit, Kusterus dubitat. Heliodorus Æthiop. Lib. ii. c. 26. pro στέλλεσθαι, ire, proficisci, στέλλειν ἑαυτὸν usurpavit; quod an satis Græce dictum sit, aut in medio relinquo, aut non plane improbandum duco. Καθίζομαι, in medio, sedere me facio, vel sedeo, notat; in activo autem, καθίζω, sedere facio, in sella colloco. Illud igitur sine ellipsi pronomen continet reciprocum ἑαυτὸν: huic vero quoties reflexiva notio accommodatur, dicta ἔλλειψις adaptanda. Hinc ad illud Thucydidis, lib. i. c. cxxvi. καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν, ὁ Σχολιάστης recte adscripsit: ἑαυτοὺς δηλονότι. Hoc modo κουφίζοντα in Euripidis Hel. v. 1571. p. 302. occurrit:

——τἄλλα μὲν δὴ ῥαδίως εἴσω νεὼς
Ἐθέμεσθα κουφίζοντα——

[1] Vid. Diss. sur un Fragment de Diodore Sicule par M. Boivin l'Ainé, dans les Mémoires de Littérature, tirez des Registres de l'Académie Royale des Inscriptions et Belles Lettres, Tom. III. p. 104. seq.
[2] P. 110. [3] P. 114.
[4] In egregia Diodori editione, p. 639. nota ad lin. 94. ubi et istud fragmentum reperitur.
[5] Illa nunc in ipsum textum inserta legitur L. ii. c. ii. p. 107. ed. Operum J. G. Vossii, junctim 6. tomis Amstelod. A. CIↃIↃCCI. editorum.

Ubi Æmilius Portus ad κουφίζοντα jubet ἑαυτὰ suppleri. Dum vero, Attice hac ratione dici, addit, haud scio, unde robur hujus petat opinionis. Hoc quidem certum, id quod Jos. Barnes subjicit, Græcos στεψάμενος, id est, ἑαυτὸν, et μεταστρέψας, hoc est, ἑαυτὸν, dicere; verum, dum prius illud pro στεφθεὶς, alterum vero loco μεταστρεφθεὶς collocari existimat, media reciproca cum passivis verba confundit incaute. Namque στεψάμενος, vox media, vim in se habet reciprocam sine pronominis ἑαυτὸν additione, vox item activa μεταστρέψας, non nisi pronomine vel expresso, vel supplendo, eandem nanciscitur potestatem. Contra vero στεφθεὶς et μεταστρεφθεὶς passiva sunt participia, vimque tamdiu etiam retinent passivam, quamdiu reciprocam virtutem res non exigunt circumstantes. Itaque illa verba per hæc non ea, qua decet, explicantur accuratione. Neque vero Latini, in primisque Poetæ, usum activi reflexivum abhorrent, Marone teste, qui canit Æneid. lib. xi. 707.

———pugnæque accinge pedestri.

scilicet, te ipsum, pro quo etiam accingere vates in ligata utuntur oratione. Quibus ex annotatis intelligi potest, medium verbum τιμωρεῖσθαι, §. VIII. a nobis relatum, vim unice activam habere. Namque reciprocum pronomen ἑαυτὸν cum illo consociatur; idque tanto magis, quod, secundum Menandri indicem, cum quovis accusandi casu constructum, idem, ac punire, significat. Itaque et τιμωρεῖσθαί τινα et ἑαυτὸν, punire aliquem, et se ipsum, non invita dicitur auctoritate. Dantur etiam activa reflexiva sacra, ut Joan. xi. 33. ἐτάραξεν ἑαυτὸν, pro ἐταράξατο, turbavit se ipsum. Sic Act. vii. 42. ἔστρεψε, scil. ἑαυτὸν, convertit se Deus. Græcam hanc esse constructionem κατὰ ἀντιπάθειαν, duce Casaubono, annotavit Er. Schmidius, qui et exemplis Homeri confirmat eandem. Act. xxiii. 12. ἀνεθεμάτισαν ἑαυτοὺς, devoverunt sese. Add. v. 14. 1 Cor. xvi. 15. ἔταξαν ἑαυτοὺς, pro ἐτάξαντο, constituerunt, devoverunt se ipsos. Gal. vi 3. ἑαυτὸν φρεναπατᾷ, semet ipsum decipit opinione. 1 Tim. iv. 7. γύμναζε σεαυτὸν, exerce te ipsum. 1 Jo. v. 21. φυλάξατε ἑαυτοὺς, cavete vobis, seu, ut vetus interpres, custodite vos. Ita verbum καθίζειν in sedendi significatu, Matth. xix. 28. xx. xxv. 31. xxvi. 36. Luc. xxiv. 49. Act. xiii. 14. xvi. 13. xxv. 6. Eph. i. 20. Apoc. iii. 21. Magna emphasi adversarius J. C. dicitur καθίσαι (ἑαυτὸν) ὡς Θεὸν, constituisse (se ipsum) ut Deum, in templo Dei, 2 Thess. ii. 4. Conf. Diss. nostra (p. 97.) indicata, p. 109. alibique, omisso reciproco, quod supplendum, pronomine ponitur. Contra vero medium καθίσεσθε Matth. xix. 28. καθίσησθε Luc xxii. 30. sine dicta reperitur ἐλλείψει. Simile de ceteris hujusmodi verbis judicium ferant, qui Gr. venantur veneres, nativumque Græcismi leporem persequuntur.

§. XXVIII. Passivis etiam interdum verbis reciproca adhæret significatio. In Romana istud lingua haud raro fieri, nisi qui animum ex ea hospitem retulit, præterit neminem. Id vero, dixerit aliquis, non mirum videtur? namque Latina lingua peculiari reciproca caret conjugatione. Quare hoc, quod magis huc quadrat, addo: Hebræi etiam, quorum Hithpael reciproce significat, interdum nihilominus Niphal, passivo verbo, sensu reflexivo utuntur. Cui rei vel duæ voces נשמר 2 Sam. xx. 10. qui se custodit, et Zach ix. 9. נושע qui seipsum salvavit, erunt argumento. Ejusdem rei dilucidandæ ergo has duas excitavit voculas Jo. Meyerus, in Acad. Hardervic. sacr. literarum professor celeberrimus.[1] Hinc Interpretes Alexandrini, ubi in originali sermone hitpael extat, per passivum eam convertunt formam, haud sane ignari, vim interdum reciprocam Græcorum inesse passivis. Exemplo sit 1 Reg. xxi. 20 ubi de Achabo narratur, quod התמכרך vendiderit se ipsum ad faciendum malum. Cf. com. 25 In priori loco πέπρασαι vendidisti te, in altero autem ἐπράθη, se vendidit ipsum, legitur. Eadem res de Israelitis 2 Reg. xvii. 17. commemoratur, ubi ἐπράθησαν eadem reciproca notione Græci utuntur antiqui fœderis enarratores. Vid. Lev. xxv. 48. et Deut. xxviii. 68. et confer τοὺς Ο'. Quod L. Kusterus, præterita perfecta et plusquam perfecta verborum mediorum naturam et indolem reliquorum formæ suæ temporum haud sequi, sed cum terminatione vim quoque mediam exuere, perhibet, in eo equidem ab ipso meam sejungo sententiam. Hæc medii verbi tempora eandem sibi notionem conservant atque tuentur. Ἄρω, apto. Ἄρομαι, apto me, congruo, ich schicke mich. Ἄρηρα, aptavi me, vel, congrui. Ita Homerus Od. Ε. et Il. Γ. ut alios in re haudquaquam dubia taceam auctores. Sic ὄλλω sive ὀλέω notat perdo, ὄλωλα perdidi me, vel perii, Luc. xv. 24. ἀπολωλὼς ἦν, perdiderat se, vel perierat. Ibid. com. 6. τὸ πρόβατον ἀπολωλὸς, das Schaf, das sich verloren hatte. p. 265. Add. Matth. x. 6. Hac ratione quum falsa sit Kusteri opinio, consectarium etiam, quod inde ducit, non ita firmum erit censendum, ac si ex Euclidis emanasset præceptis. Existimat ille, præterita perfecta passiva pro utroque illo medii verbi præterito, significatione media, hoc est, reciproca Græcos, et præcipue Atticos, adhibere. Ita vir doctissimus bonæ quidem causæ suscepit patrocinium, sed male interdum oravit eandem. Non nego, vocem passivam ἐστάλην pro, me contuli, veni, ivi, profectus sum, inveniri; neque abnuo, ἀντιπεποίημαι, ἀντιποιηθεὶς, μεταπεποίημαι, πεφόβημαι, πειραθεὶς, ἐπιδεδειγμένος, ἐκκεκομισμένος, προσεσηνεγμένος, aliaque verba passiva, in primisque aoristos atque præterita, reciproce nonnunquam accipi: hoc unum mihi posco dari, eam tunc reciprocam notionem passivæ formæ non sane essentialem, sed tantum accidentalem accessoriamque esse dicendam. Variatio hunc introduxit usum, et oratores, numeri, quem vocant, oratorii amantes studiosique, longiora sibi tempora reddiderunt familiaria.

§. XXIX. Sed oro viros Græce peritos, ut caveant etiam atque etiam, ne passivis verbis non sine delectu vim attribuant reciprocam. Nativa enim nullius non conjugationis significatio tamdiu mordicus est tenenda, dum ascitam res ipsa et ratio requirat. Ita huic quoque parebis legi, si a passiva verborum passivorum potestate non prius discedas, quam necessitate, hoc est, probabili veritate poscente. Illustre se mihi obtulit exemplum, quo id, quod mihi volo, concinne illustrare potero. Gottfr. Olearius, eximius quondam ac meritissimus hujus academiæ Theologus, voci passivæ ἐγήγερται 1 Cor. xv. 4. sqq. et passivam, et reciprocam, utramque nimirum in hoc loco conjunctam, subjicit notionem, ad calcem Observatt. in Matth. p. 745. Sensum hunc esse jubet: Suscitatus est Christus ab alio, Deo Patre nempe; idem vero etiam Suscitatus est a se ipso. Quam ut muniat opinionem, istud vult sancte teneri: reciprocum illum passivorum significatum a Græcæ linguæ genio non alienum esse: tum vero addit, eundem scriptoribus sacris frequentissimum esse, qui ex Hebræis fuerint, quorum Conjugationem Hithpael vix alia ratione, quam ista, commodius exprimere liceat. Nollem hæc in chartam conjecisse virum celeberrimum. Ut enim reciproca notio nonnullis verbis passivis interdum a Græcis tribuatur: illa tamen verba cum cura notanda erunt, quæ usum illum ac vim vere probant. In his vero τὸ ἐγήγερται non reperio. Quare vim illam fictam esse arbitror. Nec tam frequens est iste in sacris tabulis usus, ut frequentissimus dici queat. Quid? quod Hebraicum Hithpael per verbum Medium rectius exprimitur, (p. 164.); hoc autem non nescivisse viros divinos, exempla, quæ attulimus, testantur. At si hanc quoque verbi Medii vim nescivissent, crediderim ego, eos ἔγειρεν ἑαυτὸν libentius dicturos fuisse. Cf. p. 338. Sed qui ex Hebræo jam sermone separatam sciverunt conjugationem reciprocam, illi in Græcis etiam similem quæsivisse facile creduntur. His igitur præfultis, causæ nostræ serviam. Ἐγείρω est erigo. Ἐγείρομαι, in passivo, erigor ab alio. Ἐγείρομαι, Medium, erigo me ipsum. Quod si ergo Paulus id, quod Cl. Olearius vult, dicere voluisset, non dubito equidem, eum ἠγείρατο, erexit semet ipsum, fuisse dictu-

[1] In Libro Belgice scripto, cui titulum fecit, Doctrina de sacrosancta Trinitate ex V. et N. T. demonstrata p. 63. §. 139.

rum. Sic Matth. ix. 5. ἔγειραι, erige te. At enim vero in locis N. T. tantum non omnibus non sine insigni ἐμφάσει, Deo Patri, tanquam generis hominum creditori, excitatio Christi, ut vadis nostri, tribuitur. Eandem dicendi virtutem sanctissime servavit vir a Deo actus. Argumento nobis est v. 15. ubi S. Paulus, omnium Christi oratorum verbis: ἐμαρτυρήσαμεν, inquit, κατὰ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ἤγειρε τὸν Χριστὸν ὃν οὐκ ἤγειρεν κ. τ. λ. Deus igitur Pater erexit, vel, si mavis, excitavit Christum. Hæc est eximia illa veritas, quam testabatur Paulus, et in qua enuntianda omnes versabantur Apostoli. Quum ergo divinus scriptor passivam ipse vim declaraverit, atque addiderit, a quo Servator in vitam revocatus sit, nempe a Deo Patre: eruditi quidem haud est interpretis, alium quærere ἐγείροντα. Docui præterea in alio libro, in quo præcepta N. T. Hermeneutica tradidi, non esse in uno loco uni eidemque verbo binas notiones simul obtrudendas. Vinculum enim istius orationis, quæ est nexus determinatarum notionum, non nisi uni favere potest vocis cujusque significationi.

§. XXX. Græci veteris instrumenti interpretes, sicut jam docui, non tantum præteritis, sed aliis etiam sine delectu temporibus, vim tribuunt reciprocam: ut Gen. iii. 8. ἐκρύβησαν. Jos. x. 16. κατεκρύβησαν. 1 Sam. xxiv. 22. κρυπτόμενοι. Gen. xlv. 1. ἀνεγνωρίζετο. Num. vi. 3. et xix. 20. ἁγνισθήσεται. 1 Reg. xviii. 2. ὀφθῆναι, et com. 28. κατετέμνοντο. 2 Chron. xxi. 4. ἐκραταιώθη. Hos, ut solent, imitati sunt divini novi fœderis scriptores; e. g. Matth. v. 24. διαλλάγηθι, reconcilia te. Cf. 2 Cor. v. 20. Rom. vi. 17. παρεδόθητε, tradidistis vos. xii. 2. μὴ—μεταμορφοῦσθε, ne configurate vos, sed transformate vos. Add. 1 Pet. i. 14. 1 Cor. v. 9. 11. et 2 Thess. iii. 14. χωρισθῆναι, separare se. Eph. vi. 10. ἐνδυναμοῦσθε, confortate vos. 2 Thess. ii. 4. ταπεινώθητε, humiliate vos. Jac. iv. 10. Apoc. xiii. 4. οὐκ ἐμολύνθησαν, non contaminarunt se. Ita συνηγμένοι aliquoties de iis dicitur, qui ultro convenerunt, seu se ipsos congregarunt. Matth. xviii. 10. xxii. 41. xxvii. 17. Jo. xx. 19. Act. iv. 31. xx. 7. 8. Apoc. xix. 19. Eodem sensu occurrit vox ἐπισυνηγμένη, Marc. i. 33. et συνηθροισμένοι, Luc. xxiv. 33. Act. xii. 12. Add. alia passiva, Act. xix. 36. xxiv. 18. 2 Cor. xiii. 11. Col. iii. 19. Jac. ii. 16. 1 Pet. i. 14. Apoc. xxii. 11. Magnus ille vir veteres ea in re theologos ac philologos imitatus est. Tantum antecepta opinio, quam vetustas roboravit, etiam in illos potest, qui ratione præ multis valent aliis. Quæ autem vocabula extra vinculum orationis ambigua sunt, ea in ipsa ejusdem connexione certam acquirunt sententiam.[1] Hujus ejusdem verbi alia tempora reciproce leguntur, e. g. στραφεὶς, se convertens. Matth. vii. 6. xvi. 23. Luc. vii. 9. 44. ἐπιστραφεὶς, Matth. ix. 22. Jo. xxi. 20. στραφῆτε, convertatis vos, Matth. xxviii. 3. ut et ἐστράφη, convertit se, Jo. xx. 14. Huc ἐκρύβη, occultavit se, Jo. viii. 59. xii. 36. referendum. Collegit hæc, præter alia, exempla Phil. A. Limborch in Commentario ad Act. xiii. 46. et 48. ubi et observat, in Nova Versione Belgica, jussu et auctoritate Synodi Dordracenæ adornata, locos illos tantum non omnes reciproco explanatos sensu exhiberi. Nos autem plura, quæ recitavit ille, §. 23. (p. 326. s.) inter Media verba retulimus. Et quis, quæso, sponsorem se nobis præbebit, verba quædam ex iis, quæ ex versione V. T. Alexandrina recensuit, ut, κρυπτόμενοι, ἀνεγνωρίζετο, κατετέμνοντο, inter media non etiam verba numeranda esse? Heterodoxæ, quas sibi favere putat, dictiones, Mediæ sunt voces, ut λοῦνται, et τύπτονται.

§. XXXI. At enim vero non frustra celeberrimus Arminianæ familiæ doctor ista verborum, quæ passiva reciproca esse voluit, accumulavit exempla: verum eo istud consilio fecit, ut illa ipsa ad causæ suæ commodum trahat. Is enim l. c. p. 134, seq. Tria insignia N. T. oracula, reciproce enodata, cum Christi communicavit civitate. Primum habetur Act. xiii. 48. ubi ii, qui adhuc simulacra venerati erant, eo, quod adeo promte parateque ad Christi accessissent disciplinam, meritis ornantur laudibus. Historici diviniore Spiritu acti ita se habet enarratio: καὶ ἐπίστευσαν ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον. Sunt hic τεταγμένοι, ex ejus sententia, ordinati seu dispositi a seipsis, seu qui se ipsos disposuerunt. Favet huic expositioni φράσις composita cum præpositione εἰς, quæ et 1 Cor. xvi. 15. plena hoc occurrit modo: ἔταξαν ἑαυτοὺς εἰς διακονίαν, disposuerunt se ad ministerium. Eandem cum vocula εἰς constructionem Epictetus adhibuit, loco, quem p. 351. indicabimus: τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν. Itaque κατ' ἔλλειψιν Æschines, in Orat. contra Ctes. p. 275. B. dixit, ἐκλιπεῖν τὴν τάξιν, ἣν τέταχθε ὑπὸ τῶν νόμων. Ἣν pro, εἰς ἥν. Convenit cum hac φράσει Lucianea, τάξιν λιπὼν, acie relicta, ἣν ἐμαυτὸν ἔταξα, in qua me ipse locavi. Sunt, qui hic legi malunt εἰς ἥν, iii. 522. s. Quod si vero etiam lectionem vulgarem retineas: præpositio εἰς tamen erit subaudienda. Itaque si constructio spectetur, ea quidem isti enodationi favere videtur. Neque ἀντίθεσις inepta est, qua hæ, gentes antea, Judæis opponuntur ἀτάκτοις, 1 Thess. v. 14. qui se vita æterna ducebant indignos, com. 46. ut adeo ad gentes profanas sese convertere cogerentur verendi Servatoris legati; id quod A. p. C. N. xlv. accidisse, Dodwellus existimat.[2] Firmat eandem aliqua ex parte Kusterus, ejus si ratio valet, dum præterita passiva Græcis, in primisque Atticis, vim attribui reciprocam, contendit. Jo. Clericus, eum recensiturus commentarium, allatam interpretationem, quam pluribus excerperet verbis, cum maxime dignam judicavit.[3] Ac fateor sane, si de τάξει mediorum salutis, quam a Deo præscriptam non repudiaverint gentes, hanc vocem capias, nihil eam declarationem habere incommodi. Id quod P. I. Spenerus,[4] A. Calovius, aliique magni nominis theologi, jam pridem uno præ se tulerunt ore. Actus etenim pædagogici, ut Calovii utar verbis, in nostris viribus sunt.

§. XXXII. Licet igitur suo quemque sensu facillime patiar abundare: restant tamen difficultates, quæ hanc, meo quidem judicio, premunt interpretationem. Primum quidem Media verba, τάξασθαι (p. 42.) et ὑποτάξασθαι (p. 111.) αὐτοπαθῆ verba sunt: sed participium passivum τεταγμένοι usquam reciproce significare, hodieque dubito. Locos, quos et Limborchius, et alii, pro reflexiva militare notione sibi persuaserunt, passivam sibi flagitare virtutem, contendo. Hanc enim, præter ipsam vim vocis naturalem, vel diserte adjecta præpositio ὑπὸ, ut apud Epict. c. xxix. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμένος, nec non penes Xenoph. Expedit. Cyri, Lib. vii. p. 232. οἱ δ' αὐτοὶ ὑφ' ἑαυτῶν ταττόμενοι, illi autem a se ipsis ordinati, (conf. Rom. xiii. 1. ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσὶν, a Deo ordinatæ sunt) vel orationis, in qua illud invenitur, poscit connexio. Deinde, quando de homine compositam vitam agente, atque statu habituque ordinate vivendi, et aliquid, quod in commune expedit, perficiendi jamjam instructo, τεταγμένος usurpatur, ea quidem significatio ad præsens non quadrat oraculum. Non nego, Plutarchum et Antoninum, τὸν φιλόσοφον, hoc sæpius sensu vocem illam usurpasse. At enimvero in hoc quidem loco non nisi de actu se disponendi tantummodo sermo institui potuit, utpote quibus jam primum a Paulo ac Barnaba evangelium annuntiabatur. Itaque nullus alius antecessit actus, ex quo habitus consequi potuerit. Εὔθετοι Luc. ix. 62. sunt ii, qui jam in statu conversionis, justificationis, ac renovationis sunt constituti, quique, si hodie rebus mortalium eximerentur, ad beatas evcherentur sedes.

[1] Sic in Photio, Cod. 242. p. 1036. 42. verba hæc, ἱκανὰ εἶναι τὰ τοῦ διδασκάλου, Schottus per se non male reddit, Videri seu esse ea magistro digna. Verum nexus sermonis ambiguitatem tollit. Marinus quærit ex Isidoro, quid de commentario, quem in Philebum Platonis scripsisset, ipse statueret? Respondit, eo perlecto, ἱκανὰ εἶναι κ. τ. λ. Sensus igitur hic est: Sufficere jam a magistro Proclo conscripta. Hic etenim Proclus, præceptor Marini, commentarium in Platonis Philebum confecerat. Hac re Marinus audita flammis dedit, quæ commentatus erat. Vid. J. A. Fabricii Bibl. Gr. Vol. IX. p. 493.

[2] De Jure Laicorum, p. 202.

[3] Dans sa Bibliotheque Choisie, Tom. XXIII. Part. I. p. 24. sqq.

[4] Responsis Theol. Germ. P. i. p. 10. seqq. et 625. Bibl. illustr. ad h. l. p. 885.

Ἄτακτοι homines sunt impii, qui in statu eo, quo non sunt conversi, non justificati, nec renovati versantur. Quod si ergo οἱ τεταγμένοι his essent opponendi, homines pii jam et sancti, hoc est, jamjam conversi, justificati, ac renovati, eo nomine designarentur. Venia sit verbis, in eruditam et sacram civitatem dudum adscriptis. Sed istam vim totius historiæ sanctioris vinculum abhorret. Quæ quum ita se habeant, quæstio præterea illa, a quonam gentes fuerint dispositæ, solvenda erit, idque magno conatu agendum, ut ne absolutæ cuidam electioni, vel, si mavis, prædestinationi, quam Deo attribuere non erubescunt nonnulli, ea dispositio adscribatur incaute. Aut igitur ii homines a Deo ordinati sunt, aut a se ipsis, id est, se ipsi ordinarunt ad vitam æternam. Prior sententia sanctissimis convenit literis. Nam sensus est: Sunt a Deo ad fidem adducti salutarem, quo salventur. Hac autem via miram vitiosissimamque hinc efficeres ταυτολογίαν· ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον, qui erant dispositi ad vitam æternam, hoc est, si rem ipsam ponderes, qui credebant ad salutem, ἐπίστευσαν, credebant. Subjectum ac prædicatum erit idem, voces autem discrepantes. Absunt vero a Codice, quem ut divinum suspicimus ac reveremur, tautologiæ, quæ in vitio ponendæ sunt. Quam ob causam ista enodatio in hoc quidem oraculo minime valere poterit. Nonne etiam ἔλλειψις, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, recipienda erit? At recipe eam, me perlubente: novum tibi nodum solvendum dabo: cur Deus hos præcise, non alios, ordinavit? Verum non adest huic explanationi Cl. Arminii discipulus, sed alteri vult, ut isti auditores ipsi se disposuerint et ordinaverint ad vitam æternam. Quæ quidem dicendi ratio, accuratius enodata, nihil potest aliud significare, quam, ipsi, suis viribus adjuti, ordinem ingressi sunt, quem vita æterna requirit. Ipsi se, ut sic dicam, ad credendum disposuerunt. Verum hanc sententiam universa Christianæ disciplinæ ratio haud patitur, sed, qui ei favet, in castra Pelagii et Cœlestii transeunt, qui duo ex Britannia et Hibernia Monachi, A. p. C. N. CCCCXI. aut CCCCXII., hominem divino auxilio ad salutarem sui emendationem indigere, negarunt, hacque ipsa cœlestis veritatis violatione rationes sacræ conturbarunt civitatis. Postea locutiones istæ, ordo salutis, ordinem salutis ingredi, ordini salutis sese subjicere, in Ecclesia quidem sunt receptæ, sed in S. Scriptura minus usitatæ. Sed obversatæ sunt iis ante oculos, qui illas in librum divinum intulerunt. Postremo ponam equidem, sed minime concedam, verba sic vertenda esse: Quotquot ordini sese subjecerunt ad vitam æternam: nec tamen huic versioni locus esse poterit. Namque cum Græca verba obtorto quasi collo ad ipsum essent sensum trahenda: tum vero etiam distributio quædam præsentium auditorum erroris opinione fingeretur, ac si alii fuerint obsequentes, alii minus. Ubi vero hæc reperitur divisio? Scriptor divinus loquitur primo indefinite, τὰ ἔθνη ἀκούοντα, id est, omnes, quotquot præsentes audiebant, erant gentes. Hisque omnibus binos attribuit effectus fidei, ἔχαιρον καὶ ἐδόξαζον κ. τ. λ. Ex quo sequitur, ut etiam ipsa fides, tanquam causa, conveniat in omnes: καὶ ἐπίστευσαν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι κ. τ. λ. Quod si hæc verba sic reddas Latine: Et crediderunt, quotquot ordini sese divino subjecerunt, auditores sanctorum hominum in binas classes dividere debebis: in eos nempe, qui se subjecerunt, atque in eos, qui se haud subjicere voluerunt. Tot adsunt difficultates, in quibus quatuor eminentiores numeravi, plures vero alias occulte significavi, cum apud nos usitatas, tum Limborchianæ in primis, obstantes interpretationi. Expositio autem, quam nimiæ premunt difficultates, locum habere minime potest. Vid. Hermeneutica mea N. F. p. 194.

§. XXXIII. Itaque causas indicavimus, quæ nos impulerunt, ut de nova cogitaremus explanatione. Ex orationis perspicuum est vinculo, Judæos pariter atque gentes, easdemque προσηλύτους, in synagoga sabbati convenisse die. Lucas narrat, has in primis tanta confluxisse copia, ut Judæi, ira perciti, Pauli dictis contradixerint, com. 43, 44, 45. Tum in ipsa synagoga, incredibili cum παῤῥησίᾳ Paulus ac Barnabas alloquebantur primum Judæos, eorumdemque verbis gravissimis increpabant ἀπιστίαν, hoc adjecto magni momenti epiphonemate: ἰδοὺ, στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη, convertimus nos ad gentes. Erant nimirum in separato in synagogis loco. Illuc igitur viri sancti convertebant facies, ad has eorum se convertebat oratio;[1] ita, ut non amplius obstinatos compellarent Judæos, sed gentes προσηλύτους, converso ad ipsas vultu, com. 47. Hæc itaque τὰ ἔθνη, ἀκούοντα verba com. 47. ad se speciatim dicta, gaudebant ac celebrabant verbum divinum, com. 48. Ex quo intelligitur, voce ὅσοι totam multitudinem gentium, quæ convenerant, (§. 31.) et participio τεταγμένοι, earum ordinatam in synagogis dispositionem significari: crediderunt, id quod non sine idea admirationis accessoria commemorat ὁ πραξαποστόλεως scriptor, omnes, quotquot ordine, suis quique locis, erant dispositi in Synagoga. Hac igitur probata declaratione, interpunctionis etiam mutatio vulgaris et contrita, ut sæpe in Gr. N. T. textu usitata, ita hic necessaria esse videtur. Rem annoto, quam non nisi pauci nesciunt. Hujus mutationis necessitatem hic loci perspexi, antequam Nort. Knatchbullum, nobilem Anglum,[2] eandem probâsse cognovi. Connectenda igitur φράσις, ἐπίστευσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον, crediderunt, ut vitam consequerentur æternam. Εἰς, ut in sacris N. in primis F. tabulis frequentissime, designat finem, atque hic speciatim fidei τέλος, σωτηρίαν, 1 Pet. i. 9. coll. Jo. xx. 31. non sine nervo declarat. Evolve hanc in rem Rom. i. 5. 17. εἰς πίστιν, ad fidem, eo fine, ut credatur. vi. 16. 19. Verum hæc quoquo modo se habeant, ipsum Lucam testor: sit ipse, me quidem silente, verborum suorum interpres. Act. xi. 17, 18. in simili versatur causa, gentium quoque describit conversionem: Deus, inquit, gentibus dedit τὴν μετάνοιαν εἰς ζωὴν, pœnitentiam ad vitam, ut vitam consequi æternam queant. Nonne hic μετάνοια, in latiori quippe ambitu sumta, idem denotat, atque πίστις εἰς ζωήν? Quid? quod eos, quos μετανοίᾳ divinitus donatos com. 18. dicit, πιστεύσαντας ipse vocavit, com. 17. Nollem igitur, celeberrimum virum, Jo. Christ. Wolfium, in Curis Philol. p. 1205. tam acre judicium sibi sumsisse. Veretur ille, ut ista explicatio multis se probatura sit. At vero, si non multis probatur, paucis tamen iis placebit, qui rem sapientius ponderabunt. Putat idem, verbum πιστεύω insolentius referri ad voces, εἰς ζωὴν αἰώνιον. Is autem nec sensum φράσεως genuinum, nec usum scivit sanctiorem. Ad illum quod attinet, eum jam declaravimus. Integram autem φράσιν, simili sensu, 1 Timoth. i. 16. invenimus: πιστεύειν εἰς ζωὴν αἰώνιον, id est, credere ad vitam æternam, seu, ut vita potiantur æterna. Cetera mitto, quia non mecum, sed cum aliis, qui simili opinioni favere visi sunt, anceps ingenii certamen vir adiit eximius. Accedit alia ratio, cur reciproco sensui in participio τεταγμένοι adesse nobis haud liceat. Ponam, illud hoc quidem sensu re ipsa usurpari: at hæc tamen secundaria quædam et accessoria ejus foret significatio, cui primaria et propria, passiva nempe, suo utique jure anteferenda. Nos vero, hac servata, vim nostræ declarationi addimus majorem. Neque potestati verbi τάττω vel τάσσω nativæ et usitatæ vim nos inferimus ullam, sed parendum ei et obsequendum ducimus. Istud etenim, ut in Xenophonte, aliisque bonis auctoribus, de re præcipue militari, sive militibus in acie instructa ordinatis dispositisque occurrit, ita hoc loco ad eos, qui in Synagogis suum tenebant locum atque ordinem, commodissime transfertur. Ita Plato, in Apolog. p. 363. F. G. Gryllus τεταγμένος κατὰ τοὺς ἱππέας, collocatus ad equites. Hic erat locus militiæ et ordinis, quem Gryllus, ut miles,

[1] Vide, si operæ ducas pretium, quæ alio loco hac eadem de re in medium attuli, in Examine Regularum Hermeneuticarum ab Aug. Calmeto Christi civitati commendatarum, §. xxv. p. 86. sqq.
[2] Animadvv. in libros N. T. ad locum, p. m. 66.

tueri debebat. Zosimus I. 15. princ. οἱ τὴν Ἀκυληΐαν τεταγμένοι φυλάττειν, milites collocati, qui Aquileiam custodiant, hoc est, hujus urbis præsidio impositi. Sum igitur, fateor, hac in hæresi, ut participium τεταγμένοι passive, remotaque reciproca notione explanandum censeam; aliter tamen hic sentienti, ne modestiam violare videar, diem dicturus nemini.

§. XXXIV. Alterum N. F. participium, quod passivam præ se fert formam, et a Limborchio inter ἀντιπεπονθότα numeratur, est πεπραμένος, Rom. vii. 14. Describit, ejus quidem sententia, (p. 134.) cœlestis doctrinæ præco sub sua persona statum hominis irregeniti, docetque, quod sit πεπραμένος ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, venditus sub peccatum; quod, sicut ipse vult, de alia venditione, quam qua se ipsum vendiderat, intelligi nequit. Addit, præsidii loco, eandem τῶν Oʹ locutionem, §. XXVII. a nobis allatam, quam huic Paulinæ ἰσοδυναμοῦσαν arbitratur. At enimvero dicam, quid sentiam, libere, ἄνευ προοιμίου καὶ παθῶν. Nihil eo, quod fundamenti loco substravit, infirmius et a veritate remotius excogitari potest. Comparat homo divinus antecedentem suum ac præsentem animi sui statum indolemque. Docet, se, Pharisæum adhuc, insitam hominibus labem ne pro peccato quidem habuisse, tantoque certius libentiusque ex lege speravisse salutem. Nunc autem regenitus, planeque factus est alius. At licet mentem renatam et salutariter emendatam in corpore gestaret, nullam tamen ex lege sibi amplius promittebat justitiam coram Dei tribunali valentem, eo quod sibi, jam etiam renato, caro, vel si mavis, labes originalis, gravissimum sanctitatis impedimentum objiciat. Agnoscit hujus originem et ἀνομίαν, ejusdemque inhærentis inevitabilem necessitatem, per primorum lapsum hominum introductam. Ab his igitur se nominat πεπραμένον ὑπὸ τὴν ἁμαρτίαν, venumdatum sub peccatum originale. Hujus se vocat quasi mancipium, quantum quidem ad inhabitationem, a qua nec regeniti, dum in vivis superstites sunt, liberantur. Neque enim hi prohibere valent, quo minus pravæ cogitationes atque cupiditates ex animo, labe originali corrupto depravatoque, oriantur enascanturque. Sed inviti sunt sub labis innatæ insitæque potestate, mallentque, si penes ipsos staret, liberi esse, quam diutius servire. Itaque venditio Pauli renati est mere passiva, quam primi homines in nos omnes derivarunt. Contra vero ea venditio irregenitorum est activa et passiva simul; ideoque illi, locis citatis, quibus et 1 Macc. i. 15. addi poterit, in hithpael, semet ipsos vendidisse, ac sponte sua peccatis mancipasse perhibentur. Aliud est vendi ab alio invitum; aliud, vendere se non invitum, sed perlubentem. Illud dicitur de homine renato; hoc de eo, qui gratia Spiritus S. caret inhabitante. Distinctiones vocum in interpretandis libris cum cura sunt observandæ. Nemo sacros, et alios libros erudite declarare valet, qui distincta, quæ in unica interdum periodo inveniuntur, vocabula non intelligit.[1] Sensus φράσεως convenit cum ea, quæ præcedit, σαρκικὸς, peccati originalis labe infectus, atque adeo quasi πεπραμένος, sub eam ita venditus, ut ejus inhabitationem, ad mala omni temporis puncto incitantem, nequeam evitare, sed illam intra pectus circumgestare, invitissimus licet recusansque, cogar. Ut adeo hæc altera vox a priori non alia re, nisi majori differat δεινότητι, quam metaphora mirum in modum auget, a mancipiis ducta, quorum venditio etiam olim orientalibus, et aliis populis usitata fuit.

§. XXXV. Jam denique, an Tertium, idemque ultimum, passivæ vocis participium, κατηρτισμένα, Rom. ix. 22. cui reciprocam virtutem tribuit Limborchius, p. 135. ejusmodi admittat explanationem, circumspiciendum erit. Is quidem hanc probat versionem: Aptata a se ipsis ad interitum, vel, quæ perniciem sibi conciliarunt ipsa. P. Molinæum collaudat ejusdem sententiæ patronum.[2] Alios, qui ei favent, de industria mitto. Hi autem omnes vitio mihi haud dabunt, quod cum ipsis me nequeam conjungere. Rationem dissensionis meæ redditurus, commata 19. atque sequentia, id quod necessitas postulat, declarabo. Objicit, interprete Paulo, Judæus, com. 19. Quid igitur incusat nos Deus? voluntati ejus absolutæ quis nostrum poterit resistere? Ita in Dei voluntatem rejectionis suæ culpam, quam in malitiam suam, mavult transferre Judæus.[3] Jam S. Pauli sequitur responsio, com. 20. At enimvero, o homo Judæe, quisnam tu es, qui ita ex adverso responsas Deo? Deus juste se fecisse contendit, quod populum Judaicum, ἐν ἀπιστίᾳ perseverantem, rejecerit, 14. Judæus autem injustitiæ cujusdam postulat eundem, quod absolutæ suæ paruerit voluntati. Verum absurdissima res est, in salutis negotio absolutam ejusmodi Deo tribuere voluntatem. Pergit idcirco Apostolus hunc in modum Dei orare causam: Nonne hac ratione figmentum dicet figulo suo, tu nimirum, homo Judæe, Deo: Cur me fecisti ita? warum hast du mich also, solchergestalt, gemacht? Si me repudiare voluisses, id quod dudum antea prospexisti ac decrevisti, satius omnino fuisset, si me non creasses. Hoc etenim in tua unius situm erat potestate. Illustrat Judæus mentem suam uberius, com. 21. 'Nonne potestatem habet figulus, ex una eademque luti massa aliud quidem vas faciendi ad decus, aliud vero ad dedecus?' Ἀπόδοσις, quam hac προτάσει intendit ille, ita se habet: 'Consimili ratione in unius Dei situm erat potestate, ex eodem populo nostro quosdam absolute æternæ destinare beatitati, alios vero vinculis mancipare nunquam relaxandis.' Interrogatione circumvestita est oratio, ac si dicatur: res ita clara testataque videtur, ut nemo eam vocari in dubium audere queat. Hac inepta Judæi sententia Paulus recitata, simpliciter ac sine ulla tergiversatione negat, Deum in salutis negotio secundum absolutam suam nobiscum agere potentiam, com. 22.[4] 'At enimvero, si Deus adeo libenter declararet iram, ac potentiam suam manifestam redderet absolutam, coll. com. 17. 21. toleraretne tam incredibili cum longanimitate σκεύη ὀργῆς, vasa iræ, i. e. ira, vel potius pœna dignos homines, κατηρτισμένα εἰς ἀπώλειαν, si absolute ab eo parata essent ad interitum?'

§. XXXVI. Hæc interrogans, eademque aiens propositio idem valet, atque hæc, fortius negans: ho-

[1] Habeo in promtu elegantem locum Photii, quem olim libenter legi. Cod. 242. p. 1028. 56. Ἀλλὰ τάχα ἄν τις ὑπολάβοι, τὸ λεγόμενον ᾄδειν μακαρίας. Verto: Sed statim aliquis suspicionem capiat, id quod dicitur, fabulam narrare de beatis, nempe insulis. Vox λέγειν de oratore dicitur, et ᾄδειν de poetis, qui fabulas canunt. Ad μακαρίας supple νήσους, ex Diog. Laert. vi. 39. 334. s. Damascius hic beatam Isidori, philosophi Platonici, mortem ex scitis philosophiæ describit Platonicæ. Hæc triplex recipiebat genus animorum apud inferos, triaque spatia subterranei eorum regni. Prima familia eorum est, qui vitiis licet infecti, sanabiles tamen sunt, et in certo loco purgantur; altera eorum, qui jam purgati sunt, atque ex carcere emissi, campos incolunt Elysios: tertia eorum, qui in tartaro æternas scelerum, simulacris suis juncti, pœnas luunt. Philosophi Platonici amicis suis mediam adsignabant classem. Hanc fabulam recenset Photius: tum vero aut suum, aut alius, quisquis ille fuerit, Christiani addit judicium. Quare aut nihil plane muto, aut pro μακαρίας legi μακαρίους poterit. Namque philosophi, qui animos habebant purgatos, et loca illa, omnibus deliciis referta, incolebant, μάκαρες et μακάριοι vocabantur. Homini difficile erit, Photium explanare, qui in philosophia antiqua totus alienus est.

[2] In Anatom. Arminian. c. xiv. §. ix.

[3] Hæc erat tanquam adoptata hypothesis Judæorum, ex qua tota oratio lucem capit. Sic plurimi veterum loci ex ὑποθέσει eorum, de quibus disputatur, explicandi sunt. In Photio, exempli gratia, multa olim reperi, et in schedis meis notavi. Cod. 242. p. 1048. 2: hæc verba leguntur: ἡ δὲ ἱερὰ γυνὴ καθ' ἑαυτὴν διῆξε βίον θεοφιλῆ καὶ εὐδαίμονα κ. τ. λ. Schottus obscure: Per se vixit vitam piam et felicem. Neque vero ulla hic mutatio admitti potest. Nam τὸ καθ' ἑαυτὴν est particula Græca, quæ significat, separatim ab aliis. Jamblich. p. 29. οἱ μονάσας καθ' ἑαυτόν. Sic καθ' ἑαυτήν, p. 23. Ælian. V H. iii. 19. Conf. Act. xxviii. 16. Rom. xiv. 22. Apoc. iv. 8. et Cl. Alberti Observatt. p. 293. Atque ipsa διαίτησις ac vitæ ratio Platonicorum adolescentioris scholæ hanc exigit expositionem. Hi etenim suis commendabant solitudinem, ob mentem a corpore sevocandam. Conf. Porphyr. περὶ ἀποχῆς, lib. i. §. 27. s. §. 41. p. 22. s. Atque hanc colebant Mystici maxime ac Practici. Vid. Jean Chardin, Voyages en Perse, tom. iv. p. 196. ed. Amst. 1735, 4.

[4] Jam a me ipso dissentio. Vid. Comment. philol. de Parenthesi Sacra, p. 67. sq.

mines nulli, et ne ii quidem, qui pœna digni sunt æterna, a Deo ex absoluta quadam voluntate sunt ad perniciem destinati; alioquin etenim non adeo diu toleraret eos, salutarem ipsorum expectans emendationem. Cohærent cum his ea, quæ sequuntur, facillime, com. 23. καὶ, at etiam, hæc σκεύη ὀργῆς φέρει, ex com. 22. ἵνα, ut notam faciat abundantissimam gloriam suam, hoc est, prout substrata urget materia, misericordiam incredibilem erga eosdem pœna dignos homines, tanquam, ὡς supple, σκεύη ἐλέους, vasa commiseratione dignissima, quæ antea præparavit ad gloriam, com. 24. Quales etiam nos vocavit, i. e. fide donavit salvante, quotquot nostrum non solum ex Judæis, verum etiam ex gentibus sumus. Mens Apostoli huc valet; nos utriusque gentis homines, qui jam Christo nomen dedimus, antea etiam σκεύη ὀργῆς, vasa pœna digna eramus: tanto autem magis nos Deus, tanquam σκεύη ἐλέους, vasa misericordia digna, perbenigne respexit. Haud scio, an hac sermonis connexione quidquam facilius, et hac Paulina ratiocinatione robustius dici possit. Nihil est, quod in commendata demonstrare non valerem interpretatione, si quidem id mihi hic loci propositum foret. Imo vero sunt, quæ tribus modo verbis reddam firmiora. Ad θέλων quod εἴη suppleo, id quidem usitatissimum. Id vero in primis notandum, θέλων cum infinitivo in Latina lingua per adverbium commodissime explicari. Exempla collegit Er. Schmidius in N. T. f. 1231. sq. Idem vero etiam perquam venuste cum aliis construitur temporibus. Col. ii. 18. καταβραβευέτω θέλων, judicio suo pessundet libenter, studiose. Hujus usum oblitus est Cl. Hombergius, qui θέλων pro *quivis* accipit. Quid vero est, *Nemo quivis?* Laudi quoque Cl. Clerico ducendum est, quod ingeniosam suam et elegantem, qua θέλων in θέλγων, alliciens, mutare voluit, conjecturam, vix a limine salutatam, statim valere jussit. Est enim ea sola ingenii divinatione, nullius autem idonei codicis auctoritate fulta. 2 Pet. iii. 5. Λανθάνει αὐτοὺς τοῦτο θέλοντας, fugit hoc ipsos volentes, vel libenter ac studiose, mit ihrem guten Willen. Sic et alii dicunt, qui melioris notæ auctores habentur. Hesiod. Oper. v. 355. s. ἐθέλων χαίρει, libenter gaudet. Lysias Orat. xviii. θέλοντες ἀποδέχεσθε, libenter suscipite. Ex Romanis Tacitus Græcam dicendi rationem in suos convertit usus, Agric. xviii. 2. 'Quibus bellum volentibus erat,' i. e. qui bellum libenter gerebant. Verum hæc præteriens addidi. Participium quoque, pro optandi vel subjungendi modo, cum particula εἰ usurpari, Fr. Vigerius[1] haud imperite annotavit. Cum Auctorum omnium, tum maxime Atticorum, hanc probant legem testimonia, ut: τὰ περὶ τοὺς λόγους, τοῖς ἐρρωμένως προσέχειν βουλομένοισι, εὐπόριστα φαίνοιτ' ἂν, Cognitio literarum, si qui modo constanter in eas incumbere velint, satis ad parandum facilis videatur. Ubi τοῖς βουλομένοις, ἀντὶ, εἴ τις ἂν βούλοιτο. Eundem in modum κατηρτισμένα poni censeo pro, εἰ κατηρτισμένα ἂν εἴησαν. Ita vero totius Paulinæ filum argumentationis explanationem hujus participii explosum ivit reciprocam. Non urgebo, atque adeo insectabor, vim illam passivis, id quod jam monui, extrinsecus modo accedere, eamque ob causam non invenire locum, nisi res eandem poscant circumstantes.

§. XXXVII. Excerpsi hæc, et quæ præcedunt, ex Collegio meo MSto quod in δυσνόητον divi Pauli epistolam ante aliquot annos selectis quibusdam auditoribus in hac habui Academia. Illud aliquando, plenius elaboratum, Deo bene juvante, si res meæ ita ferant, formis curabo describendum. Jo. Conr. Schwarzium, virum Gr. literarum apprime peritum, saltem quantum ad priora com. 22. verba, idem mecum sentire,[2] non sine singulari animi voluptate postea ex hac ejus intellexi versione: εἰ δὲ θέλων scil. (ἦν) κ. τ. λ. 'Si autem vellet Deus declarare jus pœnæ exigendæ, et potentiam suam demonstrare, num tam patienter ferret homines perniciem sibi ipsis maturantes?' Meum erat, hanc publicam insignis viri clarissimi erga me humanitatis, quam et literis humanissime scriptis, et libris, quos publicavit, muneri mihi donatis, declaravit, grato memorique animo prædicandæ non dimittere occasionem. Is mihi etiam, immerenti licet, dum vixit, mirifice favit: egoque ipsum singulari semper studio colui. Neque vero dubito, quin, si Paulinam curatius perlegisset ratiocinationem, in voce κατηρτισμένα enodanda se fuisset mecum conjuncturus. Quod reliquum est, hoc quidem ex dictis lucide puto apparere, reciprocæ potestatis, ejusdemque passivis potissimum extrinsecus accedentis, abusum omni animi contentione fugiendum, usum vero non nisi paucis in verbis probatum, et interdum necessarium, limitati ope judicii explorandum esse.

§. XXXVIII. Atque hoc modo celeberrimis duumviris, qui suam de Verbis Græcorum Mediis sententiam orbi exposuerunt erudito, satisfeci saltem; in eo ut facerem satis, omni elaboravi opera. L. Kusterus, quod, inventionis suæ, reflexivæ nimirum verborum mediorum significationis, novitate perculsus, non semper ea, qua fas est, accuratione, mentem suam exposuit. Mox enim reflexivam, quam vocat, notionem solis et unis verbis tribuit Mediis: mox vero alias, quæ eandem exprimant, concedit formas. Has autem modo probare, modo improbare videtur. Ita fit inter homines, ut, qui res novas venantur, eas primum obscure cernant. Non dubito equidem, quin Kusterus nonnulla rectius dicturus fuisset, si quidem diutius in vita mansisset, et novam ipse molitus esset editionem. Multi hodie, quibus philosophiæ studium commendatur, usurpant illud Cassianum, Cui bono sit. At enim vero, in his etiam rebus, utilitatem ejus singularem, et prope incredibilem esse, præ me ferendum puto. Uti ad omnia possumus philosophiæ scitis: et nemo ea contemnit, nisi qui totus in illis alienus est. Kusterus certe ambigua distinxisset acutius, et clariores non nunquam in animo suo informatas habuisset notiones, si philosophiam cum humanioribus literis conjunxisset. Ego igitur causam ejus, quam optimam esse puto, enodatius ac distinctius egi, operamque dedi, ut vera doctissimi hominis sententia sine tripode intelligatur. Eandem iis confirmavi rationibus, ut, qui, quid quamque rem consequatur, perite perspicit, ab ea non possit non stare. Ceterum non puto, quenquam Latinitatem, quam in explicatione Mediorum Verborum adhibuit Kusterus, exagitaturum esse. Vir præstantissimus, id ne fieret, ipse cavit. Subjunxerat ille Parisinæ libelli sui de Verbis Mediis editioni Epistolam ad virum Cl. J. P. id est, Jac. Perizonium de verbo Cerno. Cl. Perizonius Diatriben Kusteri aliquam, de hoc verbo antehac in lucem editam, cavillatus erat, et quædam in ea minus Latina vituperaverat, quibus ille prudens et sciens usus erat, quo vim φράσεως et naturalem constructionem, quantum fieri posset, in luce poneret clarissima. Kusterus omnem a se amolitur invidiam. En verba, quæ pro se facit, p. 49. huc apprime quadrantia: 'Sic ex. gr. ἵσταμαι exposui, statuo me, pro sto: δανείζομαι, facio mihi mutuum dari, pro mutuum accipio: μισθοῦμαι, facio mihi locari, pro conduco: τίομαι, facio mihi solvi pœnas, pro punio: et alia hujus generis. Sed quisquis erit paulo humanior et æquior, lubenter et facile agnoscet, me necessitate coactum, hujusmodi loquendi formulas adhibuisse; ut nempe veram et propriam verborum Gr. vim eo melius exprimerem.' Verum causa Kusteri non est conclamata, ut egeat patrocinio. Is immortalem sibi isto libello suo comparavit gloriam: neque est, cur novæ ipsum inventionis suæ pœniteat. Contra vero J. Clericus, si verba media plane negaret, novam sibi rem visus est invenisse, eandemque incertis, at præclare tamen subtiliterque confictis, exornavit conjecturis. Latina lingua non nisi duas habet verborum formas, activam atque passivam, cujus et deponentia admittunt terminationem: concedo. Inde vero nego sequi, eandem Gr.

[1] De præcipuis Gr. dictionis Idiotismis, p. 267. ed. Lugd. Bat. [2] In Solœcismis Discipulorum J. C. Antiquitatis, p. 124.

grammaticæ indolem esse. Observarunt jam pridem homines Græce haud vulgariter docti, majorem Græcis, quam Latinis literis nativam esse copiam. Cui rei vel hoc ipsum documento est, quod vim activam et per activum, et per deponens, et per medium interdum verbum, triplicique adeo ratione, atque passivum sensum mox per ipsum passivum, mox per medium, rarius licet, verbum exprimere valeant. Cum metri in carmine ratio, tum et numerus, quem soluta amat oratio, oratorius, eam introduxit variationem. Vim denique reciprocam tot in mediis inesse verbis, Kusterus docuit, hisque adeo eandem præcipue proprieque convenire conclusit. Anne igitur convenit mirari, verba activo-media et activa, passiva et medio-passiva, media proprie vereque talia et passiva, quin etiam activa, pronomine reciproco, eoque vel expresso vel occulto, vestita, ejusdem nonnumquam significationis esse? Desinet mirari, quisquis secum consideraverit, in linguis nihil ita proprium perpetuumque, nullam ut plane subeat mutationem, inveniri. Utrum neglectio quædam, an usus, an numerus, an denique variationis amor et copia in causa sit, non ausim definire. Nihil præterea addo, nisi hoc unum: faxit Deus Opt. Max. ut ex hoc literario conatu et φιλέλληνες, et Sacri Græci N. F. Codicis præcipue interpretes, nonnihil saltem percipiant emolumenti, ne opera, quam in hac elucubranda perpoliendaque posui Dissertatione, frustra consumta esse videatur.

ΤΩ. ΘΕΩ. CΩΤΗΡΙ
ΟΣ. ECTI
EN. MECΩ
ΤΩΝ. ΟΝΤΩΝ. ΑΥΤΟΥ
ΔΟΞΑ

INDEX I.

VERBORUM PROPRIAM VIM MEDIAM HABENTIUM.

Vide paginas inter [ ] notatas.

INDEX II.

LOCORUM N. F. SACRORUM EX USU VERBI MEDII RECIPROCO EXPLICATORUM.

INDEX III.

RERUM POTIORUM ET LOCORUM SACRORUM IN PRIMIS N. F. EX VERBIS ACTIVIS RECIPROCIS ET EX USU VERBI MEDII ALIO EXPLANATORUM.

EDITIONI KUSTERI

DE VERO USU VERBORUM MEDIORUM,

LOND. AN. 1750. 12mo. PUBLICATÆ,

HÆC TYPOGRAPHI (i. e. GUIL. BOWYERI) PRÆFATIO PRÆFIGITUR:[1]

"AN Kusterus reflexivam Verborum Mediorum significationem Primus deprehenderit, ignoro: eam certe pluribus, quam quisquam alius, argumentis in isto libello stabilivit. Alii in verbis quibusdam eam notarant; an vero ceteris sit communis, altum agunt silentium. Eustath. ad Ιλ. ν. 168. *διαφορὰν δὲ Οἴσων καὶ Οἰσόμενος φασὶν οἱ παλαιοί, ὅτι τὸ μὲν Οἴσων ἀπ' ἄλλου εἰς ἄλλον κινεῖ τὴν ἐνέργειαν τοῦ χρησίμου· τὸ δὲ Οἰσόμενος, ἐνὶ προσώπῳ ἐμπεριγράφει αὐτὴν· οἷον, ἄπεισί τις δόρυ Οἰσόμενος, ἑαυτῷ· Οἴσων δὲ, ἑτέρῳ τινί.* i. e. Inter *οἴσων* et *οἰσόμενος* differentiam esse tradunt Veteres; nempe *οἴσων* ab alio in alium transfert effectum commodi alicujus: *οἰσόμενος* vero intra unam personam eum cohibet: ut, Abit aliquis hastam relaturus Sibi, *οἰσόμενος*: Alteri vero, *οἴσων*.

"Alii istum sensum Passivæ voci, pari vel etiam potiori jure, vindicant. Duportus in Theoph. Char. p. 194. et 335. '*Δανίζειν*, mutuo Dare; *δανίζεσθαι*, mutuo Accipere: ita enim differunt vox Activa et Passiva in hujusmodi verbis Commercii; in voce Passiva vel etiam Media transitus fit non in Rem, sed Personam. Ita *χρῆσαι* est, utendum Dare; *χρήσασθαι*, utendum Accipere.[2] *Φέρειν* est, Ferre, Afferre: *φέρεσθαι*, Referre, Reportare (Sibi addere debuisset.) Sic *αἴρειν*, *αἴρεσθαι*· *κομίζειν*, *κομίζεσθαι*. Sic *μισθῶσαι*, Locare; *μισθώσασθαι*, Conducere. Ita differunt *ἐγγυᾷν* et *ἐγγυᾶσθαι*· *στῆσαι* et *στήσασθαι*, et similia. Sic *τιθέναι* et *τίθεσθαι*, *θεῖναι* et *θέσθαι*, *ὑποτιθέναι* et *ὑποτίθεσθαι*. Sic *θεῖναι ὑποθήκην* sive *ἐνέχυρον* dicitur Debitor, qui rem suam oppignerat; at *θέσθαι* dicitur creditor cui res opposita est, et oppigneratur. Pollux, *ὑποθήκην θεὶς, ὁ δανειζόμενος· ὑποθήκην θέμενος, ὁ δανείζων χρέα.*' P. 194. '*ἐρανίζειν*, stipem Conferre, pecuniam collatitiam Dare; *ἐρανίζεσθαι*, stipem Petere, Colligere, vel Accipere.'[3] P. 335. '*πράττειν*, Agere; *πράττεσθαι*, Exigere; ex pacto Repetere, Pacisci, Stipulari.' P. 353. '*αἰτεῖν*, Rogare stipem, aut eleemosynam, *αἰτεῖσθαι*, Rogare Mutuum, aut Commodatum.'

"Quendam etiam in Act. Erudit. Lips. Feb. 1712. citat Clarkius ad Ιλ. α. 20. qui ex discrimine inter *λύω* et *λύομαι* veram lectionem loco reddiderit: unde autem ortum id discriminis, quibus fundamentis nixum se primum ostendisse gloriatur Kusterus;[4] et quantulascunque partes sustinet, mirum est Clarkium ei tribuisse nullas, præsertim cum hæc observatio de primigeniæ Voc. Med. usu inter notas ad Homerum utramque faciat paginam. Quod ut clarius liqueat, neve desit primævi Scriptoris auctoritas ad adstruendum primævum Voc. Med. usum, loca a Clarkio notata ad calcem hujus Dissertationis adjeci; alia quam plurima ex ipso Homero lectoris diligentia facile suppeditabit. Ιλ. β. 316. *Τὴν δ' ἐλελιξάμενος πτέρυγος λάβεν ἀμφιαχυῖαν*, Hanc autem implicans ala prehendit valde clamitantem. Quid, an constructio est, implicans hanc? perit vis media participii. An implicans sese? quis hoc subintellexerit? Verte, Hanc autem subito Se contorquens prehendit, &c. ut monet vir *Ἑλληνικώτατος* R. Dawes, Misc. Crit. p. 177, 8.

"*Φράζω*, dico; *φράζομαι*, Med. dico Mecum, Delibero, Consulto. Hinc Ιλ. α. 554. *Ἀλλὰ μάλ' εὔκηλος τὰ φράζεαι, ἅσσ' ἐθέλῃσθα*, Sed valde quietus ea Consultas quæcunque vis; sic Ιλ. ι. 676, et passim. Quare vero non itidem Ιλ. ξ. 483. *φράζεσθ' ὡς ὑμῖν Πρόμαχος δεδμημένος εὕδει Ἔγχει ἐμῷ*, Videte, ut, &c. propius ad nativum vocis usum, Reputate vobiscum, ut Ιλ. ο. 163, &c.

"Ex male intellecta differentia inter *ἕπω* et *ἕπομαι* (quam vide apud Kust. §. i. 13.) male Barnesius Homerum corrigit Ιλ. δ. 202. *οἵ οἱ ἕποντο Τρίκκης*, pro quo ille *οἵ οἱ ἕπον Τρίκκης*, quasi *ἕπω* significaret Sequor etiam in Activa voce. vid. Clarkium in loc. et ad λ. 482. ex. R. Bentleio.

"Ιλ. ν. 745. *Δείδω μὴ τὸ χθιζὸν ἀποστήσωνται Ἀχαιοὶ Χρεῖος*—Timeo ne hesternum Rependant Achivi debitum: ut vis Media servetur, debuisset verti, Cum usura appensum Recipiant: nam *ἀποστῆσαι* Act. Rependere; *ἀποστήσασθαι* Med. Recipere appensum, ut notat Kusterus §. ii. 13. et Salmas. de Usur. p. 580.

"Lexica hic omnia confuse docent; *ἀναιρέω*, Tollo; *ἀναιρεῖσθαι*, expungere syngrapham; unde vero, nisi quod syngrapham ab eo, apud quem deposita esset, cum diluenda sit, Recipimus. Salm. de modo Usur. p. 470.

"Verbo *ὑποτίθημι*, *ὑποτίθεμαι*, Supponor; mox *ὑποτίθεμαι*, Pignero: recte, modo voces recte distinguantur. Passive sane Supponor, pignori obligor; at in Med. pignori Accipio, ut *θέσθαι*, &c.

"*Καρπίζω* et *καρπίζομαι* utrumque redditur, fructum Decerpo: at *καρπίζειν* est Irrigare, *καρπίζεσθαι* Med. Percipere fructum. Mox sub eodem verbo inquiunt Lexica, *καρπίζομαι*, in libertatem adseror, quod est diversæ plane familiæ, pro *καρφίζομαι* a *κάρφος*, virgula. Salm. de Modo Usur. p. 880, 881.

[1] "In 1750 a prefatory critical Dissertation, and some valuable notes, were annexed by Mr. Bowyer to L. Kusterus de Vero Usu Verb. Med. eorumque Differentia a Verb. Act. et Pass. a new edition of which work, with further improvements, appeared in 1773. The Dissert. was likewise adopted by Mr. Holwell in 1766, in his curious edition of 'Selecti Dionysii Halicarnassensis de Priscis Scriptt. Tractatus Gr. et Lat,' with this polite acknowledgment:—'Hanc Dissert. ana L. Kusteri de Vero Usu Verb. Med. etc. edit. 1750. præfixit Guil. Bowyer, Typogr. Eandem, auctior quidem ut hanc nostram Select. Dionys. Tractat. ed. ornaret, impetravi: quo nomine, viro optime de republica literaria merito, gratias ago.'" J. Nichols, Anecdotes of Bowyer, Lond. 1782. 4. p. 211. See Bowyer's Miscell. Tracts, edited by J. Nichols, Lond. 1785. 4. p. 421.

[2] Sophocl. in Antig. ver. 474. (al. 469.)

Ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν, ὡς ἐγώ, κακοῖς
Ζῇ, πῶς ὅδ' οὐχὶ κατθανὼν κέρδος φέρει;
Nam qui in magnis, ut ego, malis
Vivit, quomodo non huic mors pro lucro est?
i. e. quomodo non moriendo lucrum Accipit?

[3] De qua voce vide etiam Salmas. de Usur. p. 679. in omissis Obs. ad Jus Attic. p. 13. 58. Lexica mire hic turbant omnia.

[4] Quare *λύσασθαι* in Medio, Captivum redimere, nondum ab ullo Grammaticorum video esse expositum. Kust. de Verbis Mediis §. 2. 11. cujus libri editio prima prodiit 1714. altera 1717; Clarkius vero edidit primam partem Homeri 1729.

" *Χρωννύω* et *ἐπιχρωννύω*, idem quod *χράω*, mutuum Dare; Passive, mutuum Dari: Med. mutuum Accipere: de quo ne verbum quidem Lexica, sed vide apud eundem Salm. de Modo Usur. c. viii. p. 306. auctore Theophr. Charact. c. x. et lege Rhodia.

" *Ἐνεχυριάζω*, interpretantur Lexica, Pigneror. Debuit verti, pignori Do, quod facit Debitor; *ἐνεχυριάζομαι*, Pigneror, pignus Accipio, quod facit Creditor, Exod. xxii. 26. *Ἐνεχυράζω* sane Pigneror, sive pignus Accipio, Job. xxiv. 3. 9. at *ἐνεχυράζομαι*, pignoribus captis Coerceor, ut apud Aristoph. in Nub. ver. 240. *Ἄγομαι, φέρομαι, τὰ χρήματ' ἐνεχυράζομαι*, Bona mea pignoribus capta diripiuntur, ad verbum, Diripior quoad bona mea pignoribus capta: [vertit Sauxay in Arist. Lex. Angl. *I have my goods seiz'd for non-payment.*] Male in Transitivo sensu accipitur, dum redditur, bona mea Oppignero. Salmas. de Mod. Usur. c. xiii. p. 549. et de Fœn. Trapezitico, p. 713.

" *Ἀποδίδωμι*, Act. Solvo, Reddo; at in Med. Tribuo in Meum commodum, Vendo. Aristoph. Vesp. 169. *ἀποδόσθαι βούλομαι τὸν ὄνον*, Vendere velim asinum. [*To sell*, Sauxay in Lex.] At idem Ran. 1266. *ἀπόδος* [*λήκυθον*] *πάσῃ τέχνῃ*, Vende lecythum omni modo; ubi legendum contendit *ἀπόδου* vir doctus, Misc. Crit. p. 243. Media significatione id postulante.

" *Ὄφελον καὶ ἀποκόψονται*, Gal. v. 12. diu torsit interpretes. Ludit apostolus *σαρκαστικῶς* in verbo quod tantas incitarat turbas inter eos qui fidem Christianam amplecterentur. 'Quandoquidem, inquit, in pelliculâ abscissâ ita gloriantur, utinam illis abscindatur insuper totum seminale membrum, quo magis triumphent,' interprete Grotio, post Chrysostomum et Hieronymum. At longe verecundius, nec minus salse, si *ἀπόκοψονται* sensu reflexivo accipiatur, 'Vellem eos, qui circumcisionis necessitatem tuentur, se ipsos abscissuros a vestrum consortio,' ut monet Jortinus, Vit. Erasmi, vol. ii. p. 217.

" Fatendum est verba quædam Activa nonnunquam pro Mediis esse usurpata, cum Sibi vel Pro se aliquid fit; quanquam rarius Media pro Activis, h. e. cum fit pro Altero, ut monet Kusterus §. i. 32. 52. 53. Hinc *ὑπερημερίαν πρᾶξαι*, pro *πράξασθαι*, moræ pretium exigere, apud Theoph. Char. c. x. sic etiam D. Luc. iii. 13. xix. 23. Isoc. ad Nicocl. p. 61. ed. Battie, 1749. *ἐλπὶς τοὺς τοιούτους πράξειν τι παρὰ τῶν ἀγαθῶν*, sperandum est tales a diis aliquid boni accepturos. Nescio igitur an vere vir doctissimus, Misc. Crit. p. 205. neget *ἀνύω*, in voce Activa, usurpari pro Consequor. Hesiod. certe in Oper. p. 395. *καὶ μηδὲν ἀνύσσῃς*, et nihil obtineas, ut reddi potius debet; et Lucian. (inferioris ævi, fateor) in Asin. *ἐκεῖνος οὐδὲν φροντίσας εἴτε καὶ ἀνύσει τι ἐξ ἐμοῦ*, nihil curans sive etiam Obtineret aliquid ex me, sive, &c. In N. T. ut id obiter notem, Activa vox in utroque significatu, Luc. xviii. 12. *ἀποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι*, decimas Do omnium quæ possideo; et pariter Matth. xxiii. 23. At Heb. vii. 5. *ἐντολὴν ἔχουσιν οἱ ἐκ τῶν υἱῶν Λευὶ ἀποδεκατοῦν τὸν λαὸν*, decimas Exigere a populo. *Ἐπιβάλλειν* negat Salmasius de Fœnore Trapezitico usquam Græce dici pro Incipere, sed *ἐπιβάλλεσθαι*. sic tamen Diod. Sic. 452. B. ed. Rhodoman. *ἐπέβαλλον οἱ ῥαψῳδοὶ προφέρεσθαι τοῦ Διονυσίου τὰ ποιήματα*: Cœperunt Rhapsodi Dionysii poëmata proferre: qui sensus non male quadrat ad Marc. xiv. 72. *καὶ ἐπιβαλὼν ἔκλαιε*. Certe sensus, quem versio nostras sequitur, jamdudum desideravit exemplum Is. Casaubonus, nam, ut ait ille, *ἐπιβάλλειν τὸν νοῦν*, vel *διάνοιαν*, alia longe res est. Vid. C. Frid. Munthe, Obs. Phil. in N. T. libros, p. 124.

" Quamquam vero tot viri docti, etiam aliud agentes, Kustero adstipulentur, longe tamen in diversa abit Jo. Clericus.[1] Dum leviter percurro exempla ab illo adducta, nonnulla a vero sensu in alienas partes torta video; nonnulla ejusmodi esse, ut, licet Kusterum levis forsan erroris arguant, minime tamen fundamentum ejus de Vocis Mediæ usu labefactent.

" Ad §. i. 28. objicit, licet *ἄγειν γυναῖκα* non dicatur, tamen *λαμβάνειν γυναῖκα* occurrere apud Menand. p. 252. pro *λαμβάνεσθαι*. Ad i. 30. *προσπορίζομεν*, Nobis suppeditamus, Menand. p. 245. pro *προσποριζόμεθα*. Ad i. 32. 33. si *πόλεμον ποιεῖν*, nusquam occurrat, pro *ποιεῖσθαι*, at *ναυμαχίαν ποιεῖν* apud Thucyd. l. ii. 89. p. 137, ubi tamen legitur, *καὶ νομιοῦνται Σφίσι καὶ ἐν τῷ ναυτικῷ Ποιήσειν τὸ αὐτό*. Ad i. 49. *ἢ τὰ ψηφίσματα ἂν παράσχῃς*, si decreta adhibueris ad defensionem causæ tuæ, Æschines de falsa legat. p. 404. Ad i. 14. *φυλάττω*, caveo, pro *φυλάττομαι*, apud Eurip. Iphig. in A. ver. 144. 538. Esto, hæc Activa (quod Kusterum forsan latuit) pronomine reciproco *ἑαυτῷ, ἐμοὶ* &c. subintellecto, reciproco sensu sumantur: at non vi sua, non adeo peculiari modo ut in alium nunquam transferant effectum, quod verbis Mediis esse proprium contenditur.

" Ad i. 29., postquam frustra Thucyd. citasset l. ii. 87., Platonem allegat: *ἀλλὰ γαλήνην τούτων παρασκευάζουσα ψυχή*. 'Sibi ipsi, inquit J. Clericus, philosophi animus eam procurat *ἐπιθυμίαν*.' At verba Platonis sonant, 'Imo vero horum (dolorum voluptatumque) tranquillitati studens animus.' Ubinam, quæso, vis Reflexiva participii?

" Ad i. 25. fidenter asserit Thcyd. ii. c. 2. *θέμενοι τὰ ὅπλα* verti debuisse, Armis positis, non Armis induti, ut Kusterus. Judicet Lector, in consilium adhibito doctissimo Hudsono, qui hæc in notis habet: 'Male vertitur, Armis in foro positis, cum hostilem urbem invaserunt. Potius, Cum Armati in foro constitissent. Sic Thucyd. viii. p. 520. *καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα ἐκκλησίασαν*, armis instructi concionem habuerunt. *Τίθεσθαι τὰ ὅπλα* nonnulli sumi posse putant pro Arma *ἀποτίθεσθαι*. Mihi nondum occurrit locus, in quo ita proprie sumi credam, nisi, qui armati consistunt nec tamen re ipsa pugnant, proprie arma dicuntur abjicere.' Quid ad hæc Clericus? ne unum quidem verbum, licet has paginas citet, ad hanc ipsam editionem provocet. Eundem sensum vindicat Dionysio Halicarn. Edw. Spelmannus in eleganti sua versione Antiqq. l. iii. c. 18. Nuperus vero vir doctissimus W. Smith, Decanus Cestriensis, in Versione Anglica Xenophontis de Rebus Gr. l. ii. sub anno ante Christum 403, p. 70, contendit *ὅπλα θέσθαι* notare *to ground their arms*. Quidni tandem sit arma in usum suum reponere, ut Kusterus interpretatur §. i. 50. et quod dici queat, *to rest their arms*: quin et ipse Homerus, iis verbis, quibus Agamemnon Græcos fugam ornantes ad arma capessenda hortatur, quibus et ipse Adolescentulos ad hæc studia excolenda excitem:

> *Εὖ μέν τις δόρυ θηξάσθω, εὖ δ' ἀσπίδα θέσθω.*
> Bene quisque hastam Suam acuat, bene scutum Sibi aptet. Il. β. 382."

[1] Remarques sur la Dissert. de M. Kuster sur les verbes Moyens, dans la Bibl. anc. et mod. T. v. Par. II. p. 237. quam dissert. Lat. etiam edidit Ch. Wolle, Lips. 1733.

EXCERPTA

EX LIBELLO, CUI TITULUS

Græca et Latina Lingua Hebraizantes, seu de Gr. et Lat. ling. cum Hebr. affinitate, auctore P. PAULO MARIA OGERIO. *Venetiis,* 1764. 8vo.

De affinitate linguæ Græcæ cum Hebraica.

A Græca exordimur, utpote quam Hebrææ viciniorem Latina censeamus, ut suo loco constabit, tum quod secundum inter linguas omnes locum Kircherio teste (Prodr. in Atl. Polygl. Sess. 3. c. 1.) non immerito possideat. Duplici porro ratione linguarum affinitas videtur evinci, ex vocibus nempe utrique communibus, et ex communibus idiotismis atque dicendi modis. A vocibus initium sumimus.

Tabula Vocum Græcis et Hebræis communium.

Voces Gr.	Voces Hebr.
Ἀβάλη Inutile, apud Hesych.	Vanitas הבל
Ἄβιος Inops	Idem אביון
Ἀγαλλιάω Exulto	Idem הגיל Hiph. גל
Ἀγαπάω Amo	Idem עגב
Ἀγγέλλω Annuntio *Ἄγγελος* Nuntius	אגלה Fut. Revelare גלה
Ἀγείρω Congrego	Idem אגר
Ἀγελάδα Juvenca	Vitula עגלה
Ἀγρότης Agricola	Idem אכר
Ἄγχω Strangulo	Idem חנק
Ἄγω Duco (Aphæresis N)	Idem נהג
Ἀγὼν Certamen	Fatigari יגע
Ἅδης Infernus, Mors, *Ἀΐδης*	Interitus איד
Ἁδρὸς Multus, Abundans	Magnificus אדר
Ἆθλος Lucta *Ἀθλητὴς* Luctator	Defatigatio לאה, תלאה
Ἀΐδιος Æternus	Æternitas, Seculum עד
Αἰετὸς Avis	Idem עיט
Αἴθω Uro, Incendo	Titio אוד
Αἶκλον Cœna *Ἄχιλος* Pabulo abundans	Comedere אכל
Αἶκλος Cuspis jaculi (Hesych.)	Jaculum אכלת
Αἰὼν Ævum	Vita חיה
Ἀχάχω, Ἀκαχέω Contristor	Suspirare אנק
Ἀκόντιον Jaculum	Lancea חנית, החנית
Ἀλισγέω Polluo, Contamino	Fœtidus אלח
Ἅλλομαι Salio	Saltare, Tripudiare חלל
Ἀλόη Aloe	Idem אהלים
Ἄλος, Ἄλυς Molestia *Ἀλύσσω* Moleste fero	Idem אלץ
Ἀλύσιον Torques, (ascito L loco R)	Idem חרז
Ἅμα Simul *Ἀμάω* Colligo	Cum עמם
Ἄμαλλα Manipulus (Metathesis)	Idem אלמה
Ἀμαλὸς Tener, Delicatus	Languidus, Infirmus אמל
Ἀμιλλάομαι Certo	E regione, Contra מול
Ἀμογάβαροι Robusti	Robustus גבר
Ἀμύζω Sugo	אמץ Fut. Idem מצץ
Ἄνευ Absque, et *Ἀν* in compositione	Non אין
Ἀνὴρ Vir, ascito R loco S, ut amant Græci	Idem אנוש
Ἀνία Mœror	Idem אניה
Ἀπατάω Decipio *Ἀπάτη* Fraus	Decepit הפתה Hiph. פתה
Ἀραβέω Strepitum edo	ארב Fut. Contendere, Litigare רוב
Ἀραὶ Diræ, *Ἀράομαι*	Idem ארר
Ἀράσσω Diruo	Idem חרם
Ἀράχνη Aranea, a texendo	Texere ארג
Ἀρίσκω, ἀρέσω, Placeo	Gratus, Acceptus fuit רצה
Ἀρθμὸς Amicitia	Ligare רתם
Ἁρπάζω Rapio	Idem טרף
Ἄρφα Arrhabo, apud Hesych.	Idem ערבה
Ἀσελγαίνω Stupro, Lascivio (Metathes.)	Idem שגל
Ἀσκελὲς Numquam deficiens	Deficere כלה
Ἀσπὶς Clypeus	Obtegere צפה
Ἀτμὸς Vapor	Obscuratus est עתם

Voces Gr.	Voces Hebr.
Αὐγὴ Splendor	Splendere fecit נגה, הגיה
Αὐλέω Tibia cano	Idem חלל
Βάζω Loquor	Os פה
Βάρις Palatium, Regia	Idem בירה
Βασιλεὺς Rex	Dominari משל
Βάτος Loquax, Verbosus *Ψίττακος* Psittacus	Effutire בטא
Βατύλη Nana, Fœmina pusilla	Virgo בתולה
Βάω Gradior, Incedo	Venire בוא
Βεζὶκ Fulgur, apud Hesych.	Idem בזק
Βέκος Stultus	Vacuus בקק
Βέλος Sagitta (sic dicta ob celeritatem *Βαλιὸς* (sic olim dicebatur Celer apud Græcos)	Accelerare בהל
Βήσαλον Later coctus	Coctile בשל
Βιτίνα Urna	Venter בטן
Βλὰξ, κὸς, Homo iners	Eximanire בלק
Βορὰ Pabulum	Comedere ברה
Βριάω Robustum reddo, (ablato A per Aphæresim)	Robustus אבר
Βυσσὸς Fundum	Calcare בוס
Βωμὸς Altare, *Βῆμα*	Excelsum במה
Γαθέω Gaudeo	Idem חדה
Γάλα Lac	Lactens עול
Γάλως Uxor fratris, seu soror mariti	Proximus גאל
Γαργαρεὼν Guttur	Idem גרגר
Γείτων Affinis	Idem חתן
Γελάω Rideo	Exultare גל
Γῆ Terra	Vallis גיא
Γλῶσσα Lingua, (addito G per Prothesin)	Idem לשון
Γοργὸς Terribilis	Timere גור
Γράφω Scribo	Instrumentum sculpendi, Cælum חרב
Γρηγορέω Vigilo	Excitare ערער
Γύψος Gypsum, quod ipso omnia occludantur	Occludere גוף
Δάκνω Mordeo	Atterere דכה
Δάμβαξ Viscus, quia firmiter adhæret	Adhærere דבק
Δειλιάω Timeo	[1] Cald. Idem דחל
Δεῖνα Quidam	Cald. Idem דנה
Δεινὸς Litigiosus	Litigare דין
Δέμας Sicut, Instar	Assimilari דמה
Δεύτερος Secundus	Cald. Idem תרי
Δέψω Apprehendo	Idem תפש
Δίκη Justitia, (ablato צ per Aphæresim)	Idem צדק
Δρύπτω Lacero	Lacerare טרף
Ἔβενος Ebenus	Idem הבן
Ἐγγίζω Accedo, *Ἐγγὺς* Prope	Accedere הגיש Hiph. נגש
Ἐγείρω Suscito	Idem העיר Hiph. עור
Εἴδω Video, Scio	Idem ידע
Εἴκω Similis sum	Quomodo איך
Εἴλη Splendor solis	Splendere הלל
Εἰρείδω Jaculor	Jacere, Dejicere ירה
Ἐλάω Impello, Quatio	Fortis אל
Ἐλελίζω Convolvo	Convolvere גלל
Ἐλλὸς Cervus	Idem איל

[1] Nonnullas etiam Caldaicas radices in vocibus tam Gr. quam Lat. derivandis reliquimus, tum quod eas in Sacris literis usurpatas comperiamus, tum in gratiam eorum, qui utramque linguam Veteribus Patriarchis in usu fuisse arbitrantur, inter quos D. Hieron. in Dan. i. 4.

Voces Gr.	Voces Hebr.
Ἐνέπω Increpo, Objurgo, Iratum me ostendo	Irasci אנף
Ἐνώπιος In faciem	Cald. In faciem אנפא
Ἐράω Amo	ארעה Fut. Amicum se præbere רעה
Ἔργον Opus	Texere ארג
Ἔρεβος Erebus, Tenebræ	Vespere ערב
Ἔρνος Planta virens	Virescere רען
Ἐρωτάω Rogo (Metathesis)	Idem עתר
Ἐστὶ Est	Idem יש
Ἑστία Focus, Lares	Ignis אש
Ἑστιάω Lare excipio	
Ἔτος Annus	Tempus עת
Ἕψω Coquo	Idem אפה
Ζάλη Turbo, Procella	Idem זלעפה
Ζατῶ Ordino	Lex דת
Ζίω Concutio	Movere se זוע
Ἥβη Juventus	Spica virens אבב
Ἡδονὴ Voluptas	Idem עדן
Ἠλάσκω Erro, Discurro	Ire, Ambulare הלך
Ἠλεὸς Stultus	Insanire הלל
Ἥλιος Sol	Lucere, Splendere
Ἡμέρα Dies	Idem יום
Ἠρίον Sepulcrum	Arca, Capsa ארן
Ἡσυχία Quies, (ablato T per Apocopen.)	Idem שקט
Θαμὰ Sæpe, Crebro	Jugiter תמיד
Θαυμάζω Miror	Idem תמה
Θέναρ Palma (M in N)	Idem תמר
Θεραπεύω Sano	תרפא Fut. Idem רפא
Θοὸς Celer. Θοάζω Festino	Volare טוש
Θρηνέω Lamentor	התרונן Hithpa. Canere רנן
Θρῆνος Lamentatio	
Θρόνον Flos	Virescere רען
Θύρα Janua	Cald. Idem תרעא
Θωρῆξαι Potare	Vinum תירוש
Θώρηξις Potatio vini	
Ἰάσθαι Mederi	Salvare ישע
Ἴασις Sanatio	
Ἱερὸς Sacer	Reverentia יראה
Ἰξάλη Caprina pellis	Capra עז
Ἱκανὸς Aptus, Idoneus	יכן Fut. Aptare כון
Ἴκριον Tignum	Idem קרה
Ἴλλος Oculus, ab εἰλέω Verso, Volvo,[1] quod a	Volutare גלל
Ἱμάω Haurio	Aquæ מים
Ἰότης Voluntas	Consentire יאת
Ἰσχύω Viribus valeo	Vir איש
Κάδος Cadus	Idem כד
Καινόω Initio, as	Idem חנך
Καιρὸς Occasio	Contingere, Occurrere קרה
Κύρω Incido, Evenio	
Καίω Uro	Idem כוה
Κακὸς Malus[2]	Mendacium כחש
Καλέω Congrego	קהל Idem, vel Vox קול
Κάλλος Pulchritudo	Perficere כלל
Καλὸς Pulcher	
Καλὸς Magnus	
Κάμηλος Camelus	Idem גמל
Καμίσια Camisia	Recondere כמס
Κάννα Canna	Idem קנה
Κανὼν Regula	Dirigere, Statuere כונן, כן
Κάπη, Καπάνη, Capanna	Operire חפה
Κάπηλος Dolosus, apud Hesych.	Duplicare כפל
Καρδία Cor, sic dictum a jugi palpitatione	Tremere חרד
Κραδάω Concutio	
Χορδαὶ Chordæ	
Καρπὸς Manus	Pugnus אגרוף
Κάρφω Sicco	Siccari חרב
Κάσα Casa, Tugurium	Idem כסא
Κασία Sedes, Cathedra, ap. Hesych.	Thronus, Solium כסא
Κάτω Sub, Infra	Idem תחת
Κείρω Cædo, Tondeo	Glabrare קרח
Κουρὰ Tonsura	
Κέλλω Curro	Velox קל Velocem esse קלל

Voces Gr.	Voces Hebr.
Κεντέω Pungo, Stimulo	Lancea חנית
Κεραυνόω Splendeo, Fulmino	Radiare, Splendere קרן
Κορώνη Corona	Cornu
Κῆβος, Κῆπος Simia	Idem קוף
Κίδαρις Cidaris	Cingere כתר
Κίκυς Vires, Robur	Idem כח
Κιννάμωμον Cinnamomum	Idem קנמן
Κινύρα Cithara	Idem כנור
Κινυρὸς Querulus	Lamentari קן
Κίρκος Circus	Idem כרכב
Κίστη Cista	Loculus כיס
Κλείω Claudo	Claudere, Cohibere כלא
Κλεὶς Clavis	
Κλοιὸς Vinculum	
Κωλύω Cohibeo	
Χαλινὸς Frænum	
Κλῆρος Sors (Metath.)	Idem גרל
Κλίμαξ Scala	Idem סלם
Κλοιὸς Torques	Monile חלי
Κλωβὸς Avium cavea	(Jerem. 5.) כלוב
Κλώζω Clamo, Clango	Vox, Sonus קול
Κολοιὸς Graculus	
Κολακεύω Blandior, Adulor	Blandus, Blandiri חלק
Κόλαξ Adulator	
Κολάπτω Tundo	Mallei כלפות
Κονέω Ministro	Aptare, Parare כון
Κόπτω Præcido	Idem קפד
Κορέω Satio	Convivium כרה
Κόρος Satietas	
Κοῦφος Celer, Festinus	Festinare חפז
Κόφινος Cophinus	Colligere כפן
Κράδη Ramus excisus	Scindere, Cædere כרת
Κράζω Clamo. Κῆρυξ Præco	Clamare קרא
Κραῦρος Siccus, Aridus	Exardescere חרר
Κρέας Caro	Idem שאר
Κρίκω Strido	Frendere dentibus חרק
Κρίζω Strido	Clamare קרא
Κρώζω Crocito	
Κρόκος Crocus	Idem כרכם
Κρύος Frigus	Gelu קרח
Κτερίζω Sepelio	Fodere חתר
Κτυπέω Pulsu sonitum edo	Tympanum תף
Κύαρ Foramen acus	Foramen חר
Κυβερνάω Guberno	Viribus valere גבר
Κύκλος Cyclus	Circulus חוג
Κυλίω Volvo	Volutare גלל
Κῦμα Altitudo	Idem קום, קומה
Κύπαρος Vas magnum	Pelvis כפר
Κύπτω Curvo, Inflecto	Idem כפף
Κώπη Manubrium	Manus כף
Λαιμάω Edo	Cibus לחם
Λαῖφος Vestis	Induere se לבש
Λαμυρὸς Blandus	Blandiri להם
Λαὸς Populus	Idem לאם
Λαπάζω Inflammo, ap. Homer.	Flamma להב
Λείχω Lambo	Idem לחך
Λεπτὸς Debilis	Corruere לבט
Λέσχαι. Ita vocabant Bœotii communia cœnacula, ut habet Etymologus.	Idem לשכה
Λήθω Lateo	Idem לאט
Λίβανος Thus	Idem לבנה
Λίπος Pinguedo (Aphær. Ch.)	Idem חלב
Λῖς Leo	Idem ליש
Λύμη Lues, Noxa	Conterere להם
Λύπη Dolor, Tristitia	Conturbari לבט
Λωβεύω Irrideo	Subsannare לעב
Μαθέω Disco, (ablato L per Aphær.)	Discere למד
Μαίρω Luceo, Splendeo	מאור Inf. Lucere אור
Μάκαρ Beatus	מאשר Idem אשר
Μακρὸς Longus	מאחר Inf. Tardare, Morari אחר
Μακρύνω Prolongo	
Μάλα Valde	Implere מלא
Μαλάσσω Mollio	Suave, Dulce esse מלץ
Μέλι, ιτος, Mel	

[1] Vide Schrevel. Lexicon Gr.

[2] In Scripturis omne malum mendacium dicitur.

Voces Gr.	Voces Hebr.
Μαλάχη Malva	Idem מלוח
Μαρθάνω Pecco	Rebellare מרר
Μάχη Pugna }	Est idem quod נכה Percutere, vel מחא
Μάχομαι Pugno }	
Μεστὸς Plenus	Cald. Sufficiens מיסת
Μήνη Luna, quia per eam numerantur dies	Numerare מנה
Μινύθω Minuo	Idem מעט
Μίσγω Misceo	Idem מזג
Μόγος Labor	Idem מוג
Μοργνύω Abstergeo	Idem מרק
Μάργος Edax, Vorax. (Homer. Odyss. 18.)	מרעה Inf. Pascere רעה
Μοῦσα Musa	Eruditio מוסר Erudire יסר
Μυελὸς Medulla	Idem מוח
Μύζω Premo, Sugo	Exprimere מצה
Μύῤῥα Myrrha	Idem מור
Μυστήριον Mysterium	מסתר Inf. Abscondere סתר
Μῶμος Macula	Idem מום
Ναίω, Νάω, Inhabito }	Habitare נוה
Ναὸς Templum }	
Νεαρὸς Puerulus	Idem נער
Νερὸν Aqua, Νερόδες Aquaticus	Fluere נהר
Νεύω Moveo	Idem נוע
Νεφέλη Nebula (Prothesis N.)	Caligo אפל
Νίφος Nubes	Stillare נוף
Νόσος Morbus, Νοσέω Ægroto	Infirmus אנש
Ξαίνω Tondeo	Idem כסם
Ξέω, Ξύω, Rado	Avellere, Abscindere נח
Ξυράω Abrado, Abscindo	Abbreviari, Decurtari קצר
Ὀδοὺς Dens, (a conterendo)	Conterere דוש
Ὀθόνη Linteum	Idem אטן
Οἶνος Vinum	Idem יין
Ὀχριᾶσθαι Turbari	Idem עכר
Ὅλος Omnis	Idem כל
Ὁμὰς Universitas	Populus עם
Ὁμιλέω Loquor	Sermo, Dictio מלה Idem מלל
Ὀμνύω Juro	Vere אמן
Ὁμόω Unio	Cum עם
Ὄνομα Nomen	Idem נאם
Ὄνος Asinus, (quia pigerrimus ad omnia cogendus.)	Adigere אנס
Ὀπώρα Proventus	Idem עבור
Ὁράω Video	Idem ראה
Ὄρθρος Diluculum	Idem אור
Ὁρμὴ Impetus	הרעים Hiph. Tonare רעם
Ὄρος Mons	Idem הר
Ὀῤῥωδέω Horreo	Terreri חרד
Ὀρύσσω Fodio	Terra ארץ
Ὀρφὸς Orbus	Vespere ערב
Ὀρχέομαι Incedo	Iter facere ארח
Ὄρχος Vitium ordo	Ordinare ערך
Ὄρω Excito	Idem עור
Ὅς Qui	Idem אשר
Ὀσκάριος Ignitus	Ignis אש
Ὄσχεος Testiculus	Idem אשך
Οὖλος Tener	Idem עול
Οὐσία Substantia	Idem תושיה
Ὄφις Serpens	Vipera אפע
Ὀχθέω Fastidio	Idem קוט
Ὀψὲ Sero, Vespere (Est enim finis diei.)	Deficere אפס
Ὀψώνιον Obsonium	Idem זון
Παγὶς Laqueus	Idem פח
Πάλαι Olim. Παλαιὸς Vetustus	Veterascere בלה
Παλλακὴ Concubina	Idem פלגש
Πάταγος Fragor	Fragorem, Sonum edere פצח
Πατάσσω Percutio	Malleus פטש
Πέδον Terra, Solum (Homer.)	Ager פדן
Πείθω Persuadeo	Idem פתה
Πέλεκυς Securis, (a scindendo)	Scindere פלג
Πέος Pudendum	Idem בוש
Πηγὴ Fons	Fluere, Manare פכה
Πηγνύω Fabrico	Facere, Operari פעל
Πλέκω Plecto	Baculus פלך
Πληγὴ Plaga, (quia carnem dividit)	Dividere פלג

Voces Gr.	Voces Hebr.
Πόλεμος Bellum	בלחם Inf. Pugnare לחם
Πόρις Juvenca	Idem פרה
Πρόμος Jaculator, (Hom. Il. 3.)	Jacere, Jaculari רמה
Πῦρ Ignis	אור Idem, vel ab Ardere בער
Ῥάσσω Allido, Dejicio	Conterere, Conquassare רצץ
Ῥέγχω Sterto	Respirare רוח
Ῥέω Rigo	Idem רוה
Ῥήγνυμι Frango	Cald. Idem רעע
Ῥὼξ, ωγὸς Fissura	Conterere, Confringere רעא
Σάος, Σόος, Salvus	Idem ישע
Σὰρξ Caro	Idem שאר
Σαῦρα Lacertus	Brachium זרוע
Σέβω Colo, Veneror	Laudare שבח
Σεὶρ Sol }	Splendere זהר
Σειριάω Fulguro }	
Σείριον Astrum }	
Σειρὰ Sera	Catena שיר
Σεμνὸς Insignis }	סימן Idem סמן
Σημεῖον Signum }	
Σικχὸς Irrisor	Ridere שחק
Σκάπτω Effodio	Haurire שאף
Σκάριφος Stylus, Culter	Idem חרב
Σκεδάω Dissipo	Vastare שדד
Σκηνὴ Tabernaculum	Habitare שכן
Σκιὰ Umbra }	Tegere, Operire סכך
Σκιάζω Obumbro }	
Σκύτος Scutum }	
Σκοπέω Prospicio	Idem שקף
Σκότος Tenebræ	Quiescere שקט
Σκυθρὸς Tetricus	Tetrum esse קדר
Σκυλάω Spolio	Dejicere, Dispellere } שלח
Σχολὴ Feriatio (Metath.)	Quiescere, Tranquillum esse }
Σμήχω Detergeo	Detergere מחה
Σοῦσον Lilium	Idem שושן
Σοφία Sapientia	Speculari } צפה
Σπέος Specus.	Tegere, Obducere }
Σπείρω Semino (Metath.)	Spargere פזר
Στάω Sisto, Sto	Ponere שות
Στήκω Quiesco, Firmiter Sto	Silere, Quiescere שתק
Στίγμα Stigma }	Vepres שית
Στίζω Pungo }	
Στόμα Os, oris	Aperire שתם
Σύλα Præda, Spolium	Idem שלל
Συράω Eo, Proficiscor	Recedere סור
Συριγμὸς Sibilus }	Sibilus שרקה
Σύριγξ Fistula, (a sibilo sic dicta) }	
Συρίσσω, συρίζω, Sibilo, as }	
Σφάλλω Dejicio, Everto	Humilem esse שפל
Σχίζω Diffindo }	Idem שסע
Σχίσις Scissio }	
Σωτὴρ Salvator	Protegere סתר
Τάποκον. Græci ita appellare consueverunt genus scribendi deorsum, ut ait Festus	תהפוך Invertere הפך
Ταχὺς Festinus	תחוש Fut. Festinare חוש
Τείρω Fatigo	Laborare טרח
Τῆλε Longe	Jacere, Ejicere, Projicere טול
Τηρέω Servo, Custodio	Idem נטר
Τίθημι Pono	תת Inf. Ponere נתן
Τραπέω Calco	תרפס Conculcare רפס
Τρέφω Nutrio	Idem הטריף Hiph. טרף
Τροπαῖον Trophæum, (quia vi raptum)	Rapere טרף
Τρώγω Comedo	תרעה Fut. Pasci, Pascere רעה
Τύπτω Percutio	Tympanum תף
Τυφλὸς Cæcus	Obscurus, Caliginosus אפל
Ὕβρις Insidiæ	Idem ארב
Ὑγίεια Sanitas	Sanare, Curare גהה
Ὕας, ατος, Pluvia	Vapor איד
Ὕθλος Nugæ, Loquacitas	Ludificare התל
Ὕσκα Lignum, quo ignis accenditur	Ignis אש
Φάγω Edo	Cibus בג
Φαίνω Ostendo	Respicere פנה
Φέγγος Lumen }	Splendere יפע
Φέγγω Splendeo }	

Voces Gr.	Voces Hebr.	Voces Gr.	Voces Hebr.
Φιδούλα Puella	Virgo בתולה	Χαράττω Incido	Idem כרת
Φέρνιον Ferculum	(S. Hieron.) אפריון	Χάρμη Pugna	Occidere, Disperdere חרם
Φημὶ, Φάω, Loquor	Os, oris פה	Χέζω Ventris onus depono	Foris חוץ
Φθέγγομαι Loquor. Φθόγγος Locutio	Cald. Sermo, Verbum פתגם	Χέλυς Fistula	Idem חליל, חלל
Φράζω Dico, Memoro, Expono; Φράσις Phrasis	Exponere, Explicare פרש	Χιλὸς Pabulum. Χιλόω Pasco	Comedere אכל
Φρέαρ Puteus	Idem באר	Χιτὼν Tunica	Idem כתנת
Φρέω Fero	Fructum edere פרה	Χλαμὺς Chlamys	Pallium גלום
Φυγὴ Exilium	(Sanct. Pagn.) Auferri פוג	Χρυσὸς Aurum	Idem חרוץ
Φῦκος Fucus	Idem פוך	Χωλὸς Debilis	Idem חלש
Φυλάττω Custodio, Tueor	Eripere, Liberare פלט	Χῶμα Agger	Murus חומה
Φῶς Ignis. Φάρος Turris, ubi ignis accenditur	Ignis אור	Ψάλλω Psallo	Laudare הלל
Χαίτη Seta	Filum חוט	Ψάω Comminuo	Deficere, Imminui פסס
Χάος Chaos	Obscurari כהה	Ψύχω Spiro. Ψυχὴ Spiritus	Spirare, Afflare פוח
Χαράσσω Sculpo	Insculpere, Exarare חרש	Ὠκὺς Celer	חוש אחוש Fut. Festinare
		Ὦμος Humerus	Onerare עמס
		Ὤψ Facies	Idem אף

Hæc sunt Gr. vocabula, quæ cum Hebr. consentire visa sunt sive quoad sonum, sive quoad sensum; verum ut probe admonet Salmasius, (Tract. de re Hellenistica) haud dubitandum, quin longe plures in veteri Gr., si adhuc vigeret, consonantiæ deprehenderentur. Nonnulla earum exempla jam de facto videre est in antecacto Catalogo. Alia etiam refert mox citatus Scriptor. Sic veteribus Græcis, ait, Βῆνα et in Bœotia Βᾶνα sonabat pro Filia ex Hebr. בנה. Græcis item veteribus legebatur πόρκος, qui nunc χοῖρος: λῆνος, Lat. lana, quæ postmodum ἔριον: φρατὴρ, qui nunc ἀδελφὸς, et alia, quæ ex Hebr. deduci autumat. Idipsum quoque testatur Is. Casaubonus in opere quodam, (L. de 4. linguis.) quod imperfectum reliquit, quodque ab Emerico ejus filio citatur, ubi hæc habet. 'Nos autem observamus in antiquissimis quibusque Græcorum Scriptoribus multa vocabula Hebr., quæ postea vel desierunt esse in usu, vel admodum sunt mutata. Quæ omnia apprime con-inunt cum eo, quod testatur Plutarchus, (De Iside et Osiride,) plurimas voces olim Græcis et Ægyptiis fuisse communes, parum quippe ab Hebr. abludit Ægypt. sermo.

Quod postea ad idiotismos pertinet, complures etiam utrique communes comperimus.

Talis est ille, quem Græcis olim usitatum tradit idem Salmasius, ut nempe verbo nomen affine conjungant ad emphasim, ut μανίαν μαίνεσθαι, φεύγειν φυγὴν, μέμψιν μέμφεσθαι, quæ sane Hebr. sapiunt. Tale etiam illud, quod Gr. Hebræorum Hiphil imitata ex γνώω, cognosco, facit γνωρίζω, notum facio, γνώριμος, notus. Hujusmodi demum et illud, quod verbo singulari neutra pluralia conjungant: sic Hebr. יהי אורות, Sit Lux, Gen. i. 14. Gr. ταῦτα ἐπαινεῖται.

Gr. similiter Hebr. instar dualem numerum admittit.

Duplex habet *E*, E brevem, et H longum.

Item si de veteri loquamur, eam Hebr. instar articulis caruisse deprehenditur in Homero, ut observat Plutarchus, in Quæstionibus Platonicis circa finem.

Hisce alia adhuc addi potest consonantia, quam notavit Maffejus, (Osservazioni letterarie t. 4.) in vetustis nimirum Græcanicis Inscriptt. legi τημ loco την, quod nonnisi ab Hebræis manare potuit, quibus solemne est in fine vocum ם loco נ ponere.—pp. 12—31.

De Affinitate inter Græcam linguam et Hebraicam in Characteribus.

Nova, et priori adhuc ex parte securior nobis hic sese aperit via, quo dictarum linguarum affinitatem magis magisque evincamus, dum de earum literis dicere instituimus; longe minus etenim mutationi obnoxii sunt characteres literarum, ac linguæ ipsæ, cum sint certis ductibus atque figuris circumscripti atque determinati.

Quo melius autem characterum isthæc convenientia percipiatur, nonnulla etiam hic abs re non erit advertere.

I. Characteres Hebr., quoties in Gr., vel Lat. alphabeto quærantur, in latus oppositum debere converti ob diversam harum nationum scribendi rationem. Hebræi namque, ut constat, a dextera in lævam scribunt, sicut ceteri Orientales: Græci e contra et Romani a læva in dexteram; hac quippe ratione pars characterum, quæ his est anterior, illis posterior est, et sola conversione in statum collationi convenientem possunt reduci; hujus vero conversionis ope omnia fauste prospereque cedere videbuntur.

II. Dum Gr. Latinosque characteres commemoramus, unciales tantum intelligere, seu majusculos, non autem minusculos; quod priorum forma stabilior sit ac magis diuturna, aliorum vero celerioris scriptionis gratia nimium facile soleat immutari.

III. Characteres tam Gr., quam Lat. pro diversa ætate mirum in modum variare. Neque enim eadem literarum forma in veterrimis Inscriptt. atque vetustis Scriptoribus usitata cum ea, quæ temporibus mediis vel infimis obtinebat. Id de Græcis apprime constat ex jam memorato Gregorii Placent. opere, ubi omnes eæ variationes in peculiari tabula accurate collectæ cerni poterunt, si pauculas tantum excipias, quas deinceps omnium primus notavit Cl. Bianconius in suo præstantissimo opere, De antiquis literis Hebræorum atque Græcorum. De Latinis postea præter nummorum ab eodem Bianc. adductorum auctoritatem, qui id evincunt, illud inde etiam eruitur, quod Pelasgos eos esse, qui literas in Latium tulere, auctor est Plinius: hos autem sicuti linguam a recentioribus Græcis diversam habuerunt, ut infra constabit, ita et literas Hebræis propinquiores habuisse credibile est. Tum ex Dionysii Halic. testimonio referentis Romanos initio scripsisse literis iisdem, quibus Græci antiquitus usi fuerunt, iisque inscriptam a Serv. Tullio columnam æream sua ætate superfuisse.[1]

IV. Hebræorum characterum nomine non eos hic intelligi, qui hodie apud Hebræos in usu sunt, sed Samaritanos, quales præsertim in Siclis cernuntur, quosque certum est apud Hebræos in usu primitus fuisse tunc, cum literæ ad Græcos aliasque nationes delatæ sunt; quidquid sit postea de hujus immutationis apud ipsos origine, de qua jamdiu inter eruditos disceptatur.[2]

[1] Αὕτη διέμεινεν ἡ στήλη μέχρι τῆς ἐμῆς ἡλικίας . . . γραμμάτων ἔχουσα χαρακτῆρας Ἑλληνικῶν, οἷς τὸ παλαιὸν ἡ Ἑλλὰς ἐχρᾶτο.

[2] Pro hac controversia consuli potest inter ceteros præfatus Bianconius in jam laudato opere, quo nemo melius meo judicio eam enodasse videtur.

Post hæc si præfatarum trium linguarum characteres mutuo conferantur, in omnibus fere eos assimilari liquido constabit. Sic

A olim apud Græcos atque Latinos inter alias figuras has obtinebat Λ Ρ Ӽ. Similes pariter invenies apud Samaritanos, nisi quod ordine cernantur inverso in hunc modum ꟻ Ɣ Ѵ.[1]

B figura hæc, quæ Græcis et Latinis communis est, a Samarit. ᑫ in nihilo discrepat, nisi quod in hac unus tantum apex introrsum inflexus cernatur.

Γ Gr. a Samarit. ٦ sola distat literæ inversione ob rationem superius jam allatam necessaria, ut patet.

Δ Gr. est ipsum ᑫ Samarit. apicis inferioris protractione mulctatum.

E Gr. et Lat., Ǝ Samarit. inversum exprimit adamussim.

H Gr. et Lat. ejusdem figuræ est cum ⊟ Samarit., si una tantum media linea laterales jungantur.

I suum Græci et Latini una tantum ex tribus Ƶ Samaritani lineis depromta efformarunt, reliquis utpote superfluis resecatis.

Ⱡ prius, deinde L et ל reperimus apud Græcos, Latinos, et Samaritanos.

M Gr. et M Lat. a Ꮚ Samarit. paulo magis equidem discrepant. At

N Græcis et Latinis commune et Ṿ Samaritanorum sola fere inversione differunt.

◊ Veteribus Græcis, Latinis, atque Samaritanis commune.

Γ Græcis olim et Latinis ᒣ Samarit. respondet.

Ϙ Græcis olim et Latinis loco K et Q, quod a Ᵽ Samaritano expressum manifestissime cernitur.

Ᵽ Gr. et R Lat. cum ᑫ Samarit. pariter concinunt.

W commune Græcis veteribus et Samaritanis.

⊥ commune Samaritanis et veteribus Latinis.

Quod ad alias literas pertinet hic omissas, compertum est eas Gr. alphabeto nonnisi sero superadditas fuisse, cum initio sexdecim tantum obtinuerint; nec plures eo tempore fuisse crediderim apud Hebræos etiam; imo si Irenæum audiamus, (L. 1. adv. Gentes c. 41.) antiquæ et primæ Hebræorum literæ, quas ipse Sacerdotales dicit nuncupatas, decem tantum numero fuerunt. Saltem quoad sex istas ו ז ט כ ס צ spectat, facile quisquis intelligit sine iis Hebr. sermonem exprimi potuisse, atque unius plenioris soni gratia adjectas, sicuti octo postremæ Græcorum.

Ne cui autem forte negotium faciat leve illud discrimen, quod circa nonnullas ex relatis nos etiam monuimus, illud hic adnotasse sufficiat longe magis inter se distare majusculas et minusculas unius et ejusdem linguæ, esto has ab illis celerioris scriptionis gratia ortum trahere nemo unus in dubium revocet. Quare sicuti velox et expeditior scribendi ratio novo minusculo characterum generi causam præbuit, ita et lapsu temporis nonnullius etiam in majusculis alterationis causa esse commode potuit.

Hisce addatur perpetuus scribendi usus, qui magnam literis quibuscumque mutationem inferre solet. Addatur et varius cujusque populi nationisque genius et inclinatio, quibus aliquid etiam concedendum, quique insignem in literis varietatem parere procul dubio apti sunt. Quod adeo in hunc usque diem verum comperitur, ut quot nationes, tot existant diversæ characterum formæ, sive eæ Lat., sive Gr., aut Hebr., alteriusque cujusvis linguæ fuerint. Hoc sane in ipso uno Rabbinico charactere manifestissime cernitur, quem Currentem passim vocitant; alio enim utuntur Hebræi Hispani, alio Germani, alio Itali, &c. neque omnes quantumvis in alterutro periti, nisi magna prævia exercitatione, legere possunt, licet cuncti ex uno eodemque charactere Hebr. profluxerint. Ex his jam videre est nihil unitati originis officere memoratum discrimen.

Characterum similitudini eorum pariter ordo se adjungit, idem, a Græcis saltem, in alphabeto servatus, qui ab Hebræis, si unam tantum vel alteram excipias literam transpositam, additam, aut omissam. Idem pariter servatum eis nomen; hinc est quod cum Crates Philosophus, ut refert Varro, quæstionem grammaticam in Græcia agitaret, cur non diceretur *Ἄλφα ατος*, ut *Γράμμα ατος*, responderunt alii Græci: 'Hæc non sunt vocabula nostra, sed barbara.'

Accedit denique et ipsa scribendi methodus utrique olim communis; quam enim modo apud Hebræos ceterosque Orientales solemnem cernimus, sinistrorsum videlicet, Latinis quoque ac Græcis initio usitatam comperimus. Ejus usus apud Græcos ex eo constat, quod refert Pausanias, (Primo Eliacorum) inter simulacra eorum, quos sors ad pugnandum contra Hectorem elegerat, uni Agamemnonis statuæ fuisse nomen inscriptum, sed inverso quidem ordine a dextera in sinistram excurrentibus literis.[2] Ejus usus postea apud Latinos inde nobis suadetur, quod illum Etruscis, quin et toti Italiæ, olim communem fuisse deprehendamus ex quamplurimis vetustissimis monumentis, quæ in diversis Italiæ locis, Hadriæ, Veronæ, Pisauri, Capuæ, Nolæ, Neapoli, in Samnio, &c. non ita pridem eruta sunt, et etiamnum quotidie eruuntur.

Præter hunc scribendi modum, in alio etiam eos olim convenisse intelligimus, illo nempe, qui a bobus arantibus similitudine ducta *Βουστροφηδὸν* dictus est, primo versu a sinistra in dextram, secundo a dextra in sinistram exaratis, et deinceps alternatim. Pro Græcis id abunde testantur Inscriptt. Sigea, Bimardiana, pluresque nummi; testatur et Suidas, (Lex. Gr.) qui leges Solonis ab Atheniensibus *Ἄξονες* vocatas scribit; *Ἄξονες* autem scriptos esse eo modo dicit, quo convertuntur *Βουστροφηδὸν*, quod confirmat Hesychius. Pro Latinis hujus rei fidem facit Isidorus Hispal. (L. de originibus.) inquiens vulgo vocari *versus*, 'quia sic scribebant antiqui, sicut aratur terra, stylum a sinistra in dextram, deinde a dextra in sinistram convertentes, et hoc rustici hodie versus dicunt.' De Hebræis tandem fidem facit Nauclerus, dum refert[3] Esdram modum scribendi a dextra in sinistram tradidisse Judæis, cum prius ad modum arantium scriberent. Fidem facit similiter Siclus quidam Samaritanus a Bianconio relatus.[4]

Ex hisce omnibus illud etiam hic obiter advertere abs re non erit, corruere prorsus argumentum illud, quod Cl. Gorius (Storia antiq. Etrusca p. 135.) Græcam veteris Etruscæ linguæ originem contra Maffejum probaturus colligere conatur, sive ex characterum Etrusc. cum veteribus Græcis similitudine, sive ex similibus scribendi formis, quas olim apud utramque hanc nationem ex veteribus earum monumentis eruimus. Infirmum sane argumentum; cum etenim easdem prorsus literas esse constet tam Hebræorum, quam veterum Græcorum, nullam insuper scribendi formam alterutri usitatam invenire sit, quin apud alteram quondam etiam viguisse ostendi non valeat, concludendum potius nihil ex hac parto erui posse, quo memorata mox controversia dirimatur.—pp. 55—63.

[1] Vide Tabulam Biancon. inferius ponendam c. 11. ex qua reliquas fere omnes literas eruimus.
[2] Hunc modum in multis etiam recentioris Homero ævi Numismatibus cerni auctor est Bianconius l. de antiq. literis.
[3] Generat. 54. 'Scribebant autem a sinistro cornu, et a dextro redeundo scribebant in sinistrum.'
[4] Aliam methodum scribendi commemorat adhuc Pausanias l. 2. c. 20. Circularem nempe.

TABULA RADICUM HEBRAICARUM,

Ex quibus in Catalogo supra relato aliqua Græca vox est derivata.

א—Gr. אום—Gr. Lat. אטח, איד, איך—G. איל —G. אין, איש—G. L. אכר—G. אל—G. L. אלה—G. אליל—G. L. אלף
—G. אמן, אנן—G. אנף, אנק, אנש—G. L. אפד—G. אפל, אפס, אפע—G. L. ארג, ארח—G. ארח—G. L. ארץ, ארר, אש
—G. אשך—G. אתן
ב—G. L. באש—G. בג—G. L. בהל, בוא, בוס—G. L. בור, בוש—G. בזז, בזק, בטא, בטן, ביר—G. בלס, בנה, בעל—
G. L. בער—G. בקק—G. ברא—G. L. בשל—G. בתל
ג—G. גאל—G. L. גבר, גדל, גהה, גח, גול—G. גיא—G. L. גלה, גלל—G. גרל
ד—דבק—G. דון, דוש, Cald. דחל—G. דכה—G. דמה
ה—הבל, הגה—G. היה—G. L. הלך, הלל
ז—G. זהר—G. זוע—G. L. זכה—G. זעק—G. זרוע
ח—G. חדה—G. חוג—G. חוט—G. חומה, חוץ, חור, חוש—G. חלב, חלה, חלי, חלל—G. L. חלף, חלק, חלש—G. חנית,
חנך—G. חפה, חפץ—G. L. חרב—G. חרד—G. L. חרם—G. L. חרף—G. חרק—G. L. חרר—G. חרש—G. חתן, חתר
ט—G. L. טל—G. טוש—G. L. טרח
י—G. יאת—G. L. יבל—G. יום—G. יפע—G. ירא, ירה—G. ירש, יש, ישע
כ—G. כוח—G. L. כון—G. כחש—G. L. כיס, כלא—G. כלה—G. L. כלל, כלף—G. כנור—G. כנע—G. כפל, כפן, כפף—
G. L. כפר, כרב—G. כרה, Cald. כרז—G. L. כתר
ל—G. L. לבש—G. להב—G. להם, לחך, לעב
מ—G. מול—G. L. מחא—G. L. מים—G. Cald. מיסת—G. L. מלא, מלץ, מנה, מצה—G. מרק, מרר, משח
נ—G. נאם—G. L. נבל—G. נבלות, נגה—G. L. נגש, נהם, נהר—G. נוה, נוף—G. L. נטר—G. L. נכה—G. נעל
ס—G. סור—G. L. סכך, סכת—G. L. סמן
ע—G. עבוד, עגל—G. עול, עז, עכר—G. עם, עמם, עמס—G. L. ערב—G. ערך—G. עתם
פ—G. פדן—G. L. פה—G. פוח—G. פור, פח, פטש, פכה—G. L. פלה, פלח—G. פלך—G. L. פלל—G. Cald. פס, פעל—
G. L. פרה—G. L. פרש—G. Cald. פתגם, פתה—G. פתת
צ—G. L. צפה
ק—G. קוט—G. L. קול, קום—G. קן, קוף, קלט—G. L. קפד—G. L. קצר, קרא, קרה—G. קרח, קרן
ר—G. L. רגש—G. L. רוב—G. L. רוח—G. L. רכש—G. רמה—G. רנן, רסס—G. L. רעה—G. L. רעם, רען—G. L. רפס,
רצה—G. L. רצץ—G. רתם
ש—G. שאף—G. שבח—G. L. שבט—G. שדד, שור—G. L. שות, שחק—G. L. שיר—G. שית—G. L. שלה—G. שלח, שלך
—G. שסע—G. L. שפל—G. שקט, שקף—G. שתם
ת—תהה, תחת—G. תמר, תף—G. L. Cald. תרי, Cald. תרעא

Qua ratione tot recensitæ Hebrææ voces ad Græcos pervenerint.

SEMITAS omnes, quibus singulæ voces ad nos usque pervenerunt, assequi operosum nimis, ac captu difficile est, inquirere tamen nonnisi utile atque proficuum.

Cum porro de linguis agitur, quæ ad nationes pertinent inter se dissitas, duplex tantum suppetere videtur via ad aliqualem affinitatis rationem reddendam, si qua in ipsis deprehendatur; ut nempe vel ex mutuo ipsarum commercio ea repetatur, vel ex coloniarum deductione ex una in alteram regionem. Videndum propterea, num alterutra ex his causis tot Hebr. voces in Gr. et Lat. linguam transvexerit.

Quod in mutuo nationum commercio vis maxima insit ad voces ex una in aliam linguam invehendas, ipsæ nostratis vernaculæ vicissitudines, novaque in dies ipsi accrescentia ex vicinarum consortio vocabula satis aperte nos edocent, illudque etiam alibi indigitavimus.[1] Licebit ergo suspicari commercium ab Hebræis, vel aliis ipsorum finitimis cum Græcis atque Latinis exercitum memoratam peperisse vocum affinitatem, nisi huic asserto plura, eaque non levis momenti obstarent. Jam enim quod ad Hebr. gentem spectat, compertum est, eos cum alienigenis hujusmodi commercia nec exercuisse, nec exercere potuisse, ut optime observat Morinus, Exercit. prima, c. 11. Lex eos patriæ suæ affixos tenebat ob festa, oblationes, purificationes, aliosque ritus, qui extra eam non poterant observari. Cibi etiam ipsis propositi, et pollutionum, idololatriæque metus minime concedebant cum gentibus consuetudinem. Gentes vicissim eorum consuetudinem aversabantur, eosque ut impios Deorum contemtores infensissimo prosequebantur odio. Sic permutare inter se vocabula non poterant. Cujus rei veritas quod probe perspecta esset Auctori Origg. Celtic. in causa fuit, cur præpropere nimis inferret aliarum vocum etymologias haudquaquam in Hebr. ling. investigandas (Origines Celtiques, c. 4.). Illud postea quod ait Valtonus, In Proleg. ad Polyglott. eam vocum affinitatem inde repeti posse, quod Græcis et Romanis diu servierint Judæi, nec magis prodest, cum hoc nonnisi sero contigerit, eaque ætate, in qua utraque hæc lingua jam perfecte constituta erat.[2] At potuerunt eæ voces oriri ex commercio saltem cum Phœnicibus, quorum lingua ab Hebr. parum discrepat, quosque negotiatores fuisse celeberrimos constat, et cum omnibus fere nationibus commercia exercuisse. Sed illud hic adversatur, quod si ex mutuis commerciis affinitas toties memorata foret repetenda, hæc ex commercii perseverantia ac duratione augeri debuisset; oppositum tamen jam observavimus, tam Gr. nimirum quam Lat. idioma majora, si in suis exordiis, quam si in progressu spectentur, hujusce affinitatis argumenta exhibere. Aliam proinde illius causam inquiramus oportet, ac videamus si forte ex coloniarum deductione ea plausibilius erui possit, ut quemadmodum inter argumenta, quibus origines ab historicis traditæ dijudicari possunt, unum et quidem præcipuum in linguæ vestigiis situm esse docet Bodinus, Method. Hist. c. 11. ita ex opposito ex populorum originibus linguæ vestigia explicari possint. Exemplum sane hujusce rei haud ambiguum præsto nobis adest in veteri Punica lingua: Phœnicum nempe colonia Punica gens erat, hinc tanta inter eos sermonis affinitas, qua majorem vix fere concipias.

Qua in re eorum jactantiam hic nos nihil morabimur, qui vel quod suæ originis initia nescirent, vel quod peregrinorum odio dissimularent, se indigenas terræ parentis, seu αὐτόχθονας appellarunt. Sic Aristides in Panath. supremæ nobilitatis decus Atheniensibus tribuit, quod non aliunde profecti genus ab ipsa terra Deorum matre traxissent. Qui error non modo veterum Scriptorum, sed juniorum etiam adeo communis est, ut et de Britannis Polydorus, et de Germanis Altamerus hoc asserere non erubuerint, Bodino teste. Sed commenta isthæc sunt, quæ ipsa sua narratione refutantur.

[1] Vide Dissert. nostram de celeriori Lat. linguæ præ Gr. corruptione in tomo 6. Bernens. Excerptorum edita.
[2] Ob hoc etiam in subsidium non vocavimus Græcorum tam crebra cum Ægyptiis commercia toto eo tempore, quo Ægyptus Gr. Regum sustulit jugum, quod nempe nimis sero hæc contigerint, ut inde sermonis convenientia repeti possit.

Noemum ipsum nauticæ artis peritissimum trecentis et amplius, quibus post Babelicam confusionem superfuit annis, totum fere orbem navigio perlustrasse, turmatimque nepotum globos oris præsertim maritimis reliquisse usque ad remotissimos vel septentrionales sinus, non desunt qui opinati sunt; quo stante omnium prope populorum æqualis circiter antiquitas facilius comprobaretur, et nullo negotio linguarum illarum affinitatis redderetur ratio, nisi perspectum foret hoc unum esse ex consuetis poetarum figmentis, quibus proinde parum tute populorum origo superstrueretur, ut observat Cl. Adami, (Storia di Volseno lib. primo). Pelasgos ex progenie Phaleg 300. fere post diluvium annis linguam in Græciam tulisse credidit Kircherius, Prodrom. in Atl. Polygl. s. 1. c. 10; imo a filiis Japhet, qui turris ruinæ præsentes aderant, delatam alibi dicit. Morinus demum aliquid amplius ausus vel ante confusionem colonias aliquot dispersas asserere non dubitavit,[1] quamquam hoc de finitimis tantum regionibus ipse intelligat, ut Chananæa, Arabia, Ægypto, &c. Quæ duo postrema quamvis haud multum a vero absimilia videantur, quia tamen ab incertis vix aliquid certi erui potest, satius erit idcirco, ut ad certas atque exploratas historias nos conferamus, si forte ex iis, quæ de nationum coloniis ibi enarrantur, novum aliquod haurire sit opinioni nostræ præsidium.

Phœnices cum suis coloniis Hebraismum ubique disseminasse opinio fuit Bocharti, Geogr. Sacra in Chanaan. l. 1. c. 1., cui Thomassinus (Præf. in Gloss. Univ. Hebr.) etiam et Huetius (Dem. Evang. prop. 4. c. 13.) adstipulantur, neque immerito. Postquam enim terra Chanaan pene universa a Judæis duce Josue fuit occupata,[2] litoralis illa tænia, quæ amplissimæ genti sola relicta est, cum tantæ multitudini non sufficeret, pars Phœnicum multo maxima e terra sua exules mari se commiserunt alias quæsituri sedes, primique omnium longinquas profectiones suscipientes maris imperium diu tenuere, eo quod navigandi peritia reliquas gentes longo intervallo superarent; unde et inventæ primum nauticæ artis famam sibi compararunt juxta illud Catulli,

Prima ratem ventis tradere docta Tyrus.

Hinc est quod eorum colonias dinumerare haud facile sit. Atque ut eas regiones prætermittamus, quæ ad rem nostram nil conferunt,

De Athenis constat ex Herodoto, (L. 5. c. 55.) ubi de Gephyræis, qui Aristogitonem et Harmodium interfecerunt, inquit, quod ii Phœnices erant ex iis, qui cum Cadmo in terram, quæ nunc Bœotia vocatur, devenerant, quorum prima sedes erat quidem Tanagræ, ut inquit Bochartus in hunc locum, sed a Bœotiis inde pulsi Athenas diverterunt et Salaminam.

Laconia etiam, inquit mox citatus Scriptor, non videtur fuisse Phœnicibus prorsus inaccessa. Saltem certum est eos Cytheram Laconici sinus insulam occupasse inter Tænarum et Maleam promontoria: quinimo et sic dictam a Cythero Phœnice hanc insulam prætendit Stephanus (Dict. Geogr.). Ibi de facto portus aderat Phœnicius dictus, ut testatur Xenophon.[3]

In plerisque pariter Cycladibus insulis olim habitasse Phœnices pro comperto est; Oliarus enim est Sidoniorum colonia teste Heraclide Pontico apud Stephanum; Melos, si Festo credimus, dicta est a Melo, qui ex Phœnice ad eandem fuerat profectus; Bybli primi incolæ juxta eundem Stephanum Phœnices fuere, et ita ab ipsis appellata. De omnibus demum insulis idipsum testatur Thucydides l. 1. dicens: 'Neque insulares minus latrocinabantur, Cares nimirum et Phœnices, hi enim insularum plerasque incolebant.'

Per alias bene multas Græciæ partes provinciasque discurrit adhuc Bochartus, atque vel ex ipsis urbium fluviorumque nominibus Phœnices in singulis adinvenire sibi blanditur. Quæ deducendi ratio quamvis non omnino sit improbanda, illud tamen hic advertere non omittemus sola nomina non sufficere ad veras gentium origines probandas, cum sæpe idem nomen diversis gentibus ob viciniam tribui soleat, et æquivoce nonnunquam etiam tribuatur. Sic Sidonis nomen ob rationem ignotam tributum est filio Chanaanis, et postea ob copiosam piscationem tributum est urbi, ut monet Morinus (Exercit. prima in ling. prim. c. 13.) et a Chanaane dicta Chananæorum gens, Phœnices vero ob mercimonia Chananæi etiam dicti.

Interim ex tam multiplici Phœnicum coloniarum deductione nullus dubito, quin sermonis affinitas inter hasce nationes valde maxima nasci debuerit.—pp. 126—134.

Quomodo ad Græcos pervenerint Hebræorum Literæ.

Postquam semitas omnes lustravimus, quibus Hebr. voces ad Græcos usque Latinosque pervenire potuerunt, illud nunc instituti nostri ratio postulare videtur, ut inquiramus, qua via ad eos etiam pervenerint Hebr. literæ, quibuscum literas Græcorum et Latinorum pariter convenire supra probatum est. Quo sane nil ad definiendum facilius, si vulgata in hac re opinio spectetur, qua Græci a Phœnicibus, Latini a Græcis characteres retulisse censentur. Non ita tamen, si rem totam accurato subjicere velimus examini.

Literas a Phœnicibus in Græciam delatas Cadmi opera, Græci pene omnes revera testantur. Sic Herodotus (l. 5. §. 18.): 'Phœnices illi, qui cum Cadmo venerunt, . . . plurimas doctrinas in Græciam introduxerunt, et literas ipsas etiam, quæ apud Græcos antea non fuerunt, ut mihi quidem videtur; primæ autem fuerunt illæ, quibus omnes pœne Phœnices utuntur, sed progressu temporis una cum sono mutaverunt etiam modulum pristinum.' Idem postea addit Iones præcipue has Cadmi literas libenter excepisse, et cum vicinis communicasse, atque in grati animi signum elementa illa Phœnicia vocari. Philostratus in Epistolis: 'Peregrinæ sunt etiam literæ, nam a Phœnicia venerunt.' Critias apud Athenæum, (l. 1.) 'Phœnices vero invenerunt literas sermonis subsidia.' Idem reperias in Zenodoto, (Epigr. apud Laertium.) in Timone Phliasio (apud Sextum.) aliisque. Græcis Latini pariter plerique adstipulantur, ut Plutarchus, (Sympos. l. 9. q. 3.) Plinius, (l. 7. c. 56.) Tacitus, (Annal. l. 11.) Quint. Curtius, (l. 4.) et alii innumeri. Tantorum abrepta virorum auctoritate magna etiam recentiorum pars eidem sententiæ calculum suum adjicere religiosum semper duxit. Qui tamen ei vires summopere adauxit, fuit Scaliger: hic enim[4] inscript. illam perpendens, quam veteribus Ionicis literis præferunt percelebres Appianæ columnæ, alphabetum ex iisdem literis construere suscepit vir doctissimus, eoque cum Samarit. seu Phœnic. (eosdem enim esse autumat) collato talem ac tantam inter eos

[1] Exercit. prima c. 11. hæc habet verba: 'Minime verisimile est per integrum seculum omnes in exigua Sennaar convalle homines accumulatos permansisse. Jam enim in numerum ingentem excreverant, quoniam quarta Noachi nepotum progenies jam florebat. Procul dubio vel vicinæ regiones jam occupabantur, vel saltem liberis discursionibus patebant, et quibusvis licebat sedes in iis sibi constituere, ut suis commodis consulerent.'

[2] Quod hæc origo fuerit primæ eorum migrationis argumento esse potest inscriptio illa Africæ Tingitanæ reperta, cujus meminit Procop. l. 2. de Bel. Vandal. ubi hæc legebantur: 'Nos sumus qui fugerunt a facie Josue filii Jesu latronis.'

[3] L. 4. Hellen. 'Ad Cytheream portum Phœnicuntem appulit.' Propinquam ab Hebræis prosapiam jactasse Lacones compertum est ex quadam ad Oniam Judæorum Pontificem data Epistola, quæ legitur l. 1. Machabæorum, ubi suam ab Abrahamo originem authenticis monumentis confirmare contendebant; sed hoc inter fabellas jam a viris doctissimis amandatur.

[4] Diss. de literis Ionum, et Animadvv. in Chron. Euseb. Sunt hæ duæ columnæ ineunte secundo Ecclesiæ seculo sub Antoninis incisæ opera Herodis Attici, quæ nunc in hortis Farnesianis extant.

cognationem deprehendere sibi visum est, ut hoc unum argumentum sufficere concludat ad Phœniciam Gr. literarum originem dignoscendam.

Tot superba præsidiis opinio isthæc suis tamen nunquam non caruit oppugnatoribus, sive qua parte Gr. characterum epocham respicit, sive qua eorum respicit naturam, et cum Phœnicibus similitudinem. Sunt enim in primis, qui se haudquaquam intelligere profitentur,[1] literas in Græcia aliquando non fuisse, sed eas semper a regnis et civitatibus, imo et ab humanis convictibus constitutis necessario semper existere debuisse arbitrantur, cum sine illis neque rerum anteactarum memoria esse possit, neque præsentium ordo, neque successio futurorum; quare nonnisi incertum absque auctore rumorem habendum illud esse, quo ferebatur olim a Cadmo primum latas in Græciam literas.[2] Qua in re se ab eorum placito satis alienos ostendunt, qui literarum usum Cadmo longe recentiorem apud Græcos fuisse contendunt,[3] quorum alii teste Tacito (Annal. l. 1.) Cecropem Atheniensem, alii Linum Thebanum, alii denique Palamedem Argivum inventores reputant. Hisce accedit, quod auctor Chronici marmorei Arund., cum Cadmi adventum in Græciam memorat, arcemque Thebis ab eo ædificatam, de literis allatis nihil habet; cum alioquin multa alia rarioris usus et momenti levioris apud Græcos vel instituta, vel introducta non sileat.

Sed esto, inquiunt alii, quod Græci a Cadmo literas primum acceperint, neque ex eo tamen literas illas Phœnic. fuisse licet statim inferre.[4] Cadmus enim licet e Phœnicia prodierit tunc, cum Græciam appulit, ipse tamen Phœnix natione non erat, ut vulgo creditur, sed Ægyptius. Vadem hujus rei et sponsorem exhibeut D. Hieronymum, cujus hæc leguntur verba:[5] Temporibus Josue Cadmum una cum fratre suo Phœnice Thebis Ægyptiorum, unde oriundi erant, in Syriam profectos esse, et tempore Othonielis Judicis Israelit. e Phœnicia in Græciam venisse, atque ibi in memoriam Thebarum Ægyptiorum Thebas Bœotias condidisse, relicta fratri Phœnici Syria, quæ deinde Phœniciæ nomen obtinuit. Hieronymum in hac re jam antecesserat Eusebius (Chronic. l. 2.), cum dixit Phœnicem et Cadmum de Thebis Ægyptiorum Syriam profectos apud Tyrum et Sidonem regnasse. Quod si qui alii Phœniciam Cadmi originem tradiderunt, ii de vulgi sententia potius, quam de sua id dixisse censendi sunt. Ægypt. itaque literas, quas in Ægypto a juventute didicerat, non Phœnic. Græcis Cadmus communicavit. Quod autem Cadmeæ literæ Phœnicia γράμματα dici consueverint, nonnisi per abusum a fratre Cadmi Phœnice hoc oriri potuit, inquit Kircherius, vel a regione, unde Cadmus exiit tunc, cum ad Græcos accessit.

Ast nullibi melius hoc illucescere aiunt, quam ex palpabili literarum utriusque gentis discrepantia. Hinc prælaudatus Kircherius ipsos illos, quibus ad opinionem suam instaurandam usus erat Scaliger, alphabetos, Ion. videlicet et Samarit., Lectorum oculis denuo subjiciens, eos ad literas cum literis comparandas invitat, eaque sola collatione alterius sententiæ futilitatem non obscure revinci arbitratur. (Mireris sane tale dissidium circa rem ceteroqui conspicuam inter viros ingenio et eruditione perceIebres.) Altero deinde in medium adducto alphabeto, Cophto nimirum, seu veteri Ægypt., cujus revera cum Gr. similitudo tanta est, ut major desiderari non possit, hujus ope Ægyptiam Gr. literarum originem ex omni parte probatam concludit. Sed et nonnihil roboris inde accresci autumat huic asserto, quod similis etiam dextrorsum scribendi ratio utrisque communis appareat. In quo tamen oculatissimi hujus viri hallucinationem notare liceat, qua non advertit usitatam apud reliquos Orientales scribendi formam a dextra in lævam tam apud Ægyptios, quam apud Græcos initio viguisse, ut de Græcis jam constat ex superius dictis, de Ægyptiis vero testatur Herodotus.[6]

Jam in tanto opinionum dissidio, si meum liceat sensum aperire, quod in primis ad Cadmi originem spectat, parum illud pro præsenti controversia referre asseram, num Phœnix ille fuerit origine, vel non; hoc ipso namque, quod eum Phœniciæ diu immoratum fatentur, priusquam in Græciam migraret, nil obstat sane, quominus Phœnices characteres secum pariter asportaverit, Græcisque tradiderit. At quod ad literarum pertinet naturam, ubi potior stat difficultas, ingenue dicam neutram ex relatis arridere sententiam. Ratio autem dissensus, quæ ex superius facta collatione jam aliquatenus translucet, ea est, quod neque Gr. characteres, quibuscum Ægyptios comparat Kircherius, neque Samaritani a Scalig. cum Ionicis collati sint suarum nationum vetustissimi, quales tamen adhiberi par erat ad eam, in qua versamur, controversiam dirimendam. Samaritani etenim, quos assumit Scalig., quosque eosdem cum Phœniciis arbitratur, alii non sunt, nisi quos in codicibus cernimus, quibusque hodie ea gens utitur. Porro ut missum faciam, quod Phœnic. literas in Samarit. frustra quæri sunt qui prætendunt,[7] præfatis tamen longe antiquiores eos esse, quibus exarati sunt Sicli, jam in confesso est apud omnes. Græci similiter nonnisi vulgaris formæ ab utroque usurpantur: at quam ab his distant, quos in vetustissimis inscriptionibus comperiri testatur Bianconius, (L. de literis Hebr. et Gr. p. 63.) quique magis quam cum Samaritanis hodiernis, cum literis Siclorum apprime conveniunt? Quæ cum ita sint, et nos pariter in prælaudati Scriptoris sententiam haud hæsitanter concedimus, quod characteres longe prius quam vulgo creditur, et a primis usque temporibus in Græcia obtinuerint; quod tamen non obstat, quominus lapsu temporis Cadmus, vel alius quispiam cum ea, quam deinceps sortiti sunt, forma characteres in Græciam invexerit, eo ferme pacto quo Pelasgi sinistrorsum scribendi methodum ad Etruscos tulerunt, penes quos opposita prius obtinebat. Non obstat pariter, quominus sive Græci, sive Latini primævi characteres Phœnicibus etiam acceptos referant, modo illud supponatur, quod facile omnino est, veterem scilicet literarum formam apud ipsos Phœnices nonnihil lapsu temporis etiam variasse.

Re in hunc modum constituta, cohærent omnia. Herodoto namque fides servatur, dum l. 2. ait se apud Thebas Bœotias literas Cadm. in tripodibus quibusdam incisas vidisse magna ex parte consimiles Ionicis. Stat fides pariter Hadriani Sophistæ effato, quod ab eo prolatum refert Philostratus, cum præfatam Attici epigraphem intueretur, *Πάλιν Φοινίκης γράμματα*, quanquam illud in vulgarem tunc temporis opinionem commode refundi posset; ac tandem nullo negotio componuntur eruditorum dissidia.—pp. 149—157.

Ut hactenus dicta pleniorem in lucem ponantur, e re nostra esse ducimus alphabetos omnes in hoc capite memoratos singillatim ob oculos ponere, quod præstabit sequens Tabula; cujus prima columna a læva inci-

[1] Vide Bianc. tract. de. vet. literis Hebr. et Gr. [2] Hujus opinionis fuit etiam Tzetzes apud Bochart. in Chanaan, c. 20.

[3] Inter hos eminet Josephus l. 1. contra Appionem, ubi ait: 'Qui literarum usum antiquissimum esse volunt, a Phœnicibus, et Cadmo gloriantur se didicisse; sed neque illo tempore quisquam demonstrare possit servatam inscriptionem neque in templis, neque in publicis anathematibus.'

[4] Vide Kirch. prodr. in Atl. Polygl. c. 10. [5] Apud Kirch. in prodr. ibidem.

[6] In Euterpe. 'Græci literas scribunt et calculis computant a sinistra in dextram manum ferentes, Ægyptii a dextra in sinistram.'

[7] Vide Morinum Exercit. sec. in ling. prim. c. 5. Kircherium in prodr. l. 3. c. 10. Idque adhuc melius constabit, si vere Phœnicii sint characteres Inscriptionum, quas referunt Cl. Gorius pag. 101. operis jam citati, et Abbas Bartholomæus in memoria quadam super characteres Phœnicios Paris. Acad. proposita anno 1758. Ii enim, si paucos excipias, nihil communis cum Samaritanis prorsus præ se ferunt.

piendo characteres exhibebit Samarit. a Scalig. adhibitos, secunda Copht. juxta Kircher., tertia Samarit. Siclorum, quarta veteres Græcos juxta Bianc., quinta veteres Latinos apud eundem.—p. 158.

Literæ Phœniciæ Scaligeri.	*Literæ Cophticæ Kircherii.*	*Literæ Samaritanæ Siclorum.*	*Literæ Ionicæ seu veteres Græcæ Bianconii.*	*Literæ veteres Latinæ ejusdem.*
N	A	⋎FN	A	ΛΛ
9	B	9	B	B
7	Γ	7	Γ	G
4	λ	4	Δ	D
∃	Є	∃	E	E
∏	H	B	H	H
ΠΓ	I	ζ	ΙΙ	I
L	λ	L	L	LL
ש	Ɱ	ש	M	M
⊃	N	ע	N	N
O	O	◊O	◊O	◊
⊐	Π	7	Γ	PΠ
ЭY	C	P	ϘPKK	Ϙ
9	P	9	9P	R
W	ω	W	W	S
N		X	T	+

J. A. ERNESTI[1]

DE VESTIGIIS LINGUÆ HEBRAICÆ IN LINGUA GR. DISPUTATIO.

In controversia ea, quæ viris doctis intercedit de genere scribendi Gr., quo viri divini usi sunt in libris sacris, sitne satis simile ei, quod Gr. vetustas usurpavit, et ab Hebraismis purum, necne, defensores puritatis sæpissime pugnant auctoritatibus poëtarum. His contrariæ sententiæ auctores, Gatakerus inprimis, Mosesque Solanus, ita occurrunt, ut dicant, multa esse in poëtis abhorrentia a vulgari consuetudine loquendi, quam sequantur scriptores populares, eamque ob causam non esse consentaneum, ut, si cujus φράσεως, scriptoribus θεοπνεύστοις frequentatæ, Hebraicæque consuetudini similis, unum et item alterum exemplum in poëtis Gr. reperiatur, ea pure Gr., et ab scriptoribus bene Gr. scribentibus potius, quam ex Hebr. sermone ducta putetur. Eam rationem etsi non repudiaverim; tamen non omnino mihi satisfacere fateor, etiam propter multitudinem exemplorum, quæ in eo genere proferuntur. Altius repeti refellendi ratio potest, ut opinor, atque sic comparari, ut etiam in alio genere exemplorum repudiando prosit, quo illi in puritatis defensione utuntur. Quæ ut intelligatur, animum induxi, quædam hoc tempore disputare universe, de vestigiis ling. Hebr., quæ mihi visus sum deprehendisse impressa, non modo in poëtis Gr., sed etiam in aliis scriptorum generibus. Ea disputatio erit tripartita. Primum ostendam, in antiquissimis optimisque Gr. ling. auctoribus iis, qui populari oratione utantur, esse quædam, quæ videantur e consuetudine Hebr. ducta esse: veniam deinde ad poëtas, in iisque, non abhorrens esse, disseram, quasdam agnoscere veteris Hebr. ling. reliquias: desinet denique disputatio in scriptoribus iis, qui sublata libertate Græcorum, maximeque, imperantibus primum in Oriente Græcis, deinde Romano imperio ad easdem partes propagato, et Christiana denique religione constituta, vixere. Ejus autem rei consilium mihi injectum est nuper, cum interpretatione libelli, quem Plutarchus de discrimine Amici et Adulatoris scripsit, instituta, venissem ad locum, ubi adulator dicitur imitatione morum institutorumque captare benevolentiam hominum, τῷ μὲν συνορχούμενος καὶ συνᾴδων, τῷ δὲ συμπαλαίων, καὶ συγκονιόμενος, &c. ubi Plutarchus, de more suo, verbo vulgari συμπαλαίειν junxit ejusdem significationis verbum aliud exquisitius συγκονιοῦσθαι: quod ita simile est Hebr. נֵאָבֵק et הֵאָבֵק, ut ad ejus similitudinem factum videri possit. Nam Hebr. illud, quo usus est Moses Gen. xxxii. 25, 26. quodque vertitur ab Alexandr. Interpr. παλαίειν, proprie est In pulvere volvi, eaque de causa ab Aquila, proprietatem verborum diligentissime secuto, itemque a Symmacho, per κυλίεσθαι, explicatur. Sed rem, ut proposuimus, aggrediamur.

Primum igitur, qui veteres illos Atticos Oratores, Historicos, ceterosque prosaicos scriptores, attente

[1] Vide J. A. Ernesti Opuscula philolog. crit. multis locis emendata et aucta, Ed. sec. multis partibus locupletior. Lug. Bat. 1776. 8vo. pp. 171—182.

legant, si Hebraismi non sint prorsus imperiti, passim animadvertant formas dicendi, quæ ita similes sint Hebraicis, ut vix dubitare liceat, quin ex his sint expressæ. Non mea unius, aut primi, ista observatio est atque opinio, sed multorum ante me, nominatim Marklandi V. C. ad Lysiam p. 549. ubi, prolatis e Lysia exemplis formulæ *μετά τινος εἶναι*, subjicit: 'Et hinc intelligitur phrasis ista, quæ in N. F. toties occurrit, ut Jo. viii. 29. Act. x. 38. quam locutionem ab Hebræis forte, ut innumeras alias, mutuati sunt Græci veteres.' Quos ille universo nomine appellat, intelligit, ut opinor, maxime Atticos illos veteres, quibus id certe commune est cum ceteris, de quibus post dicetur. Atque illa observatio sæpe perutilis esse potest, in sacris libris, ubi non raro hærent viri docti in formis Hebr. aut iis respondentibus Græcis interpretandis, dum nimis verba singula amplectuntur: facile se expedituri, si earum vim comparatione cum Græcis reperire didicissent. Uno exemplo, sed luculento, defungemur. Quomodo torserint Interpretes verba Mosaica Gen. xlix. 10. מִבֵּין רַגְלָיו, nemo est, quin sciat. Ejus rei nulla alia causa est, nisi vulgaris illa et puerilis interpretatio verborum, ab Aquila orta, *ἀπὸ μεταξὺ ποδῶν αὐτοῦ* vertente, quæ in vernacula inprimis nostra, aliquid sonare videntur amplius, quam in linguis mortuis significant: quanquam et Hebræorum magistri olim similia nugati sunt, dum vocum singularum propriam vim nimis retinerent. Quanto facilius verum sensum, omni argutatione vitata, viri docti reperissent, si Græcos consuluissent, qui istam formam dicendi, רַגְלָיו et סוּר מִבֵּין רַגְלַיִם ad verbum suo sermone exprimunt, valdeque frequentant. Plato in Theag. T. i. p. 123. A. *ἐκ τῶν ποδῶν ἀποχωρήσομεν*: et Xenoph. Symp. c. iv. §. 51. *ἐκ ποδῶν ἀπέρχονται*. Id autem nihil est amplius, quam, quod Latini dicunt, e medio discedere, sive simpliciter, abire, ut *ἐκ ποδῶν*, sive *ἐκποδὼν γίνεσθαι*, discedere e conspectu, vel mori, et *ἐκ ποδῶν ποιεῖσθαι*, tollere, amovere, et multa alia similia. Neque id modo absolute dicunt, sed etiam cum genitivo, ne ulla dubitatio reliqua sit, ut Xen. Cyrop. v. p. 52. 16. ed. Steph. sec. *ὅσα ἐνοχλεῖσθαί ἐστιν, τούτων ἐκ ποδῶν ἦμεν*, Quæcunque incommodum afferre possunt, ab his aberamus. Nemo in Gr. hac forma unquam hæreat mediocriter Gr. doctus. Qui e verbis *ἐκ ποδῶν* aliquid exprimere amplius vellet, quam dixi, urgens verborum proprietatem, pueris risum moveret.

Hebræorum mos est, homines exprimere per partes corporis, quarum qualiscunque sit conjunctio cum re ea, quæ iis tribuitur: idque cum faciunt, nihil de istis partibus cogitant, sed totam personam animo contuentur, sicut, qui Lat. appellant aliquem carissimum caput aut pectus, nihil de istis partibus admodum cogitant, sed de toto homine, vel maxime animo ejus. Quod ignorantes vulgo homines, aut non cogitantes, non modo inepte formas illas loquendi verterunt, sed etiam ex iis emphases, ritus, et alia exsculpsere. Act. v. 2. Ananias pretium venditi prædii *ἔθηκε παρὰ πόδας τῶν ἀποστόλων*, tradidit Apostolis, non, apud pedes Ap. posuit: nec fecit hoc Lat. sensu, nec id cogitavit Lucas: sed, si tamen quid amplius desideres, custodiæ curæque Apostolorum, ait, tradidisse et mandasse, ut Paulo vestes ii, qui Stephanum lapidabant Act. vii. 58. *ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια παρὰ τοὺς πόδας Σαύλου*: ubi vertendum erat, Saulo vestes mandabant custodiendas, ut patet ex Act. xxii. 20. ducta forma loquendi e Gen. xxx. 30. ubi Jacobus Labani dicit: Te Deus auxit לְרַגְלִי cura mea, per me, non, ad pedem meum. Atque ad hanc rationem explicandum erat illud de Paulo, *παρὰ τοὺς πόδας Γαμαλιὴλ ἀνατεθραμμένῳ* Act. xxii. 3. educato cura Gamalielis, sive simpliciter, apud Gamalielem, non, ut compilatores antiquitatum Hebr., et interpretum quidam volunt, ad pedes, quod discipuli humi sederint apud Hebræos, magistri in loco et sede editiori, unde etiam vulgo hodie, cum aliquem volunt dicere discipulum alterius fuisse, ad pedes ejus sedisse, etiam in vernacula nostra, haud bene dicunt. Martha quidem Lucæ x. 39. *παρακαθίσασα παρὰ τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, ἤκουε τὸν λόγον αὐτοῦ*, non profecto humi sedens, cum Christus loco editiori sederet: ridiculus sit, cui tale quid in mentem veniat: sed sedens prope Jesum: sicut Attici, qui hoc genus loquendi modo quodam imitati sunt, *ἐν ποσὶ, πρὸ ποδῶν*, atque etiam *παρὰ πόδας* dicunt esse præsentes res, personas, quod sciam, nunquam. Itaque, si de personis occurrat, sane non sit simplex periphrasis præsentiæ, ut nec in illo Ciceron. pro Cluent. 13. 'Ante pedes triumviri Manilii constituitur:' ubi sane ad sedem triumviri loco editiori respicitur. Quam rationem interpretandi firmant scriptores divini ipsi, cum formæ isti substituunt nomen personæ, ut Paulus 1 Cor. xv. eodem versu jungit *ὑποτάξαι ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ*, quod exprimit Hebr. תַּחַת רַגְלָיו e Ps. viii. et *ὑποτάξαι αὐτῷ*. Act. v. 9. *οἱ πόδες τῶν θαψάντων*, ii, qui sepelivere maritum tuum, etiam Hebræus, Lat. doctus, vertat, non, pedes eorum, qui, &c. Rom. x. 15. *ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελ. εἰρήνην*, quam jucundi sunt nuncii pacis, non pedes nunciorum, qui suaves esse non solent. Sed satis circa pedes illos Hebr. hæsimus: aliarum partium exempla adjungemus, quoniam in hujus rei mentionem incidimus. Masius ad Jos. i. 8. merito ridet eos, qui argutati sunt in verbis, Non recedat liber legis מִפִּיךָ, *ἐκ στόματος*, ut οἱ ό vertunt, quasi ad docendi officium pertineant, ob mentionem oris, cum nihil aliud sit, quam periphrasis personæ, ut, cum labia sacerdotis, sine ulla emphasi, pro sacerdote dicuntur. Quæ per ministerium alterius fiunt, in iis personam *περιφράζουσι* per manum, ut בְּיַד *ἐν χειρί τινος* fieri dicantur, quæ sine ulla manuum opera, sed ore, verbis, pedibus, quocunque denique modo fiant, ut Act. x. 12. 41. &c. Unum addam ex Hos. vaticiniis ii. 4. quo maxime illustratur locus Mosaicus, ab initio positus. Meretriciam libidinem, inquit, מִפָּנֶיהָ תָּסֵר removebo *ἐκ προσώπου αὐτῆς*, et adulterium מִבֵּין שָׁדֶיהָ *ἐκ μέσου τῶν μαστῶν αὐτῆς*. Sicut hic מִבֵּין שָׁדֶיהָ nihil aliud est, nisi ab ipsa: non enim vereor, ne quis etiam hic scrutari, et investigare abditam aliquam emphasin, ut in pedibus Judæ velit: sic in Mosis verbis מִבֵּין רַגְלָיו nihil est, quam ab ipso sine peculiari aliqua vi in pedum verbo intelligenda, plane ut Gr. *ἐκ ποδῶν αὐτοῦ*, quod hinc natum et ductum est, utque *servus Dejotari a pedibus legatorum*, h. e. ab legatis, *abductus* dicitur apud Cic. pro Dejot. c. i.

Sed nihil impedit, quo minus aliud exemplum subjiciamus, quod cum superiori conjunctum sit, et simul juvenes acuamus ad intelligendam eam, quam cum magno A. Schultensio Analogiam linguarum vocem, præstantissimum interpretandi præsidium, sed paucis cognitum apud nos aut usurpatum ex iis, qui interpretari libros sacros conantur; quando, qui se ad id negotium conferunt, plerumque ne unam quidem mediocriter callent, nedum plures ita, ut comparationem instituere, et ex altera alteri lucem accendere possint. Quemadmodum optimi Atticorum dicunt *ἐκ ποδῶν* s. *ἐκποδὼν*, ut vel redundet plane, vel sit e conspectu, e medio, eique contrarium *ἐμποδὼν*, ut coram, in conspectu, significet: ita et utuntur formulis *ἐκ μέσου, διὰ μέσου, ἐν μέσῳ*, ut illa *τῷ ἐκποδὼν*, respondeat, reliquæ *τῷ ἐμποδὼν, ἀνὰ μέσον* denique et *εἰς μέσον*, aut plane redundent, aut simplicem præsentiam significent: quod etiam imitatur Lat. consuetudo, inprimis poëtarum, qui centies mediam rem dicunt *πλεοναστικῶς*, rem simpliciter, et quemcunque ejus locum aut partem: unde non erat, quare Burmannus, Vir summus, in Æn. ii. 240. ubi equus ille fatalis Trojæ subit muros urbis, 'Mediæque minans illabitur urbi,' mediæ urbi referret ad minans potius, quam ad illabitur, quia vix ingressus erat muros, nondumque in mediam urbem pervenerat: non ignarus alioqui consuetudinis Lat. in hoc verbo. Nam urbs media *κατὰ πλεονασμὸν* est urbis quicquid intra muros est, urbs ipsa et mœnia, ut mœnia media iv. 74. Media

inter numina, inter numina, coram numinibus, iv. 204. ubi ineptit offensus ad id verbum Servius. Sed hæ formæ prorsus respondent Hebr. consuetudini in verbis בתוך, אל תוך, בקרב, מתוך, quæ formulis istis exprimuntur a Gr. interprr. et scriptoribus N. T., ut non dubitandum sit, quin e lingua Hebr. in Gr. illam, de qua dicimus, venerint. Nam etsi omnes linguæ habent multa necessario communia, quæ non statim ex altera in alteram venisse debent putari: tamen in his ita impressa est, ut in multis aliis, nota et character quidam Hebraismi, ut ex illo genere censeri non debeant.

Sed multo plura Hebraismi vestigia sunt in Poëtis Gr. antiquioribus: nam de posterioribus, qui inde ab Imperii Gr. in Asia temporibus vixere, post dicetur: in Homero quidem tam multa, ut etiam quibusdam e libris sacris profecisse videretur, haud pauca et in aliis, in Pindaro, in Tragicis, præsertim Chori cantibus, in Choro Aristophanis comico. Quibus ita utuntur, qui dictionem Atticam esse in N. T. defendunt, ut bene Gr. et Atticas esse istas formas loquendi, ubi occurrant in libris sacris, contendant. Ego quidem istas, aut omnes, aut maximam partem, e lingua Hebr. originem ducere arbitror, neque magis pure Gr. esse, aut in populari oratione usurpandas ei, qui Attice scribere velit, quam, quia Virgilius, aureæ ætatis poëta, dixit, 'It clamor cœlo,' 'Os humerosque deo similis,' aliaque et ipse, et alii Latini poëtæ, similia, propterea hæ formulæ non Gr., sed pure Lat. jure putentur, et in oratione populari, de rebus humanis divinisque, recte usurpentur. Non arbitror, exempla quemquam desideraturum. Magna copia est apud eos, quos dixi, scriptores, satis notos illos et obvios: unde petent, qui volent. Ratio ejus rei et causa quæ sit, videamus.

Atticorum ultimas origines ex Oriente esse repetendas, ab iisque Græciæ illatam esse linguam, vel ipsam Hebr., ut tum erat, sive, si quis ita malit, eam, qua in Oriente usi fuissent, non absimilem Hebr., aut ab ea ortam, vix hodie quisquam in dubium vocabit: quippe etiam antiquissimos Atticorum iisdem, quibus in Oriente uterentur, literis usos constat. Sed incredibile est, quantam vim habeat, ut ad ingenia vel acuenda vel obtundenda, animos vel incitandos vel retardandos, mores denique fingendos, ita ad sermonem variandum, penitusque mutandum, aër, quem spiramus, terra, quam incolimus, victus denique ipse moresque; præsertim, ubi nullis dum Grammaticorum legibus parere consuevit, quibus solis certus et constans reddi potest. Itaque etiam is, quem rudes homines ex Oriente attulerant, sermo ita est multorum seculorum decursu immutatus, ut in Orientem reversus, veluti per colonos in Ioniam missos, non magis agnosceretur ab Orientali, sive matre, sive sorore, quam Oresten agnoscit in fabulis Electra soror. Sed ut Ulyssem, quamvis ita per absentiam mutatum, ut a nemine suorum cognosceretur, tamen prodidit cicatrix, et in fabulis etiam e nævis agnoscunt liberos matres: ita lingua illa prisca non potuit ita aboleri, quin nonnulla sui vestigia relinqueret, retineretque formas quasdam dicendi, præsertim, quæ non nimis ab ingenio novo dissentirent, unde origo ejus intelligi posset. Atque ex hoc genere arbitror esse ea, quæ in Atticis veteribus, qui quidem prosaica oratione usi sunt, reperiuntur, magis consentanea Hebr. rationi, quam ut non ab ea profecta putentur.

Neque vero mirandum est, multo plura reperiri ejusmodi in poëtis, præsertim sublimioribus, velut lyricis et tragicis, quam in ceteris scriptoribus. Semper hoc poëtæ sibi arbitrati sunt licere, ut non modo ex antiquioribus suæ gentis scriptoribus assumerent verba et formas loquendi, quæ dudum desiissent usu populi frequentari, sed etiam ex lingua ea, unde suam natam constaret: unde etiam docti sunt appellati. De Lat. poëtis notius est, quam ut demonstratione indigeat, quam multa ex antiquis poëtis gentis suæ, qui propiores originibus linguæ suæ fuissent, quam multa e Gr. ling., unde Lat. natam scirent, sumserint. Quod illos non dubitem exemplo et auctoritate Gr. poëtarum fecisse. Nemo, ut opinor, primum Homerum, putat, carmen probabile in eo genere scripsisse, primum Pindarum odas. Multos ante fuisse, dubitari non potest, quos aut ætas aboleverit, aut horum gloria obscurarit: qui, cum essent minus remoti ab originibus Græcorum, plures ling. Orientalis reliquias, sublatas tum ex usu vulgari loquendi, habuerunt, e quibus posteriores, quæ viderentur, decerpserunt. Neque repugnaverim valde, si quis et Homerum, doctissimum hominem, et alios de more illorum temporum, peregrinatos per Asiam, incidisse in libros Hebr., atque inde hausisse putet. Erat autem lyricæ et dithyrambicæ poësi tanto accommodatior illa Hebr. consuetudo loquendi, quod habet permulta, ex Orientalium populorum indole, in quibus extollitur altius, quam Europæorum fert ingenium. Atque ex illo ipso dithyrambico genere fere sunt carmina Chori tragici et comici, usurpantis etiam cum Lyricis Doricam dialectum, vel antiquitatis causa, et doctrinæ jactatione. Nam etiam post quidam, ut Scholiast. Aristoph. ait ad Nub. v. 248. διὰ πολυμάθειαν ἐδώριζον; Eruditionis ostentandæ causa Dorice loquebantur aut scribebant. Itaque plura Chori habent hujusmodi, quam reliquæ fabularum partes. In quo, sicuti in aliis, desiderare soleo diligentiam usurpantium scenicorum poëtarum auctoritatem. Quæ apud Aristoph. personæ, velut in Nub. Socrates, Strepsiades, Phidippides, colloquuntur, ea, concedo, esse ejusmodi, ut hinc, quid pure Gr. Atticumque sit, doceri possit, si exceperis verba comica, ut βρενθύεσθαι, et ea, quæ, non tanquam probet, sed ut rideat, velut inepte dicta ab aliis suæ ætatis poëtis, ponit, quæ sunt non pauca, etiam in ipsis Choris, vulgo tamen in Lexicis sub Aristophanis nomine posita, et hac auctoritate probata. At de iis, quæ in Choris aut precationibus occurrunt, secus judico. Ῥῆξαι φωνήν etsi apud Aristoph. bis est in Nub. 357. et 956. tamen pure Gr., et in prosa usurpandum negem. Est enim loco priori in allocutione Dearum, in altero autem in carmine Chori, ductum ex Hebr. haud dubie lingua, e qua οἱ ὁ ad verbum expressere. v. Grotius ad Gal. iv. 27. Itaque et Latini, etsi in carmine eandem formam imitari non dubitarunt, tamen in prosa nunquam sic dixere. Est enim contra bene pureque scribendi legem. Ex quibus, quid talia loca ad puritatem sermonis probandam valeant, sponte intelligitur.

Si quis libros eorum, qui operam suam ad phrasin N. T. e scriptoribus Gr. vel illustrandam vel vindicandam contulerunt, attente legat, animadvertat facile in haud paucis exempla petita esse ex iis solis, qui sublata, cum libertate Atheniensium, prisca illa Attica puritate et elegantia vixere, sub Seleucidis, et Lagidis, imperioque deinde Romano. Id negant Gatakerus et Solanus recte atque ordine fieri, neque has auctoritates concedunt ad puritatem orationis Gr. asserendam satis valere. Quodsi puritas Gr. Linguæ illorum veterum Atticorum, ut Lat. ex aureæ ætatis, quam vocant, usu, judicari debet, habet eorum ratio, quo se tueatur. Sed hoc jam nihil ad nos. Illud quærere lubet, unde illa tam multa in his posterioribus, quorum nullum in istis Atticis vestigium compareat, multa contra in versione V. T. Gr., itemque N. T. libris? Fallarne multum, si ea illi ipsi versioni Gr., omninoque Judæis et consuetudini loquendi Hebr. deberi dicam? Satis constat, auctore Josepho, Seleucidas invitasse Judæos, præmiis propositis, ad sedes fortunarum in iis urbibus ponendas, quas ipsi condidissent, et quam celerrime frequentari cuperent: itemque Lagidas magnum eorum numerum in Ægyptum vel devocasse, vel per vim abduxisse. Postea quam vero C. Jul. Cæsar Judæis hoc dedit, ut in universis imperii Rom. urbibus sacra sua exercere, nemine impediente, possent, nemo ignorat, nullam Asiæ, Græciæque urbem, præsertim quæ esset mercaturæ exercendæ opportuna, fuisse, in qua non plures Judæi habitarent. Quid igitur? Cum isti homines Gr. loqui cœpissent, non ab idoneis magistris instituti, id quod

eos omni modo fugisse, tradit Josephus, sed quantum usu qualicunque consequi potuissent, (in quo non poterat fieri, quin multa dicerent e consuetudine ling. Hebr. et versionis sacrorum librorum Gr.) multumque consuetudinis haberent cum Græcis: an improbabile est, ac non potius valde verosimile, multa ab iis fluxisse in ceterorum orationem, multaque per eos invecta esse in ling. Gr., quæ a prisca ratione abhorrerent? Galli, qui per Cæsarem in urbem Romam inducti sunt, tam brevi tempore peregrinitate infecerunt ling. Lat. ut jam Ciceroni de eo querendum videretur: ab Judæis autem per tot annos, imo secula, nihil infusum ling. Gr. credibile est? Non tam facile colorantur, qui in sole ambulant, aut in corpora morbi a contactu transeunt, quam linguæ aliquid trahunt a contagione aliarum. Postquam religio Christiana venit ad Latinos, quam multa in eorum sermonem venere e Lat. versione sacrorum librorum? Ipsa vernacula nostra, incredibile est, quot hodie habeat ab aliarum linguarum consuetudine ducta. Quam plena est primum verbis et phrasibus, quæ ex Latina Germanicaque versionibus librorum sacrorum, nimis verborum Hebr. et Gr. retinentibus, irrepsere: quorum peregrinitatem hodie vix quisquam sentit: quam multa traxit e ling. Franc., per consuetudinem legendorum librorum, qui ex ea lingua male in nostram sunt conversi? Nuper cœpta est in philosophia voce literisque tradenda usurpari vernacula nostra: et verba formæque novæ loquendi, philosophorum ingeniis repertæ, jam etiam plebi in concionibus audiendæ sunt. Itaque nihil mihi videtur verosimilius, quam per Judæos, cum Græcis, omnibus in locis celebrioribus, consuetudine, re, rationeque, dum ibi negotiantur, et per domos omnes, de more suo, quem nunc etiam videmus, cursitant, conjunctos, plura in ling. Gr. venisse, quæ in antiquioribus illis Atticis non reperiantur. Ut nihil dicam de Græcis eruditis, qui libros sacros nostros legerunt, atque ea, quæ placerent, imitati sunt (habet enim profecto ling. Hebr. suas Veneres, dignas imitatione) sive per negligentiam, ut fit, ac temere adsumserunt.

Sed hæc, ut arbitror, vestigia ling. Hebr. sunt in singulis verbis formulisque dicendi animadversa. Quid vero? An etiam in habitu et velut forma totius orationis aliquid ejusmodi animadvertitur? Sæpe miratus sum, viros doctissimos, cum de Stylo N. T., ut vocant, in utramque partem dissererent, hanc partem, quantum ego quidem repererim, non attigisse, solis verbis et phrasibus expendendis voluisse contineri. Atqui etiam in hoc linguæ inter se maxime differunt. Qui volet docere, scriptores divinos non minus bene Gr. scripsisse, quam veteres illos Atticos, aut saltem alios probabiles scriptores Gr. posterioris ætatis, hoc vel maxime debet ostendere, formam orationis, hoc est, modum narrandi ac disserendi, colligationemque singularum partium ac membrorum, enunciationes dialectici vocant, esse eandem in N. T. et istis, quos dixi, scriptoribus. Puerorum, atque aliorum imperitorum, hic error est, existimare, qui verbis et phrasibus Ciceronis utatur, eum Ciceronianum, imo Ciceronem alterum esse. Utinam tam facile Cicerones fierent, multos singulis annis efficerem. Si Lat. illa divinorum librorum Versio, quam Vulgatam appellamus, multos Boisios vindices nancisceretur, ut nullum in ea verbum, nulla phrasis relinqueretur, quin auctoritate boni et veteris scriptoris se tueretur, aut si quis eam plane refingeret, et omnia verba Ciceroniana efficeret, tamen ipsa Ciceroniana non esset. Si quis ex Herodoto deleret, quicquid ibi dialecti Ionicæ est, substitueretque Atticæ verba, et contra in Xenophontis libro aliquo efficeret verba Ionicæ dialecti omnia, tamen hunc Atticum scriptorem agnoscerem, illum non item. Forma enim universæ orationis in utroque est ejusmodi, ut ille nullo modo Atticus esse possit, hic sit necessario. Itaque hoc nomine maxime produnt ignorantiam Græcismi, qui pro elegantia Gr. sermonis in N. T. pugnant, et nihil ibi esse volunt Hebr. consuetudinis, cum tota illa orationis compages, et forma narrandi inprimis, sit Hebr., h. e. simplex, nihil artificii habens, qualis esse solet expertium artis dicendi, a Græcis inventæ, non Græca, multo minus Attica, sicut in versione vulgata non est Latina. Ei nihil apud Græcos uspiam simile est: nisi quod ab ea minus abhorret Herodotus, quam qui post eum de rebus gestis scripsere.

LEXICON

VOCUM PEREGRINARUM

IN SCRIPTORIBUS GRÆCIS OBVIARUM;

CUM INDICE COPIOSISSIMO.

EXCERPTA

E CHR. D. BECKII[1] Dissertatione

DE LEXICIS GR. ET LAT. omnino et recentissimis singulatim.

QUONIAM nonnullorum vocabulorum Gr. aut in Gr. ling. receptorum peregrina est origo, hanc etiam subtilius cognoscere et examinare oportebat Lexicorum auctores. Ita Herodotus aliique scriptores Gr. veteres non pauca habent vocabula et verba, quæ Ægypt. ling. ejusque duabus tribusve dialectis originem debent suam. Est jam ante hos XXVII. annos edita: Expositio vocabulorum Coptic. in scriptoribus Hebr. ac Gr. obviorum collecta a Christ. Scholz[2] (in Repertorio bibl. et orient. Literaturæ, quod Eichhornius edidit, T. XIII. p. 1—31.) sed manca illa, in multis vocabb. justo sterilior, in aliis explicandis audacior, ceterum tamen a Lexic. recentium auctoribus non negligenda. Nonnulla vocabula Gr. ex lingua et antiquitate Ægyptiorum illustravit Zoëga in opere de usu et origine obeliscorum, ut p. 507. singularem usum voc. καμυτευτής. Regnavit autem olim in hoc literarum genere P. E. Jablonskius, Philologus et Theologus in Acad. Traj.-Viadr. eximius, mortuus d. xiii. Sept. MDCCLVII. Is non modo in Pantheo Ægyptiorum aliisque libris, Ægypt. antiquitatem illustrantibus, multorum etiam vocc. Gr. Copticas origines explicuit, sed composuit etiam Glossarium vocum Ægypt., quæ in libris sacris et apud scriptores vett. Gr. Romanosque inveniuntur, cœptum a. 1722, absolutum a. 1740. Protraxit tandem illud, hortatu etiam Ruhnkenii, Schultensii et Scheidii, in lucem Te Waterus, Theologus Lug.-Bat. eximius, opusculorum Jablonskii editor,[3] ita ut integrum primum volumen impleret illa Collectio et Explicatio vocum Ægypt., quarum mentio apud scriptores veteres occurrit. Codice autographo Jablonskii usus est editor, in quo auctor dimidiam fere Glossarii partem ipse recognoverat, emendaverat, manuque sua descripserat, posterior non ita erat elaborata, nonnulla in chartis sine junctura errantibus scripta, sæpe provocatum ad alios auctoris libros, interdum etiam eos, qui non supersunt, neque in lucem prodierunt. Editor non modo inde concinnavit Glossarium, apte omnibus, quæ invenerat, dispositis, sed etiam loca scriptorum ab auctore laudata evolvit et nonnumquam emendavit, addidit animadversiones, in quibus tum errores Jablonskii, nimium sibi in etymologiis indulgentis, castigaret modeste, tum colligeret, quæ ad illustrationem operis Jabl. apta viderentur, proferretque interdum etiam conjecturas Virorum doctorum, quas scriptoribus quibusdam adleverat, etiam varietatem cod. Medic., quam Abr. Gronovius suo Strabonis exemplo, quo Te Waterus utitur, adscripserat; tum Auctarium vocum nonnullarum recte vel secus pro Ægyptiacis habitarum dedit; tandem luculentos adjecit indices, quos nec reliquis tomis, qui hactenus prodierunt, deesse passus est. J. R. Forsterus, quem et ipsum constat, tum in Spicil. animadverss. ad Michaelis Geogr. Hebr. tum in aliis libris vocabula quædam Gr. originis Ægypt. interpretatum esse, si Jablonskii opus inspiciendi opportunitate usus est, aliud certe

[1] Vide *Acta Seminarii Regii et Societatis Philolog.* Lips., Vol. I. pp. 155-66. 489-91. Lips. 1811. 8vo.

[2] [" Qui tamen," ut ait Fr. Guil. Sturzius (de Dialecto Maced. et Alexandr. p. 65.) "ut nunc constat, sua fere omnia Jablonskio debuit."]

[3] P. E. Jablonskii Opuscula, quibus lingua et antiquitas Ægyptiorum, difficilia librorum sacrorum loca et historiæ ecclesiast. capita illustrantur; magnam partem nunc primum in lucem protracta, vel ab ipso auctore emendata ac locupletata. Tomus primus. Edidit atque animadvv. adjecit Jona Guil. Te Water. Lug. Bat. ap. A. et J. Honkoop. MDCCCIV. XXVIII. 490. pp. 8. mai. Tomus sec. MDCCCVI. 494. pp. Tomus tertius MDCCCIX. XIV. 515. pp. Tomo I. præmissa est brevis vitæ et laudum Jablonskii enarratio, in qua copiosius et certius, quam ab aliis factum est, exponuntur causæ, cur in acad. Franeq. evocatus locum a curatoribus ejus oblatum accipere tamen non potuerit. Memorantur etiam ii, qui ante Jablonskium linguæ Ægypt. λείψανα, in Græcorum ac Romanorum libris sparsa colligere aut jusserant alios aut ipsi instituerant, neque tamen rem perfecerant, aliaque narrantur, lectu utilia et jucunda. Possunt vero etiam conferri, quæ secundo Tomo continentur: Commentationes de Remphah, de tabula Bembina s. Isiaca, de diebus Ægypt. in vetusto Kalend. Rom. et Observationes, quas suo Panthei Ægypt. exemplo auctor adscripserat, nunc primum editæ (II. p. 311—54.).

ejus exemplum habuit. In hoc igitur Glossario non modo propria nomina multa Ægypt., quæ ap. Gr. scriptt. leguntur, sed alia etiam explicantur. Ita Strabo ostendit habitationes desertis circumdatas appellari *αὐάσεις*, ubi Medic. cod. habet *'Αυάσεις*, sed in dialecto superioris Ægypti, Sahidica, dici desertam habitationem *ουασαιε* ostendit Jabl., qua in re Forsterus et Georgius ei adsentiuntur. Ipsum v. *σαίρειν*, certe significatus ejus quosdam fuerunt qui ad Ægypt. originem referrent, v. p. 242. Emendandi etiam et illustrandi plures scriptores Gr. multa fuit opportunitas.

Molitus erat, ut hoc obiter addamus, etiam alia Jabl., quæ ad Lexica Gr. quibusdam partibus et locis ornanda facere poterant. Pertinet eo Index vocum Scythic., Thracic., Parthic. et peregrinarum aliarum, cujus mentionem fecit in Thes. Epist. Lacroz. I. p. 182. s. quemque non displicuisse Lacrozio lætus intellexerat. Verum is, ubinam lateat, incertum est. Superest ex eodem genere Disquisitio de ling. Lycaon. (ad locum Act. xiv. 11.) quam juvenilem commentationem et primum facultatis earum literarum, quam sibi comparaverat, specimen (1714.) postea retractavit, atque ita eam ex auctoris autographo multum castigatam et altera minimum parte auctiorem repeti jussit Te Waterus Opusc. Jabl. T. III. p. 3—142. locupletavitque tum suis plurimis, tum nonnullis Wyttenbachii animadversionibus. In ipsa autem illa diatriba Jablonskius non modo de ling. Lycaon., quam barbaram, non Gr. et eamdem cum Cappadocica existimavit, sed etiam de Phrygica, Lydiaca, Carica, Lycia, Pamphylia, Pisidica, Bithynica, Mariandynea, Paphlagonica, Galatica, Cappadocica egit, atque recensus et interpretationes prodidit vocum Phrygiarum p. 63—76., Lydiarum p. 79—93., Carum p. 95—102., Lyciorum p. 103—105., Bithynorum p. 111—113., Mariandynorum p. 113—115., Cappadocum p. 133—141.

Sed ut ad Ægypt. ling. et quæ inde in Gr. derivata sunt, revertamur, nuper in originibus tum Ægypt. vocabb. tum Gr. multorum inde repetendis elaboravit Ign. Rossius, editis Romæ MDCCLXXXVIII. Commentatt. Laërtianis clarus. Is, quum per plures annos animum et operam ad linguarum veterum studia adjecisset, postremo ad ling. Copt., cujus cognitio ad Gr. certe et Lat. literas aliquantum conferre ei videbatur, se contulit, inprimisque etymologicam ejus partem pro viribus excolendam exornandamque suscepit, adjutus non modo copiis editorum librorum (Jablonskii tamen librum suo jam absoluto ab Akerblado accepit,) sed codicibus etiam biblioth. Borgian. atque indice vocabb. Ægypt. ex iisdem codd. a Geo. Zoëga collectorum. Profligatum jam dudum opus quo minus citius prodiret, impediverant tristes reipublicæ, qui inciderant, casus. Quo tempore auctor, sive otii honeste consumendi, sive animi liberaliter recreandi causa ad alias se literas atque studia convertit, quorum etiam fructus non contemnendos nos jubet expectare. Tandem, temporibus in melius mutatis, exierunt Ign. Rossii Etymologiæ Ægypt. Liber primum in lucem prodit Romæ A. D. MDCCCVIII. permissu præsidum. XI. 8. et 368. pp. 4.

Et voces quidem Ægypt. non nisi eas auctor persecutus est, quarum aut vis aut origo apertior et intellectu facilior ei videretur, prætermissis illis, de quibus aut omnino nihil conjici atque statui, quod probabile esset, posset, aut quarum explicatio, etsi non improbabilis, tamen minus plana et expedita existimaretur. Deinde hoc potissimum in iis explanandis egit, ut cum Orientis linguis sæpissime congruere illas doceret. "Nam," inquit, "linguæ Orientis, si cui bene cognitæ atque perceptæ sint, ut plurimum capita seu fontes demonstrant, unde eorum vocabulorum, de quorum ratione et origine inquiritur, facile vis ac significatio duci possit: quos tamen multo sæpius, etiamsi studium adhibueris, vel unde ea nomina petita sint, in Ægyptiorum sermone quæsieris, non invenies. Præterea quum voces fere easdem Hebræis, Syris, Chaldæis, Arabibus, Samaritanis communes et usitatas videamus, quod eorum linguæ magna inter sese affinitate conjunctæ ab unaque stirpe progenitæ ac proseminatæ sint; profecto eas multo facilius ab his in Ægyptum propagatas, quam gentes tam multas ab unis Ægyptiis traditas accepisse credamus. Ceterum quum lingua Ægypt., quæ ab initio inops, decursu temporis ditior et uberior facta est, ac tum multis sive locorum sive rerum cognominibus est aucta, tum vocabulorum, præsertim compositorum, magnam quamdam vim atque copiam protulit; tunc vero etiam illud interdum contigit, ut Hebræi vicissim, Syri, Arabes quasdam ipsi quoque ab Ægyptiis voces peterent ac mutuarentur. Idem multo frequentius accidit in Græcis, qui, postquam cum Ægyptiis commercium ac consuetudinem habere cœperunt, quam plurima ab his accepere vocabula, ut Ægyptii contra non pauca a Græcis." Et auctor quidem non modo in ipso opere hujus generis vocabula Gr. ab Ægyptiorum lingua derivavit aut cum illa comparavit, sed ab eo adjecta etiam est p. 339—368: "Summa verborum selectorum, in qua maxime animalium ac plantarum, tum etiam siderum, urbium, locorum, deorum, hominum, rerumque ad hos pertinentium, ciborum, vestium, instrumentorum, etc. vocabula exhibentur; nonnullis, quæ criticam vel eruditionem spectant, interspersis." Unde, ut judicari de omni auctoris ratione et arte possit, specimina quædam depromemus. Nam voc. *ποιμὴν* (p. 8. s. et 355.) certe ab Ægyptiis sumtum esse putat, apud quos Moni vel Mani pascere significat, ita ut, præfixo articulo, Pimen sit pastor. Voc. *βόρβορος* (fimus) repetit (p. 41. et 343.) ab Æg. berber, h. e. ejicere. *Κέραμον* terram figulinam, Ægypto ortum debere statuit, nam Copt. scriptum Heromi esse terram fornacibus extruendis adhibitam (p. 87. 349.). *Ψίαθος* s. *Ψίεθος* (teges, storea) censet (p. 338. 368.) plane esse Copt. Psiethom, quod proprie significet stoream s. mattam in longum extensam, unde *Ψίαθος* i. q. *Χαμεύνη*, *Χαμαίστρωτος*. Similiter *Ψίμυθος* (cerussa) non Gr. sed Ægypt. originis vocem esse censet, quum Psimtath Ægyptiis dicantur plumbi minutiæ, ramenta, unde cerussam fieri constat. Multo plura herbarum, plantarum, animalium nomina, quæ apud Gr. scriptt. occurrunt, ex ling. Ægypt. explicantur. In quo tamen etymologiarum genere non satis distincta nobis ea visa sunt, quæ Ægyptiis jam antiquitus usitata fuisse, e certis monumentis pateat, quæque serius apud eos recepta. Tum vero ex similitudine quorumdam vocabb. plus est effectum quam certo sequitur. Sic ovorum fere idem esse in Ægypto quod in Græcia nomen ostendit (p. 213.) Non tamen Ægyptios a Græcis accepisse in Add. monet, quum pariter Ægyptii potuerint Græcis tradere. Sed quidni ab alio et communi fonte ad utrumque populum pervenisse dicamus? Alia ingeniose certe, etsi minus probabiliter, dicta sunt. Strabo (xvii. p. 794.) eam regiæ partem Alexandriæ, in qua regia erant sepulcra, *σῶμα* dictam esse ostendit. Interpretes nomen a corpore Alexandri ibi condito ductum existimant. Sed Rossius contendit, esse Ægypt. nomen Gomban vel Somban, unde Græci *σῶμα* sine aspiratione fecerint, quodque *περίβολον τῶν τάφων* significaverit. A Jablonskio, ubi librum ejus inspexerat, sæpius se discessisse docet in Append. Etymol. Ita voc. *Καλάσιρις*, quo vestimenti quoddam genus appellatum est, Jablonsk. T. I. p. 104. s. interpretatus est tunicam ad cutem (Shal-ha-schar) tunicam. Contra Ross. p. 78. s. censuit esse Galheger, Galheser, h. e. luxuriosa, mollis, delicata tunica, et habere se in App. docuit, quæ contra Jabl. dicere posset, si otium suppeteret. Voc. *Πύραμις*, quomodo, Crozio duce, explicuerit Jablonskius, neminem fugit. Rossius a voc. Aramæo Rum, Rom, quod et in Copt. ling. transierit, atque excelsum, sublime indicet, cum aliis repetiit. Quæ quidem ipsa originationum diversitas monere videtur, ne nimis multum iis tribuamus, neque fidem nisi iis habeamus, quæ, præterquam quod idoneis grammaticis argumentis nituntur, etiam facilitate quadam sua se commendant.

Omnino autem, uti post Alexandrum M. non pauca vocabula Gr. esse composita et ficta constat, quæ antea fuerant inaudita, ita singulatim usus Gr. ling. in Ægypto et Alexandriæ potissimum multas subiit mutationes. De quibus quidem quum subtiliter et copiose exposuisset Fr. Guil. Sturzius (Ill. Moldani Grimæ nunc Rector) pluribus commentationibus academicis atque scholasticis (inde ab a. 1786.), has etiam ab exteris Viris doctis sæpe expetitas repeti nuper ita jussit, ut, tamquam Auctarium, accederent Metarii libello de Gr. ling. dialectis [1]):

[1] Hunc enim librum, ob raritatem exemplorum paucis cognitum, etsi nunc prorsus retractandum, anno ante integrum, suis adjectis animadversionibus, repeti jusserat: Gr. ling. dialecti recognitæ opera Mich. Maittaire. Post Jo. Fr. Reitzium, qui præfationem et excerpta ex Apollonii Dyscoli Grammatica addiderat, totum opus recensuit, emendavit, auxit Fr. Guil. Sturzius. Lips. ap. Weigel. et Liebeskind. MDCCCVII. XLVIII. 575. pp. 8. mai. præter Indices. In marginibus etiam paginæ editionis Haganæ notatæ sunt.

Frid. Guil. Sturzii de Dialecto Maced. et Alexandr. liber. Lips. ap. J. A. G. Weigel. MDCCCVIII. XII. 225. pp. 8. mai.

Quæ enim olim singulis libellis complexus erat, continua oratione retulit et ita, ut multum illa augeret, novoque examini subjecta expoliret, adderet etiam duplicem et rerum et verborum indicem, in quo quidem postremo non tantum ea, quæ in Stephani Thes. non reperisset vocabula, asterisco notavit, sed siglis etiam distinxit, quæ Macedonica, quæ Ægyptiaca, quæ Græca quidem, sed ab Ægyptiis vario modo mutata, quæ Alexandrinis usitata, quæ Menandrea essent. Et ea quidem, quæ olim præmiserat V. D., de tempore et occasione versionis V. T. Gr., de ejus versionis dialecto, de dialecti natura universa, de nominis διάλεκτος notionibus, de discrimine dialecti, linguæ et styli, et de Ægyptiorum studio ling. Gr., quamquam partim non erant necessaria, magisque locum habebant in ipso Metarii libro, tamen ob multiplicem utilitatem, quam afferre ipsi viderentur nec ab hac nova editione abesse voluit. De dialecto autem *Maced.-Alexandr.* ita disputavit, ut primum p. 25—50. dialecti *Maced.* naturam exponeret, quo loco recte vetustiorem Macedonum linguam a recentiori eorumdem distinxit, et antiquiorem quidem censet vel omnino non vel parum fuisse diversam a Dorica, sed recentior non modo peregrina multa et barbara, obsoleta et nova vocabula receperat, notiones sive ob vetustatem sive ob novitatem inusitatas iis tribuerat, sed mutaverat etiam vocabulorum quorumdam formam et pronunciationem. Indicem vocabb. Macedd. cui insunt quibus Alexander M., Amerias et Menander usi sunt, p. 33—45. exhibuit, et mensium quoque Macedonica nomina collegit explicuitque. Deinde p. 50—84. Alexandr. dialecti, de qua olim Grammatici, Irenæus et Demetrius Ixion, singulares scripserant libros, ingenium descripsit ita, ut primo, quæ veteres scriptores diserte huic dialecto tribuisse reperiuntur, recenseret, tum afferret quædam eorum, quæ iidem Ægypt. dialecti fuisse docent, denique nonnulla proponeret ex iis, quæ Grammatici simpliciter rejecerunt, ad Maced. vel Alexandr. dialectum maxime referenda. Scilicet Clemente Alex. auctore intelligitur, dialectum Alex. ortam esse e plurium aliarum dialectorum, ut Attic., Maced., Ægypt. conjunctione atque mixtura. Diversitas autem ejus ab aliis vel omnibus vel plerisque dialectis apparebat tribus maxime modis, temporibus verborum peculiari quadam ratione formatis, novis vocabulis vel notionibus vocabb. novis (quæ quidem vocabula recensuit Sturzius, literarum ordinem secutus, p. 65—82.); etiam proverbiis (de quibus quem conscripserat libellum Plutarchus periit, nam is, qui ex codice Florent. editus Plutarchoque tributus est libellus, Grammatici potius Alexandrini habendus est fœtus), denique verborum structura. De qua quidem auctor dixit, postquam de dialecto Ægypt. quædam p. 84—137. inseruit, recens excogitata et ita, ut non pauca Jabl. Glossario adderentur. Primum enim proposuit indicem eorum vocabulorum, quæ proprie Ægypt. essent, et in Alex. versione occurrerent, aut in dialectum Alex. migraverint. Deinde ea recensuit (p. 96. ss.), quæ origine Gr. erant, sed novam notionem formamque in Ægypto acceperant, quorum nonnulla ut v. παστοφόροι, πτεροφόροι, non neglecto Raschidiano titulo, uberius tractavit; adjecit etiam (p. 113. ss.) nonnulla de literarum, quibus Ægyptii Græci in scribendo usi sunt, figura et forma atque de pronunciatione et orthographia, ita ut pateret, in multis vocabulis Alexandrinos discessisse a reliquorum Græcorum eloquendi et scribendi ratione, terminatione et flexione. Sed insolentioris verborum structuræ, Alexandrinis usitatæ, exempla, quæ Alex. dialecto essent propria, attulit p. 159. s. Tandem vocabulorum, quæ probabiliter ad dialectum Maced. s. Alexandr. referrentur, dedit recensum, copiosum et accuratum, non tamen omnibus numeris absolutum, ne nimia diligentia tædium crearet, p. 142—202., similiterque structuræ verborum a veteris Græciæ puritate alienæ, iisdem autem dialectis tribuendæ, exempla nonnulla protulit, quo pertinet etiam adverbiorum temporis quorumdam cum præpositionibus conjunctio. Ex quibus quidem omnibus quantum vel augeri possint Lexica vel nonnulla loca subtilius constitui, sponte apparet.

Ea vero dialecto Maced.-Alex. quum ut alii Judæi plerique, ita etiam N. T. scriptores usi esse videantur, non prætermittendum in hac disputatione illud est N. T. Lexicon, in quo illius ipsius dialecti aliqua est habita ratio. Nam, qui e disciplina Jo. Fr. Fischeri, quem constat in pluribus libris et in scholastica N. T. interpretatione eam rationem salubriter secutum esse, æque ut Sturzius prodiit, Jo. Fr. Schleusnerus, nunc Viteberg. Theologus eximius, ediderat jam a. 1792. novum Lexicon Gr.-Lat. in N. T., duobus codd., quod prioribus et uberius, et a vitiis, quæ Fischerus monstraverat,[1] purius et subtilius esset et N. T. orationem ex Alexand. dialecto atque orientis linguis recte explicaret, et conferret tum Glossariorum vett. auctores et Grammaticos antiquos tum recentiores varii generis interpretes ex eorumque scriptis, quæ utilia viderentur, excerpta et dijudicata proponeret, criticæ etiam rei atque scripturæ emendatæ haberet rationem, denique ad difficiliorum locorum interpretationem plura conferret. Octo fere annis post secunda editio erat curanda, quæ a. MDCCCI. duobus voll. prodiit. Eam auctor operis non tantum castigavit emendandis nonnullis locis, sed multum etiam auxit, tum vocabulis et verbis nonnullis e probabilium lectionum varietate receptis, tum explicationibus singulorum locorum novis, tum iis, quæ ad illustrationem verborum afferri poterant. Quæ quidem Additamenta ita et ampla et necessaria fuerunt, ut separatim etiam typis exprimerentur. Nuper tertia prodiit editio.

Quod ad dialectum Alex. attinet (p. 163.) in alia omnia abiit Henr. Planckius, Professor Gött. in Commentatione de vera natura atque indole orationis Gr. N. T., quam quum munus Professoris Theol. extraord. in acad. Götting. d. VIII. Sept. MDCCCX. adiret, scripsit ediditque Gött. ap. Röwerum (67. pp. 4.). Is enim negavit seriorem istam loquendi consuetudinem, inde ab Alexandri M. ætate apud Græcos introductam, ad peculiarem dialectum Alex. esse revocandam. Alio igitur modo instituit disputationem de serioris Gr. sermonis, cujus in literis sacris vestigia frequentissima deprehenduntur, indole atque ingenio; cujus duas fecit partes, alteram, qua in origines hujus orationis inquiritur, alteram, qua ea ad certa quædam capita revocatur. Et præter quatuor illas Gr. ling. dialectos, quas Grammatici et scriptorum, qui iis usi sunt, et diversarum stirpium, ad quas populi, unde nomen habent, referebantur, ratione habita constituerunt, jam olim multo plures gentium Gr. extitisse dialectos certum est. Sed post Alexandri M. tempora multa in gentium et scriptorum dialectis sunt mutata. Et scriptores quidem unam fere omnes sectari cœperunt dialectum, Atticam, eam tamen corruperunt inferendo, quæ vulgari loquendi usui erant propria; Græcia autem et Asia omni Macedonum imperio subjecta, fieri non potuit, quin dialecti, adhuc variis populis propriæ, inter se miscerentur pluribus de causis. Inde extitit communis ille sermo ita varie compositus et mixtus, ut, quæ lingua antea in certis regionibus obtinuerat, novo sermoni fundamento esset, ac quasi pro corrupta novisque accessionibus deformata dialecto haberi posset. Unde colligitur, post Alexandri tempora de dialectis proprie dictis non amplius agi posse, multo minus de Alexandrina; Alexandriæ enim usurpatam esse communem ling. Gr. ita ut peculiaria quædam tum ex antiquis dialectis petita tum recentia accesserint; sed dialectum dici linguæ communis idioma, certo cuidam loco ac populo ita proprium, ut hic ejus ope ab aliis populis discernatur;[2] non igitur Judæorum Alex. linguam cum Sturzio dici posse dialectum, quod ei χαρακτὴρ ἐθνικὸς desit; quodsi χαρακτῆρος ἐθνικοῦ ratione non habita, solam linguæ diversitatem respicias, multas extituras esse dialectos Gr. seriores. Illam seriorem Græcorum linguam et communem, in qua omnium dialectorum, præter Æolicam, vestigia occurrunt, Fischerus Maced.-Alexand.

Et quamquam editor non mutavit nec ordinem libri nec præcepta auctoris, tamen sæpe meliora docuit, loca veterum auctorum ab eo laudata, diligenter inspexit emendavitque, pauciora de Attica dialecto, plura de ceteris adjecit, adhibitis eam in rem præsidiis recentius suppeditatis, neque tamen effecit aut efficere voluit, ut hic de dialectis locus pertractatus videretur.

[1] J. F. Fischeri Prolusiones de Vitiis Lexicorum N. T.—nunc conjunctim editæ, multis partibus auctæ etc. Lips. 1791. 8.

[2] Quæ subtiliter de ea re disputata sunt ab Hermanno in Obss. de Gr. ling. dialectis 1807. et de dialecto Pindar. 1810. alio loco afferentur. Ceterum quæ propria fuit Alex. scriptoribus et poetis oratio, dici tamen Alexandrina recte potuit.

dialectum, Sturzius *τὴν κοινὴν* dixit. In utroque tamen nomine ambigui quid inesse censuit Planckius; Macedonas enim antea peculiari et simillima veteri Doricæ dialecto usos esse, sic ut Macedonum vetus et nova dialectus discernenda sit, et Alex. dialecti nomen nimis angustis finibus contineri; *τὴν κοινὴν* autem a veteribus tributam esse scriptoribus, qui fere omnes ad Atticam linguam se accommodabant, non tamen pura ea utebantur. Fontium, e quibus ea communis lingua intelligi possit, tria facit genera, scriptores post Alexandrum M. inde ab Aristotele (in quibus Polybius præ ceteris memorandus erat), Grammaticos veteres et Lexicographos, interpretes Gr. V. T., libros apocryphos V. et N. T., patres apostolicos; quibus nunc demum addit titulos, decreta, numos, et Comicorum recentioris ætatis fragmenta, e quibus comœdiæ novæ reliquiis communis sermo potissimum est cognoscendus. Ad linguam autem communem, quæ hellenismo N. T. fundamento sit, refert 1. vocabula, quæ ex barbaris linguis in Gr. sermonem immigrarunt, 2. orthographiam et verborum pronuntiationem singularem, 3. nominum verborumque flexionem, 4. heterogenea, 5. vocabulorum formas, tum ex antiquioribus dialectis sumtas, tum recens effictas, 6. vocabula aut antiquioribus dialectis propria aut prorsus nova, 7. vocabulorum significatus novos, 8. usum loquendi mutatum.

PAULI ERNESTI JABLONSKII

DISQUISITIO DE LINGUA LYCAONICA

Ad locum Actor. xiv. 11. *Ἐπῆραν τὴν φωνὴν αὐτῶν Λυκαονιστὶ λέγοντες.*

[Primum hoc eruditionis non vulg. specimen, edit. a. 1714. etsi typis repetitum Traj. ad Rhen. a. 1724., iterumque in Thesauro Novo Dissert. ex Museo Hasæi et Ikenii T. ii. p. 638. ac seqq.]

Excerpta e Præf. Jona GUIL. TE WATER

Ad P. E. JABLONSKII *Opusc. Tom.* iii. *Lug. Bat.* 1809.

" ILLUSTRANDÆ, augendæ et emaculandæ Disquisitioni de Ling. Lycaon., quæ primum in hoc fasce occupat locum, sedulam magis navavi operam, non tam ut inirem gratiam hominum eruditissimorum, qui ipsi in Gr. scriptoribus veluti habitant, et meas ad istum libellum annotationes facili negotio adaugebunt, quam ut, quoad ejus possem, iis lectoribus conarer prodesse, quibus aut non vacat, aut minus lubet, eo proposito scripta veterum Græcorum et Latinorum accuratius perlegere, ut ex illis voces quaslibet peregrinas, sive barbaras, colligant et illustrent: quod tamen quam sit utile et necessarium, ut literatura antiqua illuminetur, Burtonus, Reinesius, Bochartus, Relandus, Lacrozius, Forsterus, Jablonskius, pauci alii, suo dudum exemplo abunde comprobarunt.

" Qui autem animadvertat, diatriben de Ling. Lycaon. opus juvenile fuisse, et primum omnium Jablonskii profectuum in literarum politiorum studiis periculum, non is demirabitur, auctorem suo exemplo, quod ad me pervenit, hæc adscripsisse verba: '*Δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι*, Eurip. in *Κρήσσαις*, apud Athen. L. xiv. p. 640.' Ipse enim, per reliquum totius vitæ decursum, alia expunxit, alia emendavit, alia complura addidit, ita quidem, ut nova hæc editio, ex auctoris autographo ducta, multum castigatior sit, et altera minimum parte auctior. Supersunt tamen in eadem dissert., etsi pereruditâ et a viris summis, ex quo vulgata est, magnopere laudata, quæ, meo quidem judicio, vel omitti queant, vel, contra, eximie augeri, vel ab antiquitatis linguæque Gr. et historiarum peritis possint emendari. Atque eo imprimis meæ spectant, quas allevi, annotationes tantum non omnes, de quibus judicent, velim, istarum rerum intelligentiores, adeoque satis idonei ad meos quoque errores corrigendos.

" Ex literis Hermanni van der Hardt, d. xv. Julii a. MDCCXVI. Helmstadio ad Jablonskii nostri patrem datis, hæc verba emendato et locupletato Disquisitionis exemplo adscripta inveni: 'De Ling. Lycaon. Dissert. erudita tanto mihi gratior, quanto luculentius documentum Geographiæ veteris a Filio curate excultæ: quod argumentum solidioris Philologiæ tantum non primum. Inprimis Lycaoniæ sedes circumscripta arrisit, quod urbem חנוך Iconium Filius habuerit in oculis, quæ in Caini familia gloriam nominis fecit. Prima illa urbs in Sacris commemorata. Obscuritas quondam urbis, antiquitatem non tollit, sed juvat. Nec diluvio dirutæ urbes, sed homines extincti. A diluvio cum annis priores urbes revocatæ, resuscitatæ, redintegratæ, auctæ. Tota Caini domus in Asia Minore. ארץ נוד stylo Mosis, Terra Homonadensium. Ibi Iconium. Sed ex itinere in viam, in Lycaoniam Tuus eruditus nos duxit Filius. Pergat, etc.' Huic epistolæ Hardtianæ parti sequentem subnexuit Jablonskius animadversionem: 'Cum hic suspicetur Clarissimus van der Hardt, Lycaoniam fuisse sedem domus Caini, et in urbe Iconion vestigia Chanochi filii Caini superesse, potuisset sententiam suam firmare ex Steph. Byzantio, qui illic terrarum fuisse quemdam *Ἀνναχὸν* primis temporibus commemorat. Vide eum in *Ἰκόνιον*. Sed dubium merito esse potest, an Iconium ante diluvium fuerit condita; an, si fuisset ante diluvium condita, post diluvium superfuisset; an etiam Caini et posterorum ejus præsertim ad Gentiles derivata fuerit memoria. S. Scriptura testatur, omnes præter Noachum ejusque familiam homines, aquis obrutos, periisse. Et cum diluvio perierunt sine dubio pristinæ urbes, earumque incolæ, et incolarum memoria.' Quid in utriusque observatione aut veri insit, aut falsi, opus non est, ut hic disquiratur. Ex diverso autem literarum ductu conjectura assequor, Jablonskium adhuc juvenem verba Hardtii descripsisse, sed ætate provectiori suum de iis adjecisse judicium."

Proœmium, in quo ratio scribendi redditur.

Non eram nescius, cum huic rei pertractandæ me accingerem, opus me suscepisse, tum propter multorum hominum opiniones inglorium et inane, tum propter difficultates pœne insuperabiles arduum atque laboriosum. Neque enim dubitare poteram, fore non paucos, qui hanc materiam tamquam vilem indignamque, cui operam navarem, reprehensuri essent, cum non modo nulla linguæ Lycaon. nunc extent vestigia, sed nec in vetustis quidem monumentis, præter unam forte aut alteram vocem, illius mentio inveniatur. Illis equidem prolixe satis respondere possem, atque summorum virorum, qui in hac palæstra desudarunt, exemplis ostendere, et literas elegantiores et ipsam S. Scripturam nonnihil lucis ex hac disputatione accipere. Cum autem instituti

mei ratio id minus permittat, unice hoc peto, ut faciles et benigni lectores ætatis meæ juvenilis, severioribus disciplinis necdum aptæ, rationem habere velint. Venit aliud ob mentem, magis mihi metuendum. Etenim cum viæ insistam, magnam partem inviæ et desolatæ, non potuit evenire, ut in rebus omnibus veritatem assequerer, aut saltem indubitatam efficerem. Terrebant me initio magna virorum illustrium nomina, quos mihi adversari intelligebam; atque profecto opus, cum ei ferendo par non essem, plane abjecissem, nisi vidissem, viros etiam doctissimos in eadem mecum esse sententia, eosque inter, quem honoris causa nomino, præstantissimum virum Ric. Bentleium, quo in his rebus peritior hodie vivit nemo. Eorum suffragio confirmatus, spartam pœne desertam resumsi, pensaturus olim Dei O. M. ope, si quid, vel immaturi judicii culpa, vel defectu lectionis, quæ tantæ rei sufficiat, nunc deliquero.

§ 1. *Status controversiæ proponitur.*

Ansam huic disputationi, quam præ manibus habemus, præbuit locus S. Scripturæ Act. xiv. 11. ubi Lucas scribit: "Cum vero multitudo videret id, quod Paulus fecerat, sustulerunt vocem suam, dicentes ling. Lycaon., *Λυκαονιστὶ λέγοντες*, Dii hominibus assimilati ad nos descenderunt." Quæritur enim hic, quænam sit illa ling. Lycaon., sitne lingua quædam peculiaris et ab aliis distincta, an vero secus? In diversa abeunt, qui hunc locum, quamvis sint pauci numero, interpretari hactenus aggressi sunt. Etenim quidam existimant, non esse hanc linguam distinctam a Gr., nisi ratione peculiaris dialecti, propter quam vocetur Lycaonica, quales fuerunt, præter celebres istas tres vel quatuor, Bœotica, Laconica, Arcadica, aliæ, et quæ longius abibant, Cretica, Rhodia et similes aliæ. Quibus ista sententia displicet, ii affirmant, fuisse ling. Lycaon. plane a Gr. alienam, quales fuerunt ling. Scyth. Pers. Ægypt. et aliæ. His ut plurimum venerandi Patres assentiuntur; atque sic etiam, ut quidam eorum, dum scopulum vitant, in contrarium incurrant. Cujus rei exemplo esse potest facundus ille Chrysostomus, qui [t. ix. p. 235, 236. ed. Montfauc.] hunc locum enarrans ait: *Ἀλλ' οὐκ ἦν τοῦτο οὐδέπω δῆλον, τῇ γὰρ οἰκείᾳ φωνῇ ἐφθέγγοντο· διὰ τοῦτο οὐδὲν αὐτοῖς ἔλεγον· ἐπειδὴ δὲ εἶδον τὰ στέμματα, τότε ἐξελθόντες, διέῤῥηξαν τὰ ἱμάτια αὐτῶν*, Hoc autem neutiquam intelligebant (Apostoli), nam (Lycaones) domestica sua utebantur lingua; idcirco nihil illis respondebant. Ut vero viderunt coronas (quibus gentiles in sacris utebantur), tum egressi vestes suas (Apostoli) dilacerarunt. Quam sententiam, ut quæ indigna tanto Apostolo, quantus fuit Paulus, contineret, merito damnat doctiss. Bentleius, de stultitia Atheismi, p. 279, qui tamen in eo consentit, fuisse a Gr. ling. hanc Lycaon. haud parum diversam. Longius progreditur H. Grotius, vir incomparabilis, qui in commentario super hunc locum ait, Lycaon. ling. fuisse Cappadocicam. De qua viri ill. sententia in sequentibus plura dicemus.

§ 2. *Singulorum argumentis expensis, concluditur, ling. Lycaonicam non esse Gr.*

Vidimus hactenus, quæ principes virorum eruditorum de ista lingua sint opiniones. Æquum est, ut ante, quam certi aliquid in his definiamus, singulorum argumenta diligenter pensitemus.

Qui dialectum Gr. fuisse contendunt, hoc potissimum ii nituntur, quod omnes dialecti Asiæ minoris, veluti Phrygia, Lydia, Carica aliæque, fuerint Græcæ. Omitto jam quærere, fuerintne illæ dialecti Gr., an minus, de quo commodius postea disputabitur. Verum age, concedam, Phryges, Lydos, eosque populos, qui oram hanc Asiæ maritimam habitarunt, usos fuisse dialecto Gr., non tamen inde continuo sequitur, regiones mediterraneas, Græcis ante Alexandri M. tempora fere impervias, qualis fuit Lycaonia, etiam ling. Gr. adscivisse. Si quis vero asseverare velit, debellationem Asiæ per Alexandrum M. linguam hujus gentis effecisse Gr., is multo manifestius errare dicendus erit. Namque in textu Lucæ sacro Gr. sermo, quo Apostoli usi erant, diserte *τῇ τῶν Λυκαόνων φωνῇ* opponitur. De illa igitur antiqua Lycaonum lingua disputatio instituta est, sitne hæc dialectus Gr., paulo longius fortasse abiens ac deflectens, an vero a Gr. ling. plane aliena.

Qui contrariam amplectuntur sententiam, adeoque ling. Lycaon. a Gr. prorsus diversam judicant, satis etiam instructi in hoc certamen literarium descendunt. Duo validissima argumenta nobis subministrat ill. Bentleius, de stultitia Atheismi, p. 279; atque primo monet, Ephorum, et ex eo Strabonem L. xiv. p. 977, 978, universos fere Asiæ minoris populos Barbaris accensere; deinde locum adducit Steph. Byzantii, qui in v. *Δέρβη* scribit, *ἄρκευθον* juniperum sermone Lycaoniorum, *ἐν τῇ τῶν Λυκαόνων φωνῇ*, dictam fuisse *Δέλβειαν*. Conferatur Drusii in voces N. T. Comment. prior v. Derbe p. 53. Illic Lycaonum linguam tanquam peculiarem aliquam nobis sistit; et ipsa quoque vox, quam affert, nec Gr. est, nec Gr. originis esse videtur. Dolendum vero est, virum doctissimum hanc rem, utpote ab instituto suo alienam, fusius non potuisse eo in loco docere. A voce *Δέλβεια* Lycaon. non multum differt Ægyptiaca, significans juniperum, pro qua, sine nota fœminini generis, *Λιβινὺμ* apud auctorem appendicis ad Dioscoridem L. i. c. 103, ut in Collectione vocum Ægypt. [t. i. Opuscul. p. 126.] observavi. Videntur autem Ægypt. herbarum nomina per totum Orientem dissipata fuisse, cum Ægyptii præ reliquis omnibus fuerint rei herbariæ studiosi. Ut hoc addam *Δέρβη*, cujus mentio facta fuit, forte etiam est nomen Ægypt. Ista enim lingua dicebatur *ἔπαυλις*. V. Exod. viii. 13, Psalm. lxix. 25.[1]

Ut in viam revertamur; jam ante Bentleium in eamdem sententiam de ling. Lycaon. concesserat alius Anglus, eruditione maxima conspicuus, Lightfootus, Opp. T. ii. p. 731, motus hac ratione, quod Strabo L. viii. [p. 568.] Cares vocet *Βαρβαροφώνους* ex Hom. Il. *B.* v. 867. Rem ipsam satis perspexit vir eruditus, quamvis illa ratio, quam addit, rem nostram non plane conficere queat. Etenim si, quod res est, dicere volumus, maximum inter *Βαρβαροφώνους* et *Βαρβάρους* discrimen positum esse invenimus. De Barbaris disserendi paulo post melior se offeret occasio. Nunc observabimus, *Βαρβαροφώνους* apud veteres duplicis præcipue[2] generis extitisse, qui utrique fuerint velut semibarbari. Alterum eorum genus sic dicebatur a sono quodam crasso et obscuro, quo voces proferre solebant, quasi barbarum sonantes. Generatim *Βαρβαρόφωνος* est, qui insueto sono utitur. Nam sonus in linguis plane attendendus est; quam in rem elegans locus est apud Quinctil. L. i. c. 1.[3] Putabant igitur veteres, eos, quos vocabant Barbaros, alio quoque sono voces proferre. Notatu dignissimus locus est Porphyrii de Abstin. L. iii. [§. 3.] p. 244, 245 ed. Lugd. Hinc

[1] Sic Carthago ap. Plautum* dicitur Chadre Anac, i. e. exponente Bocharto in Geogr. [l. ii. c. 6.] p. m. 563, חדרי־ענק, ἔπαυλις τοῦ Ἀνάκ. Vide et Hornium Orig. Americ. l. ii. p. 78. In Phrygia urbs commemoratur Μανδράπολις apud Stephanum Byz. in h. v. Iconium prius dictam fuisse Ἄμανδραν, testis est auctor Chronici Alex. p. 92. ed. Raderi. In Ægypto erant Scenæ Mandræ, non procul a Babylonia, ut patet ex Itiner. Antonini Aug. p. 169. Scribit Plutarchus in M. Catone p. 616 ed. Steph. ἦν δὲ πλησίον αὐτοῦ τῶν ἀγρῶν ἡ γενομένη Μανίου Κουρίου—ἔπαυλις.

[2] De variis Barbarismorum generibus v. Quinctil. l. i. Inst. Orat. c. 5, Strabonem l. xiv. p. 455, 456. [976—978], A. Gellium, l. xiii. c. 6. Suidam in v. Θεμῶ [t. ii. p. 187.] Scaligerum Prolegom. in Manil. p. 2, 3. Conferantur, quæ infra dicentur §. 5.

[3] De φωνῇ Barbarorum hoc sensu vide Sextum Emp. l. i. Hypot. p. 16. ed. Genev. Pari ratione distinguuntur φωνὴ et διάλεκτος, ap.

* In Pœnulo A. V. Sc. 2. v. 35. Sed est varietas, cum lectionis, tum interpretationis.

ejusmodi hominum sermonem cum sono[1] animalium comparabant. Lingua Medorum assimilatur latratui canum, apud Plutarch. in Cimone p. 490. Diogenes ait in Luciani *Βίων πράσει* p. 366. [t. i. p. 550.], *Βάρβαρος δὲ ἡ φωνὴ ἔσται, καὶ ἀπηχὲς τὸ φθέγμα, καὶ ἀτεχνῶς ὅμοιον κυνί.* Varias hominum *φωνὰς* cum *φωναῖς* animalium variorum componit Ælian. L. v. de Nat. Anim. c. 51. Jungatur Hesych., in v. *Χελιδόσι* observans, *τοὺς Βαρβάρους χελιδόσι ἀπεικάζουσι διὰ τὴν ἀσύνθετον λαλιὰν* [ubi notavit Verweyus]. Istud autem *Βαρβαροφωνίας* vitium Strabo L. xiv. p. 662 [977.] etiam appellat *Βαρβαροστομίαν*, quam vocem optime interpretatur magnus Salmasius in Funere [Ossilegio] Ling. Hellenist. p. 303. Nomine hoc *Βαρβαροφώνων* apud veteres insignes erant Cares. Homerus canit Il. *B.* v. 867. sive Catal. v. 374.

Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων.

ad quem locum Scholiastes monet, *Βαρβαροφώνων, ἀγριοφώνων,*[2] *καὶ τὴν 'Ελλάδα φωνὴν ἠχρηστηκότων, ὅτι τὰ μὲν ἀῤῥενικὰ θηλυκῶς ἔλεγον, τὰ δὲ θηλυκὰ ἀῤῥενικῶς.* Homeri locum repetiit Strabo L. xiv. p. 661. [976.], sed pro *Νάστης* dedit *Μάσθλης*. De iisdem Caribus Tullius testatur in Orat. ad M. Brutum c. 8. 'Itaque et Caria et Phrygia et Mysia, quod minime politæ minimeque elegantes sunt, adsciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tanquam adipatæ dictionis genus, quod eorum vicini Rhodii nunquam probaverunt, Græci multo minus, Athenienses vero funditus repudiaverunt.' Idem c. 15. 'Est autem in dicendo etiam cantus obscurior, non hic e Phrygia et Caria,' etc. Fuisse hunc sonum velut ululantis, ex eodem Cicerone discimus c. 8: 'Cum vero inclinata ululantique voce, more Asiatico,[3] canere cœpisset.' Quod de his populis narrat etiam Eustath. in Dionys. Perieg. [ad v. 787 sqq.] p. 118. ed. R. Steph. et apud eumdem Æschylus. Conferatur omnino Strabo l. c. [L. xiv. p. 977 et 978]. Itaque hi populi, quamvis etiam Gr. ling. uterentur, erant tamen *Βαρβαρόφωνοι*. Quin imo ipsius Græciæ quidam populi sub hunc censum veniebant. Hesychius ait, *Βαρβαρόφωνοι οἱ 'Ηλεῖοι καὶ οἱ Κᾶρες, ὡς τραχύφωνοι καὶ ἀσαφῆ τὴν φωνὴν ἔχοντες*, Barbarilingues dicti sunt Elei et Cares, ut qui duro et obscuro oris sonitu laborent. Loquitur de Eleis, non vero de Iliensibus, ut vult Vossius in Etymol. (v. Barbarus,) secutus Scaligerum, qui *'Ηλεῖοι* mutabat in *'Ιλιεῖς*.[4] Minus recte sic judicasse viros summos, nos docet Eustathius, cujus verba in notis citabo.

Est et alterum *Βαρβαροφώνων* genus, qui nec barbara lingua utebantur, neque obscuram istam dictionem sive elocutionis rationem sequebantur, sed vocibus barbaris et suis promiscue utebantur. In hanc sententiam Diodorus Sicul. L. i. p. 5. [p. 11. edit. Wessel., in qua e textu ejectum *ὑπαρχούσης*] meminit *τῆς φωνῆς ἀσήμου καὶ συγκεχυμένης ὑπαρχούσης*: et *ἠχή τις ἄκριτος καὶ συμμιγὴς* occurrit apud Plutarch. in Timol. p. 249. A. Quod Hesychius pariter docet his verbis, *'Ακριτόφωνοι, Βαρβαρόφωνοι· συγκέχυται γὰρ ἡ Βαρβάρων φωνή.* Qui promiscue loquuntur, dicuntur Barbarilingues; Barbarorum enim lingua confusa est. Videtur respici ad verba Hom. Il. *Δ.* v. 437, 438. ad quem locum omnino videndus Eustath. p. 494. Ex quibus intelligitur, quod dixi, non eosdem esse *Βαρβαροφώνους* et *Βαρβάρους*. Quamvis ergo doctiss. Lightfootus rem ipsam acu tetigisset, non sane hoc argumento impetus adversariorum frangere potuit.

Grotius vero sententiæ suæ, quam affert, plane nullam rationem reddit, eamque nobis examinandam relinquit, quod paucis deinde tentabimus.

Quidquid sit, illæ rationes, quas excellentissimus Bentleius protulit, rem faciunt planam et perspicuam, nihilque restat, quam ut eam ab aliorum assultibus tutam et securam præstemus.

§ 3. *Ad objectiones quasdam generaliores respondetur.*

Antequam in hoc curriculo pergam, unum impedimentum, quod nonnihil negotii facessere videtur, e medio tollendum esse duco. Etenim multi scriptores Gr., ne Strabone quidem excepto, plurima nomina regionum, urbium, fluviorum ac similia, in his locis ex Gr. ling. derivare nituntur. Etymol. auctor in v. *'Ικόνιον* et Eustath. in Dionys. Perieg. p. 127. putant, hanc civitatem dictam fuisse a muliere facinorosa, quæ cum multos viros occidisset, tandem a Perseo ope capitis Gorgonei in saxum conversa fuerit;* additque Etymologus, *τὴν εἰκόνα ἐπὶ πολὺν χρόνον διαμεῖναι λιθίνην*, effigiem (iconem) istius mulieris per longum tempus lapideam[5] permansisse. Hinc loco nomen. Quam de hac muliere narrat historiam Etymol. auctor, eam de Semiramide Assyria Diodorus Sic. l. ii. [c. 13.] p. 101., et de Omphale Lydia Athenæus l. xii. p. 516. [416, 417.] refert. Neutra tamen in Persei ætatem congruit. Aliam similem hujus nominis Iconium reperimus originem in eodem Etymol. et apud Steph. Byzantium in v. *'Ικόνιον*. Quæ tamen a viris eruditis tanquam absurda risu excipiuntur. Eodem loco habendum est, quod Halyn fluvium sic appellatum ab errando scribit auctor Etymol. in *"Αλυς*, vel a Salibus, ut volunt Strabo l. xii. p. 377. [822.] et Scholiastes ad Apoll. Rhod. l. ii. v. 966. Sui oblitus erat Strabo, cum ista scriberet, nam alia ejusdem scriptoris loca, quorum et ego quædam allaturus sum,

Plut. vel quisquis auctor, de Fluminibus p. 375, *φωνὴ* et *λέξις* apud Diogenem Laërt. l. vii. [segm. 57.] p. m. 471, qui scribit, *διαφέρει δὲ φωνὴ καὶ λέξις· ὅτι φωνὴ μὲν καὶ ὁ ἦχός ἐστι, λέξις δὲ τὸ ἔναρθρον μόνον.* Pertinet huc, quod scribit Tertull. de Testim. Animæ c. ult. 'Omnium gentium una anima, varia vox, unus spiritus, varius sonus.'

[1] Sermonem Barbarum cum stridore aquæ bullientis confert Eubulus ap. Athen. l. vi. p. 229. [380.]

προσγελῶσά τι
Λεπτὰς παφλάζει βαρβάρῳ λαλήματι.

V. D. Heinsius de Sat. l. i. p. 40, 41.—De Troglodytis legatur Eustath. ad Dionys. Perieg. [v. 184 sqq.] p. 34.—Addatur Pauli locus 1 Cor. xiv. 11.

[2] *'Αγριοφώνων* nomine appellantur antiqui Lemni incolæ ab Hom. Od. Θ. 294.

[3] Petronius p. 41 et 42. 'In foro sic illius vox excrescebat, tanquam tuba, nec sudavit unquam, nec exspuit. Puto eum nescio quid Asiatici habuisse.' Comparentur Strabo l. xiii. p. 422. [930.], Suetonius in Octav. c. 86, Cicero de cl. Orator. c. 13 et 95.

[4] Videtur illa Eleorum *Βαρβαροφωνία* in nimio usu literæ *ρ* constitisse. Conjecturæ huic primam occasionem mihi præbuit Strabo l. x. p. 308. [687, 688.], ubi de Eretriensibus, Eleorum *ἀποίκοις*, et a quibus didicerant frequentiorem literæ *ρ* usum. Cf. notæ Casaub. Meminit, præter Platonem et Athenæum, *τοῦ 'Ερετρικοῦ ρῶ* Phrynichus de diction. Attic. p. 18. ed. 1601. Consulatur quoque Leopardus l. viii. Emendationum c. 15, ubi tamen memineris Eustathium corrigere ex Varino, non contra, ut volebat. Eustathii locus, quem respicit Leopardus, extat in Il. A. p. 114. alius vero ejusdem Eustathii locus, qui hæc omnia egregie illustrat et meam conjecturam confirmat, extat in Il. B. p. 279. *'Εκωμῳδοῦντο οἱ 'Ερετριεῖς ὡς πολλῷ τῷ ρ ἐν ταῖς ὁμιλίαις χρώμενοι· διὸ καὶ αὐτοὶ, καθὰ καὶ 'Ηλεῖοι, Βαρβαρόφωνοι καλοῦνται, ὡς ἐν 'Ρητορικῷ εὕρηται Λεξικῷ, διὰ τὸν πλεονασμὸν τοῦ ρ, εἰ μέντοι Κᾶρες ἄλλως Βαρβαρόφωνοι.* Ex quibus verbis etiam patet, utrumque et Phavorini et Eustathii locum apud Leopard. solicitandum non esse, utpote recte se habentem. Nam Elei atque Ætoli ejusdem vitii ibi redarguuntur. Vide præterea eumdem Eustath. in Il. B. p. 304, Il. Δ. p. 440, 484, 492. Vitium istud veteres appellabant *ῥιζεῖν*, monente Sopingio ad Hesych. v. *'Ριζεῖν*.

[5] Non forte de nihilo hæc de lapide fama nata fuit. Multa sermonis Ægypt. vestigia in Lycaonia deprehendi, mihi quidem fit verosimile, et infra plenius dicam. In *'Ικόνιον* manifeste apparet lapis Ægypt., unde forsitan ipsa Lycaonia nomen traxit, ut deinde monebo. An igitur dictum Iconium ab dæmone lapideo, vel mago lapideo, cujus nimirum statua et memoria illic conservata fuerit?

* Comparetur Suidas v. *Μέδουσα*, t. ii. p. 518. c. n. Kusteri. Dicitur illic Amandra urbs postea vocata Iconium *διὰ τὸ ἀπεικόνισμα τῆς Γοργόνης*. Rem eamdem iisdem fere verbis narrat auctor Chronici Alex. sive Paschalis. p. 39. Eustath. ad Dionys. v. 804. tantum scribit, Iconium dictam esse *ἀπὸ εἰκόνος*, sed reliqua adjungit ad v. 854. et sqq. Conf. Berkelius et Holstenius ad Steph. Byz. v. *'Ικόνιον*.

docent, eum hanc rem melius scivisse. Notatu inprimis digna hæc sunt ipsius verba l. xiii. p. 417. [904. ad q. l. consulatur Casaubonus,] quibus, post traditam urbis Scepseos etymologiam, prudenter utitur, εἰ δεῖ τὰ παρὰ τοῖς βαρβάροις ἐν τῷ τότε, nempe ante Alexandri M. tempora, ὀνόματα ταῖς Ἑλληνικαῖς ἐτυμολογεῖσθαι φωναῖς. Sic etiam Plutarchus junior in lib. de Fluminibus narrat, Mæandrum prius dictum fuisse ἀναβαίνοντα, retrogredientem, quod nempe sinuosus erat; unde Ovid. viii. Metam. 162. seqq.

Non secus ac liquidus Phrygiis Mæandros in arvis
Ludit, et ambiguo lapsu refluitque fluitque,
Occurrensque sibi venturas aspicit undas.

et Heroid. Ep. ix. v. 55, 56.

Mæandros, toties qui terris errat in isdem,
Qui lapsas in se sæpe retorquet aquas.

Quasi vero illic Græci fuerint, qui flumini hoc nomen indere potuissent. Legerat forsitan auctor ille libri de Fluminibus apud poëtam quemdam, Mæandrum esse ἀναβαίνοντα, ob rationem nempe, quam dedimus, sed hinc ipse male colligebat, id olim fuisse flumini nomen. Cujusmodi errores nonnunquam obtinuisse, ignotum non est. Pindarus Pythonem vocarat petrosam Olymp. vi. p. 51. ed. Steph. [v. 80, 81.]

Βασιλεὺς
δ' ἐπεὶ πετραέσσας ἐλαύνων ἵκετ' ἐκ
Πυθῶνος,

Rex autem postquam petrosa equitans rediit ex Pythone.

ubi Scholiastes exponit πετραέσσας τραχείας, petrosæ (Pythonæ) i. e. asperæ. Atque alii forte etiam poëtæ hoc epitheto usi fuerunt.* Idem tamen vetus interpres alioquin non indoctus in Pyth. Od. i. p. 187. ait fuisse hoc Pythoni prius nomen, ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Νάπη, εἶτα Πετρήεσσα, εἶτα Κρίσσα, εἶτα Πυθὼ, vocabatur (Pytho) primum Nape, deinde Petressa (Petrosa,) post Crissa, tandem Pytho.† Possem alia quoque exempla afferre, nisi brevitati studerem. Similia enim idem ille Plutarchus tradit de flumine Sagari et aliis. Certe multa hic sunt fabulosa, multa ad Græcorum sermonem detorta, quæ Gr. minime sunt; quod aliquando etiam illorum temporum scriptores agnoverunt. Luculentum nobis exemplum præbet Ammianus Marcell. l. xxiii. p. 286. ed. Gronov., ita scribens: 'Intra hunc circuitum Adiabena est, Assyria priscis temporibus vocitata, longaque assuetudine ad hoc translata vocabulum ea re, quod inter Onam et Tigridem sita, navigeros fluvios, adiri vado nunquam potuit. Transire enim διαβαίνειν dicimus Græci; et veteres quidem hoc arbitrantur. Nos autem didicimus [alii, id dicimus,] quod in his terris amnes sunt duo perpetui, quos et transivimus, Diabas et Adiabas, juncti navalibus pontibus; ideoque intelligi Adiabenam cognominatam, ut a fluminibus maximis Ægyptus.'

Græci non raro nomina locorum peregrina sic ad sonum linguæ suæ detorquebant, ut vix ac ne vix quidem vera eorum ratio inveniri possit. Recte igitur Salmasius Præf. Lib. de Annis Climactericis, p. 16: 'Falluntur itaque, qui se putant ex appellationibus, quibus Græci gentes et provincias civitatesque appellant, posse ad veram eorum originationem pervenire, cum nihil sit illis corruptius. Omnia enim ad sonum sibi familiarem et proprias flexiones vocabulorum detorquent: ut quos vocant Γαλάτας, non sunt, nec fuerunt unquam isto nomine a suis nuncupati. Ita de aliis.'

Tum etiam hoc minime prætereundum est, urbes et regiones sæpe alio nomine appellari ab incolis, alio a Græcis, horumque imitatione a Romanis. Videntur Græci nomina barbara repudiasse, suasque Gr. denominationes urbibus barbaris indidisse, quia nomina peregrina pronuntiatu admodum difficilia Græcis erant. Plinius scribit in Præf. l. v. 'Populorum ejus oppidorumque nomina vel maxime ineffabilia, nisi ipsorum linguis.' Ælianus quoque ait l. xii. de Nat. Animal. c. 11. τὸ ὄνομα τοῦ χώρου, ἔνθα τρέφεται (Ὄνουφις,) Αἰγύπτιοι λεγέτωσαν ἡμῖν λόγοι· τραχὺ γάρ, et significat, quam sit Græcis difficilis pronuntiatio nominis loci, in quo Onuphis nutritur, relinquenda igitur potius ipsis Ægyptiis. Cum autem nomina Gr., inprimis post tempora Alexandri M. urbibus ac fluviis indita essent, non tamen amittebantur nomina antiqua Barbara. Conf. Ammianus Marcell. l. xiv. p. 32. et Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 14. ac 19.[1] Exemplis paucis rem illustrabo. Plutarchus, doctissimus auctor, memoriæ prodidit in vita Luculli p. 514. urbem eam, quam Barbari Nisibin[2] appellarunt, Græcos nominare Antiochiam Mygdoniam, quod idem etiam Strabo docet, l. xvi. p. 514. [1083].[3] Ptimyrin Ægyptii, quam Græci communi consensu Delta appellabant. Vide Steph. Byzant. in v. Δέλτα. Cotes promontorium Mauritaniæ a Barbaris, a Græcis Ampelusia dicebatur, ut in Melam, l. i. c. 5. observavit Is. Vossius. Sic Hierapolis a Barbaris Bambyx, et Polas a Colchis dicta, aliter a Græcis, ut patet e Callimachi epigrammate, inter ejus epigrammata edito et apud Strabonem.‡ Vide præterea de Gr. aliarum urbium nominibus Fl. Josephum l. i. Antiq. c. 6. Verum ejusmodi rebus, ut opinor, satis notis, non diutius immorabor.

Redeo, unde digressus eram, ad Græcorum fabulas, quo etiam pertinent, quæ de Græcorum in has regiones migrationibus[4] aut narrant, aut fingunt. Prætereo Deucalionis in Syriam adventum, ubi diluvium

[1] Idem obtinuit in nominibus animalium et herbarum. Memorabile exemplum habes in Pausaniæ Arcad. p. 253. [c. xxii. p. 641.]

[2] In Gr. textu male legitur Σβιν. In Synodico apud Labbeum t. ii. col. 96. Ἰτζίβιος vel Ἰτζίβιον nuncupatur. Legendum omnino Νιτζίβιον. Barbari certe, uti ex ling. Armen. perspicitur, Nietzbi pronuntiabant, ut ling. Armen. vir peritissimus M. V. la Croze mihi indicavit. Νάσιβις vocatur apud Steph. Byz. v. Ἀντιόχεια, ut ex vestigiis scripturæ veteris recte corrigunt viri docti, Berkelius et Holstenius, quorum notas consule. Vide et eosdem ad Stephanum v. Νίσιβις. Observat illic etiam Berkelius, a Syris dictam fuisse נציבין Netzibin, a cumulo lapidum, uti Uranius apud Stephanum nomen hoc interpretatur. Comparentur de eadem Golius in Alfragan. p. 236. sqq., et Assemani Dissert. de Monophysitis, præmissa t. ii. Bibl. Orientalis, p. 102, 3.

[3] Jungantur Fl. Josephus Antiq. L. xx. [c. iv.] p. 687. Theodoret. L. ii. Hist. Eccl. c. xxx. Hinc fluvius, ad quem sita est Nisibis, a Juliano Oratione 1. [p. 27. et Orat. ii. p. 62.] vocatur Mygdonius. Nec aliter legendum apud Menandrum in Eclogis Legat. Hœschel. p. 147. Eundem vero fluvium ab aliis dictam fuisse Masiris, docet Assemanus, l. c.

[4] De migrationibus veterum id in genere observandum, eas esse subobscuras, et diversimode a variis enarrari. Quod ex illis exemplis, quæ huc attuli, jam abunde liquet. Deinde, istæ migrationes non semper totam gentis linguam immutarunt, nisi gens ipsa sedibus expulsa aut plane subjugata fuerit. Etenim v. gr. si verum est, Medeam cum marito suo et filio in Mediam venisse, non tamen ibi linguam suam introduxit. Athenienses ipsi, si Theopompo apud Proclum l. i. in Timæum p. 30. credimus, Ægyptiorum fuerunt ἄποικοι,** atque certum est, Græcos maximam et antiquissimam cultus sui divini partem ab Ægyptiis accepisse. Immensum tamen lingua Atheniensium ab ea Ægyptiorum veterum abest. Si vero contra Saïs est Atheniensium colonia, ut alii ap. Proclum l. c. monuerunt, idem illud dicendum.

* Usus est Homerus Il. ι. 405. Πυθοῖ ἔνι πετρηέσσῃ, et Il. β. v. 519. sive in catalogo navium v. 26. Πυθῶνά τε πετρήεσσαν, ubi epitheton hoc explicat Eustath. p. 273.

† Legantur Holstenii notæ ad Steph. Byz. p. 266.

‡ L. i. p. 78, 79. epigramma integrum legitur, pars autem ejusdem l. v. p. 330. Ex Strabone repetiit et illustravit Bentleius in Fragmentis Callimachi, t. i. p. 476, 477. ed. Ernest.

** Eximiam mecum hanc animadversionem communicavit Cel.

passus est, et templum extruxit, auctore Luciano,* si modo is auctor fuit, juvene admodum et adhuc religioso. Etenim tota illa descriptio quam optime cum historia diluvii Noachici conspirat. Præterea, Lucianus Deucalionem, non Græcum, sed Scytham ait fuisse, contra quam alii faciunt. Neque me movent, quæ de Persei in Armeniam et Persidem itineribus scripserunt, cum ea omnia fabulis mirum in modum sint involuta. Neque huc Telephus Herculis filius quidquam facere potest; nam puer admodum in Mysiam devenit, atque sic moribus et linguæ illius gentis facile potuit assuescere. Quæ de Jasone commemorant Strabo l. xi. p. 347, 362. et Justinus l. xlii. c. 2. cum has regiones Orientales una cum Medea conjuge repetiisse, et ubique adventus sui monumenta reliquisse, hæc inquam obscura sunt, et a paucis probantur. Solam Medeam in patriam rediisse, quod Tzetzes narrat in Lycophr. [v. 175.] p. 36. ed. Opor., et Diodor. Sic. confirmat l. iv. [c. 55.] p. 248. veritati magis videtur congruere. Nihil vero tam ad rem nostram facit, quam id, quod Eustath. in Dionys. [v. 857.] p. 127. commemorat, Lycaonem Arcada in Lycaoniam venisse, et regioni nomen dedisse. Quia nimirum Lycaonis nomen cum Lycaonia conspirat, hinc Græci quidam existimarunt, fieri vix aliter posse, quin Lycaonia a Lycaone nomen traxerit, cum alioquin Lycaonis in Arcadia et reliqua Græcia apud vetustos scriptores amplissima hinc inde memoretur proles.[1] Videtur autem errori ansam dedisse, quod ipsa Arcadia a Lycaone primitus Lycaonia dicta fuisse perhibeatur.[2] Ceterum istiusmodi etymologias quotidie a Græcis fictas fuisse, illi maxime sciunt, qui Poëtarum Gr. Latinorumque vetustos interpretes consuluerunt. Alii Lycaoniam a Lyco amne dictam fuisse, sibi persuadent; quod tamen etiam Cellario veteris Geographiæ peritissimo, displicuit, t. ii. Geogr. Antiq. p. 120. Nomen Lycaoniæ non video rectius tutiusque, quam ex ling. Ægypt., posse derivari. Caoni enim, lingua Ægyptiorum, solum et tellus lapidosum significat. Eodem modo quo Canobus ab ipsis Ægyptiorum Sacerdotibus, teste Aristide in Ægypt. [t. ii. p. 359.], aurea tellus exponitur. Conferatur M. V. la Croze in eximia Dissert., quæ est adjecta Collectioni Orat. Dominic. Chamberlayn.† Hinc etiam Lycaoniæ urbs Ἰκόνιον nomen habere videtur, ut supra in not. ad §. 3. observavi. Nomen autem telluris lapidosi bene convenit naturæ regionis Lycaonicæ. Dubium tamen remanet de syllaba priori Ly in Lycaonia. Forsitan illud nomen fuit Ducis coloniæ, aut vetusti cujusdam Principis: cujus nominis vestigia etiam in Lyco amne fortassis cernuntur. Dubito, an huc pertineat observatio Scholiastis ad Apoll. Rhod. L. ii. v. 374. Ἀμερίας δὲ ἐν γλώσσαις Λισσὸν τὸ ὑψηλὸν ἀποδέδωσιν. Conf. idem Schol. ad v. 783. et Hesych., vocem Λισσὸν exponens ἄναντες, ἀπότομον, ὑψηλόν. Potest et Λυ vel Λα ex more Chaldæorum esse adjectum; quod in quibusdam ejus tractus civitatibus aliis Bochartus observavit, Geogr. P. I. L. iv. c. 23. et inter alia monuit, Λάρισσαν eandem urbem esse, quæ in S. Script. Resen appellatur. Similiter nomina alia locorum aut fluminum peregrina ab initio hac illave ratione augentur. Sic פְּרָת Gen. ii. 14. a scriptoribus exoticis Euphrates vocatur, de qua additione disputat Cl. Millius in Dissert. selectis, p. 30. [200. ed. nov.] §. xxi. cujus tamen conjectura mihi non probatur.

§ 4. De linguis gentium Asiæ minoris generaliter probatur, eas Gr. sermone usas non fuisse, quia Barbaræ vocantur.

Sed omissis tandem aliquando his Græcorum aliorumque nugis, quas afferre oportebat, ne quid prætermisisse viderer, propius ad linguam, de qua sermo est, Lycaonicam accedo. Cujus ipsius linguæ cum paucissima reperiantur vestigia, ut jam monui, finitimas in consilium adhibeamus necesse est, ut sic quodammodo judicium ferre possimus. Quod sane impeditum est atque arduum negotium, cum in Asia minori, quot regiones, tot quoque fuerint Dialecti, quæ quales fuerint, nondum inter eruditos constat. Fuisse diversas, patet vel ex S. Script., Act. ii. 8, 9. 'Et quomodo unusquisque nostrum audimus eos loquentes sermone ejus regionis, in qua nati sumus, Parthi, Medi, Elamitæ, et inhabitantes Mesopotamiam, Judæam, et Cappadociam, et Asiam (scil. Procónsularem, sive Lydiam), et Phrygiam Pamphiliamque, Ægyptum, &c.' Quam diversitatem confirmat narratio de Mithridate apud A. Gellium L. xvii. c. 17.; eandemque regnante Nerone adhuc obtinuisse, testimonio hominis barbari non illepido comprobat Lucianus de Saltat. p. 940. [t. ii. p. 303.]; quod ad rem nostram non parum facit, et magis etiam perspicuum fiet, ubi de singulis quædam delibabimus. Solebant Græci, quasi Autochthones, non modo diversam suam a Barbaris venditare originem,[3] atque de sua sola lingua magnifice sentire,[4] sed et communi nomine hos omnes Asiæ minoris populos vocare Barbaros, exceptis Ionibus, Doribus et Æolibus, qui Græci origine erant, et Gr. linguam usurpabant. Hinc Pindarus Isthm. vi. [v. 35.] p. 470.

οὐδ' ἔστιν οὕτω
Βάρβαρος οὔτε παλίγγλωσσος πόλις.

Confer Thucyd. L. ii. p. 50. ed. Herv. Qui vero Barbari dicebantur, illis Gr. lingua patria sive vernacula non erat. Solebant enim Græci universum terrarum orbem ita dividere, ut ipsi alteram ejus partem constituerent, reliqui vero, qui Græci origine non essent, communi Barbarorum nomine dicerentur. Quam in rem est elegans Platonis in Politico locus p. 118. ed. Basil. Gr., Οἷον εἴ τις τἀνθρώπινον ἐπιχειρήσας δίχα διελέσθαι γένος διαιροῖ, καθάπερ οἱ πολλοὶ τῶν ἐνθάδε διανέμουσι, τὸ μὲν Ἑλληνικὸν ὡς ἓν ἀπὸ πάντων ἀφαιροῦντες χωρὶς, σύμπασι δὲ τοῖς ἄλλοις γένεσιν, ἀπείροις οὖσι καὶ ἀμίκτοις καὶ ἀσυμφώνοις πρὸς ἄλληλα, Βάρβαρον μιᾷ κλήσει προσειπόντες αὐτὸ, διὰ ταύτην τὴν μίαν κλῆσιν καὶ γένος ἓν αὐτὸ εἶναι προσδοκῶσιν: "Quemadmodum si quis univer-

[1] De alio Lycaone v. Hom. Il. Δ. 89. cum Comm. Eustath. p. 418.
[2] Dion. Hal. l. i. p. 10. l. ii. p. 77. Eustath. in Il. B. p. 300.
[3] Vide tamen Porphyrium de Abstin. l. iii. p. 322. [§. 25.]
[4] Diod. Sic. l. i. [c. 9.] Euseb. l. i. Præp. Evang. p. 14.

Wyttenbachius: "Jablonskius non animadvertisse videtur vim nominis ἔποικοι. Hi sunt, qui aliunde veniunt habitatum apud veteres cives ac possessores alicujus regionis vel urbis, accolæ, incolæ, inquilini. Ita Theopompus tradidit Athenienses fuisse Saitarum ἐποίκους. Vim nominis sæpe ignoratam explicui in Animadvv. ad Plutarchi Mor. p. 244. E. Sed hæc pars Commentarii nondum edita est."

* De Dea Syria, t. ii. p. 457. sqq. ed. Hemsterh.

† Cf. t. i. Opusc. Jablonsk. p. 106, 107.—Quamvis vehementer dubitem, an notatio nominis Lycaonia cuique placere queat, nolui tamen eam, ab auctore exemplo suo adscriptam, negligere, et id eo minus, quia sententia de vestigiis ling. Ægypt. in Lycaon. Jablonskio ita arrisit, ut ad calcem exempli sui adderet: "Non dubito, fore plerosque, qui hanc conjecturam meam ineptam et ab omni veri specie remotam esse existimaturi sint, quibusque iste conatus cum conatu Goropii Becani, qui omnia ad ling. Belgic. detorquere nitebatur, comparandus esse videbitur. Neque ego argumenta tanti ponderis esse judico, ut opinionem, aut bariolationem potius, ab omnibus objectionibus tutam sint præstitura. Volui tamen, quid ea de re aliquando mihi visum fuerit, memoriæ mandare, judicium cuique liberum permissurus perquam lubenti animo." Repetit deinde, quæ supra dixerat de origine nominum propriorum Derbe, Lycaonia, et Iconium, quæ ex ling. Ægypt. explicanda opinatur. Tandem concludit: "Itaque ulterius pergendum esse duxi, inque rem cura mea non indignam porro inquirendum, præsertim cum de coloniis Ægyptiorum in Asia constet, uti p. 13. [§. 6. hujus Disquisitionis] pluribus adstruxi."

sum genus humanum bifariam divisurus ita partiatur, ut multi facere hic solent, qui Græcos velut unam quandam gentem ab omnibus aliis segregant, reliquas vero gentes omnes atque singulas, quamvis numero sint infinitæ, et nullam aut regionis aut linguæ communionem habeant, uno nomine Barbaros dicunt, et propterea quoque unam gentem esse affirmant." Comparari possunt Strabo L. i. p. 45. [66.] et Clemens Alex. p. 338, 339. [Strom. L. i. p. 364.] Ex Philone idem docet Salmasius in ossilegio Ling. Hellen. p. 354. Atque hoc sensu ne Romanos quidem, gentem cultissimam, Græci excipiebant: quod vel ex Plauto apparet, in Asin. Prol. v. 10.

Dicam; huic nomen Græce est Onagos fabulæ,
Demophilus scripsit, Marcus vertit Barbare.

Barbare, id est, Latine.* Pyrrhus quoque Romanos appellavit Barbaros. V. Plutarch. in Flamin. p. 371. et in vita Pyrrhi p. 398. A. Pariter Aristoteles Romanos pro Barbaris habuisse videtur in libro, quem citat Varro L. vi. de L. L. p. 78. Non alio sensu Romani vocantur Βαρβαρόφωνοι in Oraculis Sibyll., L. i. prope finem p. 191. ed. Paris. [187. ed. Gallæi.] Heraclides tamen Ponticus, apud Plutarchum in vita Camilli p. 254. ed. Steph., Romanos agnoscit pro Græcis, a quo dissentire alios vidimus. Cf. Strabo l. c. Atque hinc factum est, ut alias gentes Græci vocare solerent elingues, sine usu linguæ viventes, quia nempe Gr. sermone non utebantur. Hesychius ait, Ἄγλωσσοι· Βάρβαροι καὶ σιωπηροὶ, Elingues, sive lingua carentes, dicuntur tum Barbari, tum taciturni. Eapropter Ἄγλωσσος et Ἑλλὰς opponuntur a Sophocle in Trachin. v. 1077. ubi vox prior a Schol. exponitur κακόγλωσσος, βάρβαρος, ἢ ἀλλόγλωσσος. Quem Poëtæ locum citans Cicero L. ii. Quæst. Tusc. c. i. [8.] vocem ἄγλωσσος Lat. interpretatur barbaram immanitatem. Attamen Græcos aliquid discriminis posuisse inter Barbaros nec eodem loco habuisse, patet ex Demosth. Orat. in Philipp. tert. p. 107. [vol. i. p. 119. ed. Reisk.] Unde quosdam vocarunt nomine τῶν τελέως Βαρβάρων, ut docet Strabo L. xi. p. 358. [790.], et Varro, agens de vocabulis Punic., Gallic. et Ægypt. Idcirco Eurydice Illyrica ap. Plutarch. de Educat. Liber. p. 74. ed. Steph. vocatur τριβάρβαρος. Barbaros autem dividebant Græci in Europæos et Asianos. Scribit Ælianus V. H. L. viii. c. 6., Ἐνόμιζον αἴσχιστον εἶναι πάντες οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντες Βάρβαροι, χρῆσθαι γράμμασιν· οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὡς λόγος, ἐχρῶντο αὐτοῖς μᾶλλον. Turpissimum et summum dedecus putarunt Barbari in Europa habitantes, literis uti, Asiani vero, ut fama est, magis iis usi sunt. Inter Europæos Barbaros non tantum Thraces et Scythas præcipue ponebant, sed etiam Gallos sive Celtas; quo nomine Germani quoque sæpe veniunt. Lucianus in Pseudol. p. 591. ed. Salmur. [t. iii. p. 171.], Νὴ Δί', οὐ γὰρ ἦν τῶν Ἑλλήνων ἴδιον, ἀλλὰ πόθεν ἐπεισκωμάσαν αὐτοῖς ἀπὸ τῆς πρὸς Κελτοὺς, ἢ Θρᾷκας, ἢ Σκύθας, ἐπιμιξίας, Non enim, per Jovem, Græcorum propria erat vox, sed aliunde ex Celtorum, aut Thracum, aut Scytharum commixtione insolenter se insinuavit. Idem in Jove Tragœdo p. 197. [t. ii. p. 650.], Οὐχ ἅπαντες τὴν Ἑλλήνων συνιᾶσιν· ἐγὼ δὲ οὐ πολύγλωσσός εἰμι, ὥστε καὶ Σκύθαις καὶ Πέρσαις καὶ Θρᾳξὶ καὶ Κελτοῖς συνετὰ κηρύττειν, Non omnes Græcorum linguam intelligunt; ego vero varias linguas non calleo, ut et Scythis et Persis et Thracibus et Celtis ea, quæ intelligant, possim prædicare. Eosdem ita conjungit Aristot. L. vii. Polit. c. 3. et alii. Barbaros vero Asianos nuncupabant omnes Asiæ populos præter Græcos, qui illic degebant, ut patet e Curtio L. vi. c. 3. §. 3., omnium vero maxime et sæpissime gentes Asiæ minoris et Persas, quod ex frequenti cum illis commercio cum mores tum linguam eorum optime nossent. Quod quidem demonstrare facile possem, nisi res esset tritissima et nemini ignota.

§ 5. *Idem aliis argumentis confirmatur.*

Hæc tam sunt aperta, ut inter eruditos nemo inventus sit, qui ea in dubium vocaret. Aliam vero rationem invenerunt viri eruditi, qua probarent, linguas illas, quamvis ab omnibus scriptoribus Barbaræ dicantur, tamen esse Græcas. Sunt enim, qui nobis persuadere velint, postremis præcipue temporibus eos quoque Barbaros dictos, qui, quamvis Gr. loquerentur, non tamen puram et illibatam sermonis Gr. castitatem servarent; sed eam barbaris vocibus et locutionibus conspurcarent. Nolo jam disputare de peculiari quodam hujus vocis ejusdemque generis vocabulorum usu.[1] Certum vero est, apud plurimos scriptores et in communi usu, præsertim cum de tota gente sermo est, hanc vocem ita accipi, quemadmodum eam §. 4. explicui. Qui Barbari vocantur, illi ab usu ling. Gr. plane alieni sunt.[2] Non enim videmus, eos, qui multum a communi Græcorum sermone discedebant, etiamsi essent ἀγνωστότατοι γλῶσσαν, quod de Eurytanibus, Ætoliæ populo, affirmat Thucyd. L. iii. [c. 94.] p. 83. ed. Hervag., unquam appellari Barbaros, ex. gr. Rhodios aut Cretas, isto nomine non dictos, quamvis vel ex solo Hesychio pateat, longius eos abiisse a puritate ling. Gr., atque Cicero ipse eosdem a Græcis discernat loco sup. §. 2. citato. Alia ratio Macedonum visa multis fuit, et de illis disputatum, sintne pro Græcis, an vero pro Barbaris a prima inde ipsorum origine habendi. Quæ res cum in controversiam veniret, ita judicatum est, pertinere eos ad Græcos, qui origine Argivi fuerint. Refertur huc locus Herodoti L. v. c. 22. qui narrat, Alexandrum, Amyntæ filium, adiisse ad agonem Olympicum, sed æmulos in cursu Græcos eum arcere voluisse, negantes id esse certamen Barbarorum, sed Græcorum; cum autem se probasset Argivum, Alexandrum tunc Græcum esse judicatum. Qui tamen Herodoti locus quomodo sit accipiendus, didici a Viro quodam doctissimo.[3] Is enim mihi ostendit, non agi hic de ipsis Macedonibus, sed de regia Macedonum stirpe, cujus auctores, Caranus et Perdiccas, longa serie ex Argivorum Principibus suum genus ducebant. Non igitur de lingua hic agitur, sed de progenie Regum Macedoniæ;

[1] Supra dictis pauca adjungam. Grammatici Gr. βαρβαρίζειν et βαρβαρισμὸς dicunt perversum, incommodum regulisque repugnantem usum linguæ Gr. V. Sext. Empir. p. 260, 261. ibi notas Fabricii, Diog. Laërt. l. vii. §. 59. et ad eum locum observationes Menagii. Non bene Gr. loquentes dicuntur βαρβαρίζειν ap. Lucian. in Somnio p. 6. [t. i. p. 12.] Usus peregrinorum vocabulorum est βαρβαρισμὸς Aristoteli de Poët. c. xxlii. ubi consule Dacerium. Cyprios Barbaris accenset Lucianus in Revivisc. p. 398. [t. i. p. 589.], et tamen Himerius Sophista apud Photium ait, p. 606.,† ἡ Κύπρος πόλις μεγάλη· ἴσμεν τὴν γλῶτταν ἀκριβῶς Ἕλληνες, atque significat, incolas sive cives Cypri insulæ, sic enim πόλις hic et passim capi debet, accurate exacteque Gr. locutos esse.

[2] Hinc apud Pausaniam in Eliacis, p. 176. [c. xxvii. p. 449.] ἐπάδει βάρβαρα καὶ οὐδαμῶς συνετὰ Ἕλλησιν, et apud Sext. Empir., διὰ τὸ μὴ πάντας πάντων ἀκούοντας συνιέναι· οἷον Ἕλληνας Βαρβάρων καὶ Βαρβάρους Ἑλλήνων, l. iii. Hypotyp. c. xxx. Cf. idem adversus Grammaticos c. vii. p. 30, 32. et adversus Mathematicos p. 339. Junge Platonem in Theæteto p. 77. ed. Basil.

[3] Erat is Alphonsus des Vignoles, cujus Chronologia Hist. Sacr. et Historicorum aliorum, edita Berolini a. 1738. aut omnem feret ætatem, aut liber recentior nullus.

* Laudat hunc Plauti locum Festus de V. S. p. 48. ut ostendat, Barbaros dictos esse antiquitus omnes gentes exceptis Græcis. Alia cumulavit Wetstenius ad verba Pauli Apostoli Rom. i. 14.

† In ed. a. 1611. p. 1131. In Gr. textu nihil mutandum. Veram loci mentem assecutus est Jablonskius. Nec dissentit Wernsdorfius in nova recensione Eclogarum et Declamationum Himerii p. 200, 261. Cyprii si Barbaris, habita ratione linguæ, a Luciano aliisve annumerantur, factum id videtur ob usum quorumdam vocabulorum peregrinorum, quæ ex Hesych., Etymol. auctore et aliunde diligenter collegit Meursius in Cypro, l. ii. c. 25. t. iii. Opp. p. 666, 668. et alibi. Cf. not. ad Hesych. v. Ἀβάθ.

quod sane totus ille Herodoti locus declarat, et aliunde potest illustrari.[1] Male igitur Alexander ille primum annumerabatur Barbaris. Similiter Philippus rex Maced. habetur pro Barbaro a Demosthene Orat. iii. Olynth. p. m. 24. ed. Gr. Bas., Orat. i. in Philipp. p. 32. et iii. in eundem p. 69., sed minus recte. Isocrates autem in Orat. ad Philipp. et epistolis ad eum scriptis, laudat Philippum ut unum Heraclidarum, magnis majoribus prognatum et nobilitate generis præstantem, atque aperte eum appellat Argivum, sed Macedones vocat Barbaros.*

Ipsos vero Macedones antiquissimos, quantum ad linguam, Barbaros fuisse, vel hinc mihi probabat idem vir eruditus, quod apud Curtium Alexander glorietur, se effecisse, ut Macedones, cum Barbari habiti fuissent, nunc tandem pro Græcis agnoscerentur, L. vi. ‡ Etiam post Alexandri M. ætatem Græci habuerunt Macedones pro Barbaris; unde, Plutarchus, de Arato loquens, in ejus vita p. 1010. ed. Steph. καὶ μὴ Πελοπόννησον ἐκβαρβαρῶσαι φρουραῖς Μακεδόνων. De lingua Macedonum ut aut nihil addam, aut pauca, faciunt instituti mei limites angusti, neque etiam tantopere ad rem nostram facit illa lingua, ut commode adeo hæc disputatio omitti posset. Lubet tamen in notis meam de lingua Macedonum, sive Barbara fuerit, sive Græca, expromere sententiam, eamque eruditis judicandam relinquere.[2] Quidquid de lingua statuatur, Macedoniam ipsam pro regione Barbara habitam fuisse, hinc etiam argui potest, quod Scylax p. 61. ed. Gron. πόλεις Ἑλληνίδας recenseat, quo ipso eas ab aliis distinguit, quæ non Ἑλληνίδες fuerint, necesse est; quem eundem morem in recensendis urbibus Gr. servat quoque in Thracia, Sicilia, Asia minori aliisque Barbaris regionibus.

Si itaque gentes illæ Asiæ minoris Gr. locutæ fuissent, quamvis ille sermo vehementer fuerit corruptus et a fonte tersæ Græcitatis longius recessisset, quod eruditi viri existimant, Barbaræ tamen dici non potuissent: quod ex iis, quæ modo dicta sunt, consequi videtur.

Quodsi vero hæc nondum unicuique satisfaciunt, etiam alia supersunt argumenta, quibus sententiam nostram adstruamus.

[1] Videatur ipse Herodotus l. viii. c. 137 et 139. Apud Thucyd. l. ii. p. 59, 60. [c. 99.] dicuntur Alexander Perdiccæ pater et Temenidæ ejus majores τὸ ἀρχαῖον ὄντες ἐξ Ἄργους, antiquitus ex urbe Argis oriundi. Macedonum reges ex ea civitate, Argos, se oriundos referunt, teste Livio l. xxvii. c. 30. l. xxxii. c. 22. Scribit Curtius l. iv. c. 2. Macedonum reges credere, ab illo deo, Hercule, ipsos genus ducere. Dicitur hinc Caranus, vir generis regii, sextus decimus ab Hercule, profectus Argis, regnum Macedoniæ occupavisse, apud Vell. Paterc. l. i. c. 6. §. 5. Quidquid existimetur de verbis, sextus decimus, mihi jam perinde est. De nomine Argis controversia nulla est. Dubito autem, an recte censuerint Lipsius et Gruterus, verba, vir generis regii, cum paulo ante de Lycurgo eadem dicta essent, hic inepte insita adeoque delenda esse; istiusmodi enim repetitiones in Velleio sunt frequentiores.†

[2] Diu multumque doctissimi viri disputarunt de lingua aut dialecto quadam Maced. Alii enim, inprimis moti auctoritate Salmasii in lib. de Ling. Hellen. p. 110, sqq., 119, 442, 443. ling. Maced. et Gr. existimant unam eandemque fuisse; aliis autem sententia plane contraria placuit. Meo quidem judicio, distingui debet antiquissimorum Macedonum lingua patria, propria, peculiaris et nativa, atque ea, qua deinceps uti cœperunt. Eo spectant sequentes observationes. Macedoniam ab initio tenuerunt Thraces, atque Midas, qui cum Brigibus e Thracia in Phrygiam concessisse dicitur, Macedoniam quoque in ditione habuit, ejectus postea a Carano, quem Herodotus appellat Gavanem l. viii. c. 138. Vide et Justinum l. vii. c. 1. Postquam inde pulsus esset, forte in Asiam secessit, ut adeo illi Briges fuerint Macedones pariter et Thraces. Cf. Steph. Byz. in v. Βρύξ, et Thucyd. l. ii. p. 59, 60. [c. 99.] Antiqua Macedonum lingua non multum diversa fuit a veteri Thessalorum lingua, qui etiam Pelasgi appellantur. Conferantur Strabo l. viii. p. 256. Athen. l. iii. p. 114. l. xiv. p. 662, 663, 664. Eustath. ad Hom. Il. p. 1899. et ad Dionys. Perieg. p. 97. [v. 427. sqq.], Scholiastes Theocriti p. 159, 161, 200. ed. Oxon. 1699. [ad Idyl. xii. ἐπιγραφὴν, v. 12, 13. Id. xvi. 35.], Scholia ad Apoll. Rhod. p. 45. [ad v. 580.] Videtur quoque Strabo convenientiam quamdam Thessalicæ ling. cum Thracica innuere, l. xi. p. 366. Hoc tamen accuratius erit pensitandum. Utut vero id est, antiquæ Macedonum linguæ haud exiguam mutationem intulisse videntur Argivi, Caranus cum posteris suis. Quod cum res ipsa docet, tum multa vocabula Gr., a Macedonibus deinde usurpata, abunde confirmant. Fortasse Macedonibus contigit, quod Anglis contigisse novimus, ut, mutato dominio, novam quoque linguam adsciscerent, pristina tamen non prorsus rejecta. Rem hanc accurate perpendenti, manifestum cuique erit. Vulgus quidem vetustam et patriam linguam conservavit, nihilo tamen minus multa vocabula ex Græcia adsumsit sermonique suo addidit; quale quid apud Ægyptios et populos alios, post imperium Græcorum, locum habuit. Alios Græce quoque et intellexisse et locutos fuisse, dubio prorsus carere debet. Erat hæc lingua Aulica et hominum cultiorum. Eo sensu Salmasius l. c. in præf. p. 49. linguam Maced. non dubitat vocare dialectum Gr. Observatu dignus locus est Tertulliani in Apolog. p. 10. ed. Priorii [c. ix. p. 104. ubi Havercampus dedit πλῦνε τὴν μητέρα]: Sed et Macedones suspecti, quia cum primum Œdipum tragœdiam audiissent, ridentes incesti dolorem ἤλαυνε dicebant εἰς τὴν μητέρα. Sic Rigaltius legit. Forsitan legendum πλῦνέ σου τὴν μητέρα, vel πλύνεις τὴν μητέρα. Πλύνειν ambiguum habet sensum: aliquando significat λοιδορεῖν, v. Artemidorum l. ii. c. 4. c. n. Rigaltii, Hesychium v. Πλύνειν [ibi Alberti], et Photium, p. 10, 35.; alibi sumitur notione obscœna, apud Aristoph. in Pluto, p. 85. [v. 1062. ubi Πλύνειν με ποιεῖ, sed v. 166 et 514. Πλύνειν aliud significat]. Audiverant Macedones prima vice tragœdiam Gr., eaque audita responderunt Græce. Quæ nisi fuissent ipsa Macedonum verba, quid opus fuerit Tertulliano, rem hanc Gr., et non potius Lat. suo sermone, hic narrare? Sed voluit ipsa Macedonum verba in medium afferre. Nec incredibile est, post Philippi et Alexandri M. tempora, ipsam plebem Maced. sermoni Gr. tandem plane assuevisse. Idcirco postea Macedones pro Græcis habebantur. Hinc Seneca Consolat. ad Helviam c. vi.: 'Quid sibi volunt in mediis Barbarorum regionibus Gr. urbes, quid inter Indos Persasque Macedonicus sermo?' Vide et Plutarchum in Flamin. p. 372. E. Pausaniam in Messenicis, p. 139. [350.], Ἐπὶ δὲ ἔν τε τῶν ὅπλων καὶ τῆς φωνῆς Μακεδόνας καὶ Δημήτριον τὸν Φιλίππου γνωρίζουσιν ὄντας. Jungit Livius, l. xxxi. c. 29. 'Ætolos, Acarnanas, Macedonas, ejusdem linguæ homines.' Attamen plura vocabula, Græcis omnibus ignota aut saltem non usurpata, apud Macedonas in usu permanserunt, quibus scriptores Gr. recentiores, etiam interpretes V. T. Alex., auctores librorum Apocryphorum et scriptores N. T. frequentius usi fuerunt, longe abeuntes a dictione Attica. Hujuscemodi sunt voces δυσὶ pro δυοῖν, τάχιον pro θᾶττον, ἀποκεφαλίζειν pro καρατομεῖν vel ἀποτέμνειν τὴν κεφαλὴν, ἐνωτίζειν sive ἐνωτίζεσθαι significatione audiendi, auribus accipiendi, ἀποτάσσεσθαί τινι, vale alicui dicere, valere aliquem jubere, pro ἀσπάζεσθαί τινα, αἰχμαλωτίζεσθαι de iis, qui captivi abducuntur, προσφάγιον de pulmentario, εὐκαιρεῖν notione habendi otium, alicui rei vacandi, ἐσχάτως ἔχειν pro esse morti proximum, in ultimis esse. Quæ et similia verba et dicendi genera, in scriptoribus Atticis frustra quæsita, ideoque a Phrynicho, Th. Magistro aliisque Grammaticis Gr. improbata, recte dixeris Macedonica.‖

* Ἄργος μὲν γάρ ἐστί σοι πατρίς, ἧς δίκαιον τοσαύτην σε ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ὅσηνπερ τῶν γονέων τῶν σαυτοῦ, scribit Isocrates v. i. p. 244. ed. Battie. Macedones autem ab ipso dictos esse Barbaros, vix audeo affirmare, cum sigillatim commemoret Græcos, Macedones et Barbaros, in eadem oratione, p. 307.

† De Argiva Rerum Macedoniæ origine legantur docti homines in notis ad Herodoti ac reliquorum ll. cc. In Velleio verba, vir generis regii, tuetur Burmannus; sed e præcedentibus temere hic intrusa esse censet Cl. Ruhnkenius.

‡ Hæc ipsa verba apud Curtium frustra quæsivi. Narrat autem l. vi. c. 9. extremo, Alexandrum dixisse Philotæ: 'Macedones de te judicaturi sunt, quæro an patrio sermone sis apud eos usurus;' hunc respondisse: 'Præter Macedonas plerique adsunt, quod facilius, quæ dicam, percepturos arbitror, si eadem lingua fuero usus, qua tu egisti, non ob aliud, credo, quam ut oratio tua intelligi posset a pluribus;' tum regessisse Regem: 'ecquid videtis, adeo etiam sermonis patrii Philotam tædere? solus quippe fastidit eum discere.' In oratione apologetica, c. x. §. 22, 23. ait Philotas: 'Mihi quidem objicitur, quod societatem patrii sermonis asperner.—Jam pridem nativus ille sermo commercio aliarum gentium exolevit; tam victoribus, quam victis peregrina lingua discenda est.' Philotan, Macedonem natum, non erubuisse, homines linguæ suæ per interpretem audire,' sive adire, adeoque Macedones sermone patrio noluisse compellare, aiebat Belon quidam, ibid. c. xi. §. 4. Quo consilio hæc Curtii verba adscripserim, sequentes Jablonskii animadversiones declarabunt.

‖ Excursum de ling. Maced., ab Auctore exemplo suo adscriptum, nolui omittere, etsi valde dubitans, an testimonia scriptorum veterum omnia, hic laudata, sed accuratius lecta, huc pertineant. Nec admodum mihi arridet conjectura de verbis Tertulliani, in quibus ἤλαυνε sive ἔλαυνε se facile tuetur, cum sit ἐλαύνειν vox rei uxoriæ. V. Aristoph. in Eccles. v. 39. c. n. T. Fabri, t. ii. Epist. p. 175. Non diffiteor, Græcos recentiores, cum Macedones, tum alios, vocabulis loquendique generibus usos esse, quorum frustra quæras exempla in scriptis veterum Atticorum; sed recte ea dici Macedonica, et veluti reliquias antiquissimæ Macedonum linguæ, non audeo affirmare. Δυσὶν ἡμέραις est etiam in Thucydidis l. viii. 101. cujus et Aristidis meminit Th. M. p. 253, 254. Reliquæ voces sunt serioris ætatis, non tamen omnes a Xenophonte, Dione Cassio, Arriano et aliis neglectæ. De ἐνωτίζεσθαι v. Albertium ad Hesych. v. Ἐνωτίζου, et Valckenarium ad Callimachi Elegiarum fragmenta, p. 246, 247. Ut autem de Dialecto Maced. bene judicetur, comparentur E. Spanhemius ad Juliani Cæsares p. 389. et ad Callimachi H. in Delum v. 150. Ernestius in Opusc. Phil. Crit. p. 212. Piersonus in Præf. ad Mœr. Atticist. p. 26. sqq., Kœnius not. ad Gregorium de Dial. p. 156. Valcken. l. c. p. 39, 40. Tantum adscribam Athenæi verba l. iii. p. 471. ed. novæ, Μακεδονίζοντας τ' οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν. Loquitur sine dubio de Atticis recentioribus.

Auctor est Philippus, rerum Caricarum scriptor vetustus, apud Strabonem, L. xiv. p. 455. [977.], Cares multa vocabula Gr. suæ linguæ admiscuisse. Cujus rei hanc causam affert Strabo, quod Cares per totam Græciam stipendia[1] meruerint, atque cum Græcis multum commercii habuerint. Quodsi itaque Carum lingua a Græcis quædam accepit, non potest, quin plane diversa fuerit. Etiam illud notandum est, quod Strabo addit, reliquos Barbaros, quando ad Gr. ling. usum introducuntur, non posse perfecte vocabula exprimere, quia nihil illis cum Græcis commercii intercedit. Quæcumque enim regiones etiam a Græcis habitabantur, illæ accensebantur Græciæ. Vide Is. Vossium in Melam, p. 174. Hinc non una Græcia, sed plures memorantur ab Heliodoro L. vii. Æth. p. 334. Qui igitur Barbari dicebantur, a Græcis plane alieni erant.[2]

Non parum etiam in hac lite dijudicanda juvare nos potest scriptor magni pretii, Ephorus, Isocratis discipulus et Theopompi æqualis, quem ab ingenio et facundia Tullius, a peritia Polybius, viri uterque in suo genere laudatissimi, vehementer commendarunt. Is igitur, teste Strabone, L. xiv. p. 466. [996.] totius Asiæ minoris gentes trifariam divisit, in *γένη Ἑλληνικὰ* et *Βάρβαρα χωρὶς τῶν μιγάδων*. Quo loco scriptor peritissimus *μιγάδας*, convenas, gentes commixtas, origine partim Gr., partim Barbaras, ab iis diserte discernit, quæ in totum vel Barbaræ essent, vel Gr. Etsi vero Strabo, p. 467. *μιγάδας* non agnoscit, argumento tamen huic nihil decedit. Ephorus dixit *μιγάδας Ἑλλήνων καὶ Βαρβάρων*, qui ex utrisque commixti sunt, uti *ἱππεῖς Ἰβήρων καὶ Νομάδων μιγάδες* ap. Plutarch. in Marc. p. 304. A. Nec alio sensu meminit idem Strabo, L. xii. p. 368. [807.] *μετὰ δὲ τούτους μὲν Ἑλλήνων οἵ τε Αἰολεῖς καὶ Ἴωνες, τῶν δ' ἄλλων Κᾶρές τε καὶ Λύκιοι, ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ Λυδοί.* Conf. Plinius L. vi. c. 2. et Harduini Nummi antiqui illustrati, p. 213, 214. Ejusmodi homines *μιξοβάρβαροι* vocabantur et *ἡμιβάρβαροι*. Medeæ liberos aiebant Corinthii *μιξοβαρβάρους*, quia ex Jasone Gr. et Medea Barbara nati erant. V. Schol. ad Pindari xiii. Olymp. p. 117, Plutarchum in Crasso p. 561. C., et Hesych. in v. *Μιξοβάρβαρος*.‡ *Ἡμιβάρβαροι* qui sint, bene explicat Demetrius Scepsius apud Strabonem L. xiv. p. 420. [998.] Adde Plutarchum de virtutibus mulierum p. 247. A.

§ 6. *De ortu et progressu linguarum apud gentes Asiæ minoris.*

Sic vidimus, non Gr. fuisse harum gentium sermonem, sed plane diversum et peculiarem. Verum qualis tandem fuit, aut unde natus est? Vere dixit Cicero de N. D. l. i. c. 20. ‘Omnibus fere in rebus, quid non sit citius, quam quid sit, dixerim.’ Id quam difficile sit in hac re, norunt ii, qui accuratius in istas res inquirere unquam in animum induxere. Etenim in tota antiquitate nihil tam obscurum tantisque tenebris involutum est, quam sunt origines linguarum imprimis Barbaricarum, quod omnes facile intelligunt. Linguam Cappadoc. initio haud multum ab Assyria veteri diversam fuisse dicemus, ubi ad definiendam hanc linguam ventum fuerit. De reliquis, velut de Phrygia, Lydia et aliis linguis quid dicendum sit, multo magis hæreo. Origo quippe earum plane est obscura, quamvis corruptio et mutatio apertior sit ac facilius investiganda. De Coloniis Græcorum nihil attinet dicere, cum illæ in ora maritima persistiterint, neque nisi sero in regiones mediterraneas penetraverint. Hinc a Xenoph. in Cyrop. p. 111. [vii. 4, 5.] memorantur *οἱ Ἕλληνες οἱ ἐπὶ θαλάττῃ οἰκοῦντες*. Quodsi tamen istæ Græcorum migrationes alicui harum linguarum mutationem intulerint, ea potissimum fuit propter viciniam Cariæ, de qua non tantum Philippus ap. Strabonem, l. xiv. p. 455. [977.] testatur, ut in præcedentibus monui, huic linguæ multas voces Gr. admixtas fuisse, sed alii etiam id sæpius confirmant, Hesych., Eustath., Auctor Etymol. M., plures. Mansit tamen peculiaris lingua, quemadmodum Lat., quæ quamvis innumeris vocibus Gr. abundet, et præterea origine ferme Gr. sit, tamen Gr. dialectus dici nequit, sed lingua diversa et peculiaris manet. Igitur, ut taceam ipsa temporis diuturnitate et seculorum decursu multa innovari, primam forte mutationem insignem in linguis suis perpessæ dici possint hæ gentes ab Ægyptiis, qui, duce Sesostri, sive Sesoosi, vel etiam Sesonchosi,[3] cum alias regiones, tum has quoque subjugarunt. Refert Herod. l. ii. c. 106. se istius expeditionis quædam monumenta in Palæstina et Ionia oculis usurpasse, viros nempe petris incisos cum aliqua inscriptione Ægypt., cujus hic fuerit sensus: Hanc regionem ego humeris meis obtinui.[4] Similis monumenti ab hoc Sesoosi in Thracia erecti, inscriptique literis sacris Ægyptiorum, meminit etiam Diodorus Sic. l. i. p. 51. [c. 55.] Ex ista Sesostris expeditione, cujus Strabo sæpius facit mentionem,[5] superfuisse Colchos, gentem Ægyptiam, fuit traditio. V. Valerium Flaccum, l. v. Arg. v. 419, et seqq., Agathiam, l. ii. p. 51. Si quis plura de hoc Sesostri nosse cupiat, is adeat doctissimi Angli Marshami Canonem Chronicum, ubi multa memoratu dignissima annotavit vir egregius. Est et altera Ægyptiorum in Asiam expeditio, auspiciis Rhamsis suscepta, de qua Tacitus, l. ii. Annal. c. 60. scribit: ‘Mox visit veterum Thebarum magna vestigia, et manebant structis molibus literæ Ægypt., priorem opulentiam complexæ; jussusque e senioribus Sacerdotum patrio sermone [patrium sermonem] interpretari, referebat, habitasse quondam septuaginta [septingenta] millia ætate militari, atque eo cum exercitu Regem Rhamsen Libya, Æthiopia, Medisque et Persis et Bactriano et Scytha potitum, quasque terras Syri Armeniique et contigui Cappadoces colunt, inde Bithynum, hinc Lycium ad mare imperio tenuisse.’ Quis ille Rhamses fuerit, a viris eruditis disceptatur. Rhampsinitus, de quo Herod. l. i. c. 121. hic locum habere vix potest, quod tamen volebat Marshamus in Canone Chron. p. 416. Namque Herodotus, qui de thesauris et avaritia ipsius tam multa nobis prædicavit, nobilissimam historiæ istius regis partem, expeditionem illam

[1] De Caribus omnium primis stipendia merentibus, et idcirco ab Atheniensibus contemtim habitis, videatur Tzetzes in Lycophr. p. 92.* Etiam hoc referendæ Trœzeniorum coloniæ. V. Pausan. in Corinth. p. 73. [182, 183.], Vitruvium, p. 60.

[2] Tertullianus tamen Barbarias Græciæ commemorat. Puto eum loqui de regionibus Barbaris a Græcis quoque habitatis et excultis. Scribit ille in libro de velandis virginibus, c. ii. ‘Per Græciam et quasdam Barbarias ejus, plures Ecclesiæ virgines suas abscondunt.’ Interpretatur Priorius nomen Barbarias de Græciæ quibusdam urbibus vel regionibus. Rigaltius† intelligit regiones quasdam extra Græciam, seu appositas Græciæ, quibuscum fuit negotium vel bellum Græcorum. Intelligo Macedoniam et Thraciam.

[3] Diversimode nomen scribitur. *Σέσωστρις* est vulgatissimum. *Σέσωσις* habet Diodorus Sic. l. i. p. 54. [c. 53. ubi conferantur notæ Stephani, Rhodomanni et Cl. Wesselingii.] *Σεσόγχωσις* invenitur in Scholiis ad Apoll. Rhod. [iv. 272, 276.] et alibi.

[4] Obiter monebo, ex hoc Herodoti loco recte a Gronovio in Diatribe ad Statium, c. 22. vindicata fuisse verba Claudiani de Bello Gild. v. 111.

Ast ego, quæ terras humeris pontumque subegi,
Deseror.

Non opus itaque est, ut illic pro humeris legatur vel juvenis, vel numeris, vel armis, licet *ὤμοισι* in Herod. et humeris apud Claud. recte accipiatur de armis, respectu nempe ad morem gerendorum armorum. Cicero ait Verrin. vi. c. 34. ‘Sagittæ pendebant ab humero,’ et Virg. Æn. ii. v. 844. ‘nostras humero gessisse pharetras.’

[5] L. i. p. 42. [106.], l. xvi. p. 529. [1114.], l. xvii. p. 543. [1138.]

* Ad v. 1384. ubi notavit Meursius. Auctor Etymol. M. v. *Κάρες*, *Πρῶτοι γὰρ Κᾶρες ἐστρατεύσαντο ἐπὶ μισθῷ, καὶ ἔδοξαν εἶναι ἀτιμότατοι.*

† Huic assentitur Semlerus in Indice Lat. Tertull.

‡ Locum Hesychii, etsi diligentius quæsitum, non inveni. Ipsa voce *μιξοβάρβαρος* utitur Lucianus in Jove Tragœdo, §. 27. t. ii. p. 673. Talis dicitur *ἡμιέλλην* ab eodem de Saltatione §. 64. t. ii. p. 303. et *μιξέλλην* a Polybio, lib. i. c. 67. ubi *μιξέλληνες* opponuntur Hispanis, Gallis, Liguribus, Balearibus et Afris. In Eclogis Diodori Sic. t. ii. p. 509. eadem invenias, sed *μιξέλληνες δοῦλοι* in Latina interpretatione dicuntur servi altero parente Græci. Rectene an secus, non dicam.

insignem, omittere non potuisset. Ex silentio talis ac tanti Historici, quantus Herodotus fuit, non immerito colligitur, Rhamsen distingui oportere a Rhampsinito. Lipsius ad Taciti Annal. p. 116. profert Rhamsen aliquem, quo regnante Troja capta sit, fide Plinii, l. xxxvi. c. 8. Legimus tamen apud Ammianum Marcell. l. xvii. [c. 4.] p. 126. obeliscum illum egregium, quem ex Ægypto Romam allatum transtulit Hermapion, dedicatum fuisse cuidam Ramestæ, atque is ab altera obelisci parte in versu secundo appellatur δεσπότης οἰκουμένης, dominus orbis terrarum. Valesius in notis etiam Taciti meminit, et alium præterea locum ex Eusebio adducit. Existimat autem vir ille eruditus, Sesostrin et Rhamsen unum eundemque fuisse; quam sententiam quondam lubens in medio relinquebam, sed nunc omni procul dubio verissimam judico, præeunte Perizonio in Origg. Ægypt. c. 17. qui consulatur.

Expeditionibus Ægyptiorum accenseri et illa meretur, qua Crœso adversus Cyrum Ægyptii auxilium tulerunt, præcipue cum Cyrus ipsis devictis, et sese tradentibus, urbes in Asia habitandas concesserit, narrante Xenoph. Cyrop. p. 106. [i. 1. 4.] Mirum igitur non est, vestigia Ægyptiorum hinc inde in Asia[1] superesse. Ex Periplo Ponti Euxini, p. 7. edit. Hudsoni novimus, in Ponto esse fluvium, cui nomen Isis, quod aperte Ægypt. est.

Post Ægyptios Asiam irruptionibus turbarunt Scythæ. Namque illi, ut ait Justin. l. ii. c. 3. ter imperium Asiæ quæsiverunt. Tempore Sesostris Tanaus in Pontum usque excessit, quod docet Justin. l. i. c. 1. Hæc prima irruptio fuit. Secunda Asiæ debellatio videtur contigisse duce Indathyrso. Is enim, debellatis multis Asiæ gentibus, in Ægyptum[2] usque penetravit, uti ex Megasthene in Indicis perhibet Arrianus, p. 518. Verum dubitare quis possit, an non Megasthenes aut Tanai, aut vero Madyæ, qui ultimus Ægyptum adortus est, ut videbimus, expeditionem dicere voluerit. Meminit et hujus Indathyrsi Strabo, l. x. p. 472. [1007.] ex Megasthene, qui forsitan hunc cum Tanao pro uno eodemque habuit. Id enim videntur verba Strabonis indicare. V. et Hornium in Orig. Americ. p. 146, 7. Quidquid est, illud saltem scimus, Indathyrsum istum a Megasthene memoratum non esse eum, quocum Darius bella gessit, quique ab Herodoto [iv. 75. ubi nunc Ἰδάνθυρσος.] et Plutarcho in Apophth. [p. 174. E. *] Indathyrsus, a Ctesia vero apud Photium, p. 56. [116.] Σκυθάρκης appellatur.[3] Hic enim nec multas Asiæ gentes subegit, nec Ægyptum adiit. Tertium Scythæ Asiam sibi subjecerunt ductu Madyæ regis, atque Ægyptum quoque occupaturi fuerant, nisi Psammetichus muneribus eos placasset. Quo tempore octo supra viginti annos imperium tenuere, ejecti tandem et necati jussu Cyaxaris Medi, qui pater Astyagis fuit. V. Herod. l. i. c. 105, 106. et l. iv. c. 1. Tertiam hanc expeditionem Scythicam verbis disertis commemorat Justinus, l. ii. c. 5. Verum liquet ex Herodoto apud Justinum eo in loco pro octo, ut hactenus editum semper fuit, quod sciam, legendum esse viginti et octo. Nempe Commentatores non † attenderunt, loqui Justinum eo loco de expeditione Madyæ. Huc quoque pertinent, quæ de Amazonibus relata legimus, eas Pontum occupasse, atque civitates celeberrimas condidisse, Myrinam, Ephesum aliasque, postea occupatas a Græcis, sed qui, ut fidem facerent posteris, has urbes a se conditas esse, ipsam Amazonum historiam omnem dubiam fecerunt et suspectam. Hinc scribit Strabo, l. xi. p. 504. [770.], peculiare aliquid narrationi de Amazonibus accidisse: reliquæ enim fabulas a vera historia separatas habent; historia veritatem requirit, sive prisca ea, sive nova sit, monstrosa aut nulla admittit, aut raro. De Amazonibus vero eadem et nunc et antiquitus traduntur, τερατώδη τ' ὄντα καὶ πίστεως πόῤῥω, prodigiosa quidem et a fide procul remota. Ita Strabo et non pauci alii, sed dissentientibus scriptoribus compluribus, tam veteribus, quam recentioribus. Conferatur Freinshemius ad Curtii l. vi. c. 5. cujus mihi placet sententia, rem hanc haud omnino ex vano haustam fuisse, sed Græcula vanitate in miraculum corruptam. Amazones vero Scytharum et Thracum sermone usas fuisse, non origo tantum Scythica declarat, sed etiam conceptis verbis testatur eruditus Apoll. Rhod. Scholiastes in l. ii. v. 948. Ἐπεὶ δὲ οἱ μέθυσοι[4] Σανάπαι λέγονται παρὰ Θρᾳξὶν. ᾗ διαλέκτῳ χρῶνται καὶ Ἀμάζονες, Quoniam vero bibaces sive ebriosi a Thracibus Sanapæ appellantur, qua lingua vel dialecto etiam Amazones utuntur. Scythis hanc vocem tribuit Hesychius, cujus locum corruptissimum, in quo quondam lectum fuit Σάναπτιν· τὴν οἰνιάτην. Σκύθαι, ex Scholiaste Apollonii restituerunt ill. Jos. Scaliger et Is. Vossius ad Justinum, l. ii. c. 4. 17. legentes, Σανάπην· τὴν οἰνοπότιν vel οἰνώδη. Σκύθαι,[5] Sanapen Scythæ dicunt vinosam mulierem. Adversatur quidem his Herodotus, atque ait, Scythas linguam Amazonum addidicisse, cum hæ illorum sermonem discere non potuissent, l. ii. c. 1. 4.; verum tamen ex ipsa Herodoti historia convenientiam linguæ Amazoniæ cum Thracica adstruere possem, nisi prolixum id foret. Tandem etiam huc faciunt Scytharum coloniæ, quæ non paucæ in Ponto extiterunt, ut ex Scholiaste Apollonii in l. ii. passim perspicitur. Hinc factum esse, ut multæ voces Scythicæ in linguas Asianas derivarentur, nemo est, qui non videat, cum quotidie similia contingere discamus. Hispanorum lingua, quia jugum Maurorum diu passi sunt, quartam ferme partem voces Arabicas admixtas habet, ut in Itinerario Hispaniæ observat Zeilerus. Idem in Anglia et alibi quoque usu venisse, omnes norunt.

Scythis Asia pulsis, imperium ad se rapuerunt Persæ, qui cum ubique locorum homines Persas constituerent Satrapas aliosque Præfectos, non potuit fieri, quin multa ex Persarum lingua adsciscerentur, etsi mandata regis Persarum cujuscumque populi lingua patria conscribebantur, ut novimus e libro Estheræ, c. 1. c. 22. Et quomodo aliæ gentes hoc vitare potuerint, cum ne Græci quidem ita linguæ suæ puritatem conservarint, quin a Persis nonnulla acceperint, quod Athenæus queritur, l. iii. p. 122. [471.], uti a Thracibus aliisque gentibus Barbaris. V. Philostr. in vitis Sophist. p. 553, inprimis Plato in Cratylo, p. 57. Neque ipsa Romanorum lingua permansit immunis vocum peregrinarum. Etenim ex Persarum lingua sunt, Gaza,

[1] Non plane de nihilo erit hoc observasse. Si autem in aliqua lingua Asiat. remanserunt vestigia quædam Ægyptiorum, id omnino de ling. Lycaon. dicendum videtur, uti in superioribus monui.

[2] Fortasse etiam in Indiam, si vera scribit Philostratus, l. iii. p. 126. [c. 20.] de Scythis, irruptionem superato Caucaso tentantibus, sed a Gange rege Indiæ repulsis.

[3] Justinus eum vocat Jancyrum, l. ii. c. 5., alii aliter, ut docent viri docti ad istum locum.

[4] Legendum forte αἱ μέθυσαι. Nam de fœminis sermo est, et sic Hesychius τὴν οἰνώδη. Accedit Pollux, l. vi. c. 3. p. 278. [segm. 25.] scribens, ἡ γυνὴ δὲ μεθύση καὶ μεθύστρια, ὁ γὰρ μέθυσος ἐπὶ ἀνδρῶν. ‡

[5] Non multum Σανάπαι, ablata nempe terminatione Gr., abludit a sermone Ægyptiorum, quibus πάροινος dicitur CΣ vel COHHPΠ, Ps. lxix. 21. A. Thracibus autem vinum appellatum fuit ζιλαι, docente Hesychio in voce, vel ζίλα, quod est in Photii Lex. MS., cujus usum mihi perhumaniter concessit Cl. la Croze.

* Ubi scribitur Ἰδάνθυρσος, et plura de homine et nominis varietate notavit Cl. Wyttenbach.

† Recte tamen id observarunt Bongarsius, Vorstius, alii, sed contra consensum librorum scriptorum omnium in ipso contextu nil mutandum censuerunt. Quæ quidem modestia a plerisque in Arte Critica principibus viris sæpe laudata est.

‡ Conjectura hæc minus probabilis videtur. In ea Scholiorum parte tantum fit mentio dialecti Amazonum, sed additur deinde ἡ δὲ μέθυσος Ἀμαζὼν κ.τ.λ. Neque hic necesse, ut scribatur ἡ μεθύση. Sed consulantur Grævius ad Lucian. t. iii. p. 562, 563, Bos et Oudendorpius ad Th. M. p. 602, Piersonus in Mœridem, p. 260, 261.

Parasangæ, Copis, et alia multa, quæ viri docti dudum animadverterunt, inprimis Relandus in Dissert. Misc. n°. viii. Devictis Persis et summam rerum tenentibus Græcis, non modo multa Græca Barbaris linguis sese immiscuerunt, sed etiam in Oriente sermo Gr. invalescere cœpit, sic tamen ut patria lingua conservaretur, unde apud plurimas gentes non una, sed plures Dialecti obtinuerunt. De Cibyratis Strabo memoriæ prodidit, l. xiii. in fine [p. 936.], eos quatuor linguis usos fuisse, Pisidarum, Solymorum, Græcorum, et Lydorum, quæ postrema lingua patria illis fuit; nam Lydos genere fuisse Strabo ibidem docet. Sic Galatæ etiam duas linguas usurpabant, quod testatur Hieronymus in Proœmio, l. ii. Comment. in Epist. ad Galatas, ubi ait: 'Galatas excepto sermone Gr., quo omnis Oriens loquitur, propriam linguam eandem pœne habere, quam Treviros, nec referre, si aliqua exinde mutaverint, cum et Afri Phœnicum linguam nonnulla ex parte mutaverint, et ipsa Latinitas regionibus quotidie mutetur et tempore.' De quo loco plura disserit Elias Schedius de Diis German. p. 12. Idem quoque in Lycaon. ling. usu venit. Etenim Lycaones audiebant Apostolos evangelium prædicantes lingua Gr., eamque intelligebant; sed tamen etiam data occasione sua propria lingua, *Λυκαονιστὶ*, loquebantur. Ex his manifestum est, quales illæ fuerint linguæ, ut non abs re dixerit Hesych., *συγκέχυται ἡ Βαρβάρων φωνή*, permixta et confusa est Barbarorum lingua. Inprimis id verum est in his gentibus, quæ tot mutationibus obnoxiæ fuere. Atque idem omnibus gentibus, quæ rudes sunt et minime politæ, frequenter accidit. Etenim cum illæ multis rebus destituantur, quæ aliis sunt cognitæ et perspectæ, tandem cum res eas ipsas discunt, earum etiam nomina retinent, a quibus acceperunt. Unde non mirum videri debet, quod in his gentibus multa sint Gr., cum a Græcis multa acceperint didicerintque.

§ 7. *De Lingua Phrygia. Eam non fuisse Gr. Dialectum, contra* Th. Ryckium *ostenditur.*

Restat, ut de unaquaque harum linguarum sigillatim quædam delibemus, quo intelligamus, qua ratione a se invicem distulerint, atque tum consideratis quibusdam vocibus, hinc inde in vetustis monumentis adhuc residuis, aliquod judicium de re tam obscura feramus.

Prima se nobis offert Phrygia lingua, tum quod in illa ora hæc regio prima sit, tum quod etiam nuper admodum vir doctiss. Theod. Ryckius eam Græcam esse probare voluerit.* Ait itaque vir acutissimus in erudita Diatribe de primis Italiæ Colonis et Æneæ adventu, c. xii. n. 44 et 50. [p. 465, 466.]: 'Cum tamen certo certius sit, linguam Phrygiam linguæ Gr. fuisse propaginem sive dialectum; linguam Phrygiam non fuisse diversam a Gr. nisi dialecto, non uno loco ex Dionysio potest colligi.' In quo illud miror, virum eruditissimum pro una re habere, quæ tamen inter se differunt. Aliud propago est linguæ, aliud Dialectus. Potest namque lingua ab alia, cujus est propago, tam procul abire, ut pro ejus dialecto amplius haberi non possit.[1] Exemplo sit lingua Latina, quæ, ut dixerat ipse Ryckius n. 48., magnam partem fuit Gr. originis. Quin si credimus Jubæ apud Plutarchum in Rom. p. 26. primum lingua Gr. pura Romæ[2] obtinuit, *οὔπω τότε τοῖς Ἑλληνικοῖς ὀνόμασι τῶν Ἰταλικῶν ἐπικεχυμένων*, nondum id temporis Gr. verbis cum Italicis confusis. Adde eundem in Numa, p. 64. *τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων τότε μᾶλλον ἢ νῦν τοῖς Λατίνοις ἀνακεκραμένων*, et in Marcello, p. 312. B. Jubæ judicium confirmatur etiam auctoritate Heraclidis Pontici, qui apud Plutarchum in vita Camilli p. 254. Romanos esse Græcos agnoscit.[3] Sententiam tamen Jubæ in universum defendere non ausim.† Festus certe e contrario affirmat in v. Alumento, veteres Romanos Gr. linguæ non adsuetos fuisse. Quidquid autem est, linguam tamen Rom. cum esset in flore, quamvis propago Gr. existeret, quis merito Dialectum Gr. dixerit? Dionysius Halic., qui omni opera annisus est, ut Romanos efficeret Græcos, in fine l. i. p. 76. testatur, Romanos sermone nec prorsus Barbaro nec absolute Gr. uti, sed mixto ex utroque, accedente in plerisque ad proprietatem linguæ Æolicæ. Illud certe constat, Romanos non nisi magno labore Gr. linguam didicisse, unde factum est, ut multi fuerint, qui omnino Gr. non amarent literas, quod Cicero queritur l. ii. Acad. Quæst. c. 2.[4] Atque ita se res habet cum multis Europæis linguis, quod omnes norunt. Possemus jam iis contenti, quæ supra disseruimus, pro certo affirmare, linguam Phrygiam non esse vel propaginem vel Dialectum ling. Gr.; verum tamen quia alii in contrarium disputant, et novis argumentis nostram sententiam impugnat vir eruditus, supra a me laudatus, qualia ea sint, paulo accuratius dispiciendum.

Non desunt, qui Phrygas velint fuisse Græcos. Inter antiquos Justinus, scriptor haudquaquam semper accuratissimus, Phrygas Lydosque dixit Græcos, l. xx. c. 1.‡ Videtur quoque pro sententia horum eruditorum adduci posse, quod Servius ait in II. Georg. 394. 'Hymni Matris Deûm ubique propriam, i. e. Græcam linguam requirunt.' Erat autem Mater Deûm origine Phrygia; quod vel jocus ille Antisthenis declarat apud Diog. Laërt. l. vi. init., *καὶ ἡ μήτηρ τῶν Θεῶν Φρυγία ἐστὶν*, et ap. Plut. de Exilio, p. 1077, *τὸ δὲ τοῦ Ἀντισθένους — πρὸς τὸν εἰπόντα, ὅτι Φρυγιά σου ἐστὶν ἡ μήτηρ· καὶ γὰρ ἡ τῶν Θεῶν.*[5] Is igitur Servii locus forte non sine aliqua veri specie objici nobis possit, præsertim si meminerimus, in Mysteriis propriam et patriam linguam requiri. V. Niceph. Gregoram in Synesium de Insomn. p. 96. fin. ed. Turnebi. Quod etiam ex Philosophis Theurgicis quidam memoriæ prodiderunt. Ad hæc vero respondeo, primum, Servium loqui de ritibus colendis Matris Deûm, Græcis indeque Romanis quondam usitatis, ut patet ex tota serie rerum; quæ quidem responsio tanto majoris erit ponderis, ubi addidero secundo, ritus Græcorum et Barbarorum Phrygum, quibus illa Deûm Mater colebatur, plane fuisse inter se diversos, quod prolixe Strabo exponit in *παρεκβάσει* sua de Curetibus, ubi ex Demosthene ‖ etiam observat, vitio versum fuisse patri Æschinis, quod, in sacris Cybeles, Phrygiis et barbaris acclamationibus usus fuisset, p. 325. [l. x. p. 723.] Denique et hoc notandum est, Matrem Deûm Græcorum et Cybelen Phrygum initio quædam habuisse inter se similia, quare unam cum altera compararint, ut Isidem Ægyptiorum cum Cerere Græcorum, fuisse vero etiam, in quibus a se differrent. Alias certe de Cybele sua Phryges narrarunt fabulas, alias Græci de Rhea,

[1] Cf. Dionys. Halic. l. i. p. 23. Legatur etiam observatio Salmasii de Ling. Hellen. p. 19, 20.

[2] V. exemplum ap. Macrob. l. i. Saturnal. c. 15. p. 181.

[3] Tertullianus de Testim. Animæ c. ult. scribit: 'Gr. linguam et Lat. propinquas inter se haberi.' Linguam etiam Italorum antiquissimam plerique tum veteres tum recentiores Græcam esse opinantur. V. Wachteri concordiam Naturæ et Scripturæ, n. 298. et ibi not. 9.

[4] Hinc etiam vocabula Gr. a Romanis habebantur pro peregrinis. V. Salmas. de L. Hellen. p. 92.

[5] Pensitandus etiam locus Juvenalis Sat. iii. v. 62. sqq., sed præcipue locus insignis de ludis Megalensibus, Matri Deûm dicatis, ap. Cic. de Harusp. Responsis, c. xii.

* Dissertatio hæc edita est Lugd. Bat. a. 1684, subnexa Holstenii notis et castigationibus in Steph. Byzant. p. 399—467.

† Temeraria videtur argumentatio nec ad causam pertinens: cujusmodi item illa, p. 31 et 47. ab Europæis linguis ducta.

‡ Nulla illic mentio Phrygum, in ed. Gronov. a. 1760, neque eos, quod sciam, alibi Justinus dixit Græcos.

‖ Quam mecum Cel. Wyttenbach. communicavit, lubens et gratus adscribo observationem: "Demosthenes in Orat. Pro Corona, p. 313. ed. Reisk. Æschini objicit, eum matri suæ initiationes jactitanti operam ministrasse, *βοῶν εὐοῖ σαβοῖ, καὶ ἐπορχούμενος ὕης ἄττης, ἄττης ὕης.* Hæc Phrygia Sacra vocat Strabo, l. c."

sua et Matre Deorum, quamquam postremis temporibus duo hæc numina in unum conflata fuisse noverimus. Apuleius certe, quo nescio an alius quisquam scriptorum, qui extant, mysteria religionum et sacra gentilium perspecta magis et explorata habuerit, discrimen inter duo ista numina facit, ut colligere licet ex his verbis, l. ix. p. 221. ed. Elmenh., 'propter unicum cantharum [caliculum, in ed. Oudendorp. p. 612.], quem Deûm Mater Sorori suæ, Deæ Syriæ, hospitale munus obtulit:' Illa vero Syria Dea fuit ipsa antiquissima Mater Deûm Phrygia, ut inprimis ex Apuleio et Luciano, aut quocumque demum auctore libri de Dea Syria, plane constat.

Sed nunc videamus argumenta a Ryckio in medium allata. Primum id quidem ille concedit, Phryges, sive Briges,[1] ex Thracia in Asiam trajecisse, et patrium sermonem secum advexisse, quod verissimum[2] est, sed Thracicam linguam initio non levem cum Gr. convenientiam habuisse affirmat. Atque id exinde colligi posse existimat, quod magna pars Græciæ a Thracibus fuerit occupata. Verum hoc argumento id, quod vult, vir doctus minime consequitur. Id quidem inde sequi potest, unam gentem ab altera accepisse nonnulla, quod etiam re ipsa contigit. Audiamus Salmasium, qui in istis rebus erat exercitatissimus, in libro de Ling. Hellen. p. 403. 'Lingua,' ait, 'Græcorum ita fuit propria ipsis et peculiaris, ut tamen multa vocabula a Phœnicibus mutuata sit, plura a Getis et Thracibus.' Ex quorum numero illa quoque videntur fuisse, quæ a Phrygibus Græcos accepisse Plato testatur in Cratylo p. 57, 61. velut πῦρ, ὕδωρ, κύνες et alia.* Eadem Gr. lingua posteris temporibus ex Latinorum sermone innumera deprompsit, ut testantur Glossaria Græcobarbara, propterea tamen diversissima lingua a Latina semper permansit. Quantum vero alioquin inter Thracic. ling. et Gr. interfuerit, ex Ovidii Tristibus et Luciano discere possumus. V. §. 4. Addatur Porphyrius de Abstin. p. 196. [l. iii. §. 3.], et Dio Cassius l. li. p. 462, 468. [p. 658.], ubi lingua Thracum opponitur Græcæ, atque Ammianus Marcell. l. xxvii. p. 363. [c. 4.], qui Thraciam scribit priscis temporibus tenuisse Barbaros, morum sermonumque varietate dissimiles. Equidem non est, quod dubitem, linguam Thracicam fuisse eandem cum Scythica, aut saltem parum diversam; quod aliquando fusius, Deo O. M. fortunante, in Scythicis Origg. ostendere † conabor. Quod vero ad Phryges sive Briges attinet, ipsum eorum nomen Thracicum est, et homines liberos significat.[3] Quæ vox etiamnum in ling. Germ. extat, frey; unde etiam celebris Germanorum Dea Fria sive Freya nomen habet. Si qua fabulis veterum fides habenda esset, videri cuipiam posset, apud Phryges hujus Deæ memoriam non evanuisse. Servius enim in Æn. i. 182. Frigiæ filiæ Æropi, ita legendum est, meminit, quæ nomen dederit Phrygiæ. Φρυγίας νύμφης etiam in Stephano Byz. reperitur mentio, in voce Ἀτρήνη. Quod paulo ante dixi, confirmat Juba vetustus auctor[4] ap. Hesych. in v. Βρίγες, Ἰέβας δὲ ὑπὸ Λυδῶν φαίνεται, i. e. ut in notis exponitur, ἀποφαίνεται, Βρίγα λέγεσθαι τὸν ἐλεύθερον, Juba autem affirmat, Lydos Briga, sive Brigem, hominem liberum appellare. Confundit Juba linguam Lydorum cum Phrygia, nisi forte utraque lingua hoc, uti multa alia habuerit communia.[5] Pergit vir acutus atque contendit, Phryges post Dardani adventum penitus Græcissasse. Quod ne frustra dictum putare quis possit, duabus rationibus confirmare nititur. Primo ex Græcis et Varrone[6] docet, Dardanum fuisse Arcadem gente, eumque cum colonis Arcadibus in Asiam transiisse. Hæc vero nondum certa sunt et indubia. Græci quippe omnia sibi tribuebant, se vero ipsos Αὐτόχθονας venditabant, nisi forte pauci viri sapientes non minus quam candidi nonnunquam profiterentur, quod plerique negare sustinebant. Hanc ipsam quoque Dardani historiam dubiam fuisse, fidem facit Servius in Æn. iii. v. 104. ubi Dardanus, inquit, Jovis filius et Electræ profectus de Corytho civitate Thusciæ primus venit ad Trojam, et illic parva ædificia collocavit. Eadem habet ad ejusdem libri v. 167 et 170. ubi eum ex Hetruria venisse, constanter perhibet. Alii autem eum ex Molossia seu Epiro venisse tradiderunt, ut vir Cl. M. V. la Croze mihi indicavit. Erant autem Barbari

[1] Phryges ab initio vocabantur Briges. Est vero in Thracia vestigium illius regionis, e qua Briges in Asiam transierunt. Suidas, Θάμυρις, ὁ Θαμύρας, Θρᾷξ, ἐξ Ἠϊόνων, τῆς ἐν Βρίγκαις πόλεως. Hesychius scribit, Βρίγες· οἱ μὲν Φρύγες, οἱ δὲ βάρβαροι. Et id confirmant Strabo L. xii. p. 550. [827.], Steph. Byz. v. Βρίγες, et ad istum locum Holstenius, sed et ante eos omnes Herod. L. vii. c. 73. Ex eodem Hesychii loco intelligimus, Phryges habitos fuisse pro Barbaris, quemadmodum Phrygia appellatur Barbaria. V. Turnebi L. ix. Adversariorum, c. 18.

[2] Sententiam Ryckii de Phrygibus origine Thracibus non potui non maxime probare. Id vero ægre tulerunt collectores Diarii Trivultini, qui in Mense suo Martio a. 1715 sic judicant p. 540. 'Selon luy les Phrygiens étoient Thraces, c'est ce qu'on aura de la peine à luy accorder.' Atqui in hac Dissertatione laudavi Ryckium, id ipsum etiam fatentem. Quem si evolvissent, sine dubio vidissent, virum eruditum suæ sententiæ auctoritatem conciliasse ex Herodoto L. vii. c. 73. et Strabone L. xiii. p. 590. ed. Basil., p. m. 460. [877.] Quibus testimoniis adde eundem Strabonem L. x. p. 324. [722.], L. xii. p. 379. [857.], Plinium L. v. c. ult., Steph. Byz. in v. Ἀίνατος, Anonymum apud Suid. in v. Ὗες, Eustath. in Dionys. Perieg. [v. 521.] p. 54. Epiphanium de Hæres. p. 8. §. vii. Pertinet huc quoque jocus Antisthenis apud Diog. Laert. l. c. ubi verbis καὶ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν Φρυγία ἐστίν hæc adjunguntur, ἐδόκει γὰρ Θρᾴττης μητρός, et haud obscure ad communem Phrygum Thracumque originem respicitur. Hinc quoque Æsopus Phryx a quibusdam dicebatur Thrax. Verbo, nihil in hac Dissert. dictum fuit, quod et certius sit, et majori nitatur veterum auctoritate, et communi virorum doctorum consensu, a quibus tamen Salmasius in notis ad Steph. Byz. v. Σάβοι dissentit, abunde confirmatur; et quod adeo innumeris testimoniis, si rem hanc tanti ac multa probatione egentem existimaverim, facillime potuissem comprobare. Si quid in meo libello voluissent carpere, carpenda certe erant alia, quæ ipse deinde observavi, et curis secundis nunc emendavi.

[3] Video etiam alios in ista sententia fuisse. Apud Suffridum Petri de Orig. Frisiorum L. i. c. 20. hæc ex Lazii Migrat. Gentium citata invenio: 'Quare nec mihi displicet conjectura illa J. Aventini, et Phrygas Asiaticos Teutonas fuisse lingua, a libertate sic nominatos, die Phryen, qui postea ab eadem libertate, depravata pronuntiatione, die Frianc appellati sunt.' Incidi etiam posthæc in alios, inprimis in Abelii cujusdam Historiam Monarchiarum, qui observatione mea usi sunt, quod in Abelii illo libro, qui tamen, dum hæc scribo, ad manus non est, series rerum satis declarat.

[4] De Juba, Mauritaniæ Rege doctissimo ejusque libris historicis fit mentio ab Athenæo, Plutarcho, Dione Cassio, Plinio et aliis. V. Maussacus ad Harpocrat. v. Παρράσιος, et Cel. Fabricius in Bibl. Gr. vol. ii. p. 601. vol. xiii. p. 304. [Saxii Onom. Lit. Part. i. p. 178, 179.]

[5] Cum his tamen conferantur, quæ infra disputabo.

[6] Græci illi sunt Arctinus, vetustissimus Poeta, de quo vide Fabricii Bibl. Gr. vol. i. p. 8, 9. Satyrus et Callistratus, quorum sententiam Ryckius verbis Dionysii Halic. exhibet, p. 464. Confer et ea, quæ præcedunt apud ipsum Dionys. De Varrone res est magis dubia: ablegat nos Ryckius ad Servium in Æn. iii. 170. Verum Varronis sententiam Servius refert ad v. 167. quod obiter monendum, et ita scribit: 'Græci et Varro Humanarum Rerum, Dardanum non ex Italia, sed de Arcadia (leg. Arcadiæ vel Arcadica) urbe Pheneo oriundum dicunt.' Græcos designat, quorum Dionysius meminit. An vero Varronis mentem illic loci bene ceperit Servius, nihil affirmare ausim. Ex Samothracia profectum fuisse Dardanum, Varro haud dubie voluit. V. Macrob. L. iii. Saturnal. c. 4. An vero ex Arcadia eo venisse, indicare voluerit, de eo quæritur. Forsitan tamen aliorum opinionem adduxit tantum. Eundem Varronis locum respicit Servius in Æn. i. 382. Ceterum vero, venisse Dardanum ex Italia, Servius, præter locos jam citatos, testatur etiam in Æn. i. 239, 384. Æn. viii. 134, 135. Æn. ix. 10. similiter Macrob. in Somn. Scip. L. i. c. 7. et his multum antiquior Hellanicus apud Scholiast. ad Apoll. Rhod. L. i. v. 916. verba, Νῆσον ἐς Ἠλέκτρης Ἀτλαντίδος. Hinc Valerius Flaccus Samothracen vocat Electriam, L. ii. v. 431.

Tunc tenuis Lemnos transit et Electria tellus
Threiciis arcana Sacris.

Ita ex vestigiis Codicum MSS., quos inspexit Nic. Heinsius, et in quibus legitur, transita Electria tellus, legendum conjicio. Jungo Arriani testimonium ap. Eustath. in Il. B. p. 351. Plutarchum in Camillo p. 252. ed. Steph.

* Valckenario V. Cl. πῦρ videbatur vox peregrina, non item ὕδωρ. Vocibus his omnibus origo Gr. attribuitur a Lennep. et Scheidio.

† Origg. hæ Scythicæ ad me non pervenerunt. An supersint, et ubi lateant, me fugit.

in Epiro, et nominatim quidem Amphilochii. V. Thucyd. L. ii. p. 56. [c. 68.] et Chaones, ib. et p. 64. ed. Hervag. [c. 80.] Sed concedam, Dardanum fuisse ex Arcadia, illa tamen lingua vetustis illis temporibus propior erat Thracicæ, ut docet Salmasius de Ling. Hellen. Tandem Dardanus et Trojani, a Phrygibus diversi,[1] non Phrygiam[2] tenuerunt, sed partem Phrygiæ minoris.[3] Hinc Servius in Æn. iii. v. 3. Phrygia in Asia est, Ilium in Phrygia minori. V. et Strabo L. xiii. [p. 591.] et Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 121, 122. [v. 815.] Quod tandem Trojanorum imperium funditus deletum est, adeo, ut non defuerint, qui totam rem in dubium vocarent, uti Dion Chrysost. peculiari libro * ostendit. Ut ut id est, insignem ἀναχρονισμὸν Ryckius committit, cum Brigum in Asiam adventum faciat priorem Trojæ ἁλώσει. Diu enim post captum Ilium illa migratio contigit, quod ex ætate Midæ, ducis in hac expeditione principis, vulgo colligitur. Ex quo possit videri etiam consequi, linguam Phrygiam antiquissimam non fuisse Thracicam, sed forte Lydiam vel Caricam, aut ex utraque illa commixtam, postea autem Brigum adventu a lingua Thracica absorptam, aut cum illa confusam fuisse. Multis annis ante Midam, teste Diog. Laert. L. i. c. 90. vixit Homerus, et hic tamen Phrygum meminit. Vide etiam de emigrationis tempore Eusebii Chron. Gr. p. 36. His accurate pensitatis, dubitare quis possit, fuerintne forte duæ Phrygum sive Brigum in Asiam migrationes, fuerintne etiam plures Midæ, quod nomen in Phrygia commune fuerit? Sed id nunc non ago. Revertamur ad argumenta Ryckii. Majoris momenti videtur illa, quam deinceps affert, ratio: nomina filiorum Priami, quæ apud Apollod. extant L. iii. p. 210, 211. esse Gr., velut, Ἕκτωρ, Ἀλέξανδρος, Δηΐφοβος, Ἕλενος, Πάμμων, Πολίτης, etc. Video hic nomina Gr. complura, nec tamen ad unum omnia, neque eadem plane significatione, qua Phryges usi fuerunt. Ἕκτωρ ex. gr. est vocabulum Gr., et significat clavum. V. Hesych. in v. Ἕκτορες· πάσσαλοι ἐν ῥυμῷ. Fortasse sic dicuntur a retinendo, et inde etiam anchoræ ἕκτορες πλημμυρίδος a Lycophr. v. 100. cum ejusdem originis videantur voces Gr. ἕκτωρ, ἵστωρ et ἴστωρ, nisi quis malit, ἕκτωρ scribi pro ἐχέτωρ, cum Scholiaste ad Il. Ω. 272. Apud Phrygas vero Ἕκτωρ idem significavit, quod apud Persas Δαρεῖος, virum prudentem. Scribit Hesych. Δαρεῖος· ὑπὸ Περσῶν, ὁ φρόνιμος· ὑπὸ δὲ Φρυγῶν, ἕκτωρ, ubi opus non est, ut cum Th. Gale ad Herodoti L. vi. c. 98. pro ἕκτωρ legendum existimetur εἵρκτωρ. Si in mediam Græciam concesseris, multorum nominum non tam reddideris rationem, quam horum. Et tamen hæc dialectus, si Gr. fuit, ut volunt, immensum a communi Gr. sermone abiit, ut ex iis vocibus intelligimus, quas vetusti scriptores nobis reliquas fecerunt. Quis Græcorum ovem appellavit Μᾶ, ut Phryges, quis panem Βέκκος, quis vulpem Οὐαννοῦν, quis regem Βαλλῆνα, et similia, de quibus deinde dicam? Illa vero nomina Phrygum, quæ Homerus et Apollodorus habent, maximam certe partem pura putaque Gr. sunt. Præterea, sunt quædam in his nominibus, quæ scimus a Phrygibus aliter appellata esse. Apud Apollod. v. gr. p. 211. recensetur quidem Λυκάων, quod descendit a Λύκος lupus, unde etiam apud Plin. L. viii. c. 34. et Pomp. Melam, L. iii. c. 9. Lycaon est nomen feræ apud Æthiopas ad genus luporum pertinentis. Lupum vero Phryges Δάος appellarunt, ut observat Bochartus T. i. Opp. col. 1164. in dissert. epistolari de Æneæ adventu in Italiam.[4] Itaque hoc nomen non est ex dialecto Phrygia, etiamsi Gr. sit, sed ex communi Græcorum lingua deductum. Et ita se res habet cum aliis. Aut igitur oportet hæc sint mere fabulosa, aut Dardanus ejusque posteri regiæ stirpis tantum lingua Gr. usi sint, quemadmodum apud Syros et Ægyptios contigisse videmus. Nam qui Syriæ post Alexandrum M. imperabant, Gr. loquebantur, ut ex eorum nominibus et aliis argumentis[5] constat. Et tamen lingua Syriaca peculiaris lingua permansit, quod ex monumentis Palmyrenis et ex versione N. T. Syriaca manifestum evadit. Idem etiam in Ægypto contigit, quod prolixius explicare, nec necessarium puto, nec tempus permittit. Unum adjungam Lagidas Græce locutos fuisse, cum fuerint linguæ Ægypt. imperiti, docet Plutarchus in Antonio p. 927. Superest aliud, quod dicamus, illos Priami filios sic a Græcis, aliter vero a Phrygibus appellatos esse, quod in multis contigisse docuit me vir eruditus.[6] Sic Paris a Phrygibus, a Græcis vero Alexander dicebatur. Varro de L. L. l. vi. p. 78. 'Alexandrum ab eo appellatum in Græcia, qui Paris fuisset.' Qui Græcis erat Astyanax, a Phrygibus Scamander appellabatur. Quod discrimen ipsi Trojani observarunt. V. Hom. Il. Z. v. 402, 403. Monet Eustath. p. 626. Heleno nomen Scamandri primitus fuisse, sed Helenum se vocasse de præceptore Heleno Edono Thrace, a quo vaticinandi artem didicerat. Quod vero ad Phrygia nomina attinet, videmus tam vetusta quam recentia longe aliter se habere, atque Græcis prorsus dissimilia esse, velut Hyagnis, Marsyas, quorum alter Musicus ille cel., alter Rex, cujus Servius meminit in viii. Ecl., ‡ Gordius, Midas, Lityerses, qui sunt antiquiores. Etiam recentiora nomina nihil cum Græcis habebant commune. Athenienses servos suos Manes et Midas appellabant, ut Strabo et alii observant.[7] Hinc de nomine Maniæ,

[1] Trojanos a Phrygibus origine diversos fuisse, certis argumentis potest comprobari. Nam 1. diversas habuerunt migrationes, et diversis ex regionibus in Asiam appulerunt. 2. Durante imperio Dardanidarum, leguntur Trojani cum Phrygibus simultates habuisse et sæpe bella gessisse. Ex. gr. Tros rex Trojæ contra Tantalum Phrygiæ regem dicitur arma sumsisse. V. Euseb. Græca p. 31. ubi tamen paulo ante dubitat, sitne Tantalus Phrygiæ rex appellandus, an vero Mæoniæ. Sed dubium illud nullius est momenti. Bellum regi Trojanorum cum Phrygum rege intercessisse affirmant omnes. Cf. Freculfi Chronicon T. i. L. ii. c. 13. Eandem rem commemorat Ammianus Marcell. L. xxii. p. 236. et Herodian. L. i. [c. 11. sed ad istum locum consulantur interpretes] p. 17. qui uterque tamen, levi discordia, non Troëm nominat, sed Ilum. 3. Etiam scriptores veteres distinguunt Trojanos et Phrygas, Strabo L. x. p. 326. L. xii. p. 388, 389, 395. L. xiv. p. 457. Dionys. Halic. loco infra citando, Scholiast. ad Apoll. Rhod. L. i. v. 937. ἡ Φρυγία παράκειται τῇ Τροίᾳ.

[2] De Priamo quidem ait Polyxena apud Eurip. in Hec. v. 349, 350.

ἧ πατὴρ μὲν ἦν ἄναξ
Φρυγῶν ἁπάντων.

Sed ne dicam, Trojanorum ditionem sub Priamo late se extendisse, quod Strabo docet L. xiii. p. 402, 403. ipse Priamus apud Hom. Il. Γ. 184. seqq. Phrygiam a Troja distinguit, ubi Phrygiam majorem, ad fluvium Sangarium sitam, intelligit Eustath. p. 402. quem et vide, p. 429. In Scholiis ad Il. B. v. 369. hinc leguntur, Ὁ ποιητὴς διαστέλλει Φρύγας καὶ Τρῶας· οἱ νεώτεροι δὲ συγχέουσι τὴν Φρυγίαν καὶ τὴν Τρωάδα.

[3] Φρύγας ἀμφοτέρους habes ap. Xenoph. L. i. Cyrop. p. 13. [c. 1.] Idem L. ii. sub init. Φρυγίαν μεγάλην commemorat, et Φρυγίαν τὴν παρ' Ἑλλήσποντον L. iv. [c. 2.] p. 93. Eustath. in Il. B. p. 364. Τῆς μικρᾶς δέ φασι Φρυγίας ἦσαν οὗτοι, οὐ μὴ τῆς μεγάλης, τῆς παρὰ Σαγγαρίῳ κειμένης. Idem ad Il. T. p. 402. ait Trojam fuisse περὶ μικρὰν Φρυγίαν.

[4] Nescio tamen, unde pateat, lupum a Phrygibus dici Δάον. Bocharto credidi, multis de voce illa agenti. Nunc vero credo, eum memoria lapsum fuisse, et respexisse ad vocem Γάνος, de qua infra monebo. Plutarchus ceteroquin auctor est in libro, Quomodo Juvenes Poëmata audire debeant p. 38. ed. Steph., Macedones Δάον dixisse mortem. †

[5] Eusebius L. i. Hist. Eccl. c. ult., L. iv. c. ult., Photius, p. 402. Cf. Bentl. de Epist. Phal. p. 404.

[6] Quo tempore hæc mea Disquisitio edebatur, reticendum erat M. V. la Croze nomen, ex ipsius voluntate.

[7] Phrygiacum et servile nomen est Manes, cujus fœmininum Mania jure videatur, observante Casaubono ad Athen. l. c. Mania Dardanensis memoratur ap. Xenoph. L. iii. [c. 1. 8.] p. m. 528. Plura de hoc nomine legas apud Fabric. ad Sextum Empir. in fine L. ii. Pyrrhon. Hypotyp., et Menagium ad Diog. Laert. L. v. p. 516. Midias gener Maniæ occurrit ap. Xenoph. l. c. p. 329. et Midia mulier Phrygia in Pindari Olymp. vii. [v. 55.] p. 63. ibi Scholia p. 62, 63, 156.

* Orat. xi. t. i. p. 307. seqq. ed. Reisk.

† Dubium non est, quin scripserit Bochartus l. c. Δάος, modo comparetur ejusdem Hierozoicon, t. i. l. iii. c. 10. ubi non neglexit hoc Hesychii, Δάος—ὑπὸ Φρυγῶν, λύκος, ad q. l. legendus Albertius.

‡ Nihil illic de Marsya rege Phrygum, sed ad Æn. iii. 359. In hac disputationis parte nec doctrina videtur accurata, nec diligens et acuta disserendi ratio. Pleraque nomina non abhorrent ab origine Gr.

quod Phrygiarum ancillarum erat, et tamen apud Græcos insaniam significat, lepide jocatur Machaon poëta apud Athen. L. xiii. p. 578. [91. sqq.] Verum ut hæc majorem fidem inveniant, et pro certis habeantur, Phrygia nomina, quæ vere Phrygia essent, non fuisse Gr., locum Athenæi afferam, qui rem planam faciet. Is est L. xiv. p. 624. [261.], Διὸ καὶ τοὺς παρὰ τοῖς Ἕλλησιν αὐλητὰς Φρυγίους καὶ δουλοπρεπεῖς τὰς προσηγορίας ἔχειν· οἷός ἐστιν ὁ παρὰ Ἀλκμᾶνι Σάμβας,[1] καὶ Ἄδων, καὶ Τῆλος· παρὰ δὲ Ἱππώνακτι Κήων [Κίων], καὶ Κώδαλος, καὶ Βάβυς, Quamobrem apud Græcos tibicinum appellationes Phrygiæ sunt et serviles, ut apud Alcmanem Sambas, Adon, Telus, apud Hipponactem vero Ceon [Cion], Codalus, Babys. Quam hæc nomina sint Gr., illi viderint, qui in eo tantopere laborant, ut Phryges Græcos efficiant.[2] Recte idcirco ausus non est Strabo L. xiii. p. 417. [904.] nomina illarum regionum e ling. Gr. interpretari.

Affert deinceps Cl. Ryckius ex Dionysii Halic. L. i. quædam loca, in quibus Trojanos Græcos appellat. Nempe, quia Dionysius Romanorum originem volebat Gr. facere, atque Dardanum ex Arcadia venisse affirmaverat, non poterat, quin Trojanos fuisse Græcos diceret. Nihil proficit hoc argumento Ryckius, etiamsi linguam Trojanorum fuisse Gr., disertis verbis docuisset. Ryckius pugnat pro lingua Phrygia. At vero Phrygas a Trojanis diversos fuisse jam supra monui, et inprimis Dionysius ipse a Trojanis maxime distinguit. Non poterat eos efficere Græcos, cum novisset eos fuisse Barbaros, talesque a Græcis omnibus haberi. Si igitur Trojanos volebat esse Græcos, urgere ante omnia debuit differentiam inter Phrygas Trojanosque, quod etiam fecit. Cum enim L. i. p. 22. dixisset, Tyrrhenos et Pelasgos haud raro secum invicem fuisse confusos ab auctoribus, addit, p. 23., καὶ ἄλλα δή τινα ἔθνη, τὰ μὲν Ἑλλήνων, τὰ δὲ Βαρβάρων, ταὐτὸ ἔπαθον, ὥσπερ τὸ Τρωϊκὸν καὶ τὸ Φρυγικὸν, ἀγχοῦ οἰκοῦντα ἀλλήλων, κ. λ. Nihil validius pro mea sententia contra Ryckium hoc Dionysii loco afferri poterit, ubi Trojani quidem Græci, Phryges contra Barbari verbis apertis nominantur.[3] De lingua nihil probat vir eruditus; sed sic tandem concludit: Veritati maxime consentaneum videri, Phrygiam linguam esse Gr., sed singulari Dialecto ab aliis hujus linguæ distinctam, qua Daretis Phrygii Ilias conscripta quondam, si Æliano credamus V. H. L. xi. c. 2. Caute vir eruditus addit, si Æliano credamus, nam Æliani fides hic magnopere laborat. Certe si ille Daretis liber extitisset, viri docti et ante et post Æliani tempora hoc tam pretiosum antiquitatis monumentum eruere et ex tenebris in lucem proferre pro virili laborassent. Neque Ælianus ipse illum viderat, profitetur tantum se scire eundem alicubi asservari. Qualis igitur fuerit, si fuit, dicere non possumus. Quod vero ad Phrygiam Iliada attinet, potuit liber ille lingua Phrygia ab ipso Darete esse consignatus: nam Barbaros Asianos habuisse literas, Ælianus noster affirmat L. viii. c. 6. Græcum Daretis librum citat Antipater Acanthius apud Photium in Cod. Hephæst. p. 244. ed. Hoesch. [474], et monet, ipsum ante Homerum Iliada conscripsisse. Ipsam vero Phrygiam Iliada alicubi asservari significat Ælianus, quod diverso sensu accipi potest. Aut enim dicitur Ilias Phrygia, quia eam vir Phrygius suo sermone composuit, ab alio deinde Græce versam. Ita Ælianus L. x. Var. Hist. c. 5. Φρύγιος οὗτος ὁ λόγος· ἐστὶ γὰρ Αἰσώπου τοῦ Φρυγός. Φρυγίων λόγων meminit idem L. ii. Hist. Anim. c. 21. et Scholiastes Apoll. Rhod. [l. i. v. 558.] p. 26. Φρύγια γράμματα habes apud Plutarchum de Is. et Osir. p. 337. et Euseb. Præp. Evang. L. iii. c. 1. p. 51.[4] Aut vero si Dares librum suum Gr. sermone condidit, ut Xanthus Lydius aliique fecerunt, forsitan quis alius in linguam Phrygiam transtulit. Utrumque istum sensum Æliani phrasis permittit. Novimus autem ex Æliani L. xii. Var. Hist. c. 48. Homeri poëmata in Persarum Indorumque linguas versa fuisse, quod etiam testantur Dio Chrysost. et Athenæus, ut ad istum locum Kuhnius et Perizonius monent. Addatur hoc Plutarchi de Fortuna Alexandri L. i. p. 585. ed. Steph. Ἀλεξάνδρου τὴν Ἀσίαν ἐξημεροῦντος, Ὅμηρος ἦν ἀνάγνωσμα καὶ Περσῶν καὶ Σουσιανῶν. Significat vero Persas et Susianos Gr. Homeri Iliadem legisse; sed id ipsum versioni hujus poetæ occasionem dare potuit. Ex his liquere arbitror, Phrygas lingua Gr. ab antiquissimis inde temporibus usos non fuisse. Unum tamen habeo, quod dictis adjungere volui. Linguam Phrygiam non esse dialectum aut propaginem linguæ Gr. satis declarat historia Psammetichi apud Herod. L. ii. c. 2. Nam quæ ibi de antiquitate linguæ Phrygiæ venditata leguntur ab Ægyptiorum sacerdotibus, ea facile Herodotus confutare potuisset, si lingua Phrygia aut Gr. fuisset, aut ab ea aliquo modo descendisse existimata. Cum autem concedat, aut certe non adversetur iis, qui Phrygiam linguam pro antiquissima omnium habebant, eo ipso significat, eam e Gr. ductam non esse, nam quæ est antiquissima, descendere ab alia non potest, sed poterant Græci ex antiquiori Phrygum lingua quædam vocabula desumere, uti factum fuisse e Platone supra observavi.

§ 8. *Paucula voces* Phrygiæ, *post* Bochartum, *afferuntur et explicantur.*

Postulat jam ratio instituti, ut Phrygias nonnullas voces ex antiquis monumentis exhibeam. Sed labore hoc me levavit magnus ille Bochartus in dissert. de Æneæ in Italiam adventu, in qua T. i. Op. col. 1161, sqq. multas Phrygias affert, et erudite, ut solet, plerasque istas voces explicat. Inde quasdam easque præcipuas huc transferam et paucis, ubi opus fuerit, illustrare conabor, atque illis exempla nonnulla adjungam.

[1] Σάγγας Phryx commemoratur in Etymol. M. v. Σάγαρις.*

[2] Vide et Cassiodorum de Orthogr. c. ix. inprimis p. 2311. ed. Putsch.

[3] Novi, Solinum c. vii. p. 59. b. ed. Aldi, Trojanos Græcis accensere, sed et sententiam contrariam placuisse plerisque aliis. Hinc Troja dicitur πόλις βάρβαρος. V. Plutarch. in Pericle p. 167. E., Pausan. in Messen. p. 138, Horat. L. i. Epist. ii. 7. Sic etiam Herodotus Trojanos pro Barbaris reputat L. i. c. 3, quem imitatur Maximus Tyrius Dissert. ii. Similiter Trojanos vocat Barbaros, et inter gentes Barbaras numerat Pausanias in Eliacis, p. 171, 174. Eadem ratione Scylax p. 9. ed. Gronov., qui quidem alibi in Phrygia inter urbes Gr. recenset Ilium, sed intelligit Ilium recentius, cujus incolæ dicuntur Ἰλιεῖς, teste Strabone L. xiii. p. 484.† et Steph. Byz. v. Ἴλιον. Similiter Barbaris Trojanos annumerarunt Isocrates in Helenæ laudatione p. 510, 512, 518, 520. Apuleius L. x. Metam. p. 233.,‡ Eustath. ad Hom. Il. B. p. 335, 347. Servius ad Virg. Æn. ii. 501, 504. Scholiastes Horatii, L. iv. Carm. ult. et Epod. Carm. ix.

[4] Scribit Cicero L. iii. de N. D. c. 16. Herculem Ægyptium Phrygias literas conscripsisse. Quondam ex h. l. colligebam, Phryges habuisse literas et linguam sibi peculiarem; sed nunc muto sententiam, dubius tamen incertusque, intellexeritne Cicero Φρύγια γράμματα, an λόγους Φρυγίους. Cf. Gale ad Phurnutum [Cornutum] de Nat. Deor. c. xvii. p. 171. Non dissimili ratione de Hipparcho Athenæus L. iii. p. 101, ὁ τὴν Αἰγυπτιακὴν Ἰλιάδα συνθείς.

* Sua Etymologus duxit e Scholiis ad Apoll. Rhod. l. ii. v. 724.—Ad nomen Phrygium Βάβυς proxime accedit Βάβης, nomen mancipii, in epigrammate Pisandri Rhodii, l. iii. Antholog. Gr. epigr. 45.

† Locus est L. xiii. p. 886. οἱ δὲ νῦν Ἰλιεῖς φιλοδοξοῦντες, καὶ θέλοντες εἶναι ταύτην τὴν παλαιὰν, παρεσχήκασι λόγον τοῖς ἐκ τῆς (τοῦ in Cod. Med.) Ὁμήρου ποιήσεως τεκμαιρομένοις· οὐ γὰρ ἔοικεν αὕτη εἶναι, ἡ καθ' Ὅμηρον· καὶ ἄλλοι δὲ ἱστοροῦσι πλείους μεταβεβληκέναι τόπους τὴν πόλιν· ὕστατα δ' ἐνταῦθα συμβῆναι κατὰ χρησμὸν μάλιστα. Verba eo præcipue consilio adscripsi, ut notabilem varietatem lectionis, quam in exemplo meo Gronovius ex Cod. Med. duxit, hic commemorarem. Pro κατὰ χρησμὸν, oraculi jussu, ut vertitur, illic κατὰ μικρὸν legitur. Fortasse rectius, et ad mentem Strabonis accommodatius. Conf. p. 889. et seqq. Κατὰ μικρὸν διάστημα significat non longo locorum intervallo. Qua ellipsi vulgatius nihil est in hac et similibus loquendi formis.—Ad Stephani l. c. legantur viri eruditi, inprimis Holstenius.

‡ Non tanti res mihi visa est, ut testimonia hæc ad unum omnia quærerem et perpenderem. Apuleii verba p. 736. ed. Oudend. huc minus pertinere existimo. Magis certe huc spectarent Æschylus in Agam. v. 1060, 1209, 1210. Eurip. in Hec. v. 328, 734.

"ΑΓΔΕΣΤΙΣ vel "ΑΓΔΙΣΤΙΣ nomen Phrygium Matris Deorum. De Berecynthiis, Phrygia gente, et de Phrygibus in universum scribit Strabo l. x. p. 469. [717, 718.], Ῥέαν μὲν καὶ αὐτοὶ τιμῶσι καὶ ὀργιάζουσι ταύτῃ, μητέρα καλοῦντες, καὶ Ἄγδεστιν, καὶ Φρυγίαν, θεὸν μεγάλην. Sic enim legendum, non Ἄγεστιν, vel Ἑστίαν, vel etiam Αἴεστιν, monuit Casaubonus. Ab Hesych. vocatur Ἄγδιστις.*

'ΑΖΗΝ apud Phrygas barba dicebatur juxta Hesych. et auctorem Etymol. Ἀζὴν σημαίνει τὸν πώγωνα κατὰ Φρύγας, teste Etymol. Alter dedit Ἄζενον, πώγωνα· Φρύγες. Legendum videtur Ἀζένα, πώγωνα. †

'ΑΔΑΓΟΟΥΣ· θεός τις παρὰ Φρυξὶν, ἑρμαφρόδιτος, ut monet Hesych. Apud Bochart. dicitur Ἀδαγυοὺς, quod parum differt, uti quoque Ἀδαγοὸς, quemadmodum legi vult Alex. Morus in notis ad quædam loca N. F. p. 96. ed. Fabric. Sed audacior est, quam ut possit probari, Salmasii conjectura, in Exercit. Plin. p. 248. nomina Ἀδαγοοὺς in Ἀδαδοὺς et Φρυξὶ in Σύροις mutata cupientis.

'ΑΔΑΜΝΑ, amicus, et 'ΑΔΑΜΝΕΙΝ, diligere. Hesych. Ἀδαμνεῖν· τὸ φιλεῖν. καὶ Φρύγες τὸν φίλον Ἀδάμνα λέγουσιν. Sunt sine dubio voces Barbaræ et Gr. scriptoribus insusitatæ.

"ΑΚΡΙΣΤΙΣ, fur fœmina, monente Bocharto. Sed et aliam insuper adjectam invenio hujus vocis expositionem apud Hesych. Ἄκριστιν· κλέπτριαν, ἀλετρίδα· Φρύγες. In lingua Phrygia etiam hoc nomine dicebatur molitrix, μυλωθρός. Sopingius in margine codicis sui correxerat Ἀλέτριαν. Quid hoc vocis sit, idem Hesychius docet. Ἀλετρίαι, inquit, γίγνονταί τινες παρθένοι, αἱ τινὲς [αἵτινες] τὰ εἰς τὰς θυσίας πόπανα ἀλοῦσι, καὶ ἔστι τοῦτο ἐπίτιμον, Ἀλετρίαι sunt virgines, quæ placentas in sacrificiis adhiberi solitas pinsunt, atque id honorificum habetur. Sed fortasse in utroque, at certe in priori loco Ἀλετρὶς potest servari. Non tantum hoc vocabulum invenitur apud Hom. Od. Υ. 105. et Aristoph. Lysistr. v. 644. sed et respexisse videtur Hesychius ad Schol. Aristoph. l. c., qui scribit, γίνονται δέ τινες τῶν εὐγενῶν ἀλετρίδες τῇ θεῷ παρθένοι, αἵτινες τὰ εἰς τὴν θυσίαν πόπανα ἀλοῦσι, καὶ ἔστιν ἔντιμον τοῦτο.

'ΑΡΓΥΙΤΑΣ· τὴν Λάμιαν. Φρύγες, apud Hesych. Bochartus præbet Ἀργῆτας. ‡

'ΑΡΜΑΤΕΙΟΝ est appellatio Phrygia cujusdam cantilenæ. Hesychius tantum scribit Ἁρμάτειον μέλος, nulla mentione Phrygum facta. Sed possunt ejus verba aut suppleri aut aliunde illustrari. Respicitur enim ad Eurip. Orest. v. 1387, sqq.

Ἴλιον, Ἴλιον, ὤ μοι μοι,
Φρύγιον ἄστυ καλλίβωλον,
Ἴδας ὄρος ἱερὸν,
Ὥς σ' ὀλόμενον στένω,
Ἁρμάτειον ἁρμάτειον μέλος
Βαρβάρῳ βοᾷ.

ad quæ Phrygis verba in Scholiis multa notantur [inprimis in ed. Musgr. v. iv. p. 393, 394], quibuscum comparentur Eustath. ad Il. Χ. p. 1276. et Etym. M. p. 145. Existimarunt tamen illi esse vocem Gr. originis.

"ΑΡΤΕΜΙΣ nomen Dianæ videtur Phrygiacum, ut conjicio ex verbis Clementis Alex. l. i. Strom. p. 323. [384, ubi tamen legatur Potterus], Φρυγίαν τε οὖσαν κεκλῆσθαι Ἄρτεμιν. Convenit nomen Artamæ, regis Phrygum apud Xenoph. in Cyrop. [l. ii. c. 1.]

'ΑΤΤΑΛΗ lingua Phrygum est guttur. Apud Hesych. legitur, Ἀττάλη· φάρυξις, ὑπὸ Φρυγῶν. Salmasius legit φάρυγξ. Alii aliter.

ΒΑΓΑΙΟΣ cognomen Jovis Phrygium. Hesych. Βαγαῖος· ὁ μάταιος, ἢ Ζεὺς Φρύγιος, μέγας, πολὺς, ταχύς.

ΒΑΛΛΗΝ sive ΒΑΛΗΝ utuntur soli Phryges, ut supra monui, significatione regis. Scribit Hesych. Βαλλὴν· βασιλεύς. Φρυγιστί. Sumtum hoc est e Sexto Empir. l. i. adv. Mathem. c. 13. ubi οἱ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ποιμένες, Ἰὼ Βαλλὴν λέγοντες, Ἰὼ βασιλεῦ λέγουσι Φρυγιστί. Cf. Eustath. ad Il. Γ. p. 381, Seld. de Dis. Syr. p. 216. et E. Spanhem. ad Callim. p. 28. ‖

ΒΑΜΒΑΛΟΝ apud Phrygas in usu, non item apud Græcos. Hesych. Βάμβαλον· ἱμάτιον καὶ τὸ αἰδοῖον. Φρύγες. Si forte vocabulum significatione priori de pallio sive veste contra frigora, non certe notione posteriori de pudendis, extra Phrygiam notum fuisse videtur.

ΒΑΤΑΒΑΚΗΣ, Sacerdos Pessinuntius apud Plutarch. in Mario, p. 415. Βατάκης est apud Suidam in v. Γναῖος, quæ suo loco mota quæri debet in Γα, non in Γν. Sic etiam in Cod. MS. Plutarchi inventum fuit. V. Gallicam hujus scriptoris versionem A. Dacerii T. iv. p. 124. et cf. Epigrammata MSS. et Hephæst. in Vossii notis ad Catul. p. 163. In excerptis Diod. Sic. apud Photium p. 637. [1184.] scribitur Βαττάκης sive Βαττάκις. Inde fere conjicias, hoc fuisse nomen dignitatis, et sic Phrygibus dictum fuisse Archigallum, quamvis tantum vocetur ἱερεὺς, et a Livio l. lxviii. sacerdos. ¶

ΒΕΔΥ sive ΒΕ'ΔΥ sermone Phrygum denotat aquam, vel aërem, secundum alios. Facit huc præsertim locus Clementis Alex. l. v. Strom. p. 568. [673.], Βέδυ μὲν γὰρ τοὺς Φρύγας τὸ ὕδωρ φησὶ καλεῖν· καθὸ καὶ Ὀρφεὺς [p. 383, 314. ed. Gesn.],

Καὶ Βέδυ Νυμφάων καταλείβεται ἀγλαὸν ὕδωρ.

ἀλλὰ καὶ ὁ Θύτης Δίων ὁμοίως φαίνεται γράφων· Καὶ Βέδυ λαβὼν, κατὰ χειρῶν καταχέου, καὶ ἐπὶ τὴν ἱεροσκοπίην τρέπου. Ἔμπαλιν δὲ ὁ Κωμικὸς Φιλύδεος,[1] Βέδυ τὸν ἀέρα, βιόδωρον ὄντα, διὰ τούτων γινώσκει·

Ἕλκειν τὸ Βέδυ σωτήριον προσεύχομαι·
Ὅπερ μέγιστόν ἐστιν ὑγιείας μέρος·
Τὸ τὸν ἀέρ' ἕλκειν καθαρὸν, οὐ τεθολωμένον.

συνομόλογος τῆς τοιᾶσδε δόξης καὶ ὁ Κυζικηνὸς Νεάνθης, γράφων τοὺς Μακεδόνων ἱερεῖς ἐν ταῖς κατευχαῖς, Βέδυ κατακαλεῖν ἵλεω αὐτοῖς τε καὶ τοῖς τέκνοις· ὅπερ ἑρμηνεύουσιν ἀέρα. Locum hunc, cum sit notatu admodum dignus, dedi integrum, sed sine versione Latina, ne sim justo longior.

ΒΕΚΟΣ vel ΒΕΚΚΟΣ, panis. Videntur Phryges, sine terminatione Gr. dixisse Βὲκ, quem in modum hæc vox extat in Scholiis ad Apoll. Rhod. l. iv. v. 262. et Aristoph. Nub. v. 397. Esse eam originis Phrygiæ dubio caret. Non modo testantur Suidas in v. Βεκκεσέληνε, ubi scribitur Βέκκος et Βέκκε, et Hesych. apud quem Βεκός· ἄρτος, Φρύγες: sed inprimis Herodotus l. ii. c. 2. ubi antiquitas linguæ Phrygiæ præ Ægypt. ostenditur. Usurpatam hanc vocem reperio ab Hipponacte apud Strabonem l. viii. p. 235. [524.], e quo loco forsitan conjici queat, etiam Cypriis in usu fuisse, nisi simpliciter et generatim pro pane usurpaverit, atque hunc significatum desumserit ex historia, quam Herodotus refert. Consule etiam, si tanti videbitur res, Tzetzen Chil. iv. Hist. 2. Th. Gale et Gronov. ad Herodoti l.

ΒΡΙΚΙΣΜΑΤΑ· ὄρχησις Φρυγιακή. Hesych. Sic igitur vocabantur saltationes Phrygiæ. Sed forte vox ista efficta fuit de nomine Phrygum, qui ipsi dicebantur Βρίγες et Βρίκες.

ΓΑΛΛΑΡΟΣ· Φρυγιακὸν ὄνομα παρὰ Λάκωσι. Hesych. Non intelligo, cur Laconum mentio fiat. Quid autem Phrygibus significaverit, non additur. An cum Bocharto Γάλλαρος interpretandum de nomine proprio Phrygio, sed in usu quoque apud Lacedæmonios? Non est conjectura improbabilis.

ΓΑΝΟΣ est sine controversia vox Gr. et non una notione a scriptoribus antiquis frequentata, tam Poëtis, quam Oratoribus. Æschinem appellat testem Harpocrat.

[1] Bochartus malit legi Φιλίσκος. Ejus nominis fuere varii Poetæ, sed Tragici. V. Fabric. in Bibl. Gr. v. i. p. 686. Neanthen Cyzicenum, Rhetorem, discipulum Philisci Milesii, memorat Suidas Νεάνθης. Rectius fortasse in Clemente restituitur nomen Philyllii, cujus Comici sæpe Athenæus meminit. Cf. Reines. l. iii. Var. Lect. p. 382, et Casaub. ad Athen. l. iii. p. 89. [Cl. Ruhnken. ad Timæi Lex. Plat. p. 167.]

* V. viri eruditi ad Arnob. l. v. p. 158 seqq., et Albertius ad Hesych. v. Ἄγδιστις.

† Ita Kusterus. An rectius, Ἀζῆνα, τὸν πώγωνα.

‡ Hoc non inveni apud Hesych. V. not. ad Ἀργυῖτας.

‖ Æschylus in Pers. v. 659, Βαλὴν ἀρχαῖος Βαλήν. Monet Scholiastes, vocem de rege usurpari, Euphorionem vero affirmare, esse eandem e dialecto Thuriorum. Consulantur viri eruditi ad Hesych. v. Βαλλήν.

¶ Non unus hic error est. Verba Suidæ loco suo nequaquam mota sunt. Pertinent enim ad v. Γάλλος, ἀπόκοπος, t. i. p. 466, ubi Βαττάκης. Ductum id e Polybio, monente, post Valesium, etiam Kustero; cum incertum videatur Drakenborchio ad Liv. l. xxxviii. c. 18. Levi mutatione repetiit Schweighæuserus t. iv. p. 225. In Eclogis Diodori t. ii. p. 557. appellatur Βαττάκης. Nomen non additur a Livio, l. c. Quæ autem leguntur l. lxviii. c. 9. non sunt Livii verba, sed ex aliis collecta a Freinshemio, cui dicitur Batabates. Nec opinor esse nomen dignitatis, sed proprium, quia Polybius non ejus tantum meminit, verum Ἄττιδος καὶ Βαττάκου τῶν ἐκ Πισσινοῦντος ἱερέων τῆς μητρὸς τῶν θεῶν.

v. Γάνος. Utuntur voce Aristoph. et Eurip. aliique.* Attamen scribit Hesych. Γάνος· παράδεισος. χάρμα. φῶς. αὐγή. λευκότης. λαμπηδών. ἡδονή. καὶ ἡ ὕαινα, ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Βιθυνῶν.

ΓΑΟΥΡΟΣ, sic legendum, non γλῆρος, Phrygibus dictum fuit aurum. Testatur Hesych. Γλούρεα· χρύσεα. Φρύγες. Γλουρὸς, χρυσός.

ΔΙΓΙΖΗΛΗ. Tzetzes Chil. iii. Hist. 115. Eam Consingin appellat Plinius l. viii. c. 40.

ΈΚΤΩΡ lingua Phrygum est vir prudens, ut supra monui [p. 56.]

ΖΕΛΚΙΑ, herbæ jusculis servientes sive olera. Hesych. Ζέλκια· λάχανα. Φρύγες.

ΚΙΚΛΗ nomen ursæ, sideris cœlestis. Hesych. Κίκλην· τὴν ἄρκτον, τὸ ἄστρον. Φρύγες.

ΚΙΜΕΡΟΣ, mens, animus. Hesych. Κίμερος· νοῦς. Φρύγες. Quis credat, aut esse vocem origine Gr. aut hinc appellatos fuisse Cimmerios?

ΚΥΒΗΚΗ. Voce hac Phrygas usos fuisse de quodam genere femoralium, monet Bochartus. Respicit ad verba Hesych. Κυβήκη· ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. καὶ ἡ Ἀφροδίτη. καὶ ὑποδήματα, παρὰ Ἀρκάσιν. ἢ καὶ Φρυγῶν. παρ' ὃ καὶ Ἱππῶναξ φησί, καὶ Διόσκουρος. Locus mihi videtur suspectus, et ordo verborum valde turbatus. Διόσκουρος, si est nomen scriptoris vetusti, quis fuerit, ignoro. Ἱππῶναξ memoratur a Strabone et aliis. Nomen ipsius pertinere ad prima hujus loci verba colligo e Scholiis in Lycophr. v. 1170. Verba ὑποδήματα παρὰ Ἀρκάσιν, ἢ καὶ Φρυγῶν ne vix quidem possunt connecti. Sed mentio Phrygum spectat voces Κυβήκη· ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. Quoniam igitur indicatur Cybele seu Rhea, pro Κυβήκη legendum autumo Κυβήλη,† ita nominata de Cybelo, monte Phrygio.

ΜΑ, oves. Hesych. Μᾶ· πρόβατα. Φρύγες.

ΜΑΖΕΥΣ· ὁ Ζεὺς, παρὰ Φρυξὶ, Hesych. Similiter a Thracibus et aliis Ma præfixum est nominibus Rhea et Mars. Vide Tzetzen in Lycoph. v. 938.‡

ΜΑΝΙΚΑ, res splendidæ et admirabiles. Verba Plutarchi‖ de Is. et Osir. p. 360. B. hæc sunt, Φρύγες μέχρι νῦν τὰ λαμπρὰ καὶ θαυμαστὰ τῶν ἔργων Μάνικα καλοῦσιν, διὰ τὸ Μάνιν, vel Μάνην, τινὰ τῶν πάλαι βασιλέων, ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ δυνατὸν γενέσθαι, ὃν ἔνιοι Μάσδην καλοῦσιν. Alius originis est vox Gr. μανικὸς in Aristoph. Pluto [v. 424.], apud Aristidem [t. i. p. 2.] aliosque.

ΜΥΓΔΩΝ nomen proprium regis Phrygii. Ὀτρεὺς καὶ Μύγδων βασιλεῖς Φρυγίας, Hesych. Eorum meminit Hom. Il. Γ. 186, ubi vide Scholia. ¶

ΝΗΝΙΑΤΟΝ, cantilenæ genus. Pollux l. iv. c. 10. [segm. 79.], Τὸ δὲ νηνίατον, ἔστι μὲν Φρύγιον, Ἱππῶναξ δ' αὐτοῦ μνημονεύει. Non multum differt.

ΝΙΝΗΑΤΟΣ, de quo Hesych. Νινήατος· νόμος παιδαριώδης, καὶ Φρύγιον μέλος. Fortasse ea vox loco alieno posita fuit et mutanda in Νηνίατος, ut legit Scaliger Conject. in Varronem, p. 142, sed mirum accidit, qui potuerit vir maximus νόμος παιδ. vertere lex puerilis, cum minime ignoraret, νόμον sæpius significare cantilenam. V. H. Stephani Thes. L. Gr. T. ii. p. 1022 et 1023. Nunc ipse improbo meam conjecturam de voce νόμος mutanda in λόγος.

ΝΩΡΙΚΟΣ, uter. Testatur Eustath. in Dionys. p. 53. [ad. v. 321.], ὅτι Νώρικον οἱ Φρύγες τὸν ἀσκὸν καλοῦσι τῇ σφετέρᾳ διαλέκτῳ.

ΞΕΝΩΝΕΣ a Phrygibus vocabantur οἱ ἀνδρῶνες, docente Hesych. Erant autem ἀνδρῶνες loca domus satis ampla, numerosis virorum conviviis apta. V. Suidas in v. Ἀνδρῶνα, ubi citantur verba ex Aristoph. Eccles. p. 744. [v. 672.] et in v. Ἀνδρωνῖτις, Pollux l. i. c. 8. [segm. 79.]: utraque voce usos fuisse Xenophontem, Athenæum et Plutarchum, docet H. Stephanus T. i. Thes. Gr. p. 440, 441.

ΟΥΑΝΟΥΝ, vulpes. Steph. Byz. in v. Ἀζανοὶ vocabulum Phrygibus attribuit, testaturque, Euphorbum dæmonibus sacrificasse τὸν Οὐανοῦν, ὅ ἐστιν ἀλώπηξ, καὶ Ἔξιν, ὅ ἐστιν ἐχῖνος. Convenit cum Ægypt. ΟΥШΗШ** Matth. vii. 15. Jo. x. 12.

ΟΥΡΙΟΣ cognomen Jovis. Diserte ait Cicero significare Imperatorem, sed vocem refert ad Græcos. Scribit l. iv. in Verrem, c. 57.: 'Quid? ex æde Jovis religiosissimum simulacrum Jovis Imperatoris, quem Græci Urion nominant, pulcherrime factum, nonne abstulisti?' Non certe ex Græcorum lingua deductum est, sed ex Barbarica, sive Thracica, sive Phrygiaca. Firmare hoc potuisset Ostrocoksii sententiam, quam proponit T. i. Orig. Hungar. p. 294. et 413. Hinc forte Γαζιοῦρα sive Γαζίουρα παλαιὸν βασίλειον Amazonum, apud Strabonem l. xii. p. 378. [823, 824.] Quidquid de his judicetur, probare nequeo etymologiam nominis Οὔριος, quod alii ducunt a Gr. voce οὖρος, alii ab ὅρος, ut indicetur numen, quod navigantibus ventum secundum largitur, vel quod præest terminis regionum et urbium. Quoniam vero Cicero l. c. et c. seq. religiosissimum hoc et pulcherrime factum simulacrum Jovis ejusque ædem ad introitum Ponti tantopere celebrat, mirum valde est, utriusque mentionem apud veteres rarissime fieri, nisi forte nominis origo Barbara sive Phrygia in causa fuerit.††

ΠΑΠΑΣ, nomen Jovis Phrygiacum. Auctor ejus rei nobis est Diodorus Sic. l. iii. p. 192. ed. Wechel. Arrianus in Bithynicis tribuit Bithyniis, teste Eustath. in Hom. Iliad. p. 565, ὅτι ἀνιόντες εἰς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν Βιθυνοὶ ἐκάλουν Πάπαν τὸν Δία—ὁμοίως καὶ Ἡροδότου τὸ, καλεῖται Ζεὺς ὑπὸ Σκυθῶν ὀρθότατα Παπαῖος· ἐξ ὧν συνάγεται θείαν εἶναί τινα λέξιν τὸ Πάπας καὶ Πάππος καὶ τὰ τοιαῦτα.‡‡

ΠΙΚΕΡΙΟΝ τὸ βούτυρον. Thoas Ithacesius apud Erotianum in Πικερίῳ.

RISCUS. Videntur hoc vocabulum Latini accepisse a Græcis, hi autem a Phrygibus. Ad verba Terentii in Eunucho Act. iv. Sc. vi. v. 16, ubi sita est. In risco, Donatus commentatur; In risco. Cista pelle contecta:

* Aristoph. in Ran. v. 1355, ubi Ez. Spanhemius p. 316. citat loca Euripidis et Æschyli, quibus adjungas Æschylum Pers. v. 483. Agam. v. 518, Eurip. Suppl. v. 1156, Bacch. v. 261. Sed quid plura? Ad verba Hesychii quod attinet, si de re dubia conjecturam facere liceat, existimem, Phrygas et Bithynios voce γάνος usos esse significatione Græcis ignota. Exemplum sumas de Cypriis, eodem vocabulo significantibus Paradisum, teste Auctore Etym. M. v. Γιγανωμένος. Sed adi Cl. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 428. 48. C.

† Si quid mutandum, malim Κυβήβη. Comparentur præter eruditos, ab Albertio laudatos, Gudius et Burmannus ad Phædrum iii. 20. Burmannus ad Virg. Æn. iii. 111, inprimis Drakenborch. ad Silium Ital. p. 841. Ita apud Suidam, Κυβήβη· ἡ θεῶν μήτηρ.

‡ Plura dedit Gorius in præf. libri Difeza dell' Alfabeto degli antichi Toscani p. xcii—xciv. Originem nominis Maza sive Mazaca, quæ est urbs sub monte Argæo, de qua Strabo l. xii. p. 811, et Plinius, l. vi. c. 3, ex hac Jovis appellatione ductam vult Passerius in Thes. Gemmarum astriferarum, t. ii. p. 58. In Cod. Med. Strabonis pro Μάζακα scriptum Μάζακα.

‖ Ad hunc locum Cl. Wyttenbach. plura notavit.

¶ De Mygdonis monumento in finibus Phrygiæ, et de Phrygibus a poëtis dictis Mygdonibus, Pausanias in Phocicis c. 27. Apud poetas Latinos nihil frequentius.

** Sed ΟΥШΗШ significat lupum, at vero vulpes dicitur ΒΆШΟΡ Matth. viii. 20. Luc. ix. 58. et xiii. 32. etiam in versione Sahidica. Aut memoria hic fefellit eximium Jablonskium, aut flagrans cupiditas promovendi studii literarum Ægypt., de qua sæpius dictum ad Glossarium vocum Ægypt., et quam in eo minus laudarunt Michaëlis aliique, ac nuper admodum Cl. Steph. Quatremère in accurata Disputat. Crit. et Histor. de Ling. et Literatura Ægypt. Paris. a. 1808. edita, p. 88, quo munere me ab eruditissimo viro donatum, dum hæc scribo, et gratus agnosco et lætor, inprimis ob honorificam Jablonskii mentionem.

†† Ne quid dicam de reliquis Jablonskii observationibus, tantum animadverti velim, templum hoc sæpius celebrari, et κατ' ἐξοχὴν dici τὸ ἱερὸν a Demosthene, Polybio, etiam ab Herodoto, iv. 85, ad q. l. Wessel. et Valcken. notarunt. Διὸς Οὐρίου memoriam servarunt Marcianus et Arrianus in Periplo, sed et marmor antiquissimum, editum a Reinesio, Sponio, Whelero, Chishullo in Antiqq. Asiat. p. 59, Donio, Bonada in Antholog. Inscript. Poet. v. i. p. 73, 74, Donato in Suppl. ad Thes. Murat. p. 4, sed accuratius a Jo. Taylor in præf. ante Comment. ad L. Decemviralem de inope debitore in partes dissecando, p. v., ubi etiam de templo Jovis Urii, et p. 23—28, quo postremo in loco, nisi me mea fallit opinio, sagacitas Bentleii critica splendescit.

‡‡ Legendus Wesselingius ad Diod. t. i. p. 227, idemque et Valckenarius ad Herodotum iv. 59. Huc pertinet lapis literatus in Sc. Maffeii Museo Veron. p. CCXXXVII. I. O. M. PATERNO. Repetiit Muratorius t. ii. Novi Thes. Inscr. p. DCCXCIII. 2, sed pro PATERNO aut scriptum, aut scribendum fuisse ÆTERNO, infeliciter conjecit. Exemplo meo Muratoriano eruditus J. A. Hultman, antiquitatis epigraphicæ admodum intelligens, hanc animadversionem MS. allevit: 'Cur? rogo: nonne Jupiter, qui communi Grammaticorum consensu quasi Juvans Pater dicitur, Paternus potuit dici ob curam, quam gerere creditur humani generis?' Et apud Græcos est Ζεὺς πατρῷος. V. Albert. ad Hesych. t. ii. p. 894.

nomen Phrygium. Vide et Thesaurum Cellarii hac voce. Videtur habere affinitatem cum Νώρικος, de quo in antecedentibus.*

ΣΑΒΑΖΙΟΣ, Bacchus, apud Phryges. Hesych. Σαβάζιος· ἐπώνυμον Διονύσου· οἱ δὲ υἱὸν Διονύσου· καὶ Σαβὸν ἐνίοτε καλοῦσιν αὐτόν. Φρὺξ δὲ ὁ Σαβάζιος. Cf. Steph. Byz. v. Σάβοι, ibi Salmasium [et Holstenium], Scholia Ulpiani in Demosth. p. 183. ed. Paris. Plura dixi in Dissertatione de Remphah, p. 84. [T. ii. Opusc. p. 67, 68.], et in notis MSS. ad eandem.

ΣΑΓΑΡΙΟΣ vocatur ποταμὸς Λυδίας καὶ Φρυγίας ab Hesychio, dictus ab aliis Σαγγάριος, Σάγγαρος, Σάγαρις, Σαγγάρις. Nomen occurrit perfrequenter apud veteres Geographos, Historicos, Poëtas, etiam Latinos.

SMINTHOS mures vocari a Phrygibus annotavit Servius ad Virg. l. iii. Æn. v. 108, Cretenses vero murem dicere Sminthicem, ubi quoque de origine Apollinis Sminthei. Cf. Eustath. in Il. A. p. 34. ed. Rom.†

ΣΥΓΧΟΙ sunt ὑποδήματα Φρύγια, teste Hesych. Non certe vocabulum est origine Gr. neque quod præcedit ibidem Συκχάδες.‡ A Σύκχοι non multum differt Latinorum soccus et socculus. Cf. Salmas. ad Tertull. de Pallio, p. 383.

TIARA. Ad Virgilii verba l. vii. Æn. v. 247. Servius scribit: (Tiaram) Pileum Phrygium dicit, laudatque Juvenalis verba, vi. 516. Et Phrygia vestitur bucca tiara, ubi Scholiastes: 'Tiara pileus est, quo Phryges utuntur, cum celebrant sacra.' Vocem Τιάρα Græcos accepisse a Phrygibus, et a Græcis Romanos autumo, quamvis non nesciam, viros summos ejus originem quærere in lingua Persica. V. Vossius in Etymol. L. L. v. Tiaras, Brissonius de Regno Pers. l. i. §. 46, ac seqq., Relandus Part. ii. Dissert. Misc. p. 252, 253. Tantum adjungatur, Cyrillo in Lexico MS., monente Cel. la Croze, Τιάραν dici Φρύγιον πελίον βαρβαρικόν.||

Satis de lingua Phrygia dictum. Antequam vero pedem promoveam, unum est, quod annotare operæ pretium existimavi, linguam Phrygiam in his oris fuisse veluti præcipuam, ex qua in alias multa defluxerint. Nam lingua Lydia et Carica multa cum Phrygia habuit communia, quod etiam Bochartus observavit. Ipsi quoque Armenii multa ex Phrygum lingua habuerunt, quod ab Eudoxo didici, cujus verba Eustath. conservavit in Dionys. Perieg. p. 106. [ad v. 694.], Ἀρμένιοι τὸ γένος ἐκ Φρυγίας, καὶ τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζουσι, Armenii a Phrygibus genus ducunt, et lingua sua etiam vehementer ad Phrygiam linguam accedunt. Eadem habet Steph. Byz. v. Ἀρμενία. Nempe si Herodoto credimus, L. vii. c. 73, Armenii fuere Phrygum ἄποικοι, quod intelligi potest de colonia Phrygum in Armeniam missa. Quæ ideo potissimum adduxi, ut tanto magis constaret, linguam Phrygiam a Gr. esse maxime alienam. Nam Armeniorum lingua, uti ex nominibus regionum, urbium et virorum perspicitur, tantum a Gr. distulit, quantum hodie forsitan a Sarmatarum dialecto differt Germanica.

§ 9. *De Lingua Lydorum.*

Lingua Lydia, etsi in multis rebus cum Phrygia conspiraverit, ab ea tamen fuit diversa. Atque hoc vel exinde recte colligi potest, quod linguæ Lydiæ tanquam peculiaris sæpe mentio fiat: sed et Strabo L. xii. p. 393. [857.] diserte eam a Phrygia discernit, ubi scribit, linguam Mysorum ex Phrygia et Lydia esse commixtam. Gr. non fuisse, ut alii volunt, satis declarant nomina Lydia, quorum mentionem fieri videmus; cujus generis sunt Meon, Manes, Cotys, Atys, Adyes, Alyattes, Lydus, Cambletes, Jardanus, Adramytis, Meles, Myrsus, Candaules, Dascylus, Gyges, Celmis, Bacelas,[1] Crœsus et alia, quibus tamen recensendis facile supersedere possum, cum hactenus nemo, quod sciam, singularibus argumentis originem eorum Lydiam impugnaverit. Accedit, Lydos accenseri Barbaris. Vitio versum est Messeniis, Crœsi donis acceptis, primos e Græcis amicitiam cum Barbaris iniisse, ut testatur Pausanias in Messenicis, p. 115. [290.] Hinc Tzetzes in Lycophronem scribit, p. 29. Βάρβαροι δὲ οἵ τε Λυδοὶ καὶ οἱ Παφλάγονες. Adde Plut. in Consolat. ad Apollon. p. 106.‡‡ Differentia Pelasgorum, qui pro Græcis habentur, et Lydorum, ratione cultus divini, morum et studiorum, ἐπιτηδευμάτων, adstrui possit e Dionysio Halic. p. 23, qui brevi ante ex Xantho Lydio refert duos fuisse Lydiæ populos, a totidem Principibus denominatos, Lydos nimirum et Torebos, quorum dialectus etiam in nonnullis distulerit, quemadmodum apud Græcos Ionica dialectus a Dorica.

Nunc jam voces quasdam Lydias videamus, hinc inde ex vetustis scriptoribus conquisitas.

[1] Dascylus pater Gygis est notissimus, distinguendus ab altero Dascylo, Tantali filio, cujus meminerunt Apollodorus L. ii. p. 111. et Scholiastes Apoll. Rhod. L. ii. v. 726. [item v. 754.] Ille etiam et filius memorantur in Epigrammate Alcmanis, quod extat in Anthologia MS., et a Xylandro, Salmasio, Holstenio aliisque jam vulgatum ¶ est,

Καὶ Μούσας ἐδάην Ἑλληνίδας, αἵ με τυράννων
Θῆκαν Δασκύλεω κρείσσονα καὶ Γύγεω.

In eodem epigrammate commemorantur Κίλμις, de quo in Exercitationibus meis MSS. in Eratosthenis catalogum Regum Thebæorum in Ægypto,** et Βακίλας, quæ tanquam nomina Lydia proferuntur. Βάκηλος extat apud Lucianum Pseudol. p. 450. ed. Basil. Vide quoque Hesych. v. Βάκηλος et Parœmiographos.††

* In Glossario veteri: Riscus, Κιβωτὸς μεγάλη, p. 187. ed. H. Steph., item Vulcanii, apud quem in alio Glossario p. 526, Λάρναξ, Arca, Riscus. Comparetur inprimis Hemsterhusius ad Pollucem x. 137, cujus hæc verba adscribam: 'a Græcis ad Romanos, non a Phrygibus devenisse satis constat: Græci unde acceperint, non facile dixero; nollem tamen a Phrygibus accepisse negare.' Negavit autem Scheidius, originem vocis ῥίσκος repetens a ῥέω, ῥίζω.

† Hæc scribens, non sibi in memoriam revocasse videtur Jablonskius, nec etiam Bochartus, quæ habet Hesych., Σμίνθα· ὁ κατοικίδιος μῦς, et Σμίνθος· μῦς. καὶ ὁ Ἀπόλλων δὲ Σμινθεύς, διὰ τὸ ἐπὶ μυωπίας φασὶ βεβηκέναι. Legantur ibi Albertius et alii, Villoisonus ad Apoll. Lex. Hom. p. 607. A Strabone l. xiii. p. 912. mures dicti leguntur Σμίνθιοι, sed Σμίνθοι est in Lycophrone, v. 1306.

‡ Aliter visum est Polluci l. vii. segm. 86, quem vide et notas eruditorum.

|| Quæ mihi inter legendum pauca alia occucurrerunt vocabula, aut vere aut falso Phrygiaca dicta, ea hic addam.

AGDUS. 'In Phrygiæ finibus,' ait Arnob. l. v. p. 158, 'inauditæ per omnia vastitatis petra est quædam, cui nomen est Agdus, religionis ejus ab indigenis sic vocatæ.'

'ΑΚΡΙΣΙΑΣ· Κρόνος, παρὰ Φρυξίν, Hesych.

'ΑΡΜΑΝ· σημαίνει τὴν σύλληψιν τῇ τῶν Φρύγων διαλέκτῳ, ὥς φησι Παλαμήδης ἱστορικὸς ὁ τὴν κωμικὴν λέξιν συναγαγών· Μεθόδιος. ἢ τὸν ἱππόθορον, ὃν ᾄδουσι Φρύγες ἐποχούμενοι ἵπποις. Ita auctor Etymol. M. v. 'Αρμάτειον. Quid significet ἱππόθορος, dicant Hesych. et interpretes h. v.

ATTAGUS, hircus. Scribit Arnob. l. v. p. 159: 'Hircos Phryges suis Attagos elocutionibus nuncupant.'

ΓΕΛΑΡΟΣ· ἀδελφοῦ γυνή, Φρυγιστί. Hesych. ibi notæ.

ΔΡΟΥΓΓΟΣ, nasus, rostrum. Videtur Epiphanius, t. i. Op. p. 416. originem vocis quærere in Phrygia; sed Timotheus Presbyter, in Cotelerii Monumentis Eccles. Gr. t. iii. p. 378, in Galatia.

ΖΕΜΕΛΕΝ· βάρβαρον ἀνδράποδον. Φρύγες. Hesych.

ΖΕΥΜΑΝΤΗΝ· πηγήν. Φρύγες. Hesych. c. n. Alberti. Cf. Heringa in Obss. Crit. p. 217.

ΛΙΤΥΕΡΣΑΣ, cantilenæ genus Phrygiacum. Pollux, l. iv. segm. 54, Λιτυέρσας (ᾆσμα) Φρυγῶν. Consulantur ad istum locum Seberus et Jungermannus, Albert. ad Hesych. t. i. p. 489.

'ΟΡΟΥ, supra. Achilles Tatius in Arati Phænom. p. 129. (ed. Petav. in Uranologio), τὸ δὲ ὄρου τὸ ἄνω δηλοῦν Φρυγῶν ἴδιον, ὡς Νεοπτόλεμος ἐν ταῖς Φρυγίαις φωναῖς. Glossæ Neoptolemi, quarum etiam Athenæus meminit l. xi. p. 265. ed. nov., si adhuc superessent, plura nobis et certiora de lingua Phrygia innotescerent, cum a Strabone l. xiii. p. 822, dicatur ὁ γλωσσογράφος, talis nempe κατ' ἐξοχήν, monente Casaubono, et μνήμης ἄξιος.

ΣΟΥΣΑ. In Lexico Regio, quod citat Albert. ad Hesych. t. ii. p. 1238. Σοῦσα· τὰ λείρια, παρὰ Φοίνιξι, καὶ τὰ κρίνα, κατὰ Φρύγας.

ΤΑΣΚΟΣ, πάσσαλος, paxillus. V. Epiphanium ac Timotheum, supra laudatos, v. δρούγγος.

¶ Pars epigrammatis servata est a Plutarcho de Exilio. v. iii. p. 287, ed. Oxon.

** Editæ sunt a Vignolio t. ii. Chronologiæ, sed nihil ibi de Κίλμις.

†† Nihil huc faciunt aut locus Hesychii, aut verba Luciani t. ii. p. 356. t. iii. 175. Comparentur docti homines ad Thom. M. p. 138, 139.

‡‡ Quo in loco non tantum Lydi, ut Ægyptii, Syri aliique horum similes, opponuntur Græcis, verum etiam Barbaris aliis, Celtis, Gallis, ceteris, qui sunt generoso pleni spiritu, v. i. p. 312. ed. Oxon. in 4. Gyges dicitur πρῶτος βαρβάρων, qui Delphis dona dedicavit, in Herodoti l. i. c. 14.

'ΑΒΑΚΛΗΣ et ΚΑΒΑΡΝΟΣ videntur fuisse nomina sacerdotum Lydorum in Antimachi poëmate, quod Lyden nuncupavit, *Καβάρνους θῆκεν Ἀβακλέας ὀργεῶνας*, apud Suidam, quem vide in v. *Ὀργεῶνες*, et Stanleium ad Fragmenta Æschyli p. 858, sed qui, præeunte H. Stephano, legi malebat *Ἀγακλέας*. Tutum sanequam non est, omnia sine fide codicum, quæ non intelligimus, in scriptoribus antiquis velle mutare. Apud Hesych. *Καβάρνοι* dicuntur sacerdotes Cereris. Cf. Valesius ad Harpocrat. p. 126. et van Dale de Marmor. p. 629, et 736.

'ΑΙΓΝΕΩΝΑ Lydi appellabant fornicem,[1] teste Athenæo L. xii. p. 515, ubi Casaubonus in notis lectionem hanc contra alios tuetur. Vocem esse Gr. originis opinatur Eustath. in Hom. Il. Π. p. 2108.

'ΑΔΡΑΜΩΝ· *ὁ Ἕρμων, παρὰ Λυδοῖς.* Sic Hesych.; sed Steph. Byz. v. *Ἀδραμύττειον, τὸν Ἕρμωνα Λυδοὶ Ἄδραμυν καλοῦσι Φρυγιστί.* Hermon fuit rex Lydiæ, quem lingua Phrygia ipsi Lydi appellarunt Adramyn. Etiam Adramytin Lydiæ regem commemorat Athenæus L. xii. [p. 415. ed. nov. ubi *Ἀδραμύτην*. Cf. ad h. l. not. et ad Hesych. ac Steph.

ΑΙΜΩΝΙΑ. Athenæus L. iii. p. 76. [298, 299.] scribit, *Τῶν δ' ἐν Πάρῳ τῇ νήσῳ, διάφορα γὰρ κἀνταῦθα γίνεται σῦκα, τὰ καλούμενα παρὰ τοῖς Παρίοις αἱμώνια, ταὐτὰ ὄντα τοῖς Λυδίοις καλουμένοις.* Similia habet Eustath. ad Odyss. Ω. p. 838, in fine.*

"ΑΚΥΛΟΝ· *τὸ αἰδοῖον, Λυδοί.* Hesych. Minus recte illic scribi *Ἄκυλλον*, docent Auctor Etymol. M., Suidas et ipse Hesychius in voce proxime sequenti, *Ἄκυλον· ὁ τῆς πρίνου καρπὸς, βάλανος*, ubi respicitur ad Hom. Od. K. 242. Est quidem ipsum vocabulum Gr. sed ista significatione Lydis proprium.

'ΑΜΑΣΑΗΣ. Hephæst. de Metris p. 5. *ὡς ἐν τῷ Ἀμάσλης—ὡς ἐν τῷ Πάσνης καὶ Ἄσνης· ἃ δὴ ὀνόματα παρὰ Ξάνθῳ ἐστὶν ἐν τοῖς Λυδιακοῖς.* Utinam Xanthi, historici Lydi,† superessent Lydiaca, quorum etiam Athenæus L. xii. p. 515, Steph. Byz. v. *Λυδία*, et alii meminerunt. Cf. Vossius de Hist. Gr. L. i. c. 2. L. iv. c. 5.

"ΑΡΑΚΟΣ, accipiter. Apud Hesych. legitur, *Ἄρακος· ἱέραξ, Τυῤῥηνοί·* Græcis hæc avis, paucis immutatis, dicitur *ἱέραξ*. Quo autem modo vox Tyrrhenorum huc pertineat, infra dicturus sum.

"ΑΡΙΜΑ, montes. Schol. vetus in Hesiodi Theog. p. cxxxv. b. ed. Venet. Trincav. *ἐφυλάττετο ἐν τοῖς ὄρεσιν. ἄριμα μὲν ὄρη ἐν Κιλικίᾳ*, ita legendum, *κατὰ δ' ἄλλους ἐν Λυδίᾳ.* Vide et Didymi Scholia in Hom. Il. B. v. 783, sed adi quoque Grævii Lectt. Hesiod. c. xxxiv. p. 120. Hebr. הרים dicuntur montes et loca montana; et הרים etiam significat altum, observante Jo. Chr. Clodio in Lexico selecto, p. 41.

'ΑΡΦΥΤΑΙΝΟΝ. Discum, si fides Hesychio, Lydi dixerunt. Sic enim ille, *Ἀρφύταινον· ὁ δίσκος, ὑπὸ Λυδῶν.*

'ΑΣΚΡΑΙΟΣ, cognomen Jovis apud Lydos. Plutarchus de Passionibus animi et corporis, p. 891, ed. Steph., *οὐκ Ἀσκραίῳ Διῒ Λυδίων καρπῶν ἀπαρχὰς φέροντες.*‡ Vide quæ notantur a me ad Exercit. de Deo Remphah ad p. 91. [t. ii. Opusc. p. 70.]

'ΑΣΤΡΑΛΙΑΝ· *Τὸν Θρᾷκα, Λύδιοι.* Hesych. Thracem hoc nomine a Lydis nuncupatum narrat ille, causam vero tacet, quæ probabili ratione potest intelligi e Scholiis ad Aristoph. Ran. v. 690, ubi, *τοῦτον κωμῳδεῖ ὡς ξένον, καὶ φλύαρον, καὶ δυσγενῆ· Θρᾷκα γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν.*

ΒΑΘΥΜΗΔΑΙ· *γένος ἐπὶ Λυδίᾳ.* Hesychius, sed apud quem vox quædam intercidisse videtur; nisi sit nomen alicujus gentis sive familiæ in Lydia quondam florentis.

ΒΑΚΚΑΡΙΣ, unguentum Lydium, quod a multis celebratur. Hesychius ait, *Βάκκαρις· μύρον ποιὸν,—ἄλλοι δὲ, μύρον Λύδιον.* Meminit ejusdem Pollux L. vi. c. 19. [segm. 104.] Schol. Æschyli Sept. c. Th. p. 127, ed. Steph. Dicitur alibi, *Βακκάριος, Βακκάριον, Βάκχαρις.* Postremum debet restitui Luciano in Lexiph. c. 8, ubi male *Κακχαρίδι.* ||

ΒΑΣΙΛΕΑ. Verba auctoris antiqui, apud Dalechamp. in Plin. L. ii. c. 95. *Ἐν Λυδίᾳ δέ ἐστιν λίμνη Καλαμίνη καλουμένη· ἱερὰ δὲ οὖσα Νυμφῶν, ἣ φέρει καλάμων πλῆθος, καὶ μέσον αὐτῶν ἕνα, ὃν Βασιλέα προσαγορεύουσιν οἱ ἐπιχώριοι*, an huc pertineant, non ausim affirmare.

ΒΑΣΣΑΡΙΣ, genus vestimenti apud Lydos. Scholiastes Horatii in L. i. Carm. xviii. 'Bassaris est genus vestis, ad pedes usque[2] demissæ, dictæ a Bassara loco Lydiæ, ubi fit.' Et sic etiam Pollux p. 339. [l. vii. segm. 59, ibi not.] *Λυδῶν δὲ Βασάρα χιτών τις, Διονυσιακὸς, ποδήρης.* Quam ob causam Cl. Salmasius pro *Λυδῶν* maluerit *Λήδον*, prorsus se ignorare, monuit La Crozius in literis ad me datis, cum ostendi nequeat, esse *Λῆδον* vestimentum Bacchantium. Alii Thracibus tribuunt et Bacchis Thracicis. Hinc Hesych. *Βασσάραι· χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι Βάκχαι.* ¶ Potuit Lydis et Thracibus commune hoc fuisse vestimentum, atque ex pellibus vulpinis confectum fuisse. Græci *ἀλωπεκέας* istas vestes dicerent. Ejusmodi galeas habuisse Thraces, Herodotus narrat L. vii. c. 75, *Θρήϊκες ἐπὶ μὲν τῇσι κεφαλῇσι ἀλωπεκέας ἔχοντες*, Thraces vero, qui e pelle vulpina cassides gestabant. Bassares autem sunt vulpes. Tzetzes in Lycophr. p. 109. [ad v. 771.] ait, *Βασσάραν* esse *εἶδος ἀλώπεκος*, genus quoddam vulpis. Apud Hesych. *Βασσαρὶς, ἀλώπηξ.* Suidas vero scribit, *Βάσσαρος· ἀλώπηξ κατὰ Ἡρόδοτον.* Forte eundem Herodoti locum supra laudatum intelligit, ubi nomen *Βάσσαρον* potuit injuria temporis excidere. Non autem hæc vox est Gr. sed Thracica, et fortasse etiam Lydia. Prius docet Scholiastes Persii in Sat. i. v. 101, qui mire totam nostram rem illustrat. 'Quidam,' ait, 'a vulpibus, quarum pellibus Bachæ succingebantur. Vulpes Thraces Bassares dicunt.' Istiusmodi autem vestimenta Hunnis, Scythis, Parthis, Thracibus aliisque gentibus fuisse usitata, viri docti jam pridem observarunt.[3]

ΒΑΤΥΡΡΗΓΑΛΗ, milvus lingua Lydorum dicebatur, auctore Hesych. apud quem *Βατυῤῥηγάλη.* [*Βαθυῤῥηγάλη*] *ἰκτῖνος, ὑπὸ Λυδῶν.*

HELVACEA, genus ornamenti Lydii, dictum a colore boum, qui est inter rufum et album, appellaturque Helvus. Ita Festi Abbreviator, Paulus Diaconus.

"ΙΒΡΙ fuit etiam vox Lydia, sed dubiæ significationis. Sunt enim, qui velint, idem hanc vocem apud Lydos significasse, quod apud Latinos clamare. Alii multum

[1] Fornix significat hic cellam cameratam, in qua meretrices prostabant, quo sensu vox adhibetur a Poëtis non tantum, sed etiam a Suetonio in Cæsare c. 49.

[2] Tunicas ad pedes usque demissas opus esse Lydorum existimant nonnulli. Lucilius Sat. L. 1. apud Nonium in v. Tunica p. 536,

Prætextæ ac Tunicæ Lydorum opus sordidum omne,

ubi Scaliger in notis MSS. propter versum legit sordidulum, ut est toga sordidula apud Juv. Sat. iii. 149. Tertullianus de Pallio, c. 1. 'Proh! quantum circummeavit (tunica) a Pelasgis ad Lydos, a Lydis ad Romanos.' Ad quem locum illustrandum apposite Servius in Æn. ii. 781. 'Apud Tuscos etiam togæ usus est, nam hoc habitu in Lydia Jovis simulacrum fuisse dicitur.'

[3] V. Salmasii Epist. ad Is. Vossium, quam hic exhibet in notis ad Justini L. ii. c. 2. De Arcadibus montanis testatur Pausanias Messen. p. 121. [306.], et de dæmone quodam idem in Eliac. ii. p. 184. [460.], *λύκου δὲ ἀμπίσχετο δέρμα ἐσθῆτα.* De Amazonibus Strabo L. xi. p. 347. [769.] Junge Apoll. Rhod. L. ii. v. 120.

* Loquitur Athenæus de ficorum genere in Paro insula, hoc nomine *αἱμώνια* dictarum a rubro sanguinis colore, nec diversarum a ficis Lydiis. Quis autem dubitet de Gr. vocis origine? Quod pariter dictum velim de nonnullis aliis, quas ad linguam Lydiam, Caricam, atque ceteras referri infra videbis.

† De Xantho Lydio, ejusque Lydiacis et horum fragmentis, quæ supersunt, diligenter inprimis dixit Fr. Creuzer, vir cl., ad Historicorum Gr. antiquissimorum fragmenta, p. 135—222. cujus animadversiones de Lydiis, Mysis, eorumque viciniis, comparari velim cum Jablonskianis.

‡ Si quid judico, in loco Plutarchi t. iii. p. 15. ed. Oxon. vox *Λυδίων* non connectenda cum *Ἀσκραίῳ Διῒ*, sed cum voce sequenti *καρπῶν*. Colebatur Jupiter Ascræus in Bœotis, sic dictus de Ascra, vico ad dexteram Heliconis montis partem. Hesiodum Ascræum ignorat nemo, nisi barbarus.

|| Uti factum in ed. optima t. ii. p. 353. V. not. ad Hesych. ubi plura.

¶ In Lexico Rhetorico MS. his ipsis verbis adduntur, *καλούμενοι οὕτως ἀπὸ τοῦ Βασσαρέως Διονύσου· ἦσαν δὲ ποικίλοι καὶ ποδήρεις.* Citavit Ruhnkenius V. Cl. in Auctario Emendat. ad t. i. Hesych. p. 702.—Loco Herod. simillimus est Xenoph. K. A. l. vii. c. 4, *οἱ Θρᾷκες τὰς ἀλωπεκίδας ἐπὶ ταῖς κεφαλαῖς φοροῦσι καὶ τοῖς ὠσί.* *Ἀλωπεκία, ἡ περικεφαλαία*, Suidas v. *Ἀλωπεκῆθεν.* Vocem *Βάσσαρας* ex Herodoto etiam Etymol. M. attulit v. *Βασσάρα.* Cf. H. Steph. Ind. Thes. p. 617, 618. et Vossius in Etymol. v. Bassarides. Conjectura autem de ista voce Herodoto l. c. reddenda, invitis Codd. omnibus, mihi minus probatur.

interpretantur. Ita monuit Hesych. v. Ἴβρι. Similiter Ægypt. ϢϢ duplici eadem gaudet notione, quod pro multum ponitur Ps. xvii. 16, et alibi, pro clamare Ps. iii. 4. aliisque in locis. An vero lectio Ἴβρι recte se habeat, dubitare nos jubent, quæ apud Hesych. sequuntur in vocibus Ἰβύει, Ἰβυκιῆσαι et Ἰβυκινήσαντες. Quod autem is supra in v. Βρὶ scripserat, non admodum huc facit.

ἼΜΒΡΟΥΣ· βοῦς. Λυδοί. Hesych.*

ΚΑΝΔΑΥΛΗΣ nomen proprium regis Lydorum, cujus historiam narrat Herod. L. i. c. 7. et sequentibus. Tantum de origine nominis jam disserendum. Τὸ δὲ Κανδαύλης τὸν σκυλοπνίκτην λέγει, ut scribit Tzetzes Chil. vi. Hist. 54. Interpres vertit pelle præfocatum, quasi esset σκυλοπνίκτον, quam quidem veram esse explicationem non puto. Quid enim regi Candauli istiusmodi nomen indere potuerat? At forsitan dicas, a Gyge ille suffocatus est cingulo laneo. Quod si vel verum esset, et non repugnaret Herodoto, probandum tamen foret, hoc ei nomen post mortem demum fuisse impositum. Erat Candaules nomen Divinitatis, quod rex ille sibi ipse assumserat. Cujuscemodi exempla apud Ægyptios, Græcos, aliosque populos veteres non deficiunt, ut in Glossario Ægypt. et in Annott. ad Eratosthenis Catal. sæpius a me observatum fuit. Scribit autem Hesych. Κανδαύλας· Ἑρμῆς ἢ Ἡρακλῆς, quod de Lydis esse accipiendum, vix est, qui dubitare possit. Suspicor apud Tzetzen legendum esse σκυλοκλέπτης, spolia auferens, quod utrique, et Herculi et Mercurio, satis convenit, alter enim virtute, dolo alter spolia aufert. Aut fortasse rectius legetur σκυλοπύκτης, i. e. pugnans pelle leonina indutus. Est enim σκύλον pellis quidem in genere, tum vero etiam singulatim pellis ferarum, veluti ursi, unde apud Hesych. Σκύλον, δέρμα ἄρκτου, et leonis, monente Schol. Sophocl. in Aj. p. 2. a. ed. Cantab. Καλλίμαχος ἐπὶ τῆς λεοντείας δορᾶς· Τὸ δὲ σκύλον ἀνδρὶ καλύπτρη.†

ΚΑΝΔΑΥΛΟΣ, condimenti sive edulii genus Lydicum. Ejus autem meminit Athen. L. xii. p. 516. [418, sqq.] his verbis, καὶ κάνδαυλον δέ τινα ἔλεγον οἱ Λυδοί, οὐχ ἕνα, ἀλλὰ τρεῖς. οὕτως ἐξήσκηντο πρὸς τὰς ἡδυπαθείας. Plura ibidem adjunguntur e Tarentino Hegesippo, Alexide, Philemone, Nicostrato et Menandro. Coquus apud Alexidem ait, se candaulum nec comedisse umquam, neque id nomen audiisse. Erat nempe peregrinum et barbarum. Plutarch. L. iv. Sympos. p. 664. conjungit Ἀβυρτάκας καὶ Κανδύλους καὶ Καρύκας. Dicitur etiam Κάνδαυλος ab Eustath. ad Hom. Il. p. 1144, sed ab Hesych. Κάνδυλος, omisso autem nomine Lydorum. Cf. Pollux L. vi. c. 10. [segm. 69.] et ipse Athen. L. xiv. p. 664. [419, et ad h. l. Schweighæus. p. 701. 702.] Nisi fortasse κάνδαυλος et κάνδυλος condimentum fuerit diversum. Utrum Κάνδαυλος a Candaule rege sic appellatum fuerit, an vero nomen utrumque ex communi fonte defluxerit, aliis disquirendum relinquo.

ΚΑΠΥΝ puto Lydos appellasse falconem. Tyrrhenis tribuit Servius, sed quo tempore recens in Italiam advenerant, atque linguam suam¹ patriam, e Lydia advectam, nondum aliorum commercio confuderant. Ita ille in L. x. Æn. 145: 'Sed constat, eam (Capuam) a Tuscis, qui sunt Tyrrheni, conditam, viso falconis augurio, qui Tusca lingua Capys dicitur.' Paulo post: 'Alii a Tuscis quidem retentam, et prius Aliturnum, vel Alternum, vocatam: Tuscos a Samnitibus exactos Capuam vocasse, ob hoc, quod hanc quidam Falco condidisset, cui pollices pedum curvi fuerunt, quemadmodum falcones aves habent, quos viros Tusci Capuas vocarunt.'‡

ΚΑΡΥΚΗ genus cibi Lydii, de quo Athenæus L. iv. p. 160, [122.] et L. xii. p. 516. [418.] Scribitur etiam Καρύκκη. Meminerunt ejusdem Plutarchus l. supra l. in voce Κάνδαυλος, Pollux L. vi. c. 9. [segm. 56.], et antiqui Medici, ut copiose docet Foësius in Œcon. Hippoc. v. Καρυκοειδέα.‖

ΚΟΑΛΔΔΕΙΝ· Λυδοί, τὸν Βασιλέα, Hesych. Hanc similemve vocem ignorat omnis Græcia. Bochartus in diss. de Æneæ adventu in Italiam, p. 1164. dedit Κοάλσειν. An idem est Κέλσας in Epigrammate in Alcmanem apud Plut. de Exilio, p. 1064? ¶

ΛΑΒΡΥΣ a Lydis appellabatur Securis. Testis est Plutarchus in Quæst. Gr. p. 302. Λυδοὶ γὰρ Λάβρυν τὸν πέλεκυν ὀνομάζουσι. Xylander vertit: Labram enim Lydi vocant, quod Latini Securim. Cur Xylander verterit Labram, non Labryn, ut in Gr. est, in promtu causa est. Ipse quippe Plutarchus hinc nomen derivat Jovis Labradensis, sive Labrandensis, qui cum ejusmodi securi apud Cares fingebatur. Hunc Jovem cum securi in nummo quodam exhiberi Begerus vir præstantissimus autumat in Thes. Brandenb. [t. 1. p. 226.] Ælianus vero huic Jovi Labradensi non, uti Plutarchus, πέλεκυν securim, sed ξίφος tribuit. Etenim L. xii. de Nat. Anim. c. 30. ubi de hoc Jove quædam commemoraverat, addit, εἰς τόδε ἄγαλμα ξίφος παρήρτηται καὶ τιμᾶται, καλούμενος Κάριός τε καὶ Στράτιος, et brevi post dicitur Jupiter appellatus Λαβρανδεὺς propter imbrem λάβρον, i. e. impetuosum.**

ΛΑΙΛΑΣ· ὁ τύραννος, ὑπὸ Λυδῶν. Ita Hesych. Sed Suidas, Λαίλας ὁ μὴ ἐκ γένους τύραννος. Nisi legatur, ὁ μὲν ἐκ γ. τ., contraria dicunt Grammatici.

ΜΑΓΑΔΙΝ, quod erat instrumentum Musicum, Lydis in acceptis fert Ion Chius apud Athen., admodum copiose de Magadi disserentem, L. xiv. p. 634, et duabus sequentibus. Disputatur illic de vero sensu verborum Ionis Chii in Omphale,

Λυδός τε μάγαδις αὐλὸς ἡγείσθω βοῆς.

afferuntur plura veterum dicta de Magadi, atque hæc verba adduntur, ἡ γὰρ Μάγαδις ὄργανόν ἐστι ψαλτικὸν, ὡς Ἀνακρέων φησὶ, Λυδῶν τε εὕρημα, διὸ καὶ τὰς Λυδὰς ψαλτρίας φησὶν εἶναι ὁ Ἴων. Thracibus vero tribuit Cantharus quidam apud Pollucem L. vi. c. 9. p. 187. ed. Seberi. [segm. 61.] Videatur quoque Hesych. v. Μαγάδεις.†† Illud certum, ipsam Musicam et instrumenta Musica plurima, saltationes etiam, a Barbaris ad Græcos pervenisse; quod præter alios observavit Strabo L. x. p. 324. [722.]

ΜΕΡΜΝΑΔΕΣ. Eos, qui a Candaule ad Crœsum usque regno potiti sunt, hoc nomine appellarunt Lydi, teste Herodoto L. i. c. 7. Μερμνάδαι ibidem vocantur c. 14. An a viro quodam generis auctore, an alia de causa, mihi nondum constat.

ΜΗΔΙΝΕΥΣ· Μηδεὺς, παρὰ μὲν Δωριεῦσι· Μηδοτιοῦν. μηδαπλῶς. παρὰ δὲ Λυδοῖς, ὁ Ζεὺς, Ζεῦσις. Hæc Hesychii verba, forte corrupta et interpolata, certe valde obscura, equidem non intelligo. Voces autem in medio positæ, Μηδοτιοῦν et μηδαπλῶς, huc aliunde videntur transpositæ.

ΜΥΣΗΝ, Lydi nuncuparunt fagum arborem, unde Mysos nomen traxisse volunt. V. Strabo l. xii. p. 393. [857.], scribens, Xanthum Lydum et Menecratem Elaitam hanc rationem nominis Mysorum reddidisse, ὅτι τὴν ὀξύην οὕτως, Μυσὴν sive Μυσὸν, ὀνομάζουσιν οἱ Λυδοί. Ex Strabone sua hausit Steph. Byz. v. Μυσία, Λυδοὶ δὲ τὴν ὀξύνην Μυσήν φασι. Docet etiam Eustath. ad Dionys. Per. p. 46. [ad v. 322.], Μυσὴν vel Μυσὸν, utrumque enim dicitur, τὴν ὀξύην significare, κατὰ τὴν γλῶσσαν τῶν

¹ Videndus de ea lingua ill. Scip. Maffei in Diss. de origine primorum Italiæ incolarum, qui eam linguam etiam pro Pelasgica habet. Adde Gelehrte Zeitungen 1733. n°. 88. s. 783, 784.‡

* In editt. Schreveliana antiquioribus, item in Albertina, Ἴμβρου legitur.

† Est in Callimachi fragm. p. 498, ubi notarunt triumviri summi, Bentleius, Hemsterhusius et Ernestius.

‡ Plura alia, huc pertinentia, dedit Th. Dempsterus de Etruria Regali, t. i. p. 8—19. De Gr. vero vocis Κάπυς notatione legantur Scaliger et Dacerius ad Festum de V. S. p. 67, 68.

‖ Miror neglectum Hesychii locum, Καρύκκη· ποικίλος ζωμός. Βρῶμα Λύδιον,—ἀφ' οὗ τὸ συνταράττειν, καὶ ἀναδεύειν, Καρυκεύειν φασί. Conf. ibi notas, et Piersonum ad Mœrin Att. p. 220.

¶ Quidquid de germana epigrammatis obscurioris lectione et interpretatione judicetur, t. iii. p. 287. ed. Oxon. nihil profecto Κέλσας facit ad vocem hanc Lydiam illustrandam.

** Varie hoc Jovis epitheton scribitur. Apud Plutarch. l. c. semel iterumque Λαβραδεύς. Vitiose Λαυρανδηνὸς in Strabonis l. xiv. p. 973, rectius Λαβρανδηνὸς in Cod. Medic., ut exemplo meo adscripsit Gronovius. Frequentius Λαβρανδεύς. Nec aliter Lactantius lib. i. Instit. c. 22. §. 23, etsi magna illic lectionis varietas, monente Bünemanno. Nolim aut cum veteribus, Plutarcho, Æliano et Lactantio, aut cum recentioribus, Bocharto in Geogr. S. p. 87, Buonarroti, in Osservazioni istoriche sopra alcuni Medaglioni antichi p. 213, 214, aliisque disputare de origine nominis. Mihi tamen huc usque videtur Jupiter dictus Λαβρανδεὺς de Labranda, urbe sive vico Cariæ, cujus meminit Strabo, l. c. et ipse Herodotus, l. v. c. 119. ubi legendi Wesselingius et Valckenarius.

†† Plura qui velit, adeat Casaubonum et Schweighæuserum t. vii. Animadv. in Athenæum p. 459—464, atque eruditos Hesychii interpretes.

Λυδῶν. Inde emendari potest Hesychius, apud quem legimus, Μύσον. τὴν ἀξίνην. Μυσοί. Pro Μύσον reponendum Μυσὸν sive Μυσὴν, et, pro ἀξίνην, vel ὀξύνην, vel, quod idem est, ὀξύνην [ut est in ed. Albert.]. Neque dubitandum est, quin Μυσοὶ mutari debeat in Λυδοί. Error librarii in permutando nomine Lydorum et Mysorum hinc natus videtur, quoniam præcesserat Μυσοί. ἔθνος βαρβαρικόν.

ΜΥΣΤΗΣ· Artemid. l. ii. Oneir. in fine scribit, Οὐδὲν σὺ θαυμαστὸν ἐν Δαλδίᾳ [τὸν Δαλδιαῖον, in ed. Reiff. p. 259.] Ἀπόλλωνα, ὃν Μύστην καλοῦμεν ἡμεῖς πατρῴῳ ὀνόματι, ταῦτά με προτρέψασθαι. Erat Artemidorus Daldianus, Daldia autem urbs Lydiæ. Sed quo tempore is scripsit, Daldia fuit urbs Gr. Videtur vixisse sub Hadriano et Pio imperatoribus. Novimus autem, antiquam Lydorum linguam ætate Strabonis, qui sub Tiberio floruit, jam fere ubique extinctam fuisse, ut ipse testatur in fine l. xiii.

ΜΩΛΑΞ Lydorum lingua significavit vinum. Sic enim Hesych., Μώλαξ· εἶδος οἴνου. οἱ δὲ, τὸ ἐν τοῖς ὁρκίοις σπενδόμενον ἀπὸ τοῦ Μώλου, ὥς τινες. Λυδοὶ, τὸν οἶνον. Suspicor pro ἀπὸ τοῦ Μώλου legendum esse ἀπὸ Τμώλου. Videtur Hesychius postremis his verbis indicare, Μώλακα Lydis dici vinum a Tmolo nobili monte Phrygiæ Magnæ in confiniis Lydiæ. Vitruvius l. viii. c. 3. inter vina generosa memorat quoque Lydiam Meliton, vel Moliton, uti in quibusdam Codicibus reperitur. Plinius l. xiv. c. 7. 'Nec Tmoliti per se gratia, uti vino.' Unde Philander in Vitruv. p. 327. conjicit, Meliton sive Moliton forte a Tmolo monte fuisse petitum; quod etiam ex loco Hesychii, ex mea emendatione, adstrui potest. Forsitan vero ipse Tmolus, qui et antiquis Timolus dicebatur, Lydis montem vini significavit. Erat enim vitibus consitus, et vinum Tmoliticum a veteribus valde celebrabatur.[1] Ti summitatem in quibusdam linguis antiquis videtur denotasse. Hinc Persarum Tiara, quod Hesych. v. Τιήρη exponit τὸ ὀξύ. ΤΙ vel ΤϾ etiam apud Ægyptios montem significavit, ejusque vocis numerus pluralis ΤШΟΥ adhuc frequenter occurrit, quamquam significatione numeri singularis adhibetur. Apud Turcas et Mexicanos Tepe et Tepen. V. Hornii Origg. Americ. p. 185.*

ΜΩΥΣ, terra. Hesych. ait, Μωύς· ἡ γῆ. Λύδιοι. Contra Ægyptii non dissimili nomine dicebant aquam; quod hujus loci non est.

ΠΑΛΜΥΣ. Sic Regem in sua lingua Lydi dixerunt, quod et Bochartus observat t. 1. Operum p. 1164, sed ubi male Πάλμες. Apud Hesych., Πάλμυος· βασιλεύς. πατήρ· οἱ δὲ, Πάλμυς. Memoratur Πάλμυς quidam, qui ex Ascania venerat, apud Hom. Il. iv. v. 792.† Ionibus tribuit Tzetzes in Lycoph. p. 101. [ad v. 691.] ἡ δὲ λέξις, τὸ Πάλμυς, ἐστὶν Ἰώνων, καὶ χρῆται ταύτῃ Ἱππῶναξ, λέγων·

Ὦ Ζεῦ πάτερ, θεῶν Ὀλυμπίων Πάλμυ,
Τί μ' οὐκ ἔδωκας χρυσὸν ἀργύρου, Πάλμυ;

Videtur tamen ἡ λέξις potius βαρβαρική, et idcirco a Poëtarum principe Dynastæ Barbaro tribuitur, nisi illic sit nomen proprium. Græcos hanc vocem a Lydis antiquissimis accepisse, confirmat Tzetzes Chil. v. Hist. 10,

Τοῖς δὲ Λυδοῖς καὶ Ἴωσι τοῖς ἐν Ἐφέσου τόποις
Πρὶν Πάλμυς βασιλεὺς ὁ σύμπας ἐκαλεῖτο.

PISA est portus lingua Lydia. Servius in l. x. Æn. v. 179. 'alii incolas ejus oppidi Teutanas [Teutas] fuisse, et ipsum oppidum Teutam nominatum, quod postea Pisas Lydi, [propter sensum suppl.] vocarunt, atque id lingua sua singularem [Lunarem in ed. Burm.] portum significare dixerunt, quare huic urbi a portu lunæ nomen impositum.'

ΤΑΡΓΑΝΟΝ. Apud Hesych. legitur, Τάργανον· ὄξος. Λυδοί. ἢ τὸ ταράττον. ἢ τὸ ἀπὸ στεμφύλων πόμα καὶ πόα, ἢ καὶ σκορπίουρος. Pro ὄξος videtur cum Salmasio legendum ὄξος, et pro ταράττον malim ταρακτόν.‡

ΦΙΛΕΤΑΙΡΙΣ. Scholiastes ad Nicandri Theriaca p. 42, ed. Colon. vel p. 30. ed. Morell., Σημειωτέον δὲ, ὅτι τὸ ἀκανθῶδες φυτὸν ἡ ῥάμνος παρὰ Λυδοῖς καὶ Μυσοῖς Φιλέταιρις ὀνομάζεται.

Non hæ quidem sunt omnes voces ex Lydorum lingua in libris scriptorum veterum superstites. Quondam aliquas prudens omiseram propter defectum testimoniorum idoneorum. Plures me tunc fugerunt; quod tamen ut resarcirem, in secundis hisce curis omni ope annisus fui.|| Quod præcipuum erat nostrum institutum, his consecuti sumus, ut nempe qualis fuerit Lydia lingua, et quantum hanc inter atque Gr. interfuerit, aliqua ratione perspiceremus. Tempore Strabonis, ut supra dixi, hæc lingua in ipsa Lydia pæne extincta fuit, quanquam alibi adhuc vigeret, velut apud Cibyratas. Potuissent his alia ex lingua Tyrrhenorum addi, quam Servius ad l. x. Æn. v. 179. appellat Lydiam linguam; nam quos ibi Lydos nominat, sunt Tyrrheni, ut quivis facile videt. Verum tota hæc res a multis in dubium vocatur, et ipse Dionysius Halic. l. i. p. 23. existimat, Tyrrhenos non fuisse genere Lydos. Si vero etiam fuerint Lydi, Linguam tamen propriam tractu temporis corruperunt, ut adeo Tyrrhenicas voces omnes pro Lydiis venditare non ausim.

§ 10. *De Lingua Carum.*

Sequitur Carica lingua, de qua in superioribus jam verba me fecisse memini, quæ si repetere velim, actum agam. Ex iis, ut opinor, abunde constitit, hanc linguam, quanquam a Græcis quædam acceperit, tamen vel propter hanc ipsam rationem a Gr. dialecto esse discernendam. Loquor autem de Caribus antiquioribus, patria sua a Neleo expulsis, ut narrant Pausanias in Achaicis, p. 207. [525.] et Ælianus l. viii. Var. Hist. c. 5.[2] Cares non tantum ab Homero dicuntur Βαρβαρόφωνοι, ut vidimus §. 2. [p. 11.], et qua de causa,¶ sed etiam linguæ Caricæ meminit Plutarchus in Arist. p. 330. C. vel p. 605. ed. Steph., καὶ τοῦτον μὲν ὁ προφήτης Καρικῇ γλώσσῃ προσεῖπεν. Ælianus l. c. jungit Κᾶρας, καὶ Μυγδόνας, καὶ Λέλεγας, καὶ ἄλλους βαρβάρους. Testimonium

[1] Vineta Timoli et Tmoli commemorat Ovid. l. vi. Metam. v. 15. xi. 86. Fast. l. ii. v. 313. Seneca in Phœnissis v. 602, 'Hinc nota Baccho Tmolus attollit juga.' Jungantur hæc Plinii l. v. c. 29, 'Lydia celebratur maxime Sardibus in latere Tmoli, qui antea Timolus appellabatur, vitibus consitus.' [Comparentur Strabo l. xiv. p. 945, Dioscorides l. v. c. 10.]

[2] Locus Vitruvii l. ii. c. 8. p. 60. est notatu dignissimus, sed hinc corrigendus. Vide eundem l. iv. c. i.

* Conatum emendandi illustrandique hunc Hesychii locum, ab interpretibus omnino omnibus intactum relictum, neque ii vituperabunt, quibus conjectura Jablonskii haudquaquam probetur. Suspicioni autem suæ commendandæ, de voce Μώλαξ ducenda ἀπὸ τοῦ Τμώλου, patrocinium qualecumque quærere ex eo potuisset, quod in multis veterum libris pro Tmolus scribatur Molus, eodem modo, ut Marus pro Tmarus, observante Burmanno ad Virg. l. 1. Georg. v. 56.

† Hunc Poetæ versum laudavit Strabo l. xii. p. 847. Sed in Cod. Geographi Medic., ut ad istum locum notavit Gronovius, verba hæc et non pauca sequentia deficiunt.

‡ Ex iambis Phœnicis Colophonii affert Athenæus l. xi. p. 338,

Ἐκ πελλίδος (δὲ) τάργανον, κ. τ. λ.

ad q. l. notarunt Casaubonus et Schweighæuserus t. vi. p. 257, 258. Cf. Gatak. de Stylo N. T. p. 30, 31.

|| Quas voces Lydias consulto omiserit Jablonskius, equidem ignoro. Plures enim addidisse, easque et ordine elementario dispositas, et diligentius illustratas, collatio hujus et primæ editionis manifestum faciet. Paucas adjungam, quæ jam succurrunt.

ΒΑΣΚΕ ΠΙΚΡΟΛΕΑ· πλησίον ἐξιθόαζε. Λυδιστί. Hesych.

ΒΑΣΤΙΖΑΚΡΟΛΕΑ· θᾶσσον ἔρχου, Λυδιστί. Hesych. Ad utrumque l. legendi Albertius et ceteri interpretes.

ΖΑΚΥΝΘΙΔΑΣ· (l. Ζακυνθίδες) κολοκύνται, ἢ γογγυλίδες, παρὰ Λυδοῖς. E Lex. Rhetor. MS. laudat Cl. Ruhnkenius in Auctario Emendat. ad Hesych. t. i. p. 1574. Mentio Lydorum non fit ab Hesychio, qui tantum scribit, Ζακυνθίδες· κολοκύνται.

ἸΩΠΙ· δεῦρο, οἱ Λυδοί. Hesych.

ΜΑΤΑΙΣΤΗΡΙΟΝ· παρ' Ἱππώνακτι, Λύδιον λίμισμα, λεπτόν τι. Hesych. Malisne νόμισμα, vel λίτισμα, cum aliis, an μίλισμα, cum Albertio, jam mihi perinde est. Sumtum videtur ex Hipponactis Synonymis, quæ laudantur ab Athen. l. xi. p. 281. ed. nov.

ΠΑΡΑΜΗΝΗ· ἡ τῶν θεῶν μοῖρα. Λυδοί. Hesych. De peregrina vocis origine dubito, etsi non reminiscor, eam in libris Græcorum a me quidem lectam esse.

ΤΕΓΟΥΝ· Λυδοὶ τὸ λῃστεύειν. Hesych. Si Is. Vossium audias, τεγοῦν est a τέγος, domus, et significat τοιχωρυχεῖν. Interpretes reliqui de τεγοῦν nihil monuere.

¶ Pro Βαρβαροφώνων Il. B. 867. legendum ἀκριτοφώνων conjecit Tollius, Vir Cl. idemque amicissimus, in Excursu ad Apollonium p. 738—741. Alia hoc facientia monuit A. A. Georgius in præf. ante Fragmentum Evang. Joannis Græco-Copto-Thebaicum, p. xliii. xliv. in notis, defenditque lectionem vulgarem in Strabonis lib. xiv. p. 976, ubi pro βραχυτάτη ἡ γλῶττα τῶν Καρῶν Xylander malebat βραδυτάτη, Casaub. τραχυτάτη.

Herodoti, qui ipse e Cariæ urbe Halicarnassensis, hac in re multum valere potest. Verum illius mentem non recte me percepisse in prima hujus Disquisitionis editione, deinde intellexi e Strabone l. xiv. p. 448. [976.], cujus verba comparanti cum Herodoteis non erit difficile veritatem assequi. Testatur autem Historicus l. i. c. 171, et 172, Harpagum, Ionia subacta, exercitum traduxisse in Caras et Caunios et Lycios; Caras ex insulis transiisse in continentem, ibique tunc sedes posuisse; ipsos vero Caras se appellare αὐτόχθονας continentis; Mysos et Lydos esse Caribus germanos fratres; eosdem lingua Carum uti, ὁμόγλωσσοι τοῖσι Καρσὶ ἐγίνοντο: Caunios aut linguam suam accommodasse ad populum Caricum, πρὸς τὸ Καρικὸν ἔθνος, forsitan rectius πρὸς τὸ Κ. ἔθος, ad morem loquendi et consuetudinem Caricam, aut Caras ad Caunicum, id quod liquido se non posse decernere ait Herodotus. His quædam addere, vix operæ pretium est. Ne quid tamen prætermisisse argui possim, quædam ex illa Carum lingua adhuc residua addere visum est, quæ maximam partem Steph. Byz., nobilis Ἐθνικῶν scriptor, nobis subministrat. Et plura forte inventuri eramus, si loco Epitomes ipsum Stephani opus ad nos pervenisset.

ἌΛΑΝ Caras appellasse equum, Stephanus in v. Ἀλάβανδα memoriæ prodidit, repetiitque in v. Ὑλλούαλα. Eapropter in numismate Claudii Britannici, apud Tristanum T. 1. p. 200, conspicitur* equus, cum inscriptione, Ἀλαβανδέων.

ἌΘΥΜΒΡΟΣ dicitur quidam ex posteris Rhadamanthi, a Caribus cultus divinis honoribus. Ita Auctor Etymol. in v. Ἄκαρα.

ΒΑΝΔΑ victoriam dixerunt Cares, auctore Stephano v. Ἀλάβανδα, sed qui male addit, ἔνθεν καὶ παρὰ Ῥωμαίοις Βάνδον τὴν νικὴν φασίν. Audacior videtur, quam felicior Salmasii conjectura, pro τὴν νικὴν cupientis τὸ σιγγόν.†

ΒΟΗΔΡΟΜΕΙΝ Κᾶρες ἀντὶ τοῦ βοηθεῖν. Suid. Verum enim vero exemplum, quod affert, rem non probat. Usurpatur quidem ibi fortasse de Caribus, sed non tanquam vox Carica, haud magis quam Βοηδρόμια, quæ sequitur. Cf. Harpocrat. [ibi Blancardus, p. 100, 101.]

ΓΕΛΑΝ Cares vocarunt regem, testante Stephano v. Σουάγελλα, sive Σουάγελα, quæ Cariæ urbs, et quod nomen reddendum Straboni l. xiii. p. 611. [909.], ubi male Συναγέλα, quod Casaub. et Holstenius etiam monuerunt.‡

ΓΙΓΓΡΑΝ, significatione instrumenti cujusdam Musici, Caribus nonnulli tribuerunt; sed factum id inde ab iis videtur, qui Phœnicen cum Caria confunderent. Latissimos enim fines olim habuit Phœnicia. V. Cononem in hist. Andromedes et Persei. Locus Athenæi p. 174. [l. iv. p. 177.], ad quem respicitur, hic est, Γιγγραίνοισι γὰρ οἱ Φοίνικες, ὥς φησιν ὁ Ξενοφῶν, ἐχρῶντο αὐλοῖς, σπιθαμιαίοις τὸ μέγεθος,—τούτοις δὲ καὶ οἱ Κᾶρες χρῶνται ἐν τοῖς θρήνοις· εἰ μὴ ἄρα καὶ ἡ Καρία Φοινίκη ἐκαλεῖτο, ὡς παρὰ Κορίννῃ καὶ Βακχυλίδῃ ἐστὶν εὑρεῖν.|| Atque his etiam non dissimilia legere est apud Eustath. ad Il. Σ. p. 1157. Frustra tamen ea verba in omnibus Xenophontis Atheniensis libris quæruntur. Itaque aut memoria fefellit Athenæum, cui sua debet Eustathius, aut verba sumta sunt e libro Xenophonteo jam deperdito, aut denique intelligendus est quis alius, Xenophontis nomine appellatus, quales plures fuisse docet Cl. Fabricius in Bibl. Gr. quamvis ignorem, Athenæum uspiam alium laudare Xenophontem præter Grylli filium, historicum illum notissimum. Pollux l. iv. c. 10. [segm. 76.] tantum ait, Γίγγραν esse Phœniceam juxta inventionem, sed valde similem Μουσῇ τῇ Καρικῇ, Phœnicum vero lingua Adonim vocari Gingram, et ab hoc tibiam lugubrem desumsisse nomen. Ad istum locum consulatur Kuhnius.

ἙΚΑΤΟΜΒΑΙΟΣ Ζεύς, ἐν Γορτύνῃ, καὶ παρὰ Καρσὶ, καὶ Κρησὶν, Hesych. ¶

ΚΟΛΑΒΡΙΣΜΟΝ genus saltationis Carum pariter ac Thracum fuisse, Pollux memoriæ prodidit l. iv. c. 14, [segm. 100, ibi Jungermannus et Kuhnius]. Ab Athenæo vocatur καλαβρισμὸς l. xiv. p. 629. Utrumque recte se habet. Dicitur enim καλαβρίζειν et κολαβρίζειν eadem significatione. Cf. Hesych. in vv. Καλαβρισθείησαν et Κολαβρίζειν [ibi not. itemque ad v. Κωλαβρισθείησαν] atque Suid. v. Κολαβρισθείη [c. n. Kusteri]. Non autem patet, ut ipse antehac monueram, Colabrismum Macedonibus ab Athenæo adscribi. Jungenda sunt vocabula Θρᾴκιος καλαβρισμός. De hoc ipso saltationis genere agit Meursius libro singulari de Saltationibus veterum.**

ΚΑΡΙΤΑΙ dicebantur a Caribus equites et prædones, unde forsitan regioni et genti nomen. Hesych., Καρῖται· ἱππεῖς, πειραταί. Κᾶρες. Alii una serie legunt ἱππεῖς πειραταί.††

ΚΩΣ est ovis apud Cares, teste Tzetze in Lycoph. p. 94. fin. Quam vocem tamen usurpare veritus non est Apoll. Rhod. l. iii. v. 375; atque ibidem Scholiastes vocem hanc tanquam receptam repetit.

ΛΑΓΙΝΙΤΗ. Memorat Steph. Byz. in v. Ἑκατήσια Deam a Caribus cultam, cui hoc nomen datum fuerit e quodam casu. Cum enim templo ædificando incumberent Cares, leporem illinc fugientem animadverterunt; atque hinc scilicet Deæ nomen. Apud Stephanum est generale animalis ζῷον nomen. Novimus autem Græcis leporem dici, λαγὼς et λαγωός. Sed hæc derivatio admodum est detorta et plane illis similis, de quibus §. 3. nonnihil dixi. Strabo l. xiv. p. 454. [975.] eam Λαγινὼ nuncupat, Ἔστι δ' ἐν τῇ χώρᾳ τῶν Στρατονικέων δύο ἱερὰ, ἓν μὲν Λαγίνοις, τὸ τῆς Ἑκάτης ἐπιφανέστατον: quod ita vertit interpres: In agro Stratoniceo sunt duo templa, unum Laginis Hecatæ sacrum illustrissimum. Locus iste est corruptus,‡‡ et ab interprete ita acceptus, tamquam Lagini populi Hecatæ sacra fecerint; atque id indicare videtur vox, quæ est in Gr., Λαγίνοις. Sed legendum est Λαγινοῦς, correctione prona et obvia, a Λαγινὼ, quæ est terminatio Carica, ut in Ὠογὼ, de quo paulo post. Ita autem locum vertemus: Unum quidem Laginus, quod templum omnium, quot habet Hecate, clarissimum est. Ex quo igitur et hoc discimus, fuisse hanc Lagino Hecaten, seu Triviam, quod etiam ex Stephano confirmatur.

ΜΑΣΑΡΙΣ. Bacchum hoc nomine Cares appellarunt, auctore Stephano in v. Μάσταυρα, ubi hæc leguntur, παρὰ Καρσὶν ὁ Διόνυσος Μάσαρις ἔνθεν ἐκλήθη. Additur ibidem, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ ἡ Ῥέα Μᾶ, sed quod magis ad Lydos, quam ad Cares videtur spectare. Fr. Guietus Μάσαρις exponit μέγας.

ΜΕΓΙΣΣΑ lapis est Carum lingua, ut testatur Stephanus

* Dissentit Seguinus in Selectis Numismatibus antiquis, p. 130, 131. Sed consulatur Berkelius ad Steph. v. Ἀλάβανδα.

† Jac. Gronovio pro νικὴν placuisse ἵππον, t. ii. Thes. Antiq. Gr. in Alabandus, monet P. Burmannus in notis MSS. ad Stephani locum. Plura ibidem Berkelius de usu vocabuli βάνδος notione signi militaris sive vexilli, sed præeunte Meursio in Gloss. Gr. Barb. v. Βάνδος et Βανδοφόρος, t. iv. Op. p. 227, 228.

‡ Probabili conjectura Jac. Gronovius, sed suo more, nec satis digno literarum politiorum professore, vehementius in Is. Vossium invectus, in Pomp. Mela, l. i. c. 16. pro portus duo, Gelo, et cui scribendum existimavit portus Suagelos, et cui. Loquitur enim Mela de Caria.

|| Multis de hoc Athenæi loco disputarunt Casaubonus et Schweighæuserus t. ii. Animadv. p. 639, 640.

¶ Exemplum istud hoc minus facit. Vox enim Ἑκατόμβαιος haud magis Caribus propria est, quam ceteris gentibus, Hecatombas Jovi offerentibus, de quibus interpretes Hom. Il. B. 306, et scriptores Antiquitatis Græcæ. Adde Capitolinum in Maximo et Balbino c. xi.

** T. v. Operum, p. 214, 217, 218, 223. Non ille dubitat, in scriptura vocis aut mendum esse in Athenæo, aut apud Pollucem. Comparentur vero, præter interpretes Suidæ et Hesych. supra a me laudatos, Casaubonus et Schweighæuserus Animadv. in Athenæum t. vii. p. 429, 430. viii. p. 301, 302.

†† Πειρατὴς et Pirata semper, quod sciam, de prædonibus maritimis in libris vetustiorum scriptorum. Optime Hesych. Πειραταί· κακοῦργοι, λῃσταί, θηρευταὶ ἐν ὕδασι, et Ammonius de diff. vocum p. 112, Πειρατὴς δὲ, ὁ θαλάσσιος λῃστής. Alia dabit Valckenarius in Animadv. ad Ammonium, p. 194. Videntur equites ex rapto viventes et prædones maritimi dicti Καρῖται, exemplum nempe Carum imitantes, agros non tantum incursantium, sed et exuviis nauticis classiumque spoliis pro virili parte semet ipsos ornantium. Ut enim Cares a Critia apud Athenæum l. i. p. 106. celebrantur ἁλὸς ταμίαι, ita eorum genus λῃστικὸν e mari sustulisse dicitur Minos, in Thucydidis l. i. c. 4.

‡‡ Non ea est medicina, ut cum Cicerone loquar, cum sanæ parti corporis scalpellum adhibetur. Certe autem locus Strabonis est incorruptus, nullo egens remedio. Λαγινίτη, sive Λαγινῖτις, quod alii malint, nomen habet de oppidulo Cariæ, cujus Strabo iterum meminit l. xiv. p. 978, μέχρι Λαγίνων. A Stephano vocatur Λαγινία.—Cum ne conjectura quidem assequar, quo consilio in margine exempli Jablonskiani citetur Athenæus l. xiii. p. 584. F., hunc locum non recepi in textum. Quid enim attinet mentio Δημοκλέους τοῦ παρασίτου Λαγυνίωνος, ad hanc Deam?

in v. *Μονογίσσα*. Sed pro *Μεγίσσα* fide Codd. MSS. legendum esse *Γίσσα* censent Salmasius et Gronovius.

ΜΥΚΑΛΕΥΣ fuit cognomen Jovis in Caria. V. Eustath. in Il. B. p. 266.*

ΣΟΥΑΝ Cares tumulum sive sepulcrum appellarunt, teste Stephano in v. *Σουάγγελλα*.

ΤΟΥΣΣΥΛΟΙ a Caribus vocabantur Pygmæi. Ita Stephanus v. *Κάττουζα*.†

ΤΥΜΝΙΣΣΟΣ est virga. Scribit Stephanus, *τυμνισσὸς, πόλις Καρίας, ἀπὸ τυμνισσοῦ ῥάβδου· Ξάνθιοι γὰρ τὴν ῥάβδον τυμνίαν λέγουσιν.*

ΏΣΟΓΏ Jovem Cares appellarunt, teste Strabone l. xiv. p. 453. [973.] Joves alios ibidem Strabo commemorat. In iis est Jupiter Labradensis, qui et Militaris dictus, cujus signum dicitur fuisse labra, de simulacro ejus appensa. V. sup. §. 9. [p. 87, 88.] Post Labradensem, quem Labradium vocat Plinius l. xxxii. c. 2. recenset Strabo etiam Jovem Carium, ad quem non modo Cares convenerunt, verum quoque finitimi Lydi Mysique. Nescio tamen, an satis accurate hos Strabo distinxerit. Aliter Ælianus l. xii. de Anim. c. 30, qui, cum de simulacro Jovis Labrandei verba fecisset, hæc subdidit, *καὶ τιμᾶται καλούμενος Κάριός τε καὶ Στράτιος*, Et colitur ille Deus Carii et Militaris cognomine. Etiam Herodotus l. i. c. 171. unum memorat antiquissimum Jovem Carium, quem eundem l. v. c. 119. appellat Jovem Militarem, eumque Labrandæ coli affirmat.‡ Quartum adhuc Jovem addit Strabo p. 454. [975.] his verbis, *ἐγγὺς δὲ τῆς πόλεως*, loquitur de Laginis, *τὸ τοῦ Χρυσαορέως Διὸς, κοινὸν ἁπάντων Καρῶν, εἰς ὃ συνίασι θύσαντές τε καὶ βουλευσάμενοι περὶ τῶν κοινῶν· καλεῖται δὲ τὸ σύστημα αὐτῶν Χρυσαορέον.*‖ Sed ut revertar ad Ὠσογὼ, scribit Casaubonus ad Geographi locum: 'Quis is sit, adhuc quæro.'¶ Unicum præterea scriptorem reperi, qui numinis istius meminerit, Pausaniam nempe, sed qui in Arcadicis, p. 244. [viii. 10. p. 619.] Ὀγώα appellat, *Καρῶν οἱ Μύλασα ἔχοντες, ἐς τοῦ θεοῦ τὸ ἱερὸν, ὃν φωνῇ τῇ ἐπιχωρίᾳ καλοῦσιν Ὀγώα.* Sive nomen fuerit Ὀγώα, sive Ὠσογὼ, barbarum fuisse non dubito, explicare nequeo.

Plura vocabula, origine Carica, si extiterint apud scriptores veteres, ad meam notitiam non pervenerunt.**

§ 11. *De Lingua Lycica.*

Sunt hæ præcipuæ linguæ, quas in his oris viguisse didicimus, et ex quibus etiam aliæ ortum traxerunt, aut certe plurima depromsere; atque videmus sæpe numero a vetustis auctoribus has ita conjungi. V. Cicero pro L. Flacco, c. 27, qui locus etiam ea, quæ supra dicta sunt, illustrat. Supersunt tamen etiam, quæ ab his, aliæ plus, aliæ minus recesserunt, nonnullæ plane sunt singulares, et cum illis nihil commune habent: quas omnes atque singulas enumerare operæ pretium non est.

Inter finitimas dialectos præcipuæ sunt Lycica et Pamphylia, quarum non infrequens mentio occurrit. Harum gentium sermo longe plura ex Græcorum lingua depromsit, quam aliorum populorum, de quibus diximus. Et non desunt, qui has gentes origine Gr. fuisse contendant, velut Herodotus, l. vii. c. 92, Theopompus apud Photium, p. 203. [391.] et alii. Verum hoc merito in dubium vocari, et contrarium etiam ostendi posse, facile mihi persuadeo. Quod vero sermo harum gentium in multis Græcissarit, tribuendum est Græcorum coloniis, quæ multæ hic locorum fuerunt.

Lycii fuerunt oriundi e Creta, unde cum Sarpedone profugerunt, et hanc regionem adierunt. Testes sunt Pausanias in Achaicis, p. 208. [529.] et Herodotus, l. i. c. 173, qui addit, Cretam totam ab initio habitatam fuisse a Barbaris. Linguæ Lycicæ meminit Plutarchus in Alex. p. 1259. ed. H. Steph., *δίγλωσσος ἄνθρωπος ἐκ πατρὸς Λυκίου, μητρὸς δὲ Περσίδος γεγονώς.* Cf. idem de Def. Orac. p. 238. ed. Bas. Postmodum vero, ut aliæ gentes illius oræ, sic et Lycii linguam Gr. adsciverunt. Hinc Græca sunt, quæ e Lyciorum lingua, sed sero admodum et sua nempe ætate usitata, profert Eustath. in Il. E. p. 545. in fine. Paucas voces Lycicas ex Steph. Byz. et aliunde conquisitas nunc addam.

ἘΛΕΥΘΕΡΑ, Diana. Artemid. l. ii. c. 35, *ἡ λεγομένη παρὰ Λυκίοις Ἐλευθέρα.* Sed videtur vox pure Gr.

ἘΡΕΘΥΜΙΟΣ, Apollo. Hunc apud Lycios Ἐρεθύμιον dictum fuisse, et illius festum Ἐρεθύμια, Hesychius docet. In prima hujus libelli editione monui, Rhodios etiam coluisse Apollinem Erethybii cognomine, quod rubiginem averteret, velut apud Romanos Robigus; quod Strabo, l. xiii. p. 422. [912.] et ex illo Eustath. in Il. A. 39 docet. Sed jam nunc valde dubito, an Apollinem Erethymium cum Erethybio recte contulerim. Multum enim diversa videtur ratio utriusque istius cognominis; sed id nunc non ago.

ΚΑΔΡΕΜΑ. Ita Lycios appellare siccitatem frumenti affirmat Steph. Byz. in h. v. V. ibi Pinedo et Holstenius.

* Ratio cognominis Μυκαλεὺς satis apparet e Stephano v. Μυκάλη. Est enim Mycale mons et urbs Cariæ, inter Mæandrum et Caystrum fluvios. Verba Ethnicographi illustrarunt Holstenius et Berkelius.

† Quæ ad istum locum a Berkelio, ab aliis quoque observata sunt, veluti Vulcanio ad Gloss. Lat. Gr. p. 63. Dacerio ad Festum v. Trossuli.

‡ Bene distinguere Strabonem ipsumque Herodotum inter Jovem Carium et Stratium, errare vero Ælianum, monent Cl. Wesselingius et Valckenaerius ad utrumque Herodoti locum.

‖ Casaubonus legendum censuit θύσοντες et βουλευσόμενοι. Nec aliter in Cod. Mediceo, ubi et Χρυσαορίων pro Χρυσαορέον invenitur, teste Gronovio.

¶ Leguntur forte ea Casauboni verba in priori Strabonis editione, quæ jam nunc præsto mihi non est; desunt autem in Almelov., ubi tamen locus Pausaniæ, ab Jablonskio citatus, sed uncinis inclusus.

** Neque ad meam, præter hæc pauca:

ἸΔΑΡΝΑΣ· ὁ ἰκτομίας· οἱ δὲ βάρβαρον· οἱ δὲ, μάντεως ὄνομα· οἱ δὲ, πόλιν τῆς Καρίας εἶναι Ἰδάρνην, καὶ ἀπὸ ταύτης τοὺς μάντεις λέγεσθαι. Hesych. c. n. Alberti.

ἸΜΒΡΑΜΟΣ, Mercurius. Fuit Imbrus insula Thraciæ, sacra Cabiris et Mercurio, quem Ἴμβραμον λέγουσιν οἱ Κᾶρες, teste Stephano Byz. v. Ἴμβρος. Repetiit Eustath. ad Dionys. v. 524. Comparentur Holstenius et Berkelius ad Stephani locum, atque Gutberlethus de Cabiris, p. 88.

ΚΥΒΔΑ nomen mensuræ Caricæ, cujus meminit Machon, poeta comicus, apud Athen. l. xiii. p. 97,

Κύβδ', ἔφη, τριώβολον.
Τίς δ' ὁ ἐπιτρέψων ἐστί σοι, φησὶν, τάλαν,
Ὄντα γ' ἐν Ἀθήναις Καρικοῖς χρῆσθαι σταθμοῖς.

Legantur ibi Casaub. et Schweigh. t. v. Animadv. p. 136, 137. Significatu multum diverso eadem voce usus est Aristoph. in. Equit. v. 364.

ΛΗΚΤΘΙΟΝ· πυρὸς τὶς παρὰ Καρσὶν κάλλιστος. Hesychius ex conjectura Palmerii. Legitur vulgo, π. τ. περικάρπιον κ.

Vere monuit Berkelius notis ad Stephanum v. Ἀλάβανδα, perpauca apud scriptores antiquos superesse veteris linguæ Caricæ λείψανα, eo digniora igitur, quæ undique studiose conquirantur.

[Sequens locus Bocharti et Jablonskium, et editorem ejus, Guil. Te Waterum præteriit:—

"Ipsum Carum et Cariæ nomen Phœnicium est, et per Phœnices usque ad Cariæ vicinos Iones penetraverat. Hesych. Κάρ· πρόβατον γένος Καρικόν: item, Κάρα· Ἴωνες τὰ πρόβατα. Ita Hebræis כר car est agnus, vel aries. Itaque a gregum copia potuere dici Caria et Cares. Sed Eustath. Il. ξ. p. 974. falli puto, cum Coi insulæ nomen eodem refert, ac si Carica lingua cos, ovem significet: φασὶ δὲ, inquit, τοὺς Κᾶρας οὕτω καλεῖν τὰ πρόβατα, ὅθεν καὶ ἡ νῆσος Κῶς, ὡς πολυθρέμμων δι' εὐβοσίαν. Quin Κῶς, vel Κώδιον, Græco non est ovis, sed vellus: Hesych. Κῶς· πόκος, καὶ δέρμα: item, Κώδιον· σκῦλλον, ἢ δέρμα προβάτου χωρὶς σώματος. Neque videtur aliud significasse apud Caras, quos πλεῖστα Ἑλληνικὰ ὀνόματα ἔχειν καταμεμιγμένα, testatur ap. Strabonem, l. xiv. (Athen. l. vi.) vetus Caricarum rerum scriptor Philippus, e Cariæ urbe Theangela. Sed et Cares Gr. sermonis jam olim fuisse æmulos, licet non succederet satis, vel ex eo colligere est, quod eos appellat Homerus βαρβαροφώνους, i. e. Strabone interprete, κακῶς Ἑλληνίζοντας, Græce imperite loquentes, ut in vicinia Solenses, ex quorum oppido Σόλοις factum σολοικίζειν et σολοικισμός. Interim quod vult Eustath. Il. ι. 222. Coo nomen fuisse ab ovibus δι' εὐβοσίαν, non est prorsus rejiciendum. Eo nempe pertinebat aliud Coi nomen Καρὶς in cod. Eustath. Il. lib. ii. ἡ Κῶς Καρὶς ἐλέγετο κατὰ τὸν ἐπιλέκτην τῶν ἐθνικῶν, juxta gentium nominum collectorem, i. e. Stephanum. In quo legitur de insula Co, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Καρία, sed rescribendum est Καρίς. Insula Caris, i. e. כרין Carin, agnorum, seu ovium. De Crisami Coo πολυθρεμμάτῳ vide mirabilem historiolam in Hesychio et Suida." S. Bocharti Geogr. sac. l. i. c, 7. p. 376. Lug. Bat. 1692.]

CURNIM. Plinius, l. xxxii. c. 2. 'In Lyciæ Myris in fonte Apollinis, quem Curnim appellant,' ad q. l. cf. Dalechampium.

ΠΑΤΑΡΑ, cista. Hinc nomen est inditum urbi Lyciæ. Scribit Stephanus, v. Πάταρα, Ὠνομάσθαι δὲ τὴν χώραν ἀπὸ τοῦ ἄγγους τοῦ Παταρας, Πατάρα. Μεθερμηνεύεσθαι δὲ τὴν Πατάραν ἑλληνιστὶ κίστην, sic enim cum Salmasio legendum, non κίστιν. Ita quoque habet Eustath. in Dionys. v. 129, ut Pinedo observavit.

ΠΕΤΗΛΙΑ. Οἱ γοῦν περὶ Λυκίαν Πετήλια μέχρι καὶ ἐς ἄρτι καιροῦ τὰ τοιαῦτα φύλλα, φασίν, Eustath. in Il. B. p. 229.

ΠΙΝΑΡΑ, rotunda. Scribit Steph. Byz. v. Ἀρτύμνησος, partem Xanthiorum in Cragum venisse et in monte incoluisse collem rotundum, λόφον στρογγύλον, atque urbem appellasse Pinaram, eamque vocem interpretatos esse στρογγύλην: addit vero Ethnicographus, τὰ γὰρ στρογγύλα πάντα Λύκιοι Πίναρα καλοῦσιν.

ΣΙΣΟΗ. Ea vox restituenda videtur Hesychio in loco valde corrupto, qui nunc sic legitur, Σισοκοῦρα· ῥοιά· Φασηλῖται. Sequor emendationem Casauboni ad Suetonii Octav. Aug. c. 45, Salmasii de Cæsar. et Coma, p. 69, 247, atque aliorum, sed de reliquis verbis in diversa abeuntium. Vocem esse Phœniciam opinatur Bochartus in Geogr. Sac. P. ii. p. 362. Alexandrinis non ignotam fuisse patet e Gr. V. T. versione, Levit. xix. 27. Ab Hesychio attribuitur Phaselitis, quos Sopingius habet pro Cilicibus, Salmasius pro Lyciis. Cf. Is. Vossius ad Melam, l. i. c. 14. Eustathius eos in Pamphylia collocat, præeunte ipso Dionysio, v. 854, 855. Nec aliter Stephanus Byz. v. Φασηλίς. Ptolemæus autem p. m. 308 ait, Μετὰ τὴν Φασηλίδα πόλιν Λυκίας, Παμφυλίας παράλια κ. λ. Nimirum in confiniis Lyciæ et Pamphyliæ sita erat Phaselis, unde a quibusdam Lyciæ, ab aliis Pamphyliæ accensetur. Non meminissem verborum Suidæ, v. Φασηλίς, scribentis, Φασηλῖται γὰρ τάριχον τῷ Καλαβρῷ θύειν, φησὶ Καλλίμαχος ἐν Βαρβαρικοῖς νομίμοις, nisi observandum esset, eo in loco legi oportere τῷ Κυλάβρᾳ, quod apparet ex Athenæo, l. vii. p. 297, 298, διὰ τοῦτο οἱ Φασηλῖται ἀνὰ πᾶν ἔτος τῷ Κυλάβρᾳ ἔτι καὶ νῦν τάριχον θύουσιν.*

ΤΥΜΗΝΝΑ hircus est Lycica lingua. Ita enim capio locum Stephani, Τύμηννα κώμη Λυκίας. Ἐκλήθη δὲ ἀπό τινος τράγου οὕτως ὀνομαζομένου, Tymenna vicus Lyciæ. Sic vero vocata fuit de quodam hirco hujus nominis. Narrat deinde Stephanus, hircum aliquem, cum a grege discederet, madida barba rediisse; quem secuti invenerunt fontem in quodam fruteto, atque hinc et fontem et regionem Tymennam vocarunt. Ambigua sunt Stephani verba. Nam et id significare possunt, hisce hoc peculiare nomen fuisse, quemadmodum interpres Th. Pinedo rem cepit; aut vero sic etiam intelligi possunt verba, ut Stephanus dicat, Lycios sic omnem hircum appellare, quod magis verisimile mihi fit. Ita etiam olim simili plane casu a capra, quam αἶγα Græci dicunt, Ægessa seu Ædessa dicta fuit, ut ex Justino notum est omnibus. V. et Stephanum in Γάγγρα, et Festum in Irpini.

§ 12. *De Lingua Pamphylia.*

Lingua Pamphylia, propter clarissimas urbes Gr., Aspendum, Siden, Pergam aliasque a Græcis vel conditas vel inhabitatas, etiam propius ad sermonem Gr. accessit.[1] At vero primum Linguam hanc plane barbaram fuisse, et adeo a Gr. diversam, ex Arriano colligere possumus, de Exped. Alex. l. i. p. 73 et 74. ubi narrat, Sidetas, qui origine Græci erant, cum in Pamphyliam venissent et urbem condidissent, repente Gr. linguæ oblitos fuisse, atque barbarum sonum adscivisse. Non desunt voces ex Pamphylia lingua residuæ, quarum plurimas conservavit Hesychius, qui ipse Pergææ dialecti, tamquam peculiaris cujusdam, aliquoties meminit. Verum quæ ille affert vocabula Pergæorum, ut plurimum sunt Gr., dialecto tantum diversa. Cujusmodi recte censentur ἄρκυμα pro ἀκρὶς, locusta, αἴβετος, quemadmodum viri eruditi legunt, pro ἀετὸς, aquila, ἰκτὸς pro ἰκτῖνος, milvus, λάφνη pro δάφνη, laurus. Sed non mihi suam conjecturam persuasit Cl. Relandus, in diss. de Vet. Lingua Persarum, inserta Parti ii. Diss. Miscell., p. 187, apud Hesych. pro Λάψα· γογγυλίς. Περγαῖοι, legi debere Λάφα, et hanc esse vocem Persicam, adeoque reponendum Πέρσαι, ut sermo fiat de Persis, non de Pergæis. Horum non minus quam Persarum frequenter Hesychius meminit. Πέρσαι nimium abit a Περγαῖοι. Præterea conjecturæ obstat series literarum χ et ψ in vocibus antecedentibus et sequentibus. Potius ergo Λάψα est vox Pergæorum propria, quemadmodum nonnulla alia ex antiqua Pamphyliorum lingua aut ex vicinis gentibus barbaris allata vocabula habuerunt Pergæi et Sidetæ. Ἀβελίην interpretatur Hesychius ἠλιακὸν, aitque eam esse vocem Pamphyliorum. Potest tamen ea e Gr. deduci, ut Guyetus observat ad vocem sequentem Ἀβέλιον. Ζειγάρη a Sidetis vocabatur ὁ τέττιξ, teste Hesychio. Nomine Ἀβωβὰς colebatur Adonis a Pergæis, ut auctor est idem Hesychius, apud quem, Ἀβωβάς· ὁ Ἄδωνις, ὑπὸ Περγαίων. Sic recte legit Gronovius pro eo, quod antea legebatur Περσαίων. Hanc enim correctionem non Phavorinus tantum, sed et Etymol. auctor confirmat. Vox ipsa, quæ plane barbara est, ex Assyriorum sacris defluxisse videtur. Non vero est dissimile, Pamphylios quædam habuisse ex Assyriorum sacris, cum unus ex Magorum et Chaldæorum magistris, Erus nempe, qui et Zoroaster dicitur, fuerit Pamphylius genere. V. Stanleii Hist. Philos. Orient. l. i. s. i. c. 2. p. 7. Forte Abobas dictus fuit ab אבובא, Abuba, quod Syris tibiam denotat. Nam constat, sacra Adonidis planctu constitisse. De Abuba cf. Salmas. de Ling. Hellen. p. 419. Nisi forte magis placuerit sententia Triglandii in Conjectaneis de Dodon. p. 3, et Relandi l. c. p. 100. sq., nomen Ἀβαβὰς referentium ad vocem Chaldaicam אביבא, culmus, arista, cum etiam Scholiastes Theocriti, Id. iii. v. 48. moneat Adonidem dici σῖτον σπειρόμενον. Conjecturis istis unam adjungo, sed eam incertam. Forsitan apud Hesych. pro Περσαίων vel Περγαίων legendum Περγασαίων, quæ scriptura nominis rarioris errori ansam præbuerit. Περγασὴ erat δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς, monente Stephano Byz., ad q. l. vid. not. In voce sequente commemoratur Diana Pergasæa, de qua Is. Vossius ad Melam, l. i. c. 14. 11. Τὸν Περγασῆθεν in Æliani Var. Hist. l. iv. c. 23, non verti oportuerat Perga oriundum, sed Pergasensem. Hom. Il. E. v. 535. dixit Περγασίδην. Malim tamen cum Gronovio apud Hesych. retinere Περγαίων.

§ 13. *De Lingua Pisidarum.*

Lyciis et Pamphyliis finitimi sunt Pisidæ, qui ignobiles et barbari semper habiti sunt. Arrianus de Exped. Alex. l. i. p. 76, οἱ δέ εἰσι καὶ αὐτοὶ Πισίδαι Βάρβαροι, sunt autem et hi Pisidæ Barbari, loquitur de Telmissensibus. Plinius, l. iv. c. 27. scribit: 'Insident verticem Pisidæ, quondam Solymi appellati, sed hi sine dubio barbari.'† De lingua Pisidarum Strabo, l. xiii. extremo observat, eam apud Cibyratas obtinuisse;

[1] Pamphylia olim Mopsopia appellata fuit, teste Plinio, l. iv. c. 27. De origine Pamphyliorum Gr. legendus Pausanias in Achaicis, p. 529. Ed. Kuhn. Apud Euseb. in Chron. p. 12. Pamphylii inter Chami posteros sic commemorantur, οἱ δὲ ἐπιστάμενοι αὐτῶν γράμματα, Φοίνικες, Αἰγύπτιοι, Παμφύλιοι, Φρύγες.

* Comparentur Alberti ad Hesych. v. Σισοκοῦρα, et Toupius P. 111. Emend. in Suidam, p. 276, 277. cui assentitur Schweighæuserus ad Athenæi locum, p. 205. De Phaselide Strabo, l. xiv. p. 983, Ἔστι μὲν οὖν καὶ αὕτη ἡ πόλις Λυκιακὴ, ἐπὶ τῶν ὅρων ἱδρυμένη τῶν πρὸς Παμφυλίαν.

† Apollonius in Lex. Homer. p. 608, Σόλυμοι, ἔθνος βαρβαρικόν. ἔστι δὲ καὶ κατὰ Πισιδίαν ὄρη, Σόλυμα καλούμενα. Hesych. Σολύμοισιν· ἔθνη Σκυθῶν. Legatur ibi Albertius, et Wesselingius ad Herod. i. 173, atque viri eruditi ad Stephanum v. Πισιδία, ubi οἱ Πισίδαι, πρότερον Σόλυμοι· ἔστι δὲ ἔθνος βάρβαρον, κατοικοῦν παρὰ τὴν Ἀσπενδὸν καὶ τὴν Κιλικίαν. Alia ad h. l. Holstenius. Respexisse Hesychium ad Hom. Il. Z. 204, monet Albertius, sed Σολύμοισι ibidem legitur v. 184, quem citavit Strabo, l. xiv. p. 983, ubi in Cod. Medic. legitur,

— — Σολύμοις μαχέσσατο κυδαλίμοισιν.

quo loco eam distinguit a lingua Græcorum, Lydorum, et Solymorum. Exempla vero reliquiarum veteris Pisidarum linguæ me apud scriptores antiquos reperisse non recordor.

§ 14. *De Lingua Bithynorum.*

In prima hujus Disquisitionis editione Bithynos omittendos monebam, quoniam Phryges sunt, et Bithynia deinde dicta est, quæ primum[1] Phrygia Major appellabatur. Quæ etsi vera adhuc censeo, nunc tamen nonnulla de Bithynis eorumque lingua et vocabulis propriis adjungam. Bithynos fuisse Thracum *ἀπογόνους*, testantur scriptores antiqui, Strabo l. xii. p. 373. [816.] Plinius l. v. c. ult. p. m. 240, Auctor Etymol. *Ἀλιζῶνες οἱ Βιθυνοὶ,—οἱ δὲ ἐθνικὸν Θρᾳκῶν*, Syncellus p. 181, *Θρᾷκες ἀπὸ Στρύμωνος διαβάντες κατέσχον τὴν νῦν Βιθυνίαν, τότε Βεβρυκίαν καλουμένην*, quæ verba ab interpretibus Latine non recte versa sunt. Sed inprimis consulatur Herodotus, l. vii. c. 75. Quod adeo verum[2] est, ut non obscure colligi possit, Bithynos etiam tractu temporis linguæ Phrygiæ et Thracicæ semper conservasse vestigia. Pausanias itaque in Eliac. i. p. 159. [406, ubi *Ζυποίτης*] Zipœtem Bithyniæ Dynastam Thracem fuisse, ex nomine conjectat. *Ζειποίτης* Rex Bithynorum memoratur quoque a Plutarcho in Quæstt. Gr. p. 302. Juvat istam Pausaniæ conjecturam Hesychius, qui sic scribit, *Ζιβυθίδες, αἱ Θρᾷσσαι, ἢ Θρᾷκες γνήσιαι*, quod forsitan a Zibyna, hastæ vel gladii genere, descendit, vel a vestimento quodam peculiari, quo in memoriam pristinæ originis usi fuerunt. Apud Hesych. *Ζειπίτις** mutari debet in *Ζειπίτης* vel *Ζειπύτης*, si idem rex innuitur, sed quod dubium facit adjecta vocis explicatio *ὁ περιχύτης*, quæ huc minus pertinet. Suidæ *Ζειπύτης* dicitur *ὄνομα κύριον*. Hoc autem nomen proprium non scio extra Bithyniam in usu fuisse. Haud dubie respicitur ad Zipœtem, quo nomine apud Historicos ille Bithyniæ princeps vulgo vocatur. Apud Steph. Byz. v. *Ζιποίτιον* dicitur hæc urbs Bithyniæ nomen habere *ἀπὸ Ζιποίτου βασιλέως*. Cum autem Pausanias ex hoc nomine conjicit, eum fuisse origine Thracem, non id ita intelligendum est, quasi Zipœtes ex Thracia in Bithyniam trajecerit primus, sed hoc linguæ Bithynicæ tribuendum est, quæ Phrygiaca et Thracica fuit. Nam ex historia novimus, patrem jam hujus Zipœtis, quin avum et proavum, Bithyniæ imperasse. Video Cellarium hoc neglexisse, cum tamen profiteatur, in introductione ad historiam veterem, se historiam harum regionum in Asia minori accuratius multo tradere, quam ante ipsum ab aliis factum erat. Ea vero, quæ de majoribus et antecessoribus Zipœtis cognita habemus, ut plurimum ex Memnonis hist. Heracl. apud Photium [Cod. ccxxiv.] petita sunt. A tempore Zipœtis regnum istud clarius evasit; et a multis multa peti possunt, quæ ad historiam illam faciunt. Quandoquidem Bithyni a Phrygibus descendebant, et adeo originem Thracicam habebant, ut jam dictum fuit, mirum nequaquam est, vocabula quædam Bithynis et Thracibus fuisse communia, atque vestigia convenientiæ inter utramque hanc gentem etiam ætate adhuc seriori conspicua fuisse, ut statim patebit. Videamus igitur de paucis vocibus Bithynicis.

'ΑΛΙΖΩΝΕΣ nomen Bithynorum. V. Eustath. in Il. p. 363, 364, et Etymol. Auctor in v.

ΒΕΝΔΙΑΙΟΣ nomen mensis. Nomina omnium mensium Bithynicorum ex MS. Gr. exhibet Jos. Scaliger, l. i. de Emend. Temp. p. 5, et cum quadam discrepantia Usserius de Anno Macedonum, p. 41, etiam Fabricius in Menologio, p. 61. Sunt ea nomina omnia Gr., præter unum *Βενδιαῖος*, qui mensis a Græcis dicebatur *'Αρτεμίσιος*.

BRIAZUS nomen Dei et Templi in Bithynia, teste Plinio, l. xxxi. c. 2.

BYZIS antiquissimus Bithynorum rex perhibetur Trojæ *ἁλώσει* antiquior. In Thracia Byzia est arx regum Thraciæ. Byzas, fundator Byzantii, conspicitur in numismate apud Goltzium. V. Tournefort Voyag. t. ii. p. 2.

ΓΑΝΟΣ, *ἡ ὕαινα ὑπὸ Φρυγῶν καὶ Βιθυνῶν*, ut scribit Hesych. Cf. supra §. 8. [p. 69, ibi not.] *Τὴν Γάνον* locum esse Thraciæ, ex Artemidoro monet Harpocrat. h. v. itemque Suidas.

ΖΗΛΑΣ sive ΖΗΙΛΑΣ, nomen regis Bithyniæ celeberrimi. In Thracia Zelam oppidum invenio. Vide Plinium, l. iv. c. 11. Apud Steph. Byz. v. *Ζῆλα* legitur, *ἔστι καὶ Ζῆλα—πόλις Καππαδοκίας, ἣν ἔκτισεν ὁ Νικομήδους υἱὸς Ζήλας* [cf. supra, p. 110.]

ΛΕΒΗΤΩΝΑΡΙΟΝ, genus vestis Monachorum, cujus nomen ex Prusaënsium Bithynorum dialecto derivatur a Suida, *Λεβητωνάριον· χιτὼν μοναχικὸ ἐκ τριχῶν συντεθειμένος, κατὰ τὴν ἐγχώριον γλῶσσαν τῶν Προυσαέων*.

ΣΤΡΥΜΟΝΙΟΙ· *οἱ Βιθυνοὶ τὸ πρότερον*. Hesych. ex Herodoti l. vii. c. 75. [Junge Steph. v. *Στρυμὼν*, ibi not.]

ΤΑΡΑΝΤΟΣ. Steph. Byz. in v. *Τάρας* ait, *ἔστι δὲ καὶ Τάραντος ἀρσενικῶς λεγομένη πόλις Βιθυνίας, ἔνθα τιμᾶται Ταραντᾶιος Ζεύς*.†

§ 15. *De Lingua Mariandynorum.*

Excipiunt Bithynos Mariandyni, qui a multis coloni Scytharum existimantur. V. Schol. ad Apoll. Rhod. l. ii. [v. 140.] et Eustath. in Dionys. Perieg. [v. 788, et seqq.] Strabo vero Thraces fuisse affirmat, l. vii. p. 204. [453.] ubi et de Bithynis. Idem, l. viii. p. 238. [531.] ait Mariandynos ortu esse Paphlagonas. Non mirum est, ab aliis annumerari Scythis, sed ab aliis Thracibus, cum Thraces et Scythæ apud veteres fere semper confundantur. Ex Mariandynorum ‡ lingua aut pauciora vocabula supersunt, aut saltem ad meam cognitionem pervenerunt.

'ΑΔΩΝΙΜΑΟΙΔΟΣ nomen est cantilenæ Mariandynorum, cujus meminit Pollux, l. iv. c. 7. ‖

'ΑΚΟΝΙΤΟΝ veneni genus celebratissimum apud eos, ut in Dionysium tradit Eustath. p. 117. [ad v. 788.] Hinc fortasse emendari potest Hesychius, in quo legitur, *'Ακοντικόν· φάρμακον οὕτω καλούμενον*. De Aconito v. Ovid. l. vii. Met. Fab. xxii., Servium in l. ii. Georg. v. 152. Gr. vel potius localem vocis etymologiam tradit

[1] *Βιθυνίαν τὴν ἀρχαίαν Φρυγίαν*, scribit Eusebius in Chronico, p. 12. Deinde vero ait, p. 30, *Βιθυνία ἐκτίσθη ὑπὸ Φοίνικος ἡ πρὶν Μαριανδυνὴ καλουμένη*, atque in Chronico Latino, lib. i. p. 15, Bithynia condita a Phœnice, quæ primum Maryandyna vocabatur. Conf. Servius ad lib. v. Æneid. v. 373.

[2] Arcades tamen jactarunt, Bithynos sanguine suo cretos esse. Vide Ez. Spanhemium in Juliani Cæsares, p. 80, 81.

* Hesych. *Ζειπίτις* huc non facit. Legatur tamen Alberti in notis, unde etiam apparet, illustrem Bimardum duos Zipœtas in Regum Bithyniorum serie deprehendisse. Confirmat id Memnon Historicus apud Photium Cod. ccxxiv. p. 720, 721. In scriptura nominis peregrini magna est lectionis varietas in codicibus MSS. et editis. In editione Livii Drakenb. l. xxxviii. c. 16. legitur, 'devictus Zybœta est, Bithyniaque omnis in ditionem Nicomedis concessit.' Vide ibi interpretes. Estne Zielas, cujus mentio in Trogi Prologo, l. xxvii. Hist. Phil. p. 759, idem qui Zipœtas? Ita visum quibusdam. Meminit Athenæus l. ii. p. 223. ed. nov. *Ζηλᾶ τοῦ Βιθυνῶν βασιλέως*, sed non patet intelligi Zipœten. Idem dicendum videtur de Polybio xxxvii. 2, ubi notarunt Valesius et Schweighæuserus.

† Exempla ea omnia recte huc referri, equidem ego non dicam. Iis vero adjungi potuerant:

ΓΑΛΛΟΣ. Scribit Th. Mag. v. *Βάκηλος, σημαίνει δὲ τὸν ἀποτετμημένον τὰ αἰδοῖα· ὃν Βιθυνοί τε καὶ 'Ασιανοὶ Γάλλον καλοῦσι*.

'ΟΚΝΟΣ *χαλκοῦς· βούλεται τοῦτο τοῖς Βιθυνοῖς ἐπιχωρίως δίφρου τινὸς γυναικείου εἶδος εἶναι*. Ita Suidas.

ΣΑΡΗΟΥΣ· *κιβωτούς. Βιθυνοὶ δὲ, ξυλίνους (ἢ. ξυλίνας) οἰκίας*. Hesychius. Male quondam editum erat *Βιθυνοί*.

‡ Pherecrates apud Athen. l. xiv. p. 375. loquitur de *τοῖς Μαριανδυνοῖς ἐκείνοις βαρβάροις*.

‖ Est ea vox suspecta, nec pertinet ad Mariandynos, de quibus Segm. 54. Nunc legitur *ᾠδὴν ἱμαιοῦς*. V. notas.

Theopompus apud Athen. l. iii. p. 85. Cf. Plinius, l. xxvii. c. 2. Auctor Etymol. M. v. Ἀκόνιτον, Scholia ad Nicandri Alexiph. p. 64, 66. et ad Apoll. Rhod. l. ii. v. 354.*

ΒΩΡΙΜΟΣ quoddam cantilenæ genus. Scribit Pollux, l. iv. c. 7. [segm. 54.] Βώριμος δὲ Μαριανδύνων γεωργῶν ᾆσμα, ὡς Αἰγυπτίων, Μανέρως, καὶ Λιτυέρσας, Φρυγῶν. Et brevi post, ὁ δὲ Βώριμος ἦν Ἰόλλα καὶ Μαριανδύνου ἀδελφὸς, Οὐπίου βασιλέως παῖς. Hæc corruptissima sunt. Lege, Ὁ δὲ Βῶρμος ἦν Πριολᾶ, vel Πριολάου, καὶ Μαριανδυνοῦ ἀδελφὸς, Τιτύου, vel Τιτίου, βασιλέως παῖς. Vide quæ de his omnibus collegi in Excerptis MSS. Historicis† de Regno Mariandynorum. Ceterum in universum de Orientalibus observatur, quod propter segnitiem quamdam, sibi a natura insitam, se mutuo ad laborem excitare soleant cantando. V. locum memorabilem in Chardinii Peregrinatt. t. i. p. 127.

ΔΩΡΟΦΟΡΟΥΣ· τοὺς οἰκέτας, Μαριανδηνοί. Hesych. Cf. Athenæus, l. vi. p. 263, et Pollux, l. iii. c. 8. [segm. 83.] Pro Μαριανδηνοὶ legendum est Μαριανδυνοί. In scriptura hujus nominis frequenter peccatum est a librariis. V. interpretes Steph. Byz. in v. Μαριανδυνία.

ΣΑΓΑΡΙΣ teli genus, quod quidam Scytharum et Amazonum, alii Persarum fuisse volunt, sed Mariandynis tribuit Athenæus, l. xii. p. 530. Persis attribuitur a Brissonio de Regno Persar. p. 271, et Relando, P. II. Diss. Miscell. p. 227. Hesychius vocem exposuit, sed nullius gentis mentionem fecit, Σάγαρις· πελέκιον μονόστομον, φαρέτρα, ἄροτρον. Vox postrema suspecta videbatur Sopingio, conjicienti legendum ῥόπτρον. Respexit vero Glossographus ad Herodoti locum, bene aut male intellectum, l. iv. c. 5, ubi similiter junguntur ἄροτρον et σάγαρις.

ΧΥΤΡΑΣ appellarunt Mariandyni nigras Caricas. V. Athen. l. xiv. p. 653.

§ 16. *De Lingua Paphlagonica.*

Sequitur Paphlagonia, cujus regionis populus semper maxime barbarus habitus est. Lingua ejus nonnullam cum Cappadocica habuit convenientiam, namque Strabo ait l. xii. p. 581. [830.] Cappadociam vocabulis Paphlagonicis scatere, qualia sunt Bagas, Biasas, Æniates, Ratotes, Zar, Doces, vel cum Casaubono legendum una voce Zardoces, Tiberus, vel Tibius ex ejusdem emendatione, Gasys, Ologasus et Manes, quæ barbariem hujus linguæ satis declarant. Hinc Paphlagones pro hominibus rudibus et stultis habiti sunt, teste Luciano in Pseudom. p. 856.‡ Scribit Eustath. in Il. B. p. 350, φυλάττεται δὲ ἡ λέξις εἰσέτι καὶ νῦν, εἰ καὶ μὴ ἀκραιφνής, ἀλλ' ὑποβάρβαρος περί που τοὺς Παφλαγόνας, οἱ χραμαχωτοὺς τόπους τοὺς πετρώδεις καὶ οὐ ῥᾴον ἀναβαινομένους φασὶ, sed loquitur ibi sine dubio de recentiori, Gr. nempe, Paphlagonum lingua. Vocem Βὲκ, sive adjecta terminatione Gr. Βεκὸς, Phrygibus significasse panem, p. 19. [68.] annotatum est, Paphlagonibus tamen quoque tribuit Scholiastes in Aristoph. Nub. p. 149. [ad v. 397.] Xenophon, qui cum exercitu ipse hanc regionem peragravit, Ἀναβ. l. vi. haud ita procul ab initio ait, saltationem apud ipsos in usu esse, quam Sidalcen appellant. Aliam vocem Paphlagonicam Hesychius profert in Ἀπολοκαύτωσις, quem locum, ut qui turpiter est deformatus, studio prætermitto.‖

§ 17. *De Lingua Galatarum.*

Tandem succedunt Galatæ, quos Hieronymus præter Gr. linguam ea usos fuisse docet, qua Treviri, ut supra jam diximus, p. 15. [44.] Atque id historia eorum confirmat, quam narrant scriptores antiqui Gr. et Rom., Pausanias, Strabo, Memnon in Photii Bibl., Dio Cassius, Livius, Valerius Maximus, plures alii, e quibus eam Wernsdorfius in l. de Republ. Galatarum a. 1743, docte illustravit.¶ Ex eorum lingua supersunt pauciora vocabula, non certe Gr. originis, sed barbara. Scribit Pausanias in Phocicis, p. 354. [890.] τὴν δὲ θάμνον ταύτην Ἴωνες μὲν καὶ τὸ ἄλλο Ἑλληνικὸν κόκκον, Γαλάται δὲ οἱ ὑπὲρ Φρυγίας φωνῇ τῇ ἐπιχωρίῳ σφίσιν ὀνομάζουσιν ὗς, quem Iones quidem et reliqui Græci coccum, Galatæ vero, qui supra Phrygiam sunt, patrio sermone hys appellant. Præeunte Turnebo l. xix. Advers. c. 25, Sylburg. pro ὗς legendum censet ὕσγη. Sed consulendæ hic sunt notæ interpretis Gallici Abbatis Gedoyni, t. iv. p. 246 sq., qui pristinam lectionem tuetur, atque etiam observat, vocem hanc ex prisco Celtarum sermone hodieque apud Gallos superesse.** Idem Pausanias in l. cit. p. 335. [845.] vocem affert Μάρκαν, aitque significare equum, atque hinc derivat τριμαρκισίαν. Sylburgius in notis monet, Camerarium maluisse Μάῤῥαν, additque, merras sane vulgus etiamnum equas appellare. Apud Gallos Europæos aliam vocem in usu fuisse, arguit Plinius, qui l. iii. c. 17. ait: 'Eporedicas Galli bonos equorum domitores appellant;' quod a Germanico idiomate non multum abludit. Alii malunt Eporedias. Legendum puto Eporeditas. Homo linguæ hujus ignarus non recte vocem protulit. Ad Μάῤῥαν ut redeamus, nescio, an huc referendum sit, quod apud Ammianum Marcell. l. xix. p. 174. relatum legimus, Sarmatas Limigantes pro signo bellico sive classico usos fuisse hac voce, Marha, Marha. Omnis certe harum gentium vis bellica in equis sita erat. Tacitus Hist. l. i. c. 79.: 'Namque mirum dictu, ut sit omnis Sarmatarum vis, velut extra ipsos, in equis, nihil ad pedestrem pugnam tam ignavum.' Ovid. Trist. l. v. El. 7. v. 19,

Sarmaticæ major Geticæque frequentia gentis
Per medias in equis itque reditque vias.

Et de Ponto, l. iii. eleg. 1.,

Pontica tellus
Finitimus rapido quam terit hostis equo.

Idem affirmant Thucyd. l. ii. [c. 96.] p. 59. ed. Herw., Valerius Flaccus l. vi. Argon. v. 161. Justinus l. xli. c. 3. De Thracibus id colligas ex Xenophonte l. i. Ἀναβάσ. p. 152. ed. Gr. Steph. Apud Ausones quoque, sive Oscos, hæc vox locum videtur obtinuisse. Commemorat Ælianus, l. ix. Var. Hist. c. 16. antiquissimo Ausonum tempore fuisse virum quemdam Μάρην, sic dictum, quod ex dimidio vir, ex dimidio equus

* Comparetur inprimis Steph. Byz. v. Ἀκόναι, ibi Berkelius et Holstenius. Neque Ἀκόνιτον, neque etiam, quod sequitur Δωροφόρους, voces peregrinæ sunt et solis Mariandynis vindicandæ.

† Excerpta ista non sunt inter mea Jablonskiana.—Polluci jungatur Hesychius, scribens, Βῶρμον θρῆνον· ἐπὶ Βώρμου τινὸς ἀπολλυμένου Μαριανδυνοῦ. Plura ibi interpretes, item Casaubonus et Schweighæuserus ad Athen. l. xiv. p. 245, ubi quondam Βῶρκον, nunc Βῶρμον editum.

‡ T. ii. p. 217. Notabilior autem est Luciani locus in Pseudol. §. 14. t. iii. p. 173, ubi non tantum linguæ Paphlagonicæ meminit, sed et eandem conjungit cum lingua Cappadocum et Bactrianorum.

‖ Xenophontis mentem minus recte percepisse videtur Jablonskius. Non saltationem, sed cantum sic appellari, ait Historicus, neque Paphlagonibus istam vocem attribuit, sed Thracibus; et quæ hic narrantur, gesta quidem sunt in Paphlagonia, sed a Thracibus, qui erant in Græcorum exercitu Asiam minorem tunc transeunte. Legendum Σιτάλκαν, nomen regis Thracum, cujus laudes canebantur, et de quo Thucyd. l. ii. c. 29, 95, Diod. Sic. l. xii. c. 50.—Qua in editione Hesychii inveniatur Ἀπολοκαύτωσις, equidem ignoro, sed in Hagenoënsi, Schreveliana et Albertina legitur, Ἀποκολοκαύτωσις· παρ' Ἰνδοῖς ἡ συνουσία· ἡ δὲ παρὰ Παφλαγόσι τινῶν χρωμένων τὰ αἰδοῖα ἐστὶν παρέχειν. Locum difficiliorem varii varie aut illustrare conantur aut emendare. Unus omnium ejusdem interpres optimus videtur Kusterus. Est autem sermo de quodam Paphlagonum ritu, sed neutiquam de ipsorum lingua, ad quam certe non potest referri Ἀποκολοκαύτωσις.—Majori jure vocibus Paphlagonicis annumerabuntur: Γάγγρα capra, apud Steph. Byz. h. v., et Ἰόνδυν, quo nomine Paphlagonas appellasse τὰ ὦτα τιμάχην, testatur Etymol. v. Σανίδας.

¶ Comparetur erudita E. A. Borgeri interpretatio epist. Pauli ad Galatas (L. B. 1807.) p. 4. sqq.

** Auctorem ille habuit Kuhnium, præclarum inprimis scriptorum Gr. interpretem, qui item consulatur de voce Μάρκαν, p. 845.

fuerit. Vox hæc altera sui parte videtur esse truncata. Etenim sive Mar equum notat, sive, quod fere malim, virum notaverit, vox non est integra. Mar autem Oscorum vetusta lingua virum seu hominem dictum fuisse, ex nonnullis Oscis vocabulis colligo. Sic Momar stultus homo, Casnar seu Casmar est senex homo.[1] Quæ Hesychius et alii e Galatarum lingua afferunt, incertum est, sintne ea ad Celtas Asianos, an vero ad Europæos referenda. Præterea ex Hieronymi testimonio tantum scimus, quantum ad nostram rem erat necessarium.

§ 18. *De Lingua Lycaonica. Lycaones eamdem cum Cappadocibus habuisse linguam, adstruitur.*

Quæ hactenus disputavimus, sunt nobis cuidam velut munimento, quod adversariorum impetus frangat, nobis vero præsidium et securitatem præstet, ut tutius in hac arena versari possimus. Etenim, ut Phryges, Lydos et Cares taceam, si Mariandyni, si Paphlagones et istius oræ gentes semper barbaræ perstiterunt, et si istæ linguæ non e Græcia profectæ sunt, quanto magis id de sermone Lycaonum dicendum est, qui non modo Græci commercii expertes fuerunt, sed ne Regi quidem Persarum, cum is totam Asiam in sua fide habuit, obtemperare voluerunt. Quod scriptor optimus, quique hæc suis oculis subjecit, Xenophon testatur, l. III. Ἀναβ. [c. 2. §. 14.] p. 208, sive p. 179. ed. Gr. Steph. Λυκάονας δὲ, inquit, καὶ αὐτοὶ εἴδομεν, ὅτι ἐν τοῖς πεδίοις τὰ ἐρυμνὰ καταλαβόντες τὴν τούτου χώραν καρποῦνται, Lycaones autem scimus, occupatis campoſum monimentis, impune ex ejusdem, regis, agro victum sibi quærere. Quod mirum non est, siquidem montibus collibusque circumsepta clausaque tota est Lycaonia, nisi qua Cappadocibus patet. Cf. Strabo p. 370. [811.] De montibus Isaurorum, qui Ciliciam inter et Lycaoniam habitabant, in Anthol. MS. Epigr. CCXCVII. v. 10, πετράων τ' ἐφ' ὑπέρθεν ἀλισκάζοντας Ἰσαύρους. Unde fit, ut ante Alexandri M. tempora rarissimam gentis Lycaonicæ, linguæ vero nullam mentionem fieri videas. Plinius propterea gentem hanc ignobilem vocat l. v. c. 29: 'Conveniunt [2] Lycaones, Appiani, Euterpeni, Dorylæi, Midæi, Iulicenses, et reliqui ignobiles populi XV.' Ad ultimum Lycaones, quamvis essent ἴδριες ἐν πολέμοισι, bellicosi, ut observat Dionys. Perieg. v. 857, Alexandro tamen M. non restiterunt, sed potentiæ cedentes se dediderunt, ut Curtius memoriæ prodidit l. IV. c. 5. Postquam Alexander diem suum obiit, varios experti sunt dominos, quorum nonnullos Arrianus commemorat, de rebus post Alexandrum M. gestis apud Photium Cod. XC. Sequentibus vero temporibus Lycaoniam nunc Cappadociæ [3] reges, nunc peculiares tyranni tenuerunt sibi subjectam, donec a Romanis sub Augusto in Provinciam redigeretur. Quibus ultimis temporibus, ut plurimi Orientis populi, linguam Gr.[4] didicerunt, sic tamen, ut patrium sermonem retinerent et δίγλωττοι[5] essent; quod etiam ille Actorum Apostol. locus, de quo sermo est, ostendit planumque facit. Magis etiam Lycaones Gr. sermoni assuevisse, quando sancta Evangelii doctrina apud eos incrementa sumsit, prorsus verisimile est: quod non diu post Apostolorum tempora contigit. Atque discimus ex Hist. Eccles., Episcopum Iconiensem Lycaoniæ Metropolitanum in magna auctoritate ab antiquis inde temporibus fuisse. Seculo tertio legimus omnes illius oræ Episcopos Iconium confluxisse, ut Concilium haberent, de quo Baronius ad an. 258. n. 14 et 15.* Seculo autem quarto in Synodo habita Sidæ, quæ est civitas Pamphyliæ, Amphilochius Iconii Episcopus ἐξῆρχε τῆς Συνόδου, συνεδρευόντων αὐτῷ καὶ ἑτέρων Ἐπισκόπων κέ, præfuit Synodo, assidentibus aliis etiam Episcopis numero XXV., ut est in Excerptis hujus Synodi apud Photium Cod. LII. p. 17. ed. Hoeschel. [38.] Accenset quidem Firmilianus, in Epist. ad Cyprianum de Synodo Icon. p. 221. ed. Felli Oxon., hanc civitatem Phrygiæ, non secus ac Xenophon l. I. Ἀναβ. [c. 2. §. 19.] p. 147. ed. Steph. Gr.† Sed diversa ratio est. Firmilianus enim hoc fecit propter ignobile Lycaoniæ nomen, et quod sensim obliteratum est, adscribentibus aliis Lycaoniam Phrygiæ, aliis Cappadociæ. Xenophon vero eam civitatem facit terminum Phrygiæ ad Lycaoniam. Verum omnes Geographi et scriptores alii, Strabo, Ptolemæus, Stephanus, Cicero, Iconium dixerunt esse urbem aut ipsam Metropolin Lycaoniæ;[6] et res ipsa loquitur, Iconium non ad Phrygiam, sed ad Lycaoniam pertinere, si has regiones a se invicem distinguas, quemadmodum Cellarius et alii Geographi recentiores recte fecerunt.

Sed quis tandem ille Lycaonum patrius et avitus sermo fuit, si non e Græcia promanavit, an peculiaris quidam, an vero ex vicinorum dialectis commixtus? Veritatem, ut opinor, assecutus est illustris H. Grotius, quem supra [p. 7.] diximus, linguam hanc habere pro Cappadocica. Nihil est, quod jure objicere possimus; sed et e contrario, quantum vires permittent, pluribus istam sententiam ex Strabone stabilire conabimur. Id vero non ita accipi velim, ut Lycaones linguam Cappadocicam, antiquam illam, puram conservasse contendam; immo id facile largitus fuerim, ipsos, ut post Alexandri M. tempora e sermone Gr., ita ex vicinis etiam linguis

[1] Parum abest, quin hæc retractem, et observationem meam, quæ inter scribendum mihi sese quondam obtulit, nunc ipse rejiciam. Momar enim videtur ex Sicilia et a Græcis Doribus et Æolibus in Italiam pervenisse. Hesychius ait, Μῶμαρ, μίμψις, ὄνειδος, αἶσχος. Notavit hoc jam Scaliger ad Festum, cujus verba sunt: Momar, Siculi stultum vocant. Scholiastes Lycoph. p. 91. [ad v. 1134.] et Eustath. ad Il. A. p. 151. Μῶμαρ explicant Μῶμος.

[2] Quid per Conventus et Convenire significet Plinius, v. apud eundem l. c. in antec. et seqq. Idem l. III. c. 4. 'Conventus Hispalensis,' p. 135 et paulo post, atque c. 3. 'Universa Provincia dividitur in Conventus septem,' et, 'Carthaginem conveniunt populi LXI.'

[3] Filiis Ariarathis, regis Cappadociæ, Lycaonia et Cilicia datæ sunt, teste Justino l. XXXVIII. c. 1. De Amynta Principe Lycaoniæ videndus Dio Cassius l. XLIX. p. 411. [592.] Seculo secundo post C. N. Lycaonia cum aliis Asiæ minoris Provinciis paruit uni Proconsuli. V. Inscriptionem memoratam a Constantino Porphyrogenneta, et ex eo a Reinesio relatam in Syntagma suum, p. 435, ubi notas quoque consule.

[4] Usum linguæ Lat., postquam Lycaonia Romanis paruit, ut narrat Dio Cassius l. LIII. p. 514. [721.], apud Lycaones obtinuisse non dubitamus. Plinius l. III. c. 5. de Italia loquens ait: 'quæ tot populorum discordes ferasque linguas sermonis commercio contraheret ad colloquium, etc.'

[5] Dicas eos 'jam bilingues, paulatim a domestico externoque sermone degeneres,' cum Curtio l. VII. c. 5. §. 29. vel etiam trilingues, uti Siculos appellat Apuleius l. II. Metam. in principio. Postremis autem Græcorum et Romanorum temporibus, sermo Gr. apud populos alioquin barbaros invaluit, ut omnes ferme, præsertim vero Optimates, sin minus loqui Gr. at intelligere tamen aut omnia aut plurima possent. Hinc dicti sunt μιξοβάρβαροι et ἡμιβάρβαροι, ut supra dixi §. 5. [p. 36, ibi not.] Duplici modo sic dici possunt, aut ratione linguæ qua usi sunt, aut propter nativitatem e parentibus Gr. et Barbaris. Sic Cyrus dicitur Semi-Persa. V. Apuleii Apolog. p. 289. ed. Elmen. Junge Virg. VIII. Æn. v. 510. qui Evandrum ait mistum matre Sabella. Sed apud Agathiam l. III. p. 69. Ἑλληνογαλάτης τὸ γένος idem est, quem Latini appellant Gallo-Græcum.

[6] Adscribam unius Ptolemæi locum, l. IV. c. 6. Sub Cappadocia complures ejus Præfecturas, et inter illas Lycaoniam quoque comprehendit. Commemoratis aliis Cappadociæ Præfecturis, tandem ad Lycaoniam venit; hujusque urbes numerantur Ἀδόπισσος, Κάννα, Ἰκόνιον, Παραλάϊς, Κόρνα, Κάσβια, Βάρατα. Observatu dignum est, quamvis huc minus pertineat, Coniam, cujus sæpius fit mentio ab Abolpharaio, non differre ab Iconio, et seculo XIII. ac XIV. fuisse Metropolin totius Asiæ minoris. V. Herbeloti Bibl. Orient. voce Abaka-Khan. [t. I. p. 5.]

* De tempore habitæ Synodi Iconiensis a Baronio, Binio aliisque dissentit Valesius ad Eusebii H. E. VII. 7. Dissentiunt pariter Pagius et Harduinus. Cf. Mansius not. ad novam et amplissimam Conciliorum Collectionem, t. I. p. 909. sqq.

† Item scriptor Actorum Justini Martyris, in Ruinarti Actis Martyrum sinceris, p. 59. §. 3. cujus conjectura, ex qua pro Iconio Phrygiæ legendum Iconio Lycaoniæ, non probabilis videtur, ut e Xenophontis verbis intelligi potest.

quædam accepisse. Iconium sane, ut modo retuli, tamquam extremam Phrygiæ urbem intranti Lycaoniam, describit Xenophon l. I. 'Αναβ. p. 170. Ex quo intelligimus, iis multum cum Phrygibus commercii intercessisse. In eo assentior Viro summo, patriam eorum et avitam linguam fuisse Cappadocicam. Strabo l. XII. sub initium commemorat, Cappadoces peculiari lingua uti, eosque, qui illa lingua utuntur, versus meridiem terminari Cilicio Tauro, versus orientem Armenia et Colchide, versus Septemtrionem Euxino mari usque ad Halys fluminis ostia, versus occasum Paphlagonica natione et Galatis, Lycaoniam usque et Ciliciam asperam. Videntur hic Lycaones excludi, sed si rem accuratius perpendamus, contrarium nullo negotio ex Strabone eliciemus. Etenim si e Galatia proficiscaris, in Lycaoniam venis, et tandem in Ciliciam asperam. Jam vero si Lycaonia est terminus, non potest esse Cilicia aspera, quæ Lycaoniam sequitur, et ab ea Tauro monte dividitur. Itaque Lycaoniam includas, plane necessarium est, id quod etiam tota illa descriptio aliaque insuper argumenta evincunt. Ita idem Strabo ait, p. 371. [813.], longitudinem Cappadociæ ὁμογλώσσου a Lycaonia et Phrygia ad Euphratem usque patere.[1] At Phrygia pone Lycaoniam sita est. Quodsi itaque ex mente Strabonis accurate terminos ponere velis, a Phrygia incipiendum inclusa Lycaonia, et usque ad Armeniam pergendum est. Quam late extenditur Taurus et Antitaurus, soli Cappadoces et Lycaones habitarunt. Finis Tauri ab altero latere Cappadociam, ab altero Lycaoniam terminabat, ut adeo hæ gentes fere pro una habendæ sint. Et sic Strabo dicto jam l. XII. p. 392. [853.], Πλησιάζει δ' ἤδη τούτοις τοῖς τόποις ὁ Ταῦρος, ὁ τὴν Καππαδοκίαν ὁρίζων καὶ τὴν Λυκαονίαν, πρὸς τοὺς ὑπερκειμένους Κίλικας τοὺς τραχειώτας, ad hæc loca jam Taurus accedit, Cappadociam et Lycaoniam distinguens a Cilicibus suprajacentibus, qui Trachiotæ ab asperitate regionis dicuntur. Tempore Artaxerxis Mnemonis Lycaones etiam cum Cappadocibus uni subjecti erant Satrapæ, teste Xenoph. l. VII. 'Αναβάσ. in fine. Legimus autem apud Strabonem p. 370. [811.], Sisynum, qui Cappadocum regnum affectavit, in montibus Lycaoniæ regiam suam habuisse. Præterea, sæpenumero Cappadocum nomine inclusos fuisse Lycaones, in priscis scriptoribus facile, qui volet, deprehendet. Ut e multis uno utar exemplo, scribit Plinius l. VIII. c. 58, Onagros non transire montem, qui Cappadociam a Cilicia dividit, ubi nomine Cappadociæ Lycaoniam quoque intelligendam recte monent interpretes, inprimis quia Onagri sigillatim Lycaoniæ attribuuntur. Cf. Varro de Re Rustica l. II. c. 6, et ipse Plinius l. VIII. c. 44, [Strabo l. XII. p. 852.]

Quæ quidem omnia si secum invicem comparentur, et cum aliis scriptoribus contendantur, perspicuum fore spero, veram esse Grotii sententiam, adeoque linguam Lycaonicam non fuisse diversam a Cappadocica. Quod tamen cum dico, inficias ire nolo, complura in usu apud Lycaones fuisse vocabula, quæ Cappadocibus ignota fuerint. Ex eo genere fortasse fuit vox Ζάρβα, quam Relandus p. II. Diss. Misc. p. 262. ad veterem Persarum linguam refert. Mihi videtur Lycaonica sive Isaurica. Scribit Suidas in v. Μουσουργοί, Ψάλτριαι· Αἱ δὲ μουσουργοὶ βάρβαροι ἦσαν γυναῖκες· ὄνομα αὐταῖς ἐπιχώριον Ζάρβα.—ὁ δὲ 'Αβαρζάκιος, lege 'Αρβαζάκιος, μουσουργοῖς συνέζη τοσαύταις, ὅσας οὔτ' ἐκεῖνος ἀριθμεῖν εἶχεν κ. λ. Hic vero Arbazacius erat Isaurus, ut idem Suidas habet in 'Αρβαζάκιος, ubi tamen et dicitur, quod ex Armenia fuerit.

§ 19. *De Lingua Cappadocum, quam fuisse vetustam Assyriacam existimamus.*

Sic fere tandem ad finem pervenimus. Restat unum, ut, quæ fuerit Cappadocum lingua, breviter disquiramus. Atque id nunc non examinabo, sitne peculiaris lingua; nam ea, quæ modo ex Strabone pro lingua Lycaonica afferebam, de hac re nos dubitare non sinunt.* Ceterum, cum pauca admodum de lingua vetusta Cappadocum comperta nobis sint, certi aliquid definire vix licet. Quoties vero hac de re cogitavi, suspicatus diu sum, fuisse hanc linguam eandem cum vetusta Assyria. Bochartus, vir insignis, ita de Cappadocibus sentit: 'non abhorruisse eorum sermonem a Syrio, sed fuisse impurissimum,' in Phaleg. col. 535. Cujus sententiæ hanc etiam reddit rationem, quod Leucosyri dicantur apud Steph. Byzant. Si memoria veterem historiam repetimus, Cappadociam primum Assyriæ accensitam fuisse cognoscimus. Docet id vetus isque eruditus Apoll. Rhod. Schol. in l. II. v. 948, 'Ασσυρίαν εἶπε τὴν Συρίαν τὴν Καππαδοκίαν· ἐκαλεῖτο δὲ πάλαι Συρία, ubi ipse Poëta loquitur de Sinope urbe Assyriaca, quæ erat in Paphlagonia.[2] Idem Schol. ad v. 966. Assyriam, illic memoratam, interpretatur Leucosyriam. Cf. Strabo l. XVI. init. Cum Assyriorum nomen ferme obsoletum esset, eique Syriæ appellatio succederet, etiam Cappadoces Syri vocati sunt, et quo a ceteris Syris distinguerentur, Leucosyri dicti sunt. De Leucosyris nihil addam, cum res ex Strabone, Stephano, Scholiaste Apollonii, Eustathio aliisque nota sit, præter hoc Hesychii, Λευκόσυρος· Βαβυλώνιος λευκόχροος, et Photii in Lexico MS. Λευκόσυροι· οἱ Καππάδοκες, καὶ οὓς οἱ Ἴωνες Σύρους, nempe καλοῦσι. Sunt ergo iidem Cappadoces, Syri, Leucosyri et Babylonii. Notabilis admodum est Herodoti locus l. I. c. 72. scribentis, Οἱ δὲ Καππαδόκαι ὑπ' Ἑλλήνων Σύριοι ὀνομάζονται· ἔσαν δὲ οἱ Σύριοι οὗτοι, τὸ μὲν πρότερον ἢ Πέρσας ἄρξαι, Μήδων κατήκοοι, τότε δὲ Κύρου, Cappadoces autem a Græcis Syri nominantur, et erant hi Syri, antequam Persæ imperitarent, ditionis Medorum, tunc vero Cyro parebant. Ipsum Cappadociæ nomen Persicum est, si Herodoto assentimur, ut equidem facile assentior, cujus hic est locus l. VII. c. 72, οἱ δὲ Σύριοι οὗτοι ὑπὸ Περσέων Καππαδόκαι καλέονται.[3] Certe reges Cappadociæ ad Cyrum Persam retulisse genus suum, testatur Diod. Sic. l. XXXI. apud Photium Cod. CCXLIV. [p. 1157, t. II. p. 517. ed. Wess.] Sacra Cappadocum fuerunt etiam Persica, teste Strabone l. XV. p. 504. [1065.] Nomina mensium Cappadocicorum perhibentur Persica esse, ut infra dicetur.[4] De lingua Assyriaca sunt, qui dicant, eam fuisse Chaldaicam ipsam, alii argumentis non contem-

[1] Verba Strabonis sunt, μῆκος δὲ ἀπὸ τῆς Λυκαονίας καὶ Φρυγίας κ. λ. Conf. Herod. L. IV. c. 49. 52. Potest ad hunc loquendi modum trahi illa phrasis, quam Poëtis familiarem esse observat Strabo L. VIII. p. 235. et ex illo Eustath. in Il. B. p. 305.

[2] Hinc Syri dicuntur tempore Herculis tenuisse Sinopen, quibus eam urbem Autolycus Græcus eripuerit. V. Plutarchus in Lucullo p. 925, 926. ed. Steph.

[3] Verius id judico, quam quod Plinius affirmat L. VI. c. 3., a Cappadoce amne fuisse cognominatos Cappadoces, vel etiam a conditore gentis Cappadoco, ut legitur apud Steph. Byz. v. Καππαδοκία, qui provocat ad Herodotum, sed apud quem id frustra quæritur. Aut lectio corrupta est substituendumque nomen Herodiani vel simile, aut ipsa Herodoti verba, ex gr. L. I. c. 72. V. 49. VII. 72. exciderunt culpa librariorum.

[4] In Brenneri Excerptis ex Mose Chorenensi Armeno p. 7. hæc leguntur: 'Ipse, Aram rex Armeniæ, Nino antiquior, in Cappadociam progrediens pugnaturus obviam habuit Paiapen Kakam, virum de stirpe Chami, qui tyrannidem suam exercebat a Mari Pontico usque ad Oceanum, quem profugatum coëgit Aram fugere in insulam quandam maris Asiatici. Reliquit deinde ad custodiam regionis quemdam Armenum Ducem nomine Misak, cum pluribus hominum millibus, ipse vero rediit in Armeniam, mandans prius subjectæ regionis incolis, ut Armenice discerent. Dux ergo, cum illic civitatem ædificasset, eam a suo nomine vocavit, quam tamen imperfecta pronuntiatione dicebant Masak, quæ multa post tempora a Cæsare dicta est Cæsarea.' Cum hac narratione conferri possent verba

* Non tantum Lucianus jungit linguam Cappadocum, Paphlagonum et Bactrianorum, in Pseudol. §. 14. sed dicitur etiam Apollonius Tyanensis, et adeo Cappadox, librum de Sacrificiis scripsisse τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ, sermone vernaculo, id est, lingua Cappadocum, ut monet Olearius ad Philostratum de V. A. L. IV. c. 19. Dialectum vero Atticam intelligendam existimat Fabricius v. IV. Bibl. Gr. p. 61. An recte, dubito ob ea, quæ de eodem Apollonii libro scribit Philostratus l. iii. c. 41. Hujus autem verba de Vit. Sophist. l. II. c. 13., non pertinere videntur ad linguam Cappadocum, sed ad horum pronunciationem ling. Gr. crassam et duram: a quo vitio Apollonius fuit immunis, si vera narrat Philostratus l. I. c. 7, 14, 17.

nendis commoti aliter statuunt. Cf. inprimis Seldenus de Diis Syris in Prol. c. 2. Non nostrum nunc erit, inter summos viros tantam litem componere, quæ etiam ad rem, de qua agitur, minus pertinet.[1] Illud tamen certum esse existimo, Assyrios literis Chaldaicis usos fuisse. Refert Athenæus l. XII. p. 529, prope Sardanapali tumulum duas columnas lapideas fuisse, in quibus *Χαλδαϊκοῖς γράμμασιν*, Chaldaicis[2] literis, elogium exaratum fuerit, a Chœrilo postmodum metrorum lege ac numeris versum.* Arrianus de Exped. Alex. l. II. p. 91. [66, 67.] ejusdem Sardanapali monumentum commemorat, τὸ, ait, *ἐπίγραμμα ἐπιγέγραπτο αὐτῷ, Ἀσσύρια γράμματα· οἱ μὲν Ἀσσύριοι καὶ μέτρον ἔφασκον ἐπεῖναι τῷ ἐπιγράμματι*, inscriptio addita erat Assyriis literis, cui metrum subesse Assyrii dicebant. Cf. de ea inscriptione Strab. l. XIV. p. 464. [672.], Athen. p. 529 et 530, Hesych. in v. *Σαρδανάπαλος* [ibi Alberti], et alios. Literæ Assyriacæ ab aliis dicuntur Syriæ. Xenoph. l. VII. Cyrop. [c. 3.] p. 127, vel p. 110. ed. Gr. Steph., super tumulum Abradatæ Susiorum Principis atque uxoris ejus Pantheæ excitatam fuisse columnam refert, *καὶ ἐπιγεγράφθαι φασὶ τὰ ὀνόματα, Σύρια γράμματα*, Atque eorum nomina inscripta esse dicunt Syriis literis. A Judæis vero illa scriptura etiam hodie appellatur אשורית Assyriaca.[3] Et quid mirum est, Chaldaicas literas Assyriis usitatas fuisse, cum Chaldæi fuerint ipsorum sapientes, non aliter ac Persarum Magi, et Ægyptiorum *Προφῆται*, ita enim Heliodorus et alii appellant, quos Herodotus *ἱερέας*. Chaldæi sæpenumero propterea Babylonii nominantur. V. Diod. Sic. l. II. [c. 29.] p. 115. Horat. l. I. Carm. Od. VIII.

Nec Babylonios
Tentaris numeros.

Ita quoque Macrobius l. I. Saturn. c. 3. Chaldæos appellat Babylonios. Hinc Magi Babylonii memorantur a Luciano in Necyom. [t. I. p. 463.] Dicit eos Ælianus l. I. Hist. Anim. c. 22. *Βαβυλωνίους τε καὶ Χαλδαίους σοφούς*. Junguntur Chaldæi et Babyloniorum vates a Curtio l. V. c. I. §. 22. Atque verisimile est, illam linguam Chaldaicam fuisse eruditorum in Assyria et aulicorum. De communi vero Assyria dialecto res dubia manet.

Aut forte lingua Cappadocum antiqua fuit lingua vetusta Medica. Ita certe suspicabatur Vir eruditissimus La Croze, ex ipso Cappadocum nomine, et quibusdam nominibus propriis aliis. Inter populos a Japheto oriundos non intelligere literas Cappadoces, sed Medos, scribit Euseb. in Chron. p. 12. Videntur igitur Medi suam linguam in Cappadocia propagasse. Diversitas autem linguæ Medorum ab aliis, aut earundem similitudo aperte docetur a Strabone l. XV. p. 498 et 500. [1054 et 1057.] De Arianis, Persis, Medis, Bactrianis septemtrionalibus et Sogdianis ait, *εἰσὶ γάρ πως καὶ ὁμόγλωττοι παρὰ μικρόν*, esse eos quasi ejusdem linguæ. Carmanitarum mores et sermonem, *τὴν διάλεκτον*, maxima ex parte cum Persarum ac Medorum moribus et sermone convenire, auctore Nearcho Geographus affirmat.†

Sed tempus est, ut ad linguam Cappadocicam redeam. Pauca nobis ex illa sunt reliqua, plura tamen procul dubio, quam a me afferri possunt, qui olim ob ætatis imbecillitatem, postea propter temporis angustiam et negotia alia, rem hanc ea industria et solertia, qua oportebat, idoneus non sum accurate prosequi.

De origine linguæ Cappad. hactenus diximus. Mutationem posthac variam perpessam esse, quis negaverit? Nam, ut Ægyptiorum, Scytharum, Persarumque imperium taceam, ex sola Paphlagonum lingua in Cappadocicam linguam multa defluxisse, Strabo docet l. XII. p. 380, 381. [830.]

AMBROSIA, quatenus est nomen alicujus herbæ, de qua Plinius l. xxvii. c. 4 et 8, videtur vocabulum Cappadocum.

ARGÆUS mons est Cappadociæ, quem pro Deo coluerunt Cappadoces, de quo multa viri eruditi jam annotarunt.

ARMALA. Hoc nomine Cappadoces rutam hortensem appellarunt. V. Apul. de Herbis c. 89. Cf. Bochartum in Geog. S. p. 754. Syris Harmala tribuit Auctor Appendicis Dioscoridis l. iii. c. 53.

'ΑΠΟΜΕΝΑΜΑ nomen mensis Cappadocicum. Nomina mensium omnium Cappadocibus‡ usitata ex antiquo scriptore H. Stephanus in Thes. Gr. retulit. Ea vero esse plane Persica existimat Relandus P. ii. Diss. Misc. p. 129.

'ΑΡΑΙΟΤΑΤΑ est nomen mensis apud Cappadoces.

Strabonis L. I. p. 28. et 29. [70, 71] de cognatione Armeniorum, Syrorum, et Arabum *κατὰ τὴν διάλεκτον*, etiam Assyriorum, Arianorum et Armeniorum, et L. II. p. 58. [138, 139.], ubi de Semiramide et Nino, Syris dictis, *ὧν τῆς μὲν ἡ Βαβυλὼν κτίσμα καὶ βασίλειον, τοῦ δὲ, Νίνος, ὡς ἂν μητρόπολις τῆς Συρίας· καὶ τὴν διάλεκτον δὲ μέχρι νῦν διαμενούσης τῆς αὐτῆς, τοῖς τε ἐκτὸς τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῖς ἐντός*.

[1] Chaldæorum et Babyloniorum nomen promiscue usurpatur in S. Literis, Jer. XXXVII. et XXXVIII., Ezech. XXXII. 15, 16, 17., Assyrii vero a Chaldæis et Babyloniis distinguuntur, Jer. l. 17, 18., Ezech. XXIII. 23. Recte igitur Babylonii dicuntur ab Horatio aliisque, ut in contextu monebo, quamvis Ælianus L. IV. V. H. c. 20. videatur Chaldæos habuisse diversos a Babyloniis, scribens, *πρὸς τοὺς Χαλδαίους, καὶ εἰς Βαβυλῶνα, καὶ πρὸς τοὺς Μάγους* [ad q. l. omnino legendus Perizonius.] Male autem alii Assyrios, proprie sic dictos, cum Babyloniis et Chaldæis confundunt, Suidas v. *Ἀσσύριοι*, Auctor Etymol. M., Hesych., apud quem *Ἀσσυρία· ἡ Χαλδαϊκή· Ἀσσυρίῳ· τῇ Χαλδαϊκῇ*, [et loco alieno post vocem *Ἀσυρῆ, Ἀσσυρίων· Χαλδαίων*.] Jungatur Origenes c. Celsum L. VI. p. 285. [693.], coll. Daniele, i. 4. Lubens fateor, nomine Assyriæ antiquissimis temporibus non solam Assyriam fuisse significatam, verum et complura alia regna, quorum potiti erant Assyrii, non raro comprehensa fuisse. Hinc fit, ut omnis illa Asiæ ora veteribus cognita a Judæa et Syria ad Indiam usque fere a quibusdam communi Assyriæ nomine indicetur. Sic Diodorus pater, qui fuit rex Tyrius, dicitur rex Assyriorum a Servio ad L. I. Æn. v. 646., quem etiam vide ad v. 733.—Carræ vocantur Assyriæ a Lucano L. I. v. 105. Considerandus etiam locus Xenophontis L. VIII. Cyrop. p. 128. ed. Steph. Gr. Neque hoc nego, Babylonios sive Chaldæos, debellatos ab Assyriis, horum nomine aliquando appellatos esse. Inde lux affulget verbis Michæ v. 5. Pariter largior, sub lingua Assyria nonnunquam intelligi linguam Chaldæam et Hebræam, unde Themistius Orat. VII. p. 89. et XI. p. 147. Proverbia Salomonis vocat *Ἀσσύρια γράμματα* [comparentur Gale ad Jamblichum de Myst. p. 291., et Perizonius in Orig. Babyl. p. 10, 60. sqq.] Ut autem in S. Codice, quemadmodum vidimus, Assyrii distinguuntur a Babyloniis sive Chaldæis, ita etiam a Xenoph. L. II. Cyrop. [c. 2. §. 1.] p. 23. *ὁ δὲ Ἀσσύριος*, inquit, *ὁ Βαβυλῶνά τε ἔχων καὶ τὴν ἄλλην Ἀσσυρίαν*. Eusebius in Chron. p. 11. diversam Assyriorum et Chaldæorum originem refert; Arphaxadum enim Chaldæos, Assurem Assyrios condidisse, auctor est; et hinc Babyloniam ab Assyria discernit, uti quoque fecit Origenes c. Celsum, p. 252. [552.] Existimo igitur, veterem Assyriorum linguam fuisse diversam a sermone Babylonico, sive Chaldaico.

[2] Persæ etiam Chaldaicis literis usi videntur, ut colligi potest ex Herodoto L. IV. c. 87., quem locum non neglexit Vir doctissimus La Croze in dissertatione, inserta Collectioni Precum Dominicarum Chamberleyn. p. 129, 130. Persicæ tamen literæ vocantur a Strabone L. XV. p. 502, *ἐπίγραμμα δ' εἶναι Ἑλληνικοῖς Περσικοῖς κεχαραγμένον γράμμασιν*.

[3] V. Is. Vossius de LXX. interpretibus, p. 13, 14. Lightfootus in Matth. v. 18. Kircherus in Œdipo T. II. P. I. p. 81. sqq., Rhenferdius in Opp. Philolog. p. 243. Adderem verba Plinii L. VII. c. 56. 'Literas semper arbitror Assyrias fuisse,' nisi forte cum Perizonio in Origg. Babylon. [p. 10., cui assentitur Alb. Schultens Instit. Ling. Hebr. p. 14.] legendum esset Assyriis.

* Eædem literæ Chaldaicæ appellantur ab Aristobulo *Ἀσσύρια γράμματα*. V. Athen. L. XII. p. 468, 469. ed. nov.

† Damis Ninius apud Philostratum de Vita Apoll. L. I. c. 19, *τὰς φωνὰς τῶν βαρβάρων, ὁπόσαι εἰσὶν, εἰσὶ δὲ, ἄλλη μὲν Ἀρμενίων, ἄλλη δὲ Μήδων τε καὶ Περσῶν, ἄλλη δὲ Καδουσίων, μεταλαμβάνω δὲ πάσας*.

‡ Cf. Fabricii Menologium, p. 71, 72. Si omnia mensium nomina Cappadocica, quorum facta mentio est, sedulo animadvertimus, necesse est, existimemus aut plures menses, quam vulgo, numerasse Cappadoces, aut potius unum eundemque mensem pluribus nominibus appellatum esse. Cujusmodi exempla apud plerasque gentes in Oriente et Occidente extant complura.

Non audeo affirmare, eundem mensem dictum fuisse aut Ἀταρτᾶ, aut Ἀρατατᾶ. Sextum Januarii Romanorum diem respondere decimo tertio Ἀταρτᾶ Cappadocum, observat Epiphanius Hæresi lii. §. 24, ibidemque notat, vi. Id. Novemb. Romanorum respondere decimo quinto Ἀρατατᾶ Cappadocum.

ἈΡΘΡΑ, ἈΡΤΑΕΣΙΝ, ἈΡΤΑΝΙΑ } nomina mensium in Cappadocia erant.

ASBAMÆUS Jupiter apud eos appellatus fuit, quod nomen ex Syrorum lingua explicare aggreditur magnus Bochartus l. c. p. 535. Rem commemorat Ammian. Marcell. l. xxiii. [c. 6 vel 19.] p. 269: 'Apud Asbamæi quoque Jovis templum in Cappadocia, ubi amplissimus ille Philosophus Apollonius traditur natus prope oppidum Tyana, stagno effluens fons cernitur,' &c.*

DATHUSA nomen mensis lingua Cappadocum. In excerptis e Cyrilli libris contra Theodorum Mopsuest., in Actis Concilii Quinti, apud Labbeum T. v. p. 476. hæc prostant: 'Adhortatur enim magis Tyanensem Episcopum ad Martyrum festivitatem pervenire, quæ in Arianzis, prædio ejusdem S. Gregorii, celebratur in mense, quem ipse Cappadocum lingua Dathusa vocat;' item p. 478: 'mensis autem apud Cappadocas provinciali vocabulo Dathusa adjicitur.' Forte idem mensis indicatur, quem appellari Τετουσίαν infra videbimus.

ΔΑΚΙΗ apud Cappadoces Pontificatus Jovis dicebatur, teste Strab. l. xii. p. 369. fin. [810] Posset quis suspicari, legendum Διαγίη. Pergæi enim ἄγον sive ἀγὸν vocabant fœminam Sacerdotem Dianæ, ut duobus locis Hesychius annotavit. Sed tum hæc vox esset Gr. Manum itaque melius ab istis abstinemus, quæ propter obscuritatem non capimus.†

DESANAUS, Hercules. Scribit Freculphus in Chron. t. i. l. ii. c. 11. 'Hercules autem Desanaus cognomine in Phœnice clarus habetur, inde ad nostram usque memoriam a Cappadocibus et Eliensibus, [lege Iliensibus,] adhuc dicitur.' Et sic prorsus eodem modo Eusebius in Lat. Chron. p. 14: 'Hercules cognomento Desanaus in Phœnice clarus habetur. Unde et ad nostram memoriam a Cappadocibus et Eliensibus Desanaus adhuc dicitur.' V. notas Schurtzfleischii in Notitia Bibl. Vinar. p. 102. In Græcis vero Eusebii p. 29. locus ita concipitur, Ἡρακλέα τινὲς φασιν ἐν Φοινίκῃ γνωρίζεσθαι Διώδαν ἐπιλεγόμενον, ὡς καὶ μέχρι νῦν ὑπὸ Καππαδόκων καὶ Ἰλίων, lego Ἠλείων, κεκλῆσθαι, forte κέκληται. De hoc Desanao etiam quædam notant Vossius de Idololatria, l. i. c. 22, et Seldenus de Diis Syris, p. 187, 188. Videndum, an Hercules Thasius, cujus Herodotus meminit l. ii. c. 44, huc facere possit. Sed locum bene perpende.‡ Quid si Desanaus sit ⲦⲈⲬⲈⲎ Tiasan, vel Deasan, sic saltem pronunciant hodie Ægyptii, i. e. ὑπερασπίστης?

ΚΑΡΔΑ, virile, bellicosum. Strabo loquens de Cardacibus, hominibus ad rapinam assuetis, qui Cappadociam inhabitant, ait, κάρδα τὸ ἀνδρῶδες καὶ πολεμικὸν λέγεται, p. 504. [1067, sed illic de Persis.] Mihi tamen vox hæc videtur originis Scythicæ. V. Scythica mea MSS. [mihi non visa. Cf. vero notæ ad Hesych. v. Κάρδακες.]

KOMANA, nomen Deæ alicujus. Præter Jovem Cappadoces coluerunt Deam, quam plurimi Bellonam fuisse volunt. Strabo a loco Comanam appellat, l. xii. p. 369. 385 et 395. [809. 835.] Plutarchus in Sylla, p. 457. dubitat, sitne Bellona, an Luna, an vero Minerva nuncupanda.||

ΚΟΝΔΥ poculum Cappadocicum memoratur a Menandro apud Athen. l. x. p. 434. et xi. p. 477. Hic Κόνδυ vocat ποτήριον Ἀσιατικόν. Ab Hipparcho ibidem attribui videtur Persis, et a Nicomacho p. 478. aperte dicitur Κόνδυ Περσικόν. Hesych. ait, Κόνδυ esse ποτήριον Βαρβαρικόν, poculum Barbaricum,¶ quod de Cappadocibus æque, atque de Persis capi potest.

ΛΥΤΑΝΟΝ. In Fragmento Savilii apud Usserium de Anno Macedonum, p. 40 et 41. annotatur, hoc nomine Januarium dici Cappadocibus. Quod an satis certum sit, dubito, cum ille Romanorum mensis nomine Cappadocico alio appelletur in catalogo mensium, de quo supra dictum. Sed illic

MATA ut nomen mensis occurrit.

MAZACHA sive MAZACA, nomen urbis proprium, sub Argæo sitæ, quam Solinus c. 45. ait ab incolis matrem urbium appellari. An hinc nomen factum sit urbi, an vero Metropolin esse indicare voluerit Solinus, dicere non sustineo.** Bochartus ab equis dictam vult, quibus Cappadoces celebrantur. Constantinus de Them. l. i. n. 2, ut observant Holstenius p. 154. et Pinedo in Steph. Byz., memoriæ prodidit, appellatam fuisse ἀπὸ Μουσὼχ τοῦ τῶν Καππαδοκῶν ἀρχηγόνου, a Mosoch Cappadocum primo auctore. Mosoch ille[1] est filius Japheti, ab Hebræis משך Gen. x. 2. dictus, ubi Septuaginta interpretes habent Μοσὸχ, qua ratione forsitan et apud Constantinum Porphyr. legendum est. Longe fœdius mendum insedit Isidorum, apud quem l. ix. Etymol. c. 2. p. 1037. hæc nullo sensu leguntur: 'Moloch, ex quo Cappadoces sunt, unde et urbs apud eos usque hodie Maleca dicitur.' Corrigenda hæc ita sunt: 'Mosoch, ex quo Cappadoces sunt, unde et urbs apud eos usque hodie Mazeca[2] dicitur.' Nisi forte origo ex Parthorum lingua sit repetenda, qui Μαζάκιν hastam dicebant, auctore Hesychio. Sic etiam Romani Quirites dicti sunt a Curi, quod Sabinorum lingua hasta erat. Postea hæc urbs Eusebia et Cæsarea nuncupata est.[3]

MELITA est alia Cappadociæ urbs, quam Semiramis condidisse a Plinio perhibetur l. vi. c. 3. Origo vocis videtur esse Assyriaca. Assyrii enim Venerem Mylittam appellabant, ut ex Herodoto l. i. c. 131 et 199. constat. De ea Scaliger et Seldenus †† quædam notarunt. Forsitan ipsa Semiramis Mylitta dicta est, nam divinis honoribus post mortem eam ab Assyriis cultam esse, Diodorus Sic. scriptum reliquit l. ii. [c. 20.] p. 107. Aut vero in honorem Veneris et in memoriam suæ originis hanc urbem a se conditam Melitam nuncupavit.

MOLY appellarunt Cappadoces rutam hortensem, teste Apuleio de Herbis c. 89.

[1] Similiter quidem משך Genes. x. 23. vocatur Μοσὸχ, non vero ille, ut in prima hujus libelli editione scripsi, sed hic intelligendus est. Cf. Hieron. in Quæst. Hebr. ad Gen. x. 2.

[2] Olim conjiciebam Mazaca, sed Mazeca propius accedit ad vitiosum Maleca. Sic etiam apud Hieronymum in Quæst. Hebr. ad Gen. x. 2. 'Mosoch Cappadoces, unde et urbs usque hodie Mazeca dicitur.' Hieronymum autem inprimis compilavit Isidorus. Mazaceni Cappadoces dicuntur Μοσοχηνοὶ ὑπὸ Μοσόχου κτισθέντος, apud Fl. Joseph. l. i. Antiq. c. 6. Cf. Hieron. l. xviii. in Esaiam col. 507. l. viii. in Ezech. col. 884. Adeundus quoque Schrœderus Dissert. Prælim. in Grammaticam Armenicam p. 61. et huc referendus locus e Mose Chorenensi supra [p. 128.] jam citatus. Pro Μοσὸχ apud Eustath. in Hexaëmeron p. 51. vitiose legitur Ὀσόχ.

[3] Steph. Byzant. Καισάρεια, μητρόπολις τῆς Καππαδοκίας, ἡ πρὶν Εὐσέβεια, καὶ Μάζακα, ὡς Στράβων [ibi Berkelius]. Cf. Salmas. Exercit. Plin. t. ii. p. 626. et Cellarius l. iii. Geogr. Antiq. c. 8. p. 210.

* Ipse ille fons, Jovi sacer, vocatur Ἀσβαμαῖος a Philostrato de V. Apoll. l. 1. c. 6. Neque in Ammiano, neque in Philostrato nomen barbarum mutandum. Comparentur notæ Valesii et Olearii, item Kusteri ad hæc Suidæ verba Ἀσβαμαῖον· ὕδωρ οὕτω καλούμενον.

† Ex ipso Strabone satis apparet, Δακίην esse nomen cujusdam regionis in Cappadocia. In Cod. autem Medic. legi Διὸς Δακίου, exemplo meo Gronovius adscripsit.

‡ De cultu Herculis apud Thasios testantur numi antiqui. V. Holstenii notæ in Steph. p. 133. Sed qui verba Herodoti bene perpendat, protinus videbit, Herculem Thasium, de Thaso insula dictum, huc non pertinere. Originatio autem Ægyptiaca magis ingeniosa mihi videtur, quam probabilis.

|| Dea Comana fuit numen Topicum in Cappadocia, sive Diana, sive alia quæcunque. Pertinent huc verba Pausaniæ in Laconicis p. 249, ἀμφισβητοῦσι μὲν Καππάδοκες τὸ ἄγαλμα (τῆς Ταυρικῆς θεοῦ, Tauricæ Dianæ) εἶναι παρὰ σφίσιν, et Dionis Cassii l. xxxv. §. 11, τὰ δὲ δὴ Κόμανα τῆς τε νῦν Καππαδοκίας ἐστὶ, καὶ ἐδόκει τό τε τῆς Ἀρτέμιδος τὸ Ταυρικὸν βρέτας δεῦρο ἀεὶ ἔχειν, ad q. l. Reimarus notavit. Origenes l. vi. c. Celsum c. 22. p. 647. memorat mysteria Καππαδοκῶν περὶ τῆς ἐν Κομάνοις Ἀρτέμιδος.

¶ Pollux l. vi. segm. 96. scribit, Κόνδυ esse poculum Καππαδοκικόν. Vox videtur origine Persica. Cf. Casaub. et Schweighæus. t. vi. Animadv. in Athenæum p. 146, 147, atque viri eruditi ad Hesych. v. Κόνδυ. Est animadversione dignum, nec ab aliis prætermissum, peregrinam hanc vocem usurpasse Interpr. Alex. V. T. Gen. xliv. 2 sqq. et Jes. li. 17.

** Posterius unice verum est. Strabo l. xii. p. 811, Ἐν δὲ τῇ Κιλικίᾳ καλουμένῃ Μάζακα (in Cod. Med. Μάζακα) ἡ μητρόπολις τοῦ ἔθνους, et lib. xiv. p. 979. Εἰς Μάζακα (iterum in eodem Cod. Μάζακα) τὴν μητρόπολιν τῶν Καππαδοκῶν. Procopius lib. v. de Ædific. c. 4. Εἰς μητροπόλεως ἀξίωμα πόλιν, οὕτω γὰρ πόλιν τὴν πρώτην τοῦ ἔθνους καλοῦσι Ῥωμαῖοι. Loquitur autem de Mazaca, deinceps dicta Cæsarea. In Numis quoque dicitur Μητρόπολις. V. Holstenius ad Steph. Byz. p. 154. Non tantum erat civitas Cappadociæ maxima, ut appellatur a Sexto Rufo c. 11, aliisque, sed et sedes Regum, monente Strabone l. xii. p. 815. Quemadmodum vero Mazaca, ita Nicæa dicitur μητρόπολις a Strabone l. xii. p. 848, mater urbium ab Ammiano Marc. l. xxvi. c. 1.

†† Multi alii, laudati a Cl. Wesselingio ad Herodot. i. 131. Quæ autem dicuntur de origine nominis Melita, valde dubia sunt. Si Veneris habenda ratio esset, haud negligendum foret, apud Hesych. inveniri Μιλίτης· Ἀφροδίτης, si sana ea lectio est, et hoc nomen Theocrito Id. xv. 94. recte a Salmasio redditum.

NABAA dicitur instrumentum Musicum Cappadocum, a Clemente Alex. l. i. Strom. p. 307. [363.] Alii tamen aliis gentibus, ex. gr. Phœnicibus sive Hebræis, Syris, Assyriis, tam instrumenti inventionem, quam nomen adscribunt. V. Strab. l. x. p. 387. [722.], Athenæum l. iv. c. 23 [p. 179, 180. ed. nov.], Bochartum in Geogr. S. p. 807. 808.*

ΝΗΕΞΙΣ animal est Cappadocicum. Hesych. Νηεξίς· ἐν Καππαδοκίᾳ γενόμενος μῦς, ὃν σκίουρόν τινες λέγουσιν, Neëxis mus est, qui in Cappadocia reperitur, quem sciurum, seu nitelam, quidam dicunt. Videtur esse animal illud, quod hodie in regionibus illis vocatur Zits-jan. Effigiem illius et descriptionem vide apud Corn. de Bruyn t. v. Itiner. p. 203. ed. Gall. Cf. etiam, quæ de nitelis volantibus referuntur in Transactt. Soc. Angl. atque ex illis in Diario eruditorum Gallico, Journal des Sçavans, Avril 1740. Art. iii. p. 511, 512. Legantur item Gmelini Itinerarium Sibericum t. ii. p. 233, 234, Stalenbergius in Asia et Europa Septemtrionali et Orientali p. 350, 395, de muribus vel nitelis in regionibus circa Caucasum Olearius in Itiner. p. 740. ed. Germ., et de iisdem circa Pontum Euxinum Chardin Voyages t. i. p. 119. Ejusmodi sunt mures, de quibus Ælianus de Animal. l. xvii. c. 17, ex quibus vestes confectæ dicebantur καύνακες sive καυνάκαι. V. Pollucem p. 339. [l. x. segm. 123, ibi perexımiam Hemsterhusii annotationem,] Hesych. v. Καυνάκαι [c. n. Alberti et aliorum], Scaligeri Conjectanea in Varronem de L. L. p. 67. Hinc forte vestes Armeniorum appellantur μυωτοί, ex murium nempe pellibus confectæ, apud Pollucem l. vii. c. 13. [segm. 60, et Hesych. v. Μυωτός.] V. omnino les Voyages de Tournefort t. ii. p. 113, 197. Plinius l. viii. c. 37. mentionem facit murium Ponticorum, qui forte iidem sunt, et de quibus eorumque similibus, ex quorum pellibus vestimenta contexuntur, quædam habet Eustath. in Hexaëm. p. 96, 97, et Is. Vossius Comment. in Catullum p. 190. Junguntur Anonymus in Expositione totius mundi, in Hudsoni Geographis Minor. t. ii. p. 10, et Relation de la Tartarie par Martini p. 147, ubi hæc verba: 'des souris de Moscovie, que nous appellons communément martes Zibelines.'

ΞΑΝΑΝΘΗΡΙ nomen mensis Cappadocici.

ΠΕΡΑΣΙΑ cognomen Dianæ Cappadocicum. V. Strabo l. xii. p. 370. [811.]

PHENGITES lapis in Cappadocia. Isidorus l. xvi. c. 4. Sed rectius forsitan nomen Gr. videbitur, conveniens proprietati lapidis, qui illic describitur.

ΣΟΝΔΑΡΑ mensis Cappadocicus.

ΤΕΤΟΥΣΙΑ itidem nomen mensis, forte non diversus a Dathusa, de quo brevi ante diximus.

ΤΙΡΙΞ } sunt quoque nomina duorum mensium in
ΩΣΜΩΝΙΑ } Cappadocia.

§ 19. *Conclusio hujus Disquisitionis.*

Cum jam prima hujus Dissertatiunculæ folia Typographo commisissem, amicus quidam meus, Lipsia rediens, mecum communicavit Viri Rever. et Magnifici C. F. Boerneri eruditam Diatriben, qua Acta Lycaonica insigniter illustravit.† Summopere vero mihi gratulor, Virum doctissimum et ita mecum sentire, linguam Lycaonicam non esse Gr., et Rich. quoque Bentleii argumentis tantum auctoritatis tribuere. Quantum enim abhinc ponderis meæ sententiæ accedat, facile intelliget, quisquis Boerneri summam eruditionem, cum incredibili quadam animi vi et perspicacia conjunctam, perpenderit.‡

Atque hæc sunt, quæ de lingua Lycaonica, pariterque de finitimis, hactenus comperta habeo. Nihil restat, quam ut rogitem æquos benignosque lectores, æqui bonique hæc qualiacumque consulant, et tenues meos conatus favore suo promoveant.

FRID. GUIL. STURZII

DE DIALECTO MACEDONICA ET ALEXANDRINA

LIBER.

LIPSIÆ APUD JO. AUG. GLO. WEIGEL. MDCCCVIII.

PRÆFATIO.

De dialecto Alexandrina scripturo video mihi nonnulla præmittenda esse de consilio meo atque instituto. Fortassis enim, ut fit, non deerunt, qui temere susceptam hanc operam neque ullius utilitatis esse convicien-

* Comparentur docti homines ad Hesych. v. Νάβλα et Ναβλὰς, Valckenarius in Callimachi Eleg. Fragm. p. 16, 17.

† Boerneri Disputatio recusa est in Thesauro Novo Dissert. ex Museo Hasæi et Ikenii, t. ii. p. 625—637. Paucis tantum verbis p. 633 significat, displicere sibi sententiam eorum, qui linguam Lycaonicam putant fuisse ling. Gr. dialectum, sed contra probare se Bentleii aliorumque opinionem, Lycaonas peculiarem et a Gr. distinctam linguam habuisse existimantium. Boernerianam excipit illic, p. 638—648. Disquis. Jablonsk. Huic subnectitur p. 648—657. Dissertatio Pfizeri de Apotheosi Pauli et Barnabæ a Lystrensibus frustra tentata. Non negat is, quod Grotius affirmarat, linguam Lycaonicam fuisse Cappadocicam, sed adjungit: 'Cumque in minori Asia Gr. Linguæ usus obtineret, sine dubio peculiaris ejus dialectus fuit, ut in aliis regionibus Dorica, Ionica, etc.' Nihil illic amplius de lingua Lycaonum. Majus habet momentum majorique eruditionis copia est scripta Diatribe Gublingii, in eodem Thesauro Hasæo-Ikeniano repetita, p. 657—661, de lingua Lycaonica a Pelasgis Græcis orta. Negat, sermonem Lycaonicum eumdem fuisse, qui Cappadocum, aut vulgarem quamdam ling. Gr. dialectum. Dissentit a Jablonskio, cujus tamen Dissertationem, quamquam multa quæsitam cura, et e Wolfii tantum Curis Philologicis notam, non viderat, ut scribit §. v. Quod profecto mirum videatur, cum Gublingius biennio post Jablonskium scripserit, fueritque isto tempore Theologus et Philologus Chemnicensis, jam antea disputationibus non vulgaris argumenti nominis famam consecutus, monente Cl. Saxio P. vi. Onom. p. 366. Quidquid id est, ipse existimat §. vii. 'Lycaonicam linguam ab origine omnino Gr. dimanasse, migratione tamen, coalitione cum aliis gentibus communitateque, imo ipsa longinquitate temporis, natura regionis, arte vel negligentia incolarum, varia mutasse ratione, atque ab prima stirpe, more linguarum communi, defecisse.' Quam ille suam sententiam docte illustrare et confirmare conatus est. Rectene, an secus, poterunt judicare, qui libellos Jablonskii et Gublingii diligenter comparent.

‡ Honorificum hoc de Boernero testimonium confirmant, cum multi alii, tum præclari illi veræ eruditionis existimatores, Ernestius in Opusc. Theolog. p. 7, et Saxius, qui sibi etiam, Lipsiæ olim in literas incumbenti, satis constitisse scribit, P. vii. Onom. Lit. p. 63, 64. Boernerum formularium duntaxat Theologum haudquaquam fuisse.

tur.[1] Quales criminationes ut repellam, nihil aliud mihi afferendum puto, nisi viros multos præclaros et insigniter doctos, e quibus vel unum Jo. Alb. Fabricium[2] laudasse sufficiet, jam dudum optasse, ut aliquando vir harum rerum peritus vestigia illius dialecti paulo diligentius, quam adhuc factum esset, persequeretur. Quæ enim Jo. Croius,[3] Humphr. Hodius,[4] Jo. Conr. Schwartzius,[5] Mich. Maittaire,[6] Jo. Jac. Breitingerus,[7] Jo. Dav. Michaelis,[8] Jo. Frid. Fischerus,[9] aliique[10] habent, ea nullo modo sufficere quivis intelligit. Quod ut magis pateat, utque a quolibet, quam prudenter in talibus judicandis versandum sit, cognoscatur, et, quam lubricam viam nos ingressi simus, perspiciatur, non alienum a ratione mea videtur, e libro Croii, præsertim cum jam rarescere cœperit, cumque etiam Hodius[11] eum secutus reperiatur, exempli loco ponere, quæ ille de nominibus ἐξηγηταὶ, σοφοὶ, et σοφισταὶ disseruit. Hæc enim cum in versione Alex.[12] de vatibus et magis legi constaret, e dialecto Alex. derivare hanc eorum potestatem non dubitavit. Mihi vero non soli Alexandrini videbantur ita usi esse illis vocabulis. Nam ἐξήγησις, auctore Schol. Sophocl. ad Elec., 423. est διασάφησις θείων, et ipsi ἐξηγηταὶ a Polluce 7, 188. diserte in hominum futura prædicentium numero referuntur, atque ab eodem 8, 124. dicuntur sic appellati fuisse οἱ τὰ περὶ τῶν διοσημείων καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν διδάσκοντες. Qui vocabuli usus confirmari etiam potest optimorum scriptorum locis. Sic ab Herodoto 1. 78. Crœsus narratur θεοπρόπους misisse ἐς τοὺς ἐξηγητέας Τελμισσέων, eosque jussisse consulere de prodigii cujusdam significatu. Apud Theophrastum (charact. 16. 2.) homo superstitiosus, si forte mus perroserit saccum farinarium, adire legitur πρὸς τὸν ἐξηγητήν. Xenophonte (Cyrop. 8. 3, 11.) auctore, sacra facta sunt, ὡς ἐξηγήσαντο οἱ μάγοι. Plutarchus (de Is. et Osir. c. 28.) Timotheum, quem ex Eumolpidarum familia fuisse aliunde constat, appellat ἐξηγητήν. Et in vita Numæ c. 9. ὁ μέγιστος, inquit, τῶν Ποντιφίκων οἷον ἐξηγητοῦ καὶ προφήτου, μᾶλλον δὲ ἱεροφάντου τάξιν ἐπέχει. Omnium minime prætermittendi sunt ii loci, in quibus nomina μάντις et ἐξηγητὴς junguntur tanquam pœne idem significantia, ut Platonis: (ineunte libro 8. de legib.) ἐξηγηταὶ καὶ ἱερεῖς, ἱέρειαί τε, καὶ μάντεις. Et Aristidis (Panath. T. I. p. 196. ed. Jebb.) διὰ τοῦ κοινοῦ μάντεως καὶ ἐξηγητοῦ.[13] Schol. Aristoph. ad nubb. 331. Λάμπων ὁ μάντις, ὃν ἐξηγητὴν ἐκάλουν.[14] Apud Ægyptios vero, atque adeo Alexandrinos, ἐξηγητὴς erat magistratus πορφύραν ἀμπεχόμενος, καὶ ἔχων πατρίους τιμὰς, καὶ ἐπιμέλειαν τῶν τῇ πόλει χρησίμων, auctore Strabone.[15] Neque magis ostendi posse arbitrabar, eum, quem indicavimus, vocabulorum σοφοὶ et σοφισταὶ usum, solis aut maxime Alexandrinis fuisse proprium. Certe, ut alios mittam, cum Ægeus apud Eurip. (Med. 683, 685.) hoc itineris sui consilium esse ostendisset, ut Pittheum de oraculi ab Apolline sibi dati sententia consuleret, Medea consilium istud probat his verbis (v. 686.): Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, καὶ τρίβων τὰ τοιάδε. Et Herod. 2. 49. Melampodem dicit fuisse ἄνδρα σοφὸν, μαντικήν τε ἑωϋτῷ συστῆσαι, quem postea secuti sint alii σοφισταί. Itaque ἐξηγηταὶ, σοφοὶ, σοφισταὶ, et μάντεις, habent, etiam apud alios scriptores, notionem fere eandem, ita quidem, ut σοφοὶ et σοφισταὶ sint nomina generis, μάντεις et ἐξηγηταὶ speciei, quorum tamen illud latius pateat, hoc augustius.

Jam quanquam ego neque tam sum invidus, ut de meritis aliorum et fama detrahere ullo modo studeam, neque tam arrogans, ut me solum sapere aut satis idoneum esse ad recte pertractandum hoc de Alex. dialecto argumentum existimem, neque inanis cujusdam gloriolæ, cui justum pretium statuere dudum didici, adeo cupidus, ut rem, quæ difficilis et operosa non minus quam incerta et exigui pretii videatur, agere facile ac libenter velim; tamen honestis multorum virorum doctrina excellentium precibus, ut, quæ olim de dialecto illa scripsissem, denuo ederem, augerem, ubi opus esset, et emendarem, tandem cedendum putavi, nullum laborem, quo illorum voluntati satis fieret, subterfugere certus, atque impense lætaturus, si judices æqui atque idonei, qui in rebus arduis etiam conari pulcrum esse sciant, me saltem hominem industrium, nec plane indiligentem, aut omnino in hoc rerum genere cœcum et hebetem, existimaverint. Nam de ipsius mei laboris utilitate non est quod multa dicantur, quippe quam vel ex eo patere cuique arbitror, quod multum inde juvari eorum studia possint, qui vel alios scriptores, quorum ætas incidit in tempora Ptolemæorum et sequentia, inprimis Alexandrinos, vel versionem veteris Testamenti Alexandrinam, et libros apocryphos ac novi Testamenti, aut emendare aut explicare et recte intelligere velint. Illud tamen commemorabo, conferre aliquid hunc libellum posse ad confirmandam Fr. Andr. Strothii[16] sententiam, qua codicem versionis Alex. Vaticanum dignum esse ostendebat, qui denuo, et diligentissime quidem, cum editionibus, quæ ex eo fluxerunt, a viro quodam docto compararetur, cum quia primi editores multas ejus lectiones, quas quidem, utpote obscuras nec faciles intellectu, pro depravatis haberent, temere mutaverint, vel plane rejecerint, tum quia certum esset, saltem de multis illius versionis libris, in illo codice multo sæpius, quam in reliquis, qui quidem innotuerunt,

[1] Ita quidem scripseram olim. Sed fortasse rectius verba ista vel delevissem, vel mitigassem. Vidi enim, operam meam valde probatam fuisse viris eruditis, ut Villoisono in troisième lettre sur l'inscription Grecque de Rosette—et sur le dialecte Macédonien, quæ extat in Millini Magasin encyclop. No. VII. an xi. p. 330. 361. et sæpius, item libelli mei censoribus in ephemeridibus Lips. 1786. p. 1402. Goetting. 1786. Vol. ii. p. 1163. Jen. 1786. p. 411. Allg. Lit. Zeit. 1786. Vol. iii. p. 551. et 1788. Vol. iii. p. 295. item 1791. p. 450. ubi tamen libellus meus perperam dicitur esse Ilgenii, viri doctissimi et mihi amicissimi.

[2] In notis ad Sext. Empir. p. 261.

[3] In obss. sacris et historicis in N. F. (Genev. 1645. 4.) inprimis c. 33.

[4] In opere de bibliorum textibus originalibus, versionibus Gr., et Lat. vulg. Oxon. 1705. fol. Cf. I. S. S. observatio ad Humfr. Hodii Lib. II. de versionibus; quæ extat in (Conr. Ikenii) Symbolis literar. T. ii. Bremæ 1745. 8. p. 152—169.

[5] In obss. de stylo LXX. interpretum, insertis Jo. Olearii de stylo N. T. libello, quem Jo. Conr. Schwartzius denuo edidit Coburgi 1721. 8. p. 294—345. quæ tamen obss. multa continent, quæ parum aut nihil faciunt ad rem nostram. Earum enim auctor hoc agit, ut orationem Alex. interpretum ob discrepantiam cum Attica dialecto non reprehendendam esse ostendat.

[6] In opere de Gr. ling. dialectis. Cujus libri utilitatem cum ob raritatem exemplorum pauci cognoscere ac sentire ipsi possent, denuo eum, auctum quidem et emendatum, emisi Lond. et Lips. 1807. 8.

[7] In præf. ad edit. V. T. ex versione LXX. interpretum T. ii. Tiguri 1731. 4. c. i. §. 40.—44. (quæ tamen prolegomena sunt Lei potius, quam ipsius Breitingeri) maximeque in epist. de antiquissimo Turicensis biblioth. Gr. Psalmorum libro, Turici 1748. 4. Neque negligenda sunt, quæ contra monuit Jo. Salom. Semlerus in obs. critica de dialecto Alex., quam inserendam curavit Miscellaneis Lips. novis, Vol. viii. p. 40—58. Cf. Car. Godofr. Woidii notitia codicis Alex., a Spohnio edita Lips. 1788. 8. p. 29—33.

[8] Einleitung in die göttl. Schriften des neuen Bundes, T. i. ed. 3. Goetting. 1777. 4. p. 144. sqq.

[9] In prolus. XXX. et XXXI. de vitiis lexicorum N. T.

[10] Ut Ill. Eichhornius in libro, qui inscribitur Einleitung ins alte Testament, ubi T. i. (Lips. 1803. 8.) p. 346. sq. pleraque exempla dialecti Alex. et Ægypt. ab Hodio proposita retulit. Et auctores libri, cui titulus est Biblische Encyclopädie, Vol. i. Gothæ 1793. 4. p. 74—76. qui fere exemplis, quæ Michaelis attulerat, usi sunt.

[11] 2, 4. p. 121. operis paulo ante laudati.

[12] V. c. Gen. 41. 8. ἐξηγητὰς Αἰγύπτου, καὶ πάντας τοὺς σοφοὺς αὐτῆς. Ubi Cod. Ox. pro ἐξηγητὰς habet σοφιστὰς, Symmachus μάγους. Exod. 7. 11. τοὺς σοφιστὰς Αἰγύπτου, καὶ τοὺς φαρμακούς.

[13] Sic in eadem Aristidis orat. p. 135. Themistocles τὰ μέλλοντα ὥσπερ μάντις ἐξηγεῖτο.

[14] V. quos de hoc nominis ἐξηγητὴς et verbi ἐξηγεῖσθαι usu laudavit Fischerus in indice Theoph., et in nota 17. ad Platon. Euthyphr. c. 4. Add. Cuper. in apotheosi Homeri p. 276—278.

[15] 17. p. 797. C. ed. Casaub.

[16] In Versuch eines Verzeichnisses der Handschriften der LXX. (cujus particula I inserta extat in Repert. für bibl. u. morgenl. Litteratur T. v. 1779. p. 94—134.) p. 105. sq.

omnibus, genuina et vera interpretum verba reperiri. Quam quidem sententiam ita veram putamus, ut hoc in genere vix aliquid dici posse videatur certius. Cum enim in conficiendo hoc libello præcepta veterum grammaticorum contulissemus cum locis versionis illius Gr. non paucis, raro vidimus Alex. codicem (nam de hoc potissimum nunc agimus, quia de eo maxime mirum videri possit) exhibere vocabula, quæ ex illorum sententia habenda essent pro Alexandrinis. Ut verbis fidem facerem, adjeci nonnulla exempla,[1] e quibus apparet, codicem Alex. per librarios vel grammaticos male sedulos et Alex. dialecti naturam ignorantes, neque tamen semper diligentes satis ac sibi constantes,[2] turpiter fuisse interpolatum. Sed de his nunc quidem hæc.

Pauca supersunt, quorum puto mihi rationem esse reddendam. Scilicet prioribus paragraphis, quas propter multiplicem utilitatem nec ab hac nova editione abesse volui, repetii nonnulla, quæ jam ab aliis, multo me doctioribus, bene dicta fuisse non ignorabam, sed id mihi videor ita fecisse, ut nihil ex iis afferrem, quod non instituti mei ratio exigeret, utque suis quæque auctoribus bona fide referrem accepta. Neminem enim facile magis quam me, offendit illorum hominum ratio, qui millies jam coctam cramben rursus recoquunt, et ad fastidium usque lectoribus, non apponunt, sed infarciunt. Deinde non pauca fateor esse meo libello cum Maittairii libro communia, nec tamen sæpe, imo rarissime, locos indicavi, ubi vir ille doctissimus jam eadem, quæ ego, attigerit: quæ quidem ratio ne vitio mihi vertatur, audias quæso, Lector, ac perpendas ejus rei causam. Comparans enim, quæ ex mea ipsius lectione in schedis notata habebam, cum iis quæ Maittairiano operi, de hac quidem dialecto, passim inesse reperiuntur, nihil fere annotatu dignum, quod ibi extaret, me prætermisisse deprehendi, præter Schotti locum de duplici dialecto Dor., quo tamen et ipso libellum meum recte carere potuisse intelliges ex iis, quæ infra diximus §. 8. not. 2. Quare quæ jure mea essent, ea non intelligebam cur tanquam ab alio accepta commemorarem, præsertim cum illud ostentationis doctrinæ genus, quod inest in cumulandis, qui eadem de re jam monuerint, scriptoribus, mihi sit maxime odiosum, et sic non parum libelli moles aucta fuisset. Conferat, cui volupe est, meum libellum cum opere laudato, et videbit, me plurima attulisse, quæ vir ille diligentissimus, vel consulto, vel male fida memoria usus, omisit, et quæ ne ego quidem in nupera ejus editione addere omnia potui. Ipse quoque pauciora hujus generis ibi addidissem, si jam tum, cum librum Maittairii in usum publicum recognoscerem, de nova hujus mei libelli editione serio cogitassem. In illo enim opere desiderium quorundam exemplorum, quæ ab hoc meo abesse non debent, lectores facile tulissent.

ARGUMENTUM.

§. 1. *De tempore et occasione versionis V. T. Gr.*—§. 2. *De dialecto versionis Alex.*—§. 3. *De dialecti natura universe*—§. 4. *De notionibus nominis* διάλεκτος—§. 5. *De discrimine dialecti, linguæ, et styli*—§. 6. *De Ægyptiorum studio linguæ Gr.*—§. 7. *De dialecto Macedonico-Alexandrina*—§. 8. *De dialecti Maced. natura*—§. 9. *De dialecti Alex. ingenio*—§. 10. *De dialecto Ægyptia*—§. 11. *De structura verborum Alex.*—§. 12. *De vocabulis probabiliter Alex.*

§. 1. Cum non solum oratio Gr. librorum V. T. versionis, quæ vulgo septuagintaviralis, rectius Alexandrina, dicitur,[3] egregie differre inveniatur ab ea orationis forma, quæ conspicitur in reliquorum Gr. scriptorum, maxime Atticorum, monumentis, verum etiam causæ hujus diversitatis repeti recte videantur ex interpretum et ingenio et consilio et ætate, e loco item, ubi vixerunt, et ex occasione, per quam eos laborem suscepisse verisimile est: quorum omnium non eandem in hac versione rationem esse posse, quam in libris aliis ac primitus Gr. scriptis, nemo non intelligit: non essent quidem hæc indigna, de quibus paulo disputaretur uberius, atque, si vellem, quæ jam alii de iis tradiderunt, repetere, multa sane, neque ea contemnenda, possem afferre. Quoniam vero sic et fines opusculi angustiores futuri essent, quam qui caperent illam disputationem, et ego superflua magis dixisse judicari recte possem a viris eruditis, quam quibus me gratiam ab iis aliquam initurum esse sperarem: breviter tantum, quæ ad institutum nostrum præcipue pertinere videantur, statim ab initio ponam, ne, si quando opus sit illustratione quadam ex ipsa versionis historia, filum orationis medium interrumpere cogar.

Et de tempore quidem, quo facta fuerit illa versio, nihil amplius definire potuere viri hoc in genere versatissimi, quam verti cœptum esse illo tempore, quo una cum patre Ptolemæo Lagida regnavit in Ægypto filius Philadelphus,[4] quodque vel, ut Usserius putabat,[5] in Olymp. CXXIII. ult. et CXXIV. 1. vel, quæ erat Hodii[6] sententia, in Olymp. CXXIII. 3. et 4. incidit. Tum vero non nisi Pentateuchum translatum fuisse, cujus versionem posterioribus demum temporibus paulatim secutæ sunt reliquorum librorum divinorum versiones, utpote quas non ab uno,[7] sed a diversis auctoribus profectas esse constet, intelligi facile potest, non

[1] Sic Deut. 11. 7. in cod. Alex. est ἑώρων. Jes. 5. 29. παρεστήκασι. Exod. 18. 26. ἔκρινον. 33. 8. κατενόουν. Job. 1. 4. ἐποίουν. Ezech. 22. 12. ἐλάμβανον. Exod. 15. 27. ἦλθον. Deut. 1. 25. ἔλαβον. 7. 19. εἶδον. Jos. 3. 14. ἦραν. Job. 5. 14. ψηλαφήσαιεν. 18. 7. θηρεύσαιεν. 21. 20. ἴδοιεν. 2 Reg. 10. 14. εἶδον. 17. 20. εὗρον. Ps. 131. 15. χήρα pro θήρα. Gen. 35. 19. omissum est vocabulum ἱπποδρόμου, et sic porro.

[2] Cernitur enim in his magna inconstantia. Sic Ps. 34. 25. cod. Alex. habet εἴποισαν, Vatic. εἴποιεν. Eodem modo 2 Reg. 10. 14. in cod. Al. est ἐπήλθαν, et 17. 20. ἦλθαν.

[3] Neque enim curo, quæ ex Aristobulo (apud Clem. Alex. stromm. 1. p. 342. B. ed. Paris. 1641. sive Colon. 1688. fol. et Euseb. præp. Evang. 13. 12. p. 663. sq. ed. Paris. 1628. sive Colon. 1688. fol.) tradere nonnulli solent de versione librorum V. T. diu ante Alexandrum M. ab aliis interpretibus facta, et a Pythagora, Platone aliisque Græcis lecta: v. qui laudantur in Fabricii bibl. Gr. Vol. III. p. 659. ed. Harles. et quibus addenda est Valckenaerii diatriba de Aristobulo Judæo, philosopho Peripatetico Alexandrino, ab Jo. Luzacio edita Lugd. Bat. 1806. 4. Huic enim adjuncta est commentatio P. Wesselingii, in qua p. 131—134. agit de versione Gr. V. T. nulla ante LXX. Nec mihi res est cum versionibus Aquilæ, aut Symmachi, aut Theodotionis, aut aliorum recentioris ætatis divinorum V. T. librorum interpretum, qualis est Nova versio Gr. Proverbiorum, Ecclesiastis etc. ex unico codice Veneto a Villoisono edita, Argent. 1784. 8. et Nova versio Gr. Pentateuchi, ex unico codice Veneto a Chph. Fr. Ammonio edita, Erlang. 1790. 1791. 8. 3 voll. verum, ut supra dixi, cum ea sola, quæ vulgo vocatur τῶν ἑβδομήκοντα, non exclusis tamen iis, quos apocryphos nominant, libris.

[4] Clemens Alex. str. 1. p. 341. C. D. ἡρμηνεύθησαν, inquit, τὰς γραφὰς, τάς τε τοῦ νόμου, καὶ τὰς προφητικὰς, ἐκ τῆς τῶν Ἑβραίων διαλέκτου εἰς τὴν Ἑλλάδα γλῶτταν φασὶν ἐπὶ βασιλέως Πτολεμαίου τοῦ Λάγου ἢ, ὥς τινες, ἐπὶ τοῦ Φιλαδέλφου ἐπικληθέντος.

[5] Annall. P. I. p. 469. ed. Lond. 1650. fol. Alias aliorum sententias reperias ap. Fabricium l. l. p. 672. in Prolegomenis Breitingerianæ hujus versionis editioni præmissis T. II. c. 1. §. 12. sqq. in Chr. Ern. Meerheimii commentatione de LXX. interpretum Gr. versione, Lips. 1754. 8. §. 7. p. 47—54. ut multos alios taceam.

[6] In opere, quod in præfatione laudavimus, 2. 2. p. 91.

[7] Quæ erat sententia Zosimi, philosophi Alexandrini, in Codice MS. chartaceo, qui est in bibl. Gothana. v. Cyprian. catal. codd. MSS. illius bibliothecæ p. 94.

solum ex iis, quæ Hodius[1] de ipsarum versionum indolis ac styli diversitate congessit, verum etiam ex occasione, qua impulsi interpretes vertendi consilium videantur cepisse: quam quidem ego cum eodem viro docto putabam fuisse fere hanc.

Cum enim et Alexander Macedo magnam Judæorum coloniam in Ægyptum, nominatim Alexandriam, deduxisset, pari cum ipsis Macedonibus jure iis concesso,[2] et biennio post Alexandri mortem[3] ingens Judæorum multitudo ob seditionem in Syria motam fuisset in Ægyptum et Phœnicen translata, et post novem dehinc annos alia Judæorum turba, vel terræ fertilitate, vel Ptolemæi liberalitate invitata, sponte se in Ægyptum contulisset: hos Judæos probabile est, lingua sua, ut fit,[4] fere neglecta, didicisse linguam Gr., neque adeo legere omnes et intelligere potuisse libros suos sacros, Hebr. scriptos. Hanc igitur ob causam, et in gratiam popularium,[5] non, ut vulgo narrant Pseudo-Aristeæ[6] sequaces, Ptolemæi[7] et synedrii Hierosolymitani auctoritate, Judæi nonnulli in Ægypto degentes,[8] vel rogati ab iis, quibus jam familiarior esse cœpisset lingua Gr., quam Hebr., vel sua pietate commoti, transtulerunt primo Pentateuchum, cujus tamen versio ab uno auctore videtur profecta esse, deinde alii succedente tempore, ut jam dictum est, sensim reliquos V. T. libros, ex Hebr.[9] lingua in Gr., qualis tunc in Ægypto erat usitata. Cur vero non omnes libri sacri simul verterentur statim ab initio, hæc haud dubie causa fuit, quod illis temporibus libri Mosis tantum publice prælegerentur in synagogis.[10] Postea vero, cum Antiochus Epiphanes, capta urbe Hierosolyma, edicto vetuisset, ne legem Mosis publice in synagogis legerent, eamque comburi jussisset:[11] quæ calamitas in Ptolemæi Philometoris tempora incidit: Judæi, qui carerent lectione sacra, legebant capita quædam e prophetarum libris deprompta. Ita factum est, ut, etiam cessante Antiochi tyrannide, et potestate Mosen legendi recuperata, lectio haphtararum tamen conjuncta cum sidrarum lectione maneret.[12] Quæ quidem Judæorum Palæstinorum consuetudo, cum, ut omnino ritus sacri in Palæstina usitati,[13] transiisset etiam ad Judæos Alex., effecit, ut prophetici quoque libri viderentur esse in Græcum vertendi. Reliqui autem codicis Hebr. libri, ne in collectione librorum divinorum Græce versorum deessent, fuerunt et ipsi post Mosaicorum librorum interpretationem, temporibus tamen admodum diversis, in Græcum translati, neque absurdum putat esse Hodius,[14] si quis statuat, ab aliis etiam quam ab Alexandrinis Judæis quosdam illorum Græcos fuisse factos.

§. 2. Hæc igitur sufficiant de tempore, loco, occasione versionis nostræ Gr., interpretumque consilio.[15] E quibus non dubito quin recte deduci commodeque intelligi possint aliæ magis speciales, ut ita dicam, et quasi propriæ causæ, quæ jusserint interpretes Græcos verba Hebr. eo potissimum modo, quo vertisse reperiuntur, interpretari. Cujus generis causas quanquam plures et fuisse et inveniri posse non ignorem, tamen, cum reliquæ sint ab instituto meo plane alienæ, missis illis persequar unam, quæ inest in ea ipsa, qua usi sunt in vertendo interpretes, dialecto. Quam cum Alexandrinam maxime[16] fuisse existimem, in exponenda atque demonstranda hac mea sententia puto sic me versari debere, ut primo quæram de ipsius dialecti per se spectatæ notione, deinde extitisse aliquando peculiarem aliquam dialectum Alex. argumentis nonnullis demonstrem, ejusque naturam describam, denique verba nonnulla proponam, quæ ad illam dialectum appareat esse referenda.

§. 3. Jam ut, quæ proprie sit dialecti natura, quæ huic vocabulo notio subjecta, recte possit perspicueque cognosci, paulo altius, sed breviter tamen,[17] repetamus primo dialectorum Gr. originem, qua intellecta

[1] L. l. 2, 7—9. p. 159. sqq.

[2] V. Joseph. archæol. 14, 7, 2. ed. Haverc. ubi laudat e Strabone locum, qui nunc in ejus geographicis non extat. it. 12, 1. it. de bell. Jud. 2, 18, 7. et contr. Apion. 2, 4.

[3] De qua tempora computandi ratione v. Hody l. l. 1, 11. p. 59.

[4] Sic satis nota est narratio de Atticis, qui a Solone Solos in Cilicia (vel, ut alii volunt, in Cypro) coloni missi, linguæ vernaculæ elegantiam per contagionem finitimorum barbarorum paulatim reliquerint, variisque vitiis inquinaverint. v. præter alios Eustath. ad Dionys. Perieg. 875. Cf. Schwartz l. l. p. 327. Notandum etiam est, quod Plutarchus in Anton. c. 27. refert, reges Ægypti, qui ante Cleopatram fuerint, (nempe Ptolemæos) οὐδὲ τὴν Αἰγυπτίων ἀνασχέσθαι περιλαβεῖν διάλεκτον, et nonnullos eorum adeo τὸ Μακεδονίζειν ἐκλιπεῖν.

[5] V. Hody 2, 3. p. 98. sqq. cf. Salmas. fun. linguæ hellenist. p. 188. sqq. qui quanquam videri possit Hodii sententiam, quæ eadem mea est, infringere, tamen re ipsa egregie confirmat.

[6] Cujus fabulosam de septuaginta interpretibus historiam multis refutarunt Hodius et van Dale, quorum ille quidem 1684. 8. dissertationem edidit contra historiam Aristeanam, ac deinde paululum mutatam repetendam curavit in opere sæpius jam laudato, cujus nunc librum I. constituit, p. 1—89. Sed van Dalii dissertatio super Aristea de LXX. interpretibus prodiit Amst. 1705. 4. Uterque ipsa Aristeæ verba Gr. addidit. De aliis hujus narrationis editionibus v. Fabric. l. l. p. 661. sqq.

[7] Et Lagidam quidem intelligunt Jonsius de scriptorib. historiæ philos. 1. 18. 3. p. 116. sq. aliique, sed Philadelphum Jo. Alb. Fabricius. v. ejus Σύμμικτα περὶ τῶν ο', sive de numero septuagenario, p. 127. sq. in Opusculorum historico-critico-literariorum sylloge, Hamb. 1738. 4. Fortasse tamen aliquam concedere liceat regis æque ac synedrii, si non Hierosolymitani, at Alexandrini, auctoritatem accessisse: illius quidem, quatenus exemplum Pentateuchi Gr. conversi cupiverit in bibliotheca sua reponi, (cf. Plut. apophthegmm. regum T. viii. ed. Hutten. p. 124.) qua cupiditate doctus aliquis Judæus, qui genti suæ ac religioni optime sic consultum iri putaret, prudenter usus sit; synedrii vero, quatenus eam, antequam regi traderetur, perlustraverit et comprobarit.

[8] V. Hod. 2. 4. p. 112. sqq. Scilicet nonnulli, inquam, non LXX. aut LXXII. Magnam enim, ut aliarum gentium, ita maxime Judæorum, circa hunc numerum superstitionem fuisse, satis demonstrarunt viri docti, ut Fabricius in libello modo laudato, quanquam ipse quidem p. 128. sq. non discedit a vulgari traditione, et Fr. Gedike in Gesch. des Glaubens an die Heiligkeit der Zahl Sieben, in Berliner Monatsschrift Vol. xviii. (1791. 8.) p. 494. sqq. et in ipsius vermischt. Schriften, p. 32—60.

[9] Neque enim placet Jo. Matthæi Hassencampii opinio, proposita in commentatione de Pentateucho LXX interpretum Gr., non ex Hebr., sed Samaritano textu converso, Marburgi 1765. 4. Plura v. in Fabricii bibl. Gr. Vol. iii. p. 660. et 695. sqq.

[10] In synagogis autem etiam Græce prælectos fuisse libros sacros, quanquam negat Vitringa, (de synagog. vet. 3. 2. 7. p. 954. sqq. ed. Leucopetr. 1726. 4.) tamen videtur colligi posse ex Justin. Mart. apol. 1. 38. (ed. Thaleman. Lips. 1755. 8.) et e Philone de vita Mosis 2. p. 140. T. ii. ed. Mangey. Alios, qui huc faciant, locos habet Hodius 3. 1. p. 224. Scilicet versio Gr. non sola prælecta fuit ex opinione mea, sed singulos locos Hebr. lectos secuta. Atque sic videntur conciliari inter se posse, quæ Salmasius scripsit in epist. dedicatoria, commentario de hellenistica præmissa, p. 30. et in ossilegio hellenist. p. 318. 322. 328. 332. 337. sq. 344. et in funere linguæ hellenist. p. 55. 63. maxime p. 88. sqq. ubi ostendit, haud dubie Gr. versionem prælectam in synagogis fuisse, sed ab Judæis, qui non origine, verum religione Judæi essent, h. e. a proselytis, eorumque posteris. Cf. ibid. p. 96. Consentiunt autem nobiscum etiam alii viri docti, ut Casaubonus exercitatt. adv. Baron. p. 180. Huetius demonstrat. evang. p. 462. ed. 2. Amst. 1680. 8. et Eichhorn. l. l. T. i. p. 348. sqq. De Alexandrinis certe synagogis, et de Palæstinis ante Jesu ætatem, dubitare vix quisquam poterit.

[11] V. 1 Maccab. 1. 56. sqq.

[12] V. Elias Levita in Thisbi, apud Hottinger. thes. philolog. p. 222. ed. Tigur. 1649. 4. et apud Vitringam l. l. 3. 2. 11. p. 1006. quo loco etsi Vitringa historiam illam negat ulla probabili ratione se commendare, facio tamen cum Hodio 2. 7. p. 175.

[13] Præclare Hodius 2. 9. p. 188. aliique hanc in rem exemplo utuntur templo illo, quod Alexandrini Judæi in Hierosolymitani imitationem in præfectura Heliopolitana extruxerunt, et novo pontificatu ibidem instituto.

[14] L. l. 2. 9. p. 191.

[15] Nam de cujusque interpretis ingenio, rudi an polito, quærere, nec ad institutum meum proprie pertinere videtur, nec permittunt libelli angustiæ.

[16] Neque enim desideratorum esse quenquam puto, ut omnino Alexandrinam esse Gr. versionis orationem, ostendatur. Sufficiet mihi demonstrasse, saltem eam quædam dialecti Alexandrinæ et Macedonicæ admixta habere, et magis quidem constanter, ac plura, quam reliquorum scriptorum ætatis recentioris libros.

[17] Nam de dialectis Gr. in universum permulti scripsisse reperiuntur, quorum paucos tantum hoc loco recensebimus. Plures qui cupiat, legat Fabric. bibl. Gr. 4. 34. (Vol. vi. ed. Harles. p. 164. sqq.) Add. Villoison. prol. ad Hom. Il. p. 58. sq. Sic Theodorus

describi vera earum natura ac definiri poterit facilius. Ut enim omnium Gr. urbium et nationum origo referenda est ad Thessaliam, Macedoniam, Epirum, et loca vicina,[1] quoniam qui ea loca primis temporibus incolebant, et antea *Γραικοὶ*[2] vel *Πελασγοὶ*[3] dicebantur, primum *Ἕλληνες* leguntur nominati fuisse ab Hellene, Deucalionis filio, qui, ut Deucalion,[4] in Phthiotide, Thessaliæ regione, regnasse traditur,[5] et quoniam *Ἑλλὰς* fuit urbs atque regio in Thessalia,[6] cum nondum ulla alia in terrarum orbe nota esset *Ἑλλάς*:[7] ita linguam antiquissimam et primitivam Græcorum, quæ proprie dicebatur *Ἑλληνικὴ*,[8] fuisse Thessalorum sive Macedonum[9] propriam, sed ab initio, si quidem cum lingua Græcorum, qualem in libris hodie extantibus reperimus, imprimis cum Attica, comparaveris, valde horridam et incultam, et barbaram potius quam Gr.,[10] reliquarum tamen Græciæ dialectorum omnium fontem et originem statuendam esse, non verisimile modo, sed pœne certum est.[11] Et duas quidem potissimum dialectos hæc lingua dicitur peperisse: Ionicam, quæ

Gadarensis, Tiberii Cæsaris magister, de quo v. Suid. in Θεόδωρος, scripserat duo libros περὶ διαλέκτου ἑρμηνείας καὶ ἀποδείξεως, et Apollonius Alexandrinus, cognomine Dyscolus, eodem Suida auctore, composuerat opus περὶ διαλέκτων, cujus particulam quandam olim perperam putavi ea, quæ Maittairii de dialectis libro ex Apollonii grammatica excerpta addita sunt ab J. F. Reitzio. Sic laudantur ab Athenæo 11. p. 500. B. Parmenonis Rhodii, et 7. p. 284. B. Dionysii Iambi libri περὶ διαλέκτων. Traditur etiam Astyages quidam grammaticus de dialectis scripsisse. (v. Suid. in h. v.) Noti item sunt Gregorii Corinthii et Joannis Grammatici s. Philoponi de dialectis libelli, quorum ille quidem optime editus est a Gisberto Kœnio, Lugd. Bat. 1766. 8. ex hoc excerpta quædam inserta sunt Constantini Lascaris grammaticæ Gr., Venet. 1698. 8. aliisque de re grammatica libris. Recentiorum denique de dialectis scriptorum tantus numerus est, ut omnes laudare nec possim nec velim. Maittairii quidem jam in præfatione mentio facta est. Conjungi cum eo utiliter potest Fr. Gedike über Dialecte, besonders die Griechischen; quæ commentatio primum inserta fuit Promtuario Berolinensi literarum et artium (Berliner Magazin der Wissenschaften und Künste) Fascic. ii. 1782. 8. deinde repetita in ipsius vermischt. Schriften, Berol. 1801. 8. p. 153-179. Ad meam autem rem spectant præcipue Chr. Theoph. Schwartzii diss. de causis dialectorum, speciatim Gr., Viteb. 1702. 4. et Jo. Jac. Ferberi diss. sive suspiciones historico-technicæ de dialectis Gr. ex consideratione originum migrationumque Gr. nationum collectæ, ibid. 1709. 4. Permulta quoque hanc in rem egregie disputavit Salmas. in commentario de hellenistica, Lugd. Bat. 1643. 8. in funere linguæ hellenisticæ, et in ossilegio hellenisticæ, ibid. eod. quem me gratus confiteor in multis hic esse secutum. Plures alii, qui huc pertineant, scriptores laudati sunt in Fabricii bibl. Gr. Vol. iv. p. 891-895. ed. Harles. Add. Andr. Engbergii diss. de dialecto hellenist., Hafn. 1714. 4. Henr. Benzelii diss. de lingua hellenist., Lond. Goth. 1734. 4.

[1] V. Herodot. 1. 56. 7. 94. Strabo 5. p. 220. sq. ed. Casaub.

[2] Marmm. Oxonn. 1. 10. Ἕλλην ὁ Δευκ(αλίωνος Φθι)ώτιδος ἐβασίλευσε, καὶ Ἕλληνες (ὠν)ομάσθησαν, τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι. v. Aristot. meteorol. 1. 14. Steph. Byz. et Etym. M. in v. Γραικός, Plin. H. N. 4. 7. Tzetzes ad Lycophr. 532. cf. Apollodor. biblioth. 1. 7. 3. Palmer. Gr. antiq. 1. 2. p. 5. et interpp. ad Hesych. in v. Γραικὸς et Ῥαῖκος. Utuntur vocabulo Γραικός, ut omnino vetustis et obsoletis, (v. infr. §. 12. in v. βασίλισσα) scriptores recentiores, ut Lycophron l. l. et v. 891. Plutarch. in Cat. Maj. c. 9. Athen. 2. p. 50. F. Polyb. 35. 6. Jul. Cæs. p. 11. 17. 19. Alexander Ætolus in Brunckii analectt. poet. Gr. T. i. p. 419. nr. iv. Procopius hist. arcan. c. 24. Eustathius tamen ad Hom. Il. μ. p. 890. 15. etiam Sophoclem nomine Γραικοὶ usum esse ait. Cf. Brunckii lexicon Sophocl. in v. ΓΡΑΙΚΟΥΣ. Ceterum nomen Græcorum haud dubie ex eo ortum est, quod regiones, in quibus consedissent, tenuerant inde a temporibus antiquissimis. Certe vocabulum γραῖα significat vetulam.

[3] V. Herodot. ll. ll. et 2. 50. 52. 56. 7. 95 Thucyd. 1. 5. Strabo l. l. et 7. p. 327. ubi laudat locum Homeri Il. π. 233. cf. Il. β. 840. sq. et Schol. Apollon. Rhod. 1. 14. 580. 906. De nominis Pelasgorum origine non spernenda videtur conjectura Car. Deninæ, Staats-und Gelehrten-Gesch. von Griechenland, T. i. p. 3. qui illud derivat a nomine πέλας, ut Nunnes. ad Phrynich. p. 40. ed. Pauw. a verbo πελάζειν, quod huc et illuc vagantes, mox ad hæc, mox ad alia loca accesserint. Guil. Frid. Hezel. üb. Griechenlands älteste Geschichte und Sprache, Weissenfels 1795. 8. dicit, eos fuisse partem Pelegitarum, qui circa Taurum primo consederint, deinde in Græciam migrarint. Alii deducunt a nomine πέλαγος, ita ut Pelasgi sint populi peregrini e regionibus maritimis advenæ: vid. præter Eustath. ad Il. β. p. 344. Cumberland in origg. gentium antiq. p. 231. (ed. germ. Magdeb. 1754. 8.) ubi ut ostendat, non rarum esse, quod inseratur vocabulis litera σ, laudat Salmasium ad Tertullian. de pallio p. 375. ed. Paris. 1622. 8. Add. Eustath. ad Odyss. α. p. 1393. 36. et Phavor. in v. δίσκος et ἴσθμα, it. Schol. Eurip. Phœn. 643. Omnino autem hic legendi sunt Geinoz sur l'origine des Pelasges avec l'hist. de leurs migrations, in Mémoires de literature T. xiv. p. 154—178. et T. xvi. p. 106—119. de la Nauze Mém. sur la différence des Pelasges et des Hellènes, ibid. T. xxiii. p. 115—128. Gibert diss. sur les premiers habitans de la Grèce, ibid. T. xxv. p. 1—16. Prideaux ad marmm. Oxonn. i. p. 366—392. ed. 2. Lond. 1732. fol. Jo. Jackson chronologische Alterthümer, aus d. Engl. übers. von Chr. Ernst von Windheim, (Norimb. 1756. 4.) p. 771. sqq. et Ill. Heynii commentat. de Græcorum origine e septentrionali plaga, quæ inserta est Commentatt. Soc. reg. Goetting. T. viii. et Ejusdem duæ commentatt. de Castoris epochis populorum, qui maris imperium tenuisse feruntur, quæ extant T. i. novar. commentatt. Soc. reg. Goetting. et T. ii.

[4] V. Hellanicus p. 69. Cf. Schol. Apollon. 3. 992.

[5] V. Thucyd. 1. 3. Aristoteles metaphys. 4. 28. λέγονται οἱ μὲν Ἕλληνες τὸ γένος, οἱ δὲ Ἴωνες, τῷ οἱ μὲν ἀπὸ Ἕλληνος, οἱ δὲ ἀπὸ Ἴωνος εἶναι πρώτου γεννήσαντος.

[6] V. Hesych. et Steph. Byz. in v. Ἑλλάς, Strabo 9. p. 431. sq. Eustath. ad Hom. Od. α. p. 1421. 46. Schol. Apollon. 1. 904. Schol. Hom. Il. ι. 395. Phavor. in v. Ἀχαιοὺς ἄρξωσιν.

[7] V. Dicæarchi βίος Ἑλλάδος, in Geographiæ veteris scriptoribus minoribus, ab Hudsono editis, Vol. ii. (Oxon. 1703. 8.) p. 21. sq. Verba ejus sunt: ἡ γὰρ Ἑλλὰς τὸ παλαιὸν οὖσα ποτὲ πόλις, ἀφ' Ἕλληνος τοῦ Αἰόλου (intell. πατρὸς) ἐκλήθη τε καὶ ἐκτίσθη, τῆς τῶν Θετταλῶν οὖσα χώρας—ἡ νῦν Ἑλλὰς ἐν Θετταλίᾳ ἦν, ὅτι ποτὲ ἦν, οὐκ ἐν τῇ Ἀττικῇ. Cf. Constantin. Porphyr. de themat. 2. 5. in Meursii opp. Vol. vi. p. 1456. sq.

[8] V. Clem. Alex. str. 6. p. 679. A.

[9] Nam ἔθνος illud Ἑλληνικόν, de quo potius, quam de Πελασγικῷ, etsi verba Strabonis 5. p. 221. contrarium suadere posse videantur, intelligendum arbitror locum Herodoti 1. 56. quia non Pelasgi, sed Ἕλληνες, Deucalioni ac Doro paruisse traduntur, illud igitur ἔθνος Ἑλληνικόν, quod primo, Deucalione regnante, Phthiotida Thessaliæ habitavit, tenuit deinde sub Doro, Hellenis filio, Deucalionis nepote, regionem circa Ossam et Olympum, Histiæotida dictam. Inde pulsum a Cadmeis, ad Pindum habitavit, et nominatum fuit Μακεδνόν. Cf. Wesseling. ad h. l. et Salmas. de Hellenistica p. 276. sq. et Anonymi Examen d'un passage d'Hérodote, concernant les Pelasges et les Hellènes; in Histoire de l'Acad. des Inscriptions T. xxv. p. 11—28. Unde autem Macedones nomen nacti sint, non eadem omnium traditio est. Constantinus Porphyr. de themat. 2. 2. p. 1453. Μακεδονία, inquit, ἡ χώρα ὠνομάσθη ἀπὸ Μακεδόνος, τοῦ Διὸς καὶ Θυίας τῆς Δευκαλίωνος, ὥς φησιν Ἡσίοδος ὁ ποιητής,

ἡ δ' ὑποκυσαμένη Διὶ γείνατο τερπικεραύνῳ
υἷε δύω, Μάγνητα, Μακεδόνα θ' ἱππιοχάρμην,
οἳ περὶ Πιερίην, καὶ Ὄλυμπον, δώματ' ἔναιον.

(quos versus non reperio in Hesiodi fragmentorum collectione) Ἄλλοι δ' ἀπὸ Μακεδόνος τοῦ Αἰόλου, ὡς Ἑλλάνικος, Ἱερειῶν (ita enim legendum est pro Ἱερῶν) πρώτῃ τῶν ἐν Ἄργει· Μακεδόνος Αἰόλου, οὗ νῦν Μακεδόνες καλοῦνται, μόνοι μετὰ Μυσῶν τότε οἰκοῦντες. v. Hellanici reliquiæ a me editæ p. 79.

[10] Plato in Cratylo T. i. opp. p. 421. C. D. ed. Steph. ἐν ἐπορισάμεθα —, φάναι, ὃ ἐὰν μὴ γιγνώσκωμεν, βαρβαρικόν τι τοῦτ' εἶναι. Εἴη μὲν οὖν ἴσως ἄν τι τῇ ἀληθείᾳ καὶ τοιοῦτον αὐτῶν· εἴη δ' ἂν καὶ ὑπὸ παλαιότητος τὰ πρῶτα τῶν ὀνομάτων ἀνεύρετα εἶναι. Διὰ γὰρ τὸ πανταχῇ στρέφεσθαι τὰ ὀνόματα, οὐδὲν θαυμαστὸν ἂν εἴη, εἰ ἡ παλαιὰ φωνὴ πρὸς τὴν νυνὶ βαρβαρικῆς μηδὲν διαφέρει. p. 409. E. ἐννοῶ ὅτι πολλὰ οἱ Ἕλληνες ὀνόματα, ἄλλως τε καὶ οἱ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις οἰκοῦντες, παρὰ τῶν βαρβάρων εἰλήφασι—ὅρα τοίνυν καὶ τοῦτο τὸ ὄνομα, τὸ πῦρ, μή τι βαρβαρικὸν ᾖ. p. 425. E. παρὰ βαρβάρων τινῶν τὰ πρῶτα ὀνόματα παρειλήφαμεν· εἰσὶ δὲ ἡμῶν ἀρχαιότεροι βάρβαροι. Per barbaros Plato videtur maxime Pelasgos intelligere. Si enim verum est, quod ab antiquis scriptoribus narrari vidimus, Pelasgos antiquitus et ante Hellenis adventum tenuisse Thessaliam, videtur non improbabiliter colligi posse, Hellenas statim ab initio multa vocabula multasque loquendi formulas in linguam suam e lingua Pelasgorum transtulisse, quippe a quibus Hellenas etiam deorum nomina accepisse scribit Herodotus 2. 50. et 52. quanquam postea Pelasgos Hellenum linguam didicisse constet. Pelasgos autem idem historicus 1. 57. et 7. 51. (coll. 7. 124. 8. 115. sq.) tradit pleraque Thessaliæ, Thraciæ, et Hellesponti loca habitasse, et linguam habuisse barbaram, et barbaros fuisse, et τὸ Ἀττικὸν ἔθνος vocat Πελασγικόν. Quodsi cum his contuleris, quæ Strabo 7. p. 321. refert (cf. Thucyd. 1. 6.), totam fere Græciam olim fuisse κατοικίαν βαρβάρων, et Atticam tenuisse Thracas, p. 327. autem, Epirotarum dialectum similem Macedonicæ fuisse, et quod idem Strabo (5. p. 221. 9. p. 397.), ut Herodotus (1. 57. 2. 51. 6. 137.), Pelasgos dixit Athenis fuisse (cf. Meurs. Cecrop. c. 5. Vol. i. opp. p. 406—408. et Attic. lectt. 6. 1. et 23. Vol. ii. p. 1251. sq. et 1291. D.): sequitur, opinor, verum esse, quod præeunte Platone dixi, (cf. quæ de Macedonum dialecto hanc in rem disputat Crophius antiq. Maced. 2. 5. 13. p. 79.) neque ullo modo, qualis vetustissima vel Hellenum vel Pelasgorum lingua fuerit, aut quando hi illis adscripti suam linguam dedidicerint, definiri a quoquam posse. Omnino dolendum est, lexicon Pelasgicum, quod Ant. Franc. Gorium edere voluisse constat, non perfectum fuisse.

[11] V. Salmas. de Hellenist. p. 409. sq. qui hoc inde demonstrare conatur, quod Orpheus, Musæus, Pherecydes, Hellanicus, et alii antiquissimi scriptores non dicantur Ionice, aut Attice, aut Æolice, aut Dorice, sed Græce, i. e. Ἑλληνικῶς sive Ἑλληνιστί, scripsisse. Quod quidem argumentum, etsi non admodum certum putabam, (v. paulo post not. 17—19.) non tamen infringi aut convelli posse arbitror loco Diodori Sic. 3, 67. ubi Orpheus, ut Linus et Pronapides, legitur in scribendo usus esse τοῖς Πελασγικοῖς γράμμασι. Nam Pelasgi videntur primi, et jam ante Cadmum, postquam semel Hellenum linguam didicerant, (qua de re cf. Salmas. l. l. p. 281.

eadem erat cum Attica, et Doricam s. Æolicam.[1] Nam terra Attica, ita dicta ab Atthide, Cranai filia,[2] cum aliis olim nominibus appellata fuisset,[3] primum Ionia vocata est ab Ione, Xuthi filio, Hellenis nepote,[4] et Æolicam ac Doricam dialectum priscis temporibus unam eandemque fuisse, præter Strabonis locum modo laudatum, etiam ex eo apparet, quod Pindarus Æolice se scribere dicit,[5] quem tamen veteres scriptores tradant usum esse Dorica dialecto,[6] vel communi.[7] Posteaquam vero Iones, vel inopia coacti,[8] vel ab Achæis s. Lacedæmonibus pulsi,[9] duce Neleo[10] eam regionis in Asia maritimæ partem, quam antea Cares et Leleges incolebant,[11] occupaverant, lingua eorum cum solo mutata fuit, et differre ab Attica cœpit. Hæc enim regio, in qua duodecim urbes condiderunt,[12] Ionia dicta fuit, et lingua eorum Ionica. Eadem ratione cum paulo ante etiam Æoles[13] in Asiam migrassent, ibique occupata regione, cui nomen antea fuerat Mysia, multas ad Hellespontum urbes condidissent,[14] tota illa regio nominata fuit Æolis, et nova dialectus orta est, quæ proprie dicebatur Æolica, cum antea, dum in Europa versarentur Æoles, eadem cum Doribus lingua usi fuissent.[15] Locorum enim diversitatem atque mutationem, ut commixtionem plurium populorum, magnam etiam invehere linguarum differentiam, quis ignorat? Ceterum hæc omnia propterea explicare studui, ut viam mihi munirem ad constituendam atque definiendam veram et propriam dialecti in universum spectatæ notionem.

§. 4. Ex iis enim, quæ dicta sunt, videtur satis intelligi posse, dialectum non esse posse neque dici, nisi constet, esse populum quendam, certis finibus circumscriptum et ab aliis populis separatum, qui tali loquendi ratione, quam dicimus dialectum, utatur. Quod quidem est unum ex iis, quibus dialecti naturam contineri atque censeri, non solum e præceptis veterum grammaticorum, verum etiam ex ipso nomine dialecti, apparet. Nam vocabulum διάλεκτος, quod proprie est adjectivum, derivatum a verbo activo διαλέγειν, h. e. discernere, significat discretum ac differentem.[16] Cum igitur ita positum legitur, ut indicet linguam, qua natio a natione discernitur,[17] constat intelligi debere vocabulum γλῶττα. Eodem modo efficitur illa notio, qua dialectus esse dicitur loquendi ratio ejusmodi, qua inter se discernuntur populi eadem lingua utentes. Atque hac notione utimur hoc loco. De qua eadem vocabuli vi præceperunt multi veterum grammaticorum, ut Gregorius l. l. p. 3. quo loco quamvis nunc legatur: διάλεκτός ἐστιν ἰδίωμα γλώσσης, ἢ διάλεκτός ἐστι λέξις ἴδιον χαρακτῆρα τύπου ἐμφαίνουσα:[18] tamen certissimam esse puto Kœnii post Salmasium[19] emendationem, qui pro τύπου legendum esse docuit τόπου. Nam non solum ipsa rei natura hanc lectionem confirmat, quoniam, ut ostendimus, nulla unquam dialectus reperta fuit, aut potuit reperiri, sine populo aliquo vel loco, cui illa familiaris esset, et quoniam e lectione τύπου sensus commodus elici nequit, cum χαρακτὴρ τύπου non nisi per ineptam tautologiam possit explicari,[20] verum etiam locus extat apud Clementem Alexandrinum,[21] in quo diserte legitur τόπου. Consentiunt item alii, qui ita dialecti naturam explicant, ut τόπου legi debere pateat in illo loco Gregorii.[22]

§. 5. Jam paucis quoque alterum illud, quod ad dialecti naturam pertinere putamus, videtur esse explicandum: nempe dialecti ingenium in singulorum magis quam in conjunctorum verborum diversitate cerni, quæ quidem totius alicujus populi vel civitatis communis sit, et quæ vel ex aliqua vocabuli ejusdem immutatione oriatur, per literarum et syllabarum transpositionem, additionem, detractionem, earundemque ut generum,

p. 404. sq. et passim) literarum figuras, quibus verba Gr. pingerent, invenisse. V. Montfaucon diss. de priscis Græcorum et Latinorum literis (ad calcem Palæogr. Gr. Paris. 1708. fol.) §. 18—24. p. 558. sq. et Villoison. proleg. ad Hom. Il. p. 57. sq.

[1] Strabo 8. p. 333. τὴν μὲν Ἰάδα τῇ παλαιᾷ Ἀτθίδι τὴν αὐτὴν φαμεν, τὴν δὲ Δωρίδα τῇ Αἰολίδι. [2] V. Strab. 9. p. 397.

[3] De quibus v. Herodot. 8. 44. et Strab. l. l.

[4] V. Herodot. l. l. et 1. 143. 7. 94. Strab. l. l. et p. 392. Eustath. ad Dionys. Perieg. p. 109. (ed. Henr. Steph. 1577. 4.) cf. Apollodor. 1. 7. 3. et Potter. ad Lycophr. 989. Ceterum Plato in Euthydemo T. i. opp. p. 302. D. et Steph. Byz. in v. Ἰωνία, dum Ionem faciant Apollinis filium, poetas videntur secuti esse, ut Euripidem in Ione.

[5] Olymp. 1. 164. v. Phavor. in v. Αἰολίδι μολπᾷ.

[6] Ut Pausan. 9. 22. p. 753. ed. Kuhn. et Suidas in v. Πίνδαρος, etiam Pindarus ipse Olymp. 1. 26.

[7] V. Jo. Grammaticus de dialectis p. 363. Ne vero quis miretur, communem Pindaro dialectum tribui, efficiet Jamblichi locus de vita Pythag. c. 34. §. 243. ubi Orpheum dicit scripsisse Dorica dialecto, quæ eadem fuerit vetustissima. Dorica enim dialectus videtur omnium minime recessisse ab antiqua lingua Hellenum. v. Maittaire introduct. in Gr. dialectos, et quæ ibi monui, p. 32. et 34. Certe ut alia, quæ e superioribus colligi possunt, argumenta taceam, Orpheus floruisse putatur 30. vel 40. ante bellum Trojanum annos. (v. Lambec. prodrom. hist. literar. 2. 4. 4.) Æolum autem migratio, ante quam Dores vel Thessaliam incoluerunt et Hellenica lingua usi videntur, vel ita Æolibus mixti vivebant, ut eorum lingua a lingua Æolum non diversa fuisse putanda sit, facta est annis fere 130. post expeditionem Trojanam. (v. Herod. vita Homeri c. ult.) Recte igitur Dorica dialectus videtur dici posse communis, cum hæc non alia sit, nisi antiqua Macedonica s. Hellenica.

[8] V. Thucyd. 1. 2. [9] V. Herod. 1. 145. Strab. 8. p. 333. Isocr. panegyr. cap. 34.

[10] V. Marmm. Oxon. 1. 42. Herod. 9. 96. Strab. 14. p. 633. Pausan. 7. 2. Ælian. V. H. 8. 5. cf. Callim. h. in Dian. 226. sq. ibique Spanhem. it. Apollon. Rhod. 1. 959. et Meurs. de fortuna Athen. c. 6. Vol. i. opp. p. 38—49. Ceterum nomen Nelei quomodo scribendum sit, Νηλεὺς an Νειλεὺς disputat Davis. ad Maxim. Tyr. 35. p. 623. Νειλεὺς scribitur v. c. apud Plutarch. de gloria Atheniens. c. 7. Sed Νηλεὺς rectius scribi hoc nomen, judicat etiam Brunck. lectt. in analecta p. 84. 97. 98. Fuit autem Codri filius. v. Hellanic. p. 52. [11] V. Herod. 1. 142. Strab. 7. p. 321. [12] V. Herod. 1. 142. 145. sq. cf. Vell. Paterc. 1. 4.

[13] Ita dicti ab Æolo, Hellenis filio. (v. Steph. Byz. in v. Αἰολία, et Apollodor. l. l.) Horum gens late fuit diffusa. Nam Græci extra Isthmum omnes, præter Athenienses et Megarenses et Dorienses Parnassi accolas, Strabonis etiam ætate dicebantur Æoles. (v. Strab. 8. p. 333.) Antiquis autem temporibus Bœoti quoque appellati fuerunt Æoles, et Thessaliam incoluere. v. Pausan. 10. 8. p. 816. De re ipsa v. Mela 1. 18. et Plin. H. N. 5. 30. [14] V. Herod. 1. 149. Strab. 13. p. 622. Vell. Paterc. l. l.

[15] Nempe ante migrationem illam, cum præter Ionas etiam Æoles ac Dores Peloponnesum incoluissent, mox pulsis ab Achæis Ionibus relicti in Peloponneso Æoles atque Dores, et invicem mixti sunt. (v. Strab. 8. p. 333.) Dores autem, qui Doro, Hellenis filio, nomen debere dicuntur, (v. Steph. Byz. et Apollodor. ll. ll.) octogesimo fere post Trojam captam anno deducti fuerant in Peloponnesum ab Heraclidis. v. Thucyd. 1. 12. cf. Strab. l. l. et Clem. Alex. stromm. 1. p. 327. B. et p. 336. B.

[16] Ne quis ineptam putet ac puerilem hanc et alteram de nominis γλῶττα ellipsi observationem: en causam. διάλεκτος enim a verbo medio διαλέγεσθαι, h. e. disserere, deductum, significat omnem omnino elocutionem et orationem, etiam sermonem atque colloquium. Sæpe sic legitur in Aristotelis libello de poet. ut c. 4. p. 32. ed. Harles. ἰαμβεῖα λέγομεν ἐν τῇ διαλέκτῳ τῇ πρὸς ἀλλήλους, pro quo c. 12. p. 174. dixit ἐν λόγοις. Hoc eodem capite ista vocabuli διάλεκτος vis apparet p. 166. et 172. it. ap. Clem. Alex. stromm. 7, p. 709. D. et Philon. l. 2. de legum allegg. t. i. p. 69. 33. fortassis etiam ap. Plutarch. de Is. et Os. c. 17. ubi Maneros dicitur esse διάλεκτος, h. e. vox, quæ deceat homines bibentes et epulantes. Sed alterius observationis utilitas apparebit ex eo, quod inveniuntur ap. veteres scriptores loci, in quibus φωνὴ potius quam γλῶττα suppleri recte possit. Aristoteles certe (hist. anim. 4, 9.) διάλεκτον definit τὴν τῆς φωνῆς τῇ γλώττῃ διάρθρωσιν, atque adeo dialectum intelligi vult de voce humana et articulata. Et Plutarchus in Coriolano c. 38. habet ἔναρθρον φωνὴν καὶ διάλεκτον.

[17] Ut in loco Clementis Alex. supra §. 1. not. 2. allato, apud Diodor. Sic. 1, 37. τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον. Strab. 6, p. 258. D. τῇ Λατίνῃ διαλέκτῳ. p. 277. D. τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον. Plutarch. in Antonio c. 27. τὰς γλώττας—ἑκάστοις χρῶσα καθ' ἣν ἐβούλετο διάλεκτον—τὴν Αἰγυπτίων διάλεκτον. Plura dixi ad Maittairii introductionem in Gr. dialectos p. xxxiii.

[18] Eodem modo legitur hæc definitio in ceteris grammaticorum veterum de dialectis libellorum editionibus, ut in Phavorini Vafini thesauro, cornu copiæ et hortis Adonidis, (qui liber prodiit ap. Aldum, Venet. 1496. fol.) fol. 236. et 243. in Joannis Grammatici de dialectis libello p. 363. etc.

[19] In commentar. de hellenist. p. 62. 156. 430. ubi simul probabilem causam affert, cur grammatici recentiores—nam vetustissimorum hac de re præcepta interierunt—antiquam definitionem mutaverint, quia nimirum nullus ipsorum ætate locus erat, nulla gens, cui peculiariter tribui posset dialectus illa, quæ dicitur communis, quam tamen et ipsam comprehendere definitione vellent.

[20] Nam τύπωμα apud Eurip. Phœn. 165. in Scholiis Cantab. explicatur nomine χαρακτῆρα.

[21] Stromm. 1. p. 338. B.

[22] Clem. Alex. stromm. 6. p. 678. B. διάλεκτον ὁρίζονται λέξιν ἐθνικῷ χαρακτῆρι συντελουμένην, et ibidem paulo ante, διάλεκτος, inquit, λόγοι τινὰ ἐμπεριέχουσα, ἐθνικὸν ἐμφαίνουσα χαρακτῆρα. Schol. Aristoph. ad nub. 317. διάλεκτός ἐστι φωνῆς χαρακτὴρ ἐθνικός. Χαρακτὴρ autem ἐθνικὸς quin fere idem significet, quod χαρακτὴρ τόπου, nemini putamus dubium fore.

numerorum, casuum, modorum, temporum, spirituum, accentuum, permutationem, atque per notionum vocabulis subjectarum differentiam, vel ex alius omnino vocabuli usu, quo populus aliquis eandem rem significare soleat, quæ ab alio populo significetur alio.[1] Nam cum tanta sit in hominibus sentiendi cogitandique diversitas, ut nemo fere eadem plane cum aliis ratione fingat et conjungat notiones a sensibus menti oblatas et ratiocinando perfectas: facile intelligitur, cogitari nequaquam posse totum aliquem populum, qui eodem omnino modo et ordine, quo alius ejusdem gentis populus, verba animi sententiam declarantia collocet atque componat. Et quanquam quædam verborum compositiones atque structuræ, quæ σχήματα λόγου vocantur a grammaticis, inveniuntur magis alicui dialecto usitatæ ac pœne peculiares fuisse, quam alii:[2] tamen cum paucissimæ fuerint, non dignæ videntur, quibus, vel per se et solis, vel saltem præcipue, distinguatur aliqua dialectus ab alia, quam tali syntaxi constet caruisse. Dialectus igitur, quam ex iis, quæ a nobis disputata sunt, intelligi potest recte dici idioma linguæ certo quodam in loco et apud certum quendam populum, qui illo distinguatur ab aliis populis atque locis, usitatum, cujus omnis proprietas in verbis singulis potissimum posita sit, non in conjunctis,[3] differt a stylo et γλώττῃ. Stylus enim est forma loquendi singulorum quorundam hominum propria, et γλῶττα, quod vocabulum etiam aliter usurpari scio,[4] cum quidem dialecto opponitur, significat linguam, qua in universum tota aliqua utitur gens, ita ut singuli gentis illius populi ac civitates pluribus vel paucioribus linguæ ejusdem mutationibus efficiant non novas linguas, sed linguæ communis differentias, quas dialectos appellari vidimus. Dialectus enim semper similitudinem aliquam servat ejus linguæ, cujus ipsa quasi filia et propago est. Quapropter vel ipso Strabone auctore,[5] non plures proprie quam quatuor numeratæ sunt Græciæ dialecti, quanquam sequentibus temporibus addita fuit a grammaticis quinta, διάλεκτος κοινὴ s. Ἑλληνική,[6] quæ scilicet proprie quidem reliquarum quasi mater et Hellenibus antiquis peculiaris fuisset, sed extincto posthac priscæ Hellenum gentis nomine, ne digna quidem judicata a Strabone, quæ dialectus appellaretur, quia quatuor illi populi, ex vetusta gente Hellenica orti, in universum quidem nondum illa uti desierant, sed ita eam flexerant variis modis atque mutaverant, ut novis nominibus significanda videretur, prout singuli populi consensissent de ea mutanda. Sed nec singulæ tantum nationes et regiones peculiarem sibi quæque dialectum vindicarunt, verum etiam civitates singulæ, insulæ, atque loca. Et illius quidem generis dialecti, quæ, ut diximus, non nisi quatuor ab antiquis numeratæ fuerunt, commode vocantur ἐθνικαὶ vel γενικαί,[7] hæ τοπικαὶ s. ἰδικαί. Inprimis autem Doricæ dialecti multæ fuisse leguntur ὑποδιαιρέσεις τοπικαί,[8] cujus generis sunt dialecti Lacedæmoniorum,[9] Cypriorum,[10] Syracusanorum,[11] Sicyoniorum,[12] Siculorum,[13] Tarentinorum,[14] Amyclæorum,[15] Eretriensium,[16] et aliæ,[17] quarum glossæ nonnullæ explicantur in lexico Hesychii, et in aliorum grammaticorum veterum libris.

§. 6. Quæ cum ita sint, neminem opinor admodum esse miraturum, qui me statuere legerit, fuisse etiam aliquando peculiarem aliquam dialectum Alexandrinam. Nam linguam quidem Gr. jam a Psammiticho in Ægyptum invectam fuisse docet Herodotus,[18] qui sua quoque ætate superfuisse dicit, qui ex illa Psammitichi institutione linguam Gr. callerent, ejusque agerent interpretes. Quod linguæ Gr. in Ægypto studium num post Herodoti tempora viguerit, an perierit, equidem dijudicare non audeo; non tamen omnino linguæ illius scientiam sequentibus temporibus evanuisse, verisimile videtur ex eo, quod philosophi Græci discendi causa se in Ægyptum contulisse leguntur,[19] e quorum consuetudine non absurde putantur Ægyptii hausisse aliquam Gr. ling. cognitionem. Etsi enim Ægyptii non solum Pythagoræ temporibus ita sibi abstinendum putabant a consuetudine cum Græcis, ut illi non nisi amputato præputio liceret cum Ægyptiorum prophetis familiariter congredi,[20] verum etiam hic idem mos ab iis in communi vita diligenter servabatur Herodoti ætate:[21] tamen hic ipse historicus profitetur,[22] inde a Psammitichi temporibus certiora se de rebus Ægyptiorum narrare posse propterea, quod Græci, Cares, et Iones, qui scilicet accurate omnia consignarent, admixti illis fuerint, et alio loco[23] narrat, Amasin regem adeo studiosum Græcorum fuisse, ut Græcis in Ægyptum venientibus Naucratin oppidum daret habitandum, et feminam Gr., Ladicen, uxorem duceret. Unde saltem apparet, non plane abstinuisse Ægyptios a consuetudine Græcorum. Sed utut sit, nostra non magnopere hoc loco interest. Ad seriora tempora descendendum videtur. Postquam enim Alexander Macedo magnam terrarum orbis partem, ipsamque adeo Ægyptum, victricibus armis subegerat et occupaverat, quam facile et pœne necessarium fuerit, ut linguæ Gr. studium ubique vehementer augeretur, nemo non intelligit, imo ita inter omnes hac de re constat, ut agere rem actam nolimus. Nobis potius ostendendum est, Alexandrinos quoque non solum Gr. locutos esse,[24] verum etiam peculiari Gr. ling. dialecto usos.

§. 7. Scilicet quæ jam supra §. 1. breviter tradidimus de colonis Alexandriam deductis, ea paulo uberius ex iisdem, quos ibi laudavimus, scriptoribus narrata rem optime videntur posse illustrare. Alexander enim non tantum pari cum Macedonibus jure uti permisit Judæos in urbe nuper condita Alexandria, sed etiam regi

[1] Cf. Jo. Grammat. in laudato libello p. 365. ubi hæc leguntur: γίνεται δὲ ἡ διάλεκτος τριχῶς· κατὰ ὅλου ὀνόματος ἀλλαγήν,—κατὰ μέρος τι, ἤτοι κατὰ πρόσθεσιν, ἢ κατὰ ἀφαίρεσιν, ἢ κατὰ μετάθεσιν,—κατὰ συμβιβασμὸν, ἤτοι κατὰ προσῳδίαν, ἢ κατὰ πνεῦμα.

[2] V. Lesbonax περὶ σχημάτων, quem libellum cum Ammonii de affinium vocabulorum differentia libello edidit primus Valckenarius, Lugd. Bat. 1739. 4. p. 175—188. cf. Salmas. l. l. p. 146—148.

[3] V. Salmas. l. l. p. 84.

[4] Interdum enim, ut hoc obiter indicemus, γλῶττα significat vocabulum aliquod peregrinum, vel antiquis tantum auctoribus, maxime poetis, usitatum, atque adeo ignotum vulgo et obscurum. v. Pollux 2. 109. Aristot. poet. 21. p. 154. c. 22. p. 164. 166. 170. 174. Clem. Alex. stromm. 1. p. 338. C. Plut. l. l. c. 61. de Pythiæ oraculis c. 24. et 28. Athen. 10. p. 479. A. Aristot. rhetor. 3. 3. 2. sq. Plura dabunt Maussac. in diss. crit. ad Harpocrat. p. 387. sqq. (ed. Vales. Lugd. Bat. 1683. 4.) Gataker. ad Antonin. Philos. 4. 35. aliique, quos laudat Burman. ad Quintil. 1, 1. p. 23.

[5] 8. p. 333. Quare nec ego, quanquam id opinatus est vir doctus in Leipz. Literat. Zeit. 1807. Nr. 74. probare ullo modo aut admittere hanc dialectum quintam in animum induxi: quod cuique, qui diligenter legerit, quæ ad Maittairii introduct. in Gr. dialectos p. xxx. adnotavi, facile apparebit.

[6] V. Ge. Guil. Kirchmaieri diss. de dialecto Græcorum communi, Viteb. 1709. 4. Clem. Alex. str. 1. p. 338. B. et infra §. 8.

[7] Auctore Clem. Alex. str. 1. p. 338. B. et p. 339. A.

[8] V. Gregor. l. l. p. 135. et Jo. Grammat. l. l. p. 380.

[9] V. (Jo. Gottfr. Hauptmanni) programma de Laconica dialecto, Geræ 1776. 4. inprimisque Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 257—293.

[10] V. Aristot. poet. c. 21. p. 154.

[11] V. Schol. Theocrit. idyll. 4. 23.

[12] V. Schol. Apollon. 2. 1176.

[13] V. Schol. Theocrit. idyll. 5. 25.

[14] V. Etymol. M. in ἀγάλλεις, ἀπμώτας, βακίας, etc.

[15] v. Schol. Theocr. ad inscript. idyll. 12. et ad ejusdem idyllii v. 13.

[16] v. Plat. Cratyl. T. I. opp. p. 434. C. et Strab. p. 448. et Maittaire l. l. p. 196. sq.

[17] v. Fischeri animad. ad Welleri grammat. Gr. Spec. I. p. 45—56. et Maittaire p. 350—378. ubi etiam emendatius edidi opusculum grammatici alicujus, quod inscriptum est Ἰδιὰ τῶν πόλεων.

[18] 2. 154. Quin Clem. Alex. str. 1. p. 343. D. Mosen jam a Græcis in Ægypto commorantibus τὴν ἐγκύκλιον παιδείαν edoctum fuisse narrat e Philone (de Mose, T. II. p. 83. 41.)

[19] Sic Plato geometriam in Ægypto didicisse fertur apud Clem. Alex. protrept. p. 46. A. cf. str. 1. p. 302. D.

[20] v. Clem. Alex. stromm. 1. p. 302. C.

[21] v. Herodot. 2. 41. 78. 91.

[22] 2. 154.

[23] 2. 178. 181.

[24] Nam de hoc quidem satis constat. v. Casaub. ad Athen. 12. 10. p. 849. 31. et nos statim §. 7.

ab ethnarcha quodam, h. e. principe Judæo, qui judicia haberet legesque populo suo daret, ut perfectæ et propriæ reipublicæ rector, et Ptolemæi, Alexandri in Ægypto successores, locum adeo proprium et ab aliis ejusdem urbis regionibus separatum iis assignarunt, eosque appellari permiserunt Macedonas. Hi ipsi autem Judæi vocabantur etiam simpliciter Alexandrini,[1] quo nomine eos recte appellari putabat Josephus, ita ut, si quis id miraretur, ἀπαιδευσίας esse diceret, quia etiam in aliis barbarorum urbibus habitantes Judæi, simpliciter et neglecta Judæorum appellatione, eodem, quo inquilini, nomine insignirentur. Certum igitur est, Judæos istos peculiarem quodammodo certisque finibus circumscriptum et ab aliis populis distinctum populum Alexandriæ fuisse, neque adeo dubitari potest, quin eorum lingua dici recte dialectus possit.

Jam est videndum, Hebraicane lingua uti perrexerint, an hac neglecta didicerint Græcam. Et hoc quidem probabilius mihi videtur altero. Nam etsi Josephus diserte dicit, Judæis a regibus Ægypti locum aliquem Alexandriæ proprium datum fuisse propterea, ὅπως καθαρωτέραν ἔχοιεν τὴν δίαιταν, ἧττον ἐπιμισγομένων τῶν ἀλλοφύλων, tamen hæc verba vehementer dubito an ad linguam etiam sint referenda. Certe vel ex eo, quod Macedonas et Alexandrinos simpliciter eos nominari licebat, videtur colligi posse, cum patriæ gentis nomine linguam etiam patriam eos maximam partem abjecisse; neque eos ita distinctos fuisse a reliquis colonis, Ægyptiis, Macedonibus, aliisque haud dubie Græcis,[2] quin ex usu quotidiano et commercio multa, quæ proprie reliquorum essent, inprimis vero Macedonum, gentis imperantis, linguam, sibi vindicarent, intelligi facile potest ex insigni Judæorum mercaturæ et lucri studio, et ex eo, quod nostris quoque temporibus fieri videmus, ut populi etiam diversissimi, modo eandem urbem incolant, gentis dominantis atque primariæ linguam, sua pœne abjecta, facile addiscant. Quanquam igitur probabile esse puto, colonos illos ita inter se mixtos fuisse in urbe et agro Alexandrino, ut et nomine eodem insignirentur cuncti, et linguam haberent, mixtam illam quidem atque temperatam e singulorum dialectis, sed pœne eandem: tamen sic quoque videtur in nonnullis diversa fuisse Judæorum et Macedonum in eadem urbe habitantium loquendi ratio. Judæi enim haud dubie multa in Macedonicam linguam intulerunt verba Hebraica et Syriaca, inprimis structuram verborum ad Hebraicæ linguæ ingenium formatam.[3] Quæ tamen differentia vel non adeo magna erat, vel ad Hebraicae potius quam ad Gr. ling. naturam pertinere existimabatur. Unde factum est, præsertim cum tali dialecto Alex. perpauci libri scripti essent, ut minus innotesceret grammaticis tanquam peculiaris et a Maced.-Alexand. diversa dialectus. Ea enim dialectus Alex. de qua peculiares olim libri extabant,[4] et quæ sæpe commemoratur a grammaticis, quorum locos infra afferemus, videtur omnibus Alexandriæ civibus communis fuisse, ita ut qui plenam velit et perfectam ejus ideam habere, ei partes, e quibus composita esset, cognoscendæ sint singulæ. Quare quæramus ante omnia de Maced. dialecti natura, e qua maxime atque Ægyptia ortam putamus Alexandrinam.

§. 8. Omnino autem dubitari non potest, quin Macedonum lingua vetustior distinguenda sit ab eorundem recentiori. Hoc enim non solum ipsa rei natura satis declarat, qua quælibet lingua, quamdiu populo alicui usitata, et quasi viva est, multis modis mutatur atque variatur, emendatur, emollitur, expolitur, verum etiam ceterarum Græciæ dialectorum exemplum, quarum Atticam quidem duplicem fuisse, et antiquam a nova distingui debere, multi viri docti ostenderunt.[5] De Dorica idem statuendum esse apparet e grammatici cujusdam verbis his: [6] ἰστέον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νέᾳ· δύο γάρ εἰσι, παλαιὰ, καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχεῖά τις ἐστι· ἡ δὲ νέα, ᾗ καὶ Θεόκριτος χρῆται, μαλθακωτέρα καὶ εὐκολωτέρα. Quin etiam Ionicam duplicem fuisse, intelligitur ex Apollonii Rhodii Scholiasta.[7] Hoc idem autem de Macedonica quidem dialecto demonstrant, quæ nobis supersunt, linguæ istius vocabula, quæ liquido apparet alia vere et proprie Gr. et ad veterem Hellenum linguam referenda esse, alia ex aliorum populorum linguis, inprimis Persarum, Syrorum, Hebræorum, Ægyptiorum, aliorumque, quibuscum Alexandri ejusque successorum temporibus versati sunt Macedones, derivari debere. Collegi utriusque generis non pauca. Sed cum e priori genere pleraque prorsus inusitata esse reperiantur, quanquam ex iis quoque plurima Orienti deberi nobis persuasimus, rejecimus ea ad calcem hujus paragraphi. Alterius generis exempla nonnulla statim in margine adjeci.[8]

[1] v. Tiberius Claudius Cæsar ap. Joseph. archæol. 19. 5. 2.

[2] Plura eam in rem ac certiora videmur allaturi fuisse, si superessent libri 10, quos scripserat περὶ τῶν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Callinicus, cognomine Sutorius, sophista, (de quo v. Suid.) et Callixeni Rhodii opus περὶ Ἀλεξανδρείας, quod laudat Athenæus 5. p. 196. A. et 9. p. 387. D. et Apollonii Rhodii κτίσις Ἀλεξανδρείας, qui liber laudatur a Schol. Nicandri ad theriac. p. 6. ed. Morell. Paris. 1557. 4.

[3] Talem Hebraismum dialecto Macedonico-Alexandr. illatum detexisse mihi videor in Ptolemæi Euergetis monumento Adulitano, ap. Chishull. antiquitt. Asiatt. p. 78. ubi insolens verborum structura, quæ conspicitur in his: ἔχω τὴν μέγιστον θεὸν μου Ἄρην εὐχαριστίαν, explicari fortassis possit ex ea Hebræorum consuetudine, qua nominibus, quæ a verbis derivata sunt, eundem jungere solent casum, qui jungitur verbis, a quibus ducta sunt, ut 2 Sam. 3. 11. מִירְאָתוֹ אֹתוֹ etc. Vitavit hanc structuræ duritiem auctor libri 2 Maccab. 3. 33. τῷ ἀρχιερεῖ χάριτας ἔχε. quæ est Attica loquendi ratio. v. Anonym. Atticista de Atticismis, in Villoisonii anecd. Gr. t. II. p. 80. Sic Hebraismus est in Inscript. Roset. lin. 10. ubi Ptolemæus vocatur ὑπάρχων θεὸς ἐκ θεοῦ. Et lin. 19. Ἑρμῆς ὁ μέγας καὶ μέγας. Nihil tamen affirmari hic potest. Nam, ut de primo saltem exemplo dicam, etiam Attici reperiuntur insolentiore illa nominum structura non raro usi esse, ut Plato apol. Socr. T. I. opp. p. 30. A. τὴν ἐμὴν τῷ θεῷ ὑπηρεσίαν. Phæd. T. i. p. 109. A. τὴν ὁμοιότητα τοῦ οὐρανοῦ αὐτοῦ ἑαυτῷ. Timæ. T. iii. p. 46. A. τῆς—τοῦ πυρὸς ἑκατέρου κοινωνίας ἀλλήλοις. Epist. 8. T. iii. p. 354. E. ἡ θεῷ δουλεία. v. Fischer. ad Plat. Euthyphr. 17. 5. Apol. Socr. 18. 10. maximeque quos laudat ad Phæd. 38. 4. In Thucydide itidem sunt multæ formulæ quæ Hebraismum redolere videantur, collectæ in Car. Ludov. Baueri diss. de lectione Thucydidis optima interpretandi disciplina, Lips. 1753. 4. inprimis p. 73. sq. Quin nec Latini illius generis structuram horrent. Sic Cic. de legg. 1. 15. justitia est obtemperatio scriptis legibus institutisque populorum. Cæsar B. G. 1. 5. 3. domum reditio. v. Jo. Buxtorfii thes. grammat. ling. Hebr. 2. 3. 3. p. 369. ed. 4. Phil. Parei mantissa lexici critici p. 183. Duker. ad Thucyd. 5. 46. 8. 21. Wesseling. ad Herod. 7. 15. Valcken. et Porson. ad Eurip. Phœn. 948. Sed nec secundi exempli similia desunt in Atticorum libris. Apud Plat. enim Alcib. 1. T. II. opp. p. 121. A. et Xenoph. Ages. 1, 2. sunt βασιλεῖς ἐκ βασιλέων. Tertium vero, ὁ μέγας καὶ μέγας, pro ὁ μέγιστος, haud dubie originem debet linguis Orientis. v. vel Vorst. de Hebraismis N. T. 12. 2.

[4] Nam et Irenæus, qui idem Latino nomine Pacatus vocabatur, grammaticus Alexandrinus, scripserat ll. 7. περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων διαλέκτου, eamque ex Attica derivaverat, (v. Etymol. M. in v. κυλλήβην, Suid. in v. Εἰρηναῖος et Πάκατος) et Demetrii Ixionis, Adramytteni, περὶ Ἀλεξανδρέων διαλέκτου opus laudatur ab Athenæo 9. p. 393. B. Vixit iste Demetrius temporibus Aug. Cæsaris. v. Suid. in v. Δημήτριος, et Menag. ad Diog. Laert. 5. 84.

[5] Ut Henr. Stephanus de dial. Att. p. 235. Taylor. præfat. ad indic. in Lysiam extrema, Bernardus ad Thom. Mag. p. 579. cf. Valckenar. ad Eurip. Phœn. p. 22. et Pierson. præfat. ad Mœr. p. 26. sqq. et Fischer. ad Weller. Spec. 1. p. 41—43. qui tres fuisse dicit hujus dialecti ætates, quarum primam terminarit Ionum in Asiæ oram migratio, secunda inde pertinuerit usque ad belli Peloponnesiaci tempora, tertiæ finis in ætatem Philippi et Alexandri M. inciderit.

[6] Quæ leguntur in editione Theocriti Romana, quam Zach. Calliergus curavit 1516. 8. post argumentum idyllio primo præfixum. Unde non erat, quod virgula quadam divina se incidisse putaret Andr. Schottus (obs. humann. 2. 50.) in codicem aliquem MStum, in quo fere eadem legerentur. Quam codicis istius notam cum etiam Maittaire in introductionem in Gr. dialectos p. XLI. transcripserit, non video, quomodo vir doctus in Leipz. Literat. Zeit. 1807. Nr. 74. dicere potuerit, in libro Maittairiano præteritam esse dialecti Doricæ diversitatem.

[7] 1. 993. 1081. ad vocabulum ἄλλοι· τῆς πατρίας Ἰάδος τὸ ἄλλοι. v. Fischer. l. l. p. 39. sq. et Maittaire l. l. p. XXXVI. et p. XXXIX. not. 1. et 5. Unde nec duplicem dialectum Ionicam prætermissam a Maittairio fuisse patebit.

[8] Arcadius, grammaticus ineditus, apud Spanhem. ad Callim. h. in Del. 150. καῖος, inquit, παρὰ Μακεδόσιν οἰωνός. Spanhem. illud ex Arabica lingua derivat. Sed potior mihi videtur Jungermanni (ad Polluc. 10. 12.) ratio, qui legi jubet σκαῖος, quo vocabulo

Nunc paulo accuratius describenda videtur ipsa dialecti Macedonicæ natura. Et antiquissimis quidem temporibus valde verisimile est eam vel plane non, vel certe parum diversam fuisse a Dorica.[1] Quæ ejus facies atque forma quam diu duraverit, et quando mutata fuerit, mihi quidem non liquet. Cum vero post Alexandri M. tempora turbatæ fuissent Græciæ dialecti omnes, ita ut ne Attica quidem discerni satis a Macedonica posset,[2] cumque adeo, non quidem Macedonica vera et antiqua, tanquam reliquarum omnium mater, sed ea, qua Græci omnes, et indocti in vita communi sermonibusque quotidianis, et docti etiam in scriptis uterentur, τῆς κοινῆς fere nomine insigniri cœpta fuisset,[3] Macedonicæ nomine appellata fuit alia quædam lingua, quæ et ipsa quin a Macedonibus invecta sit non dubitamus, sed quam pro barbara fere habendam putabant Græci, non solum propter insignem et nimium[4] peregrinorum et barbarorum, obsoletorum item vel novorum, vocabulorum usum, verum omnino propter diversam a reliquorum Græcorum oratione loquendi rationem ac formam, quæ vel in eo cernebatur, ut vocabulis notiones sive ob vetustatem sive ob novitatem inusitatæ tribuerentur;[5] vel aliis modis apparebat. Macedones enim non solum et vocales,[6] et consonantes,

Hesychio et Phavor. auctoribus, usus est Alexander in epistolis, et quo significabatur apud Macedonas ἀρχή τις, τεταγμένη ἐπὶ τῶν δικαστηρίων. Hemsterhus. ad Poll. 10. 16. illud bene derivat ex Hebr. שׁקד, quod etymon eleganter certe convenit cum boni magistratus notione.—βατιάκη et diminutivum βατιάκιον fuit Περσικὴ φιάλη, auctore Athenæo in fragmento, quod Casaub. in animadv. p. 784. edidit, sive T. IV. ed. Schweighäus. p. 223. ubi ex Alexandri M. epistolis memorantur βατιάκαι ἀργυραῖ κατάχρυσοι. Cf. Aristot. mirab. auscult. c. 50. et Diphilus ap. Ath. 11. p. 484. E. item p. 496. B. ubi βατιακίου iterum mentio, ut p. 480. A. ex mente Hemsterhusii ap. Albert. ad Hesych. p. 706, qui uberius de batiaca disputat. Utraque forma rursus extat ap. Athen. p. 497. F. et βατιάκιον fortasse pro βατιακὶν reponendum est ap. Poll. 6. 96. Quod autem ad originem attinet, recte cum Bocharto (hieroz. T. II. p. 878. ed. Lugd. Bat. 1692.) comparari potest Chaldaicum אבטיח, ut cucurbitæ similis fuisse intelligatur βατιάκη. Nisi malis a בת derivare, mensura liquidorum, βάτος, βατία.—ἰζίλα, quod Hes. et Phav. dicunt in Macedonum lingua significare ἀγαθῇ τύχῃ, Seldenus (de diis Syris 1. 1.) derivat a nomine Chaldaico גול, cujus status emphaticus est גולא.—Ex eadem lingua Chaldaica repetendum videtur vocabulum ἀττὰ, quo utebantur Macedones juniores in appellandis senioribus, si quidem recte cepi verba Etymol. M. in v. ἄττα, (Cf. Maittaire dialectt. p. 365.) quod Heinsius (proleg. in Aristarch. sacr. p. 665.) derivat e formula אתה הוא, qua utuntur in precando Judæi, et Schol. Homeri (Il. ι. 603.) Thessalorum esse dicit. Cf. Jac. Rhenferd epist. de origine et significatu vocis ἄττα, Franeq. 1688. 4. et in ejus operibus philologicis, Traj. ad Rhen. 1722. 4. editis, p. 822—827. quæ tamen parum illustrat. ἀττὰ igitur (de quo alio modo exponit Spanhem. ad Callim. h. in Dian. 6.) videtur mihi ortum esse ex אבא. Neminem enim movere debet literarum mollium in duras mutatio. Certe non repugnat analogiæ. Sic et βατάνιον dicitur, et πατάνιον. (v. Athen. 4. p. 169. D.) Sic ex ἑπτὰ fit ἕβδομος. (v. Phav. in v. ἑπτά.) Sic Ezech. 30. 17. pro Hebr. פי־בסת in versione Alex. est Βουβάστου. Cf. Jablonski panth. Ægypt. 3. 3. p. 82. Sic κίτρια appellata esse a cedro, quasi κέδρια, suspicari non dubitat Phanias Eresius ap. Athen. 3. p. 84. D. Cf. Dan. Fesselii adversaria sacra T. II. p. 357. πάρνος, quod, Hesychio et Phavorino auctoribus, aquilam significat, Jo. Andr. Danzius in Literatore Ebræo-Chaldæo (Jen. 1715. 8.) p. 30. bene dicit ortum esse ex Hebr. פרס.

[1] V. supra p. clvii. not. 9. et clviii. n. 7. et quæ ad calcem hujus paragraphi, in collectione vocabulorum Macedonicorum, de nomine κεράσιον dixi. Sic alii grammatici (v. p. clxii. not. 2.) Macedonas præcipiunt δ usurpare pro θ, alii (in hortis Adon. fol. 77.) θ καὶ δ εἰς ἄλληλα τρέπειν Αἰολεῖς εἶναί φασι.—Dores transponebant literas, ut βάρδιστος pro βράδιστος: (v. Gregor. l. l. p. 156.) idem fecisse Macedonas, mox apparebit, p. clxii. not. 5.—A Megarensibus, qui quin fuerint Dorienses, non dubium esse potest, (v. Aristot. poet. c. 3. p. 18.) pocula dici γυάλας, Philetas auctor est ap. Athen. 11. p. 467. C. Sed a Macedonibus ita dicta fuisse docent Hesych. (qui tamen habet γυλλὰς,) et Etym. M. in h. v.—Luculentissimum autem hujus rei exemplum est nominum masculini generis in ης desinentium, ut ἱππότης, ἱππηλάτης, κυανοχαίτης, νεφεληγερέτης, μητίετης, ἀκακήτης, εὐρύοπα, βαθυμήτης, Θυέστης, κυανοχαίτης, etc. forma nominativi in α, quam alii, ut Jo. Diaconus ad Hesiod. p. 206. et Jo. Tzetzes ad eund. p. 135. it. Schol. Theocr. idyll. 8. 30. Doricæ dialecto, Eustath. ad Il. α. p. 75. et antiqui scriptores ap. Phavor. in v. μεταπλασμὸς et μητίετα, Æolicæ et Bœoticæ, Jo. Lascaris 3. p. 178. præter has Thessalicæ, tribuunt, alii, ut Apollon. de syntaxi p. 213, 22. ed. Frcf. 1590. 4. et Eudæmon Pelusiota ap. Eustath. ad Od. γ. p. 1457, 19. Macedonicæ. Cf. Maittaire p. 235. sq.

[2] Dorotheus Ascalonites ap. Athen. 14. p. 662. F. auctor est, τὴν ματτύην, h. e. πᾶν τὸ πολυτελὲς ἔδεσμα, (v. p. 663. B.) proprie quidem Thessalorum s. Macedonum (v. p. 664. B.) inventum esse, (cf. Poll. 6. 70. apud quem tamen legitur ματύλλη,) sed ἐπιχωριάσαι καὶ ταῖς Ἀθήναις κατὰ τὴν Μακεδόνων ἐπικράτειαν. Athenæus (3. p. 122. A.) diserte, Μακεδονίζοντας, inquit, οἶδα πολλοὺς τῶν Ἀττικῶν διὰ τὴν ἐπιμιξίαν. v. Pierson. ad Mœrid. p. 349. sq. Inde factum videtur, ut Menander, Atheniensis quidem, sed quem Demetrio Phalereo, qui a Cassandro, Macedoniæ rege, tyrannus s. ἐπιμελητὴς datus esset Atheniensibus (v. Paus. 1. 25. p. 60.), postea vero diu Alexandriæ apud Ptolemæum Lagidam versatus (v. Diog. Laert. 5. 76. 78. et Perizon. ad Ælian. V. H. 3. 17.) in deliciis fuisse vel pueris constat (v. Phædr. 5. 1. et Salmas. de hellen. p. 110.), a Phrynicho passim dicatur orationi suæ Macedonica immiscuisse, (v. in fine hujus paragraphi) plane ut Æschylus, in Sicilia versatus, Sicula. (v. Athen. 9. p. 402. C.) Hinc etiam ap. Phavor. in v. κλητικὰς illa nominum in ης forma nominativi in α dicitur esse Atticorum. Villoisonus tamen in præfatione ad nov. vers. Gr. Proverbiorum etc. (quam supra §. 1. not. 3. memoravi) p. XXII. auctor est, in quibusdam remotis et fere inaccessis Græciæ angulis nonnulla etiam nunc dialectorum servari vestigia. Cf. quæ idem scripsit in prolegomenis ad Hom. Il. p. XLIX. sq.

[3] Phavor. in v. κλῦθι, e Moschopulo ad Hesiod. p. 10. extr. ἐπὶ τῇ κοινῇ καὶ ἡ ποιητικὴ ἐρείδει καὶ ἡ Ἀττικὴ γλῶττα, καὶ αἱ ἄλλαι, αἷς μάλιστα χρῶνται οἱ ποιηταί. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ κοινὴ λέγεται, ὅτι μετέχουσιν αἱ ἄλλαι αὐτῆς. κοινὴ γὰρ, οὗ μετέχουσι τοὐλάχιστον δύο. et quæ plura sequuntur. Cf. Salmas. de hellenist. p. 405. sqq. et Fischer. ad Weller. Spec. I. p. 31. sq. it. Bentl. opusc. p. 480. ed. Lips. E quo factum est, ut grammatici ad interpretanda vocabula Attica, vel etiam obscuriora, uterentur vocabulis, quæ petita essent e lingua Macedonica nova, h. e. communi, quam omnes omnino Græci intelligerent. Sic Suid. v. ἀγυιαί (ut Schol. Eurip. Orest. 758. et Eustath. ad Hom. Il. β. p. 166. qui diserte ait, ῥύμην ita dici κοινῶς.) explicat vocabulo ῥύμη, Phavor. κάστρον per παρεμβολὴ, et, in v. κίθυρος, βέρεθρον per ζέρεθρον, etc.

[4] Modicus enim talium usus vix effecisset, ut Macedonica dialectus a reliquis separaretur, quoniam, auctore Eustathio, (ad Od. α. p. 1854, 35.) omnino γέμει διὰ τὰς ἐπιμιξίας μυρίων ἐθνικῶν λέξεων ἡ Ἑλλὰς γλῶσσα. cf. Athen. 3. p. 121. F. Ceterum non modo lingua Macedonum discreta fuit a reliquis Græciæ dialectis, ut a Plutarcho in vita Eumenis c. 14., sed ipsi adeo Macedones ita non habiti amplius sunt in numero τῶν Ἑλλήνων, ut illi his opponantur a scriptoribus, certe invicem distinguantur. Sic Joseph. archæol. 12. 3. 1. Σέλευκος ὁ Νικάτωρ, ἐν αἷς ἔκτισε πόλεσιν ἐν τῇ Ἀσίᾳ καὶ τῇ κάτω Συρίᾳ, καὶ ἐν αὐτῇ τῇ μητροπόλει Ἀντιοχείᾳ, πολιτείας αὐτοὺς (nempe Judæos) ἠξίωσε, καὶ τοῖς ἐνοικισθεῖσιν ἰσοτίμους ἀπέδειξε Μακεδόσι καὶ Ἕλλησιν. Et clarius etiam 18. 9. 8. οἰκοῦσι δὲ αὐτὴν (Seleuciam) πολλοὶ τῶν Μακεδόνων, πλεῖστοι δὲ Ἕλληνες.

[5] Sic ἄγημα, quæ haud dubie est Æolica forma pro ἥγημα, alias significabat τὸ πρὸ τοῦ βασιλέως τάγμα ἐλεφάντων καὶ ἵππων καὶ πεζῶν, sed apud Macedonas τὸ ἄριστον τῆς συντάξεως, κρατίστη ὅπλισις, καὶ σωμάτων ἐπίλεξις. v. Hesych. Suid. et Phav. in h. v. Ælius Dionysius apud Eust. ad Od. α. p. 1399. 62. Athen. 5. p. 194. F. 12. p. 539. F. Polyb. 5. 25. Curt. 4. 13. 26. Leopard. emendatt. 1. 23.—ἀγκαλίς, quod fere significabat fasciculum, ἄχθος, quo sensu adhibuit Nicostratus ap. Athen. 14. p. 615. F. indicabat apud Macedonas falcem. v. Hes. et Phav.—ἀκόντιον apud reliquos Græcos significabat δοράτιον, μικρὰν λόγχην, apud Macedonas ῥάχιν. v. Hes. et Phav.—ἀορτὴς alias erat synonymum vocabuli ξιφιστὴς, a Macedonibus ita vocabatur ἄγγος δερμάτινον ἱματίων (ita enim apud Hesych. lego cum Hemsterh. ad Poll. 10. 139. pro δερμάτιον ἱμάτιον. cf. Suid. et Phav.) quam vim ei vocabulo tribuisse legitur Posidippus apud Poll. l. l.—δάνος, quod auctore Plutarcho de aud. poet. c. 5. Macedonibus idem erat quod θάνατος, in libris veterum nunc extantibus dicitur de dono vel mutuo, ut apud Lycophr. 269. 687. etc. in Brunckii analect. T. III. nr. DCCLII. v. 9. Sirac. 29. 4.—κάραβος a ceteris Græcis dicebatur ἔδεσμα ὀπτημένον ἐπ' ἀνθράκων, sed a Macedonibus ἡ πύλη. v. Hes. et Phav.—παρεμβολὴ, quod proprie est interjectio et interpositio, tum etiam castrensis ordinationis genus significat, a Macedonibus ponebatur de exercitu et castris ipsis. (v. Phryn. p. 166.) Pollux 9. 15. licere ait jocanti etiam dicere παρεμβολὴν pro στρατόπεδον, cum recentiores nonnulli, ut Theophilus s. Diphilus et Criton, eo sic usi sint. Eodem modo legitur apud Clem. Alex. str. 4. p. 521. D. et sæpissime in versione Alex. ut Gen. 32. 2. apud Polyb. ut 3. 73. 74. et Plutarch. Cæs. 45. Galb. 27.—Vocabulo ῥύμη Athenienses indicabant τὴν ὁρμὴν, Macedones τὸν στενωπόν. v. paulo ante not. 3. Phryn. p. 180. et Poll. 9. 38. qui locos hanc in rem attulit e Philippide et Laciade, ubi tamen pro Λακιάδης haud dubio legendum est Λακιαδαις, ut sit fabulæ Philippideæ nomen. Hoc præclare jam animadvertit Meurs. in biblioth. Att. in v. Philippides. (Vol. II. opp. p. 855.) De platea legitur ῥύμη etiam Jes. 15. 3. Tob. 13. 18. Similiter apud Polyb. 6. 29.

[6] Ut ἀβροῦτες dicebant pro ὀφρῦς, (v. Hes. et Phav.) Ἀραντίσι pro Ἐριννύσι (v. Hes. et Phav.) ζέρεθρον pro βάραθρον. v. p. clxii. not. 4.

ut β et φ,[1] δ et θ,[2] μ et π,[3] etiam alias, ut ζ et β,[4] inter se permutabant, verum etiam literas transponebant,[5] vel vocabulis literam aliquam inserebant,[6] vel in fine demebant,[7] vel nomina gentilia[8] et tempora verborum[9] peculiari modo formabant, vel denique spiritum asperum in lenem mutabant.[10] Possit etiam ad Macedonum dialectum referenda videri genitivorum in ος desinentium efformatio in nominativum, qualis est in δρίφακτος, quod modo (not. 5.) allatum est, e genitivo δίφρακος nominis δίφραξ. Certe Phryn. p. 128. et Pollux 5. 91. damnant nominativum τὸ σκάτος, ortum e genitivo τοῦ σκατὸς a nomine σκώρ. At quo minus id recte fieri putemus, impedimur hujus rationis frequentia in optimis scriptoribus, et verbis Phavorini.[11] πολλαὶ τῶν εἰς ος ληγουσῶν γενικῶν ἀναδρομὴν πάσχουσιν εἰ, εὐθεῖαν, οἷον· Τρὼς, Τρωὸς, ὁ Τρωὸς, ἤγουν Τρωϊκός· ἐξ οὗ καὶ Τρωαὶ ἵπποι, αἱ Τρωϊκαί. δμὼς, δμωὸς, ὁ δμωός· δοῦλος. ἀφ' οὗ καὶ δμωαὶ, αἱ δουλίδες, etc. Eodem modo Latini veteres dixerunt Apollinis, carnis, celeris, concordis, discordis, fulminis, gruis, memoris, mentis, oscinis, pedis, plebis, sanguinis, scrobis, senis, supellectilis, turturis, volpis, pro Apollo, caro, celer, concors, etc.[12]

COLLECTIO VOCABULORUM MACEDONICORUM

in qua etiam sunt nonnulla ex iis, quibus Alexander M., et Amerias, Macedones, et Menander, (de quo v. p. clxi. not. 2.) leguntur usi esse. Alia Menandrea inferius afferenda putavi, inprimis §. 12. Quæ Ameriæ tribuuntur, ea, cum dubitanter commemoraverim, sciens eum glossographum fuisse, atque adeo omnino vocabula obscuriora explicasse, pleraque omnia uncinis inclusi.

Ἄβαγνα· ῥόδα. Μακεδόνες. Hesych. et Phavorin. v. Jo. Vit. Perger. annotatt. et emendatt. in Hesychium, quæ extant in Jo. Chph. Wolfii anecdot. Gr. T. IV. p. 173.

Ἀβαρκνᾷ· κομᾷ. οὕτω Μακεδόνες. Hesych. et Phav. Scilicet ab ἁβρὸς est ἅβρακνος, et per metathesin ἄβαρκνος.

Ἀβαρύ· ὀρίγανον. Μακεδονία. Hesych. et Phav. Nempe origanum dictum est ἀβαρὺ, quod sit minime gravis odoris, quæ est sententia Küsteri. Cf. Harkenroth siciliment. ex Hesychii glossis, in Misc. Obss. Vol. x. p. 315.

Ἀβλόει· σπεῖσον, σπένδε. Μακεδόνες. Hesych. et Phav. Videtur esse rursus metathesis pro ἀβόλει. Nam ἀβολῆσαι Hesychius interpretatur ἀπαντῆσαι. Sed tum cum Pergero legendum est σπεῦσον, σπεῦδε.

Ἄδδαι· ῥυμοὶ, ὑπὸ Μακεδόνων. Hesych. et Phav. Imo legendum est ῥύμαι, ut intelligantur plateæ. v. p. clxi. not. 5.

Ἀδῆ· οὐρανός. Μακεδόνες. Hesych. et Phav. Procemium orationis dominicæ in lingua Macedonum fuisse: πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τῷ ἀδῆ, e Sebotani dissertatione de vero sensu articuli, 'Descendit ad inferna,' refert Albert. ad Hesych. Cf. Colomesii κειμήλια literaria c. 28. et Harkenroth l. l. p. 327.

Ἄδισκον· κυκεῶνα. Μακεδόνες. Placet Pergeri conjectura ἀδίσκον, h. e. ἡδὺ ἄκος, dulce remedium. Sicut enim ἀβροῦς pro ὀφρὺς, (v. p. clxi. not. 6.) ita etiam ὄκος Macedones pro ἄκος dicere potuere.

Αἰγίποψ· ἀετὸς, ὑπὸ Μακεδόνων. Etymol. M. et Phav. Sed jam Sylburgius verius putabat αἰγύποψ.

Ἀκρατεύεσθαι, quod Phrynichus p. 192. minus probum esse docet, quam οὐκ ἐγκρατεύεσθαι, usurpavit Menander, etiam Aristoteles ethic. 7. 6.

Ἀκρέα· παῖς θήλεια. Μακεδόνες. Hesych. et Phav. Sed Etymol. legit ἀκραία, quod præfero. Similis varietas apparet infra in v. κάρπεα vel potius καρπέα.

Ἀκρουνοί· ὅροι, ὑπὸ Μακεδόνων. Hesych. et Phav. Interprete Is. Vossio sunt nudi vertices, in quibus ne steriles quidem comparent arbores. Nam κροῦναι, auctore Hesychio, sunt τὰ ἄφορα δένδρα.

Ἄλιζα· ἡ λεύκη τῶν δένδρων. Μακεδόνες. Hesych. et Phav. Iterum mihi non contemnenda videbatur Pergeri opinio, scribendum esse ἄλιζα, pro ἀλίσκα, h. e. ἅλις σκιᾶς παρέχουσα, et ἡ λεύκη, τὸ δένδρον, ut populus alba intelligatur. Cf. paulo post ἄξος.

Ἀλίη· κάπρος. Μακεδόνες. Hesych. Hæc ego vitiosa putabam. Sopingius conjicit quidem κόπρος. Et sane vocabulo ἀλίη cognata videntur ἀλέρον· κόπρον. item ὄλερον· βορβορῶδες. it. θολερόν· ἀκάθαρτον, βορβορῶδες. it. ἀλαρῦναι· ῥυπᾶναι. Sed tamen ne sic quidem sanata sunt omnia. Saltem terminatio Ionica nullo modo mihi probatur, quanquam ordo literarum apud Hesych. postulat η, non α.

Ἀνθεμουσία· τάγμα τι παρὰ Μακεδόσιν. Phav. Sed Hesychius bene addit: ἐξ Ἀνθεμοῦντος, πόλεως Μακεδονίας. Quæ non prætermittere Phavorinus debebat.

Ἄξος· ὕλη, παρὰ Μακεδόσιν. Hesych. et Phavor. Putat Pergerus, ἄξος dictum esse pro ἄσκιος, i. e. πολύσκιος τόπος. Cf. supra ἄλιζα. Sed v. etiam reliquos interpp. Hesychii. Ceterum a nomine ἄξος descendit fortassis nomen ἀξίνη, securis, cujus in cædendis arboribus usus est.

Ἄργελλα· οἴκημα Μακεδονικὸν, ὅπερ θερμαίνοντες λούονται. Suid. Eodem modo legendum est in libris Phavorini,

[1] Βίρσα dicebant pro Φίρσα, Βερνίκη pro Φερνίκη, Βίλιππος pro Φίλιππος, βαλακρὸς pro φαλακρὸς, βύκτης pro φύκτης, h. e. ventus, a verbo φυσᾶν, ἀβροῦτες pro ὀφρῦς, κεβαλὴ pro κεφαλὴ, βῶ pro φῶ, Βρύγες pro Φρύγες. v. Etymol. M. in v. Βίρσα et Ἀφροδίτη, Eustath. ad Od. ι. p. 1618. 42. et κ. p. 1654. 17. Steph. Byz. in v. Βρύγες et Βίρσα, (ubi addit βιβαλῖνοι, pro quo non dubito quin legendum sit κιβαλῖνοι, quod dictum sit pro κεφαλῖνοι, qui est piscis ap. Athen. 7. p. 306. F.) it. Suid. in v. κεφαλὴ, in cujus libris editis Macedones dicuntur τὴν κεφαλὴν vocasse κίβαν, quam lectionem mutandam esse in κιβλὴν, pro κιβαλὴν, h. e. κεφαλὴν, dudum viri docti ad Hes. in h. v. docuerunt e Schol. Nicandri ad Alexipharm. p. 67. cf. Callim. fragm. CXL. Bentl. Suid. Etym. M. et Phav. in v. ἀμιρβὶς et ἀμφιβὶς, qui tamen ibi hanc literarum β et φ permutationem non tribuunt diserte Macedonibus. De Phrygum appellatione præterea insignis locus extat ap. Herod. 7. 73. laudatus etiam a Steph. Byz. in v. Βρίγες. Verba sunt: οἱ δὲ Φρύγες, ὡς Μακεδόνες λέγουσι, ἐκαλέοντο Βρίγες χρόνον ὅσον Εὐρωπήϊοι ἐόντες σύνοικοι ἦσαν Μακεδόσι· μεταβάντες δὲ ἐς τὴν Ἀσίην, ἅμα τῇ χώρῃ καὶ τὸ οὔνομα μετέβαλον ἐς Φρύγας. Idem docent Plin. H. N. 5. 32. Plutarch. quæst. Gr. c. 9. et Eustath. ad Dionys. Perieg. 460. et 493. cf. Plut. in Bruto c. 45. Phavor. in v. Βρίκον et βρι, et Eust. ad Od. α. p. 1395, 52. it. Maittaire de dialect. p. 184. Sic Sirac. 36. (33), 19. in Cod. Alex. est βάρυγξ pro φάρυγξ.

[2] δίλλω dicebant pro θίλω, (v. Etym. M. et Phav. in v. δίλλω et δίλλομαι) δάνος pro θάνατος, (de quo v. p. clxi. not. 6.) ἀδραιὰ pro αἰθρία. v. Hes. et Phav. Cf. δώραξ in collectione vocabulorum Macedonicorum. Sic in Inscriptione Roset. lin. 6. recte legi μηνὸς Ξανδικοῦ, neque in Ξανθικοῦ mutandum esse, statuit Villoison in Seconde lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette p. 194. in Millini Magasin encyclopédique, No. 6. an. 11. et in Troisième lettre, ibid. No. 7. p. 332.

[3] ἀμαλὸς dicebant pro ἁπαλός. (v. Etym. M. in h. v.) Hinc Is. Vossius ad Pompon. Mel. 2, 3. derivat nomen Τίμαος a nomine τίμενος, quod contracte τίμενς, et Macedonice atque Æolice τίμαος dictum sit.

[4] ζέρεθρον dicebant pro βέρεθρον s. βάραθρον. (v. Eustath. ad Od. μ. p. 1715, 38 et Phav. in v. βέρεθρον.) Idem Eustath. alio loco (ad Il. γ. p. 381.) talis literarum istarum permutationis exemplum laudat ex Eurip. Phœn. 45. et Rhes. 441. ἐπιζάρει pro ἐπιβάρει, et Phavor. in v. ἐπίβρισαι dubium esse ostendit, an Arcades usi sint nomine ζέρεθρον. cf. p. clxi. not. 3. et 6. Etiam Δ Macedonice pro T positum fuit, si vera scripsit Is. Vossius ad Pompon. Mel. 2, 3. ab oppido Αἴγυια gentile esse Αἰγυιάτης et forma Macedonica Αἰγυιάδης. Item P pro T, v. ῥοῦτο in Collectione Macedonicorum.

[5] Exempla sunt verba jam not. 2. commemorata δίλλω pro θίλω, et ἀδραιὰ, pro αἰθρία, item ἰνδία, h. e. μεσημβρία, (v. Hes. et Phav.) pro ἐνδία. Kœn. ad Gregor. l. l. p. 156. huc refert glossas Hesychii has: δρωπάζεις (Phav. habet δρωπάζεις) pro δορκάζεις, δρίφακτος ex δίφραξ. Certe Syracusanos δρίφος dixisse pro δίφρος, tradit Etym. M. in h. v.

[6] Ut κ, in vocabulo ἀκηδία pro ἀηδία, v. Etym. M. it. Suid. et Phav. in h. v. qui laudant hanc in rem Ps. cxlii. 4. ubi ἀκηδίασεν permutatur cum ἐταράχθη. Nomen ἀκηδία sic legitur Ps. cxviii. 28. Jes. lxi. 3. Sirac. xxix. 5. Maxime vero interponebatur litera τ, ut in ἀβροῦτες pro ὀφρῦς, Ἀρατίοι pro Ἐρινύες. v. p. clxi. not. 5. Quo haud dubie pertinet verbum illud δρωπάζειν pro δορκάζειν. Ceterum nec reliquis Græcis inusitatam fuisse interpositionem literæ κ, colligi potest ex Eustath. ad Od. α. p. 1393, 29.

[7] Hujus generis est illa nominum in ης desinentium terminatio in α, de qua v. not. 5.

[8] Sic cives oppidi Δῖον vocabant Διασταὶ, cum reliqui Græci dicerent Διεῖς. Eodem modo dicebatur a Macedonibus Ὀρεσταὶ et Λυγκισταί. v. Steph. Byz. in v. Δῖον.

[9] Sic Phavor. e Philippi Macedonis epistolis notavit formam singularem ἀγκέχασι pro ἤνεγκαν.

[10] Ut in ἄγημα pro ἥγημα, ἀμαλὸς pro ἁπαλός. v. p. clxi. not. 5. et hanc pag. not. 3.

[11] In v. γυναικὸν, vel potius Eustathii ad Hom. Il. α. p. 114. cf. idem Phavor. in v. διάκτορος, ubi exscripsit Eustathii verba ad Od. α. p. 1393, 23. Ceterum Schol. Apollon. Rhod. 1. 132. Ionicam dicit hanc rationem, Gregorius de dial. p. 278. Æolicam: ubi Kœnius multa hujus generis exempla collegit. Add. Eustath. ad Odyss. α. p. 1416, 50.

[12] V. Jani Laurenbergii Antiquarius (Lugd. 1622. 4.) p. 70. 100. 138. 272. 273. 447. 448.

ubi male editur: ὅθεν βαίνοντες ἐν αὐτῷ λούονται. Ceterum potest hæc glossa ab iis adhiberi, qui Latinum verbum uro ortum arbitrantur ex ἄρω. Sic ἀργὴς est fulmen. Cf. Lennep. etymologicum ling. Gr. T. i. p. 157.

Ἀργιόπους· ἀετός. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Ἀργυράσπιδες· τάγμα τι στρατιωτικὸν, ὑπὸ Ἀλεξάνδρου. Hesych. et Phavor. Cf. Poll. i. 175. Athen. v. p. 194. D. Polyb. v. 79. Diodor. Sic. xix. 28. Liv. xliv. 41. Curt. iv. 13, 27. Ceterum hoc nomen, quod ad formam attinet, non discrepare ab universa Gr. linguæ analogia, neque adeo hactenus Macedonicæ proprium existimandum esse, per se patet cuique. Eadem est nominum χρυσάσπιδες et χαλκάσπιδες ratio, atque etiam aliorum quorundam.

Ἄρητος· Ἡρακλῆς, παρὰ Μακεδόσιν. Hesych. et Phavor. Opinatur quidem Alberti, Herculem ita dictum fuisse, quia ἄρητος etiam significaverit τὸν βλαβερὸν, ut paulo ante Hesychius exposuerat. Sed pœne magis placet, ut Ἄρητος proprie fuisse putetur genitivus nominis Ἄρης, omisso nomine υἱὸς, sed deinde in nominativum abiisse (qua de re in fine hujus paragraphi exposui), quo Macedones κατ' ἐξοχὴν de Hercule usi sint.

Ἀρκόν· σχολήν. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor. Nimirum proprie videtur adjectivum fuisse, ortum ex ἀργόν.

Ἀροπάνοι. οἱ ἐν Ἀλεξάνδρου ἐπιστολαῖς. Hesych. sed nullo interpretamento addito, ita ut, quales fuerint, sciri non possit.

Ἀρφύς· ἱμάς. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor. Facile id derivaveris a verbo ἄρειν, nectere.

Ἄσπιλος· χείμαῤῥος, ὑπὸ Μακεδόνων. Hesych.

Ἄσπρις, auctore Theophrasto hist. plant. iii. 10. τοῖς περὶ Μακεδονίαν fuit quercus species, cerrus, ut Theod. Gaza interpretatur, sed improbante Salmasio in exerc. Plin. p. 236.

Βαβρήν· ὑπόστασις ἐλαίου, κατὰ Μακεδόνας. Hesych. et Phavorin.

(Βαδάς· κίναιδος. ὡς Ἀμερίας. Hesych. et Phavor. Sed Is. Vossius legit Βαγώας, de quo, præter alios, v. Athen. xiii. p. 603. B.)

(Βαθάλη· κρήνη. Ἀμερίας. Hesych. et Phavor. Sed Suidas dicit, esse nomen proprium, et nomen Ameriæ omittit.)

Βασιλίννα pro βασίλεια vel βασίλισσα dixit Menander. v. Eustath. ad Hom. Od. α. p. 1425, 40. et ex eo Phavor. in v. βασιλεύς. Cf. Suid. in v. παίσωμεν, et infra §. 12.

Βατάρα· πυκλή. Μακεδόνες. Hesych. ubi pro πυκλὴ Vossius legendum putabat πυετίη, Albert. κοτύλη, equidem πυελίς. Saltem πατάρα auctore Steph. Byz. est ἄγγος vel κίστις. Sed πύελος est ἔμβασις, ὕρυγμα, ἐμβατὴ, ἔνθα ἀπολούονται (v. Schol. Aristoph. Eq. 1057. et Suid.), et πυελὶς teste Suida aliisque est σφραγιδοφυλάκιον.

Βέδυ, a Macedonum sacerdotibus vocatus est aer. v. Neanthes Cyzicenus apud Clem. Alex. str. 5. p. 569. C.

Βηματίζειν· τὸ τοῖς ποσὶ μετρεῖν. ἔστι δέ πως ἡ λέξις Μακεδονική. Hesych. et Phavor. Legitur sic apud Polyb. iii. 39. et xxxiv. 12. Unde Bæton, qui scripserat Σταθμοὺς τῆς Ἀλεξάνδρου πορείας, apud Athen. x. p. 442. B. vocatur ὁ Ἀλεξάνδρου βηματιστής. Et Strabo vii. p. 322. D. ubi de via in Macedoniam loquitur, eleganter dicit: ὁδὸς βεβηματισμένη κατὰ μίλιον.

Βίῤῥοξ· δασύ. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Γάρκαν· ῥάβδον. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor. Ex γάρκα est Latinum virga.

Γηπικά. παρὰ Ἀλεξάνδρῳ ἐπιστολαῖς (ita enim, vel ἐν ἐπιστολαῖς, pro ἐπιστολαὶ legendum est), ποτήρια οὕτω καλούμενα. Hesych. et Phavor.

Γόδα· ἔντερα. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Γοτάν· ὗν. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

(Γράβιον· τὸν φανὸν, Ἀμερίας. v. Athen. xv. p. 699. E. et Eustath. ad Hom. Od. η. p. 1571. 14.)

Γῶπας· κολοιούς. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Δανῶν—κτεῖνων. Μακεδόνες. Hesych. De cognato substantivo δάνος v. p. clxi. not. 5. et p. clxii. not. 2.

Δάῤῥων· Μακεδονικὸς δαίμων, ᾧ ὑπὲρ τῶν νοσούντων εὔχονται. Hesych. et Phavor.

Δάρυλλος· ἡ δρῦς, ὑπὸ Μακεδόνων. Hesych. et Phavor.

Διακόνιον. Ἀμερίας διακόνια τὰ κατὰ τὴν εἰρεσιώνην τῷ Ἀπόλλωνι πλασσόμενα πέμματα. Suid. Habet hoc vocabulum Pherecrates apud Athen. xiv. p. 645. A.

Δράμις. οἱ γλωσσογράφοι ἄρτων ὀνόματα καταλέγουσι, Σέλευκος μὲν δράμιν, ὑπὸ Μακεδόνων οὕτως καλούμενον. Athen. iii. p. 114. B.

Δρῆες· στρουθοί. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Δώραξ· σπλὴν, ὑπὸ Μακεδόνων. Hesych. et Phavor. Fortassis cognatum est nomini θώραξ. v. p. clxii. not. 2.

Ἑλάνη ἡ λαμπὰς καλεῖται, ὡς Ἀμερίας φησί. Athen. xv. p. 701. A.

Ἔμβαρος· ἠλίθιος, μωρός. ἢ νουνεχής. Μένανδρος. Hesych. et Phavor. Pro ἢ Heinsius jubet μὴ legi, ut μὴ νουνεχὴς non aliud quid significet, quam glossemata præcedentia. Sed mihi videtur Hesychius indicare voluisse, interdum ἔμβαρον esse stultum, ut in proverbiorum appendice Vaticana (v. Proverbia Gr. ab Andr. Schotto Antverp. 1612. 4. edita) i. 60. Cf. Erasm. chill. iii. 10. 81. Menandrum vero eodem vocabulo usum esse de homine prudente et versuto, v. Eustath. ad Hom. Il. β. p. 331. qui ἔμβαρος explicat verbis νουνεχὴς, φρόνιμος.

Ἔνδυο· τὸ ταχέως. Μένανδρος. Suid. et Phavor.

Ἐξαλλάξαι· ἀντὶ τοῦ τέρψαι. Μένανδρος. Suid. et Phavor. Pro τέρψαι Kusterus conjicit τρέψαι. At si hoc verum esset, vix opus erat glossemate ad glossam ἐξαλλάξαι. Accedit, quod Phrynichus, p. 160. Menandrum ait verbo ἐξαλλάξαι usum esse pro τέρψαι καὶ παραγαγεῖν εἰς εὐφροσύνην.

Ἔορτος, ἢ Ἔορδος· Μακεδών. ἀπὸ ἔθνους. Hesych. et Phavor. Ἐορδοὶ, οἱ Μακεδόνες. Tzetz. ad Lycophr. 1342. Sed ab Herodoto vii. 185. Ἐορδοὶ et Μακεδόνες distinguuntur. Cf. Thucyd. ii. 99. et quos præterea laudant Hesychii interpretes.

(Ἐπήβολος· ἀσφαλής. οὕτω καὶ Ἀμερίας ἀπέδωκεν ἐν ταῖς γλώσσαις. Schol. Apollon. Rhod. ii. 1284. Alias est i. q. ἐπιτυχὴς, teste eodem Scholiasta ad i. 694. Cf. Hesych.)

Ἐπιδειπνίς· Μακεδονικὸς κώθων. Hesych. et Phavor. Pro Μακεδονικὸς Meursius misc. Lacon. i. 14. (Vol. III. opp. p. 138. F.) rescribendum putat Λακωνικός. Haud dubie temere. Imo quod apud Lacedæmonas κώθων, idem apud Macedonas fuit ἐπιδειπνίς. Athen. xiv. p. 658. E. dicit, hoc vocabulo a Macedonibus bellaria omnis generis significari, additis his verbis: κώθωνος γὰρ ἡδύσματα ταῦτα. atque deinde p. 664. E. ipse eodem nomine sic utitur: τὰ παρὰ τοῖς Σπαρτιάταις ἐπαίκλεια, ὃ σημαίνει τὰς ἐπιδειπνίδας. Similiter paulo post: τὸ τοιοῦτον δεῖπνον οἱ μὲν Ἀττικοὶ προσηγόρευον ἐπιδόρπισμα· οἱ δὲ Δωριεῖς ἐπάϊκλον· τῶν δ' ἄλλων Ἑλλήνων οἱ πλεῖστοι ἐπίδειπνα. Qui locus novo argumento est iis, quæ scripsi p. clxi. not. 3. Sic Hesychius quoque nomen ἐπιδορπίσματα interpretatur nomine ἐπίδειπνα. Nisi quis formam ἐπιδειπνὶς tantum Macedonicam esse putaverit. Ceterum etiam Martialis xi. 32. habet epidipnidas.

Ἐρκῖται. Ἀμερίας ἐρκίτας φησὶ καλεῖσθαι τοὺς κατὰ τοὺς ἀγροὺς οἰκέτας. Athen. vi. p. 267. C. Cf. Hesych. in v. ἐρκῆται, ibique interpp.

Ἐστερικαί. κύνας (a quibus Euripides dilaceratus est) τῇ πατρῴᾳ φωνῇ Ἐστεριὰς καλοῦσιν οἱ Μακεδόνες. Steph. Byz. in Βορμίσκος.

Ἑταῖροι, equitum genus apud Macedonas. Athen. v. p. 194. E. Pedites ejusdem generis vocabantur πεζέταιροι. v. infra.

Ζειρήνη· Ἀφροδίτη, ἐν Μακεδονίᾳ. Hesych. et Phavor. Sic σίρβηνον, iisdem auctoribus, fuit πόπανόν τι, ὃ παρετίθετο τῇ Ἀφροδίτῃ. Quare nomen σίρβηνον vix dubium est quin et ipsum fuerit Macedonicum.

Ζιβύνη, v. σιγύνη.

Ἡδυλίζειν. Eustath. ad Hom. Od. α. p. 1417, 21. et Photius apud Albert. ad Hesych. in v. ἡδυλίσαι· ἡδυλισμὸς εἶδός τι κολακείας ἐστὶν, ἀφ' οὗ καὶ τὸ ἡδυλίζειν παρὰ Μενάνδρῳ.

Θαῦμος, ἢ Θαῦλος· Ἄρης, Μακεδόσι. Hesych. et Phavor.

Θέρμα. οὕτως ὁ Μένανδρος διὰ τοῦ α, ἀλλ' οὔτε Θουκυδίδης, οὔθ' ἡ ἀρχαία κωμῳδία, οὔτε Πλάτων, θέρμη δέ. Phrynich. p. 146.

Θαυρίδες· Νύμφαι, Μοῦσαι. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Ἴλεξ· ἡ πρῖνος, ὡς Ῥωμαῖοι, καὶ Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Κάγχαρμον· τὸ τὴν λόγχην ἄνω ἔχειν. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor. Optime de hac glossa exposuit Guyetus ad Hesych.

Καλαῤῥύγαι· τάφροι. Ἀμερίας. Hesych. et Phav.

Καμαστίς· μέτρον τι. Ἀμερίας. Hesych. et Phav.

Κανδύταλις· τῷ κιβωτίῳ παραπλήσιόν τι σκεῦος, οὗ μέμ-

νηται καὶ Μένανδρος.—ἐμοὶ μὲν δοκεῖ τὸ σκεῦος Περσικὸν, ἀπὸ τοῦ κάνδυος κληθέν· εἰς χρῆσιν δ' αὐτὸ ἤγαγον Μακεδόνες. Pollux 10. 137.

Κάρπεια· ὄρχησις Μακεδονική. Hesych. Sed in libris Suidæ et Xenoph. Anab. 6. 1. 4. et Athen. 1. p. 15. F. legitur καρπαία. Phavorinus habet formam utramque. Eandem omnino varietatem notavi in v. ἀκρέα. Cf. Lex. Xenoph. in v. καρπαία.

Καταπέλται Μακεδονικοί. Pollux 1. 139. Habet hoc nomen Polyb. 1. 53. 5. 88. 11. 12. et καταπελτικὰ ὄργανα καὶ βέλη 11. 11.

Καταφαγὰς male Menandrum dixisse pro κατωφαγὰς vel φαγὰς, ait Phrynichus p. 190. Cf. Poll. 6. 40. ubi Kühnius monuit, in Gloss. vet. nomen καταφαγὰς reddi Latinis ganeo, gulator. Cf. etiam Nunnes. ad Phrynich.

Καυσία· πῖλος Μακεδονικὸς παρὰ Μενάνδρῳ. Pollux 10. 162. καυσία ἦν κάλυμμα κεφαλῆς Μακεδονικὸν ἐκ πίλου (i. e. e lana coacta). Eustath. ad Hom. Il. β. p. 255. 1. Cf. quæ idem scripsit ad Odyss. α. p. 1399, 3. et Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 345. Utuntur nomine καυσία Antipater Thessalonic. in Brunckii Analect. T. ii. p. 111. nr. x. Polybius 4. 4. Herodianus, 4. 8. 5. Plutarchus in Amatorio c. 16. Plautus Mil. Glor. 4. 4. 43. et Persa 1. 3. 75.

Κίβεῤῥοι, vel potius, literarum ordine postulante, κίκεῤῥοι· ὠχροί. Μακεδόνες. Hesych.

Κλώδονες· αἱ Βάκχαι τοῦ Διονύσου, παρὰ Μακεδόσιν. Suid. et Phavor. Κλώδονας οἱ Μακεδόνες τὰς Μαινάδας καὶ Βάκχας καλοῦσιν. ἴσως ἀπὸ τοῦ κατόχους γινομένας κλώζειν, ὅ ἐστι τὸ διὰ τῶν στομάτων ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖν, καὶ θορυβεῖν. Etymol. M.

Κοῖος. ἡ Λητὼ, Κοίου ἐστὶν θυγάτηρ. Μακεδόνες δὲ τὸν ἀριθμὸν κοῖον προσαγορεύουσι. Athen. 10. p. 455. D. qui inde explicat griphum, in quo erat: μήτηρ δ' ἔστ' ἀριθμοῖο πάϊς. Sane Latona dicitur Κοιογένεια. v. Apollon. Rhod. 2. 710. et Spanhem. ad Callim. h. in Del. 150.

Κολλυβιστὴς ἐπὶ τοῦ ἀργυραμοιβοῦ.—Μένανδρος. Phrynich. p. 192. Dicit quidem Pollux 7. 170. nomine κολλυβιστὴς Lysiam usum esse in oratione de sacro tripode. Sed cum constet, hanc orationem esse in iis, quæ an a Lysia profectæ sint dubitatur, (v. Fabric. bibl. Gr. Vol. ii. p. 770. ed. Harles.) cum locus Pollucis interpolatus videatur, (v. Kühn.) cum etiam alii grammatici nomen κολλυβιστὴς damnent, ut Thom. Mag. p. 109. et 539. et Mœris p. 54. cum denique vix illud nisi in libris N. T. eorumque interpretibus Græcis legatur, ut Marc. xi. 15. ubi v. Heupelius: mihi recte secutus videor sententiam Phrynichi.

Κομμάραι, ἢ κομάραι· καρίδες. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor. nisi quod in hoc editur κομμιάραι pro κομμάραι. Vocantur etiam κάμμοροι, ut ab Epicharmo et Sophrone apud Athen. 7. p. 306. C. vel κάμμαροι. v. Hesych.

Κοράσιον. Hoc nomen in numero eorum, quæ Macedonica sive Alexandrina habenda essent, jam olim posueram, ob verba Pollucis 2. 17. τὸ κοράσιον εὐτελές. Et Phrynichi p. 24. κόριον, ἢ κορίδιον, ἢ κορίσκη λέγουσι· τὸ δὲ κοράσιον παράλογον. Add. Thom. Mag. p. 548. Videram enim, non alios, qui hoc nomine usi essent, laudari auctores potuisse a Kypkio Obss. in N. T. T. i. p. 52. a Salliero, Trillero et Wittero ad Th. Mag. aliisque harum rerum studiosis, quam Arrianum in dissert. Epicteteis, Diogenem Laertium, et Lucianum, sed sæpe legi in versione Alex. ut Ruth. ii. 8. iii. 2. 1 Reg. ix. 11. Zachar. viii. 5. Susan. 15. et in N. T. ut Matth. ix. 24. xiv. 11. Add. Symmach. Gen. xxiv. 61. et Plutarch. de cupiditate divit. c. 10. ubi sunt περιδέραια καὶ θεάματα κορασιώδη. Nam quod in epigrammate Platoni tributo apud Diog. Laert. 3. 33. κοράσια extant, id vero me movere non potuit, quia illud epigramma omnino Dorice scriptum est. Nunc accedit Scholiastæ Homer. a Villoisonio editi auctoritas, qui ad Il. υ. 404. diserte hæc præcepit: τὰ διὰ τοῦ ιος, εἰ μὲν τὸ πρωτότυπον εἰς ος ἔχει, διὰ τοῦ ησιος· Ἰθακὸς, Ἰθακήσιος· Βροτήσιος· Ἐτήσιος· εἰ δὲ τρέποιτο τὸ η τοῦ πρωτοτύπου εἰς α παρὰ Δωριεῦσι, διὰ τοῦ α· Πρυμνάσιον, Κορυφάσιον· οὕτως ἔχει καὶ τὸ Κοράσιον, ὃ μᾶλλόν ἐστι Μακεδονικόν. Adde quod Hesychius et Suidas nomine κοράσιον interpretati reperiuntur vocabulum κόριον.

Κυνοῦπις· ἄρκτος. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor. Scilicet linguæ ratio postulabat κυνῶπις.

Κώρυκοι. Ἡγήσανδρος τὰς τραχείας φησὶ κόγχας ὑπὸ μὲν Μακεδόνων κωρύκους καλεῖσθαι, ὑπὸ δὲ Ἀθηναίων κρείους. Athen. 3. p. 87. b. Pro κρείους Hesych. in v. κριὸς habet κριούς. Cf. Plin. H. N. 32. 7.

Λακεδάμα· ὕδωρ ἁλμυρὸν, ἁλσὶ πεποιημένον, ὃ πίνουσιν οἱ τῶν Μακεδόνων ἀγροῖκοι. Hesych. et Phavor. Glossam istam Vossius scribi jubebat λακέδαλα.

Λήθαργος pro ἐπιλήσμων dixit Menander, teste Phrynicho p. 180. Etiam Meleager eo sic usus est, in Brunckii Analect. T. i. p. 17. n. lv. v. 5. et p. 26. n. xc. v. 3. Pro substantivo λήθη legitur apud Lycophr. 241. Unde adjectivum ληθαργικὸς in Brunckii Analect. T. iii. p. 238. n. ccccxi.

(Λισσούς. Ἀμερίας ἐν γλώσσαις λισσὸν ὅτ ὑψηλὸν ἀποδίδωσιν. Schol. Apoll. Rhod. 2. 384. Cf. Etymol. M. p. 567. 13.)

Ματτύα sive ματύλλη, v. p. clxi. not. 2. Ap. Hesych. ματτυεῖς dicitur esse φωνὴ Μακεδονικὴ, sed viri docti malunt ματ-τύαι et Μηδική.

Ξανθικά· ἑορτὴ Μακεδόνων, Ξανθικοῦ μηνὸς η (octavo die) ἀγομένη· ἔστι δὲ καθάρσιον τῶν στρατευμάτων. Hesych. et Phavor. Sed in hujus libris scribitur male per τ. v. paulo post in mensibus Macedon.

Πεζέταιροι, genus militum Macedonicorum. Pollux 1. 175. Cf ἑταῖροι. Originem nominis ab Alexandro M. deducunt Anaximenes apud Suidam, et Arrianus de exped. Alex. 2. 4. Sed Philippo jam milites hoc nomine fuisse patet e Demosth. Olynth. 2. p. 23. 2. aliisque. v. Meurs. Attic. lect. 2. 11. (Vol. ii. opp. p. 1080. sq.) et interpp. Hesychii in v. πεζετέροις. Nam sic quoque, et πεζαίτερος, quanquam utrumque perperam, scribitur.

Πέλα· λίθος. Hesych. v. paulo post πέλλης.

Πελλαιόν· φαιὸν καὶ Μακεδονικόν. Hesych. Sed glossema Μακεδονικὸν haud dubie pertinet ad omissam glossam Πελλαῖον, cum Πέλλα sit oppidum Macedoniæ. Suidas: Πελλαῖον, ὄρος. καὶ Πελλαῖος· ὁ ἐκ Πέλλης, πόλεως Μακεδονίας.

Πέλλης masculine et πέλλη feminine, (v. Etymol. M. p. 659. 36. et 38.) bos fuscus, subniger. Quam notionem vocabulo in dialecto Macedonica subjectam fuisse docent hæc Ulpiani ad Demosth. de fals. legat. p. 376. B. ed. Frcf. 1604. fol. Πέλλη δὲ, πατρὶς Φιλίππου, ἐκλήθη διὰ τὸ ὑπὸ βοὺς εὑρῆσθαι τὴν προσηγορίαν, πέλλης τὸ χρῶμα, ὅ ἐστι τεφρῶδες κατὰ τὴν Μακεδόνων φωνὴν, ἢ παρὰ τοὺς πέλας, τοὺς λίθους, κατὰ τὴν Μακεδόνων φωνήν. v. Spanhem. preuves des remarques sur les Césars de l'Empereur Julien p. 72. Ed. Amst. 1728. 4.

Περιπέτεια· Μακεδονικὴ ἑορτή. Hesych. Sed glossa haud dubie laborat vitio. v. interpp.

Πέχαρις· ἔλαφος. Ἀμερίας. Hesych. et Phavor.

Ῥάμματα· βοστρύχια, σταφυλίς. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor.

Ῥοῦτο· τοῦτο. Μακεδόνες. Hesych. et Phavor. Sed fortassis scribendum est: ῥοῦτος· οὗτος.

Σάρισσα· δόρυ μακρὸν, εἶδος ἀκοντίου Ἑλληνικοῦ, σπάθη βαρβαρική. Μακεδόνες. Hesych. Similiter Phavorin. et Poll. 1. 138. Sed pro Ἑλληνικοῦ non dubium est quin Μηδικοῦ vel Περσικοῦ sit ponendum, ut nomen a סריס habeat. Eunuchorum enim summa fides erat in custodiendo rege. Idem tamen Pollux 10. 143. σαρίσσας inter arma reliqua recenset sic, ut linguæ Macedonicæ non meminerit. Sæpe hoc hastarum genus memoratur in veterum libris, non solum Græcorum, ut Plut. in Eumene c. 14. extr. Polyb. 2. 69. etc., sed etiam Latinorum, ut Curtii 7. 4. 36. qui idem 4. 15. 13. memorat sarissophoros, et explicat hastatos. Sic Festus: Sarissa, hasta Macedonica. Omnino v. Jo. Bapt. Crophii antiquitates Macedon. (quæ fuit dissertatio, præside Jo. Andr. Schmidtio habita, atque edita Jen. 1682. 4. sed deinde inserta Gronovii thes. antiq. Gr. Vol. vi. p. 2859—2938.) 3. 3.

Σαυάδαι, Σαῦδοι. Ἀμερίας τοὺς Σειληνοὺς οὕτω καλεῖσθαί φησιν ὑπὸ Μακεδόνων. Hesych. et Phavor. Sic Δευάδαι· οἱ Σάτυροι, παρὰ Ἰλλυριοῖς. Iidem.

Σαυτορία· σωτηρία. Ἀμερίας. Hesych. et Phav.

Σιγύνη, καὶ σιγύνους· τὰ δόρατα παρὰ Μακεδόσιν. Suid. et laudat epigramma (Antipatri Sidonii, in Brunckii Analect. Vol. ii. p. 8. extr.): τήνδε παρ' Ἡρακλεῖ θῆκέ με τὴν σιγύνην. ubi Brunck. in lect. p. 122. e Cod. MS. præfert τόνδε τὸν—σιβύνην. Omnino enim varie scribitur nomen, σιβύνη, ζιβύνη, συβίνη, ζηβήνη, σίγυμνον, σίγυννος, σίγυννον, quæ omnia videntur idem plane sig-

nificare, quod σιγύνη, quanquam σιβύνη a Suida vocatur ἀκόντιον Ῥωμαϊκὸν, Sibynæ ab Ennio apud Festum Illyriis tribuuntur, et σίγυνον apud Aristot. poet. c. 21. p. 154. dicitur esse vocabulum Cypriorum, ut σίγυνος sive σίγυννος ap. Schol. Apollon. 2. 99. et Etymol. M. p. 712. 22. et Phavorin. et Eustath. ad Hom. Il. β'. p. 344. ubi etiam σίγυμνον scribi dicitur. Idem ad Odyss. Ξ. p. 1554. 15. κοινότερον dici ostendit ζιβύναις, quam σιβύναις. Scilicet origine quidem Persicum vel Syriacum vocabulum esse valde verisimile est: (v. interp. Hesych. in v. ζιβήνη) sed illud per varias Asiæ gentes in Europam migrantes primo in Thracia et Illyria usu receptum fuisse, partim ex Ennii loco laudato, partim ex Apollon. Rhod. 4. 320. colligimus, ubi Σίγυννοι dicuntur Thraciæ populi, et ubi Schol. dicit: ἔστι δὲ καὶ σίγυννος εἶδος δόρατος, παρώνυμον τῷ ἔθνει. Hinc autem quam facile inferri in linguam Macedonicam seu communem potuerit, quilibet perspicit. Quare non mirum est, hæc vocabula passim reperiri in libris scriptorum, quos post Alexandri M. ætatem vixisse constet, ut σιγύνη apud Oppian. cyneg. 1. 152. (ubi tamen, quia est in accusativo, σιγύνην, dubium est, an sit a nominativo ὁ σιγύνης.) σίγυμνον apud Lycophr. 556. σίγυνον in Agathiæ epigr. xcii. (apud Brunck. analect. T. iii. p. 67.) σίγυνος in versu quodam a Suida allato. σιβύνη habet Meleager T. i. analect. Brunck. p. 38. epigr. cxxviii. et Alexis apud Polluc. 10. 144. σιβύνιον Polyb. 6. 23. ζιβύνη est in versione Alex. Jes. ii. 4. Jerem. vi. 23. Judit. i. 15. Sic Codex Alexandr. Mich. iv. 3. pro τὰ δόρατα exhibet τὰς ζιβύνας. Vocabulo σιβύνη Hesychius tanquam notiore interpretatur vocabula alia, quæ nobis quidem minus obscura videantur, v. c. προβόλιον. Hemsterhus. ad Poll. 10. 95. attulit verba Philonis Byzantii l. 5. Βελοποιϊκῶν, ubi hostis dicitur a mœnibus propulsandus esse τοῖς τε ἀκοντίοις καὶ ταῖς ζηβύναις. v. omnino Schweighäus. in Athen. Vol. ii. animadv. p. 399. 400. et Wesseling. ad Diod. Sic. 18. 27. ubi scribitur σιβήνη.

Σίρβηνον, v. Ζειρήνη.

Σχερὸν κῦμα· ἕτοιμον. Ἀμερίας. Hesych. et Phavorin.

Ταγόναγα (Pergerus scribi jubet ταγῶν ἀγά)· Μακεδονική τις ἀρχή. Hesych. et Phavor.

Τεθολώς· ἀναπλέως. Ἀμερίας. Hesych. et Phavor.

(Τιτύρινος. Ἀμερίας ὁ Μακεδὼν ἐν ταῖς Γλώσσαις, τιτύρινόν φησι καλεῖσθαι τὸν μόναυλον. Athen. 4. p. 176. C. Cf. p. 182. D. et Hesych. in v. τιτυρῆνος, ibique interpp.)

Χαλκάσπιδες, genus militum Macedonicorum. Athen. 5. p. 194. D. v. ἀργυράσπιδες.

Χάρων· ὁ λέων, κατὰ Μακεδόνας. Tzetz. ad Lycophr. 455. qui illo nomine præter locum laudatum utitur sic etiam v. 660. Hesychius, qui non mentionem facit dialecti Macedonicæ, eodem tamen modo explicat, addita hac causa: ἀπὸ τῆς χαροπότητος, prorsus ut Etymol. M. Sed forsan rectius notio leonis derivetur a pugnæ studio et fortitudine. Saltem χάρμη est μάχη (v. Hesych. in v. χάρμης), et apud Lycophr. 260. aquila vocatur αἰχμητής, atque χάρων.

Χρυσάσπιδες, militum Macedonicorum genus. Pollux 1. 175. v. ἀργυράσπιδες. In epigrammate ἀδεσπότῳ apud Brunck. analect. Vol. iii. p. 133. n. iv. est χρυσάσπιδι Ῥώμη.

Haud dubie huc referenda etiam sunt nomina Macedonica mensium, de quorum tamen ad Romanos vel Atticos vel nostros menses ratione accurate disserere vix hoc loco licet. Potest autem ea cognosci e Scaligeri opere de emend. temp. 2. p. 92. sqq. Jo. Lalamantii diss. de mensibus Macedonum s. Græcorum, inserta Gronovii thes. antiq. Gr. T. ix. p. 1055—1060. Jac. Usserii diss. de Macedonum et Asianorum anno solari, cum Græcorum astronomorum parapegmate ad Macedonici et Juliani anni rationes accommodato, quæ ibidem extat p. 1209—1267. Henr. Norisii anno et epochis Syro-Macedonum in vetustis urbium Syriæ numis, Lips. 1696. 4. et Jo. Alb. Fabricii menologio, Hamb. 1712. 8. Cf. la Nauze rapport des mois Egyptiens, Judaïques, et Macedoniens; in Mém. de l'Acad. des Inscript. T. xvi. p. 201. sqq. Belley comparaison des mois des Athéniens, des Grecs Asiatiques, des Macédoniens, et de Cyzique; in Recueil des antiquités du Comte de Caylus, T. ii. p. 240. et Wesseling. Probab. c. 29. p. 258. sq. Sed nomina petii e Lexicographis Gr., e Stephani Le Moyne variorum sacrorum T. i. Lugd. Bat. 1685. 4. p. 454. et Josephi, veteris Christiani scriptoris, hypomnestico, quod idem Fabricius addidit volumini ii. codicis pseudepigraphi V. T. Hamb. 1723. 8. c. 27. Addidi etiam ex iisdem explicationes, quanquam non satis accuratas.

Αὐδηναῖος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἰανουάριος. Suid. et Phavor.

Περίτιος· ὁ Φευρουάριος, κατὰ Μακεδόνας. Suid. et Phavor. it. Hieron. ad Zachar. i. 7. T. vi. opp. p. 191. H. Sed Hesych. et Phavor. in v. Τηβὴθ respondere eum dicunt huic Hebræorum mensi, qui pro Decembre habetur, Josephus autem l. l. mensem Τήβηθ comparat cum Αὐδυναίῳ. Ita enim Fabricius utrumque nomen edidit.

Δύστρος· ὁ Μάρτιος μὴν, παρὰ Μακεδόσιν. Suid. et Phavorin. Mentio ejus fit a Nicarcho, in Brunckii analect. Vol. ii. p. 353. epigr. xv. et ab Anastasio Antiocheno in loco paulo post indicando. Alios laudavit Albert. ad Hesych. in h. v.

Ξανθικός· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἀπρίλλιος. Suid. Ita etiam alii, ut Anastasius Antiochenus, in Meursii opp. Vol. viii. p. 689. Cf. interp. Hesychii in v. Ξανθικά. Memoratur etiam 2 Maccab. xi. 30. 33. 38. Cf. supra p. clxii. not. 2.

Ἀρτεμίσιος· παρὰ Μακεδόσιν ὁ Μάϊος. Suid. Sed apud Hesych. in v. Νισὰν dicitur mensi Nisan respondere, qui cum nostro Martio et Aprili putatur convenire. Ceterum de hoc Artemisio et Loo et Dio v. Galen. ad Hippocr. epidem. i. p. 8. C. (T. ix. opp. ed. Charter.)

Δέσιος· παρὰ Μακεδόσιν ὁ μὴν Ἰούνιος. Suid.

Πάνεμος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Ἰούλιος. Suid. et Phavor.

Λῶος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Αὔγουστος. Suid. et Phavor. Cf. paulo ante ad Ἀρτεμίσιος.

Γορπιαῖος· μὴν ὁ Σεπτέμβριος, κατὰ Μακεδόνας. Suid. et Phavor. Cf. interp. Hesych. in v. Ἄβ.

Ὑπερβερεταῖος· μὴν κατὰ Μακεδόνας, ὁ Ὀκτώβριος. Suid.

Δῖος· ὄνομα μηνὸς παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Νέος. Suid. Νέος autem est November. Apud Josephum l. l. est Νοέμβριος, prorsus, ut in Geoponic. 1. 5. 3. et 4. Cf. supra ad Ἀρτεμίσιος.

Ἀπελλαῖος· παρὰ Μακεδόσιν, ὁ Δεκέμβριος μήν. Suid. Sed v. Albert. ad Hesych. in v. Μαράξας.

§. 9. Hæc igitur e nostræ disputationis consilio sufficere putamus de dialecto Macedonica. Jam enim tandem veniendum est ad ipsius Alexandrinæ dialecti naturam et indolem, in qua describenda ita versabimur, ut primo, quæ veteres scriptores diserte tribuisse huic dialecto reperiantur, diligenter recenseamus, deinde afferamus quædam eorum, quæ iidem Ægyptiæ dialecti fuisse docent, denique nonnulla ex iis proponamus, quæ simpliciter damnasse atque rejecisse leguntur grammatici, et quæ maxime ad Macedonicam vel Alexandrinam dialectum videntur esse referenda. Antequam vero ejusmodi verba verborumque formas enumeremus, pauca quædam dicenda putamus de nonnullis, quæ pertinere videntur ad naturam dialecti Alex. universam. Et primo quidem dicamus de eo, quod jam §. 7. innuimus, ortam fuisse dialectum Alexandrinam e pluribus aliis dialectis, ut Attica, Macedonica, Ægyptiaca, aliisque fortassis,[1] et hac ipsa plurium dialectorum inter se mixtura et conjunctione factum esse,

[1] Vere enim haud dubie et scite judicat Huetius in Origenianis, 1. 1. T. i. opp. Origenis ab ipso editorum Colon. 1685. f. p. 1. "Quis, inquiens, accuratam Hellenismi munditiem in Alexandrina requirat dialecto, quæ a Macedonica profecta est, barbara ipsa primum et impura, et extra Græcarum censum numerata, tot deinde gentium commercio inquinata, et ab Ægyptiis demum, inter quos consedit, distorta et corrupta? Inde fit, ut Alexandrinorum loquelam tam sæpe carpant critici antiqui, Phrynichus, Thomas Magister, et Helladius Besantinous."

ut distingueretur, tanquam diversa et peculiaris, ab omnibus reliquis dialectis. Quæ quidem ratio videri possit admodum lubrica esse, nec nisi ad fallendum excogitata, qua quidlibet ex quolibet fieri facile possit. Ab hac igitur fraudis et fallaciæ suspicione ut me defendam, nihil aliud afferam, nisi in hoc quoque genere me secutum esse et ipsam rei naturam, et auctoritatem veterum. Scilicet locus hanc in rem egregius extat apud Clementem Alexand.:[1] αἱ δὲ ἄλλαι διάλεκτοι (præter τὰς γενικὰς, de quibus antea dixerat, atque adeo τοπικαὶ, qualem Alexandrinam fuisse jam supra §. 6. significavimus) αἱ πολλαὶ, ἐπὶ κοινωνίᾳ διαλέκτων δύο ἢ τριῶν ἢ καὶ πλειόνων γίνονται. Qui locus mihi quidem satis evidens esse, certe illud efficere posse, videtur, ut, qui rationem meam impugnare instituerit, minus mecum quam cum Clemente rem sibi fore intelligat. Si quis tamen Clementis auctoritatem non tantam habendam esse sibi persuaserit, ut ea me recte videar posse defendere, is cogitet, quæso, ipsius Atticæ dialecti exemplum, de cujus natura et origine mixta hæc habet Xenophon:[2] φωνὴν τὴν πᾶσαν ἀκούοντες (nempe Athenienses, quos paulo ante ob maris imperium cum diversissimis nationibus mixtos fuisse dixerat,) ἐξελέξαντο τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς· καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες ἰδίᾳ μᾶλλον καὶ φωνῇ καὶ διαίτῃ καὶ σχήματι χρῶνται. Ἀθηναῖοι δὲ κεκραμένῃ ἐξ ἁπάντων τῶν Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων.—Alterum, de quo moneri nonnulla debere existimabam, est insigne versionis librorum divinorum Gr. ab aliorum scriptorum Alexandrinorum libris discrimen. Hos enim multo magis, quam interpretes Alexandrinos, linguæ puritati studuisse, quin primo statim aspectu patere unicuique debeat, nullo modo dubito. Nimirum reliqui scriptores Alexandrini et Ægyptii, quorum quidem libri ad nostra tempora pervenere, cum haud dubie multi, qui minus eleganter ac pure, quippe vulgari dialecto Alexandrina vel Macedonica, scripti essent, diu neglecti tandem perierint, illi igitur scriptores, ut Ptolemæus, Clemens, inprimisque Philo, cum doctis maxime viris scriberent, non plebi, potuerunt sane, et vero etiam debuerunt, uti lingua puriori et ad Atticam elegantiam magis accedente. Omnino enim in libris plerisque veterum sermo viget eruditorum.[3] Si qui tamen vel formas verborum, vel notiones, quas Alexandrinorum esse præceperunt grammatici, immiscuisse libris suis et quasi adspersisse reperiuntur, e quorum numero est Lycophron: non ego illos hoc semper fecisse putem imprudentes et inscios, aut quod nimium essent iis per usum loquendi vulgarem adsueti, sed ideo, quod talia viderent antiquissimæ Hellenum linguæ deberi, atque adeo iis tanquam stellulis egregie distingui orationem suam atque ornari arbitrarentur: quod quidem a poetis potissimum fieri notum est. Versionem vero librorum sacrorum, utpote plebeiis potissimum, h. e. indoctis, hominibus scriptam, facile apparet magis debuisse horum ingenio intelligendique facultati accommodari. Jam etsi, quod diximus, verissimum esse judicamus, tamen non ita universe verum est, quin et versioni Alexandrinæ Attica verba Atticasque loquendi formas, quæ quidem notæ essent hominibus indoctis, vel intelligi ab iis facile possent, immixtas reperiri concedendum sit,[4] et reliquis illis scriptoribus Ægyptiis, excepto fere Philone, quem tantum constat elegantiæ et puritati in scribendo operam dedisse, ut vulgo apud Græcos diceretur: ἢ Πλάτων φιλωνίζει, ἢ Φίλων πλατωνίζει,[5] excidisse nonnunquam legantur verba et formulæ minus probæ ac puræ: quod quidem non adeo mirum videri debet de viris, qui non vernacula uterentur pura illa et eleganti dicendi ratione, sed ex libris eam didicissent. Unde factum est, ut, cum non nescirent, verba vulgaria et idiotica sæpe notiora esse iis, quibus ex Attica dicendi ratione utendum esset, orationis perspicuitati consulturi ponerent interdum utraque. Cujus generis duo tantum laudabimus exempla, e Clemente Alexandrino atque Eustathio.[6] Ille quidem, οὐδὲ τὴν κλεῖν, inquit, ἔχοντες τῆς εἰσόδου, ψευδῆ δέ τινα καὶ ὥς φησιν ἡ συνήθεια, ἀντικλεῖδα. Eustathii verba sunt: ὡς δὲ καὶ χαρίδας ἐστὶν οὐ ἡ τοιαύτη λέξις (ap. χάμμοροι) σημαίνει, δηλοῖ Ἀθήναιος (7. p. 306. D. ubi tamen ante Schweighäuserum editum fuit χάμμαροι) καὶ ἴσως ἐντεῦθεν οἱ χυδαῖοι τοὺς καβούρους παρέφθειραν. Carent his vocabulis, ut talibus fere omnibus, lexica.

Sed cum in recensendis Alexandrinæ, ut Macedonicæ atque Ægyptiæ, dialecti vocabulis, ob tantam librorum mere tali lingua scriptorum paucitatem, utendum fidendumque maxime fuerit grammaticorum præceptis, nec de istorum fide æque indulgenter sentire sciamus viros eruditos omnes, hujus quoque nostri instituti rationem esse reddendam existimamus. Jam verissimum quidem est, illos homines multa vocabula, quæ proba nec eleganti scriptore indigna videantur, ut vulgaria et a quibus abstinendum sit bono scriptori, damnasse, multa in dialectorum doctrina turpiter turbasse, multis denique in rebus, et alios aliis, et quemque sibi diversis locis, misere contradixisse. Hoc plurimi viri docti observarunt,[7] quorum observationibus ipse quoque addere non pauca possem. Sed nunc quidem unum atque alterum sufficiet. Non ἔμελλον, sed ἤμελλον dici jubet Th. Mag. p. 420. Præter ea vero, quæ viri docti jam ad h. l. attulerunt, erroris plane, opinor, grammaticum convincunt diserta Scholiastæ doctissimi verba:[8] κοινὸν ἁμάρτημα πάντων τῶν μεθ' Ὅμηρον ποιητῶν, τὰ ἀπὸ συμφώνου ἀρχόμενα ῥήματα κατὰ τὸν ἐνεστῶτα χρόνον, διὰ τοῦ η ἐκφέρειν ἐπὶ τοῦ παρατατικοῦ. Similem Suidæ

[1] Str. 1. p. 338. B. [2] De rep. Athen. 2. 8. [3] Sunt verba Valckenarii ad Theocr. Adon. p. 240. C.

[4] Horum pauca tantum attingam, cum quilibet plura colligere facile possit. Sic Attici optativum præsentis in verbis circumflexis formabant per ῃ, ut Xen. œc. 10. 6. ὁρῴην. 14. 2. τολμῴην. (v. Thom. Mag. p. 226. sq. Maittair. de dial. p. 77. Fischer. ad Weller. gramm. gr. Spec. II. p. 345. 384. 446. sq.) Eodem modo Ps. cxx. 3. legitur δῴης, et Gen. xliii. 14. δῴη.—Attici ῃ personæ secundæ verborum mediorum mutabant in ει, maxime in verbis βούλομαι, οἴομαι, ὄψομαι, (v. Ammon. in v. βούλει, Maittair. l. l. p. 80. Fischer. l. l. Spec. I. p. 119. sq. et Spec. II. p. 399.) ut Aristoph. Nub. 490. ἐφαρπάσει. Pl. 40. πεύσει. (ubi v. Schol. et Kuster.) Eurip. Hec. 1049. et Alcest. 233. ὄψει. Orest. 94. in Duporti codice, βούλει. Alcest. 387. λήψει. Hæc forma reperitur Job. xxxiv. 12. in cod. Vatic. οἴει. Exod. vi. 1. in eodem cod. ὄψει.—Sed nec illo Atticismo caret versio Alexandrina, quo secundis verborum personis additur syllaba θα, (v. Hort. Adon. in v. οἶσθα, Thom. M. p. 646. Mœris p. 283. Fischer. l. l. Spec. II. p. 359. sq. et 496.) οἶσθα enim, h. e. οἶδασθα pro οἶδας, legitur Deut. ix. 2. ut ap. Sophocl. Aj. 1303. Xen. memm. 4. 2. 22. Eurip. Alcest. 526. 680. κάτοισθα ap. Sophocl. Aj. 590. et Eurip. Orest. 1183. Alcest. 810. ᾔδησθα ap. Eurip. Cycl. 108. etc. ἦσθα, de quo v. Thom. p. 425. et Phryn. p. 58. extat Gen. xl. 13. Ps. ix. 34. (x. 14.) ut apud Eurip. Alcest. 294. 639. et παρῆσθα Orest. 1159.—Sic, ut hoc unum addam, elegans illa forma loquendi, qua abstracta pro concretis ponuntur, de qua v. Eustath. ad Il. β. p. 331. Casaub. ad Athen. 1. 9. p. 30. Barnes. ad Eurip. Androm. 447. Vitring. ad Vorst. de Hebraismis N. T. p. 836. sq. et Dorvill. ad Charit. 5. 4. p. 476. ed. Beck. V. C. quorum locis addi possunt Soph. El. 289. μίσημα pro μισητὴ, Eurip. El. 687. et Plat. Tim. T. III. op. p. 24. D. παίδευμα pro παιδευθεὶς, Eurip. Phœn. 1499. ἀγώνισμα pro πρωταγώνιστα, interprete Scholiasta, Thucyd. 2. 97. περίπλους pro περιπλεύσεως, conspicitur etiam in versione Alexandrina, ut Exod. xix. 6. ἱεράτευμα pro ἱερεῖς, Hebr. כהנים. Ps. xxi. 6. ἐξουδένημα pro ἐξουδενηθεὶς, Hebr. בזוי.

[5] V. Hieron. catal. scriptor. Eccles. T. I. opp. p. 175. B. ed. Tribbechov. Fref. 1684. fol. qui hanc vocem docet non ad sensum tantum, verum etiam ad eloquii similitudinem esse referendam. Cf. Jo. Alb. Fabric. diss. de Platonismo Philonis Judæi, Lips. 1693. et in Opusculorum sylloge supra laudata p. 147—160.

[6] Clem. Alex. str. 7. p. 764. B. Eustath. ad Odyss. κ. p. 1389. 26. cf. ad Od. η. p. 1571. 4.

[7] Præter Luciani in solœcista, Phrynichi, Thomæ, Mœridis, Pollucis, interpretes, dignus est qui hanc in rem legatur Verheykii excursus ad Antoninum Liberalem, (ed. Lugd. Bat. 1774. 8.) p. 290—304. et speciatim de Thomæ dubia sæpe hoc in genere fide, Wesseling. observatt. 1. 30. p. 131. sqq.

[8] Ad Apollon. Rhod. 1. 1309. Recte igitur Apollonius scripsit ἤμελλον 2. 116. 1093. 3. 1065. 1133. ἤμελλεν 3. 260. et ἤμελλεν 2. 627. Consentit cum illo Scholiasta Eustath. ad Od. α. p. 1362. 31. cujus verba adscribenda putabam: τινὲς, inquit, κατηγοροῦσι, αὔξοντες ἐφ' οἷς οὐκ ἐχρῆν, οἷον ἐν τῷ ἤμελλε, (Sic Cod. Alex. Luc. ix. 31. x. 1. Jo. xi. 51. Act. xvi. 27. etc.) καὶ ἠδύνατο, καὶ ἐν τῷ ἠπιστάμην· πρωτὴ γὰρ ἐν τούτοις τοῦ ε εἰς η ἐκ τοῦ ἔμελλον, ἐδύνατο, ἐπίσταμαι, ὥσπερ εἰς πλέον τὴν συνήθη αὔξησιν. Diffitendum tamen non est, multa et grammaticorum præcepta, ut ipsius Eustathii ad Il. ε. p. 529. 18. et exempla in libris optimorum scriptorum, his repugnantia reperiri. v. Fischer. l. l. P. II. p. 260. 294—302. et Maittaire p. 74. sq. Ceterum hic obiter notamus errorem Trilleri, qui ad Thom. l. l. idem antea dicit Phrynichum somniasse p. 146. et 162. Nihil enim ibi legitur de augmento, sed vitari jubetur constructio verbi μέλλειν cum infinitivis aoristorum.

aliorumque errorem de augmento verbi ἀναλίσκειν diligenter notavit Fischerus.[1]—κακολογεῖν male dici, melius esse κακῶς λέγειν, idem Thomas auctor est p. 389. ubi ipse Trillerus ne verbum quidem ad confutandum Atticismi magistrum attulit, et Sallierius dubitat, an in scriptis Atticorum legatur. Et sane possit omnino verum videri Thomæ præceptum, cum illo verbo Athenæus utatur,[2] scriptor et recentior et Ægyptius, cumque Hesychius eo tanquam dialecti communis verbo sæpe reperiatur interpretatus esse verba exquisitiora et rariora.[3] Sed e Pollucis locis nonnullis[4] satis patere puto, probum hoc verbum esse, præsertim cum Jungermannus[5] locum laudaverit ex Isocrate, ubi legitur. Verum igitur est, sæpe errasse grammaticos ac falsa tradidisse. Sed vehementer tamen dubito, an viri docti nec iniqui me serio sint admodum reprehensuri, qui sim illorum placita secutus. Nam non solum de aliis sæpissime vera tradidisse reperiuntur, collatis, qui ad nostram ætatem servati sunt, variorum scriptorum libris, sed multa etiam eos hausisse constat ex antiquiorum grammaticorum monumentis, quorum alia deperdita esse scimus, alia verisimile est in bibliothecis nondum satis excussis latere abscondita, multa item eorum præcepta nobis, qui utimur libris veterum scriptorum sæpe per librarios corruptis, videntur falsa esse, quæ haud dubie, si genuina et antiqua semper scriptura superesset, ipsi sequenda putaremus. Quid si igitur usi fuerint, de dialecto quidem Alexandrina, Callixeni opere et Pacati? Fateor, hoc incertissimum esse. Sed num in tanta rei obscuritate atque caligine palpare malumus, quam vel tantillum videre? præsertim cum in his quoque, quæ afferemus ex iis, quos nobis quidem conferre licuit, grammaticis, non pauca sint, de quorum veritate dubitari vix a quoquam possit. Haud dubie plura poterunt ac certiora dari hoc quoque in genere, si quando libuerit viris doctis, quibus ejus rei occasio et facultas est, edere libros grammaticorum aliorumque veterum scriptorum, nondum a quoquam editos.

Hæc igitur obiter. Alexandrinæ autem ab aliis, vel omnibus vel plerisque, dialectis diversitas apparebat tribus maxime modis, et primo quidem temporibus verborum peculiari quadam ratione formatis, et verisimiliter ex antiqua Græcorum lingua, qualem §. 3. descripsi, derivandis. Extat hanc in rem classicus locus apud Sextum Empiricum:[6] λέξις ἡ παρὰ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν, ἐλήλυθαν καὶ ἀπελήλυθαν, nempe pro ἐληλύθασι et ἀπεληλύθασι. Qua Sexti auctoritate nisus Fabricius in nota illi loco subjecta recte judicat, πέφρικαν pro πεφρίκασι, quod legitur apud Lycophronem v. 252. qui scripsit Alexandriæ, et quem Tzetzes[7] omnino βαρβαρόγλωσσον vocat, referendum esse ad dialectum Alexandrinam. Quanquam enim hic idem Tzetzes tribuit hanc formam dialecto Chalcidensi[8] vel Atticæ, tamen et locus ille Sexti, et hæc ipsa Tzetzis, annon Attica forma sit, dubitatio, faciunt ut sequendum putem Fabricii judicium. Certe supra jam (§. 7. not. 4.) annotatum a nobis fuit, Irenæum Alexandrinum dialectum Alex. omnino derivasse ex Attica. Accedit, quod hæc ipsa forma non semel legitur in versione librorum V. T. Alexandrina.[9] Ex quo simul videtur apparere, hoc in genere plane similem fuisse dialectum Alex. Macedonicæ, quam et ipsam plurimos Dorismos admixtos habuisse, supra vidimus (§. 8. p. clxi. not. 1.). Quare nec dubitandum putamus, quin etiam alia, quæ Bœoticæ dialecto, nec per se male, tribuunt viri docti,[10] recte dicantur translata fuisse in Alexandrinam, cum in nullo scriptore æque sæpe legantur, ac in versione Alex. Talis autem est interpositio syllabæ σα, conspicua in tertiæ personæ numeri pluralis terminationibus. Et primo quidem de imperfecto dicamus, cujus hæc forma non modo sæpissime legitur in eadem illa versione,[11] verum etiam semel apud Lycophronem,[12] ad quem locum rursus Tzetzes, ἐσχάζοσαν, inquit, Χαλκιδικὸν,[13] ἤτοι τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου. Cum igitur eadem sit hujus et formæ πέφρικαν ratio, recte nobis videmur eam cum Krebsio[14] appellare posse Alexandrinam. Hæc autem syllaba σα inseritur etiam aoristo secundo. Quare cum hæc forma superiori simillima sit,[15] neque tantum in versione Alexandrina,[16] sed etiam in aliorum, qui post Alexandri M. tempora vixerunt, scriptorum libris, quanquam rarius,[17] legatur: non dubitamus quin ea recte huc referatur. Ceterum præter Tzetzen Chalcidensi dialecto eam tribuit Phavorinus in v. ἤλθοσαν. Sed ipse ad explicandam glossam ἤεσαν forma ἤλθοσαν utitur, et in v. ἐφύγοσαν Doricam eam facit, denique in v. ἦσν,[18] οἱ τῇ Ἀσιανῇ χρώμενοι φωνῇ, inquit,—ἐφύγοσαν καὶ ἤλθοσαν λέγουσι. Gaza autem:[19] τὸ ἤλθοσαν καὶ ἐμάθοσαν Χαλκιδικῆς διαλέκτου ἐστὶ, παρεσχηματισμένα πρὸς τὸ ἔδοσαν. Et Lascaris:[20] τὸ εἴδοσάν σε ὕδατα, καὶ ἤλθοσαν, καὶ ἐμάθοσαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, Χαλκιδικῆς εἰσι διαλέκτου, εἰς ὁμοιότητα τοῦ ἔδοσαν. Jam cum similes harum sint formæ optativi præsentis et aoristi secundi οισαν pro οιεν, et aoristi primi αισαν pro αιεν, quoniam, post in-

[1] Animadv. ad Weller. Spec. III. P. I. p. 33. sq.

[2] II. p. 306. A. κακολογεῖ (ap. Plat. in Ione) πάντας τοὺς ποιητάς. Ib. p. 507. A. pro eo dictum est εἰπὼν κακῶς, ut Lev. xx. 9. coll. Exod. xxii. 28. Sic Plutarch. in regum apophth. T. VIII. p. 91. κακολογεῖν dixit, sed p. 95. κακῶς λέγειν. Verbo κακολογεῖν utuntur etiam Apollonius Alexandr. de syntaxi p. 281. 19. Eustath. ad Od. κ. p. 1669. 42. Euseb. H. E. 2. 20.

[3] V. c. κακίζει, κακηγόρει, σιλλοῖ, στραβάζειν, etc. ut Schol. Homer. Il. δ. 241. 359. Cf. Eustath. ad Odyss. α. p. 1413. 43.

[4] 2. 119. ubi affert Demosthenis auctoritatem, it. 3. 138. 5. 117.

[5] Ad Poll. 2. 119. Locus Isocratis est in Archidamo c. 41. extr.

[6] Adv. grammat. §. 213. p. 261. ed. Fabric. [7] In commentar. ad Lycoph. 276.

[8] Ad Lycophr. 252. Unde petita sunt, paucis mutatis, quæ leguntur apud Phavorin. in v. πέφρικαν. Cf. Reines. var. lect. 2. 10. p. 203. et Rutgers. lect. var. 5, 6. Sic Geopon. 2. 6. 27. πέφυκαν. Marm. Oxon. 2. 38. παρείληφαν. Batrachom. 178. ἔοργαν. Inscriptio columnæ sub imperio Trajani positæ, in Montfaucon. diar. Ital. p. 125. γέγοναν, quod ipsum cod. Alex. Rom. 16. 7. habet pro γεγόνασιν. Chishul. antiquit. Asiat. p. 109. 12. et p. 119. 7. ἀπέσταλκαν. Ceterum ex eo, quod Tzetzes Chalcidensibus hanc formam tribuit, videtur factum esse, ut etiam alii viri docti Bœoticam eam dicerent. Sed Valckenar. ad Theocr. Adoniaz. p. 374. C. recte observavit, ἔσταμεν ab Alexandrinis in vulgari consuetudine dictum fuisse, cum Dorice diceretur ἑστάκαντι.

[9] Deut. xi. 7. ἑώρακαν, pro quo Exod. x. 6. est ἑωράκασι. Jes. v. 29. παρέστηκαν, et pro eo Zachar. iv. 14. παρεστήκασι. it. Judit. vii. 10. πέποιθαν, sed 2 Maccab. viii. 18. πεποίθασι.

[10] Ut Barnes. ad Eurip. Hippol. 1252. et quos laudat Fischer. ad Weller. P. ii. p. 336.

[11] Sic Exod. xviii. 26. ἐκρίνοσαν pro ἔκρινον. Gen. vi. 4. ἐγεννῶσαν. Exod. xxxiii. 8. κατενοοῦσαν. Num. i. 18. ἐπεξονοῦσαν. 2 Reg. xx. 15. ἐνοοῦσαν. 1 Paral. xxii. 4. ἐφέροσαν. Nehem. iv. 18. ᾠκοδομοῦσαν. Job. i. 4. ἐποιοῦσαν. Ps. v. 9. et xiii. 3. ἐδολιοῦσαν. Jer. xli. 10. ἔλεγαν. Ezech. xxii. 11. ἠνομοῦσαν, et v. 12. ἐλαμβάνοσαν. 1 Maccab. iv. 50. ἐφαίνοσαν.

[12] V. 21. ἐσχάζοσαν. Sic Posidippus in Brunckii analect. t. ii. p. 47. n. vi. habet εἴχοσαν.

[13] Ita enim sine ulla dubitatione legi debet pro Χαλδαϊκὸν, quod vulgo editur. Nam et ipse Tzetzes ad Lycophr. 252. τὸ δὲ ἐσχάζοσαν, inquit, τῆς Χαλκιδικῆς διαλέκτου, et Aristophanes Grammaticus ap. Eustath. ad Od. ξ. p. 1761. 30. τὸ ἐσχάζοσαν παρὰ Λυκόφρονι, καὶ παρ' ἄλλοις τὸ ἐλέγοσαν, καὶ τὸ, εἰ δὲ πλησίον γενοίμεθα φεύγοσαν, φησὶ Χαλκιδέων ἰδιὰ εἶναι, et solemnem fuisse hanc istorum vocabulorum inter se permutationem, docet locus Phavorini supra p. clxii. not. 6. laudatus, ubi et ipse habet Χαλδαϊκῆς, cum tamen in illo loco Tzetzis, quem non dubitari potest quin exscripserit, legatur Χαλκιδικῆς. Contra apud Diodor. Sicul. 14. 29. pro Χαλκιδέων legendum esse Χαλδαίων, præter Wesselingium vidit Hutchinsonus ad Xenoph. anab. 4. 7. 10. Ceterum Aristoteles non solum memorat Chalcidenses περὶ τὴν Ἀσίαν, ut polit. 4. 3. sed etiam ἐπὶ Θρᾴκης, ut ibid. 2. 12. extr. et Amphipoli, ut 5. 3. et 6. De linguæ Chalcidicæ ortu et natura v. Thucyd. initio l. 6. inprimis c. 5.

[14] In lexico N. T. in v. δολιόω. Quod Krebsii judicium posthac vidi egregie confirmari per Lexicon Coislin. p. 482. et Grammaticum in bibl. Sangerman. apud Ruhnken. epist. crit. ii. p. 228. ed. 2. ἐλέγοσαν, ἐγράφοσαν, καὶ τὰ ὅμοια, Ἀλεξανδρεῖς λέγουσι. In utroque exemplum additur locus Lycophronis not. 20. laudatus.

[15] Quod etiam Tzetzes ostendit l. l. πέφρικαν—καὶ τὰ ὅμοια Χαλκιδικῆς ἤτοι Ἀττικῆς διαλέκτου, καὶ τὸ ἐσχάζοσαν, καὶ εἴποσαν, καὶ τὰ ὅμοια.

[16] Sic Exod. xv. 27. et Ps. xlvii. 4. ἤλθοσαν pro ἦλθον. Exod. xvi. 24. κατελίποσαν. Deut. i. 25. ἐλάβοσαν. vii. 19. εἴδοσαν. xxxii. 5. ἡμάρτοσαν. Jos. iii. 14. ἤροσαν. viii. 29. καθείλοσαν. Ruth. iv. 11. εἴποσαν. Nehem. iii. 5. κατέσχοσαν. Ps. lxxvi. 16. εἴδοσαν. lxxvii. 29. ἐφάγοσαν. cxiv. 3. εὕροσαν. Jer. xxviii. 7. ἐπίοσαν.

[17] Ut apud Scymnum Chium v. 696. ἔσχοσαν. apud Theophylactum epist. 19. T. viii. opp. Meursii p. 825. extr. εἴδοσαν, apud Nicetam Choniaten p. 153. ed. Goulart. παρήλθοσαν.

[18] Ubi exscripsit verba Heraclidis ap. Eustath. ad Od. ξ. p. 1759. 35.

[19] Grammat. 2. p. 189. ed. Basil. 1545. 8. [20] l. iii. p. 304.

sertam syllabam illam σα, aurium causa litera ε ejicienda erat, has quoque formas, quas Phavorinus [1] Æolicas esse dicit, Alexandrinis usitatas fuisse arbitror. Certe sæpissime leguntur in Alex. versione. [2] Quod quidem cum videatur hoc in genere argumentum esse non spernendum: nec aoristi secundi ad modum primi formatio, quæ satis frequens est Alex. interprett., [3] quin statuenda sit Alexandrinis in usu fuisse, ullo modo dubito. Legendus est de hac aoristi secundi forma locus Heraclidis: [4] ἡμάρτηται δὲ τὸ ἔα, εἰς ἄλφα περατούμενον, καὶ Ἀσιανῆς ἔχεται φωνῆς. καὶ οἱ Ἑλληνίζοντες δὲ ἐν Κιλικίᾳ, οὕτω προφέρονται. τὰς γὰρ εἰς ων ληγούσας ὀξυτόνους μετοχὰς δέον ἐπὶ τῶν ῥημάτων εἰς ον περατοῦσθαι βραχυνόμενον κατὰ πρῶτον πρόσωπον, οἷον λαβὼν ἔλαβον, φαγὼν ἔφαγον, καὶ τὰ ὅμοια, αὐτοὶ ἀποβάλλοντες τὸ ν καὶ μετατιθέντες τὸ μικρὸν ο εἰς βραχὺ ἄλφα, προφέρονται, ἀπὸ τοῦ λαβὼν καὶ φαγὼν ἔλαβα λέγοντες καὶ ἔφαγα. καὶ τρίτα δὲ τούτων πληθυντικὰ εἰς αν λήγοντα λέγουσιν. Ergo Cilicum Gr. loquentium proprie hæc forma erat, a quibus ob commerciorum communionem facile transire potuit ad Alexandrinos: quod ipsum e vocabuli σισόη exemplo apparet, de quo infra quædam diximus §. 12. Alius denique Dorismus, quem non dubitamus dicere ab Alexandrinis quoque receptum fuisse, est in forma imperativi εἶπον pro εἰπὲ, quam Doricam esse demonstrari potest e Pindaro [5] atque Theocrito. [6] Cur vero Alexandrinis etiam communem eam fuisse putemus, causa est, quod Menander ea sic usus esse dicitur, [7] et quod non semel legitur in versione Alex., [8] ubi tamen Jo. Charax, cujus auctoritatem ego quidem sequendam arbitrabar, scribi volebat εἰπόν. Præter hæc autem, de quibus diximus, temporum in verbis peculiari modo ab Alexandrinis, vel suum ingenium vel alias dialectos secutis, formatorum exempla, reperi tantum duo a grammaticis notata. Scilicet non ἠθέληκα dicebant, sed τεθέληκα, [9] nec ἠνάγκακα, sed ἀνήγκακα: [10] quam tamen formam, ἀνήγκακα, idioticam potius et in communi vita magis usitatam fuisse, quam universe receptam et a politioris ingenii hominibus adhibitam, etsi fuerint, qui Atticam dicerent, (cf. sup. §. 7. p. clx. not. 4.) satis liquet e verbis Etymologi infra positis. Forma τεθέληκα, ni fallor, semel tantum legitur in versione Alex., [11] et vix apud alios scriptores idoneos. [12] Dubitari tamen vix potest, quin etiam alia, quæ non a grammaticis notata sint, huc pertineant. Interim hoc saltem addo, etiam in præpositionum forma vestigia Dorismi extare videri in dialecto Alexandrina. Certe in Inscript. Roset. lin. 47. legitur παρέλαβεν τὴν βασιλείαν πὰρ τοῦ πατρὸς, ubi tamen Ameilhonum p. 97. arbitrabar pro πὰρ legi παρὰ jussisse non sine idonea causa. Nam παρὰ extat lin. i. et 8. Sed Villoisonus in epistola tertia, qua Inscriptionem istam illustrat, jam supra laudata, p. 332. πὰρ tanquam Doricum et Alexandrinum servandum judicavit.

Jam sequitur ut ostendam, novis etiam vocabulis usos esse Alexandrinos, vel antiquis novas notiones subjecisse: quod quidem est aliud quoddam ex iis, quæ valent ad constituendam dialectum aliquam peculiarem. In iis autem recensendis sequi constitui ordinem literarum, a quibus singula incipiunt.

[1] In v. εἴπαισαν.

[2] Ut Ps. xxxiv. 25. εἴποισαν. ciii. 35. ἐκλίποισαν. Job. xviii. 9. ἔλθοισαν. xxi. 20. ἴδοισαν. Prov. xxx. 17. καταφάγοισαν et ἐκκόψαισαν. Job. v. 14. ψηλαφήσαισαν. xviii. 7. θηρεύσαισαν. xx. 10. ὀλέσαισαν et πυρσεύσαισαν. v. 25. περιπατήσαισαν. Gen. xlix. 8. αἰνέσαισαν. Deut. i. 44. ποιήσαισαν. Jes. lxvi. 20. ἀποίσουσαν.

[3] V. c. 1 Reg. x. 14. εἴδαμεν. 2 Reg. x. 14. εἶδαν (quod etiam cod. Alex. habet Act. vi. 15. ix. 35. xii. 16.) et ἔφυγαν. xvii. 20. (et in Cod. Alex. Act. v. 10. iii. 6.) εὕραν. xix. 42. ἐφάγαμεν. xxiii. 16. ἔλαβαν. Luc. v. 5. in Cod. Alex. ἐλάβαμεν. Act. xxvii. 5. in eodem κατήλθαμεν. xxviii. 14. ibidem ἤλθαμεν et v. 16. εἰσήλθαμεν, pro ἤλθομεν. 2 Paral. xxix. 6. ἐγκατέλιπαν. v. 17. εἰσῆλθαν. Act. xii. 10. xxviii. 23. in Cod. Alex. ἦλθαν. xiv. 19. ἐπῆλθαν in eodem. Esth. v. 4. ἐλθάτω. Matth. xxvi. 39. in Cod. Alex. παρελθάτω. Marc. xiii. 15. in eodem cod. εἰσελθάτω. Ps. lxxvi. 18. ἔρριψαν. Prov. ix. 5. ἔλθατε. Cant. iii. 5. ἐξέλθατε. Jes. i. 4. ἐγκατελίπατε. Matth. xxv. 36. in Cod. Alex. ἤλθατε. xxvi. 55. ἐξήλθατε. Sic et Marc. xiv. 48. Luc. vii. 24. 25. et εἰσήλθατε Luc. xi. 52. Amos. iv. 4. εἰσήλθατε et ἐπληθύνατε et ἠνέγκατε. vi. 2. διέλθατε. Reperitur hæc eadem forma in Orphei argonaut. ut 130. εἰσίδαμεν. 519. ἔπεσαν, quod ipsum extat Ps. xix. 8. (ubi tamen ed. Ald. et Complut. ἔπεσον.) et xxvi. 2. ubi Ald. ἔπεσον, quod Wesselingius etiam apud Herodot. vi. 21. pro ἔπεσαν recepit, probante ad 8. 68. Valckenario. Jo. vi. 10. recipiendum putem ἀνέπεσαν, quod est in Cod. Alex. ut Act. xii. 7. ἐξέπεσαν ex eodem codice, et xxii. 7. ἔπεσα, et Rom. xv. 3. ἐπέπεσαν, et 1 Cor. x. 8. ἔπεσαν. Sed ap. Eurip. Troad. 291. pro προσέπεσα præferenda videtur lectio codicum MSS. προσέπεσον, vel scribendum προσέπεσα. Nam Schol. Aristoph. Av. 841. ἐν γὰρ ἐν χρήσει, inquit, τὸ ἔπεσα. Omnino in talibus judicandis caute versandum est. Nam εἶπα v. c. in Orph. argon. 116. unde Cod. Alex. Act. iv. 20. habet εἴδαμεν, potest esse perfectum medium; εἶπα autem et εἶπας et similia, si quis ideo, quod εἶπας pro εἰπὼν legatur in Cod. Alex. Act. xxii. 24. xxiv. 22. et εἶπας habeant Eubulus apud Athen. vi. p. 237. A. et Evangelus apud eund. xiv. p. 644. D. εἴπατε Achilles Tatius erot. iv. 16. Athen. viii. p. 359. D. x. p. 449. C. et προείπαμεν idem vii. p. 303. B. εἶπαν Inscript. Roset. lin. viii. et Codex Alex. Marc. xi. 6. Luc. xix. 39. Act. i. 11. 24. iv. 24. v. 29. vi. 2. x. 22. xii. 15. xiii. 46. xvi. 20. etc. pro Alexandrinis habuerit, verendum erit ne erret. Nam εἶπα habet Herodot. iii. 61. ut προεῖπα Eurip. Cycl. 101. εἶπας idem ibid. v. 148. et Sophocl. Trach. 491. εἴπατε Xenophon Cyrop. iv. 2. 11. et προείπαμεν quoque dixit Athenæus xi. p. 469. E. viii. p. 587. A. et Jo. x. 34. Codex Alex. εἶπαν habet pro εἶπα. (v. plura in Fischeri animad. ad Weller. Spec. iii. P. i. p. 89. sq.) Quæ vero ab initio ex Orphicis posui, et quæ Maittaire p. 292. ex Jo. Antiocheno attulit, ἀνεῖλαν et ἀνῆλθαν et ἐκβάλαι, ea utique ad dialectum Alex. referenda arbitrabar, non minus quam ἀγάγας apud Hesych. pro ἀγαγών. it. ἀφείλατο et ἐξείλατο Jes. xxxviii. 14. (v. Fischer. l. l. p. 24.) et εὑράμην, qua forma etiam Menander usus est. v. Dawes. misc. crit. p. 255. sq. cum nota Tyrwhitti p. 470. qui recte eam rejicit, ut Wolf. ad Demosth. Orat. in Lept. p. 216. Sed defendit eandem Dorvill. ad Charit. p. 403. ed. Lips. Cf. Fischer. l. l. p. 96. In Cod. Alex. Act. ii. 23. est ἀνείλατε pro ἀνείλετε, vii. 10. ἐξείλατο. v. 21. ἀνείλατο. x. 39. ἀνεῖλαν. xxiii. 27. ἐξειλάμην pro ἐξειλόμην.

[4] Ap. Eustath. ad Od. ξ. p. 1759, 10. e quo, nonnullis mutatis et omissis, transcriptus fuit in hortos Adon. in v. ἔα. De verbis Ἀσιανῆς φωνῆς v. supra p. clxvii. not. 18. Sed quam late pateat nomen Ἀσιανός, intelligi etiam potest ex Hesych. et Phavor. qui χερσόνιον dicunt fuisse νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις, τὸ χερσαῖον λεγόμενον. Sed κέρσα, inquiunt, Ἀσιανὸν νόμισμα. Fortassis Ἀσιανὸν in talibus est i. q. Περσικόν. Apud Eurip. vero Orest. 1396. sq. Phryx dicit: βάρβαροι λέγουσιν αἲ αἶ, Ἀσιάδι φωνᾷ. ubi Schol. Ἀσιάδι ἀντὶ τοῦ βαρβάρῳ.

[5] Olymp. 6. 156.

[6] Idyll. xiv. 11. in editionibus quidem Zach. Calliergi et Brubachii. Nam Henr. Steph. edidit εἰπὲ, Reisk. εἰπέν.

[7] In hortis Adon. leguntur hæc: εἶπον Μένανδρος—ἀντὶ εἰπέ, πρῶτος ἀόριστος. ἰστέον δὲ ὅτι λέγει ὁ γραμματικὸς Ἰωάννης ὁ Χάραξ, ὅτι τὸ παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ προστακτικὸν ὀξυτονεῖται, οἷον εἰπὸν ἀντὶ εἰπέ, δεύτερος ἀόριστος κατὰ τὴν τῶν Συρακουσίων φωνήν. οὗτοι γὰρ τὰ προστακτικὰ τοῦ δευτέρου ἀορίστου μεταπειοῦντες εἰς ον τὸν τόνον φυλάττουσι τῶν κοινῶν προστακτικῶν, οἷον τὸ λάβε λαβόν. εἰ οὖν ἐστιν εἰπὲ ὀξυτόνως, δῆλον ὅτι καὶ εἰπόν. τὸ δὲ εἶπον παρὰ Μενάνδρῳ, ἐστὶ προστακτικὸν ἀορίστου ἀπὸ τοῦ εἶπα. Eadem fere leguntur in Etym. M. in v. εἶπον p. 302. 26. sed minus plene minusque perspicue. Lascaris iii. p. 300. εἶπον, εἰπέτω παρὰ Μενάνδρῳ, καὶ τὸ λαβόν, ἀντὶ λαβέ, καὶ ἀπελθόν, ἀντὶ ἀπελθέ, Συρακουσίων ἐστί. Jo. Grammaticus vero p. 381. et Phavorin. in v. θίγεν omnino de Doribus præcipiunt: προστακτικὰ ῥήματα, ἐκφερόμενα διὰ τοῦ ε ψιλοῦ, διὰ τοῦ ον ἐκφέρουσι. λάβε, λαβόν· θίγε, θιγόν· δράμε, δραμόν. Cf. Kœn. ad Gregor. p. 157. sq. cf. Æl. Dionys. ap. Eustath. ad Od. β. p. 1435. 62. qui utrumque imperativum ostendit Attice dici, et εἰπὲ et εἰπόν.

[8] Ut Gen. xii. 13. xx. 13. Exod. vi. 6. viii. 5. et 16. Lev. xxi. 1. etc. in quibus locis edi solet εἶπον, sed Jes. xl. 9. εἰπόν. Eodem modo in Platonis Menone T. ii. opp. ed. Steph. p. 71. D. legitur εἰπὲ, sed in ed. Basil. 1534. f. p. 334. εἶπον. In Meleagri epigr. cxxii. Brunckius T. i. analectt. p. 35. dedit εἰπέ, ut in Asclepiadis xxxix. p. 219. Posidippi x. T. ii. p. 48. Q. Mæcii iii. p. 237. M. Argentarii xxv. p. 272. Stratonis lx. p. 373. Pauli Silentiarii xv. T. iii. p. 76. et Anonymi dccliii. Idem e Cod. Alex. reponendum est pro εἰπὲ Act. xxviii. 26.

[9] Thom. Mag. p. 417. ἠθέληκα, Ἀττικοὶ λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ ἐθέλω, ἐθελήσω, ἠθέληκα. τὸ δὲ τεθέληκα, Ἀλεξανδρεωτικόν, ἀπὸ τοῦ θέλω χαρακτηριζόμενον. cf. Phryn. p. 146. qui, ut Thomas, utitur vocabulo Ἀλεξανδρεωτικόν, e cujus forma quanquam videatur colligi posse, non inquilinos Alexandrinos ita dixisse, sed advenas tantum Græcos, Alexandriæ commorantes, cum idem Thomas p. 794. vocabulum Σικελὸς ita distinguat a vocabulo Σικελιώτης, ut illud inquilinum Siculum, hoc advenam significare dicat: tamen in vocabulo Ἀλεξανδρεωτικὸς rationem illam nullo modo locum habere posse existimo. Nam ut alia, e quibus, quam parum commoda sit, possit intelligi, taceam, οἶνος Ἀλεξανδρεωτικὸς et Μαρεώτης ap. Athen. i. p. 33. D. dicuntur synonyma esse, quia Marea fuerit locus et oppidum in agro Alex. Sic nec Θεσσαλιῶται sunt advenæ in Thessalia versantes, teste Ælio Dionys. ap. Eust. ad Od. υ. p. 1896, 51. et Phavor. in v. Σικελοί. Ceterum de hac verbi forma notanda est mira Phavorini inconstantia. Nam in v. ἠθέληκα et θέλω derivat eam a verbo θελέω, omissa dialecti Alex. mentione (cujus nec Etym. M. in v. ἐθέλω meminit), in v. Τίτιος ipse utitur forma τεθελέκαι, sed in v. τεθεληκέναι repetit Phrynichi verba omnia.

[10] Etym. M. p. 106. 23. et ex eo Phavor. ἀνήγκακα, ἰστέον ὅτι βάρβαρόν ἐστιν, οὐχ εὑρισκόμενον παρ' Ἕλλησιν ἐν χρήσει.—ἐν μόνῃ γὰρ τῇ τῶν Ἀλεξανδρέων δημώδει συνηθείᾳ εὑρίσκεται. λέγουσι δέ τινες Ἀττικὸν εἶναι, ὅπερ οὐκ ἔστιν.

[11] Nempe Ps. xl. 11.

[12] Etsi enim Reiskius apud Æschinem p. 506. extr. servavit lectionem τεθέληκας, tamen codex Meadianus exhibet ἠθέληκας, et Marklandus reponi jubebat τετόλμηκας. Sexti Empirici autem auctoritas, qui adv. mathemat. 2. 37. p. 296. habet τεθεληκέναι, parum me movet.

Ἀγγυθήκη, auctore Athenæo 5. p. 210. C. fuit vas quoddam triangulare, quod cum in medio cavum esset, recipere poterat impositum fictile. Pauperes illud habebant ligneum, divites æneum vel argenteum. Non admodum differre videtur ab ἐγγυθήκη, incitega, de qua superius Athenæus disputat.

Ἀλαβάρχης sæpissime in rebus Alexandrinorum commemoratur, sed non semper idem significare videtur, et incerta est origine. Apud Josephum quidem archæol. 18, 8, 1. (atque inde apud Euseb. hist. eccl. 2. 5.) 19, 5, 1. 20, 5, 2. (ubi est participium ἀλαβαρχήσας) et 20, 7, 3. (ubi nomen ἀλαβαρχία) summum magistratum Judæorum Alexandrinorum, qui alias ἐθνάρχης sive γενάρχης appellatur, intelligunt, præter alios, Valesius ad Euseb. l. l. Hudsonus et Havercamp. ad Joseph. ll. ll. Quare nonnulli Ἀραβάρχης scribi malunt, ut significetur præfectus Arabiæ, Ægypto conterminæ, eique aiunt delegatam fuisse "curam exigendi vectigalis, quod pendendum ab iis esset, qui armenta ex Arabia in Ægyptum, vel hinc illuc traducerent." v. Lil. Gyrald. dialogism. 29. (in Gruteri Lampadis T. II. p. 450.) et Fuller. miscell. sacr. 4. 16. Confirmari hæc interpretatio potest e Cod. Justin. l. 4. tit. 61. l. 9. "vectigal Arabarchiæ per Ægyptum atque Augustaneam constitutum." Statim enim memoratur "traductio animalium." Quapropter etiam apud Cic. ad Att. 2. 17. ubi vel Pompeius vel Antonius vocari putatur Arabarches, quod multa vectigalia Ægypto exegisset, rectius ita scribi, quam Alabarches, videtur. Fortassis etiam apud Juven. 1. 130. recte editur: "nescio quis Ægyptius, atque Arabarches." Nihil enim impedit, quo minus ejusdem vectigalis exactor intelligatur. Cujacius vero observatt. 8. 37. quanquam, ut Turnebus adversar. 27. 25. et Vossius in Etymol., utramque scripturam ferri posse innuit, tamen ubique mavult ἀλαβάρχης, utens eam in rem verbis Phavorini, vel potius Hesychii: ἄλαβα· μέλαν, ᾧ γράφομεν, et comparans Latinum usum, quo scriptura dicitur vectigalium ratio, et magister scripturæ vocatur vectigalibus præpositus. At Fullerus l. l. satis hanc opinionem refellit, et apud Josephum atque Euseb. legi quidem jubet ἀλαβάρχ. sed ita, ut hoc nomen derivet ex Syriaco חלף, h. e. ἀντὶ, pro, vice, et ארכון sive in compositione ארכא, h. e. ἄρχων, et in compositione ἄρχης s. ἄρχος, atque adeo nomen ἀλαβάρχης explicat: "qui vice principis fungitur, magistratus Judaicus potestate præsidis regii et imperatorii," quemadmodum apud Arabas Chalipha dicitur Mahometi vicarius et successor. Ego quoque Fullero facile assentirer, si exempla, quæ attulit, טטררכא et כילירכא, h. e. tetrarcha et chiliarcha, similia essent. In his vero additur res, cui uterque præfectus sit, quod in Alabarcha, si quidem notationem Fullerianam sequare, secus est. Accedit, quod in Justiniani edict. xi. c. 2. Alabarcha et c. 3. sacrarum Alabarchiarum præfecti distinguuntur a præfecto apud Alexandrinos Augustali, et junguntur sacrarum largitionum præposito. Ex his enim apparet, Alabarchas plures fuisse, non unum, et munus eorum ad pecuniarum rationes pertinuisse, et a munere summi magistratus diversum fuisse. Rhenferdius contra in diss. de Arabarcha vel Ethnarcha Judæorum, 1702. 4. edita, et deinde operibus ejus philologicis, supra laudatis, p. 584—613. inserta, ubique scribit Ἀραβάρχης, idque ortum putat ex הרב המנהיג doctor, rector. Nam המנהיג est ὁ ἡγούμενος, quod ille interpretatur ὁ ἄρχων, ita ut Ἀραβάρχης sit, Qui omnes synagogas gubernat, pactaque et decreta curat. Quam rationem equidem valde contortam arbitror esse. Præterea tales præfecti vocantur ἀρχισυνάγωγοι, vel patriarchæ. Ruffinus apud Josephum et Eusebium ἀλαβάρχην vertit principem vel præfectum salis. Unde Bulengerus de vectig. pop. Rom. c. 21. legendum conjicit ἀλασάρχης vel ἁλοσάρχης. Debebat saltem ἁλιάρχης. Etiam Burmannus de vectig. P. R. c. 8. p. 123. quod miror, per Alabarchem intelligit magistratum, qui vectigal salis curabat. Quodsi quis conjecturis delectetur, possit et Ἀραβάρχην et Ἀλαβάρχην explicare per ναύαρχον. Nam et ארבא et אלפא significat navem. Possit etiam Ἀραβάρχης descendere videri a nomine עֲרָבָה, quod etiam in versione Alex. Jer. lii. 7. legitur, ut intelligatur præfectus agrorum et villarum totius alicujus provinciæ. Sed præstat, in universum intelligere magistratum Judæorum, inprimis Alexandrinorum, magnæ auctoritatis et potestatis, cujus munus maxime pecuniarum rationes spectaverit, sed de origine vocabuli, te nihil scire, fateri. Bochartus in fine Hierozoici nomen Ἀλαβ. vocat semi-Ægyptium, sed non interpretatur, neque Jablonskius in collectione vocum Ægyptiacarum quicquam de eo attulit. Valesius et Turnebus ll. ll. dicunt, illud per risum et contumeliam confictum, nihil tamen addunt, quomodo hoc velint intelligi, aut cur ita statuendum sibi videatur. Ceterum, præter Turnebum, vix quisquam ex iis, quos laudavi, mentionem fecit epigrammatis Palladæ Alexandrini: (in Brunckii analect. T. ii. p. 413. n. xxx.) ἐξότε γὰρ καὶ τοῦτον ὄνον χαλεπὸς χρόνος ἔσχεν, ἐξ ἀλαβαρχείης, γραμματικοῦ γέγονε. Scholiastes ibi: ἢ ἐκ κεραμικῆς. Ἀλάβαρχοι γὰρ λέγονται οἱ κεραμεῖς. Quæ explicatio si vera est, quomodo cum locis supra allatis conciliari, et quæ nominis notatio excogitari possit, non ego video. Sed haud dubie aliena illa est a poetæ consilio, quanquam Jacobsio (animadvv. in Anthol. Gr. v. ii. p. iii. p. 216.) unice probata. Nam ut taceam, nullum hujus usus exemplum reperiri, ad ridendam misellam grammaticorum pauperiem efficacius est, si asellus ex ædibus Alabarchæ, hominis divitis et luxuriosi, ubi hordei omninoque pabuli satis esse verisimile est, quam si e figuli taberna, ubi non minus quam apud grammaticum res angusta, in hujus domum vendi fingitur.

Ἀνεμόσυρις, turbo, et ventilabrum. Olympiodorus præf. in Aristot. meteorol. l. 3. ταύτην τὴν συστροφὴν ὁ μὲν ποιητὴς θύελλαν καλεῖ· Ἀριστοτέλης δὲ τυφῶνα, οἷον τυπῶνα, διὰ τὸ τύπτειν σφοδρῶς, καὶ ῥηγνύναι στερεὰ σώματα· ναῦται δὲ σίφωνα, διὰ τὸ δίκην σίφωνος ἀνασπᾷν τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης· οἱ δὲ Ἀλεξανδρεῖς τῇ ἐπιχωρίῳ φωνῇ ἀνεμόσυριν, διὰ τὸ ἐοικέναι κυκλανέμοις γυναικείοις, ἅπερ ἀνεμόσυριν καλοῦσιν ἐπιχωριάζοντες. Quæ h. l. memorantur κυκλάνεμα, haud dubie sunt rotunda ventilabra, vel flabella.

Ἀντινόειος στέφανος Alexandriæ nominabatur corona quædam, texta e loto in agro Antinoite nascente. Scilicet duplex ibi lotus nascebatur: alter coloris fere rosei, e quo nectebantur coronæ illæ proprie Ἀντινόειοι dictæ, alter cyaneo colore, e quo fiebant coronæ, quas lotinas vocabant. v. Athen. 15. p. 677. D. Cf. Salmas. exercit. in Solin. p. 685. sq.

Ἀπανθρακίς. Diocles Carystius apud Athen. 3. p. 110. B. ἡ ἀπανθρακίς ἐστι τῶν λαγάνων ἁπαλωτέρα· ἔοικε δὲ καὶ οὗτος ἐπ' ἀνθράκων γίνεσθαι, ὥσπερ καὶ ὁ παρ' Ἀττικοῖς ἐγκρυφίας· ὃν καὶ Ἀλεξανδρεῖς τῷ Κρόνῳ ἀφιεροῦντες, προτιθέασιν ἐσθίειν τῷ βουλομένῳ ἐν τῷ τοῦ Κρόνου ἱερῷ. Posui totum locum, quia dubium videbatur, annon verba postrema, ὃν καὶ—ἱερῷ, pertinerent ad ἐγκρυφίαν potius, quam ad ἀπανθρακίδα, cum ἐγκρυφίας sæpe sit in versione Alex. ut Gen. xviii. 6. Exod. xii. 39. Num. xi. 8., ἀπανθρακὶς nunquam. Mihi tamen magis placet, ut ad ἀπανθρακίδα referantur, non quidem, quia Athenæus vii. p. 329. B. utitur verbo ἀπανθρακίζειν. (Nam Eustathius ad Il. α. p. 135. 23. Ἀττικοὶ δὲ, inquit, ἀπανθρακίζειν τὸ ὀπτᾷν λέγουσιν. Cf. Pierson. ad Herodian. Philetær. p. 451.;) sed quia minus de verbo, quam de re ipsa, agitur. Ceterum ἀπανθρακὶς scribitur et ἐπανθρακίς, quia tales panes s. placentæ parantur ἐπ' ἀνθράκων, sed comeduntur ἀπ' ἀνθράκων. v. Schweighäus. animadv. ad Athen. T. ii. p. 261.

Ἀραβάρχης, v. Ἀλαβάρχης.

Ἀστακοὶ vocabatur Alexandriæ genus quoddam locustarum vel cancrorum, qui Atticis dicebantur ὀστακοί. v. Athen. i. p. 7. B. iii. p. 104. F. et p. 105. B. Cf. Hesych. in v. ὀστακός. Sic supra vidimus, Macedonas ἀβροῦς pro ὀφρῦς dixisse. Ceterum ὁ ἀττάκης verisimiliter magis sapit Alex. dialectum, quippe Æolicæ in multis similem. Atque sic legitur Levit. xi. 22. Cf. Bochart. hieroz. iv. 2. p. ii. p. 449.

Ἀφαρεὶ in Alexandrinorum sermone idem significabat, quod ἐσπουδασμένως, ταχέως, ἀπερισκέπτως. v. Etymol. M. p. 175, 24. qui tamen l. 14. ἀφαρεὶ eadem notione dicit Ionum esse et Ephesiorum. Utroque in loco addit ποιεῖν τι ἢ λέγειν s. φθέγγεσθαι, quasi ἀφαρεῖν legendum, et verbum, non adverbium, putandum sit. Et sane mihi quidem id placet. Certe turbata etiam videntur hæc Schol. Hom. Villois. ad Il. κ. 165—167. p. 248. a. ἀπὸ δὲ τοῦ ἄφαρ ἔοικεν ἐν συνηθείᾳ εἶναι τῶν Ἀλεξανδρέων τὸ λέγειν, τὸ ἐσπευσμένως, ἄφαρ πεποίηκε, τὸ ἐσπευσμένως καὶ τεθορυβημένως. Et Hesych. ἀφαρεῖ interpretatur verbis ἱδροῖ, ἀνιμᾶται, i. e. sudat, ideoque sine pallio res suas agit.

Βαίων, quod alias erat piscium genus (v. Athen. 7. p. 288. A.), Alexandriæ erat nomen mensuræ, teste Hesychio.

Βαυκαλὶς fuit poculum quoddam, vel certe vas vinarium. v. Athenæi fragmentum primo a Casaub. in animadv. ad Ath. p. 784. 27. editum, deinde a Schweighäusero libro xi. insertum T. iv. p. 224. Quale fuerit, et cur l. l. a Sopatro τετράκυκλος appelletur, nemo facile dixerit. In Nicarchi epigrammate (apud Brunck. analect. T. ii. p. 357. n. xxxiv.) est: εἰς τὸ θέρος χαλκῆν βαύκαλιν ἠγόρασας, sc. ad refrigerandum vinum. v. omnino Schweighäus. animadv. in Ath. T. vi. p. 62. sq.

Βῆσσα fuit poculum quoddam, latius ab inferiore parte, a superiore angustius. v. Athenæi fragment. modo laudatum. Casaubonus in animadv. p. 817. 43. legendum conjicit βῆσαι, quia in Hedyli epigrammate (apud Athen. 11, p. 497. D. et ap. Brunck. T. I. p. 484. n. IV.) legitur βῆσαν (Brunck. secutus Salmasium ad Solin. p. 449. edidit Βῆσαν) Αἰγύπτιον. Et Eustath. ad Od. α. p. 1405. 16. ubi verba Athenæi affert, diserte dicit: βῆσα γραφομένη δι' ἑνὸς σίγμα. Sic Hesych.: βησίον· ποτήριον. v. Albert. ad h. l. et Hemster. ad Poll. 10. 68. qui opportune monet, a Coptis nunc quoque poculum appellari πίβασα vel πίβησα. Ceterum nomen ipsum non a Bessis, Thraciæ populo, deduxerim (hi enim Βέσσοι scribuntur), sed a Chaldaico בָּסָא sive בִּיסָא, quod constat vas sacrum fuisse, miscendo sacrificio vespertino.

Βλακεννόμιον. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τέλος τι βλακεννόμιον, ὃ οἱ ἀστρολόγοι τελοῦσι, διὰ τὸ τοὺς μωροὺς εἰσιέναι πρὸς αὐτούς. Etymol. M. p. 199. 10. et Suid. in v. βλάκα.

Δεικτηριάς, prostibulum. Saltem Dalechampius apud Athen. 13. p. 576. extr. ita explicat, probante Schweighäusero animadv. T. VII. p. 117. Athenæus enim e Polyb. 14. 11. retulit hæc: αἱ κάλλισται τῶν οἰκιῶν Alexandriæ οὐ Μυρτίου καὶ Μνησίδος καὶ Ποθεινῆς προσαγορεύονται; καίτοι Μνησὶς μὲν ἦν αὐλητρὶς καὶ Ποθεινή, Μύρτιον δὲ μία τῶν ἀποδεδειγμένων καὶ κοινῶν δεικτηριάδων.

Ἐλαιεμπορία, munus coemendo publice oleo occupatum. Ita enim cum Guil. Budæo (annot. reliq. in Pandectas p. 377. B. ed. Basil. 1557. fol.) pro elemporia reponendum arbitror in loco Digest. l. 50. tit. 4. l. ult. §. 19. " Elemporia et ospratura apud Alexandrinos patrimonii munus existimatur."

Ἑλικτοὶ στέφανοι καλοῦνται παρ' Ἀλεξανδρεῦσι μέχρι καὶ νῦν. Athen. 15. p. 679. F. Fortassis Alexandrini hoc coronarum genus a Cilicibus acceperunt. Cf. quæ supra ad p. clxviii. n. 4. ex Heraclide attulimus. Certe ἑλικτὸν βόστρυχον commemorat Theodectes Phaselites apud Athen. x. p. 454. E. Sed βοστρύχων ἑλικτῶν meminit Clemens Alex. pædag. 2. 10. p. 198. D. βόστρυχον αὐτοέλικτον habet Christodorus Coptita v. 269. in Brunckii analect. T. II. p. 466. Sed 1 Reg. vi. 8. est ἑλικτὴ ἀνάβασις, et Lev. vi. 21. ἐλατὰ sunt placentæ tortiles s. tortæ.

Ἐξειλῆσαι. τοῦτο λέγουσιν οἱ Ἀλεξανδρεῖς ἐπὶ τοῦ ἐκφυγεῖν. Etymol. M. p. 348. 12. qui etiam explicare conatur, quomodo hæc notio tribui verbo isti potuerit, et Phavorin.

Ἐξηγητής, v. præfat.

Ἐπίδομα. Athen. 8. p. 364. F. ὀνομάζουσι δ' οἱ ἀρχαῖοι καὶ ἐπιδοσιμά τινα δεῖπνα, ἅπερ Ἀλεξανδρεῖς λέγουσιν ἐξ ἐπιδομάτων.

Ἐπίσταλμα· ἔνταλμα, ἐντολήν, ἢ ἐπιστολήν. ἐπίσταλμα βάρβαρον, ἐπιχωριάζον Ἀλεξανδρεῦσι. Phavorin. Sic Justin. Imp. in Cod. l. 7. tit. 37. l. ult. ex epistalmate nostro.

Ἐπιχειμάζεις σαυτὸν Μένανδρος εἴρηκεν, ἐπὶ τοῦ λυπεῖν. καὶ Ἀλεξανδρεῖς ὁμοίως. Phrynich. p. 172. Sic fere explicanda videntur Prov. xxvi. 10. πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων, ubi in Hebr. est מְחוֹלֵל, et in epigr. CCCCV. T. III. analect. Brunck. p. 237. οὐκ ἔστι γήμας, ὅστις οὐ χειμάζεται. Apud Atticos quid sit χειμάζεσθαι, docent hi loci: Thucyd. 8. 32. χειμασθεισῶν τῶν νηῶν: ubi Schol. διασπαρεισῶν ὑπὸ χειμῶνος. c. 80. νῆες χειμασθεῖσαι: Schol. ταραχθεῖσαι ὑπὸ χειμῶνος. Plutarch. de def. orac. c. 30. οἱ Τυνδαρίδαι τοῖς χειμαζομένοις βοηθοῦσιν. Cf. ejusd. apophth. regum p. 115. T. VIII. ed. Hutten. quæst. Gr. c. 58. Plat. Phileb. T. II. opp. p. 29. B. Sophocl. Œdip. Tyr. 101. Metaphorice quidem, sed primæ notionis ratione habita, legitur apud Palladam Alexandrinum epigr. CIV. T. II. ed. Brunck. p. 428.

Ἑφθοπώλια, popinæ in quibus cocta vendebantur, tabernæ coctiliciæ, vocabulum dialecti Alex. fuisse, colligit Casaubonus animadv. in Ath. p. 179. 33. e verbis Athenæi 3. p. 94. C. ὥσπερ ἔθος ἐστὶν ἐν τοῖς κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν λεγομένοις ἑφθοπωλίοις. ubi hoc nomine usus esse dicitur Posidippus Comicus, qui putatur gente Macedo fuisse.

Ζυγοστάσιον Alexandriæ vocatum fuit munus libripendis sive libratoris. Codex Justinian. l. xi. tit. 27. l. 1. " in æstimatione frumenti, quod ad civitatem Alex. convehitur, quicquid de crithologia et zygostasii munere Eminentia tua disposuit." Ipsi libripendes appellantur ζυγοστάται. Ib. l. 10. tit. 71. l. 2. " de qualitate solidorum placet, quem sermo Gr. zygostaten appellat, per singulas civitates constitutum,—contentionem dirimere." Cf. Budæus l. l. p. 339. B. Hinc ζυγοστατεῖν proprie est librare, sed improprie vario modo dicitur, ut apud Polyb. 6. 10. ζυγοστατούμενον τὸ πολίτευμα, nulla ratione mutatus reip. status. 1. 20. ἐξυγοστατεῖτο αὐτοῖς ὁ πόλεμος, æquo Marte gerebatur. Alciphr. 2. epist. 2. p. 218. ed. Bergler. οὐ ζυγοστατήσω πάντας αὐτοὺς πρὸς τὸν Τιμάρχου βραχίονα, æquabo s. comparabo cum brachio.

Ἡμίνηρος. Athen. 3. p. 121. B. ὁ ποτάμιος κορακῖνος, ὃν πέλτην τινὲς καλοῦσιν, ὁ ἀπὸ τοῦ Νείλου, ὃν οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰδίως ἡμίνηρον ὀνομάζουσιν. Cf. p. 118. F. et p. 119. A. et Bochart. hieroz. 6. 16. extr. p. 888. 57.

Ἱππόδρομος quin Athenis dictus fuerit circus, nemo dubitat. Sed cur interpretes Alex. hoc vocabulo usi sint, ut Gen. xxxv. 19. et xlviii. 7. cum nescire se fassus esset Hieronymus quæst. ad Gen. ll. ll. T. III. opp. p. 144. H., rationem Hodius l. l. p. 114. maxime probabilem attulit hanc, quod Alexandriæ quoque fuerit hippodromus, (v. Strab. 17. p. 795. C. Plut. in Antonio c. 74.) qui non potuerit ignotus esse interpretibus illis. Istum autem hippodromum a Ptolemæo Lagida extructum fuisse, docere possunt hæc verba Epiphanii de pond. et mens. p. 537. 8. ed. Basil. 1544. fol. ἐπαύσαντο οἱ Λαγίδαι βασιλεύειν, οἱ ἀπὸ τοῦ Λάγου δηλονότι καταγόμενοι Πτολεμαῖοι, ὃς ἱππικὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ κατασκευάσας, Λάϊον ὠνόμασεν. modo cum Bocharto hieroz. P. I. 2. 26. p. 264. pro τοῦ Λάγου legas τοῦ τοῦ Λάγου, sc. υἱοῦ, (vel potius τοῦ Λάγου per ellipsin nominis υἱοῦ explices) et Λάγιον pro Λάϊον. Ceterum ἱπποδρόμου mentio est etiam 3 Maccab. iv. 11. v. 46. Cf. Bielii novus thes. philolog. in h. v.

Καθὼς pro καθὰ vel καθὸ rejiciunt plerique grammaticorum simpliciter, nulla dialecti Alex. mentione facta, ut Phrynichus p. 188. qui Phylarchum, auctorem non idoneum, (cujus loci sunt apud Athen. 2. p. 58. C. et 4. p. 150. C.) eo usum esse dicit, item Th. Mag. p. 488. et Phavor. in v. καθὰ et καθότι. Sed Manuel Moschopulus in sylloga nominum Atticorum, ad literarum ordinem conscripta, quam primum Franc. Asulanus ad calcem lexici sui Venet. 1524. fol. edidit, deinde Mich. Vascosanus separatim Paris. 1532. 8. ita præcipit: τὸ καθὰ οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται, τὸ δὲ καθὼς οὐδέποτε, ἀλλ' ἡ τῶν Ἀλεξανδρέων διάλεκτος, καθ' ἣν ἡ θεία γραφὴ γέγραπται. Laudarunt hæc verba jam Fabricius bibl. Gr. Vol. VI. ed. Harles. p. 191. Hodius in opere sæpe laudato 2. 4. p. 112. Oudendorp. ad Thom. Mag. aliique. Sed ad hunc ipsum Thomæ locum miror Trillerum, strenuum illum puræ librorum sacrorum Græcitatis propugnatorem, ne unum quidem verbum attulisse ad Thomam refellendum, cum tamen hæc adverbii forma non solum in libello de mundo, qui vulgo Aristoteli tribuitur, c. 5. extr. legatur, sed etiam in Herodoti editionibus fere omnibus 9. 81. κατὰ ταὐτὰ, καθὼς Μαρδονίῳ. Sane ego quidem nullo modo probum hoc adverbium haberi posse arbitror. Nam libellus ille " de mundo" ab Aristotele profectus putari vix potest, et quamvis hunc philosophum auctorem haberet, tamen, cum ille et gente Macedo fuerit, et diu in aula regum Macedonicorum versatus, ad defendendum καθὼς nequaquam aliquid valeret. Deinde quod ad Herodoti locum attinet, non negligendum est hoc Phrynichi p. 116. in v. ἀνέκαθεν præceptum: οὐ μὴν τῷ ὑφ' Ἡροδότου εἰρῆσθαι τὸ δόκιμον τῆς χρήσεως παρέχεται. Cf. Th. Mag. p. 78. Et Schæferus in loco Herodoteo haud dubie recte rescripsit sic: κατὰ ταὐτὰ καὶ Μαρδονίῳ. Similiter apud Aristoph. Eq. 713. vulgo quidem editur καθώσπερ, sed Dawesius misc. crit. p. 247. ed. 2. acute vidit scribendum esse καθ' ὥσπερ: quod utique magis placet, quam καθάπερ, quod Suidas in v. τίτθαι, locum illum laudans, posuit. Neque magis in Xenoph. Cyrop. 1. 4. 22. ferri potest codicum MSS. quorundam lectio καθὼς εἶχεν, pro κατεῖχεν. Omninoque in Atticorum libris nullum, qui quidem sanus sit, locum reperias, quo uti possis ad defendendam adverbii καθὼς probitatem:

sæpissime vero illud legas in libris auctorum, vel minus pure scribentium, vel certe recentiorum, vel Dorica dialecto utentium. Sic *καθὼς* habent Athen. 7. p. 299. A. 11. p. 489. E. 15. p. 680. D. Machon apud eundem 13. p. 579. D. Socrates Rhodius ibid. 4. p. 148. A. Menander ibid. p. 166. A. Cornel. Longinus in Brunckii analect. T. ii. p. 200. n. ii. Strato Sardianus ibid. p. 359. n. I. Palladas Alexandrinus ibid. p. 430. n. CXIII. Apollodorus 2. 3. 1. Clemens Alexandr. pædag. 1. 6. p. 92. B. et 98. A. 2. 10. p. 189. B. 2. 11. p. 205. C. 3. 1. p. 215. B. str. 1. p. 328. B. 330. A. 331. A. 340. D. 342. C. 2. p. 389. C. 3. p. 455. A. 456. C. 467. C. 6. p. 671. B. Apollonius Dyscolus de syntaxi p. 9. 9. 22. 29. 32. 7. 35. 2. 37. 12. et sæpissime. Hermes apud Stob. ecl. phys. c. 52. p. 802. Alexander Aphrodis. problem. 2. 59. et 66. Plutarch. de Pythiæ orac. c. 21. Geoponica 4. 1. 4. 7. 19. 3. 15. 2. 35. Tabulæ Heracleenses, ab Alexio Symmacho Mazochio ed. Neap. 1754. fol. (v. Mazochii lex. Heracl. p. 285.) Hesychius in v. *καὶ ᾗ φησι*, in *ὡς εἶχεν*, in *ὥς ὄγε*, etc. Tzetzes ad Lycophr. 156. 227. 654. 886. 894. Phavorin. in v. *ᾗ*. Schol. Apoll. Rhod. 2. 345. Schol. Eurip. Hecub. 488. Orest. 909. Hippol. 179. 672. Schol. Theocrit. 11. 66. Versio Alex. Num. xxvi. 54. Jud. xx. 31. etc. Scriptores N. T. ut Matth. xxi. 6. xxvi. 14. Marc. iv. 33. etc. Philoni quoque excidit, de opif. mundi T. I. p. 41. 46. Etiam *καθώσπερ* passim reperitur, ut apud Tzetz. l. l. ad v. 1217.

Κάνωπος, teste Phavorino, fuit nomen loci cujusdam, in urbe Alexandria. Quæ si vere tradita sunt, videtur fuisse locus, cultui Canopi dei destinatus.

Κολοκάσιον ab Alexandrinis vocabatur radix ciborii seu fabæ Ægyptiacæ. v. Athen. 3. p. 72. B. D. et p. 73. A. et Dioscor. 2. 99. Cf. interpp. Virg. ad Ecl. 4. 20. et Schweighäus. ad Athen. l. l.

Κόνναρος dicebatur ab iisdem arbuscula quædam, cujus descriptionem verbis Agathoclis Cyziceni dedit Athen. 14. p. 649. F.

Κόροιφος, virginum corruptor. Schol. Theocrit. 4. 62. *οἰφεῖν τὸ συνουσιάζειν. οὕτω καὶ παρὰ Ἀλεξανδρεῦσιν κόροιφος λέγεται ὁ κόρην οἰφώμενος.* Hæc ipsa in lexicon suum transcripsit Phavorin. in v. *οἰφεῖν*.

Κριθολογία, munus eorum magistratuum, qui *κριθολόγοι* vocabantur. v. supra *ζυγοστάσιον*. Quales autem apud Opuntios saltem *οἱ κριθολόγοι* fuerint, cognosci potest e Plutarch. quæst. Gr. c. 6.

Κυβιοσάκτης, salsamentarius, qui salsamenta componit et vendit. Strabo 17. p. 796. B. *μετεπέμψαντο (οἱ Ἀλεξανδρεῖς) ἄνδρα ἐκ τῆς Συρίας Κυβιοσάκτην τινὰ* (quem nomine proprio Seleucum appellat Dio Cass. 39. 57.)—*τοῦτον ἀπεστραγάλλισεν ἡ βασίλισσα, οὐ φέρουσα τὸ βάναυσον αὐτοῦ, καὶ τὸ ἀνελεύθερον.* Sueton. Vespas. 19. "Alexandrini Cybiosacten eum (Vespasianum) vocare perseveraverunt, cognomine unius e regibus suis turpissimarum sordium." Scilicet cum *κύβιον* sit pelamis concisa particulatimque consecta, interprete Plinio H. N. 32. 11. (Cf. Athen. 3. p. 116. E. p. 118. B. et Schweighäuseri animadv. V. II. p. 314. et 326.), neque solum frustum, quadratæ quidem haud dubie figuræ, sed etiam sale conditum, quod ex Athenæi locis intelligitur, *σάττειν* autem proprie sit onus jumento imponere, sed, quia id faciunt mercium vectores, accipi etiam pro *ἐμπορεύεσθαι* possit: facile patet, *κυβιοσάκτην* recte explicari nomine *ταριχέμπορος* vel *ταριχοπώλης*. v. Casaub. ad Strab. l. l. qui præclare etiam ex lib. ad Herenn. 4. 54. observat quam contemtum hominum genus fuerint salsamentarii; e quo vis et venustas scommatis perspicitur.

Λαγεῖον seu *λάγιον*, v. *ἱππόδρομος*.

Λαγυνοφόρια, *ἑορτή τις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*. Athen. 7. p. 276. A. ubi Eratosthenes quædam attulit de modo, quo celebrata fuerint.

Λαύρα εὐδαιμόνων nominabatur ea urbis Alexandriæ pars, *ἐν ᾗ πάντα τὰ πρὸς τρυφὴν ἐπωλεῖτο*. v. Clearch. apud Athen. 12. p. 541. A. Scilicet *λαύρα* sive *λάβρα* (v. Casaub. ad Athen. p. 848. et Dorvill. ad Charit. 1. 4. p. 226. ed. Lips.) significabat vicum, plateam. v. Hesych. et quos ibi Alberti laudavit, quibus add. Matthæi lect. Mosq. V. II. p. 87. Sed in Hermesianactis v. 65. apud Athen. 13. p. 598. D. ubi *λαῦραι* Macedoniæ tribuuntur, interpres non male hoc nomen Latine reddidisse videtur lupanaria. Cf. Schweighäus. animad. T. VII. p. 244.

Λώτινοι στέφανοι, v. supra *Ἀντινόειος*.

Μενδήσιοι, pisces pessimi saporis, *ὧν οὐδ' ἂν μαινόμενος κύων γεύσαιτο ἄν ποτε*. v. Athen. 3. p. 118. F. Cf. Xenocrates de alimento ex aquatilibus c. ult. ubi videntur annumerari piscibus esu suavibus. Putem eos nomen nactos esse a loco, ubi frequentissimi fuerint. Certe *νομὸν Μενδήσιον* memorat Herodot. 2. 42. et *μύρον Μενδήσιον* Athen. 15. p. 688. F.

Μόναυλος. Athen. 4. p. 175. E. *ἡμῶν τῶν Ἀλεξανδρέων καταπρέχεις ὡς ἀμούσων, καὶ τὸν μόναυλον συνεχῶς ὀνομάζεις ἐπιχωριάζοντα παρ' ἡμῖν*. v. infra *φώτιγγες*. Cf. Athen. 4. p. 174. B. Eustath. ad Il. *σ*. 494. Poll. 4. 75. Sic apud Plut. in Cæsare c. 52. memoratur *ἀνὴρ Λίβυς μοναυλῶν*.

Μονόσιροι ὄρνεις ἐν Ἀλεξανδρείᾳ τῇ πρὸς Αἰγυπτόν εἰσι, ἐξ ὧν οἱ μάχιμοι ἀλεκτρυόνες γεννῶνται, Geopon. 14. 7. 30.

Μορέα sive *μορέη* vocabatur ab Alexandrinis morus arbor, cum morum fructum sive *συκάμινον* dicerent *μόρον*. v. Athen. 2. p. 51. B. E. ubi plura hanc in rem disputantur. Cf. Diodor. Sic. 1. 34. Salmas. exercit. Plin. p. 328. A. Et *μόρον* quidem sic legitur 1 Maccab. vi. 34.

Νεκρόπολις Alexandriæ fuit *προάστειον, ἐν ᾧ κῆποί τε πολλοί, καὶ ταφαί, καὶ καταγωγαὶ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν ἐπιτήδειαι*, teste Strabone 17. p. 795. A. Cf. p. 799. C.

Ὀσπριωνία, munus comparandorum leguminum. Ita quidem cum Budæo l. l. p. 377. B. et explico et scribo pro ospitatura sive ospratura. v. supra *ἐλαιεμπορία*.

Παγκαρπία erat Alexandriæ genus quoddam placentæ, ex itriis contritis et cum melle coctis. v. Harpocration Mendesius apud Athen. 14. p. 648. B. Legitur hoc nomen in loco Anticlidis apud eund. 11. p. 473. C.

Παλίουρος, arbor pomifera, similis connaro, et diversa a paliuro Græciæ, ab Euripide memorata Cyclop. 393. v. Athen. 14. p. 649. sq. Plin. H. N. 13. 19. Columell. R. R. 7. 9. et Salmas. l. l. p. 729. E.

Πανεῖον in Attica fuit sacellum Pani sacratum (v. Strab. 9. p. 398. D.) sed Alexandriæ non solum hoc, verum etiam *ὕψος τι χειροποίητον, στροβιλοειδές, ἐμφερὲς ὄχθῳ πετρώδει, διὰ κοχλίου τὴν ἀνάβασιν ἔχον· ἀπὸ δὲ τῆς κορυφῆς ἔστιν ἀπιδεῖν ὅλην τὴν πόλιν ὑποκειμένην αὐτῷ πανταχόθεν*, quæ sunt verba Strabonis 17. p. 795. B.

Περισσοχορηγία memoratur in lege Imperatorum Theodosii et Valentiniani, ubi de rebus Alexandrinæ civitatis agitur, in Codicis l. 11. tit. 27. l. 2. Verba sunt: "perissochoregiæ nomen penitus amputetur." Ubi significari videtur insignis et modum excedens frumenti largitio. Cf. Budæi annotatt. in Pandectas p. 182. D.

Περίστυλον sive *περιστύλιον* esse locum columnis circumquaque septum, notissimum est. v. Vitruv. 6. 9. Cic. p. Domo c. 44. Sueton. Aug. 82. ubi Casaub. atrii partem interpretatur, sed ad c. 29. aream sub dio, columnis cinctam, quem locum etiam impluvium dictum et proprie atrium fuisse ait. Atque sic, vel de columnis ipsis, accipiendum videtur Ezech. xl. 17. *περίστυλα κύκλῳ τῆς αὐλῆς*. v. 18. *αἱ στοαὶ τὸ περίστυλον τὸ ὑποκάτω*. Cf. xlii. 3. et 5. In quibus locis omnibus est pars templi, ut 2 Maccab. iv. 46. pars regiæ, ubi Antiochus frigus captabat, prorsus ut Augustus apud Sueton. c. 82. Latius vero *περίστυλον* patet in loco 3 Maccab. v. 23. *τὰ θηρία* (elephantos) *ὁ Ἕρμων* (qui v. 4. *ἐλεφαντάρχης* vocatur) *ἐν τῷ μεγάλῳ περιστύλῳ διεκίνει*. Cum enim e v. 2. pateat, quingentos elephantos fuisse, qui vix exerceri possint in ulla domus alicujus parte: Bocharto hieroz. 2. 26. P. I. p. 264. intelligi videtur Alexandriæ pars, vel platea, a columnis, quibus ambiebatur, *περίστυλον* appellata. Cujusmodi plateam in illa ipsa urbe his verbis describat Achilles Tatius 5. 1. *στάθμη μὲν κιόνων ὄρθιος ἑκατέρωθεν ἐκ τῶν Ἡλίου πυλῶν ἐς τὰς Σελήνης πύλας.—ἐν μέσῳ δὲ τῶν κιόνων τῆς πόλεως τὸ πεδίον, ὁδὸς δὲ διὰ τοῦ πεδίου πολλή, καὶ ἔνδημος ἀποδημία.* Quem locum ita explicat: inter columnas illas tam latam fuisse plateam, ut pro campo haberi potuerit, in quo deambulatio fuerit peregrinationis species. (Bergerus vero per *πεδίον* forum intelligit.) Poterat etiam Strabonis 17. p. 795. B. verba afferre: *κάλλιστον τὸ γυμνάσιον* Alexandriæ, *μείζους ἢ σταδιαίας ἔχον τὰς στοὰς ἐν μέσῳ*. quanquam gymnasium istud non intelligi per *περίστυλον* puto. Et p. 793.

Πλάτακας nominabant Alexandrini coracinos Niloticos. v. Athen. 7. p. 309. A. qui addit *ἀπὸ τοῦ περιέχοντος*, quæ verba olim cum Dalechampio intellexeram sic: ob

latam eorum figuram. Nunc placet Schweighäuseri T. iv. animadv. p. 305. interpretatio: nomine a toto genere petito, nomine generali, quod de toto genere latorum piscium intelligendum videri poterat.

Πόλις ab iisdem κατ' ἐξοχὴν dicebatur Alexandria, ut Athenæ ab Atticis ἄστυ. v. Eustath. ad Hom. Od. α. p. 1383. 5. et κ. p. 1650. 42. Sic legitur nomen 3 Maccab. iv. 11. 12. v. 24. etc. Sed res per se patet.

Σκυταλίδες—παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι εἶδος καρίδων. Etymol. M. p. 720. 46. Nomen hoc iis datum videtur ab oblonga figura.

Ὑδραυλὶς, εἴτε τῶν ἐνταῦθ' αὐτὸ θέλεις, εἴτε τῶν ἐμπνευστῶν, Ἀλεξανδρέως ἐστὶν εὕρημα, κουρέως τὴν τέχνην· Κτησίβιος δ' αὐτῷ τοὔνομα. Athen. 4. p. 174. B. Cf. sequentia et Eustath. ad Hom. Il. σ. 494. p. 1214. 26. ed. Basil. De inventore consentit etiam Plin. H. N. 7. 37. item Hedylus in Brunck. analect. T. I. p. 484. n. IV.

Ὑπομνηματογράφος, commentariorum scriba, commentariensis. Fuit magistratus Ægyptius. v. Strab. 17. p. 797. C. ibique Casaub. qui idem vir doctus ad Sueton. Aug. 79. ostendit, Latine etiam dici a memoria. Commemorantur hypomnematographi in Cod. l. 10. tit. 31. l. 59. ubi de Alexandrinis agi videtur. Unde idem nomen venit in versionem Alex. ut 1 Paral. xviii. 15. Jes. xxxvi. 3. ubi Hieronymus T. v. opp. p. 121. Latine reddit a commentariis. Cf. Budæi annotat. reliq. in Pandectas p. 339. B. et Salmas. ad Spartiani Adrian. 11. p. 107. qui interpretatur optionem (v. Digest. l. 48. tit. 20. l. 6. ubi commentariensis synonymum est), h. e. carceris præpositum. Eodem modo Scaliger ad Manil. 5. 538. p. 416. ed. Argent. 1655. 4.

Φυλάκια· παρὰ Ἀλεξανδρεῦσι, τὰ ἐκμαγεῖα τῶν γυναικείων μολυσμῶν. Suid.

Φώτιγγες ab Alexandrinis dicebantur tibiæ ex loto factæ, h. e. ligni quodam genere, quod in Libya nascitur. v. Athen. 4. p. 182. D. et Eustath. ad Hom. Il. σ. 494. p. 1214. 22. ed. Basil. Sic Plut. de solert. anim. c. 3. κηλοῦνται μὲν ἔλαφοι καὶ ἵπποι σύριγξι καὶ αὐλοῖς, καὶ τοὺς παγούρους ἐκ τῶν χηραμῶν ἀνακαλοῦνται βιαζόμενοι ταῖς φώτιγξι. Ælian. H. A. 6. 31. τοὺς παγούρους φωτιγγίῳ (ὄνομα δὲ ὀργάνου τοῦτο) αἱροῦσιν. In Plutarchi loco fortasse legendum est τοῖς φώτιγξι. Certe Athenæo semper est masculinum, non solum l. l. sed etiam p. 175. E. Ἰόβας Αἰγυπτίους φησὶ λέγειν τὸν μόναυλον Ὀσίριδος εἶναι εὕρημα, καθάπερ καὶ τὸν καλούμενον φώτιγγα πλαγίαυλον.—ἐπιχωριάζει γὰρ καὶ ὁ φώτιγξ αὐλὸς παρ' ἡμῖν, up. apud Alexandrinos.

His a me collectis videbamur posse acquiescere. Plura enim congerere nolui, cum alia quidem pateat pertinere ad res in una modo Ægypti parte, ut in agro Alexandrino, præprimis frequentes, sed quia his necessario nomen ab inquilinis imponendum fuit, aliis populis cum re ipsa ignotum, vix ideo putari posse peculiaris cujusdam dialecti partes, qualia sunt etiam in mea collectione, ut Ἀντινόειος στέφανος, ἡμίνηρος, Μενδήσιοι, etc. alia vero appareat toti Ægypto communia fuisse, neque adeo, cui potissimum Græcorum in Ægypto degentium civitati nomen quodque debeatur, definiri a quoquam posse: cujus generis vocabula paragrapho sequenti collegi.

Multo magis, si possem, referre huc cuperem proverbia Alexandrinorum. Et sane non solum Seleucus, grammaticus Alexandrinus, composuerat libellum περὶ τῶν παρ' Ἀλεξανδρεῦσι παροιμιῶν,[1] sed etiam Plutarchus.[2] Neuter vero ad nostra tempora pervenit. Nam Seleuci opus prorsus periisse consentaneum est. Illud autem opusculum, quod Plutarcho in cod. aliquo Florent. tributum[3] primus Gr. edidit Gronovius,[4] deinde Wyttenbachius quoque et Huttenus suis Plutarchi operum editionibus adjunxerunt, ipso Gronovio judice Alexandrini cujusdam grammatici opusculum est, non Plutarchi, neque proverbia Alexandrinis propria continet. Ego quidem certe nihil in iis, quod Alexandrinum putari posset, reperi, nisi nr. III. ὀπισάμβρῳ. ἐπὶ τῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐν τοῖς πράγμασι προβαινόντων ἀεί· παρὰ τὸ ὀπίσω βαίνειν. E qua tamen interpretatione satis patet, cum Wyttenbachio legendum esse ὀπισαμβώ. Accedit Eustath. ad Hom. Il. λ. p. 862. 5. ἐν τῷ κατὰ στοιχεῖον λεξικῷ καὶ ὀπισαμβὼ εὕρηται, ἡ εἰς τοὔπισω ἀναχώρησις.—nr. VI. κλειτοριάζεις. ἐπὶ τῶν παιδεραστούντων. Cf. Hesych. et Suid.—nr. XV. ἄριστα χωλὸς οἰφεῖ. Cf. supra κόροιφος.

De mensibus Alexandrinorum vid. la Nauze rapport de l'ancien calendrier des Alexandrins avec le calendrier Julien des Romains; in Mem. de l'Académie des Inscriptions T. XVI. p. 188. sqq. Cf. Noris in libro, quem infra §. 10. not. 9. laudavi.

Quæ de Alexandrinorum et scribendi et pronunciandi ratione olim collegeram, ea, cum etiam reliquis Græcis Ægyptum habitantibus usitata fuisse viderentur, quamvis non omnia certa esse scirem, in paragraphum sequentem conjicienda existimavi.

Denique de structura verborum nova et insolenti, qua et ipsa scimus interdum magnam dialecto alicui proprietatem conciliari, commodius, opinor, dicetur §. 11.

§. 10. Quæ in prima hujus libelli editione ex antiquis scriptoribus collegeram verba Ægyptiis usitata, ea posthac valde quidem auxi, neque istius consilii ullo modo me pœnitet. Nam Alexandriam, præter Macedonas et Judæos aliosque fortassis, inprimis ab Ægyptiis fuisse habitatam, et ex horum lingua non pauca in Alexandrinam fluxisse, mihi quidem videtur esse sententia non modo probabilis, sed certa, quam etiam eo confirmari puto, quod a grammaticis aliisque scriptoribus veteribus dialectus Ægyptia et Alexandrina pro una eademque nonnunquam putari reperiuntur.[5] Postquam vero conferre potui libros Crozii,[6] Scholzii,[7] Schowii,[8] inprimisque Jablonskii,[9] diligentissime illos scriptos, nolui actum agere, verum ex iis, quæ proprie Ægyptia esse constaret, ea tantum huc congerenda censui, quæ in versione V. T. Alex. reperiri vel in dialectum Alex. migrasse scirem, aut de quibus possem Jablonskii maxime collectioni aliquid addere; quæ autem scriptores veteres Ægyptiis quidem usitata fuisse dicunt, sed quæ apparet origine esse Gr., nec nisi compositione, vel notione, vel aliis modis a reliquorum Græcorum consuetudine aliena, ea, si quidem mihi innotuissent, recensere omnia volui, tanquam ad institutum nostrum recte referenda.

Prioris generis hæc sunt:

[1] V. Suid. in Σέλευκος. [2] V. Lamprias de scriptis Plutarchi nr. 139. in Fabricii bibl. Gr. Vol. v. ed. Harles. p. 164.

[3] Ibi in fine libelli adduntur hæc: Πλουτάρχου παροιμίαι, αἷς Ἀλεξανδρεῖς ἐχρῶντο. Sed in Lampriæ catalogo librorum Plutarchi dicitur eodem prorsus modo libellus ejus inscriptus fuisse, quo Seleuci opus inscriptum supra retuli.

[4] In præfatione tomo decimo thesauri antiquitatum Gr. præmissa.

[5] Sic μόναυλος, de quo §. 9. exposui, Polluce 4. 75. auctore fuit εὕρημα Αἰγυπτίων, sed ab Athenæo 4. p. 174. B. Alexandrinis frequens fuisse dicitur. Aliud, et luculentius, ni fallor, hanc in rem exemplum paulo post apparebit in v. ἄδιζα. it. in v. ζῦθος.

[6] V. Lexicon Ægypt.-Lat., ex veteribus illius linguæ monumentis collectum et elaboratum a Maturino Veyssiere la Croze, quod in compendium redegit Chr. Scholz. Notulas quasdam et indices adjecit Car. Godofr. Woide. Oxon. 1775. 4.

[7] V. ejus Expositio vocabulorum Copticorum, in Repert. für bibl. und morgenländ. Literatur T. XIII. (Lips. 1783. 8.) p. 1—31. qui tamen, ut nunc constat, sua fere omnia Jablonskio debuit, de cujus opere dixi not. 9.

[8] V. Charta papyracea Gr. scripta Musei Borg. Velitris, edita a Nic. Schow cum annotatione crit. et palæogr. Rom. 1788. fol.

[9] Præter alias, quibus Jablonskius res et linguam Ægyptiorum illustravit, commentationes, maxime huc pertinent ejus Pantheon Ægyptiorum, Frcf. ad Viadr. 1750—1752. 8. partibus tribus constans, et Collectio et explicatio vocum Ægyptiacarum, quarum mentio apud scriptores veteres occurrit, quæ complet V. I. opusculorum Jablonskii, ab Jona Guil. Te Water editorum, Lugd. Bat. 1804. 8. Cf. V. II. (1806.) p. 308—354. ubi sunt observationes, quas ipse Jablonskius adscripsit exemplo Panthei Ægypt. Add. Deyling. Obss. sacr. P. III. p. 183. sq. et Nic. Averanii diss. de mensib. Ægyptiorum, adjectis notis Henr. Noris, curante Ant. Franc. Gorio primum edita Florent. 1737. 4. quæ tamen non nisi rationem astronomicam spectat.

'Αθήρα· βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ' Αἰγυπτίοις. Hesych. et Phavorin. Jonas quidem, ut Hellanicum, ἀθήρα dixisse, Atticos autem ἀθάρη, docuit Valckenar. ad Theocrit. Adon. p. 204. e lexico Sangermannensi MSto. Sed Schol. Aristoph. Plut. 673. præcipit, Atticos dicere ἀθάρη, Æoles ἀθήρα, communem dialectum vel potius linguam ἀθάρα. Quæ si vera sint, cum supra viderimus multos Dorismos immixtos fuisse dialecto Alex. vix dubitaverim statuere, per Ægyptios apud Hesych. et Phavor. maxime intelligendos esse Alexandrinos. Certe Galenus l. 2. ad Glaucon. c. 12. T. x. p. 390. ed. Charter. diserte: ἐν 'Αλεξανδρείᾳ ἀθάραν ἐσθίουσι. Cf. Bielii novus thes. philol. P. II. p. 40.

Αἰλὰμ, porticus. Legitur Ezech. xl. 6. et sæpius. v. Jablonsk. opusc. T. I. p. 85. qui ex eo derivari posse judicat nomen θάλαμος.

'Αμοῦν, Jupiter. v. Herodot. ii. 42. et Plutarch. de Is. et Osir. c. 9. Hinc Jer. xlvi. 25. אָמוֹן מִנֹּא et Ezech. xxx. 15. הֲמוֹן נֹא et Nahum. iii. 8. נֹא אָמוֹן in quorum locorum primo interpretes Alexandrini habent τὸν 'Αμμὼν τὸν υἱὸν αὐτῆς, in secundo πλῆθος Μέμφεως, et v. 14. pro בְּנֹא ἐν Διοσπόλει, h. e. Thebis in Ægypto superiore, in tertio denique μερίδα 'Αμμών. v. Jablonski pantheon Ægypt. 2. 2. et T. I. opusc. p. 85. 162. sqq.

"Απις, alius Ægyptiorum deus, de quo accurate disseruit Jablonski panth. Æg. 4. 2. Interpretes Alexandrini nomine "Απις reddidisse videntur Hebr. אַבִּיר Jer. 26 (46). 15. Nam pro מַדּוּעַ נִסְחַף אַבִּירֶיךָ in Græcis est διατί ἔφυγεν ἀπὸ σοῦ ὁ "Απις, ὁ μόσχος ὁ ἐκλεκτός σου; sed Eichhornius l. l. p. 346. præeunte, ut videtur, Michaele in Supplem. ad Lexica Hebr. p. 870. et 1738. conjicit, eos pro נִסְחַף legisse נָס חַף, ut ὁ "Απις sit חַף. Cf. quos Bielius laudavit in novo thes. philolog.

'Αρτάβη· μέτρον Μηδικὸν σίτου, 'Αττικὸς μέδιμνος. Hesych. Cf. Herodot. 1. 192. et Eustath. ad Odyss. τ. p. 1854. 12. qui vocant Περσικόν. Sed Schol. Aristoph. ad Acharn. 108. atque inde Suid. et Phavor. in v. ἀχάνη· ἀχάνη μέτρον ἐστὶ Περσικόν· ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις etc. Hinc non solum Relandus de hoc nomine exposuit in diss. de veteri lingua Persarum, (diss. misc. P. II. p. 134—136.) sed etiam qui vocabula Ægyptia tractarunt, in his Jablonskius v. i. opusc. p. 39. sq. et in libello, qui inscribitur, Remphah, Ægyptiorum deus, ab Israelitis cultus, nunc ex lingua et antiquitate Ægyptiaca erutus et illustratus, Berol. 1731. 8. p. 54. (Vol. II. Opusc. p. 43.) ubi dicit, Ægyptiace vocari ΕΡΤΩΒ. Cf. Hodius l. l. p. 116. inprimisque Villoison troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette; in Millini magasin encyclopédique No. 7. an XI. p. 321. sq. et p. 344—347. etiam p. 361. Scilicet videtur hoc mensuræ genus una cum nomine Persicum origine esse, deinde vero a Persis in Ægyptum invectum. Legitur in epistola Cyri apud Joseph. archæol. 11. 1. in hist. draconis v. 3. in versione Alex. pro Hebr. חֹמֶר Jes. v. 10. (ad q. l. vid. Hieron. T. v. opp. p. 22. G.) in Inscriptione Roset. l. 30. apud Aristot. œcon. lib. 2. fere medio, et Polyæn. strateg. 4. 3. 32. (v. interpp. Hesych.) it. in Justiniani edict. 13. c. 6. 22. 23.

"Αστυ h. l. non prætermittendum est ob hæc verba Diodori Sic. 1. 28. τοὺς 'Αθηναίους δέ φασιν (Ægyptii) ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις· παρὰ μόνοις γὰρ τῶν 'Ελλήνων τὴν πόλιν ἄστυ καλεῖσθαι, μετενηνεγμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς "Αστεος. v. quos Te Water laudat ad Jablonsk. opusc. T. I. p. 40.

'Ατταγὰς Αἰγυπτίας memorat Clemens Alex. pædag. 2. 1. p. 140. C. inter alias aves. Utrum vero epitheton Αἰγυπτ. additum sit, ut pateat, id genus avium non nisi in Ægypto reperiri, atque adeo nomen quoque esse Ægyptium, an ut intelligatur, Ægyptias attagas præstantiores iis esse, quas Attici ἀτταγᾶς appellant, non ego dixerim.

"Αχι sive ἀχὶ lingua Ægyptiorum omne quod in palude virens nascitur, appellari, testatur Hieronymus, ad Jes. xix. 7. (ubi Gr. interpres pro Hebr. עָרוֹת posuit τὸ ἄχι τὸ χλωρὸν) T. v. opp. p. 78. G. Sic Hesych. ἄχι - - χόρτῳ χλωρῷ. Sed Gen. xli. 2. 18. ubi, ut Sirac. xl. 16., et ἄχι et ἄχει scribitur, legitur pro Hebr. אָחוּ. Plura collegerunt Jablonskius Vol. I. opusc. p. 45. sq. et Vol. II. (op. in diss. v. de terra Goseu) p. 159. sq. et quos ad utrumque locum Te Water, et ad Hesychium interpretes laudarunt. Add. Hod. l. l. p. 118. et Ilgen Jobi natura et virtutes p. 26. Nam Job. viii. 11. אָחוּ ab Alexandrinis redditur nomine βούτομον, a Theodotione autem ἀχί.

Βαΐον et βάϊς, ramus palmæ. Illud legitur in Symmachi versione Cant. vii. 8. 1 Maccab. xiii. 51. Jo. xii. 13. βάϊς autem apud Porphyr. de abstinent. 4. 7. ubi βάϊς est accusativus pluralis. Sed adjectivum βάϊνος habet idem Symmachus Gen. xl. 16. κανᾶ βαϊνά. Malim βάϊνα. Nam femininum βαΐνη, quod pro ῥάβδος βαΐνη, virga palmea, accipiendum esse docuit Salmas. ad Achill. Tat. Erot. 4. 13. extat 1 Maccab. xiii. 37. v. omnino interpp. Hesych. in v. βαΐς, et Jablonsk. Opusc. T. I. p. 48. sq. Biel. in novo thes. philolog. et Fischer. de vitiis lexicor. N. T. p. 18—21.

Βάρις in versione Alex. arcem vel palatium significat, ut 2 Paral. xxxvi. 19. apud Aquilam Prov. xviii. 19. et Theodotionem Jes. xxiii. 13. Eodem modo Daniel apud Josephum archæol. 10. 11. 7. ᾠκοδόμησεν ἐν 'Εκβατάνοις τοῖς Μηδικοῖς βάριν, εὐπρεπέστατόν τι κατασκεύασμα καὶ θαυμασίως πεποιημένον. 11. 4. 6. ἐν 'Εκβατάνοις, τῇ βάρει τῇ ἐν Μηδίᾳ. Cf. Hieron. epist. ad Princip. T. III. opp. p. 73. H. De castello munito apud eundem Joseph. legitur ibid. 15. 11. 4. de bell. Jud. 1. 3. 3. 1. 5. 4. Sed Herodotus 2. 96. hoc nomine apud Ægyptios significari ait navigium quoddam fluviatile. Etiam Gregor. Corinth. p. 247. eumque secutus Phavorinus, βάρεις interpretatur τὰς ναῦς, sed male Ionibus tribuit. Utramque notionem afferunt Ammonius p. 29. βάρις ἐστὶν Αἰγύπτιον πλοῖον. λέγεται δὲ καὶ ἡ μεγάλη οἰκία. Hesych. βάρις· πλοῖον, ἢ τεῖχος, ἢ στοά, ἢ πύργος. Et Tzetzes ad Lycophr. 747. βάρις νῦν μὲν τὸ πλοῖον σημαίνει. σημαίνει δὲ καὶ θρόνους, πύργους, αὐλὰς, στοὰς, καὶ τοίχους. Quemadmodum autem hi duo nullam linguæ Ægyptiacæ mentionem faciunt, ita Euripides Iphig. in Aul. 297. simpliciter dixit βαρβάρους βάριδας. Ac sane Æschylus Pers. 553. et 1080. eo nomine de Xerxis classe utitur, et Scholiastes ibi Persicæ linguæ illud vindicat, βάριδας naves dici tradens ἀπὸ τῆς Βάρεως, ἥτις ἐστὶ πόλις Περσίδος. Quare hoc quoque nomen, ut nomen ἀρτάβη, origine quidem Persicum, deinde vero ad Ægyptios translatum putaverim. Certe non tantum in rebus Ægyptiorum memoratur, ut de sacra navi Isidis a Plut. de Is. et Osir. c. 18. τὴν Ἶσιν ἀναζητεῖν (Horum, filium) ἐν βάριδι παπυρίνῃ, τὰ ἕλη διεκπλέουσαν. ὅθεν οὐκ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἐν παπυρίνοις σκάφεσι πλέοντας ὑπὸ τῶν κροκοδείλων. Cf. Porphyr. apud Euseb. præp. evang. 5. 10. p. 198. B. de navibus, quibus in pugna Actiaca contra Octaviani classem Cleopatra utebatur, a Propert. 3. 10. 44., de Charontis cymba a Diodoro Sic. 1. 96. Leonida Tarentino in Brunckii analect. t. i. p. 235. n. lix. et Diodoro Zona ibid. t. ii. p. 81. n. vii. Atque idem Æschylus Suppl. 880. habet Αἰγυπτίαν βάριν. Cf. Herodot. 2. 41. Sed etiam in rebus Asiæ, ut de navi, qua Pythius s. Pytheas in sepulcro versans quotidie cœnam sibi advehi jussit, apud Plut. in fine libelli de mulierum virtutibus. Sic ab Josepho archæol. 1. 3. 6. ad illam navem, qua Noachus cum suis servatus est, alluditur. v. quos præterea laudant Jablonsk. vol. i. Opusc. p. 50. et interpretes Hesychii. Ceterum usum et agilitatem baridum describere videtur Achill. Tat. Erot. 4. 12. quanquam nomine βάρις non utitur.

Βαρκίων· βοτάνη τις ἐν Αἰγύπτῳ. Hesych. et Phavor. Ab Jablonskio prorsus prætermissum est, forsitan quod illud vel non Ægyptiacum, vel corruptum putaret. Cognatum videtur βαρκηνὶμ Jud. viii. 16. ubi in Cod. Oxon. e Symmachi versione, opinor, est τριβόλοις. Cf. Hesych. in v. βαρακηνῆσιν ibique interpp. et Biel. in novo thes. philolog.

Εἰκτών. Iis, quæ Jablonskius in Panth. Ægypt. 1. 4. 6. et t. i. opusc. p. 64. exposuit, add. Jo. Gottlob Guil. Dunckelii ΕΙΚΤΩΝ Ægyptius s. de Ictonis, dei Ægyptiorum, nomine et numine, in Misc. Lips. Nov. vol. x. P. i. p. 7—32.

Ζῦθος erat genus potionis, e frugibus, inprimis ex hordeo, et aqua confectum, quo maxime utebantur Ægyptii pauperiores. v. Diodor. Sic. 1. 34. Dion Academicus apud Athen. 1. p. 34. B. Hieron. ad Jes. xix. 10. ubi hoc nomen in versione Alex. legitur, t. v. opp. p. 78. H. Cf. Hod. l. l. p. 119. et qui laudantur in Jablonskii Opusc. t. i. p. 76—79. qui etiam e Cod. MS. Gothano attulit præceptum περὶ ζύθων ποιήσεως. Add.

Jo. Henr. Meibom. de cerevisiis veterum (in Gronovii thes. ant. Gr. t. ix.) c. 4. qui opportune p. 558. monet, ζύθον a Galeno aphorism. 2. 20. ad Alexandrinorum in Ægypto diætam referri. Sic Strabo 17. p. 799. B. τῷ ζύθῳ τὸ πολὺ φῦλον χρῆται τῶν Ἀλεξανδρέων.

Θαλαμηγὸς, θαλαμηπόλος, θάλαμος, v. supra αἰλὰμ et infra παστοφόροι.

Θῆρα solebat ab Ægyptiis vocari far. v. Hieron. quæst. ad Gen. xlv. 21. t. iii. opp. p. 147. A. Cf. Hod. l. l. p. 120. Jablonsk. l. l. p. 13. sqq. Ita legitur vocabulum Ps. cxxxi. 15.

Κάλυμνος· ὁ ἐν Αἰγύπτῳ σῖτος· ἀντὶ τοῦ καλίμνιος. Etymol. p. 486. 25. et Phavor. apud quem et Suidam ultimum scribitur καλύμνιος. Rectius, judice Sylburgio. v. Strab. 10. p. 489. B. C. ubi Demetrius Scepsius auctor est, Calymnam esse unam e Sporadibus. Quæ fortassis est causa, cur Jablonskius vocabulum κάλυμνος omiserit.

Κόνδυ, quod proprie Persici poculi genus erat, (v. Reland. diss. misc. P. i. p. 218. sq.) ab Hesychio autem simpliciter ποτήριον βαρβαρικὸν appellatur, Ægyptiis quoque in usu fuisse, recte Hodius l. l. p. 115. ex eo colligere videtur, quod apud Athenæum 11. p. 478. A. Nicomachus illud commemorasse legitur in libro περὶ ἑορτῶν Αἰγυπτίων. Præterea extat in versione Alex. Gen. xliv. 2. Jes. li. 17. 22. Jablonskius illud prætermisit, utpote a consilio suo alienum. Sed cf. Biel.

Κοσύμβη vel κοσσύμβη, quod Pollux 2. 30. simpliciter negat Atticum esse, et pro quo dici κρώβυλος jubet, ab Hesychio et Phavorino explicatur verbis ἐγκόμβωμα, καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον. Et sane in versione Alex. legitur κόσυμβος Jes. iii. 18. et οἱ κοσυμβωτοὶ τῶν χιτώνων Exod. xxviii. 35. ubi cod. Alex. κόσυμβοι. Cf. v. 4. Omnino v. interpp. Hesych. et Biel. Nam Jablonskius nec hoc habet.

Μῶϋ· τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις. ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς. Suid. et Phavorin. apud quem tamen μῶν legitur. Eadem, quæ Suidas, tradunt Clemens Alex. str. 1. p. 343. C. aliique. Sed Josephus archæol. 2. 9. 6. habet μῶ, Philo de Mose, t. ii. opp. p. 83. 21. μῶς. v. omnino interpp. Hesychii in v. μῶϋ, et Jablonsk. Opusc. t. i. p. 152—158.

Νομοὶ dicebantur præfecturæ oppidorum, in quas dividebatur Ægyptus. v. Plin. H. N. 4. 5. Herodot. ii. 164. Diodor. Sicul. 1. 54. qui tamen 1. 73. Gr. esse ait hoc vocabulum. Cf. Hieron. ad Jes. xi. 15. et xix. 2. t. v. opp. p. 45. A. et p. 78. B. Sæpe illud sic legitur apud Herodot. ut 2. 42. etc. in versione Alex. Jes. xix. 2. 1 Maccab. x. 30. 38. xi. 34. 57. et 3 Maccab. iv. 3. Multa de eo disputavit Jablonsk. l. l. p. 169—176. et Ægyptium origine esse ostendit. Add. Biel. l. l. P. ii. p. 390. sq.

Οἰφὶ sive οἰφι· μέτρον τι τετραχοίνικον Αἰγύπτιον. Hesych. apud quem tamen editur οἴφιν, apud Phavorin. adeo οἴφιον. Ezech. xlv. 13. ed. Ald. habet ὕφι, et Hieronymus in codd. suis invenerat ὑφι, quod ipse corrupte scriptum esse intellexit in commentario ad h. l. t. v. opp. p. 468. C. Idem ad Zachar. v. 6. t. vi. p. 200. H. recte observat, mensuram, quæ apud Hebræos dicitur Epha, אֵיפָה, crebro a LXX. in οἰφὶ verti. Atque sic legitur Num. xxviii. 5. Jud. vi. 19. Ruth. ii. 17. quanquam h. l. all. habent οἰφεί, sed Ezech. l. l. in cod. Vatic. est οἰφι, ut apud Clem. Alex. str. 2. p. 382. D. Eandem fere scribendi varietatem vidimus in ἀχὶ, et Ægyptii gaudebant nominibus in Iota desinentibus. Sic Ἄθυρι vel potius Ἀθυρὶ habet Plut. de Is. et Osir. c. 56. ἶρι ibid. c. 10. κῦφι ibid. c. 52. et 80. ὕμωμι c. 46. quod genus herbæ Jablonskius non attulit. De οἰφὶ v. Hod. l. l. p. 113. Jablonsk. Panth. Ægypt. P. ii. p. 229. et t. i. opusc. p. 182. sq.

Πάπειρος· τοπάσειεν ἄν τις Αἰγύπτιον εἶναι τοὔνομα· πολὺ γὰρ κατ' Αἴγυπτον πλάζεται. (Pauw. vult πλάττεται.) ἡμεῖς δὲ βίβλον ἐροῦμεν. Phrynich. p. 132. Sed ubicunque hæc planta, aut charta inde confecta memoratur, πάπυρος scribitur, non πάπειρος, ut apud Plin. H. N. 13. 11. Antipat. Thessalonic. in Brunckii analectt. t. ii. p. 112. n. xiii. quod epigramma, omisso auctoris nomine, Suidas attulit, Job. viii. 11. et in ed. Ald. Exod. ii. 3. Cf. supra in v. βάρις. Omnino præter Hodium l. l. p. 117. Jo. Godofr. Ungerum in diss. de papyro frutice ad Jes. xix. 7. Lips. 1731. edita, et Jablonskium t. i. opusc. p. 197. sq. legenda est Nic. Schowii præf. ad Chartam papyraceam p. iv.—xxii.

Πυραμὶς, quod nonnulli, perperam quidem, e lingua Gr. explicare voluerunt, quid significet, satis notum est. In versione Alex. non legitur, nisi 1 Maccab. xiii. 28. De etymo v. Jablonsk. l. l. p. 219—225.

Πυργόβαρις (quod Bochartus hieroz. P. ii. extr. recte refert inter vocabula semi-Ægyptia. Cf. supra βάρις.), turris munita, munitio turrita. Hesych. et Suid. πυργοβάρεις· προμαχεῶνες. Suidas addit: οἱ ὀχυρώτατοι τῶν πύργων, ἢ τείχη ὀχυρά. Legitur Ps. cxxi. 7.

Ῥαιφὰν (quod codex Alex. etiam Act. vii. 43. pro Ῥεμφὰν habet) sive Ῥεφὰν apud Ægyptios nomen Saturni fuisse, Hodius l. l. p. 115. aliique multi demonstrare conati sunt. Legitur nomen Amos. v. 26. pro Hebr. כִּיּוּן. Cf. Chr. Zoega diss. de Molech et Chiun Israelitarum, Lips. 1686. et Gottlieb Jahn diss. i. ii. de כִּיּוּן Amos. v. 26. Viteb. 1705. Rectiora vero Jablonskius docuit in libello, quem jam supra in v. ἀρτάβη laudavi, repetito in Opusc. T. ii. (1806.) p. 3—72. Interpretatur enim dominum sive regem cœli, h. e. solem. Cf. Opusc. T. i. p. 230. sq.

Σινδὼν, ἔστιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον. Poll. 7. 72. qui cum addit, εἴρηται δέ που καὶ τελαμὼν σινδονίτης, videri potest in mente habuisse hæc Herodoti 2. 86. κατειλίσσουσι τὸ σῶμα (τοῦ νεκροῦ) σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι. Nam proprie σινδὼν est linteum tenuissimum, e quo vel fasciæ et lora, vel vestes conficiebantur. Atque sic quidem legitur Jud. xiv. 12. et in Cod. Alex. etiam v. 13. it. Prov. xxxi. 24. et Marc. xiv. 51. v. Jablonsk. Opusc. T. i. p. 297—300. et Heupel. ad Marc. l. l. De fasciis autem, vel omnino de linteo rudi neque in formam vestimenti palliive redacto est Matth. xxvii. 59. et Herodot. l. l.

Σύριγγες, auctore Ammiano Marcell. 22. 15. fuere subterranei quidam et flexuosi secessus, quos, ut fertur, periti rituum vetustorum—penitus operosis digestos fodinis, per loca diversa struxerunt; et excisis parietibus, volucrum ferarumque genera multa sculpserunt, quas hieroglyphicas literas appellarunt. Et 17. 7. cavernas minutas terrarum Gr. syringas appellari ait. Sed cum de talibus cavernis vocabulum legitur, vix dubitandum est quin ex Ægyptiaca lingua sit derivandum. Certe Ælian. H. A. 6. 43. σύριγγας μὲν Αἰγυπτίας, inquit, ᾄδουσιν οἱ συγγραφεῖς, ᾄδουσι δὲ καὶ λαβυρίνθους τινὰς Κρητικούς. Et 16. 15. ubi de formicis Indicis exponit: περιόδους τινὰς, καὶ, ὡς εἰπεῖν, σύριγγας Αἰγυπτίας, ἢ λαβυρίνθους Κρητικοὺς, σοφίᾳ τινὶ ἀπορρήτῳ διατρήσαντες οἰκεῖα ἑαυτοῖς ἀπέφηναν. Synesius epist. 104. p. 246. ὅρος ἐστὶν ἡ Βομβαία κοῖλον—καί τινες αὐτὸ παρὰ τὰς Αἰγυπτίων ἐξήταζον σύριγγας. Pausan. 1. 42. p. 101. ed. Kühn. ἐν Θήβαις ταῖς Αἰγυπτίαις διαβᾶσι τὸν Νεῖλον, πρὸς τὰς σύριγγας καλουμένας. A Strabone 17. p. 808. A. ejusmodi via, non subterranea quidem, at operta et flexuosa, vocatur σύριγξ σκολιά. Quibus omnibus aliisque veterum testimoniis (v. Jablonski de Memnone Græcorum et Ægyptiorum, Frcf. ad Viadr. 1753. 4. p. 63. sqq.) moveor ut credam, quod Jablonsk. in Panth. Ægypt. 5. 5. 17. P. iii. p. 181. scripsit, nomen σύριγξ originem Ægypto debere. Saltem hæc sententia multum præferenda videtur opinioni Bocharti hieroz. P. ii. 4. 22. p. 599., qui nominis σήραγξ (ita enim, σήραγγας, vocat, quanquam laudato Æliani loco H. A. 16. 15.) radicem esse dicit Phœnicium verbum שָׂרַג, perplexum esse. Ceterum σήραγξ non modo in epigrammate ἀδεσπότῳ cxxviii. in Brunckii Analect. T. iii. p. 176. et apud Aristot. H. A. 5. 15. legitur, sed etiam in Platonis Phædone T. i. opp. p. 110. A. et Timæo T. iii. p. 70. C.

Σχοῖνος· μέτρον γεωργικὸν, ὥς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν. Suid. ὁ σχοῖνος ἕκαστος, μέτρον ἐὼν Αἰγύπτιον, ἑξήκοντα στάδια. Herodot. 2. 6. Etiam Hermogenes περὶ μεθόδου δεινότ. 1. 2. σχοῖνον vocat Αἰγύπτιον ὁδοῦ μέτρον. Nec dissentit Hieron. ad Joel. iii. 18. T. vi. opp. p. 56. D. Sed Athen. 3. p. 122. A. et Callimachus apud Plut. de exil. c. 10. atque, ut videtur, Plinius H. N. 6. 26. dicunt Persicum, Eustathius autem ad Odyss. τ. p. 1854. 37. simpliciter λέξιν ἐθνικήν. Et Jablonsk. T. i. opusc. p. 335. certi quidpiam constituere vix ausit. Ceterum notio illa vocabulo tribui fortassis potest Jer. xviii. 15. et Ps. cxxxviii. 3. Cf. Hod. l. l. p. 119. et Biel. In proverbiis Alexandrinis, quæ Plutarcho tribui supra ostendimus, huc pertinet lxxxv. illustratum ab Erasmo chill. 4. 3. 22.

Ψονθομφανὴχ, quod Gen. xli. 45. legitur, Ptolemæo-

rum temporibus in Ægyptiorum lingua idem significasse, quod צָפְנַת פַּעְנֵחַ Mosis ætate, non improbabiliter existimat Hodius l. l. p. 114. laudans hanc in rem locum Josephi archæol. 2. 6. 1. ubi nomen istud apud Ægyptios indicare ostendit *κρυπτῶν εὑρετήν*. Sed Hieron. quæstt. Hebr. T. iii. opp. p. 146. E. et de nom. Hebr. ibid. p. 197. G. dicit, sermone Ægyptio declarari salvatorem mundi, eo quod Josephus orbem terræ ab imminente famis excidio liberarit. Quam interpretationem unice probat Jablonsk. l. l. qui multa de vocabulo disputat p. 207—216.

Hæc de priore vocabulorum Ægyptiacorum genere sufficiant. Quæ autem origine Gr. erant, sed, cum postea novam notionem formamve in Ægypto accepissent, a grammaticis aliisque scriptoribus antiquis Ægyptia nominantur, sunt fere hæc:

Ἀλήθεια fuit *ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχένα ἐκ σαπφείρου λίθου*, quod gestabat senior idemque princeps sacerdotum Ægyptiorum et summus judex, auctore Æliano V. H. 14. 34. Sic Diodor. Sic. 1. 48. *τὸν ἀρχιδικαστὴν* describit *ἔχοντα τὴν Ἀλήθειαν ἐξηρτημένην ἐκ τοῦ τραχήλου, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιμύουσαν*. Et c. 75. *ἐφόρει δ' οὗτος περὶ τὸν τράχηλον ἐκ χρυσῆς ἁλύσεως ἠρτημένον ζώδιον τῶν πολυτελῶν λίθων, ὃ προσηγόρευον Ἀλήθειαν. τῶν δ' ἀμφισβητήσεων ἤρχοντο, ἐπειδὰν τὴν τῆς Ἀληθείας εἰκόνα ὁ ἀρχιδικαστὴς προσθεῖτο*. Videtur ergo non solum veritatis, sed etiam justitiæ imago fuisse. Cui cum simile fuisse appareat illud, quod in pectorali summi sacerdotis Judæorum fuit, תֻּמִּים appellatum, Marshamus can. chron. p. 316. Spencerus de legib. Hebræor. ritual. p. 1337. sqq. ed. Lips. 1705. 4. Hodius l. l. p. 113. aliique inde factum esse observarunt, ut interpretes Alexandrini vocabulum illud Hebr. fere nomine *ἀλήθεια* redderent, ut Exod. xxviii. 26. Levit. viii. 8. Deut. xxxiii. 8. Cf. Sirac. xlv. 10. Witsius vero in Ægyptiacis, p. 253 —261. utriusque diversitatem demonstrare conatus est. Neque ille non habet, quo nitatur. Sed tamen ejus argumento, ut alterum alteri simile fuisse, et interpretes Gr. nomine *ἀλήθεια* propter hanc ipsam similitudinem pro Thummim usos esse negemus, efficere non possunt. v. Fr. Sam. de Schmidt de sacerdot. et sacrificiis Ægyptiorum, Tubing. 1768. 8. p. 38—43.

Ἄρουρα, genus mensuræ, de quo Suidas in *ἀρουραία μάντις* simpliciter scripsit hæc: *ἡ δὲ ἄρουρα πόδας ἔχει ν'.* quod interpretamentum secutus Budæus de asse et partib. ejus, l. iv. p. 382. ed. Colon. 1528. 8. hæc addit: "id est, octo ulnas et trientem, vel passus decem, ita ut ulnam pro senis pedibus, et passum pro quinis accipiamus." Sed Herodotus 2. 168. *ἡ ἄρουρα*, inquit, *ἑκατὸν πηχέων ἐστὶ Αἰγυπτίων πάντη. ὁ δὲ Αἰγύπτιος πῆχυς τυγχάνει ἴσος ἐὼν τῷ Σαμίῳ*. Itaque *ἀρούρης* latus quadratum habuit 120 cubitos Romanos, sive 180 pedes Rom. (v. Eisenschmid. de ponder. et mensuris 3. 3. extr.) et comparari *ἄρουρα* potest cum *πλέθρῳ* Græcorum, quod cum Latine reddi soleat nomine jugerum, manifestum est, Ameilhonum in Eclaircissemens sur l'inscription Grecque du monument trouvé à Rosette, Paris An XI. (1803.) 4. p. 69. nomine *ἄρουρα* non male dicere fere idem significatum fuisse, quod Latino jugerum. Scilicet præter Herodotum *ἄρουρα* sic legitur in illa ipsa Inscript. Roset. lin. 30, et 31. et in Josephi c. Apion. 1. 22. p. 456. ex Hecatæo Abderita excerptis, qui Alexandri M. et Ptolemæi Lagidæ temporibus floruit. Cf. Villoison epist. iii. quam in præfat. not. 1. laudavi, p. 333. et 362. qui nomen *ἄρουρα* vocat Alexandrinum, atque de eo conferri jubet Rosweidi onomasticon rerum et verborum difficiliorum, quod extat in ejus Vitis patrum, Antverp. 1628. f. p. 1014.

Ἀρπεδονάπται dicebantur quidam Ægyptiorum sacerdotes et sapientes, ut recte colligi videtur e verbis Democriti apud Clem. Alex. str. 1. p. 307. A. Add. Euseb. præp. evang. 10. 4. p. 472. B. cui reddendum est hoc nomen pro vitioso *ἀρσεπεδονάπται*. Jablonskius quidem in proleg. ad Panth. Ægypt. p. xciv. et Opusc. t. i. p. 38. illud ex Ægyptiorum lingua deducit, et per *νοήμονας* s. *νοημονικοὺς* explicat, ita ut intelligendi sint, qui alias vocantur *ἱερογραμματεῖς*. Sed cum Herodotus 3. 47. interprete Polluce 7. 31. *ἀρπεδόνας* vocaverit *τὰ νήματα*, i. e. fila, *ἅπτειν* autem etiam conserere, connectere significet, ut apud Aristot. de partib. anim. 2. 9. *ἀπτόμενον καὶ προσδεδεμένον*: nondum omnino me pœnitet interpretationis olim propositæ, qua *ἀρπεδονάπτας* appellatos putavi ob redimitum caput, quemadmodum flamines apud Romanos, Varrone de ling. Lat. 4. 15. auctore, nomen habuerunt a filo, quo per æstum capita religabant. Cf. quæ infra in v. *πτεροφόροι* attuli e Diodoro Sic.

Γένεσις a philosophis Ægyptiis ponebatur de creatione et origine universi. Certe Hodius l. l. p. 115. qui hinc illustrat inscriptionem primi libri Mosis in versione Alex. (Cf. Gen. ii. 4. et Deyling. obss. sacr. P. iii. p. 183.) e scholiis in Ptolemæum attulit hæc verba: *περιττῶς εἰώθασι λέγειν γένεσιν Αἰγύπτιοι κόσμον*. Et sane sic vocabulo usi sunt, præter Jamblichum de mysteriis, Clemens Alex. str. 4. p. 538. A. *ἡμέραις ἑπτά, δι' ὅσων ἡ γένεσις τελειοῦται*. 6. p. 653. D. p. 683. C. p. 698. B. 7. p. 719. A. Josephus hypomnest. c. 28. p. 265. ed. Fabric. *τὴν γένεσιν τοῦδε τοῦ παντός*. Philo de opific. mund. t. i. p. 3. 7. ubi Mosen dicit scripsisse *τὴν γένεσιν* mundi, p. 5. 34. p. 9. 25. p. 11. 38. p. 15. 37. p. 18. 2. p. 40. 45. p. 41. 39. et de legum allegg. 2. p. 66. 12. Unde idem de opif. mund. p. 21. 36. septimum diem dignum esse ait, qui nominetur *τοῦ κόσμου γενέθλιος*. Quin ipsas res creatas nomine *γένεσις* Philo significavit de legum alleg. 2. p. 81. 29. et 3. p. 88. 40. At, ut taceam, scholia illa perquam exigui esse pretii, jam Plato in Timæo nomen *γένεσις* dixit eodem modo, ut p. 27. A. *τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως*. p. 29. C. *τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως*. p. 48. A. *ἡ τοῦδε τοῦ κόσμου γένεσις*. ibid. B. *τῆς οὐρανοῦ γενέσεως*. et sæpius. Quare nec Plutarchum peccasse putaverim, cum de Is. et Osir. c. 36. scripsit: *ἀρχὴ καὶ γένεσις οὖσα πάντων ἐξ ἀρχῆς*. quanquam naturam h. l. sic appellari non diffitendum est, ita ut *γένεσις* sit *γενέτειρα*, non *κτίσις*.

Δικαιοδότης a Suida simpliciter nomine *δικαστὴς* explicatur. Sed Strabo 17. p. 797. A. de rebus Ægypti exponens: *ὁ πεμφθείς*, inquit, (sp. *ἔπαρχος*, præfectus augustalis) *τὴν τοῦ βασιλέως ἔχει τάξιν· ὑπ' αὐτῷ δ' ἐστὶν ὁ δικαιοδότης, ὁ τῶν πολλῶν κρίσεων κύριος*. Est igitur idem magistratus, qui Latine juridicus vocatur, ut Digest. l. i. tit. 20. ubi etiam est 'juridicus, qui Alexandriæ agit.' l. 40. tit. 5. l. 41. §. 5. Cod. l. 1. tit. 57. 'apud Alexandrinæ civitatis juridicum.' Sed ab eodem Strabone, p. 808. C. ipse rex Ægypti, et quidem ante Alexandri M. tempora, dicitur *δικαιοδοτεῖν*. Substantivum *δικαιοδοσία* habet idem p. 811. D. et sæpissime Polybius.

Ἴδιος λόγος fuit ipse quoque magistratus Ægyptius, qui, auctore Strabone 17. p. 797. B. *τῶν ἀδεσπότων καὶ τῶν εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφειλόντων ἐξεταστής ἐστι*: ubi *ἀδέσποτα* sunt, quæ assertorem nullum habent, s. res quasi nullius dominio mancipatæ, interprete Budæo annotatt. in Pandectas, p. 114. C. Brevius bona vacantia explicat Casaubonus, et *τὰ εἰς Καίσαρα πίπτειν ὀφείλοντα*, caduca, per *ἴδιον λόγον* autem intelligit procuratorem Cæsaris, vel rationalem.

Ἱερογραμματεῖς, v. *πτεροφόροι*.

Ἱεροστολισταί, et *ἱεροστόλοι*, v. *στολισταί*.

Ἱεροψάλτης, musicæ sacræ præfectus. v. *κωμασίαι* in fine, et Schmidt de sacerd. et sacrif. Ægypt. p. 169. sqq. In rebus Judæorum memorantur *ἱεροψάλται*, 3 Esr. i. 15. et v. 46. apud Joseph. archæol. 12. 3. 3.

Καλλιστεῖς Αἰγύπτιοι τοὺς εἰς ὀξὺ ἀνηνεγμένους ἄρτους ὠνόμαζον, panes in acutum fastigatos. Pollux 4. 73. et Phavor. in v. *ἄρτοι*. Sed fortassis est nomen origine Ægyptium, i. q. *κυλλῆστις* s. *κυλλάστις*. v. Jablonsk. Opusc. vol. i. p. 116. sq.

Κάνναι· ψίαθοι, καὶ τὰ Αἰγύπτια πλέγματα, ἀφ' ὧν καὶ τὰ κάναθρα. Hesych. et Phavor. Sed legendum est *κάνναθρα*. v. interp. Hesych. et Hemsterhus. ad Poll. 7. 176. etiam Jablonsk. l. l. p. 106.

Κανών, apud Clem. Alex. str. 6. p. 633. C. ita describitur, ut, si vera sit lectio, intelligi appareat graphiariam thecam, sive, ut F. S. de Schmidt in diss. de sacerd. et sacrif. Ægypt. p. 144. explicat, vas certæ alicujus, rotundæ maximeque cylindraceæ, formæ, vas scapi forma. Nam, *ὁ ἱερογραμματεύς*, inquit, *ἔχων—κανόνα, ἐν ᾧ τό τε γραφικὸν μέλαν, καὶ σχοῖνος, ᾗ γράφουσι*. Etiam Villoisonus (seconde lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette, in Millini Magasin encyclop. No. 6. an xi. p. 197.) interpretatur l'écritoire des scribes sacrés. Idem

ait, Martorellium de regia theca calamaria substituere velle *κανοῦν*, cistam, et conferri jubet Salmas. exercitat. Plin. p. 265. E. (qui caniculum, mediæ Latinitatis vocabulum, et Græca scriptorum Byzantinorum, *κανικλεῖον* et *κανίκλωμα*, ex antiquo *κανοῦν* et *κανὼν* derivat,) ipse vero putat apud Clementem legi posse *κανὼν* pro *κανόνα*, magis tamen amplecti videtur Cangii conjecturam, *κάνιον*, etiam Montefalconio palæogr. Gr. 1. 3. p. 22. probatam, qui per *μελανδοχεῖον* explicat, sed nimis anguste, opinor. Nam apud Clementem etiam juncus scriptorius eo contineri dicitur. Putem vero, lectionem *κανόνα*, thecam graphiariam, posse defendi. Ut enim in Gloss. vett. atramentarium Gr. redditur *καλαμάριον*, et Hesychius nomen *καλαμὶς* interpretatur *γραφείων θήκην*, ita etiam *κανὼν* potuit latius dici. Certe in Damocharidis epigr. ii. apud Brunck. analect. t. iii. p. 69. *κανὼν* vocatur *γραφίδων ἰθυτάτων φύλαξ*, ita ut satis commode explicari possit per *γραφιδοθήκην*, calamariam vel potius stylorum thecam, nisi per *γραφίδας* rectius in hoc carmine intelligas lineas, atque adeo per *κανόνα* regulam s. normam, qua scribæ utebantur, ut recte scribere possent. Unde *κανὼν* a Paulo Silentiario, t. iii. analect. p. 87. n. l. appellatur *γραμμῆς ἰθυπόρου ταμίης*. et n. li. *ἡγεμὼν γραμμῆς ἀπλανέος*. et p. 88. n. lii. *τροχαλοῖο κυβερνητὴρ μολίβδου*. Cf. Juliani Ægyptii epigr. x. et xi. t. ii. analect. p. 495. sq. ubi *γραφίδες* rursus sunt lineæ.

Κερατωνία· συκῆ ἐν Αἰγύπτῳ. Hesych. et Phavor. Cf. in v. *κερωνία* et *συκῆ Αἰγυπτία*, omninoque Jablonsk. Opusc. vol. i. p. 107. sq.

Κιβώριον· Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. Hesych. et Phavor. Cf. Athen. 3. p. 72. C. et 11. p. 477. E. imprimisque Jablonsk. l. l. p. 108—110. qui opportune etiam affert verba Scholiastæ ad Horat. 2. od. 7. 21. "Ciboria sunt Alexandrina poma, quæ habent similia colocasiis folia; in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur."

Κορσίπιον, v. p. clxviii. not. 4.

Κωμασίαι, pompæ sacræ apud Ægyptios. Clemens Alex. str. 5. p. 567. A. *ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' αὐτοῖς κωμασίαις, τῶν θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα, δύο μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱέρακα, καὶ ἶβιν μίαν περιφέρουσι*. In inscript. Roset. lin. 42. vocantur *ἐξοδεῖαι τῶν ναῶν*, atque ædicula Ptolemæi Epiphanis *ἀποθεωθέντος* ibid. lin. 43. dicitur *ἐξοδεύειν*. Fortassis interpretes Alexandrini, cum nomen עֲצָרָה sive עֲצֶרֶת nomine *ἐξόδιον* reddiderunt, non tantum ad exitum Israelitarum ex Ægypto, sed etiam ad ejusmodi solemnitates Ægyptias respexerunt, ut 2 Paral. 7. 9. Ut autem ad *κωμασίας* redeam, dii ipsi, quorum imagines circumferebantur, dicuntur *κωμάζειν*. Diodor. Sic. 3. 5. *ὃν ἂν ὁ θεὸς κωμάζων κατά τινα συνήθειαν περιφερόμενος λάβῃ*. Jamblich. de myster. 3. 31. p. 103. 25. *θεὸν ἄλλον ἀνθ' ἑτέρου ἐπικωμάζειν*. Quo alludit Plutarch. in Antonio, c. 26. de Cleopatra dicens: *κατέκειτο ὑπὸ σκιάδι χρυσοπάστῳ, κεκοσμημένη γραφικῶς, ὥσπερ Ἀφροδίτη— καί τις λόγος ἐχώρει διὰ πάντων, ὡς ἡ Ἀφροδίτη κωμάζοι παρὰ τὸν Διόνυσον*. Sacerdotes autem, qui simulacra deorum circumferebant, vocabantur *κωμασταί*, et secundi ordinis erant. Synesius encom. calvit. p. 73. A. ed. Petav. *παρ' Αἰγυπτίοις τὰ προφητικὰ γένη—τοῖς μὲν ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων καὶ τῶν ἴβεων, ἃ τοῖς προτεμενίσμασιν ἐγκολάπτουσι, καταμωκῶνται τοῦ δήμου· αὐτοὶ δὲ καταδύντες εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμοὺς, ἅττ' ἂν ἀπεργάσωνται, περιστέλλουσι. καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια, τὰ κιβώτια κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας, ἃς ὁ δῆμος, ἐὰν ἴδῃ, χαλεπανεῖ*. Idem de providentia, p. 94. D. de ritu creandi regis Ægyptii exponens: *οἱ τὸ κῦρος ἔχοντες τῆς αἱρέσεως, ἐπειδὰν ἐπιθειάσηται βασιλεὺς, καὶ οἷς τοῦτο τὸ ἔργον, ἅπαν κινήσωσι κωμαστήριον,—στρατιῶται μὲν χεῖρας αἴρουσι· κωμασταὶ δὲ καὶ ζάκοροι καὶ προφῆται ψηφοφοροῦσι· πλῆθος ἔλαττον τοῦτο, δύναται δὲ παραπολὺ πλεῖστον. προφητικὴ μὲν γὰρ ψῆφος ἑκατὸν χεῖρές εἰσι· κωμαστικὴ δὲ, εἴκοσι, καὶ ὁ ζάκορος δέκα δύναται χεῖρας*: quo in utroque loco Wesselingius ad Diodor. l. l. reponi jubet *πωμαστήρια* et *πωμαστήριον*. Utique rectius, quam Jablonskius opusc. vol. i. p. 119. qui, Petavium in altero loco secutus, per *κωμαστήριον* intelligit collegium comastarum. In notis ad priorem locum, p. 31. Petavius *κωμαστήρια* putat esse vel sacrum adytum, in quo ritus a comastis et cerimoniæ perficerentur, vel ea ipsa sacra, quæ in eo religiose haberentur. Quæ interpretatio non magis placet, quam quod *κωμαστὰς* comparat cum Romanorum epulonibus. Imo *κωμασταὶ* apud Ægyptios iidem fere fuere, qui *παστοφόροι*, de quibus infra, sed *κωμασταὶ* vocati, quia per plateas et vicos circumiverunt, *παστοφόροι* vero, quatenus cistas illas, *παστοὺς*, operculis (*πωμαστηρίοις*) occlusas, et in iis simulacra deorum, circumtulerunt. Quare nec *ἱεραφόρους* apud Plut. de Is. et Os. c. 3. nec *κιστοφόρους* admodum diversos putaverim, de quibus separatim scripsit Alexander Xaver. Panelius, Lugd. 1734. 4. cujus generis sacerdotem sic describit Apuleius metam. 11. p. 271, 2. ed. Elmenhorst. "quendam de sacratis, linteis intectum, qui thyrsos et hederas et tacenda quædam gerens," nempe in cista mystica. Idem p. 262. 18. "ferebatur ab alio cista secretorum capax, penitus celans operta magnificæ religionis." Omnino præter Galeum ad Jamblich. l. l. p. 252. sq. vid. Villoison troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette, p. 326—329. et quos laudat, p. 353—359. Apud Græcos *κῶμοι*, comissationes, de quibus notus est Schwarzii libellus, Altorfii 1744. 4. editus, et *κωμασταί*, minus ad rem sacram, quam ad cœnæ privatæ voluptates pertinuere. Quare nec *κωμαστὴς Διόνυσος* apud Aristoph. Nub. 606. huc referendus est. Non vero prætermittenda putavi hæc verba Josephi in hypomnestico c. 144. p. 330. ed. Fabric. *ἐν Αἰγύπτῳ τὰ βονὶ, ὄργανόν τι τρίγωνον ἐναρμόνιον, ᾧ χρῶνται οἱ ἱεροψάλται ἐν τοῖς κώμοις, πλεκτριζόμενοι*. Saltem hinc magis, quam, quod Villoisonus voluit, e Clementis Alex. pædag. 2. 4., demonstrari possit, etiam *κώμους* pro *κωμασίαις*, quales descripsimus, dictos fuisse.

Μαγὶς, ἀντὶ τῆς τραπέζης, Αἰγύπτιον δόξει, καὶ παντελῶς ἔκθεσμον. Ἐπίχαρμος δὲ ὁ Δωριεὺς, καὶ Κερκίδας ὁ μελοποιὸς (Megalopolitanus, vel Cretensis), *ἐπὶ τῆς αὐτῆς διανοίας ἐχρήσαντο τῇ λέξει, καὶ μὴν καὶ ὁ Ἀττικὸς Σοφοκλῆς*. Helladius Besantinous in chrestom. p. 973. t. x. thesauri antiqq. Gr. Gronov. et p. 318. vol. vi. operum Meursii. Similiter Pollux, 6. 83. *αἱ ἐπιτιθέμεναι καὶ αἰρόμεναι τράπεζαι, ἃς νῦν μαγίδας καλοῦσιν. ἔστι μέντοι καὶ τὸ τῆς μαγίδος ὄνομα παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν χρήσει*. Et 10. 82. *παρὰ μέντοι Ἐπιχάρμῳ ἐν Πύρρᾳ ἢ Προμηθεῖ, καὶ κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην χρῆσιν εἴρηται*, h. e. de qualibet mensa. Nam s. 81. docuerat, *μαγίδα* proprie dici *ἐπὶ τῆς μάκτρας, ἢ ἐπὶ τῆς τὰ ἱερὰ δεῖπνα, ἢ τὰ πρὸς θυσίαν φερούσης* (*τραπέζης*), h. e. de anclabri. Judic. vii. 13. (atque inde in Josephi hypomnest. c. 129. p. 271.) *μαγὶς ἄρτου κριθίνου* videtur idem esse quod *μᾶζα*. v. Hesych. ibique interp.

Μελανηφόροι memorantur modo in Inscriptionibus, ut apud Seldenum de synedr. 2, 3. p. 536. et 539. ed. Frcf. et Lips. 1734. 4. Satis de iis, præter Seldenum, et Deylingium Obss. sacr. P. iii. p. 104. sq., exposuere Gisb. Cuperus in Harpocrate, Traj. ad Rhen. 1687. 4. p. 128. sq. inprimisque Steph. le Moine in epistola de Melanophoris, huic Cuperi libro adjuncta, p. 255—282. Add. Frid. Sam. de Schmidt de sacerd. et sacrific. Ægypt. Tubing. 1768. 8. p. 208—211. Videntur Isidis maxime cultum curasse, et nomen accepisse inde, quod nigras vestes gestarent. Talibus autem vestibus eos ideo indutos fuisse credibile est, quod Isidis peplum et velum maximam partem nigrum esset, atque Isis ipsa nigra repræsentaretur, et quod sacerdotes in quibusdam sacris et festis luctuosis vestes albas cum atris commutarent.

Μεσουρανεῖν Ægyptios dixisse pro *μεσημβριάζειν* vel *ὑπὲρ κεφαλῆς ἑστάναι*, Phavorinus in v. *ἀνατέλλει* notavit e Polluce 4. 57. ad q. l. Kühnius illud verbum tribuendum esse vidit dialecto Alexandrinæ. Sane *μεσουρανεῖν* et *μεσουράνημα* et *μεσουράνησις*, et *ἀντιμεσουρανεῖν*, et *συμμεσουρανεῖν* et *συμμεσουράνησις*, sæpe leguntur apud Ptolemæum Pelusiotam, qui vixit Alexandriæ. Vid. ejus *τετράβιβλος*, cum libello, qui *καρπὸς* inscribitur, Gr. et Lat. edita a Phil. Melanchthone, Basil. 1553. 8. p. 20. 29. 30. 33. 53. 74. 76. 77. 79. 81. 110. 112. 115. 118. 122. 128. 131. 134—140. 151. 155. 156. 177. 178. 186. 201. 207. 209. 216. 218. 221. 224. Item Apoc. viii. 13. apud Plutarch. de Is. et Osir. c. 52. et quæst. Rom. c. 84. Achill. Tat. introd. in Aratum c. 22. extr. c. 31. init. c. 35. Schol. Apoll. Rhod. 1. 450. 3. 1028. Cf. Scalig. ad Manil. 5. p. 372. ed. Argent. 1655. 4.

Μετώπιον quid sit, docet Dioscorides 1. 71. *σκευάζεται ἐν Αἰγύπτῳ μύρον, ἐπιχωρίως ὑπ' αὐτῶν καλούμενον μετώπιον, διὰ τὴν χαλβάνης μίξιν. τὸ γὰρ ξύλον, ἐξ οὗ γεννᾶται ἡ χαλβάνη, μετώπιον καλεῖται*. Cf. Athen. 15. p. 688. F. et qui præterea laudantur in Jablonskii Opusc. t. i. p. 142.

Μοσχοσφραγισταὶ, v. σφραγισταί.

Ὀβελίσκος, ut satis constat, apud Ægyptios fuit moles lapidea, Soli sacrata, inferius lata et quadrata, paulatim in gracilitatem et metæ figuram assurgens. v. Ammian. Marcellin. 17, 4. Plin. H. N. 36. 8—11. et Gattereri Weltgeschichte, t. i. p. 461—499.

Ὀθόνη et

Ὀθόνιον, quanquam etiam in Homeri et Atticorum libris leguntur, atque ab Etymol. M. et Hesychio aliisque grammaticis dicuntur origine Græca esse, tamen dubium est, annon Ægyptiaca potius dicenda sint. v. Jablonsk. Opusc. t. i. p. 72—74. Inscriptio Roset. bis habet βύσσινα ὀθόνια, l. 18. et 29. Cf. Hos. ii. 5. et 9. Luc. xxiv. 12. etc.

Παρασχίστης, incisor, prosector. Quænam fuerint ejus partes, ita exponit Diod. Sic. 1. 91. πρῶτος μὲν ὁ γραμματεὺς λεγόμενος, τεθέντος χαμαὶ τοῦ σώματος (condiendo cadavere), ἐπὶ τὴν λαγόνα περιγράφει τὴν εὐώνυμον ὅσον δεῖ τεμεῖν. ἔπειθ' ὁ λεγόμενος παρασχίστης, λίθον ἔχων Αἰθιοπικὸν, καὶ διατεμὼν ὅσα νόμος κελεύει τὴν σάρκα, παραχρῆμα φεύγει δρόμῳ etc. v. ibi Wesseling.

Παστοφόροι, sacerdotum genus. Clemens Alex. pædag. 3. 2. p. 216. C. παστοφόρος, ἤ τις ἄλλος τῶν ἱεροποιούντων περὶ τὸ τέμενος,—παιᾶνα τῇ Αἰγυπτίων ᾄδων γλώσσῃ. Cf. str. 6. p. 634. B. Ferebant in pompis sacris parva sacella (ναΐδια, ναΐσκους. v. Chr. Gotth. Wilisch de Naidiis veterum, Lips. 1716.) vel lignea eaque deaurata (v. Herod. 2. 63.) vel argentea (v. Jo. Andr. Schmidt de templis Demetrii argenteis Act. xix. 24. Jen. 1685. omninoque interpp. ad Act. l. l. quem tamen locum nonnisi dubitanter hic indicavi), quibus inclusum erat simulacrum illius Dei, cujus festum celebrabatur, atque æditui erant s. custodes templi. Ab Apuleio metamorph. 11. p. 265, 11. vocantur qui divinas effigies progerebant, et paulo post hujus sacrosancti collegii nomen esse dicitur Pastophori. Memorantur etiam ibidem p. 271. 11. et p. 273. 3. et describuntur plus semel, nomine non allato, ut p. 262. Sic apud Palladium in hist. Lausiaca c. 53. (p. 500. t. viii. operum Meursii) pastophori vel comastæ intelligendi sunt: ναὸς ἦν μέγιστος ἐν μιᾷ τῶν κωμῶν, καὶ εἴδωλον ἐν αὐτῷ ἐπιφανέστατον. ξύλινον δὲ ἄρα τὸ ξόανον τοῦτο ἦν. ἐπόμπευον δὲ περιφέροντες αὐτὸ κατὰ τὰς κώμας οἱ μιαροὶ ἱερεῖς, βακχεύοντες μετὰ τοῦ πλήθους. Diod. Sic. 1. 29. refert opinionem Ægyptiorum hanc: τοὺς μὲν Εὐμολπίδας ἀπὸ τῶν κατ' Αἴγυπτον ἱερέων μετενηνέχθαι, τοὺς δὲ κήρυκας (sp. mysticos. v. Henr. Aug. Zeibich de Cerycibus mysticis, Vitemb. 1752. 4.) ἀπὸ τῶν παστοφόρων: ubi Wesselingius παστοὺς, unde παστοφόροι dicti sunt, explicat thalamos s. deorum ædiculas. Et Salmasius exercitt. Plin. p. 856. θαλαμηπόλους a pastophoris differre negat. Non male. Nam thalami mystice nominabantur delubra, quibus succedebat aut incubabat Apis. v. Solin. polyhist. c. 32. Plin. H. N. 8. 46. Ælian. H. A. 11. 10. Hinc navis illa, qua Apidis simulacrum Nilopoli Memphin vehi solebat, vocatur θαλαμηγὸς apud Diodor. Sic. 1. 85. ubi v. Rhodoman. et quos laudat Jablonsk. Opusc. t. i. p. 82—84. Ergo saltem in Apidis pompa θαλαμηπόλοι iidem fuere, qui παστοφόροι. Sic παστὰς et παστὸς sæpe junguntur θαλάμῳ, ita ut interdum alterum pro altero positum videri possit, v. c. in Antiphanis epigr. ix. t. ii. analect. Brunck. p. 206. θαλάμων ἐπὶ παστάσιν. Meleagri cxxv. ibid. t. i. p. 36. θαλάμων θύραι—ἐδᾳδούχουν παρὰ παστῷ. In ἀδεσπότῳ DCCX. ἐκ παστῶν κὰκ θαλάμων. In lect. p. 303. νυμφεῖον θαλάμου καὶ παστάδος. In his tamen omnibus intelligitur θάλαμος γαμήλιος, ut in Meleagri carmine cxv. vocatur. Et quanquam Philippus Thessalonicensis epigr. lix. t. ii. analect. p. 226. Venerem sic appellat: Κύπρι—θαλαμηπόλε, tamen illum Ægyptiorum usum non secutus videtur. Agit enim ibi de Venere armata, quæ Spartæ fuit. Alias θαλαμηπόλος explicari forsan possit: quæ in thalamo s. delubro supra descripto circumfertur. In Theonis Alexandrini epigr. ii. t. iii. analect. p. 4. Venus dicitur παστοφόρος Παφίη. Sed nec hoc epitheton ex illo Ægyptiorum ritu explicaverim. Varias ejus interpretationes attuli in Empedocle meo, p. 684. sqq. Tribuitur enim carmen istud etiam Empedocli, qua de re exposui ibid. p. 91—94. Ceterum quod supra ostendi pastophoros etiam æditos fuisse, non omnino certum putabam. Nititur enim hæc sententia fere solius Horapollinis testimonio, hieroglyph. 1. 41. et παστοφόροι apud Porphyr. de abstinent. 4. 8. a νεωκόροις distinguuntur. Magis vero huc pertinent, quæ Clemens Alex. in priore locorum, quos supra laudavi, post nomen γλώσσῃ addidit: ὀλίγον ἐπαναστείλας τοῦ καταπετάσματος, ὡς δείξων τὸν θεόν. Nam τὸ καταπέτασμα est ille ipse παστὸς, unde παστοφόροι nomen habent. Sic Schol. Apollon. Rhod. i. 175. καλύβῃσιν] ταῖς διὰ τῶν ἱματίων κατεσκευασμέναις, ἃς καλοῦσι παστούς. Ergo pastophororum fuit etiam hoc, ut, levato velo, quo numen contegebatur, iis ipsum ostenderent, qui videre illud cuperent. Omnino v. Cuper. Harpocrat. p. 129. sqq. le Moine de Melanophoris p. 257. sqq. Jo. Gottlieb Bidermanni otia literaria varii argumenti. P. i. Lips. 1751. 8. p. 180—192. Deyling. Obss. sacr. P. iii. p. 183. sq. F. S. de Schmidt de sacerd. et sacrif. Ægypt. p. 193—208. et Villoisoni epist. supra in v. κωμασίαι laudata, p. 324—326. et p. 351—353. Jam quid per παστοφόριον intelligendum sit, quærendum restat. In inscriptione apud Selden. de synedriis, p. 539. leguntur hæc: τὴν κονίασιν τοῦ παστοφορίου, καὶ τὴν γραφὴν τῶν τε τοίχων καὶ τῆς ὀροφῆς, et plura, e quibus satis appareat, significari ædificium aliquod. Et Seldenus quidem intelligit primariam fani in Ægyptiorum numinum delubris partem. Similiter Bidermannus, et Cuperus, qui tamen etiam putat accipi posse de collegio pastophororum, et de ferculo s. thensa, cui παστὸς s. sacellum cum Dei statua impositum et circumlatum fuerit. Equidem intelligo conclave s. cellulam prope templum extructam, in qua degerent vel habitarent unus pluresve pastophori. Saltem sæpe sic legitur in versione Alex. ut 1 Paral. ix. 26. Jer. xlii. 4. Inprimis ad confirmandam sententiam meam pertinent hi loci: 1 Paral. ix. 33. in ed. Ald. ἄρχοντες — τῶν Λευιτῶν ἐν τῷ παστοφορίῳ διατεταγμένοι εἰς ἐφημερίας. et xxiii. 28. ubi Levitæ dicuntur λειτουργεῖν ἐν οἴκῳ κυρίου ἐπὶ τὰς αὐλὰς, καὶ ἐπὶ τὰ παστοφόρια. 3 Esdr. viii. 59. ἐν τοῖς παστοφορίοις τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ. 1 Maccab. iv. 38. τὸ ἁγίασμα ἠρημωμένον—καὶ τὰ παστοφόρια καθῃρημένα. Sic Esdr. viii. 29. pro σκηνὰς in ed. Complut. extat παστοφόρια. Eodem modo Josephus bell. Jud. iv. 9. extr. memorat τὴν κορυφὴν τῶν παστοφορίων, ἔνθα τῶν ἱερέων εἷς ἐξ ἔθους ἱστάμενος ἑκάστην ἑβδομάδα εἰσιοῦσαν προεσήμαινε σάλπιγγι etc. Cf. Elmenhorst. ind. in Apuleium, et Biel in novo thes. philolog.

Προφήτης fuit summus Ægyptiorum sacerdos. v. supra κωμασίαι, Porphyr. de abstin. anim. iv. 8. Clem. Alex. str. 1. p. 305. A. et 6. p. 634. A. et quos laudat Schmidt l. l. p. 106—128. Sic in Inscript. Roset. lin. 6. junguntur οἱ ἀρχιερεῖς καὶ προφῆται.

Πτεροφόροι, penniger. Ita propter pennas, quas muneris insigne in capite gestabant, vocabantur illi Ægyptiorum sacerdotes, qui alias ἱερογραμματεῖς et νοήμονες. Clemens Alex. str. 6. p. 633. C. ὁ ἱερογραμματεὺς, ἔχων πτερὰ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, βιβλίον τε ἐν χερσὶ, καὶ κανόνα. v. supra κανών. Quarum rerum scientia debuerit imbutus esse, Clemens statim ibidem narrat. Diodor. Sic. 1. 87. τινές φασιν, ἐν τοῖς ἀρχαίοις χρόνοις ἱέρακα βιβλίον ἐνεγκεῖν εἰς Θήβας τοῖς ἱερεῦσι, φοινικῷ ῥάμματι περιδεδεμένον, ἔχον γεγραμμένας τὰς τῶν θεῶν θεραπείας τε καὶ τιμάς. διόπερ καὶ τοὺς ἱερογραμματεῖς φορεῖν φοινικοῦν ῥάμμα, καὶ πτερὸν ἱέρακος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς. En ῥάμμα φοινικοῦν, ut supra in v. ἁρπεδονάπται scribas sacrorum putavi ita appellatos esse ab ἁρπεδόνῃ, i. e. filo. In Inscript. Roset. lin. 7. πτεροφόροι et ἱερογραμματεῖς distinguuntur, nimirum ut species et genus. v. F. S. de Schmidt l. l. p. 138—148. qui, cur pennas potissimum gestaverint, hanc affert causam probabilem, quod literarum et artium fuerint custodes, Hermes autem, qui eodem gestamine insignitur, dicatur omni genere doctrinæ excelluisse, literas invenisse, commentariorum scribendorum consuetudinem invexisse etc. Cf. Villoison seconde lettre sur l'inscript. Grecque de Rosette; in Millini Mag. encyclop. No. 6. an xi. p. 177. sq. et p. 196—198. Alii vero πτεροφόροι sunt in Plutarchi Oth. c. 4. πτεροφόροι συνεχῶς ἐφοίτων, ἀεί τι προσχωρεῖν ἐκείνῳ φράζοντες. Fuerunt enim vel ὠτακουσταὶ et speculatores, qui quam celerrime, quicquid principis cognitione dignum intellexissent, ei nunciarunt, atque ab hac celeritate nomen nacti sunt (v. Casaub. ad Suet. Aug. 27.) vel veredarii et tabellarii, sive læta sive tristia nunciantes, pinnas in hastis vel in capite gerentes. v. Salmas. ad script. H. A. t. i. p. 104. et 1023.

Στίμμις, (genere feminino, pro στίμμι in neutro) ἡ εἰς

τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων μέν ἐστι φωνὴ, κεῖται δὲ ὅμως καὶ παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ. Aristophanes grammaticus apud Eustath. ad Od. ξ. p. 1761, 32. Locum Ionis habet etiam Pollux 5. 101. In versione Alex. Jer. iv. 30. codex Alex. pro *στίβι* exhibet *στίμη*. Vitiose, opinor.

Στολισταὶ, genus sacerdotum Ægyptiorum. Clemens Alex. str. 6. p. 633. D. *ὁ στολιστὴς—ἔχων τόν τε τῆς δικαιοσύνης πῆχυν, καὶ τὸ σπονδεῖον.* Vocantur etiam *ἱεροστολισταὶ* apud Porphyr. de abstin. 4. 8. et *ἱεροστόλοι* apud Plut. de Is. et Os. c. 3. e cujus c. 39. intelligitur etiam nominis ratio. Nam, *γῆν*, inquit, *κάρπιμον φυρῶσι τῷ ὕδατι, καὶ συμμίξαντες ἀρώματα καὶ θυμιάματα τῶν πολυτελῶν, ἀναπλάττουσι μηνοειδὲς ἀγαλμάτιον· καὶ τοῦτο στολίζουσι καὶ κοσμοῦσιν.* Paulo ante dicuntur *τὴν ἱερὰν κίστην ἐκφέρειν*, ubi tamen, propter ea quæ in v. *κωμασίαι* dicta sunt, vel minus accurate scripsisse Plutarchum existimem, vel *ἐκφέρειν* de cura et inspectione circumferendæ cistæ mysticæ interpretandum esse. Nam *στολισταὶ* fuerunt majore dignitate, quam *κωμασταὶ* vel *κιστοφόροι*. Latine dici possunt vestitores divinorum simulacrorum, cum Firmico 3. 12. vel vestitores deorum, cum eodem 3. 14. Similiter interpretes Alex. 2 Reg. x. 22. *ἐξάγαγε ἔνδυμα τοῖς δούλοις τοῦ Βάαλ. καὶ ἐξήνεγκεν αὐτοῖς ὁ στολιστής.* Omnino v. de Schmidt l. l. p. 128—134.

Συμφιλολόγον de condiscipulo dicere, *δεινῶς βάρβαρον καὶ Αἰγύπτιον* judicat Phavor. in v. *συμφοιτητήν*.

Σφραγισταὶ fuerunt sacerdotes Ægyptii, de quibus hæc prodidit Plut. de Is. et Os. 31. *τὸν μέλλοντα θύεσθαι βοῦν οἱ σφραγισταὶ λεγόμενοι τῶν ἱερέων κατεσημαίνοντο.* Apud Porphyr. de abstin. 4. 7. p. 316. vocantur *μοσχοσφραγισταί*. Ita enim Rhœrius recte edidit. Unde haud dubie apud Clem. Alex. str. 6. p. 633. D. ubi *ὁ στολιστὴς* dicitur scire debere *τὰ μοσχοσφαγιστικὰ καλούμενα*, rescribendum est *μοσχοσφραγιστικά*. Cf. de Schmidt l. l. p. 181—186. et de Rhœr. ad Porphyr. l. l.

Ὡρολόγοι et

Ὡροσκόποι, quorum nominum illud habet v. c. Chæremon apud Porphyr. de abstin. 4, 7. extr. hoc Clemens Alex. str. 6. p. 633. B. fuerunt sacerdotes Ægyptiorum primi ordinis, de quorum munere et insignibus permulta attulit Schmidt l. l. p. 148—164.

Restat ut promissi memor nonnulla exponam de literarum, quibus Ægyptii Gr. in scribendo usi sint, figura et forma, atque de pronunciatione et orthographia.

Et primo quidem quod ad literarum characteres attinet, non pigebit hic legisse adscripta, quæ Schowius judicavit.[1] "Græci in Ægypto habitantes, a primis usque Ptolemæorum temporibus non modo mores et linguam sed et characterem alphabeti vulgarem mutasse videntur. Hujus mutationis exempla offerunt inscriptiones statuæ Memnonis[2] una cum inscriptione monumenti Quiriniani,[3] fragmentum Evang. Joan. in Museo Borgiano Velitris,[4] et codex regius Dioscoridis, in Ægypto scriptus, cujus specimen a Montfauconio palæogr. Gr. l. iii. p. 256. exhibetur. In quo autem proprie constiterit hæc characteris Gr. mutatio, ex alphabeto Coptico, ubi antiquus et genuinus character Gr.-Ægypt. sine dubio servatus est, clarius adhuc perspicitur. Exoleto enim aut neglecto alphabeti Ægyptii charactere, alphabetum Gr.-Ægypt. usu adeo invaluit, ut ab ipsis etiam indigenis adhiberetur. Quum autem literæ novi hujus alphabeti ad sonum vocum Ægyptiarum exprimendum haud sufficerent, aliæ septem ex antiquo alphabeto Ægyptio adsciscebantur, quibus etiam in vocibus Ægyptiis scribendis Gr.-Ægyptii interdum usi fuisse videntur, ut in inscriptione monumenti Quiriniani observatum fuit; quodque etiam vidimus in inscriptione statuæ Memnonis ap. Pocock. (Description of the east) t. i. p. 104. tab. xxxix. 21. quæ ita incipit: *εθραυσε Καμβυσης με τονδε τον λιθον.* ubi juxta lin. 2. et 3. characteres Ægyptii notati sunt, quorum duo (ordine secundus et tertius) iis, quos inscriptio monumenti Quiriniani exhibet, perquam similes sunt. Novum hocce alphabetum, ex literis Ægyptiis et Gr.-Ægyptiis compositum, quod diu etiam ante Christum natum inter indigenas Ægypti in usu fuisse videtur, nos hodie Copticum (i. e. Ægyptium) appellamus, cujus appellationis vim et originem Didymus Taurinensis in Rudimento literat. Copt. p. 7. erudite exponit: tempus autem, quo hæc unio alphabeti Græco-Ægyptii cum antiquo Ægyptio facta fuerit, deficiente omni auctoritate historica accurate definiri nequit." Hæc Schowii doctissimi verba quomodo conciliari possint cum speciminibus literarum, quæ e codicibus veteris testamenti Gr. Alexandrino et Turicensi dedit Breitingerus,[5] atque ex Alexandrino N. T. Woidius,[6] viri eruditi judicent ipsi. Fortasse tamen quispiam conjecerit, Alexandriæ, quippe quæ civitas viris doctis omnis generis plena esset, diutius retentas fuisse veteres et genuinas literarum Gr. formas, quam Ptolemaide, ubi scripta videtur charta Borgiana.[7] Aliis ex hac ipsa literarum in codicibus modo dictis et in Borgiana charta forma diversa videbitur recte posse demonstrari, recentioris ætatis esse codices Alexandrinum et Turicensem, quam vulgo creditum est.[8] Certe Schowius p. 119. "Codex Gr.-Ægyptius," inquit, "quo antiquior est, eo magis characterem alph. Coptici refert." Sed, ut diximus, nihil hoc in genere certi putamus posse constitui.

Paulo certiora videntur afferri posse de orthographia et pronunciatione ab Alexandrinis observata. Etsi enim negari nullo modo a quoquam potest, in eorum numero, quæ Breitingerus e codicibus sæpe laudatis notavit, multa esse librariorum peccata, e quibus qui certi aliquid velit efficere, valde sit temere facturus, quanquam in hoc quoque de librariorum peccatis judicio permagna cautione opus esse expertus sum:[9] tamen e multis illis, quæ cum constantia quadam differre a reliquorum Græcorum et antiqua scribendi ratione vir doctus observavit, definiri aliquid verisimiliter posse arbitror. Quare quo melius possit, quæ sit hujus differentiæ ratio, cognosci a lectoribus et judicari, quæ Breitingerus e codicibus suis attulit diversitatis scribendi exempla, maximam partem huc in unum locum congerere et ordinare non dubitavi, non neglectis illis, quæ in charta Borgiana sunt hanc in rem observata. Scilicet, ut incipiam a vocalium et diphthongorum permutatione,[10] scripsisse in nonnullis vocabulis Alexandrini videntur

A pro *E*, ut *ἐραυνᾶν* et *ἐξεραυνᾶν* Gen. xxxi. 33. xliv. 12. Deut. xiii. 14. Jud. v. 14. xviii. 2. 1 Reg. xxiii. 23. 3 Reg. xx. 6. 1 Paral. xix. 3. Ps. cviii. 11. cxviii. 2. 34. 69. 115. 129. Jerem. xxvii. 26. Obad. 6. 1 Cor. ii. 10.

[1] V. Charta papyracea Gr. scripta Mus. Borg. Velitris, edita a Nic. Schow cum annotatione crit. et palæogr., Rom. 1788. fol. p. 118.

[2] Has tamen ne quis quærat in Paul. Ern. Jablonski syntagmatibus de Memnone, Frcf. ad Viadr. 1753. 4.

[3] Hæc inscriptio accurate descripta est a Schowio p. 58.

[4] Fragmentum Evangelii S. Joan. Gr.-Copt.-Thebaic., una cum aliis fragmentis Copticis Mus. Borg. Velitris, editum ab Aug. Antonio Georgio, Rom. 1789. 4.

[5] Specimen literarum e cod. Alex. exhibuit in proleg. ad T. i. c. 1. §. 6. extr. e Turicensi præmisit epistolæ ad Quirinum, de antiquissimo Turic. biblioth. Gr. Psalmorum libro, Turici 1748. 4.

[6] V. Car. Godofr. Woidii notitia Codicis Alex., Lond. 1786. fol. et recusa cum notis Gttl. Leberecht Spohnii, Lips. 1788. 8.

[7] V. Schow. præfat. p. xxxii.

[8] Nam codicem Alex. Breitingerus in proleg. ad T. i. c. 1. §. 5. haud diu ante annum 396. exaratum putat. Turicensem autem, quem non amplius Turici versari dolendum est (v. Allgem. Literat. Zeit. 1791. nr. 171. p. 565.), idem in epist. ad Quirinum p. 32. non dubitat ratione antiquitatis vel Alexandrino præferre. Quæ codicis Alex. antiquitas etsi Spohnio aliisque nimia videtur, tamen hoc multi concedunt, probabiliter disputari posse, num seculo quinto, sexto vel septimo sit exaratus.

[9] Quis v. c. non mendum esse putet Lev. xi. 29. ubi *χορκόδιλος* scriptum est pro *κροκόδειλος*? Et tamen putet quis illud posse defendi ex iis, quæ supra dixi §. 8. p. clxii. not. 5. quanquam mihi quidem *χορκόδιλος* non minus videtur librarii negligentiæ deberi, quam Luc. xii. 58. *πάρκτορι* pro *πράκτορι*.

[10] De cujus origine et causis optime disseruit Schow. in præf. p. xli. *δ*. et in notis p. 88—91.

ἀνεξεραύνητα Rom. xi. 33. Fit hoc inprimis in nominibus Ægyptiæ originis, quoniam antiqua lingua Ægyptia sine vocalibus scribebatur, v. c. Σάραπις, Σαραπίων, ubi alii in prima syllaba adhibent *E*. v. Schow. p. 54.

A pro *H*, ut ἀνάστατε pro ἀνάστητε 2 Reg. xv. 14.

A pro *O*, ut ἔπεσαν Ps. xix. 9. Βαρσανούφιος pro Ὀρσανοῦφις, v. Schow. p. 90. Ἁρπακρᾶς pro Ἁρποκρᾶς ex Ἁρποκράτης Chart. papyr. Borg. iii. 9. iv. 24. Cf. Schow. l. l. Ζηῖλᾶς pro Ζώιλος Chart. Borg. ix. 3. fragm. 12. 4.

A pro *Ω*, ut ἀνάγαιον Marc. xiv. 15. Luc. xxii. 12. Cf. Maittaire p. 26.

AI pro *E*, ut αἰὰν 4 Reg. xx. 19. αἰν pro ἐν 3 Reg. vi. 34. Nehem. xii. 36. μαι Jerem. xxviii. (li.) 34. σαι 1 Maccab. xi. 42. ται encliticum pro τε in cod. Turic. Ps. lvii. 6. Sic in nominibus, ut ἀδελφαὶ pro ἀδελφὲ 3 Reg. xiii. 30. αἴνιοι 3 Maccab. iii. 3. αἰσθήσεσιν 3 Macc. i. 14. Luc. xxiv. 4. αἴτεραι Marc. xv. 41. Sed Luc. viii. 3. ἕταιραι. αἴτῃ Jer. xli. (xxxiv.) 14. Act. ix. 33. γραμματαία 2 Esr. iv. 17. Nehem. viii. 13. γραμματαίων Matth. xxvii. 41. Marc. vii. 1. viii. 31. etc. καινὸν Job. xxix. 20. Ps. vii. 5. Jer. xviii. 15. xxvii. 9. Sapient. i. 11. Marc. xii. 3. Act. iv. 25. Μακαιδονία et Μακαιδὼν Act. xvi. 9. 10. 12. xix. 21. 22. etc. παίδας pro πέδας 1 Macc. iii. 41. Marc. v. 4. Luc. xx. 11. παῖδες pro πέδαις 4 Reg. xxv. 7. 2 Paral. xxxiii. 11. παιδινῆς Ezech. iii. 22. παιδίον 1 Reg. xiv. 14. xx. 5. Jer. xiv. 18. χάλκαιον Job. xx. 24. χεῖρες Nehem. ii. 18. χειροπαῖδες pro χειροπέδαις Jes. xlv. 14. Jer. xvii. 26. Nahum. iii. 10. In cod. Turic. αἰδέσματα Ps. liv. 15. Βηρσαβεαὶ Ps. l. 2. γραμματαίως Ps. xliv. 2. θυραιοὺς Ps. xlv. 10. σκνίφαις pro σκνίφες Ps. civ. 31. Etiam in verbis, ut αἶα Marc. i. 24. ἀναίβαινεν Ezech. viii. 11. Act. iii. 1. ἀναιλάβετε Amos v. 26. καταίβαινεν Luc. x. 31. παιζεύειν Act. xx. 13. ῥύσαιτε pro ῥύσεται Ps. xvii. 44. Cod. Turic. καταισθίοντες Ps. lii. 5. Cf. Galat. v. 14. Inprimis in terminationibus verborum, ut ἀκούεται et συνίεται vii. 14. ἀποκρίνεσθαι Zephan. ii. 3. βλέπεται Marc. viii. 18. γνώσεσθαι Marc. iv. 13. δουλεύσεται pro δουλεύσητε 3 Reg. ix. 6. δύνασθαι Jer. vi. 10. Marc. xiv. 7. etc. ἰδώκαται Matth. xxv. 35. 42. ἐπιγνώσεσθαι Zachar. vi. 15. ἔσται pro ἐστὲ Jes. xli. 28. Jer. xviii. 17. θέλεται Matt. xxvi. 15. κατακληρονομέσεται pro κατακληρονομήσητε 1 Paral. xxviii. 8. περιέλεσθαι et περιτμηθήσεσθαι Jer. iv. 4. πορεύεσθαι Jer. x. 2. Matth. xxv. 9. 41. Hujus generis unum modo exemplum repertum est in cod. Turic.

AI pro *H*, ut μεγάλαι pro μεγάλη Zephan. i. 14. φωναὶ Jer. iii. 21.

E pro *A*, ut καθερίζειν Lev. ix. 15. xiv. 4. Num. xii. extr. 2 Paral. xxxiv. 5. Nehem. xii. 30. Ps. xi. 7. Jer. xiii. 27. 1 Macc. xiii. 47. 50. 2 Macc. ii. 19. xiv. 36. 2 Esr. vi. 20. Marc. i. 42. Luc. xvii. 14. etc. μιερὸς 2 Macc. iv. 10. μιεροφαγεῖν 4 Macc. v. 19. 25. 27. τέσσερα, τεσσεράκοντα, τεσσερακοστὸς 2 Reg. ii. 10. v. 4. x. 18. 3 Reg. vi. 1. xv. 33. Job. xlii. 16. Ps. xciv. 10. Prov. xxx. 24. Zachar. i. 18. 21. Marc. i. 13. Luc. iv. 2. Cf. Maittaire p. 148. sq. Etiam in Turic. cod. hoc genus reperitur.

E pro *AI*, ut Ἀρμαθὲμ pro Ἀρμαθάϊμ 1 Reg. i. 3. ἀφερεῖτε pro ἀφαιρεῖται Luc. xvi. 3. βιβλιοθῆκες 2 Esr. vi. 1. διαφερεῦσιν pro ἀφαιρ. 1 Reg. xvii. 39. ἔλεον Luc. x. 34. ἐμὲ pro ἐμαὶ Ezech. xviii. 4. ἐνέπεζον Matth. xxvii. 29. ἐνέπεξαν v. 31. Marc. xv. 20. ἐξέφνης Luc. ii. 13. ix. 39. ἔπεσεν pro ἔπαισεν 3 Reg. xvi. 16. 4 Reg. xxv. 21. Job. iv. 19. xvi. 10. Jer. v. 6. xiv. 19. xxxvii. (xxx.) 14. Dan. viii. 7. ἔρειν 2 Reg. xxiv. 12. Jes. xlvi. 7. Jer. xvii. 21. Luc. viii. 12. xi. 22. ἐφνίδιος Luc. xxi. 34. εὐκερίαν Luc. xxii. 6. ἔστε pro ἔσται Jer. xxv. 2. θερμενόμενον Marc. xiv. 67. Jo. xviii. 18. 25. κε pro καὶ Jer. x. 19. κενὸς et κενότης Deut. xxxii. 17. 3 Reg. viii. 35. Job. vi. 6. κεροῦ pro καιροῦ Dan. vii. 12. κρεπάλη Luc. xxi. 34. νάβλες 1 Paral. xvi. 5. πέδες Judit. vii. 12. 4 Macc. vi. 22. πίητε pro πίεται 1 Reg. i. 11. ποίησε pro ποίησαι Jer. vi. 26. σκέψε Zachar. xi. 13. συνέρχετε Marc. iii. 20. τὲς pro ταῖς 1 Macc. xiv. 5. χαλκὲς 1 Macc. xiv. 18. χειροπέδες Jer. xlvii. (xl.) 1. E cod. Turic. notavit Breitingerus hæc: ἔρειν Ps. xxxii. 2. ἀντανερεθήσονται Ps. lvii. 9. ἀντανέρων Ps. xlv. 10. ἐπέρετε Ps. lxxiv. 6. κρατεοὺς Ps. cxxxiv. 10. Ζιφέους Ps. liii. 2. κεκρεπαληκὼς Ps. lxxvii. 65. παλεστὰς Ps. xxxviii. 6.

E pro *EI*, ut ἀποκτένουσιν s. ἀποκτέννουσιν, ut est in ed. Romana, 2 Reg. iv. 12. Cf. Maittaire p. 126. et 209. ἀπεκτένον Ps. c. 8. χὶρ 1 Reg. xviii. 21.

E pro *H*, ut ἀνάστεμα Zephan. ii. 14. Zachar. ix. 8. ἄλεκτον 3 Macc. iv. 2. (nisi ἄδεκτον malis.) διάστεμα Ezech. xli. 6. xlii. 5. ἐλλόμην Job. vi. 10. ἐξέλθεν Job. xxxvii. 20. εὕρεμα Jer. xlv. (xxxviii.) 2. xlvi. (xxxix.) 18. li. (xlv.) ult. Cf. Maittaire p. 88. ἐψέματος Hagg. ii. 13. ζετεῖν 1 Reg. xxiv. 3. θυγάτερ 4 Reg. xi. 2. σύστεμα Ezech. xxxi. 14. 3 Macc. iii. 6. ὑπόστεμα 1 Paral. xi. 16.

E pro *I*, ut χειλεάρχῳ 1 Reg. xvii. 18. ἀλεεῖς Luc. v. 2.

EI pro *H*, ut ἔθνει pro ἔθνη Jes. lv. 5. εἴτις pro ἥτις Jer. xxiii. 40. ἐνδεεῖς pro ἐνδεὴς Prov. xi. 12. Ἐπιφανεῖς 1 Macc. i. 11. ἤδει Rom. xiii. 11. πύλει pro πύλῃ 4 Reg. vii. 18. Sic in secunda persona futuri, ut δυνήσει 1 Macc. vi. 27. ἐξεμέσει Prov. xxiii. 8. Cf. supra §. 9. p. clxvi. not. 4.

EI pro *I*, ut ἀγαλλιάσεις pro ἀγαλλίασις Ps. xxix. 6. Luc. i. 14. ἀναπαύσεις Job. iii. 23. Eccles. vi. 5. βλασφημεία Marc. vii. 22. ἡμεῖν et ὑμεῖν Matth. xxv. 9. ἐπεὶ pro ἐπὶ Nehem. iii. 4. Prov. xvi. 23. 27. Jes. ix. 12. x. 4. Dan. ix. 1. Amos i. 10. 14. Matth. xxvii. 6. ἔτει pro ἔτι Jer. xxii. 12. xxiii. 4. καθείσῃ pro καθίσει Jer. xxix. (xlix.) 18. Dan. vii. 26. ῥαββεὶ Matth. xxvi. 49. λαλεία pro λαλιὰ v. 73. μεικρότερον Marc. iv. 31. xiv. 35. xv. 40. φορολογείας pro φορολογίας 1 Macc. i. 29. χειλεάρχῳ 1 Reg. xvii. 18. it. in verbis, ut ὤσει pro ὦσι 2 Esr. vii. 25. εἰδυεῖα Marc. v. 33. γείνεται Matth. xxvi. 1. xxvii. 24. Marc. iv. 11. etc. ἤγγεισεν Luc. vii. 12. καθείσατε Matth. xxvi. 36. ἀπεκεφάλεισα Luc. ix. 9. etiam pro I consonante, ut Εἰαβεὶς 1 Reg. xi. 9. xii. 9. Εἰαμεὶν 1 Reg. xiv. 51. Εἰάσωνος 2 Macc. ii. 24. Εἰεδιδία 2 Reg. xii. 25. Εἰεθὲρ 1 Reg. xxx. 27. Εἰεθιραὰμ 2 Reg. iii. 5. Εἰελδὰφ 4 Reg. xxiii. 36. Εἰεμενεὶ 2 Reg. xvi. 11. Εἰεμιναίου 1 Reg. ix. 1. Εἰεριχὼ Judith. iv. 4. Εἰεσσαιμοῦ 1 Reg. xxvi. 3. Εἰηοῦ 3 Reg. xvi. 1. 7. Σαρούεια 1 Reg. xxvi. 6. In cod. Turic. μειστεῖν Ps. xliii. 8. xliv. 8. liv. 13. xcvi. 10. κείνησιν Ps. xliii. 15. πείονι Ps. xci. 11. πειότητος Ps. lxii. 6. πείωμαι Ps. xlix. 13. πείονται Ps. lxxiv. 9. Θαρσεὶς Ps. lxxi. 10. χειόνα Ps. l. 9. Idem codex constanter legit Σειὼν pro Σιών. In charta Borg. iv. 11. ῥαβδειστής. v. Schow. p. 56.

H pro *A*, ut μαχαίρης Jer. xxxii. 16.

H pro *E*, ut ἔννηα pro ἐννέα 2 Reg. ii. 30. εὐθῆς 2 Reg. xix. 6. ἡμάρτητε pro ἡμάρτετε Jer. xlvii. (xl.) 3. ἢν pro ἐν 1 Paral. xxviii. 8. ἠσθηνικῶς Ezech. xxxiv. 4. πίητε pro πίεται 1 Reg. i. 11. πλήρης 4 Reg. vi. 17.

H pro *EI*, ut δαψιλῆ 1 Macc. iii. 30. δήλαιοι Hos. vii. 13. δυσχερῆ 2 Macc. ix. 17. ὄψῃ Matth. xxvii. 4. Jo. i. 51. xi. 40. διαρπάσῃ Marc. iii. 27. παρέξῃ Luc. vii. 4.

H pro *I*, ut διαχωρῆσαι 1 Macc. xii. 36. ἀλητήριος 2 Macc. xii. 23. xiv. 42. xv. 3. θρηξὶν Luc. vii. 38. 43. Jo. xi. 2. xii. 1. κλησίας Luc. ix. 14. πλουτῆσαι Sirac. xi. 21. πρωτοκλήσια 2 Macc. iv. 21. πρωτοκλησίας Marc. xii. 39. Luc. xiv. 7. 8. xx. 46. χρήσεις 3 Reg. xix. 15. 16. ὠδίνη Jes. xxvi. 17. Ἦσις pro Ἶσις, v. Schow. p. 89. ε. Unde Πάησις in chart. Borg. ii. 13. iii. 10. ix. 27. et Πούησις ii. 1. xii. 29. et fragm. x. 6.

H pro *Y*, ut εὐθῆς 2 Reg. xvii. 4. 1 Paral. xiii. 4. Prov. xxi. 29. xxvii. 21. (Cf. Maittaire p. 39.) et sæpe ἡμεῖς pro ὑμεῖς.

H pro *Ω*, ut Ζηῖλᾶς pro Ζώιλος in charta Borg. ix. 3. et fragm. xii. 4.

I pro *EI*, ut ἀχρῖον Matth. xxv. 30. Luc. xvii. 10. γράμματι pro γραμματεῖ 2 Esr. vii. 11. 12. ἐπίνασα Matth.

xxv. 35. 42. Marc. ii. 25. ἔτι pro ἔτει 1 Macc. i. 11. ἰδότες Job. xix. 19. xx. 7. Jer. ix. 6. ἰσχύι Prov. xviii. 19. ἰαθὸς Act. xvii. 2. μετρῖται pro μετρεῖτε Marc. iv. 24. παιδιὰ pro παιδεία Sirac. iv. 17. et sæpe. πινῶντι Ezech. xviii. 7. 16. Prov. xxviii. 15. πρόσπινος Act. x. 9. χίμαρροι Eccles. i. 7. χρῖαν Marc. xi. 3. Luc. ix. 11. xv. 7. xix. 33. xxii. 71. Jo. ii. 25. xiii. 29. xvi. 30. In cod. Turic. αἰνῖτε constanter præter Ps. cxlvi. 1. ἀναγγῖλαι Ps. li. 2. lxiii. 10. ἀπήγγιλα Ps. xxxix. 6. ἀσεβίαν Ps. lxxii. 6. ἀντάμιψιν Ps. cxviii. 112. βαθῖα Ps. lxiii. 7. βοηθία Ps. xxxvii. 23. et passim. Cf. Maittaire p. 127. extr. γίτοσιν Ps. xliii. 14. δανίζεται Ps. xxxvi. 21. διαφθίρης Ps. lvii. 1. et sæpius. διέσπιρας Ps. xliii. 12. διλία Ps. liv. 5. διλιάσω Ps. xxvi. 1. lxxvii. 53. δίξω constanter, præter Ps. lviii. 11. δυναστία Ps. lxiv. 7. ἐνετίλατο Ps. lxxvii. 5. etc. ἐντίνειν Ps. xliv. 5. lxiii. 4. ἐντραπίησαν Ps. xxxix. 15. ἐξάλιψον Ps. l. 3. 11. ἐξαπίστιλεν Ps. lvi. 4. ἐξεγίρεσθαι Ps. lxxii. 20. ἐξεπίρασαν Ps. lxxvii. 18. ἐξέτινεν Ps. liv. 21. ἐξήγγιλα Ps. lv. 9. et passim. ἐξίλατο Ps. cxiv. 8. ἐξομολογῖσθε Ps. xxix. 5. et passim sic. ἐπαινῖσθε Ps. civ. 3. etc. ἐπὶ pro ἐπεὶ Ps. lxxvii. 20. et sæpe. ἐπικαλῖσθε Ps. civ. 1. et passim. εὐθία Ps. xxvi. 11. lvii. 2. lxxvii. 37. εὐπρεπία Ps. xlix. 2. ἴδον constanter pro εἶδον. ἰδώλοις Ps. xcvi. 7. etc. ἰκόνι Ps. xxxviii. 7. ἵλκυσα Ps. cxviii. 131. ις pro εἰς Ps. cv. 11. ἡγῖται Ps. ciii. 17. κρῖσσον Ps. lxii. 4. et passim. λαλῖτε Ps. lxxiv. 6. λιτουργεῖν Ps. c. 6. μεγαλοπρεπία Ps. xxviii. 4. μνίαν Ps. cx. 4. οἰκτίρει Ps. xxxvi. 21. ὀνιδίζειν et ὄνιδος Ps. xxxviii. 9. xliii. 17. liv. 13. lxxiii. 10. 18. et passim. ὀξία Ps. lvi. 5. πάρι pro πάρει Ps. cxxxviii. 8. πετινὰ Ps. xlix. 11. et passim. πινᾷν Ps. xlix. 12. πλατιῶν Ps. liv. 12. πτωχία Ps. xliii. 25. σκότι Ps. lxxxi. 5. συγγενία Ps. lxxiii. 8. ταπινοῦν Ps. xxxvii. 9. xliii. 20. l. 10. 19. lxxi. 4. lxxiv. 8. etc. φίσεται Ps. lxxi. 13. lxxvii. 50. ὠφελία Ps. xxix. 10. In charta Borg. Νῖλος iii. 33. viii. 26.

I pro *H*, ut δεδιμιουργημένους 2 Macc. x. 2. ἴδιον pro ἥδιον Sirac. xxii. 11. κτίσει 2 Esr. viii. 21. Ps. ciii. 24. Prov. i. 13. ῥιτίνη Jer. viii. 22. xxviii. (li.) 8. στιρίσει Jer. xvii. 5.

I pro *OI*, ut Φινίκης Jes. xxiii. 2.

I pro *Y*, ut δίο 2 Reg. ii. 12. δοριάλωτον 2 Macc. v. 11.

O pro *E*, ut Κολλαῦθ in charta Borg. 10. 26. pro Κελλαῦς s. Κελλαῦτ, quod est 11. 4.

O pro *OI*, ut ἐπόησε pro ἐποίησε. v. Schow. p. 66. et Maittaire p. 12. sq.

O pro *Ω*, ut ἀθοωθήσεται 1 Reg. xxvi. 9. 3 Reg. ii. 9. Prov. vi. 29. et Theophil. ad Autolyc. iii. p. 126. B. Jer. xxvi. (xlvi.) 28. xv. 15. xviii. 23. Joel. iii. 21. Nahum. i. 3. ἀρχιεροσύνης 1 Macc. vii. 21. ἕτερον pro ἑταιρῶν 2 Macc. vi. 4. ἐμοιχοῦντο Jer. v. 7. κόμης Job. xxxviii. 32. ὀρύονται Epist. Jer. 31. τῶν οἴκον 4 Reg. xxiii. 7. Sic αὐτὸν pro αὐτῶν 1 Macc. vi. 58. μεῖζον pro μείζων Marc. iv. 32. πρόϊμον Jer. v. 24. πρωτότοκα Nehem. x. 36. σορῷ pro σωρῷ Job. xxi. 32. In cod. Turic. ἀγαθοσύνης Ps. li. 5. ἁγιοσύνης Ps. cxliv. 5. μεγαλοσύνης Ps. cxliv. 3. ὀρυόμενοι Ps. ciii. 21.

OI pro *I*, ut οἰκετῶν pro ἰκ. Sirac. xxxvi. 17.

OI pro *Y*, ut κατανοίγητε Ps. iv. 5. κοινῶν Job. xxx. 1. οἰπολέω Job. xxxi. 23. σοὶ pro σὺ Ps. cxviii. 114. Job. xviii. 4. etc.

Y pro *EI*, ἡμίσυ pro ἡμίσει 1 Paral. xxvii. 20.

Y pro *H*, ut τὰ ἡμίσυ Luc. xix. 8. πανυγυρίσατε Jes. lxvi. 10. περιψύχων Sirac. xxx. 7. ὑμεῖς pro ἡμεῖς sæpissime.

Y pro *I*, ut γύνεται 2 Reg. xii. 27. καθυδρύσαντες 3 Macc. vii. 20. κατευθυκτήσας 2 Macc. xiv. 43. φύλων pro φίλων 1 Macc. vii. 8.

Y pro *OI*, ut διήνυκται pro διήνοικται Job. xxix. 19. σχῦνον Ps. cxxxviii. 3. σὺ pro σοὶ Ps. ix. 35. Cantic. i. 8. ii. 13.

Y pro *OY*, ut ἡμίσυς pro ἡμίσεως Exod. xxv. 10. 17. 23. xxxviii. 1. Sed xxvi. 16. legitur ἡμίσους.

Ω pro *O*, ut ἀνταπόδωμα et ἀνταποδωθήσεται Obad. 15. αὐτῶν pro αὐτὸν Dan. xi. 5. παρέδωσαν Luc. i. 2. Sic ἵππων 2 Paral. i. 17. et μόσχων Ezech. xliii. 19. παλαιωτέρων Esth. 8. in epistola. πλούτως Jes. xxix. 7. φωρολογίας pro φορολογίας 1 Macc. i. 29. ὦ Φελεθθεὶ pro ὁ Φελ. 2 Reg. xv. 18. etc. ὠλεθρεύων Jerem. ii. 30. ὡμολογήσαμεν Jer. li. (xliv.) 25. In cod. Turic. ἀλλοιωθησωμένων Ps. lxxix. 1.

Ω pro *OY*, ut Ὀννωφρις pro Ὀνούφριος. v. Schow. p. 91. qui ibidem docuit, permutari sic invicem Πουλίων et Πωλίων.

Ω pro *Y*, ut Μίωσις in charta Borg. xi. 4.

Hæc de vocalium inter se permutatione dixisse, putarem abunde sufficere ad cognoscendum usum Alexandrinum, nisi alia quædam cum hac de vocalibus doctrina cohærentia superessent, quæ, cum et nitantur vitiosa illa, quam diximus, pronunciandi scribendique ratione, et eandem Alexandrinam fuisse denuo probare videantur atque confirmare, prætermitti hoc loco et negligi nullo modo possunt. Et inprimis quidem huc referendum putabam augmentum in verbis vel neglectum omnino et omissum, vel inepte et præter consuetudinem Græcorum adhibitum, vel adeo duplicatum. Primi generis exempla sunt: περιπάτει pro περιεπάτει Jo. v. 9. x. 23. item quod

A non est mutatum in *E*, ut κατάβης pro κατέβης 2 Reg. xi. 10. neque in *H*, ut ἀπαλλάχθαι pro ἀπηλλ. Luc. xii. 58.

E non mutatum in *H*, ut ἀπενέχθη Job. xxi. 32. ἐδύνατο Marc. v. 3. vi. 5. 19. Luc. i. 22. ἐπερώτων xiii. 3. xiv. 61. ἐρώτα Luc. xi. 37. Cf. tamen quæ dixi §. 9. de forma ἔμελλον et similibus.

I non mutatum in *E*, ut ἐπιτίμησεν Luc. ix. 42. 55. ἐπιγεινώσκον pro ἐπεγίνωσκον Act. iii. 10.

O non mutatum in *Ω*, ut ἀνορθώθη Luc. xiii. 13. ἐζογράφησα Jes. xlix. 16. ἐξομολογεῖτο Tob. xi. 16. ὄρακα Zachar. i. 8. iv. 2. εὐοδώθη et εὐόδωσα et κατευοδώθη 2 Paral. xxxv. 13. xiv. 7. Jes. xlviii. 15. Dan. viii. 11. 12. 1 Macc. ii. 47. iii. 6. xiv. 36. 1 Cor. xvi. 2. κατορθώθη 2 Paral. xxxv. 10. ὁμοιώθημεν Jes. i. 9. Rom. ix. 29. ὀνομάσθη 1 Macc. xiv. 10. ὁπλοδότησεν 1 Macc. xiv. 32. ὀχύρωσαν 1 Macc. vi. 26. προορώμην Ps. xvi. 8. Act. ii. 25. In cod. Turic. ὀλιγοψύχησεν Ps. lxxvi. 4. ὁδοποίησε Ps. lxxvii. 50. κατορθούμην Ps. cxviii. 128.

OI non mutatum in *ΩI*, ut ἐποικοδόμησεν 1 Cor. iii. 14. κατοίκουν et κατοικίσθησαν 2 Reg. ii. 3. Ezech. xxxviii. 12. 1 Esr. v. 45. 1 Macc. xiii. 48. οἰκήσαμεν Jer. xlii. (xxxv.) 10. οἰκοδόμησεν et οἰκοδομήθη Ruth iv. 11. 3 Reg. vii. 12. Tob. i. 4. 1 Macc. i. 54. x. 12. xvi. 9. οἰκτείρησεν (Cod. Turic. οἰκτίρισεν) Ps. cii. 13.

Inepte et alieno loco positum est augmentum in his: ἐμαδίασαν pro ἠμαδ. Jer. xxxviii. (xxxi.) 29. ηὐλογημένοι Matth. xxv. 34. ἐπροφήτευσεν Luc. i. 67. ηὑρέθη Luc. xv. 24. 32. προσηργάσατο Luc. xix. 16. ἠργάζετο Act. xviii. 3. ᾠκοδομήσας Deut. viii. 12. ᾠκοδομῆσαι 1 Macc. xv. 39. ᾠκοδομήσωμεν Jes. ix. 10. ᾠκοδομηθήσονται Jer. xii. 16. In cod. Turic. ἀντελάβοιντο Ps. xxxix. 12. ᾠκοδομουμένη Ps. cxxi. 3.

Duplicatum augmentum extat Ps. xlviii. 13. 21. ubi in utroque codice legitur παρεσυνεβλήθη. Sic Marc. iii. 5. et Luc. vi. 10. in Cod. Alex. ἀπεκατεστάθη.

Præter hæc etiam crasis s. contractio vocalium frequens fuit in dialecto Gr.-Ægyptia s. Alexandrina. Sic in charta Borgiana sæpe leguntur Πάσις et Τάσις pro Πάησις et Τάησις. v. Schow. p. 91. et 97. Ibidem xi. 8. est ψαθοπλόκος pro ψιαθοπλόκος. Cf. Schow. ad h. l. p. 94. Videtur tamen nec hæc fuisse in omnibus voca-

bulis facta. Certe in cod. Turic. non κἀγὼ legitur, sed καὶ ἐγὼ, Ps. lxxii. 22. lxxxviii. 28. etc. nec ὀστᾶ, sed ὀστέα Ps. xxviii. 8. Apostrophus quoque in eodem codice neglectus reperitur, ut ἐπὶ οἶκον Ps. cxxi. 5. et in Alex. Luc. iii. 2. ἐπὶ ἀρχιερέως. xiv. 9. μετὰ αἰσχύνης. Cum vero utrumque ab optimis quoque scriptoribus antiquis constet factum esse, non est quod his diutius immoremur.

Progrediatur potius disputatio nostra ad describendam consonantium inter se permutationem, quæ vel maxime conferre multum videtur ad diligentius cognoscendam pronunciationem et orthographiam Alexandrinorum, quibus eam æque ac vocalium commutationem mutuam usitatam fuisse docent iidem codices antiqui, inprimis Alexandrinus. Reperiuntur autem adhibuisse

Γ pro *K*, ut δάγνοντες Habac. ii. 7. διγνύειν pro δεικνύειν Exod. xxv. 9. Deut. i. 33. Sapient. xviii. 21. Jo. ii. 18. v. 20. ἐνδιγνύμενος Epist. Jer. 25. Dan. iii. 44. 2 Macc. ix. 8. ἐνδίγνυνται Rom. ii. 15. ἐπιδειγνύμενον Epist. Jer. 58. Act. ix. 39. λίγμῳ et λιγμᾶται Amos ix. 9. παρεπιδιγνὺς 2 Macc. xv. 10. ὑποδιγνὺς 3 Macc. v. 17. Cf. Maittaire p. 185. et 223. Sic in Inscript. Roset. lin. 9. et 41. est ἐγ βασιλέως, et lin. 18. ἐγλελειμμένα. E quibus patet, formam γναφεὺς, quæ legitur Marc. ix. 3. 4 Reg. xviii. 17. et in codice quidem Alex. Jes. vii. 3. xxxvi. 2. etiam in charta Borgiana viii. 14. ix. 31. recte damnatam esse a Th. Mag. in v. ἄκναπτον, atque adeo in veterum Atticorum libris ubique pro γναφεὺς, quod non raro irrepsit, κναφεὺς oportere restitui. v. Maittaire p. 3.

Γ pro *X*, ut δίδραγμα Nehem. v. 15. x. 32.

Θ pro *T*, ut ἐπισκόθησε Deut. xxxii. 11. Ναζαρὰθ Luc. i. 26. ii. 4. 39. ubi tamen legi dicitur Ναζαρὰτ, et v. 51. Ναζαρέτ. Νεθωφαθίτης pro Νετωφ. 4 Reg. xxx. 23. Sic ante spiritum lenem, ut καθ' ἐμαυτὸν 2 Macc. ix. 22. καθ' ὀφθαλμοὺς Ezech. xx. 14.

K pro *X*, ut Ἀδραμέλεκ 4 Reg. xvii. 31. Jes. xxxvii. 38. Ἀβιμέλεκ 1 Reg. xxi. 8. xxii. 11. xxx. 7. 2 Reg. xi. 22. 1 Paral. xxiv. 3 ἐκθὲς 1 Reg. x. 11. xiv. 21. xix. 7. 2 Reg. iii. 17. Job. xxx. 3. ἐκθρεῦσαι et ἐκθρὸς Num. xxxiii. 55. Job. xxxiv. 26. 2 Macc. x. 26. Cf. Maittaire p. 191. οὐκ ante asperum spiritum 4 Reg. vi. 19. Job. xix. 16. xxxviii. 26. 1 Esr. iv. 2. 12. v. Maittaire p. 172.

Π pro *Φ*, ut ἐπ' υἱοὺς Ps. cxlv. 3.

T pro *Θ*, ut ἀποστράφητι Num. xxiii. 16. Jer. xxxviii. (xxxi.) 21. ἐντράπητι Sirac. iv. 25. ἐπιστράφητι Jes. xliv. 22. Jer. iii. 12. Hos. xiv. 2. Amos i. 3. 13. Μαχατεὶ et Νετωφατεὶ Jer. xlvii. (xl.) 8. ὀπιστότονος Deut. xxxii. 24. item ante spiritum asperum, ut κατ' ἕνα Jes. xxvii. 12. κατ' ὑπερηφανίας Amos viii. 7. κατύπερθε 3 Macc. iv. 8. μετ' ἵππου 1 Esr. ii. 30. μετ' ὅρκον 2 Macc. iv. 34. ταῦτ' ἡμῖν 2 Macc. vi. 17. Sic fere in cod. Turic. μετὰ ἁμαρταλῶν Ps. xxvii. 3.

Φ pro *Π*, ut in cod. Turic. ἐφίδεν Ps. liii. 9. cxi. 8. ἐφήλπισεν Ps. li. 9. v. Maittaire p. 225. Sic in cod. Alex. ἐτροφοφόρησεν Act. xiii. 18. ἔφιδε Act. iv. 29.

X pro *Γ*, ut δράχμα Gen. xxxvii. 7.

X pro *K*, ut Σαδὼχ 1 Paral xxix. 22. ἀμέμοχεν Tob. ix. 3. οὐχ ante spiritum lenem 1 Esr. iv. 34. Luc. xvii. 22. Galat. ii. 14. et in cod. Turic. Ps. liii. 2. cxxxiv. 16.

Neque vero tantum permutando, sed etiam aliis modis Alexandrinus consonantium usus a reliquorum Græcorum consuetudine fuit diversissimus. Nonnullæ enim adjectæ vocabulis reperiuntur ita, ut vel in fine vel ante literas ejusdem organi plane superfluæ sint. In aliis vocabulis duplicatæ pro simplicibus, in aliis pro duplicibus simplices leguntur. Quædam denique consonantium non colliquescunt cum sequentibus, aut in eas mutantur, sed retinentur nativæ. Superfluæ igitur adjiciuntur.

Γ, ut ἀγχμὴ pro ἀκμὴ 2 Macc. iv. 13.

K, ut ἐκχθρα, ἐκχθραίνειν etc. Deut. ii. 12. xxviii. 48. 1 Macc. vii. 26. xi. 12. Job. xxxvi. 16. Luc. vi. 35. ἐκχθὲς Ps. lxxxix. 4. Quin etiam ἐκκχθρὸς Jes. ix. 2. Ezech. xxxvi. 2. xxxix. 23.

M, ut Ζοροµβάβελ Luc. iii. 27.

N, ut συνχνοὺς 2 Macc. v. 9. Inprimis in fine accusativorum singularis numeri, ut αἶγαν Num. xv. 27. ἀκρίδαν Exod. x. 4. ἄνθρακαν Ezech. xxviii. 13. ἀσεβῆν Ps. ix. 23. x. 5. xxxvi. 35. etc. ἀσθενῆν 1 Reg. ii. 10. βασιλέαν 3 Reg. i. 45. Βηθσαϊδὰν Luc. ix. 10. γραμματέαν 4 Reg. xxii. 3. xxv. 19. 2 Paral. xxxiv. 1. γυναῖκαν Ruth. iv. 12. διπλοΐδαν 1 Reg. ii. 19. ἐλπίδαν Sirac. xiii. 6. θώρακαν 1 Reg. xvii. 39. ἱερέαν 1 Reg. xxii. 11. 2 Paral. xxiv. 9. 1 Esr. viii. 9. κοιλάδαν 2 Reg v. 18. κοιτῶναν 2 Reg. xiii. 10. μερίδαν 1 Reg. xxx. 24. μονογενῆν Ps xxi. 20. xxxiv. 17. Baruch. iv. 16. Νηρέαν Rom. xvi. 15. νύκταν Exod. xiii. 21. 1 Reg. xiv. 34. xix. 11. 24. 2 Reg. ii. 29. Act. xx. 31. Πτολεμαΐδαν 1 Macc. x. 1. ῥαγάδαν Jes. vii. 19. σκνίφαν Exod. viii. 18. συγγενῆν Rom. xvi. 11. φάραγγαν Judit. xiii. 10. φρέναν 3 Macc. v. 3. χεῖραν 1 Reg. xxi. 8. Jo. xx. 25. In cod. Turic. semper ponitur *N* istud ἐφελκυστικὸν, etiam ante consonantem, ut in Inscript. Roset. lin. 3. 8. 9. 13. 16—19. 24. 26. 28. etc. Atque eandem literam prorsus necessariam visam fuisse, apparet e Cod. Alex. Act. x. 15. ubi primo scriptum fuerat ἐκαθέρισε σὺ, sed antiqua manus addidit *N*, ut legendum sit ἐκαθέρισεν σύ. Sed tamen istud *N* neglectum est Act. xi. 8. et paucis aliis in locis. Contra λάρυξ legitur in cod. Alex. pro λάρυγξ Job. vi. 30. xii. 11. Ps. v. 10. Rom. iii. 13. et σάλπιξ 1 Cor. xiv. 8. Cf. Maittaire p. 186. et 406.

Simile est, quod in aliis vocabulis consonantes duplicatæ pro simplicibus, in aliis pro duplicibus simplices interdum leguntur. Prioris generis hæc sunt: Ἀβεννέζερ 1 Reg. iv. 1. v. 1. Ἀγγαρηνοὶ Ps. lxxxii. 7. ἄλιμμα Job. xxx. 4. ἁμαρτάννειν 1 Reg. ii. 25. Ps. xxxviii. 2. ubi tamen prius ν erasum est in Cod. Alex. Ἀμμοραίου 1 Reg. vii. 14. ἀναβέννειν pro ἀναβαίνειν Deut. i. 41. 1 Reg. i. 3. 3 Reg. xxii. 6. 1 Maccab. v. 48. Jer. xxxi. (xlviii.) 35. Sic Jer. xxix. (xlvii.) 2. ἀναβέννει pro ἀναβαίνει, et Nahum ii. 7. ἀνέβεννεν pro ἀνέβαινεν. ἀποκτέννειν Jes. lxvi. 3. Habac. i. 17. Dan. ii. 13. Marc. xii. 5. etc. et in Cod. Turic. Ps. c. 8. Cf. Maittaire p. 126. et 209. ἀποστελλοῦμεν 1 Reg. vi. 2. xi. 3. 4 Reg. v. 5. Marc. xi. 3. ἀπέχυννε 3 Reg. xxii. 32. βαλλαντίῳ Job. xiv. 17. Luc. x. 4. xii. 33. διαβέννειν Num. xxxiii. 51. xxxv. 10. Deut. iii. 21. iv. 26. xi. 8. 29. διακατηλλέγχετο Act. xviii. 28. διακεχχυμένος 1 Reg. xxx. 16. ἐγεννήθη 1 Maccab. ii. 11. iv. 35. Ελεμενναίου 1 Reg. ix. 4. ἐκχυννόμενον Matth. xxvi. 28. Marc. xiv. 24. Luc. xi. 50. ἐρρῶσσω 3 Maccab. vi. 5. ἐχόννευσεν 3 Reg. vii. 15. ἤλλεγξεν Ps. civ. 14. καταβέννειν Jerem. xxviii. (li.) 14. καταγγελλόμενοι 4 Maccab. vi. 20. Κόλλουθος in Charta papyracea Borg. Fragm. xxi. 8. Cf. Schow. p. 108. qui habet plura ex aliorum scriptorum codicibus exempla. Λεῦκκος ap. Euseb. hist. eccl. iv. 2. et in Charta Borg. vi. 11. Πέννις in eadem Charta iv. 7. xiii. 14. προσγεγεννημένον Lev. xx. 2. προσσάββατον Marc. xv. 42. πρόσσκομμα et προσσχέσειν Sirac. xxx. 13. xxxiv. (xxxi.) 7. 17. 30. xxxix. 24 ῥάκκους Marc. ii. 21. στεμφύλλων Num. vi. 4. σύνκριμμα Sirac. xxxv. (xxxii.) 5. ὑπερβέννειν 1 Reg. v. 5. ὑπερεκχυννόμενον Luc. vi. 38. φθάννειν Eccles. viii. 14. Sapient. xvi. 28. χείμαρρος et χείμαρρα pro χίμαρος et χίμαιρα. Prius habet etiam Codex Turic. Ps. xlix. 9. Sic sæpe imperfectum pro aoristo, ut ἀνέβαλλεν Ps. xxvii. 7. περιέβαλλον 2 Paral. xxviii. 15. 1 Macc. iii. 47. παρενέβαλλον 1 Macc. ix. 3. συνέβαλλον 1 Macc. iv. 34.

Sed simplices pro duplicibus adhibitæ reperiuntur in his: *ἀέναος* Job. xix. 25. *'Αμμοραίου* pro *'Αμοῤῥαίου* 1 Reg. vii. 14. *ἀναγγέλουσι* 2 Reg. xvii. 17. *ἀπαγέλοντι* 2 Reg. i. 13. *ἀπαγγέλει* et *ἀπαγγέλουσιν* 1 Reg. xi. 9. xix. 18. *ἀπόριμμαι* pro *ἀπέῤῥιμμαι* Ps. xxx. 22. *ἀπέριψας* et *ἀπορίψει* Job. xxvii. 22. xxx. 32. *ἄριζος* Job. xxxi. 8. *γενηθέντες* 4 Maccab. xi. 15. *γενήματα* 4 Reg. viii. 6. Jes. xxix. 1. xxx. 23. xxxii. 12. lxv. 21. Jerem. ii. 3. vii. 20. viii. 13. Thren. iv. 9. Ezech. xxxvi. 30. xlviii. 18. Zachar. viii. 12. 1 Maccab. i. 40. iii. 4. xi. 34. xiv. 8. Matth. xxvi. 29. Marc. xiv. 25. *διέρηξεν* in Cod. Turic. Ps. civ. 41. *δυσεβὴς* 2 Macc. iii. 11. *ἐγενήθην* Gen. xxiv. 7. *ἐκβάλετε* Matth. xxv. 30. *ἐννοσεύουσα* Jer. xxii. 23. *ἐξεκλησιάσθη* Jos. xviii. 1. Jud. xx. 1. Jer. xxxiii. (xxvi.) 9. *ἐπίριψον* in cod. Turic. Ps. liv. 23. *ἐράπιζεν* 1 Esr. iv. 30. *ἐράπισαν* Matth. xxvi. 67. *ἐριμμένον* 3 Reg. xiii. 25. Tob. i. 20. *ἔριψεν* Exod. vii. 10. *ἐρύησαν* in cod. Turic. Ps. lxxvii. 20. *ἐρύσατο*, *ἐρύσθη*, *ἐρύσθημεν*, *ἐρύσω* Ps. xvii. 1. cvi. 6. cxxiii. 7. et in cod. Turic. Ps. liii. 9. lv. 14. *ἐφαλόμενος* Act. xix. 16. *θρύλημα* et *θρυληθείην* Job. xvii. 6. xxx. 9. xxxi. 30. *καταπτήσει* Prov. xxx. 30. *κατέραξας* in cod. Turic. Ps. ci. 11. *κροσοὺς* et *κροσωτὰ* Exod. xxviii. 14. 22. 23. Ps. xliv. 14. *Μασηφὰτ* 1 Reg. vii. 5. sqq. *μεγαλορήμονα* Ps. xi. 4. *μεταλευομένη* Sapient. xvi. 25. *νοσιὰν* in cod. Turic. Ps. lxxxiii. 4. *παραγέλματος* 1 Reg. xxii. 14. *παρεμβάλει*, *παρεμβάλουσιν*, *παρεμβάλοντες* Num. ii. 29. 1 Reg. iv. 1. xi. 1. xvii. 2. 1 Maccab. iii. 42. *περιρανιεῖ* Lev. xiv. 7. *περιρήξαντες* Act. xvi. 22. *πολυρῆμον* Job. viii. 2. *προκατεσκιρωμένης* 3 Maccab. iv. 1. *πρωτογενήματα* Nehem. x. 35. Ezech. xliv. 30. xlviii. 14. 1 Maccab. iii. 49. *πυροὶ* Zachar. vi. 2. *συγγνοὺς* 2 Maccab. xiv. 31. *συγγνώμην* Sirac. iii. 13. *συγγνωμονήσει* 4 Macc. v. 13. *σύγγνωστος* Sapient. vi. 7. xiii. 8. *σύστρεμα* 2 Esr. viii. 3. *ὑπέραψεν* Sirac. l. 1. *ὑσώπου* 3 Reg. iv. 13. *ψελίῳ* Job. xl. 21. ubi saltem *ψαλίῳ* esse debebat, cum significetur frenum lupatum. v. Fischer. ad Weller. Spec. i. p. 152. sq.

Nonnunquam consonantes non colliquescunt aut abjiciuntur, sed retinentur nativæ,

M, ut *ἀνελήμφθη* Marc. xvi. 19. *ἀναλήμψεως* Luc. ix. 51. *ἀναλημφθεὶς* Act. i. 11. *ἀντιλήμπτωρ* Ps. xvii. 3. iii. 4. xli. 10. xlv. 8. 12. et in cod. Turic. Ps. xlv. 8. liii. 6. etc. *ἀντιλήμψεως* Ps. xxi. 1. 20. *ἀντιλήμψομαι* et *καταλήμψομαι* Ps. iii. 6. Mich. vi. 6. *ἐπίλημπτος* 1 Reg. xxi. 14. etc. *ἐλήμφθη* 1 Reg. iv. 11. 17. 19. 22. etc. *λαμψάντων* Jud. vii. 6. *λήμψομαι* Lev. xiv. 16. 49. 1 Reg. ii. 16. vi. 8. etc. Amos iv. 2. vi. 10. Mich. i. 11. Ps. xxiii. 5. xlviii. 18. Marc. xii. 40. Luc. xx. 47. Jo. v. 43. etc. *παραλήμψομαι* Jo. xiv. 3. etc. *συνελήμφθη* Ps. ix. 16, 17. et in cod. Turic. Ps. l. 7. lviii. 13. *συνλημφθήσεται* Eccles. vii. 27. *λημφθήσεται* Mich. ii. 4. *παραλημφθήσεται* Luc. xvii. 34. 35. *προσωπολήμπτης* Act. x. 34. *προσωπολημψία* Rom. ii. 10. *πρόσλημψις* Rom. xi. 15. Similia sunt in Ionum libris. v. Maittaire. p. 155.

N, ut *ἀπεκτάνκασιν* 2 Reg. iv. 11. *ἐνγαστριμύθους* Jes. xix. 3. *ἐνγίζειν* et *ἐνγὺς* Deut. xxxii. 35. 1 Reg. xvii. 41. Jes. xxvi. 17. xxxviii. 12. Habac. iii. 2. *ἐνγελάσεται* Ps. ii. 4. *ἐνγράφειν* 2 Paral. xxxiv. 31. Jer. xxviii. (li.) 60. *ἐνκαινίσαι* Ps. xxix. 1. 1 Maccab. iv. 36. *ἐνκακεῖν* Luc. xviii. 1. *ἔνκαρπον* Jer. xxxviii. (xxxi.) 12. *ἐνκατάλειμμα* Jer. xi. 23. *ἐνκαταλείπειν* 4 Reg. iv. 30. viii. 6. 2 Paral. xiii. 10. Jer. xii. 7. Judit. vii. 24. 1 Macc. i. 43. 53. Marc. xv. 34. et in cod. Turic. Ps. ix. 35. xv. 10. xxxvi. 10. xxxvii. 11. *ἐνκάτοις* et *ἐνκαυχᾶ* in eodem codice Ps. l. 12. li. 3. *ἐνκεντρισθῶ* Rom. xi. 19. 23. *ἐνκοιλοτέρα* Lev. xiii. 30. *ἐνκόλαπτα* et *ἐνκεκολαμμένα* 3 Reg. vi. 29. 32. *ἐνκολληθήσεται* Zach. xiv. 5. *ἐνκότημα* Jer. xxxi. (xlviii.) 39. *ἐνκρυφίας* Num. xi. 8. *ἐνκτήματα* et *ἐνκτήτου* Lev. xiv. 34. Num. xxxi. 9. *ἐνκύῳ* Luc. ii. 5. *ἐνμείνατε* 1 Macc. x. 27. *ἐνπέγματα* et *ἐνπεγμοὺς* Ps. xxxvii. 8. Jes. lxvi. 4. 3 Maccab. v. 14. *ἐνπεχθήσεται* Luc. xviii. 32. *ἐνπαῤῥησιάσῃ* Job. xxii. 26. *ἐνπίπλαται* Eccles. iv. 8. *ἐνπνεῖν* et *ἔνπνουν* Deut. xx. 16. Jos. x. 28. xi. 11. 14. etc. 2 Maccab. vii. 5. *ἐνπολήσομεν* Amos viii. 5. *ἐνπρήσουσιν* Ezech. xxiii. 25. *ἔνπροσθεν* Eccles. ii. 9. 1 Maccab. iii. 30. *ἐνπυρίζειν* Jer. l. (xliii.) 12. Ezech. xxiii. 47. Ps. ix. 23. 1 Macc. iv. 20. xi. 4. *ἐνφραγμῷ* et *ἐνπεφραγμένοι* Dan. xii. 9. Mich. iv. 14. (v. 1.) *ἐνχειρήματος* Jer. xxiii. 20. xxxviii. (xxx.) 24. *ἐνχειρίδιον* Jer. xxvii. (l.) 42. Ezech. xxi. 4. *ἐνχρίσῃ* Jer. iv. 30. *ἐνχώριον* Gen. xxxiv. 1. *Κενχρεαῖς* Act. xviii. 18. *πανκρατῆ* 2 Macc. iii. 22. Etiam in Hesychii libris *πανκρατὴς* scribitur. *πανμιγῆ* 2 Macc. iii. 21. *πανπληθεὶ* Luc. xxiii. 18. *πανφύλων* 2 Macc. viii. 9. *παρενβεβληκὼς* 1 Reg. xxiv. 5. *παρενβολῆς* 1 Reg. xvii. 46. *σβενσθέντος* Sapient. ii. 3. *συνβοηθοὶ* 3 Reg. xx. 16. *συνγραφὴν* Tob. vii. 16. *συνζήσομεν* Rom. vi. 8. *συνζητεῖν* Marc. i. 27. viii. 11. ix. 10. 13. 14. 16. etc. *συνζυγεῖς* 3 Macc. iv. 8. *συνκαθήμενος* Marc. xiv. 54. Act. xxvi. 30. *συνκαλεσάμενος* Jer. i. 15. 2 Macc. xv. 31. Marc. xv. 16. Luc. xv. 9. *συνκάλυμμα* Deut. xxvii. 20. *συνκαταβήσεται* Ps. xlviii. 18. *συνκαταμιγῆτε* Jos. xxiii. 12. *συνκαταφερομένη* Jes. xxx. 30. *συνκατεψηφίσθη* Act. i. 26. *σύνκεισθε* 1 Reg. xxii. 8. *σύνκλασον* 1 Macc. iv. 31. *συνκλείσεις* et *συνκλείσματα* et *συνκλεισμὸς* 4 Reg. xvi. 17. Ps. xxxiv. 3. Ezech. iv. 37. *συνκόψαι* Judit. v. 26. *συνκριθῶμεν* 1 Macc. x. 71. *συνμαθηταῖς* Jo. xi. 16. *συνμίσγειν* 1 Macc. xi. 22. *σύνπασα* Ps. xxxviii. 6. Nahum i. 5. *συνπάτει* Nahum iii. 14. *συνπέπτωκα* 1 Macc. vi. 10. *συνπεριλαβὼν* Act. xx. 10. *συνπνείγουσιν* Marc. iv. 19. Luc. viii. 13. *συνποιῶσιν* 1 Esr. vi. 28. *συνπορευομένοις* Tob. i. 3. *συνπροπέμψαι* Gen. xii. 20. xviii. 16. *συνσείσω* Hagg. ii. 8. et in cod. Turic. Ps. xxviii. 8. *συνσεισμὸς* 4 Reg. ii. 1. 11. 1 Paral. xiv. 15. Jer. xxiii. 19. Nahum i. 3. *σύνσημον* Jes. xlix. 22. *συνστασιαστῶν* Marc. xv. 7. *συνσταυρωθέντες* Matth. xxvii. 44. Jo. xix. 32. *συνσχῶ* 2 Paral. vii. 13. *συνφρυγῇ* et *συνφρυγήσονται* Ezech. xxiv. 10. 11. *συνχάρητε* Luc. xv. 9. *συνχρῶνται* Jo. iv. 9. et multa alia talia. v. Maittaire, p. 224.

Contra hæc litera *N* colliquescit cum sequentibus, ubi alias et ex antiqua orthographia id fieri non solet, ut *ἐγγαστρὶ* Gen. xxv. 21. xxxviii. 18. 24. 25. Job. xxi. 10. Jes. viii. 3. xxvi. 18. xl. 11. Hos. xiv. 1. Marc. xiii. 17. Luc. xxi. 23. *ΕΓΚΑΝΑ* pro *ἐν Κανᾶ* Jo. ii. 11. *ΕΓΚΕΝΧΡΕΑΙΣ* pro *ἐν Κεγχρεαῖς* Rom. xvi. 1. *ἐμμέσῳ* Gen. iii. 3. 8. 1 Reg. iv. 3. x. 10. 11. etc. Ps. xxi. 14. 22. xxii. 4. xxxix. 8. c. 2. cxv. 10. Amos iii. 9. vii. 10. Mich. v. 7. 8. Marc. vi. 47. ix. 36. etc. in cod. Turic. Ps. xxxix. 9. xlv. 6. xlvii. 10. etc. *σὺμ Μαριὰμ* Luc. ii. 5. Breitingerus in epist. de MS. Turic. p. 29. confert. *ἀμμέσον* pro *ἀνὰ μέσον* apud Hesiod. *ἀσπ.* 209. *σύμπαντα* et *σύμπασας* pro *σὺν πάντα* et *σὺν πάσας*, i. e. *τὰ πάντα* et *τὰς πάσας*, Eccles. i. 14. iii. 11. iv. 1. Haud dubie hoc quoque e dialecto Dorica fluxit. Certe in antiqua inscriptione Dorica[1] legitur *σὺμ πατρὶ κεχαρμένος*. Sic in Marm. Oxon. i. lin. 2. *ἐμ Πάρῳ*. l. 19. *ἐγ Κυβίλοις*. l. 34. *ἂς ἂμ Μίνως ἀξιώσεις*. l. 62. *ἐμ Μαραθῶνι*. etc.

Ex hac tanta exemplorum multitudine quid jam tandem colligendum sit, obscurum esse non potest. Mihi saltem videtur illa satis luculenter ostendere, non in omnibus, sed in multis vocabulis discessisse Alexandrinos a reliquorum Græcorum pronunciandi et scribendi ratione. Quod vero interdum codicum scripturam consentire cum vulgari videmus, ex eo putamus verisimiliter posse colligi, librarium, quippe qui multos jam alios libros descripsisset, assuefactum sensim fuisse antiquæ et genuinæ Græcorum scribendi rationi, ita ut nonnunquam se opus Alexandrina dialecto conscriptum describere oblitus, ratione uteretur magis usitata. Possunt etiam codices V. T. manu scripti subinde in nonnullis correcti fuisse.[2] Codices, inquam. Neque enim solus Alexandrinus a vulgari scribendi modo discedit, sed præter codicem psalmorum Turic. etiam Colbertinus, quem

[1] Apud Tollium in fortuitis (Amst. 1687. 8.) p. 307. Cf. Maittaire p. 223. 224.

[2] v. Breitinger. prol. ad t. i. C. 1. §. 8.

Montfaucon vetustissimum omnium esse judicat,[1] item Vaticanus, Cottonianus, Rodulfianus olim, nunc Parisiensis,[2] codex tredecim epistolarum Pauli, olim Boernerianus, nunc bibliothecæ regiæ Dresdensis,[3] codex Theodori Bezæ Cantabrigiensis, evangelia et apostolorum acta complectens,[4] et editio Romana sive Sixtina.[5]

Cum vero etiam terminatione et flexione differant nomina dialecti Alexandrinæ, nonnulla de hac diversitate dicenda sunt. Scilicet masculina multa, sæpe illa ex aliis contracta, desinunt in ᾶς, ut *παξαμᾶς*, panis bis coctus. Palladius in historia Lausiaca, c. 29. in vita Pauli, p. 72. ed. Meurs. Lugd. Bat. 1616. 4. (vol. viii. operum Meursii, p. 432.) *φέρει ἄρτους ὁ Ἀντώνιος, καὶ ἐπιτίθησι τῇ τραπέζῃ παξαμάτας τέσσαρας, ἔχοντας ὡς ἀπὸ ἓξ οὐγκίων, καὶ ἑαυτῷ μὲν ἔβρεξεν ἕνα (ξηροὶ γὰρ ἦσαν) ἐκείνῳ δὲ τρεῖς.—φαγὼν οὖν ὁ μέγας Ἀντώνιος τὸν παξαμᾶν τὸν ἕνα, ἄλλον οὐχ ἥψατο· ὁ δὲ γέρων, σχολαιότερον ἐσθίων, ἔτι εἶχεν τοῦ παξαμιδίου, οὗ ἤρξατο. ἐξεδέξατο οὖν ὁ Ἀντώνιος ἕως οὗ τελέσῃ, καὶ λέγει αὐτῷ· φάγε, παπία, καὶ ἄλλον παξαμᾶν.* Suidas, quem Phavorinus quoque sequitur, bene interpretatur verbis *ὁ δίπυρος ἄρτος*, sed minus recte hæc addit: *ἔστι δὲ ἡ λέξις Ῥωμαϊκή.* Multa alia hujus nominis et cognatorum exempla habet du Fresne in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis. Maxime reperitur hæc terminatio in nominibus virorum propriis. v. Bentleii opusc. philolog. p. 521. sq. ed. Lips. et quæ ipse exposui in prolusione tertia de nominibus Græcorum (Geræ 1801. 4.) p. 10. ut *Ἀλεξᾶς* pro *Ἀλέξανδρος*, ap. Epiphan. de ponderibus §. 12. *Ἀμμωνᾶς* in Charta Borg. 6. 24. *Ἀρπακρᾶς* pro *Ἀρποκράτης*, ibid. 3. 9. 4. 24. *Βαϋλᾶς*, ibid. 8. 31. *Γρηγορᾶς*. *Διογᾶς* pro *Διογένης*, in Charta Borg. 11. 13. *Ζηλᾶς* pro *Ζάϊλος*, ibid. 9. 3. *Λεοντᾶς* pro *Λεόντιος* ibid. 5. 27. *Μιϊπᾶς* vel *Μισπᾶς* ibid. 11. 19. *Παρμενᾶς* Act. vi. 5. et ap. Epiphan. hæres. 25. *Πεσουᾶς* in Charta Borgiana 11. 28. *Πρωτᾶς* ibid. 2. 21. 4. 13. 9. 1. et sæpissime. *Σακκᾶς*. Ita cognominabatur Ammonius Alexandrinus, quia, priusquam ad philosophiam accederet, fuerat saccarius, *σακκοφόρος*. v. Fabric. bibl. Gr. vol. iv. p. 159. (vol. v. p. 701. ed. Harles.) *Σιλουρᾶς*, in Charta Borgiana 8. 13. *Σουχᾶς* pro *Σουχάμμων*, ibid. 11. 5. *Χαρωνᾶς* ibid. 4. 29. *Γοννατᾶς* Polyb. 2. 43. Ad hunc eundem modum in libris N. T. leguntur *Θωμᾶς* et *Σατανᾶς*, item *Ἀντιπᾶς* pro *Ἀντίπατρος*, *Ἀπελλᾶς* pro *Ἀπολλόδωρος*, *Ἀρτεμᾶς* pro *Ἀρτεμίδωρος*, *Δημᾶς* pro *Δημήτριος*, *Ἐπαφρᾶς* pro *Ἐπαφρόδιτος*, *Θευδᾶς* pro *Θεόδωρος*, *Κλεοπᾶς* pro *Κλεόπατρος*, *Λουκᾶς* pro *Λουκίλλιος*. v. Grot. ad inscriptionem evangelii Lucæ, qui etiam memorat *Μηνᾶς* pro *Μηνόδωρος*, et *Ῥουφᾶς* pro Rufinus. Migravit hæc terminatio interdum per librarios serioris ætatis in libros scriptorum veterum, ut Xenoph. Anab. 5. 6. 6. *Σαμολᾶν*, cum 6. 5. 7. sit *Σαμόλας*.

Secundus talium nominum casus terminatur in ᾶ, ut *Αἰλουρᾶ* in Charta Borgiana 6. 26. *Ἀρπακρᾶ* ibid. 4. 24. *Εὐπορᾶ* ibid. 5. 27. *Μαλανᾶ* ibid. 4. 14. (Genitivus *Μάλανος* 6. 4. est a *Μάλας*.) *Πακιᾶ* ibid. 7. 24. *Πομβᾶ* ibid. 11. 29. *Πρωτᾶ* ibid. 2. 21. 4. 17. 7. 9. 9. 3. etc. *Γοννατᾶ* Polyb. 2. 41. *παξαμᾶ* in Nicephori presbyteri vita D. Andreæ Sali. v. Schow. p. 51. ubi etiam ostendit, formam primi casus pluralis esse *παξαμάδες* et *παξαμάτες*. Sic *Ἐρωτήματα τοῦ Χρυσολωρᾶ* satis nota sunt. Etiam 2 Cor. xi. 32. legendum putem *Ἀρετᾶ* pro *Ἀρέτα*. Debetur autem hæc forma Doriensibus. v. Maittaire p. 237.

Nominum in εῖς desinentium, qualia sunt *Ἀνισαεῖς* in Charta Borgiana 8. 9. *Ἡρακλεῖς* ibid. 11. 29. *Θιλακλεῖς* ibid. 11. 19. 24. genitivi finiuntur εῖτος, ut *Ἀνισαεῖτος* ibid. 8. 32. Cf. 5. 30.

Nomina, quæ terminantur in ῆς, ut *Ἀννῆς* in Charta Borgiana 1. 16. 24. 6. 16. 10. 28. 12. 27. *Βελλῆς* ibid. 7. 26. *Ἰσαλῆς* ibid. 6. 21. *Καλαῆς* ibid. 10. 11. *Κοπρῆς* ibid. 5. 8. *Παυειτῆς* ibid. 1. 9. 3. 7. 18. 23. flectuntur vel in ῆτος, ut *Ἀννῆτος*, ibid. 4. 26. *Βελλῆτος* ibid. fragm. 4. 3. *Ἰσαλῆτος* ibid. 6. 22. *Παυειτῆτος* ibid. 12. 31. vel in ῆ, ut *Ἑρμῆ* ibid. 7. 7. *Ἰσαλῆ* ibid. 4. 33. 34. *Μωϋσῆ* Exod. vi. 9. xxxiv. 29. 35. etc. Sic *τὸ τοῦ Γαζῆ περὶ συντάξεως*. vel in ᾶ, ut *Εὐτυχᾶ* in Charta Borgiana 6. 29. *Ἡρακλειδᾶ* ibid. 3. 11.

Nomina in ις desinentia, ut *Ἄμασις* in Charta Borgiana 3. 15. *Ἡβίλαρις* ibid. 8. 32. *Κατάσις* ibid. 12. 23. *Μίνσις* ibid. 13. 14. *Πακήκκις* ibid. 12. 24. *Πάκνις* vel *Πέκνις* ibid. 13. 19. *Παμοῦτις* ibid. 12. 7. *Πάσις* ibid. 12. 34. 13. 31. *Πίνις* s. *Πέννις* ibid. 12. 1. 13. 14. *Πτολεμάϊς* ibid. 5. 6. 13. 27. flectuntur vel in εως, ut *Θαναπνάχεως* ibid. 1. 5. 14. *Μαραψήμεως* vel *Μαρεψήμεως* ibid. 6. 27. *Πονήσεως* ibid. 2. 1. *Τααρμιύσεως* ibid. 10. 33. *Ταόρσεως* ibid. 7. 9. vel in ι, ut *Πάσι* ibid. 12. 34. *Πέννι* ibid. 4. 7. vel in ιος, ut *Δημήτριος* ibid. 4. 34. *Εἰρηναῖος* ibid. 10. 9. *Ἡραῖος* ibid. 10. 31. *Μιύσιος* ibid. 11. 7. *Ὀρσανούφιος* ibid. 11. extr. *Πτολεμάϊος* ibid. 12. 18. *Ταορσανούφιος* ibid. 2. 26. vel in ιτος, ut *Ὄρσιτος* ibid. 4. 9. *Πάσιτος* ibid. 5. 16. 12. 31. *Ῥώσιτος* ibid. 12. 5. *Τάσιτος* ibid. 12. 6.

Nomina in ιτ, υθ, υτ, desinentia, ut *Πελάϋθ* in Charta Borgiana 3, extr. genitivum faciunt adjecta syllaba ος, ut *Κελλάϋτος* ibid. 11. 4. *Κολλάϋθος* ibid. 10. 26. 11. 18. *Πατάρυτος* ibid. 12. 28. *Ταΐϋτος* ibid. 4. 2. 10. 10. *Τεφορσάϊτος* ibid. 2. 5. 10. 14. 11. 30. etc.

Nomina in οῦς exeuntia, ut *Εὐροσποῦς* in Charta Borgiana 9. 14. *Εὐσταθοῦς* in Labbei collectione conciliorum tom. ii. p. 1582. *Ἰσοῦς* in Charta Borgiana 11. 8. *Καλποῦς* ibid. 7. 23. *Μαρθοῦς* ap. Epiphan. t. i. p. 41. *Μεττοοῦς* in Charta Borgiana 10. 29. *Τουσοῦς* ibid. 11. 32. genitivum faciunt οῦτος, ut *Ἀπολλωτοῦτος* ibid. 3. 24. *Ἡρακλοῦτος* ibid. 2. 3. 4. 28. 6. 10. 13. *Θεοδοῦτος* ibid. 11. 1. 12. 13. *Κρονοῦτος* ibid. 5. 7. 10. 5. *Νεμεσοῦτος* ibid. 4. 22. *Πτολλαροῦτος* ibid. 7. 4. *Σαραπιοῦτος* ibid. 3. 31. 9. 28.

Nomina, quæ terminantur in ῶς, flectuntur vel in ῶτος, ut *Θαισῶτος* in Charta Borgiana 3. 18. vel in ῶ, ut *Εὐροσπῶ* ibid. 13. 10. *Ταφορσῶ* s. *Τεφορσῶ* ibid. 9. 4. 12. 25. *Παμβῶ* in Palladii historia Lausiaca plus semel. Sic Jer. xxvi. (xlvi.) 25. pro *Ἀμμὼν* scribendum est *Ἀμμῶν*, et 1 Corinth. i. 12. pro *Ἀπολλὼ* reponendum *Ἀπολλῶ*. Interdum adjicitur syllaba ις, quæ est Græco-Ægyptia terminatio, ut *Παβῶϊς* in Charta Borgiana 11. 18.

Possem jam multo plura afferre de nominum in Græco-Ægyptiorum dialecto proprietatibus, de quibus passim disseruit Schowius, v. c. quod nominibus præfigitur articuli loco syllaba vel litera aliqua (v. Schow. p. 88. sqq.), ut θ s. θα s. θαν (v. p. 45.), vel π s. πα (v. p. 46. 51. 55. 57. sq. 60. 65. 73. 76.), vel τα s. ταν s. τε (v. p. 55. 58. 60. 63.), vel φ s. φα (v. p. 59. sq.) unde *φαραῶ*, i. e. *ὁ τοῦ βασιλέως*, np. *υἱὸς* vel *διάδοχος*, item quod multa nomina incipiunt a syllaba τσυ (v. p. 57. et 63.), quod duo nomina unius hominis junguntur (v. p. 57.), quod virilia nomina reperiuntur mulieribus data (v. p. 74.). Sed de his exponere hic nolui, quia minus spectant ad versionem V. T. Alex., aut libros N. T. quorum tamen inprimis rationem habere animus fuit. Qui cognoscere ea voluerit, legat locos in Schowii libro, diligenter a me indicatos.

§. 11. Jam etsi ex iis, quæ §§ superioribus disputata sunt, intelligi facile videtur posse a quoque, non solum

[1] V. Breitinger. epist. ad Quirinum sæpe laudata p. 25.
[2] Ita quidem dicit Breitingerus l. l. qui etiam regium vocat hunc codicem.
[3] Quem summa fide et diligentia transcripsit et edidit Chr. Fr. Matthæi, Misenæ 1791. 4.
[4] A Th. Kiplingio editus Cantab. 1793. fol. De qua editione v. Krohn. in catalogo bibliothecæ suæ, Hamb. 1793. 8. p. xii. sqq.
[5] V. Breitinger. prol. ad t. i. plag. 1. fol. 3. et ad t. iv. fol. penult.

extitisse aliquando peculiarem aliquam dialectum Alexandrinam, verum etiam et ex hac, et ex illa quam omnino Ægyptiis Gr. loquentibus tribuisse reperiuntur veteres, multa fluxisse in versionem librorum V. T. Gr.; etsi item, cum supra §. 5. dialecti cujuslibet naturam ac proprietatem dixerim maxime positam esse in verbis singulis, et σχήματα illa λόγου, propter ipsorum raritatem, vix posse dici dialectum a dialecto distinguere, recensendis potissimum verbis singulis demonstrare conatus sum Alex. dialecti a reliquis omnibus differentiam; etsi denique hoc ita fecisse mihi videor, ut neminem facile extiturum putem, qui me accuset temeritatis cujusdam aut levitatis: non tamen dubito, quin omni culpa me liberandum existimaturi sint viri eruditi, cum viderint etiam insolentioris verborum structuræ me pauca quædam afferre exempla, quæ cum sola et per se nullam admodum hoc in genere ad demonstrandum habeant vim, magis certe confirment rem jam alias certam. Et primo quidem huc referenda videtur consuetudo verbum ἔρχεσθαι et similia componendi cum infinitivo, pro quo reliqui Græci, inprimis Attici, fere semper usi potius esse reperiuntur participio futuri.[1] Alexandrinam autem maxime putandam esse illam structuram, colligi, opinor, recte potest e Ptolemæi Euergetis monumento Adulitano,[2] quod alia etiam præbet Alexandrinæ verborum structuræ exempla, ut, quod ejusmodi verba junguntur accusativo, quæ alias dativum vel genitivum sibi junctum habere vel cum præpositionibus constructa esse leguntur.[3] E. Borgiana quidem charta referri huc potest, quod statim ab initio legitur: τῶν ἀπεργασαμένων εἰς τὰ χωματικὰ ἔργα. Non reprehendo verbum ἀπεργάζεσθαι nomini ἔργα junctum. Nam ipse Plato in Timæo, t. iii. p. 30. B. ed. Steph. non dubitavit ita loqui: ἔργον ἀπειργασμένος. Sed insolens est, quod illud verbum junctam sibi habet præpositionem εἰς, cum Græci ei addant solum accusativum, ut Plato in laudato dialogo p. 28. A. ὅπου ἂν ὁ δημιουργὸς—τὴν ἰδέαν καὶ δύναμιν ἀπεργάζηται. p. 40. A. τοῦ θείου τὴν πλείστην ἰδέαν ἐκ πυρὸς ἀπειργάζετο, etc. Videatur quidem hic idem Plato, p. 39. E. eodem modo verba struxisse, quo in charta Borgiana structa vidimus. Dicit enim ita: τὰ ἄλλα εἴδη μέχρι χρόνου γενέσεως ἀπείργαστο εἰς ὁμοιότητα ὥσπερ ἀπεικάζετο. Sed locus non est similis. Nam apud Platonem verba εἰς ὁμοιότητα non indicant id, quod factum est, sed modum, quo factum sit. Ita etiam Cicero videtur intellexisse, vertens (de universo 10. vol. iv. p. 1114. ed. Ernest.): 'cetera usque ad temporis ortum impressa ab illis, quæ imitabatur, effinxerat.' In aliis locis Plato sic utitur præpositione πρὸς, ut p. 28. C. πρὸς πότερον τῶν παραδειγμάτων ὁ τεκταινόμενος αὐτὸν ἀπειργάζετο: et p. 37. C. ἔτι μᾶλλον ὅμοιον πρὸς τὸ παράδειγμα ἐπενόησεν ἀπεργάσασθαι. Itaque εἰς et πρὸς, ut Latinum ad, indicant comparationem et similitudinem, et ἀπεργάζεσθαι est facere, efficere, effingere. Sed in charta Borgiana εἰς redundat, nisi εἰς τὰ ἔργα interpretari velis ἐν τοῖς ἔργοις, quam rationem Schowius in versione secutus est, vel ἀπεργάζεσθαι accipere pro ἐργάζεσθαι, et ita vertere: 'qui opus fecerunt, laborarunt, ad aggeres extruendos.' Poteram etiam alia talia afferre, sed quia et verendum erat, ne nimis libellus accresceret, et facile prævidebam, non omnes eadem mecum esse sensuros, putabam ea esse omittenda.[4]

§. 12. Progredior potius ad ultimam disputationis partem, quam in eo versaturam esse dixi (§. 9) ut ex iis nonnulla proponat, quæ simpliciter, nulla dialecti Macedonicæ aut Alexandrinæ mentione facta, rejecisse legantur grammatici, quæ vero ad eam videantur recte referri. Qua quidem in re ne nimis audax quibusdam planeque temerarius videar, liceat vel unum adverbii καθὼς exemplum, de quo supra §. 9. dictum est, in memoriam revocare.[5] Ponamus enim, periisse Moschopuli libellum, vel non editum aut alio modo cognitum fuisse: num propterea temeritatis vel ignorantiæ statim accusemus reliquos, qui simpliciter illud rejecerint, grammaticos? Itaque hanc mihi legem scripsi, ut si qua verba, seu grammatici veteres ea improbent, seu omnino non memorent, unice vel saltem sæpissime in recentiorum, inprimis Ægyptiorum, scriptorum libris legantur, nunquam vero vel rarissime in antiquioribus et Atticis, ea sine ulla dubitatione tribuam dialecto Alexandrinæ s. Macedonicæ. Quam legem ne abrogare quis audeat, nullo modo veremur. Certe nec hoc in genere sine argumentis idoneis me affirmaturum quicquam esse spondeo, quippe melius intelligens, quanta hic opus sit cautione,[6] quam ut me omnes errores cavere posse mihi persuadeam.

Ἅβρα, h. e. ἡ σύντροφος καὶ παρὰ χεῖρα θεράπαινα, οἰκότριψ καὶ ἔντιμος, quibus verbis a Pausania et Ælio Dionysio apud Eustath. ad Od. τ. p. 1854. 15. ita ut appareat, non servam s. ancillam significari, sed eam, quæ Gallice dicitur fille de chambre vel fille d'honneur, ab Eustathio ita memoratur, ut hoc nomen simpliciter aiat sic dici ἐθνικῶς. Ego vero illud Macedonibus inprimis et Alexandrinis usitatum fuisse statuo, quia non nisi tales, vel certe recentioris ætatis, scriptores eo usos esse vidi. E quo genere præter interpretes Alexandrinos Gen. xxiv. 61. Exod. ii. 5. Esth. ii. 9. iv. 4. 16. sunt Menander apud Eustath. l. l. Machon ap. Athen. 8. p. 349. F. Ezechielus, poeta tragicus Judæus, ap. Clem. Alex. str. i. p. 344. D. Jamblichus ap. Suid. in h. v. Chariton i. 4. et quem ibi (p. 226.) Dorvillius laudat, Heliodor. Æthiop. 8. p. 389. 27. ed. Commelin.

Ἀγαθώτερος καὶ ἀγαθώτατος παρ' οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων κεῖται, inquit Ælius Dionysius ap. Eustath. ad Od. α. p. 1384. 49. Similia præcipit Phrynichus, p. 32. Vere, opinor. Nam præter versionem Alexandrinam Jud. xi. 25. et xv. 2. quo tamen utroque loco cod. Alex. habet κρείσσων, vir quidam doctus in Obss. misc. vol. x. p. 353. hanc comparativi formam apud unum Gregorium Nazianz. legi observavit, quem quidem minimi hac in re momenti esse quilibet intelligit. Superlativo ἀγαθώτατος usi sunt Diodor. Sic. 16. 85. et Apollon. de syntaxi, p. 46. 6. Cf. Phrynichi interpretes.

Ἀγχιστεία, quod Hesych. explicat nomine συγγένεια,

[1] Sic Gen. xlii. 5. ἦλθον ἀγοράζειν, pro ἀγοράσοντες. Ruth. iii. 7. ἦλθε κοιμηθῆναι. Nehem. viii. 14. ἀπῆλθε φαγεῖν καὶ πιεῖν. 2 Paral. xxvi. 15. εἰσῆλθεν θυμιάσαι. Gen. l. 7. ἀνέβη θάψαι. (Jos. x. 33. est ἀνέβη βοηθῆσαι, sed in cod. Oxon. et ed. Complut. βοηθήσων.) Gen. xi. 5. κατέβη ἰδεῖν. Exod. ii. 5. κατέβη λούσασθαι. Gen. xxxi. 19. ᾤχετο κεῖραι, etc.

[2] In Chishulli antiqq. Asiat. p. 78. κατῆλθεν εἰς τὴν Ἀσίαν—θυσιάσαι.

[3] Talia sunt 1. πολεμεῖν, debellare, vel bello petere. Cf. Ammon. p. 47. et Valckenarii ad eum animadv. p. 72. sq. Num. xxi. 26. οὗτος ἐπολέμησε βασιλέα. Jes. xxxvi. 10. ἀνέβημεν ἐπὶ τὴν χώραν ταύτην πολεμῆσαι αὐτήν. Jer. xlviii. 12. ᾤχετο πολεμεῖν αὐτόν. Jud. xi. 25. ἐπολέμησεν αὐτόν, ubi codd. Alex. et Oxon. habent αὐτοῖς, etc. Ptolemæus ap. Chishull. l. l. p. 77. 78. ἔθνη ἐπολέμησε, χώρας ἐπολέμησε. Boni scriptores sic uti solent verbo composito καταπολεμεῖν. 2. De formula εὐχαριστίαν ἔχειν τινὰ pro τινί, supra dictum est p. clx. not. 3. ad §. 7. 3. ἐξέρχεσθαι. Gen. xliv. 4. ἐξελθόντων αὐτῶν τὴν πόλιν. Exod. ix. 29. ὡς ἂν ἐξέλθω τὴν πόλιν. xii. 22. οὐκ ἐξελεύσεσθε τὴν θύραν, etc. 4. Huc etiam referendum puto κληρονομεῖν, quod vetat Phryn. p. 58. jungi accusativo. Nec male, opinor. Nam etsi boni quoque scriptores interdum casum istum huic verbo addidisse reperiuntur, (v. interpp. ad Thom. p. 537.) etsi item Suidas utroque modo dici solere ostendit: potior tamen videtur Thomæ, l. l. ratio, qui usitatius docet jungi cum genitivo. Rara enim sunt verbi hujus accusativo juncti in antiquis scriptoribus exempla, cum alterius modi exemplorum magna sit copia, (v. Heupel. ad Marc. x. 17.) et duo loca ἀδεσπότους, quos Suidas attulit: μέγας ταύτης κληρονομήσεται τὸ ὄρος τὸ ἅγιόν μου, et: οὐκ ἔφθη κληρονομῆσαι τὴν οὐρανόν. Nunnesius jam (ad Phryn. l. l.) sentiebat Alexandrini potius scriptoris esse, quam Attici. Certe in recentioribus, maxime Ægyptiis, scriptoribus semper, ni fallor, constructio cum accusativo reperitur. Vid. præter versionem Alex., Ptolemæi tetrabiblos p. 191. Clem. Alex. pædag. 3. 7. p. 235. D. p. 237. B. 3. 11. p. 253. B.

[4] Unum tamen addidi ex Inscript. Roset. lin. 13. 14. τοὺς ἐν ταῖς φυλακαῖς ἀπηγμένους, in vincula conjectos. Gen. xxxix. 22. simpliciter est τοὺς ἀπηγμένους, et xlii. 16. ἀπάχθητε.

[5] Sunt autem plura, qualia vel ex hoc nostro libello colligere quis possit. vid. v. c. §. 8. in v. κοράσιον, §. 10. in v. καταλείπω et σεχτὶν, et mox vocabulum ἅβρα.

[6] Quam in rem liceat vel unum Tanaq. Fabri exemplum afferre, qui ad Anacreont. 33. 19. verbum ἰχθύω putabat esse ævi recentioris, cum tamen, præter odarium illud Anacreonticum, legatur etiam in Xenophontis Cyneg. 6. 10. Nisi quis hunc ipsum verbi istius usum in argumentis ponere velit, quibus libellum illum a Xenophonte non profectum esse demonstretur; quod tamen fieri vetant multi alii optimorum scriptorum loci, a Stephano in thesauro indicati.

longe aliter videntur Alexandrini dixisse. Saltem Nehem. xiii. 29. ἀγχιστεία ἱερατείας vix dubitari potest quin sit liberatio a sacerdotio. Eodem modo Esr. ii. 62. et Nehem. vii. 64. ἠγχιστεύθησαν ἀπὸ τῆς ἱερατείας significat Exclusi sunt sacerdotio. v. Biel. novus thes. philol.

Ἄθυτον, quando de re profana dicitur, ut Lev. xix. 7., Croius obss. in N. T. c. 33. p. 258. sq. Alexandrinum judicat. Recte. Nam apud Græcos, ut idem docet, aliud prorsus eo nomine significatur. v. c. apud Æschin. p. 521. et 540. ed. Reisk. ἀθύτων καὶ ἀκαλλιερήτων ὄντων τῶν ἱερῶν, non litatis neque addicentibus sacris. Sic Lysias, p. 790. ἄθυτα τὰ πάτρια ἱερὰ γίγνεσθαι, nisi cum Wolfio malis Infecta manere. Apud Plutarch. de Is. et Os. c. 31. ἄθυτον ἡγεῖσθαι est Non sacrificandum s. ineptum sacris putare. Simonides ap. Athen. 5. p. 179. D. ἄθυτα (in Brunckii analectt. t. i. p. 126. est ἄθυστα) ἱερὰ κατεσθίει, victimas nondum immolatas, nondum mola salsa usui sacro destinatas. Hic tamen locus docet, quomodo nomen ἄθυτον omnino de cibo profano dici potuerit.

Αἱρετίζειν et αἱρετίζεσθαι Alexandrina ego quidem arbitror fuisse pro αἱρεῖν et αἱρεῖσθαι, eligere, præferre, delectari. Vix enim reperiuntur nisi in versione V. T. Gr. ut Gen. xxx. 20. Ps. cxviii. 30. et sæpius, et Matth. xii. 18. Bene de iis exposuit Biel. Eodem modo αἱρετὶς Sapient. viii. 4. dicitur, quæ delectatur. Et αἱρετιστὴς, partium fautor, sectator, studiosus, sæpe apud Polybium, ut i. 79. Joseph. de bell. Jud. ii. viii. 4. Diodor. Sic. xviii. 75. quem non puræ omnino Græcitatis auctorem esse, multis exemplis docere, si liberet, possem. v. mox αἰχμαλωτισθῆναι.

Αἰχμαλωτισθῆναι Phrynichus, p. 192. dicit οὕτως ἀδόκιμον, ὡς καὶ μὴ Μένανδρον αὐτῷ χρήσασθαι, et pro eo dici jubet αἰχμάλωτον γενέσθαι. Cf. Thom. Mag. p. 23. Legitur autem tam activum, quam passivum non solum in versione Alex., ut Jud. v. 12. αἰχμαλώτισον, et in codice Alex. Ezech. xii. 3. αἰχμαλωτίσθητι, etc., sed etiam apud Clem. Alex. str. i. p. 337. D. aliosque recentiores, ut Diod. Sic. xiii. 59. ᾐχμαλωτίσθησαν. xvii. 35. τὰς αἰχμαλωτιζομένας. Tzetz. ad Lycophr. 183. 330. Eustath. ad Od. κ. p. 1659. 14. et hujus generis multos, quorum locos indicarunt interpp. Thomæ, et qui ab his laudantur. Cf. Croius l. l. p. 268. sq.

Ἄκαν pro ἄκανθα, vepres, vix legitur nisi 4 Reg. xiv. 9. ὁ ἄκαν et τὸν ἄκανα. Videtur esse vocabulum ex antiquissima Hellenum lingua superstes.

Ἀκουτίζειν τινὰ, facere ut quis audiat. Extat modo Ps. l. 8. Cant. ii. 14. atque in aliis versionis Alex. locis, it. Sirac. xlv. 5. ἀκούτισον Theophylact. epist. 21. p. 829. t. viii. opp. Meursii. Suidas: ἀκουτίσαι· διδάξαι. Cf. interpp. Hesych. in v. ἀκουστήσαις et ἀκουστιῶν, ubi opportune afferuntur hæc Origenis de Orat. p. 97. ed. Wetst. τίς γάρ ποτε Ἑλλήνων ἐχρήσατο τῇ Ἐνωτίζου προσηγορίᾳ, ἢ τῇ Ἀκουτίσθητι, ἀντὶ τοῦ, εἰς τὰ ὦτα δέξαι, καὶ ἀκοῦσαι ποιεῖς. (leg. ποίει.)

Ἀκριβάζειν, quod Pollux 5. 152. ἀπειρόκαλον esse judicat, reperitur Sirac. xlvi. 15. et plus semel in Aquilæ aliorumque versionibus. Unde ἀκρίβασμα habet idem Aquila Deut. vi. 17. et ἀκριβαστὴς Ps. lix. 7. Legitur etiam ἀκριβασμὸς Prov. viii. 29. in cod. Alex. et sæpius.

Ἀλγηρὸς pro λυπηρὸς plus semel extat in versione V. T. Alex. ut Jer. x. 19. Qui autem alii hoc adjectivo usi sint, non reperi.

Ἀλήθειν. Phrynich. p. 58. ἀλεῖν ἐρεῖς, οὐκ ἀλήθειν. Thom. Mag. p. 31. ἀλεῖς, οὐκ ἀλήθεις. Recte. Nam ἀλήθειν habent tantum scriptores ætatis recentioris, ut Diodor. Sic. 3. 13. et 14. Theophrast. de causis plantar. 4. 14. Lucillius in Brunckii anal. t. ii. p. 326. n. xlvii. Aphthonius fab. 15. interpretes Alexandrini Eccles. xii. 3. 4. etc.

Ἀλισγεῖν, inquinare, apud eosdem interpretes legitur, v. c. Dan. i. 8. ἀλισγηθῇ. ubi Schol. μιανθῇ. Malach. i. 7. ἠλισγημένους: ubi in margine cod. Barberin. est scholion μεμολυσμένους. Hinc ἀλισγήματα Act. xv. 20. de quo loco peculiaris extat Spenceri diss. inserta ejus operi de legg. Hebr. ritual. p. 692—756. ubi ad nostram rem inprimis pertinet p. 696. Sed de etymo v. Lennepii etymologicum ling. Gr. p. i. p. 109. qui bene derivare videtur ab ἄλω, ἀλίω, volvo, ita ut ἀλισγεῖν proprie sit volvendo et versando inquinare sordibus vel pulvere.

Ἀλλοφυλισμὸς, peregrinitas, alienigenarum ritus. 2 Macc. iv. 13. vi. 24. Recte mihi videbar huc retulisse, et quia nusquam alibi reperitur, et quia non dicitur ἀλλοφυλίζειν. Scilicet formatum est, ut Ἀττικίζειν ab Ἀττικός.

Ἀμήτωρ, v. ἀπάτωρ.

Ἀμφιάζεσθαι pro ἀμφιέννυσθαι haud dubie Alexandrinum censendum est. Legitur plus semel in versione Alex. ut Job. xxix. 14. ἠμφιασάμην. atque in Ctesiæ Persicis c. 10. Eodem modo ἀμφίασις Job. xxii. 6. xxxviii. 9. et ἀμφίασμα in Ctesiæ l. l.

Ἀναπηδύειν pro ἀναβλύζειν. Legitur tantum Prov. xviii. 4. Sed lectio videtur non satis certa.

Ἀναστατοῦν pro ἀνάστατον ποιεῖν. v. Dounæi prælectt. in Demosth. de pace p. 108. ed. Beck. An præter Harpocrationem, qui verbo ἀναστατωθῆναι explicat verbum ἀνασκευάσασθαι, et scriptores N. T. ubi extat Act. xvii. 6. Galat. v. 12. usquam nisi in Symmachi aliorumque V. T. versionibus legatur, ut Ps. lviii. 11. Jes. xxii. 3. etc. valde dubito.

Ἀπάντοτε, v. πάντοτε.

Ἀπαρνεῖσθαι, contemnere, spernere. Sic est Jes. xxxi. 7. et Matth. xvi. 24. Cf. Fischer. de vit. lexic. N. T. p. 375. sq.

Ἀπάτωρ proprie quidem est, qui patre caret. Quo sensu patet non nisi de Deo posse dici. v. Lactant. iv. 13. 2. Deinde hoc nomine significatur, qui patre orbatus est, pupillus. v. Poll. 3. 4. Eurip. Orest. 310. Tum is, cui superstes quidem est pater, sed ob flagitia ita indignatur, ut eum filii loco non habeat. v. Sophocl. Œd. Col. 1378. Etiam is, qui patre vili et obscuro natus est. v. Eurip. Ion. 110. Denique spurius. v. Plut. quæstt. Rom. 103. De quibus omnibus diligenter ac docte exposuit Pet. Wesselingius obss. varr. 2. 10. Sed harum notionum nulla satis convenire videtur in locum illum epistolæ ad Hebr. vii. 3. ubi Melchisedecus vocatur ἀπάτωρ et ἀμήτωρ, h. e. Grotio interprete, ' nulla generis, nulla parentum mentione,' non aliter quam quasi de cœlo delapsus introducitur. Hæc igitur nominum horum notio, qua indicat hominem, cujus pater omninoque genus ignotum, nec fama aut ab ullo scriptore traditum est, videtur nova esse. Certe nullum vidi a quoquam locum ex antiquo aliquo scriptore allatum, quo illa notio confirmaretur. Sed multa ejus generis exempla reperiuntur in Charta Borgiana, ut 1. 11. fragm. 21. 13. etc. Cf. Schowii præf. p. xxxv.

Ἀπέχειν pro ἀπολαβεῖν sive λαβεῖν (v. Suid. in v. ἀπέχω, et Hesych. in v. ἀπέχῃς) sive ἔχειν, Salmasius in ossileg. linguæ hellenist. p. 291. refert ad Alexandrinam dialectum. Neque injuria, ut videtur, quanquam Th. Mag. p. 89. ἀπέχω τὴν χάριν, inquit, κάλλιον ἢ λαμβάνω. (ἀπέχει χάριτας habet etiam Callimach. apud Brunck. anal. t. i. p. 471. n. xliii.) Nam præter interpretes Alexandrinos (v. Num. xxxii. 19.) et scriptores N. T. ut Matth. vi. 2. (ubi v. Grot.) etc. habendi notionem huic verbo tribuisse reperiuntur scriptores illius ætatis, qua jam corrupta erat lingua Gr., ut Athenæus 14. p. 649. A. Plutarch. Lacon. apophth. t. viii. p. 198. ἀπέχεις τὰ διδασκάλια, pro quo p. 188. est ἀπολαμβάνεις. it. in vita Demosth. extr. et de genio Socrat. c. 23. Hegesippus ap. Brunck. anal. t. i. p. 254. n. iv. ubi permutatur cum verbo simplici ἔχειν. Callimachus ap. Brunck. l. l. t. i. p. 466. n. xxii. Palladas Alexandrinus ibid. t. ii. p. 427. n. xcviii. Poeta quidam anonymus, quem tamen ante Alexandrum M. non vixisse certum puto, ibid. t. iii. p. 233. n. cccxc. Æsop. fab. 47. et multi hujus generis, laudati a Schwarzio in comment. ling. Gr. N. F. p. 147. sq. Fischero de vitiis lexic. N. T. p. 611—615. aliisque.

Ἀπόδουλος in Charta Borg. 5. 20. legitur, e conjectura Schowii quidem, qui p. 62. explicat ex serva natum. Fortassis etiam reddi possit libertinus.

Ἀποκαραδοκεῖν, expectare, habet Aquila Ps. xxxvi. 7. et aliquot locis Polybius, ut xvi. 2. 8. etc. Hinc ἀποκαραδοκία Rom. viii. 19.

Ἀποκεφαλίζειν, pro ἀποτέμνειν τὴν κεφαλὴν, vulgaris usus verbum et nemini veterum usurpatum vocat Salmas. de hellenist. p. 107. Sane præter Dionem Cass. 71. 28. et Arrianum (v. Raphel. et Albert. et Kypk. ad Matth. xiv. 10. et Georg. hierocrit. P. i. p. 111. sq.) et Artemid. onirocrit. 1. 35., legitur tantum Ps. cli. 7. et in ed. Complut. 1 Reg. xxxi. 9.

Ἀποκιδαροῦν, cidari nudare, a Bocharto in fine hiero-

zoici recte nominatur Semi-Persicum. Reperitur modo Lev. x. 6. et xxi. 10.

Ἀποκριθῆναι pro ἀποκρίνασθαι, recte docet Phrynichus, p. 40. esse rejiciendum. Cf. Ammon. p. 21. Th. Mag. p. 96. Eustath. ad Il. ε. p. 515. Fischer. de vit. lexic. N. T. p. 685. Nam ἀποκριθῆναι non respondere significat, sed separatum esse. Hanc ob causam, et quia apud nullum scriptorem sæpius legitur, quam in Alex. versione et N. T., quia denique eodem utuntur Machon apud Athen. 8. p. 349. E. 13. p. 582. D. et Clemens Alex. str. 6. p. 634. C., ut Scholiasten Eurip. ad Phœn. 562. taceam: non dubito quin ista verbi forma, atque ita ut dixi usurpata, recte pro Alexandrina habeatur. Invenias quidem ἀποκριθῆναι pro respondere in Platonis Alcib. ii. t. ii. opp. p. 149. B. Sed ne commemorem, jam veteres, num vere a Platone dialogus hic profectus sit, dubitasse, mihi quidem per errorem librariorum, quibus nova ista forma notior esset, videtur irrepsisse. Profecto enim si primi editores Xenophontis anab. ii. i. 16. tantum codicibus Paris. et Eton. usi essent, nunc in Xenophontis quoque l. l. ἀπεκρίθη legeremus pro ἀπεκρίνατο. Fluxit autem haud dubie forma ἀποκριθῆναι e Dorica dialecto. Nam Theocr. idyll. 8. 74. οὐδὲ λόγον, inquit, ἐκρίθην ἄπο. ubi Schol. bene: ἀντὶ τοῦ ἀπεκρινάμην. τὸ ἀπεκρίθην γὰρ, τὸ ἐχωρίσθην δηλοῖ. Sic Hesych.: ἀποκριθῆναι· χωρισθῆναι.

Ἀπολύειν, immunem reddere, immunitatem dare. Sic est 1 Macc. x. 29. ἀπολύω ὑμᾶς, καὶ ἀφίημι πάντας ἀπὸ τῶν φόρων etc. v. 43. ὀφείλοντες βασιλικὰ, ἀπολελύσθωσαν. Ap. Joseph. archæol. 12. 3. 3. est ἀπολυέσθω ἡ γερουσία, καὶ οἱ ἱερεῖς—ὧν ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς τελοῦσι, καὶ τοῦ στεφανίτου φόρου. Polyb. 21. 9. et 22. 27. ἀπολύειν τῶν φόρων. Sic Inscript. Roset. lin. 30. ἀπέλυσε τῆς ἀρτάβης. Sed lin. 16. 17. ἀπέλυσεν τοῦ κατάπλου, ut Polyb. 3. 88. τῆς στρατείας.

Ἀπόμοιρα, h. e. μερὶς, μέρος, Hesychio et Suida auctoribus, apud nullum scriptorem antiquum reperitur, sed Ezech. xlv. 20. apud Harpocrat. et Suid. in v. ἀπονομὴ, quod nomen Atticum per illud interpretantur. Joseph. archæol. 6. 14. 6. habet ἀπομοίρας τῶν λαφύρων, et Inscript. Roset. lin. 15. τὰς καθηκούσας ἀπομοίρας τοῖς θεοῖς ἀπό τε τῆς ἀμπελίτιδος γῆς καὶ τῶν παραδείσων. Alias significat partem militum a reliquis copiis selectam et aliquo delegatam, Détachement, ut in locis Agathiæ et Anonymi, quos Suidas attulit. Atque sic non minus sæpe Polybius usus est verbo ἀπομερίζειν, quam de iis, qui dividunt et partiuntur aliquid, quo ipso sensu apud Joseph. l. l. est τῆς λείας αὐτοὺς (all. αὐτοῖς) ἀπομερίζειν.

Ἀποπρατίζεσθαι, vendere, quod Tob. i. 7. legitur, quin recte huc relatum sit, profecto nemo dubitabit.

Ἀργαλίδιος pro ἀργαλέος, molestus, molestiam creans, extat in Chart. Borg. fragm. 1. 2. 3. et 4. 2. 7.

Ἀρχιφερεκῖται, publicis lectionibus in synagogis præfecti, memorantur in Novell. 146. c. 1. et nomen habent inde, quod in פרקים, φερεκὶμ, i. e. in capitula distinxerunt, quæ legenda essent, auctore Bocharto in fine hierozoici, qui recte hoc nomen ponit in numero Semi-Hebræorum.

Ἀσβόλη, inquit Phrynichus, p. 44. μὴ λέγε, ἀλλὰ ἄσβολος. Recte. Cf. Ælius Dionys. ap. Eustath. ad Od. α. p. 1390. 54. Nam formam ἀσβόλη in nullo scriptore inveni, nisi in versione V. T. Thren. 4. 8. in Antiphane Comico ap. Clem. Alex. pædag. 3. 2. p. 218. B. in Alexandro Aphrodisiensi probl. 2. 73. et Eustathio ad Od. α. p. 1405. 18.

Ἀφεδρὼν καὶ λουτρὼν, βάρβαρα. Suid. in ἀφ' ἑδρῶν. Sed in v. ἀπόπατον et λυτρὼν dicit: ὁ ἀφεδρὼν καὶ λυτρὼν βάρβαρα. Habent hoc nomen Matth. xv. 17. Marc. vii. 19. et Florentinus in Geopon. 6. 2. 8. v. Croii obss. in N. T. c. 35. p. 272. inprimisque Fischer. de vitiis lexic. N. T. p. 698—700.

Ἀφηγεῖσθαι vix apud idoneos scriptores ita usurpatur, ut sit præesse, imperare, ducem esse. Atqui sic sæpe est in versione V. T. ut Exod. xi. 8. 2 Macc. xiv. 6. in Inscript. Roset. lin. 27. ἀφηγησαμένους τῶν ἀποστάντων. Cf. Steph. Thes. t. i. p. 1425. G.

Βαλάνισσα pro βαλανὶς, videtur esse forma Macedonica. Cf. βασίλισσα. Legitur in epigrammate ἀδεσπότῳ lxiv. in Brunckii anal. t. iii.

Βασιλεία de corona regia vix reperitur apud aliquem alium scriptorem, præterquam in Inscript. Roset. ubi lin. 43. est χρυσᾶς βασιλείας. lin. 45. τοῦ περὶ τὰς βασιλείας τετραγώνου: et Diodor. Sic. 1. 47. ubi v. Wesseling. Alias dicitur βασίλειον, intellecto nomine στέμμα vel simili. At in feminino βασιλεία tale quid intelligi nequit. Nam si v. c. supplere velis nomen στεφάνη, tamen βασίλειος dicendum erat.

Βασίλισσα pro βασίλεια vel βασιλὶς, damnatur a Phrynicho p. 96. 112. Th. Mag. p. 141. Mœride, p. 96. Quorum grammaticorum editores, quibus etiam Fischerus in prima quidem animadversionum in Welleri gramm. Gr. edit. p. 139. se assentiri profitetur, etsi defendere vocabuli probitatem studuerunt, etsi illud apud Pollucem 8. 90. de regis sacrificuli uxore legitur, etsi denique Ælius Dionysius ap. Eustath. ad Od. α. p. 1425. 39. cujus verba Phavorinus in v. βασιλεὺς exscripsit, Atticam putabat formam βασίλισσα: tamen persuadere mihi nondum potui, grammaticos falsa tradidisse, imo Macedonibus et Alexandrinis hoc nomen fere proprium factum esse existimo. Nam legitur illud quidem in Xenoph. Œcon. 9. 15. Verum ex hoc uno antiqui scriptoris Attici loco sententiam grammaticorum impugnare velle, profecto non minus temerarium et ridiculum foret, quam si quis ex uno Platonis loco, in quo ἀποκριθῆναι pro ἀποκρίνασθαι positum esse supra ostendimus, ἀποκριθῆναι Macedonicam formam esse negaret. Equidem laudarem, si quis apud Xenophontem reponeret βασίλειαν, prorsus ut in Palæphat. 32. 10. ubi 2 codd. βασίλειαν exhibent. Similiter in oratione in Neæram, quæ inter Demosthenicas legitur, p. 1370. 16. pro βασίλισσα rescribi poterat e cod. MS. βασίλιννα, qua forma Menander usus est ap. Eustath. l. l. p. 1425. 40. et ap. Suid. in v. παίσωμεν. Sed servari potest βασίλισσα, salva grammaticorum veterum auctoritate. Nam, ut taceam, jam multos criticos antiquos de genuina istius orationis origine dubitasse, atque in causis dubitationis attulisse etiam hanc ipsam, quod τὰ τοιαῦτα τῶν ἀδοκίμων ὀνομάτων in ea reperirentur (v. Phrynich. p. 112.), agitur ibi non de regina aliqua, sed de uxore regis sacrificuli. Reliqui loci, in quibus extat βασίλισσα, quos attulerunt Schwarz. in commentt. ling. Gr. N. F. p. 243. Georgius hierocrit. N. T. p. 112. aliique, desumti omnes sunt e scriptoribus temporum recentiorum, certe minus puræ dictionis auctoribus, quibus jam addam alios nonnullos, ut Antipatrum Tarsensem et Mnaseam apud Athen. 8. p. 346. D. Theopompum ibid. 13. p. 586. C. et p. 595. E. Philemonem ibid. p. 595. D. Plutarchum in Antonio c. 54. consolat. ad Apollon. T. vii. p. 343. apophth. regum T. viii. p. 101. de Is. et Osir. c. 13. Callimachum apud Schol. Theocrit. Idyll. 13. 25. Charitonem 5. 3. Eustath. ad Od. α. p. 1389. 41. Schol. Eurip. ad Hecub. 810. et Hippol. 128. Neque me movet, quod hoc vocabulum in multis titulis priscis ac numis reperitur. Vel enim non tantæ antiquitatis et auctoritatis sunt, ut colligi ex iis recte demonstrarique possit vocabuli probitas, vel, si essent, ad summum inde appareret, vetustum et obsoletum vocabulum fuisse, a quo abstinuissent scriptores, florentis ling. Gr. temporibus viventes, sed quod recentiori ætate receptum esset atque in vitæ communis sermonem illatum. Scilicet, ut de inscriptionibus saltem dicam, in quibus extat βασίλισσα, omnes constat post Alexandri M. tempora factas. Sic titulus ap. Spon. miscell. erudit. antiquitatis p. 319. n. 6. quem Fischerus l. l. attulerat, exaratus fuit Herodis Attici temporibus, qui sub Antoninis claruit. Inscriptio Roset., ubi lin. 9. et 41. Arsinoe, et Monumentum Adulitanum, ubi apud Chishull. l. l. p. 76. iterum Arsinoe, et Berenice, βασίλισσα dicuntur, sunt et Alexandrina et Ptolemæorum. Jam vetustum esse hoc nomen, manifestum est partim ex eo, quod uxor regis sacrificuli Athenis eo appellaretur, partim quia Dores eo usi esse reperiuntur. Sic in titulo Cyprio apud Chishull. l. l. p. 88. Cleopatra dicitur βασίλισσα, et apud Theocrit. idyll. 15. 24. Arsinoe. Atqui Doricam dialectum et antiquissimam fuisse, et matrem Alex. dialecti, supra satis ostendimus. Recentiores autem Græcos insigniter delectatos fuisse vetustissimorum vocabulorum usu, et ipse supra monui §. 3. et Hemsterhus. ad Poll. 10. 68. et Pierson. ad Mœr. p. 329. item Villoison seconde lettre sur l'Inscript. Gr. de Rosette, in Millini Mag. encyclop. No. 6. an xi. p. 203. qui etiam illud refert, quod in omnibus numismatibus Ægypti Græcis legitur litera initialis *L*, qua significetur Λυκάβαντος, quo ipso nomine sæ-

pissime Tzetzes in Chiliadibus usus est. Cf. infra v. γῆρος, δέλος, et alia. His omnibus accedit, quod Hesychius nomine βασίλισσα, tanquam communis, h. e. Macedonicæ, linguæ vocabulo, explicat glossam τιήνη, et Suidas atque Schol. Eurip. Hec. 484. glossam ἄνασσα, et quod illud idem nomen in versione V. T. Alex. sæpissime, et in libris N. T. plus semel invenitur, sed ne semel quidem βασιλὶς aut βασίλεια.

Βουνὸς pro λόφος, a Phrynicho p. 156. dicitur ἐν τῇ Συρακουσίᾳ ποιήσει frequentatum, et Philemoni, novæ comœdiæ poetæ, in usu fuisse. Rejicitur etiam ab Ælio Dionysio, apud Eustath. ad Il. λ. 710. p. 880. 29. atque inde apud Phavorin. in v. Κολώνη, ut barbarum et peregrinum, quod idem facit Eustath. ad Od. τ. p. 1854. 21. hac simul causa adjecta, quia sit Libycum s. Africanum, qua in re secutus est Herodoti 4. 199. auctoritatem, qui Cyrenæorum vocabulum esse tradit. Hinc quam facilis transitus fuerit in Ægyptum, atque adeo Alexandriam, sponte patet cuique. (v. Casaub. ad Athen. p. 199. 52. s. T. ii. animadvv. Schweighäus. p. 187. et Valck. ad Herod. 4. 158.) Sic apud Lycophr. 144. 872. 1227. 1338. legitur vocabulum Cyrenaicum ἄμναμοι pro ἀπόγονοι, et v. 749. Ἀμφίβαιος, quod et ipsum Cyrenæorum erat pro Ποσειδῶν. v. Tzetz. ad ll. ll. Certe sæpe reperitur in Alex. versione, ut Gen. xxxi. 46. Exod. xvii. 9. Num. xxiii. 9. Deut. xxxiii. 15. Jos. v. 3. etc. et verbum βουνίζειν Ruth. ii. 14. 16. cum λόφος nunquam adhibitum sit. Sed apud Eustath. ad Il. λ. 710. alii dicunt, ὅτι βουνὸν Φιλήμων ἐν Νόθῳ ὡς σύνηθες τίθησιν, ἄλλοθι δὲ ὡς ξενικὸν ἐπισκώπτει. Scilicet Philemon plus semel usus erat isto vocabulo, quod deinde ex ejus comœdiis in usum communem abiit. Quare nec alii scriptores eo abstinuerunt, ut Pausanias 2. 12. p. 138. ubi commutatur cum nomine λόφος. Strabo 6. p. 274. A. B. Polyb. 3. 83. 5. 22. Nicarchus in Brunckii analect. T. ii. p. 355. n. xxiii. Schol. Eurip. Orest. 402. Sic Alcæus Messenius in Brunck. anal. T. i. p. 488. n. viii. habet βουνοβατεῖν. Polyb. 2. 15. 5. 22. 9. 21. βουνώδης. Diod. Sic. 5. 40. βουνοειδής. Quin grammatici nomine βουνὸς, tanquam omnibus noto et communi, interpretantur alia, ut Etymol. M. p. 528. 5. nomen κολωνός. Et plerosque Græciæ montes hodie βουνὰ vocari, ait Villoison. proleg. ad Hom. Il. p. 1.

Γῆρος, antiquissima forma pro γῆρας, ut κνέφος, οὖδος, ἔδος, δέρος, pro κνέφας, οὖδας, ἔδας, δέρας, (v. Eustath. ad Il. τ. p. 1237. 5. et ω. p. 1488. 20. ed. Basil. ad Il. ε. p. 600. 10. et ad Odyss. γ. p. 1456. 22. ed. Rom. Etymol. M. p. 93. 8. p. 284. 32. p. 639. 3. Maittaire p. 143. et 344.) rursus, ut alia multa hujus generis, de quibus passim supra expositum est, videtur frequentata fuisse Macedonibus et Alexandrinis. Saltem Ps. xci. 14. omnes codices consentiunt in lectione γήρει, atque hanc ipsam formam pro γήρᾳ exhibet Cod. Alex. Gen. xv. 15. et 1 Paral. xxix. 28. idemque et Cottonianus Gen. xxi. 7. et xxv. 8. plurimi denique et optimi codices Luc. i. 36. Eodem modo 3 Reg. xiv. 4. genitivus γήρους extat pro γήρως, quam formam reperimus in cod. Alex. Ps. lxx. 9. γήρους habet Ed. Rom. sed Complut. et Ven. γήρως.

Γλωσσόκομον de arcula s. vidulo bene dici negat Phrynichus p. 36. melius esse γλωττοκομεῖον. Pollux 10. 154. γλωττοκομεῖον a recentioribus scriptoribus dici auctor est pro ἀγγεῖον, et affert locum ex Apollodoro Carystio, in quo legitur quidem γλωττόκομον, sed legi haud dubie debet γλωττοκομεῖον, vel certe γλωττοκόμιον, probante etiam ad Phrynich. l. l. Pauwio. Jam licet Hesych. in v. λακηθμὸν dicat, nomen γλωσσόκομον Atticum esse, tamen ut non solum vera præcepisse Phrynichum existimem, verum etiam vocabulum γλωττόκομον referendum putem ad dialectum Maced. s. Alex., efficit, præter locos versionis Alex., in qua ter legitur, 2 Paral. xxiv. 8. 10. 11. usus aliorum recentiorum scriptorum, ut Longini 43. 9. Josephi archæol. 6. 1. 2. ubi §. 3. commutatur cum vocabulo ἄγγος, Poetæ incerti in Brunckii analectt. T. iii. n. ccccxlviii. ubi γλωσσόκομα sunt σοροί, Didymi in Geoponic. 4. 15. 9. ubi v. interpp. et Plutarchi, e quo Kypk. Obss. in N. Test. T. i. p. 394. locum attulit, quo ostenderet, hos loculos inprimis adhibitos fuisse ad recondendam pecuniam. De tali enim γλωσσόκομον usurpatur etiam Jo. xii. 6. Quo eodem pertinent verba Germani, patriarchæ Constantinopolitani, in Villoisoni anecd. Gr. T. ii. p. 73. γλωσσόκομον εἴρηται τὸ κιβώτιον, ὅ τι ἐπεκόμιζον βάλλοντες τὰ διδόμενα αὐτοῖς χάριν διατροφῆς τῶν πενήτων καὶ ἐνδυμενίας, ὅτι κατεῖχε τὰς γλώσσας· γλῶσσαι γὰρ ἐκαλοῦντο παρὰ τῶν παλαιῶν, τὰ παρ' ἡμῖν νομίσματα, ὅτι οἱ ἀρχαῖοι γλώσσας τοῖς νομίσμασιν ἐνεχάραττον. Ceterum mea sententia eo firmatur, quod Hesychius nomen κάμψα (h. e. capsa) interpretatur nomine γλωσσοκομεῖον, pro quo tamen vel γλωσσόκομον vel γλωσσοκόμιον reponendum arbitror propter hæc verba Helladii chrestom. in Meursii opp. T. vi. p. 306.: τὸ γλωσσοκομεῖον κυρίως μέν ἐστι τὸ ἀγγεῖον, ὃ τὰς αὐλητικὰς ὑποδέχεται γλώσσας· οἱ δὲ νῦν καταχρώμενοι καὶ ἐπὶ τῶν ἕτερα δεχομένων τιθέασι τὴν λέξιν. καὶ τοῦτο μὲν ἀνεκτόν. οἱ δὲ προσδιαστρέφουσι καὶ τὸν τόνον καὶ τὸν χρόνον· δέον γὰρ προπερισπᾷν τὴν παραλήγουσαν μακράν, οὗτοι καὶ συστέλλουσι καὶ προπαροξύνουσιν.

Γράστις quin Alex. et recentioris dialecti fuerit, dubitare nos vetant hæc verba Eustathii ad Il. φ. p. 1301. 43. ed. Basil.: γράω τὸ ἐσθίω, ἐξ οὗ καὶ γράστις, ἡ ὑπὸ τῶν ζώων χλωρὰ ἐσθιομένη.—Αἴλιος δὲ Διονύσιος ἐν τῷ λεξικῷ αὐτοῦ τῷ ῥητορικῷ, οὐκ ἐθέλει ὀνομάζεσθαι γράστιν ὅλως. φησὶ γάρ, κράστιν Ἀττικοὶ τὴν πόαν, γράστιν δὲ οὐδένες. Similiter ad Il. ζ. p. 490. 29. ed. Basil.: ἡ τοῖς ἀλόγοις φίλη γράστις, ἣν καὶ κράστιν γράφουσιν οἱ παλαιοί, φάμενοι τὸν ἡμίξηρον χόρτον οὕτω καλεῖσθαι. ὅθεν καὶ ῥῆμα τὸ κραστίζεσθαι. Cf. Etymol. M. p. 535. 23. Neque admodum differunt hæc Hesychii: κράστιν Ἀττικοί. διὰ τοῦ γ οἱ νῦν γράστιν φασίν· ἔστι δὲ ὁ χλωρὸς χόρτος. Apud Mœridem p. 211. scribitur κρᾶτις et γρᾶτις, et Piersonus hanc scripturam tuetur. At sive cum Casaub. ad Pers. 5. 77. nomen Gr. e Syriaco גרס vel גרש derives, sive cum Heinsio (ad Hesych.) nostrum Gras compares, utrobique habes σ. Est igitur eadem nominum γράστις et κράστις, quæ vocabulorum γναφεὺς et κναφεὺς, ratio, de quibus §. 10. pauca monui. Legitur autem γράστις et γραστίζειν et γραστισμὸς non raro in recentioribus. v. Apsyrt. in Geopon. 16. 1. 11. et quæ ibi interpp. Notabile est, quod Hesychius vocabulo γράστις, tanquam sua ætate omnibus noto, utitur ad explicandam glossam γοιταί.

Γρηγορῶ, γρηγορεῖ, inquit Phrynich. p. 46. οὐ δεῖ, ἀλλ' ἐγρήγορα λέγειν, καὶ ἐγρήγορεν. Sic Eustath. ad Od. υ. p. 1880. 26.: Ὅμηρος μὲν τετρασυλλάβως οἶδεν, ἐγρηγορῶ· οἱ δὲ ὕστερον, καὶ γρηγορῶ τρισυλλάβως, ὅπερ οὐ φιλεῖται τοῖς ῥήτορσιν. Cetera, quæ dici de verbo γρηγορεῖν poterant, jam præcepisse video Fischerum de vitiis lexicor. N. T. p. 677. sq. et animadv. ad Welleri. Spec. iii. P. i. p. 65. Addo, formam γρηγορεῖν reperiri etiam apud Achill. Tat. erot. 4. 17.

Γῦρος de ambitu et orbe dici posse negat Phrynichus p. 184. et Menandrum ait hoc vocabuli usu inquinasse comœdiarum suarum pulcherrimam. Etiam in versione Alex. sic legitur, ut Job. xxii. 14. Sirac. xxiv. 5.

Δειγματισμὸς, quod in titulo Roset. lin. 30. ita legitur, ut fere idem sit quod παράδειγμα, h. e. exemplar, ad quod fabricanda fuerant ὀθόνια, sive, ut Ameilhonus p. 66. sq. exponit, étalon, fortasse non immerito huc refertur.

Δέλος pro δέλεαρ, mihi quidem videtur, ut βασίλισσα et γῆρος, antiquissima vocabuli forma esse, recepta deinde in dialectum Maced. s. Alex., sed sero demum a scriptoribus usurpata. Non repugnant sententiæ meæ quæ Eustath. ad Il. β. p. 235. 6. scripsit, repetita in v. μῆχος a Phavorino: ὥσπερ ἡδονὴ ἦδος Αἰολικῶς, οὕτω καὶ μηχανὴ μῆχος. τὸ δ' αὐτὸ καὶ μῆχαρ, κατὰ τὸ δέλος δέλεαρ. E recentioribus verum vidit Lennepius in Etymol. ling. Gr. T. i. p. 227. "Quemadmodum, inquiens, a δάλω, δάλος, a δόλω, δόλος, sic a δέλω est δέλος, et inde δέλεαρ." Nullum vero nominis δέλος in scriptoribus vestigium inveni, nisi in Geoponicis, ut 20. 7. 4. et in multis capitum ejusdem libri titulis.

Δημόσιος, cum pro δημίῳ, carnifice, dicitur, Salmasius ad Achill. Tat. p. 682. sq. Alex. dialecto adscribendum putabat. Aliter statuunt Dorvill. ad Charit. 1. 5. p. 236. ed. Lips. et Reiskius animadvv. ad Dion. Chrysost. orat. 31. T. i. animadversionum ad Gr. auctores p. 110. Cf. p. 116. qui, "tam frequenter, (inquit,) invenitur δημόσιος pro δημίῳ, carnifice, ut nequeam cum illis facere, qui illud damnant, hoc probant. v. Dio Chrysost. p. 336. 2. p. 348. 16." At cum Dio recentior scriptor sit, posterior saltem ejus locus videtur Reiskio

adversari. Dicitur enim ibi nefas fuisse Rhodi legibus, *τὸν δημόσιον τὴν πόλιν εἰσελθεῖν*, prorsus ut Romæ intra urbem carnifici domicilium negabatur (v. Cic. pro Rabir. 5.), quod de *δημοκοίνῳ* etiam Pollux 9. 10. tradidit. v. Wesseling. ad Diod. Sic. 13. 102. Scilicet quanquam *δήμιος* olim non differebat ab eo, qui postea *δημόσιος* dictus est, id quod docemur per hæc Eustathii ad Hom. Od. γ. p. 1458. 10.: *ὅτι ἀντιδιέσταλται τὸ ἴδιον τῷ δημίῳ πράγματι, καθὰ δηλοῖ τὸ* (v. 82.), *πρῆξις δ' ἥδ' ἰδίη, οὐ δήμιος. ἐξ ὧν οἱ μεθ' Ὅμηρον τὸ ἰδιωτικόν φασι καὶ τὸ δημόσιον. Ὅρα δὲ ὡς λέξις χρηστὴ ἐπ' ἀγαθῷ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὕστερον εἰς ἑτεροίαν σημασίαν μετέπεσε. κολαστὴς γὰρ ὁ δήμιος παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον.* Cf. ad θ. p. 1595. 17. et Ernest. ad Od. γ. 82. et δ. 312. quanquam item libenter largior Dorvillio, sive *δημόσιος* sive *δήμιος* dicatur, semper vocabulum *δοῦλος* intelligi: tamen hoc videtur usus loquendi effecisse, ut omnes ministri seu servi publici, qui quæstionibus et suppliciis adesse solerent, *δημόσιοι* dicerentur, sed ille speciatim, qui carnifex a Latinis vocatur, *δήμιος*. Atque sic *δημόσιος* est apud Aristoph. Lysistr. 437. ubi Bisetus: *δημοσίους λέγουσι, ὥς φησι Σουΐδας, τοὺς τῆς πόλεως δούλους. τοιοῦτοι· οἱ ὑπηρέται, καὶ τοξόται, καὶ Σκύθαι.* Sequentibus autem ætatibus, cum mutari et corrumpi cœpisset lingua Gr., sensim arbitror hoc discrimen neglectum fuisse. Quotiescunque igitur *δημόσιος* de carnifice dicitur, ut apud Plutarch. in Phocione, c. 36. minus purum hoc et accuratum atque adeo mutationi linguæ per Macedonas et Alexandrinos factæ tribuendum existimo, etsi difficillimum esse videam, in quolibet loco, ubi recentiorem istum vocabuli usum deprehendimus, certo definire, utrum ille scriptori debeatur ipsi, an librariorum inscitiæ, qui fortasse *δήμιος* putarint esse compendium scripturæ pro *δημόσιος*, an denique grammaticis, qui nomen sua ætate usitatius adhibuerint ad explicandum antiquum et minus jam usitatum. Sic Th. Mag. p. 207. ubi affert aliquem Æschinis oratoris locum (p. 296. ed. Reisk.), in eo non *δήμιος* sed *δημόσιος* exhibet, ut Codex Meadianus, baud dubie e glossemate. Contra apud Diod. Sic. 13. 102. libri editi habent *ὑπὸ τῶν δημοσίων ἐπὶ τὸν θάνατον ἄγεσθαι*, sed codex Venetus *ὑπὸ τῶν δημίων*, quod potest grammatici paulo doctioris et elegantioris interpretamentum videri, qui indicare voluerit, etiam ita scribere potuisse Diodorum, qui sane vocabulo *τοῦ δημίου* usus est 14. 107. Itaque res omnis judicari debet ex ætate scriptorum, neque adeo ullo modo in Æschine v. c. e Thoma *δημόσιος* reponi pro *δήμιος. ὁ τὰς τῶν ἀνθρώπων εὐημερίας κολούων δημόσιος—ὅτι δὲ δημόσιος εἴη δήμιος*, Theophylact. epist. 39. p. 873. T. viii. opp. Meursii.

Διάζεσθαι huc referendum esse docent verba Pollucis 7. 32. 33.: *στῆσαι τὸν στήμονα ἢ τὰ στημόνια, καὶ προφορεῖσθαι· οὕτω γὰρ ἔλεγον οἱ Ἀττικοὶ τὸ νῦν διάζεσθαι· καὶ τὸ διάζεσθαι δέ ἐστιν ἐν αὐτῇ τῇ λέξει παραλαμβανόμενον, Ὁ δ' ἐξυφαίνεθ' ἱστούς, ὁ δὲ διάζεται. καί που παρὰ Νικοφῶντι ἐν Πανδώρᾳ.* ubi equidem probaverim H. Stephani conjecturam, *ἐν κοινῇ λέξει*, vel legerim *ἐν ταύτῃ τῇ λέξει*. Nam prior locus est proverbium, qualia non esse puri sermonis exempla habenda satis constat; et Nicophon, cum comicus poeta fuerit, potuit plebeium aliquem eo verbo utentem inducere. A verbo *προφορεῖσθαι* distinguit Schol. Aristoph. Av. 4. et ex eo Suidas: *προφορεῖσθαι λέγεται, τὸ παραφέρειν τὸν στήμονα τοῖς διαζομένοις.* Hesychius autem verbo *διάζεσθαι* ad explicanda verba Attica utitur, ut *ἄττεσθαι· διάζεσθαι στήμονα.* it. *διήντετο* (nisi legendum est *διήττετο*)· *διάζετο ἱστόν.* Sic fere legitur in cod. Alex. Judic. xvi. 14. *ἐδιάσατο τοὺς ἑπτὰ βοστρύχους*, et v. 13. in Cod. Oxon. *διάσῃ* pro *ὑφάνῃς*. Sed Ps. ii. 6. Aquila et alius interpres scripsisse fertur *ἐδιασάμην βασιλέα μου*, cum Symmachus habeat *ἔχρισα*. Nomen *δίασμα*, quod Etymol. M. p. 270. 18. explicat verbis *ἡ πρώτη τοῦ ἱματίου ἐργασία*, extat Judic. xvi. 13. 14. et in loco Callimachi apud Etymol. l. l. Add. Suid. qui in v. *ᾆσμα* de hoc nomine dicit: *σημαίνει δὲ καὶ τὸ δίασμα. καὶ Σώφρων. καὶ ἄττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάζεσθαι μεταβολῇ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ζ.* Cf. Steph. Ind. Thes. et Valckenaer. ad Theocrit. Adoniaz. p. 205. sq.

Διακόνισσα pro *διακονίς*. v. *βασίλισσα*. Forma illa sæpissime reperitur in libris recentiorum, ut apud Epiphan. hæres. 79. in Conciliorum canonibus Gr. ac Lat., ut Nicæni canone 19. in Latinis patribus eccles. v. Casp. Ziegler de diaconis et diaconissis veteris ecclesiæ, Viteb. 1678. 4. inprimis c. 19.

Διάκων pro *διάκονος* est in Charta Borg. 7. 16-18. et 9. 23. Cf. Schow. p. 51. et 56. et præfat. p. xxxix. ubi ostendit, eandem illam formam ubique deprehendi in MSS. Liturgico-Copticis episcopi Tukii, in bibl. Collegii de propag. fide asservatis.

Διαρτῆσαι pro *ἐξαπατῆσαι* Menandrum dixisse testantur Suidas et Phavorinus. Atque ista notio videtur verbo a Macedonibus et Alexandrinis tributa fuisse. Unde Num. xxiii. 19. e quo loco etiam Judith viii. 16. pro *διαιτηθῆναι* rescribendum est *διαρτηθῆναι*, legitur: *οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ θεὸς διαρτηθῆναι*, pro quo Philo l. i. de vita Mosis T. ii. opp. p. 125. ubi hunc locum laudat, exhibet *διαψευσθῆναι*. Etiam Dionysius Halic. plus semel sic utitur verbo *διαρτᾶσθαι*, ut archæol. Rom. 1. p. 31. 24. p. 73. 45.

Διαυλωνία, inquit Croius Obss. in N. T. c. 33. p. 257. est vox Alexandrina. Eustathius certe ad Od. χ. p. 1917. 31. scripsit hæc: *οἱ αὐλῶνες. ὅθεν τὰ διαυλωνίζοντα πνεύματα· καὶ διαυλωνία, τοπικὴ στενότης, καθ' ἣν ὄρτυγες ἢ ἁπλῶς ἄγριοι ὄρνιθες ἀγρεύονται. ἐθνικὴ δὲ λέξις αὕτη γνώριμος τοῖς περὶ Σινώπην ἀνωτέρω οἰκοῦσι πρὸς βορρᾶν.* Et ad Od. δ. p. 1483. 47. *διαυλωνίζειν φαμὲν χωρίον τὸ δεχόμενον ἐξ ἑκατέρου πνεῦμα.* quæ sunt ex Athenæi 5. p. 189. B. desumta, et quæ saltem Naucratitis hoc verbum in usu fuisse docent. Legitur autem *διαυλωνίζειν* in Aristot. de respirat. c. 16.

Διαφωνεῖν, quod alias significat dissonare, discrepare, ut in Plat. Cratyl. T. i. opp. p. 394. C. *ταῖς συλλαβαῖς καὶ τοῖς γράμμασι διαφωνοῦντα*, in dialecto Alex. significare cœpit perire, deesse, desiderari, ut 1 Reg. xxx. 19. *καὶ οὐ διεφώνησεν αὐτοῖς* (np. *τι* s. *οὐδέν*). Num. xxxi. 49. *οὐ διαπεφώνηκεν ἀπ' αὐτῶν οὐδὲ εἷς.* Suidas: *διαπεφώνηκεν· ἀντὶ τοῦ ἐσχάτην καὶ τελευταίαν φωνὴν ἀφῆκε, τουτέστιν, ἀπέθανεν.* Ezech. xxxvii. 11. *ἀπόλωλεν ἡ ἐλπὶς ἡμῶν, διαπεφωνήκαμεν.* Hesych.: *διαπεφωνήκαμεν· ἀπωλόμεθα.* Cf. Bochart. hieroz. P. ii. p. 646. Scilicet metaphora petita est a sono, qui quando per plura loca huc illuc pervasit, tandem audiri desinit.

Δύσριγος, quando de alsioso et frigoris impatiente dicitur, adulterinum vocabulum vocat Phrynichus p. 184. quo Menander usus sit. Nimirum puræ Græcitatis tempore videtur in vita communi tantum et plebis sermonibus ita usurpatum fuisse, quod quidem inde puto posse colligi, quoniam ab Aristophane, qui alias fuit *Ἀττικώτατος*, illud eo sensu adhibitum fuisse Pollux 4. 186. auctor est: *τοὺς ἀεὶ ῥιγοῦντας οἱ παλαιοὶ ῥιγοσιβίους ἔλεγον, οὓς οἱ νῦν δυσρίγους. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Βαβυλωνίοις δύσριγος εἴρηκε.* Neque enim semper et simpliciter Aristophanes potest puri Atticismi testis advocari. v. Jo. Aug. Ernesti pr. de vestigiis ling. Hebr. in ling. Gr. (Lips. 1753. 4.) p. 11. sq. Postea vero præter Aristotelem hist. anim. 8. 25. 9. 3. et 46. de generat. anim. 2. 8. problem. 1. 29. et 8. 10. etiam alii minus puri scriptores eodem modo locuti sunt, ut Apollonius Alexandrinus de syntaxi p. 188. 27. ed. Sylburg. Frcf. 1590. 4.

Ἔκθεμα βάρβαρον. σὺ δὲ λέγε πρόγραμμα. Phrynich. p. 104. *πρόγραμμα λέγε. τὸ δὲ ἔκθεμα, ἄχρηστον.* Th. Mag. p. 739. Sane *ἔκθεμα* in scriptoribus idoneis an legatur, valde dubito. Equidem reperi tantum in versione Alex. ut Esth. viii. 17. ubi synonymum est *πρόσταγμα*, et Ezech. xvi. 24. ubi Polychronius interpretatur *οἷον τὸ προαγώγιον, ἔνθα τὰς πόρνας τρέφειν εἰώθασι.* v. Biel. nov. thes. philolog. Adde quod Hesychius eo utitur ad explicandum nomen *προγράμματα*.

Ἐκμάξασθαι pro *ὀμόρξασθαι* et *ἀπομόρξασθαι* dici vetant Th. Mag. p. 649. et Mœris p. 291. Recte, opinor. Nam præter Epist. Jerem. xiii. *ἐκμάσσονται*, et v. 24. *ἐκμάξῃ*, et Sirac. xii. 11. *ἐκμεμαχὼς*, nullus, qui huic verbo abstergendi notionem subjecerit, auctor mihi innotuit, nisi Aristoteles hist. anim. 9. 40. ubi legitur *ἐκμάττουσιν*.

Ἐκτρῶσαι et *ἔκτρωμα* pro *ἐξαμβλῶσαι* et *ἄμβλωμα* sive *ἐξάμβλωμα* sive *ἀμβλωθρίδιον* eleganter dici negant Phrynichus p. 88. et 128. Th. Mag. p. 318. sq. et Phavorin. in v. *ἐκτρῶσαι*. Haud dubie recte. Nam quæ interpretes grammaticorum attulerunt istorum verborum exempla, ea ex Atticis et antiquis scriptoribus desumta non sunt, sed vel ex Ionicis, quare Fischerus de vitiis lexic. N. T. p. 701. sq. Macedonas et Alexandrinos verbum *ἐκτιτρώσκειν* ex Ionica dialecto revocatum frequentasse dicit, (Cf. infra *τελίσκειν*) vel ex iis, qui post Alexandri

M. tempora vixerunt, ut Diodoro Sic. 3. 64. 4. 2. aliisque. Sic Apollonius de syntaxi p. 249. 15. p. 275. 8. habet participium ἐκτρώσασα, Symmachus Job. xxi. 10. ἐξέτρωσε, interpretes Alex. Num. xii. 12. Job. iii. 16. ἔκτρωμα, quod ipsum legitur 1 Corinth. xv. 8.

Ἐμπιστεύειν et ἐμπιστεύεσθαι a nullo quidem grammatico rejicitur. Sed cum in nullo scriptore antiquo reperiatur, contra vero, præter versionem Alex., ut 2 Paral. xx. 20. ἐμπιστεύσατε ἐν κυρίῳ θεῷ ἡμῶν, καὶ ἐμπιστευθήσεσθε, Sirac. i. 15. 2 Maccab. x. 13. legatur apud scriptores Ægyptios, ut Ptolemæum in libello qui καρπὸς inscribitur p. 220. ἐμπιστευθήσεται ὁ κύριος τῷ ὑποχειρίῳ ἐκείνῳ, et Clement. Alexandr. protrept. p. 38. B. aliosque recentiores, ut Alexandrum Aphrodis. probl. 2. 63. init. Æsop. fab. 181. Galenum (v. Steph. Thes. infra) vix dubitandum puto, quin sit ad Alex. dialectum referendum.

Ἐνδομενία vel ἐνδυμενία. Phrynichus p. 148. ἐνδυμενία ἀμαθῶς· δέον διττῶς λέγειν, ὡς Εὔπολις Κόλαξι, σκεύη τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, καὶ ἔπιπλα. E quibus verbis cum appareat non solum vestitum, sed omnem supellectilem intelligi, Pauw scribi jubet ἐνδομενία. Pollux 10. 12. τὴν τοιαύτην κατασκευὴν, ἐνδομενίαν οἱ πολλοὶ καλοῦσιν· ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαινῶ τοὔνομα. Deinceps addit, reperiri hoc nomen ἐν Ὀλυμπιάδος ἀπογραφῇ, per quam Olympiadem cum Hemsterhusio intelligo Alexandri M. matrem, ita ut origo vocabuli Macedonica satis sit manifesta. Sicut autem apud Pollucem alii legunt ἐνδομένειαν, Hemsterhusius vero cum reliquis interpretibus ἐνδομενίαν præfert: ita Suidas habet ἐνδυομενία, quod haud dubie conflatum est ex duplici lectione ἐνδομενία et ἐνδυμενία, quarum hæc quidem est frequentior, ita ut dubium sit, utrum probari debeat Hemsterhusii, qui Macedonas δόμενον pro δόμος dixisse conjectat, ut intelligatur supellex, quæ scilicet est ἐν δόμῳ, aut Guieti ad Hesychium conjectura, qui derivat ἀπὸ τοῦ ἔνδον μένειν, an a verbo ἔνδυμι, vel nomine ἔνδυμα descendere putandum sit, quando vestitum significat, sed ἀπὸ τοῦ ἐν δόμῳ εἶναι, quando omnis generis supellectilem. Pro eorum ratione, qui ab ἔνδυμα deducunt, pugnant ii loci, in quibus ἐνδυμενία scribitur, et de vestitu dicitur, ut Polyb. 5. 81. Germani (v. supra in v. γλωσσόκομον) et Irenes Augustæ in Typico c. 28. Sed Hemsterhusii suspicio confirmari videtur loco Polyb. 4. 72. τὴν ἐνδυμενίαν (quem locum afferens Suidas dedit ἐνδυομενίαν) ἅπασαν ἐκ τῶν οἰκιῶν διήρπασαν, item analogia nominis σκεῦος, quod et aliam supellectilem et vestimenta significat, Guieti autem opinio nomine ἐνδοχία, quod apud Polyb. 18. 18. de supellectile legitur. Est enim ab ἔνδον et ἔχειν.

Ἐντομίδες de incisionibus in luctu fieri solitis, quæ notio huic vocabulo subjecta est Levit. xix. 28. xxi. 5. Jerem. xvi. 6. Alexandrinum vocatur a Croio obss. in N. T. c. 33. p. 258. et Hodio l. l. 2. 4. p. 121. Neque habeo quod huic judicio opponam. Nunquam enim ἐντομίδες hoc sensu dicuntur in Gr. scriptoribus, quippe qui pro eo vocabulo utebantur nomine ἀμυχαί. v. Plutarch. in Solone c. 21. et de sera numinis vind. c. 22. T. x. opp. ed. Hutten. p. 269. v. interpp. Hesych.

Ἐνωτίζεσθαι pro ἀκούειν sive ἐν τοῖς ὠτίοις δέχεσθαι (v. Hesych. in v. ἐνωτίζου) putarunt nonnulli viri docti, ut Reinesius epist. ad Vorst. p. 39., ex Hebr. verbo הֶאֱזִין effictum fuisse. Atque ego olim ipse in eadem sententia fueram. Sed Vorstius de Hebraismis N. T. 1. 3. p. 10. sqq. satis docuisse videtur, verbum istud non a Gr. interpretibus demum fabricatum, sed jam antea in vulgari sermone usitatum fuisse. Cui eidem sententiæ adstipulatur Fischerus de vitiis lexic. N. T. p. 693. sq. Alexandrinum autem verbum esse apparet ex crebro ejus usu in versione Alex., ut Gen. iv. 23. Job. xxxii. 11. xxxiii. 31. Jes. xliv. 8. Sapient. vi. 2. Sirac. xxx. 18. etc. et in N. T. Act. ii. 14. atque apud alios recentiorum temporum scriptores, ut Theodosium Zygomalam, Jos. Genesium, Greg. Nazianzenum (v. Vorst. l. l.) Cinnamum et Zonaram. v. Fischer. l. l. ἐνωτίσασθαι habet Theophylactus epist. 24. p. 840. T. viii. opp. Meursii et in prima earum, quas Lamius primus e Cod. Medic. addidit, p. 940.

Ἐξολοθρεύειν, inquit Krebsius in lexico N. T. in h. v. "est vox mere Alexandrina:" quam notam Spohnius omittere in nova lexici illius editione non debebat. Quanquam enim a nullo grammatico illud damnatum vidi, tamen reprobandum censeo, partim ob formam, cum saltem ἐξολεθρεύειν dicendum esset, quod tamen in Cod. Alex. sæpissime reperitur, partim ob notionem, cum non tantum pro ὀλλῦναι ponatur, ut 4 Reg. xxiii. 14., sed etiam pro ἐξελαύνειν, ut Gen. xvii. 14. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ γένους αὐτῆς. Exod. xii. 15. ἐξολοθρευθήσεται ἐξ Ἰσραήλ. Lev. xvii. 4. ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. Num. ix. 13. partim quia nusquam sæpius quam in versione Alex. legitur, cujus paucissimos locos attuli, item in libris apocryphis, ut Sapient. xii. 8. 1 Maccab. ii. 40. etc. et in N. T. ut Act. iii. 23. Nam Kypkius T. ii. obss. in N. T. p. 27. attulit quidem locos ex Josepho et e Testamento duodecim patriarcharum. At vero tales quam parum valere possint ad probandum, cuivis facile patet. Quo eodem loco habendus est Schol. Aristoph. Plut. 443. qui habet ἐξολοθρευτικώτερον. Poterat saltem Philonem laudare, l. 2. de legum allegor. T. i. opp. p. 73. 2. ubi est ὀλοθρεύειν, ut apud Schol. Eurip. Hippol. 535. Sic Suidas: ὀλέσκει· ὀλοθρεύει. Etymol. M. p. 622. 37. ὀλλύειν, ὅ ἐστιν ὀλοθρεύειν. Sed nec ὀλοθρεύειν probaverim, cum apud nullum scriptorem idoneum unquam reperiatur, sæpe vero in versione Alex., ut Exod. xii. 23. Num. iv. 18. etc. it. Hebr. xi. 28.

Ἐξυπνισθῆναι οὐ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ ἀφυπνισθῆναι, Phrynich. p. 96. ἀφυπνίζω, καὶ διυπνίζω, οὐκ ἐξυπνίζω, Th. Mag. p. 134. Et recte sic statuisse videntur grammatici, cum ἐξυπνίζειν tantum legatur in versione Alex., ut 3 Reg. iii. 15. Job. xiv. 12. et in libris N. T. Jo. xi. 11.

Ἐρεύγεσθαι et ἐξερεύγεσθαι, quando pro λαλεῖν et similibus verbis ponuntur, nemo negaverit Attica non esse, sed Alex. dialecto tribuenda. Sic Ps. xviii. 2. ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα. cxviii. 171. ἐξερεύξαιντο τὰ χείλη μου ὕμνον. cxliv. 7. μνήμην ἐξερεύξονται. Matth. xiii. 35. ἐρεύξομαι κεκρυμμένα. Etiam de leonibus rugientibus legitur, ut Hos. xi. 10. 1 Macc. iii. 4.

Εὐδοκεῖν Salmasius de hellenistica p. 119. Macedonicum putat, Croius obss. in N. T. c. 34. p. 264. Siculum, aut Arcadicum, aut Alexandrinum, nequaquam vero Atticum. Uterque haud dubie rectius Hieronymo, qui ad Ephes. i. 5. T. ix. opp. p. 163. C. "verbum εὐδοκίαν, inquit,—apud Græcos compositum est ex duobus integris, ἀπὸ τοῦ εὖ καὶ τοῦ δοκεῖν.—Hunc autem sermonem de Hebr. רצה lxx. interpretes transtulerunt, rebus novis nova verba fingentes." Legitur enim apud Diod. Sic. 4. 22. εὐδοκήσας τῇ συνθήκῃ, acquiescens. 11. 47. ὥστε πάσας τὰς πόλεις εὐδοκῆσαι. 17. 47. εὐδοκήσας τῷ ξένῳ. Item apud Polybium sæpissime, neque tantum cum dativo rei, sed etiam cum præpositione ἐν (v. Schweighäuseri lexicon Polyb.), quam structuram Croius p. 265. phrasin Hebræam judicat. Denique in versione Alex. et N. T., ubi inprimis nova videtur constructio cum accusativo rei, ut Lev. xxvi. 41. εὐδοκήσουσι τὰς ἁμαρτίας. Ps. l. 19. εὐδοκήσεις θυσίαν. lxxxiv. 1. εὐδόκησας τὴν γῆν. Hebr. x. 8. ὁλοκαυτώματα οὐκ εὐδόκησας. in quibus et similibus locis significat amare aliquid, voluptatem ex aliqua re capere, velle aliquid. Cf. Fischer. de vitiis lexic. N. T. p. 328—332. Ego enim non nisi pauca monere potui.

Εὐκαιρεῖν οὐδεὶς εἴρηκε τῶν παλαιῶν, Ἕλληνες δέ. Mœris p. 145. εὐκαιρεῖν οὐ λεκτέον, ἀλλ' εὖ σχολῆς ἔχειν. Phrynich. p. 50. σχολὴν ἄγω, καὶ εὖ σχολῆς ἔχω·—τὸ δὲ εὐκαιρεῖν πάντῃ ἀδόκιμον. Th. Mag. p. 829. sq. σχολὴ—ἣν οἱ πολλοὶ ἀκύρως καλοῦσιν εὐκαιρίαν· τὸ δὲ εὐκαιρεῖν, βάρβαρον· ἀντὶ δὲ τοῦ σχολὴν ἄγειν λέγουσιν Ἀττικοὶ σχολάζειν. Etymol. M. p. 740. 52. et Suid. in v. σχολή. Abstinuerunt hoc verbo interpretes Alex., non item scriptores N. T., ubi legitur Marc. vi. 31. Act. xvii. 21. 1 Corinth. xvi. 12., neque Polybius 4. 60. 10. 20. 9. 4. etc. Plutarchus, Philo aliique recentiores. v. Hœschel. ad Phrynich. et Fischer. l. l. p. 695. sq.

Ἤμην, εἰ καὶ εὑρίσκεται παρὰ τοῖς ἀρχαίοις, οὐκ ἐρεῖς, ἀλλ' ἦν ἐγώ. Phrynich. p. 60. Consentit grammaticus quidam in Hortis Adonidis, cujus hæc sunt verba: τὸ ἤμην ἐπὶ τοῦ ὑπῆρχον ἀπηγόρευται. λέγεται δὲ ἦν. χρῶνται δέ τινες τούτῳ τῶν νεωτέρων, οἷον· ἤμην ποτ' ἤμην τῶν σφριγώντων ἐν λόγοις. Item Mœris p. 172. ἦν, Ἀττικῶς· ἤμην, Ἑλληνικῶς. Et Schol. Platon. p. 56. ed. Ruhnken. ἦν ἀντὶ τοῦ ἤμην, Ἀττικῶς. Recte. Nam loci veterum, in quibus ἤμην reperitur, sunt vel corrupti, aut saltem dubii, ut Sophocl. Trachin. 24. ubi Aldus quidem et Steph. ediderunt ἤμην, sed Scholiastes diserte dicit: ἤμην, δασέως. Eurip. Helen. 937. quem versum Etymol. M.

p. 430. 15. ita affert: ἐγὼ δὲ προδότης οὐκ ἤμην τέκνον. Sed hodie in libris Euripidis legitur: ἐγὼ δὲ προδότις οὐκ ἄρ' ἦν φίλων. ubi non ego cum Piersono ad Mœrid. l. l. reponendum putaverim ἤμην pro ἄρ' ἦν. Sophocl. Ajac. 688., ubi si Kusteri ad Suid. T. i. p. 66. correctionem, ἡμῖν pro ἤμην rescribentis, comprobaveris, Triclinii interpretamentis facile carebis. Vel sunt eorum scriptorum, qui orationi vellent ornatum quendam atque dignitatem verbis priscis eorumque formis raris conciliare, (v. Fischer. de vitiis lexic. N. T. p. 683.) raro quidem adhibitis. E quo numero sunt Xenophon Cyrop. 6. 1. 7., ubi formam ἤμην Ruhnkenius ad Memm. 1. 4. 19. Atticæ ἦν præfert, et Lysias p. 287. 4. Satis enim constat, hanc formam antiquissimis temporibus usitatam fuisse, cum dualis ἤστην in Homeri atque Hesiodi carminibus inveniatur. v. Fischer. l. l. Cum vero formam ἤμην dico Alexandrinam, et communem, atque omnibus, etiam vulgo, notam fuisse, præter grammaticorum auctoritatem has habeo causas. Primo enim quam sæpissime extat in versione Alex., ut Nehem. ii. 15. Prov. viii. 30. Dan. viii. 2. Amos. vii. 14. et in N. T. ut Matth. xxv. 35. 36. 43. Marc. xiv. 49. etc. et in Cod. Alex. Act. xxvii. 37. ἤμεθα, quod ipsum Griesbachius et Matthæi pro ἦμεν ediderunt Matth. xxiii. 30. Sæpissime etiam apud alios scriptores recentiores, ut Arrianum (v. Heupel. ad Marc. xiv. 49.), Plutarch. in Convivio sept. sapient. c. 1. apophth. T. viii. opp. p. 86. 101. Lacon. apophth. ibid. p. 210. 216. de Alexandri M. s. virtut. s. fort. orat. i. c. 10. sæpius. de exilio c. 15. Apollon. de syntaxi p. 309. 31., ubi etiam est συνήμην. Antiphilum Byzantium in Brunckii anal. T. ii. p. 169. Automedontem ibid. p. 209. nr. viii. in quibusdam epigrammatibus ἀδεσπότοις ibid. T. iii. p. 232. nr. 387. p. 300. nr. 694. v. 1. et 5. p. 313. nr. 741. p. 316. nr. 752. p. 318. nr. ii. apud Achill. Tat. Erot. 5. 1. Æsop. fab. 207. Deinde grammatici forma ista utuntur ad explicandam formam Atticam, vel Homericam, ut Schol. Aristoph. Plut. 77. τὸ ἦ ἄνευ τοῦ ν ἀντὶ τοῦ ἤμην. Suidas: ἦ—ἀντὶ τοῦ ἤμην. Et in v. βαΰζων· ἦν, ἀντὶ τοῦ ἤμην. Item: παρῆν· παρήμην. ἐνικῶς κατ' Ἀττικούς. Hesych. ἦα· ἤμην. Cf. Phavorin. in v. ἐφάμην.

Θάμνα quid fuerit in plebis sermone, docet Anatolius, Jamblichi magister, in Geoponn. 6. 13. 2. ἡ ἐκ τούτων (np. τῶν στεμφύλων) τρὺξ, ἣν ἐπιχωρίως καλοῦσι θάμναν, οὐκ ἀηδὲς πόμα τοῖς ἀγροίκοις γίνεται. Latine lora vocatur.

Θάτερος et θάτεροι a grammaticis multis damnantur, ut a Thoma Mag. p. 120. sq. ἅτερος, οὐ θάτερος βάρβαρον γὰρ, εἰ καὶ Λυκόφρων, καί τινες ἄλλοι τοῦτο γράφουσιν. ὁ ἕτερος γάρ ἐστι, καὶ κατὰ κρᾶσιν ἅτερος· οὐκ ἔχει οὖν χώραν ἐνταῦθα τὸ θ, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων πτώσεων. ἐκεῖ γὰρ τὸ τοῦ ἄρθρου τ, εἰς θ τρέπεται.—ὡσαύτως καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ ἀτέρα, οὐ θατέρα. Auctor libelli de barbarismo, a Valckenario post Ammonium editi p. 195. κατὰ συναλοιφὴν (np. γίνεται βαρβαρισμὸς), ὡς Μένανδρος λέγει, Ὁ θάτερος μὲν τοῖν δυοῖν Διοσκόροιν· ἀντὶ τοῦ φάναι, ὁ ἕτερος. ἡ γὰρ τοιαύτη συναλοιφὴ γίνεται ἐπὶ οὐδετέρου ἄρθρου, ὅταν αὐτῷ ἐπιφέρηται ὄνομα ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενον· οἷον, τὸ ἕτερον, λέγω θάτερον· ἐπὶ ἀρσενικοῦ δὲ οὐδαμῶς. Eustath. ad Od. η. p. 1573. 60. ἰστέον δὲ ὡς κατὰ τοὺς παλαιοὺς οὐ μόνον ἕτερον καὶ ἕτερα, ἀλλὰ καὶ μετὰ τοῦ θῆτα θάτερον καὶ θάτερα λέγεται τὸ τῶν οὐδετέρων πληθυντικὸν καὶ ἑνικόν. Χρύσιππος δὲ λέγων τὸν θάτερον τῶν Διοσκούρων, ἐσχάτως βαρβαρίζει, ὥς φησι Παυσανίας. Hi igitur omnes barbarismum in forma θάτερος etc. agnoscunt, sed Eustath. ad Od. α. p. 1385. 50. rectius forsan Dorismum. Nam postquam ostendit, Doricum pluralem articuli τοὶ esse a singulari τὸς, qui tamen non esset usitatus, addidit hæc: καὶ δῆλον φασὶν ἐκ τοῦ θάτερος, ὅπερ ἴσόν ἐστι τῷ, ὁ ἅτερος, ἵνα ᾖ, τὸ ἅτερος, ἤγουν ὁ εἷς, εἶτα συναλοιφῇ καὶ ἅμα τροπῇ τοῦ ψιλοῦ εἰς δασὺ, θάτερος. λόγῳ δὲ τοιούτῳ καὶ θηλυκὴ εὐθεῖα, τὴ ἑτέρα ἤγουν ἡ μία. καὶ κατὰ συναλοιφὴν καὶ ὁμοίαν τροπὴν, θατέρα ἡ ἑτέρα Δωρικῶς. In eadem sententia est Schol. Eurip. Hippol. 894. λέγεται καὶ θάτερος, ἀντὶ τοῦ ὁ ἅτερος· καὶ ἅτερος, ὁ ἕτερος, Δωριστί. Fere eadem habet Etymol. M. p. 443. 27., qui tamen lin. 33. θάτερος masculinum simpliciter rejicit, ut Herodianus in Philetæro p. 432. Jam etsi apud Lycophronem v. 590. lectio θάτερος potest incerta videri, quia in cod. Selden. scribitur ἅτερος, et quia v. 1048. ἅτερος est in omnibus libris: tamen cum θάτερος vel a Menandro, cujus orationem non posse puræ Græcitatis exemplum aut normam haberi, sæpe jam vidimus, vel a Chrysippo, qui gente fuit Cilix, e cujus nationis lingua etiam plura in dialectum Alex. venisse jam supra declaravimus, usurpatum fuerit, cumque idem nominativus, θάτερος et θάτεροι, reperiatur apud alios scriptores recentiores, ut Hermogenem de partit. sect. 12. p. 74. ed. Laurent. item Josephum archæol. 16. 4. 3. Clem. Alex. str. 1. p. 274. D. Berytium in Geopon. 14. 20. 2. Dionys. Halicarn. archæol. 1. p. 66. 29. aliosque ab interpretibus Thomæ l. l. nominatos, non video quid mihi opponi possit, formam illam nominativi primo ad Doricam, deinde ad Alexandrinam dialectum referenti. — ἅτεροι ἅτερον ἀποψύχομεν Theophylact. epist. 22. p. 829. extr. T. viii. opp. Meursii.

Θερίστριον, h. e. ἱμάτιον θερινὸν, quod etiam θέριστρον vocatur, a nemine grammaticorum veterum damnatum vidi, sed jure, ut videtur, illud suspectum est Valckenario ad Theocrit. Adoniaz. p. 368. C., qui ab Alexandrinis præsertim id usurpatum, et hinc ad Judæos Græcienses translatum fuisse statuit. Hieronymo quæstt. Hebr. in Gen. xxiv. 65. T. iii. opp. p. 140. G. theristrum est pallium quoddam, genus etiam nunc Arabici vestimenti, quo mulieres provinciæ illius velantur. Similia idem tradit ad Jes. iii. 21. T. V. opp. p. 19. E. Et valde pretiosa hæc pallia fuisse, docet Myrini locus in Brunckii analectt. T. ii. p. 107. nr. ii. τὰς κόκκου βαφθέντα καὶ ὑσγίνοιο θέριστρα. Hæc forma, θέριστρον, extat etiam in versione Alex., Gen. xxiv. 65. xxxviii. 14. Cantic. v. 7. Jes. iii. 21. Sed θερίστριον habent Theocritus idyll. xv. 69. et Aristænetus epist. i. 27.

Ἱέρισσα pro ἱέρεια, partim eodem modo formatum est, quo βασίλισσα, partim non nisi apud recentiores scriptores legitur, qualis est v. c. Epiphanius hæres. 79.

Καλαμαία cum ab antiquioribus adjective positum fuerit, ut a Theocrito idyll. 10. 18., deinde substantive dixit vulgaris consuetudo pro καλάμη. Eustath. ad Iliad. τ. 222. καλεῖ τὴν καλάμην ὁ πολὺς ἄνθρωπος καλαμαίαν, ὡς καὶ ἡ σελήνη, σεληναία λέγεται. Cf. quæ idem ad Od. ξ. p. 1758. 55. de pluribus talibus exposuit, ut μέλισσα μελισσαία etc. Schol. Theocrit. ad idyll. i. 52. δι' ἀνθερίκων, ἀντὶ τοῦ διὰ καλάμης, ἣν οἱ κοινοὶ καλαμαίαν φασί.

Καμμύειν pro καταμύειν Phrynichus p. 150. ait pessime dixisse Alexidem. Jam Alexidem quidem, utpote poetam, hac forma contracta recte uti potuisse, dudum ostendit Spanhem. ad Callimach. h. in Dian. 95. et eadem licentia Antiphanes usus est apud Athen. 10. p. 446. A. Sed in eo tamen vera præcepisse Phrynichum puto, quod barbariem esse judicavit, si quis in istius formæ usu poetas ita imitaretur, ut eam etiam in oratione pedestri poneret, quod factum videmus ab Alexandrinis Judæis Jes. vi. 10. xxix. 10. xxxiii. 15. Thren. iii. 44., a Philone, cujus locum habet Alberti obss. philolog. in N. T. p. 97., a Matthæo xiii. 15., a Luca Act. xxviii. 27. et Hierocle Facet. 10. Nam primo forma illa fuit Dorica vel Æolica (v. Maittaire p. 334. sq.), qua boni scriptores extra poesin nunquam usi sunt. Certe Xenophon Cyneget. 5. 11. scripsit καταμύειν. qualia exempla plura collegit Alberti l. l. Quin poetæ quoque, v. c. Hedylus apud Athen. 8. p. 345. A. quanquam alias non omnino puritatis studiosus, formam contractam, quantum potuit, fugerunt. Deinde grammatici veteres, ut Hesych. Suid. Phavorinus, verbo καμμύειν, tanquam vulgari et omnibus noto, explicarunt verbum simplex. Unde etiam apud Xenoph. Cyrop. 8. 3. 12. pro μύων in Codice Altorfino extat καμμύων. Pauca præter hæc, quæ dudum scripseram, annotavit Fischer. de vitiis lexic. N. T. p. 679.

Κάρταλλος, corbis, vel cavea, i. q. κλωβὸς, vix usquam legitur nisi in versione Alex., ut Deut. xxvi. 2. 4. 4 Reg. x. 7. Sirac. xi. 30. v. omnino interpp. Hesychii in v. κάρταλον, et Biel.

Κατάνδρα, enumeratio viritim facta, series hominum, extat in Charta Borg. 1. 1.

Καταπορεύεσθαι pro κατέρχεσθαι, ex exilio redire in patriam, in Inscript. Roset. lin. 19. sq. sic legitur, ut synonymum sit hujus ipsius verbi κατέρχεσθαι, prorsus ut 2 Maccab. xi. 29. 30. Similiter apud Polyb. iv. 17. xxiii. 2. xxix. 8. et sæpius. v. Villoison seconde lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette; in Millini Magasin encyclopéd. No. 6. An xi. p. 199. et 200.

Καταχωρίζειν, transcribere, in album referre, enregistrer. Esth. ii. 23. καταχωρίσαι (all. per glossema legunt καταγράψαι) εἰς μνημόσυνον. 1 Paral. xxvii. 24. οὐ κατεχωρίσθη ὁ ἀριθμὸς ἐν βιβλίῳ. 3 Macc. ii. 29. καταχωρίσαι

εἰς τὴν προσυνεσταλμένην αὐθεντίαν. ubi Grotius explicat: Relatos in matriculam—in album proprium referri, seorsim ab illis qui accensebantur. Strabo 1. p. 16. B. Ὅμηρον καταχωρίσαι εἰς τὴν ποίησιν, carminibus suis inseruisse. Ita et Casaubonus emendaverat vitiosum καταχωρῆσαι, et exhibet Codex Vaticanus. Decretum civitatum Hermion. et Asin. in Gorii inscriptt. Donian. class. iv. Florent. 1731. fol. p. 137. lin. 23, 24. τοὺς δὲ νομογράφους καταχωρίσαι τοῦτο δόγμα. Pro quo lin. 27. 28. est ἀναγράψαι δόγμα. Hæc fere omnia debeo diligentiæ Villoisoni. v. ejus troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette; in Millini Mag. encyclop. No. 7. an xi. p. 318. sq. Nam etiam in Inscriptione ista sic legitur lin. 51.

Κάττα et κάττος. Evagrius 6. 24. αἴλουρον, ἣν κάτταν ἡ συνήθεια λέγει. Schol. Callimach. h. in Cer. 111. τὰν αἴλουρον· τὸν ἰδιωτικῶς λεγόμενον κάττον. Quæ cum conveniant cum Latinis catta et cattus s. catus, non huc retulissem, nisi vidissem dubitari posse, annon hæc relicta essent ex antiquissima Hellenum lingua. v. Serv. ad Virg. Æn. i. 423. et Donat. ad Terent. Andr. 5. 2. 14. Cf. infra σκήλυγξ.

Κλίβανος, v. κρίβανος.

Κολίανδρον quid sit, et cur recte huc referendum videatur, apparet ex his Schol. Aristoph. ad Equit. 673. verbis: κορίαννον, εἶδος βοτάνης, τὸ νῦν κολίανδρον. Fluxit hoc haud dubie e dialecto Dorica, ut mox in v. κρίβανος patebit. Legitur autem κολίανδρον in Geoponicis 12. 1. 2. et ex Apsyrto ibid. 16. 4. 5. Simonem Sethi addidit Niclas.

Κονίειν sive κονίζειν, ubi simpliciter pro χρίειν dictum fuit, non tulit Gr. linguæ puritas. Schol. Theocrit. ad idyll. i. 27. κεκλυσμένον, ἤγουν λελουμένον, κεχρισμένον, ὃ κεκονισμένον οἱ κοινοὶ φασιν. Deinde ad v. 30. ubi poeta κεκονισμένος dixit, adscripsit hæc: ἐνταῦθα τὸ κεκονισμένος ἴσως ἀντὶ τοῦ κεχρισμένος ἁπλῶς.

Κράββατος pro σκίμπους, uno fere ore improbandum judicatur a grammaticis, ut a Phrynicho p. 20. Th. Mag. p. 799. Phavorino in v. λέχος, Eustathio ad Od. ψ. p. 1944. 19. etiam Polluce 10. 35. Cf. Schol. Aristoph. ad Nub. 253. Neque ego dubito, quin Salmasius de hellenist. p. 65. recte illud pro Macedonico habuerit. Quanquam enim, quod ego quidem sciam, non legitur in versione Alex., tamen præter Critonem et Rhinthonem, quos Pollux l. l. ejus auctores laudavit, scriptores tantum recentiores eo usi sunt. Et Kypkius quidem obss. in N.T. Vol. i. p. 154. unum modo locum ex Arriani dissertt. Epictet. attulit. Addo Scholiasten Euripidis, qui ad Hippol. 977. ter posuit hoc vocabulum, et libros N. T. in quibus plus semel legitur, ut Marc. ii. 9. qui locus cum Triphyllio, Ledrensium episcopo, laudandus pro concione esset, pro κράββατον dixisse narratur σκίμποδα. v. Sozomen. hist. eccl. 1. 11. Atque hoc idem in eodem Marci loco laudando fecisse deprehenditur Clemens Alex. pædag. 1. 2. p. 81. B. Unde vocabuli vilitas patere potest cuique. Alios auctores habet du Fresne in glossario med. et inf. Græcitatis. Præterea Hesychius nomine κράββατος interpretatur nomina κλίνη, et κλινίδιον, et σκίμπους, et χάλανδρος. Sic idem habet: λέκτρα· κραββάτια. Et Suidas: κλίνη (potius κλινίδιον)· τὸ κραββάτιον. it. σκίμπους· κράβατος. Ceterum Kuhnius ad Poll. l. l. nomen κράββατος ex Hebr. קרב derivat.

Κρίβανος dicendum est, auctoribus Th. Mag. p. 554. et Phrynicho p. 76. non κλίβανος. Scilicet non plane rejici debet hæc altera forma, sed non Attica putari: id quod docemur per hæc Athenæi 3. p. 110. C. verba: οἶδα δὲ ὅτι Ἀττικοὶ μὲν διὰ τοῦ ρ στοιχείου λέγουσι καὶ κρίβανον καὶ κριβανίτην· Ἡρόδοτος δ' ἐν δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν (c. 92.) ἔφη, κλιβάνῳ διαφανεῖ. καὶ ὁ Σώφρων δὲ ἔφη, τίς σταιτίνας, ἢ κλιβανίτας, ἡμιάρτια πέσσει; Eadem forma vocabuli per λ, etiam a Sopatro adhibita legitur apud eundem Athenæum 14. p. 656. F. et a Strabone 16. p. 754. A. item Gen. xv. 17. Levit. ii. 4. xxvi. 26. et sæpius, et Matth. vi. 30. et κλιβανίτης ἄρτος apud Florentinum in Geopon. 2. 33. 5. 2. 47. 10. Alia recentiorum testimonia habet du Fresne l. l. Nimirum etiam hæc forma ad Alexandrinos migravit a Doriensibus: id quod partim ex Athenæi verbis supra positis intelligitur, partim manifestum est ex Etymol. M. p. 538. 19. οἱ Δωριεῖς κλίβανον λέγουσι. Quam vulgare autem hoc et omnibus notum fuerit, recte colligas inde, quod Hesychius nomine κλίβανος utitur ad nomina ἰπνὸς et πνιγεὺς interpretanda, et quod quatuor codices Diodori Siculi 2. 49. κλιβάνων pro κριβάνων exhibent.

Λαγωὸς rejicitur a Phrynicho p. 78. qui, λαγὼς, inquit, ὁ Ἀττικὸς, διὰ δὲ τοῦ Ο ὁ Ἴων. τὸ λαγωὸς δὲ οὐκ ἔστιν. Jam quanquam hæc forma non improbari videtur ab Athenæo 9. p. 400. C. τὸ λαγωὸν, (sp. apud Hom. Il. χ. 310.) εἰ μὲν ἐστὶν Ἰωνικὸν, πλεονάζει τὸ ω· εἰ δ' Ἀττικὸν, τὸ ο. quæ verba paululum mutata repetit Eustath. ad Od. ε. p. 1534. 19. et ρ. p. 1821. 23. et Phavorinus: tamen ego cum Phrynicho facio. Nam λαγωὸς in nullo scriptore idoneo reperitur, quanquam illud per librariorum inscitiam in duo Xenophontis locos irrepsisse in Lexico Xenoph. docui, sæpe vero in recentioribus ac minus pura Græcitate usis, ut Callimacho h. in Dian. 95. et 155. et epigr. 33. 1. Antiphilo in Brunckii anal. T. ii. p. 175. nr. xxiii. Isidoro Ægeata ibid. p. 473. nr. i. v. 3. et 6. in ἀδεσπότοις epigrammatibus multis, ut T. iii. p. 144. nr. xi. p. 239. nr. cccxvii. p. 288. nr. DCXLVII. Plutarcho Lacon. apophth. T. viii. ed. Hutten. p. 200. 228. Hermete apud Stobæum eclog. phys. c. 52. p. 1074. Schol. Nicandr. ad theriaca p. 22. 33. et ad alexipharmaca p. 54. 64. 69. Didymo in Geopon. xiii. 14. 9. Liceat hic obiter notare Leonidæ Tarentini in Brunckii anal. T. i. inconstantiam. Nam p. 223. nr. xii. dixit λαγωοβόλον, p. 224. nr. xvii. λαγόθηρα, et p. 228. nr. xxxi. τὰ λαγωβόλα: quæ varietas fortassis metri necessitati tribuenda videatur. In versione Alex. extat λαγωὸς, et quidem in cod. Alex., Ps. ciii. 18. Atque hanc veram esse Judæorum Alexandrinorum versionem, diserte docuit Hieronymus in epistola ad Suniam et Fretelam, T. iii. opp. p. 61. H. Omnino de hujus nominis scriptura v. Oudendorp. ad Th. Mag. p. 564. Ceterum si genuina est lectio in Cyrilli Lexico MS. a Bernardo ibidem allato: τὸ δὲ λαγωὸς Λακώνων ἐστὶν, hoc ipsum reponendum putem in Phrynicho pro τὸ λαγωὸς δὲ οὐκ ἔστιν, et rursus appareat, formæ istius fontem esse Doricam dialectum.

Λουτρὼν et

Λυτρὼν, pro ἀπόπατος sive κοπρὼν, barbara a Suida vocari jam in v. ἀφεδρὼν vidimus. Legitur 4 Reg. x. 27. in Cod. Vatic. λυτρῶνα, in Cod. Alex. λυτρῶνας, in Ald. λουτρῶνα, in Complut. κοπρῶνα. In glossis ad h. l. exponitur per ἀφεδρῶνα. Alias λουτρὼν est balneum.

Μαγειρεῖον damnant Phrynichus p. 120. et Th. Mag. p. 591. Quibuscum si contuleris locum Poll. 6. 13. ubi μαγειρεῖον et ὀπτανεῖον tanquam synonyma sine ulla nota ponuntur, videri possint male egisse Atticistæ. At haud dubie vera præceperunt. Nam ea tantum notione, qua ipsam culinam significat, rejectum ab iis arbitror istud vocabulum: quare nec locus Pollucis, ubi paulo diligentius consideraveris, ad eos confutandos referri potest, quippe cujus hæc mens est, pro μαγειρεῖον dicendum esse ὀπτανεῖον, id quod satis docet alius Pollucis locus 1. 80. ὀπτανεῖον τὸ μαγειρεῖον ἐρεῖς. Athenis enim μαγειρεῖον significavit locum quendam, unde coqui conducebantur, forum coquinum. v. Poll. 9. 48. Sic nec Theophrasti locum (charact. 6. 4.) puto recte opponi Atticismi magistris posse, quia Theophrastus ipse in idoneis puræ Græcitatis auctoribus haberi nequit, et quia vix dubium esse potest, quin ibi significentur popinæ, h. e. loca in quibus cocta venduntur, non loca ubi coquuntur opsonia. Philoni autem, apud quem et ipsum culinæ notione subjecta legi docuit ad Thomam Sallierius, facile inhærere potuisse apparet ex assidua versionis Alex. lectione, in qua sic legitur μαγειρεῖον Ezech. xlvi. 23. Præterea multi grammatici eo interpretati reperiuntur vocabula Attica, ut Schol. Aristoph. Plut. 816. Harpocration, Suid. et Hesych. nomen ἰπνὸς, Schol. Aristoph. Equit. 1030. Pac. 891. Etymol. M. p. 629. 8. Suid. et Hesych. nomen ὀπτάνιον sive ὀπτανεῖον, Hesychius nomina ποίρδαιον, πύρδαλον et πυροδαίσιον, quorum primum ille dicit Laconicum esse.

Μαγείρισσα, quod 1 Reg. viii. 13. reperitur, huc retuli, quia eodem modo formatum est, quo διακόνισσα.

Μανδύας sive

Μανδύη, quod Hesychio aliisque est εἶδος ἱματίου Περσῶν πολεμικὸν, jam a Sopingio ad Hesych. in v. βιῤῥὸξ vocatur vox Macedonica. Neque video, quid huic sententiæ possit opponi. Nam supra sæpissime vidimus vocabula Persica in dialectum Maced. et Alex. migrasse, et sæpe nomen, de quo agimus, legitur in versione Alex., ut Jud. iii. 16. 1 Reg. xvii. 38. 39., ubi

Complut. habet *θώρακος* pro *μανδύον*. 2 Reg. x. 4. aliisque post Alexandrum M. scriptoribus, ut Dione Cassio 67. 8. 71. 35. 72. 21. Artemidoro 2, 3. nunquam vero in antiquis. v. omnino interpp. Hesychii, it. Reiff. ad Artemidor. l. l. et Biel in novo thesauro philolog. et quos laudant, inprimis du Fresne Glossar. med. et inf. Græcitatis.

Μανιάκης pro *στρεπτὸς*, sive a Dorico *μάνος* s. *μάννος* (v. Poll. 5. 99.), sive a Latino manus derivandum censeas, sive cum Polybio 2. 31. a Gallis repetendum ducas, sive cum Bocharto P. ii. Geogr. sacr. 1. 42. e Chaldaico מניכא ortum, certe novum est vocabulum et Alex. dialecto vindicandum. Legitur enim non nisi apud recentiores, ut Polyb. 2. 29. et 31. interpretes Alexandrinos, ut Dan. v. 7. 16. 29. it. 3 Esr. iii. 6. Plutarch. in Cimone c. 9., ubi tamen memorat *ψέλλια χρυσᾶ, καὶ μανιάκας, καὶ στρεπτοὺς*, ita ut hæc ultima vel grammatici alicujus glossema, vel ipsius Plutarchi interpretamentum videri possint. Utuntur eodem nomine grammatici ad explicanda vocabula Gr., ut Hesych. *μηνίσκοι — μανιάκια, περιδέραια*. it. *ὁρμίσκοι·—μανιάκης, ἢ περιδέραια*. it. *κλοιός·—κολλάριον, ἤτοι μανιάκης*. Schol. Theocrit. idyll. 11. 40. *μάννος δέ ἐστιν ὁ περιτραχήλιος κόσμος, τὸ λεγόμενον μαννάκιον*. Hoc *μαννάκιον* vix apud alium quenquam reperias, et fortassis mutandum putes in *μανιάκιον*, quod etiam Phavorinus habet, et exponit *τὸ τοῦ ἱματίου περιστόμιον*. Cf. Scheffer. de antiquorum torquibus, cum notis Jo. Nicolai, Hamb. 1707. 8. p. 22—24.

Μεγιστᾶνες, proceres. Phrynichus p. 84. testatur, Antiochum Sophistam hoc vocabulo usum esse, secutum fortassis ea in re Menandrum, dici vero debere *μέγα δυνάμενοι*. Th. Mag. p. 602. *μεγιστᾶνες, ἀδόκιμον. σὺ οὖν μέγα δυνάμενοι λέγε*. Salmasius de hellenistica p. 104. illud ait Macedonicum esse, propterea quod non habeat analogiam aut terminationem Gr., certe non exemplum suppetere ostendit vocabuli sic Græce formati. At vir summus, nisi putandus est de solo superlativo dixisse, quod diserte Pauw ad Phrynichum fecit, haud dubie humanum quid passus est. Neque enim desunt talis formæ exempla. Sic Etymol. M. p. 599. 14. et Phavorinus in v. *νεανίας· παρὰ τὸ νέος γίνεται νεὰν, ὡς μέγιστος μεγιστάν*. Et Stephanus Byzant. in v. *Αἰνία· τὸ ἐθνικὸν Αἰνιὰν,—ὡς μέγιστος μεγιστάν*. Quæ ipsa et plura habet Eustath. ad Il. *β*. p. 335. 14. Sic recte et bene dicitur *Ἀκαρνὰν, Ἀλκμὰν* (v. Suid. in v. *νεᾶνις*) et similia. Huc etiam refero, quæ Apollonius Dyscolus in grammatica sua scripsit (v. Vossii ex ea excerpta ad calcem libri Maittairiani de Gr. linguæ dialectis p. 571.): *ἔστιν οὖν τρισμέγιστος, καὶ παρὰ τοῦτο μεγιστὰν, ξυνός τε καὶ ξυνάν. ἔφαμεν δὲ ἐν ἑτέροις καὶ παρὰ τὸ νέος, νεὰν,—ἀφ' οὗ τὸ νεανίσκος καὶ νεανίας. καὶ παρὰ τὸ ἔτης οὖν γενήσεται τὸ ἐτὰν* etc. Ita ego quidem legendum putabam. v. quæ ibi notavi. Cf. Etymol. M. p. 825. 13. ubi scribitur *ἐτᾶν* et *μεγιστᾶν*, item Phavorin. in v. *ὠτὰν*, qui, ut Suidas in v. *ὦ τὰν*, quem exscripsit, vocativum nominis *ἔτης* dici docet *ἔτα*, et Dorice *ἔταν*. Quamvis autem ob eam causam, quam Salmasius attulit, negem hoc nomen posse Macedonicum appellari, tamen illud ad dialectum Macedonicam vel Alexandrinam referre ideo non dubito, quia et a recentioribus tantum scriptoribus, ut Artemidoro 1. 2. 3. 9. et 13. Anonymo apud Etymol. M. p. 311. 28. Josepho archæol. 11. 3. 2. 20. 2. 3. et de vita sua §. 23. et 31. Tzetza chill. 3. 424. aliisque ab Alberto ad Hesych. laudatis, etiam Latinis, quorum locos Brissonius de regio Persarum principatu 1. 209. et Freinshemius ad Curt. 5. 13. 3. collegerunt, et ab Alex. interpretibus, ut 2 Paral. xxxvi. 18. et a scriptoribus N. T. ut Marc. vi. 21. ubi Heupelius conferendus est, adhibitum reperitur. Scilicet proprie quidem indicasse videtur proceres et primores Persarum. Jam vero vocabula Gr. multa ex Oriente petita esse, inprimis post Alexandri M. tempora, satis constat. Ut enim taceam vocabula notissima, *ἀγγαρεύειν, γάζα, μάγος, παράδεισος*, et alia, afferendum putavi aliud ejus generis minus notum, verbis Eustathii ad Od. *α*. p. 1403. 40. *ἐκ τοῦ αὐτοῦ ῥήματος* (*ἔδειν*), *καὶ ὁ παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ ἐδέατρος. περὶ οὗ λέγει ἐκεῖνος, ὅτι τὸ μὲν ὄνομα, Ἑλληνικόν· ἡ δὲ χρεία, Περσική. ἦν δὲ, φησὶ, προγεύστης, προεσθίων τοῦ βασιλέως, εἰς ἀσφάλειαν. ὕστερον δὲ ἐνομίσθη, ἐδέατρον καλεῖν τὸν ἐπιστάτην τῆς ὅλης διακονίας καὶ παρασκευῆς*. Cf. Athen. 4. p. 171. B. ibique Schweighäuser. vol. ii. animadvv. p. 611. sq. et Etymol. M. p. 315. 37. Eodem igitur modo nomen *μεγιστᾶνες* arbitror recte dici Gr. quidem vocabulum esse, si terminationem et formam spectes, sed recens inventum ad designandam notionem aliquam peregrinam, ac semel in dialectum Maced. et Alex. receptum, sensim de aliis quoque, præter Persicos, magnatibus dici solere.

Μέλεσθαι cum dativo rei, pro studere, operam dare, vix dubito quin recte huc referatur. Forma enim verbi est antiquissima, sed hic ejus usus recens. Sic in Orphicis argonaut. 379. *δικάσπολίῃ μέλεται καὶ ἀκεύμασι*. Dionys. perieg. 1045. *νηπίαχοι τόξοισι καὶ ἱπποσύνῃσι μέλονται*.

Μεσάζειν, a nemine damnatum, tamen in nullo scriptore idoneo inveni. Extat sæpissime apud recentiores, ut Diod. Sic. 1. 32. *πᾶς ὁ μεσάζων τόπος*. ubi alii legunt *νησίζων*. Apollonium Alexandrinum de syntaxi p. 267. 14. Eustath. ad Od. *α*. p. 1389. 38. *ὁ μῦθος περί που τὴν Δελφικὴν χώραν λέγει μεσάζεσθαι*. p. 1390. 9. *ὁ ὀμφαλὸς μεσάζει τὰ ζῶα*. Schol. Eurip. Med. 60. *οὐ μόνον οὐ λήγει, ἀλλ' οὐδὲ μεσάζει*. Phavorin. et Etymol. ineditum apud Bielium in novo thesauro philolog. in v. *μεσίτης*, et Sapient. 18. 14. Locos Byzantinorum scriptorum, qui huic verbo etiam aliam notionem subjecerunt, magno numero collegit du Fresne in Glossario mediæ et infimæ Græcitatis.

Μεσοπορεῖν ut Menandri verbum rejicit Phrynichus p. 182. Ex illius igitur comœdiis transiisse videtur in linguam vulgarem. Præter Siracidem enim 34. 21., ubi Lamb. Bos male servavit *μεσοπωρῶν* pro *μεσοπορῶν*, utuntur eo Diod. Sic. 18. 34. Appianus bell. civ. 2. 88. Theophrastus charact. 25. 1., ubi pro *μεσοπορεῖ* Reiskio rescribendum videbatur *χερσοπορεῖ*.

Μετένταλμα quid significet, patet e verbis Imp. Zenonis, in Cod. Justin. l. 2. tit. 13. l. 27., ubi sæpe legitur, semel autem explicatur per translationem mandati. Eandem legem Græce e Basilicis posuit et interpretatus est Cujacius Obss. 13. 5.

Μετριάζειν auctore Phrynicho p. 188. apud veteres et bonos scriptores significabat *τὸ τὰ συμβαίνοντα μετρίως φέρειν*, sed Menander dixit pro *ἀσθενεῖν*: quam ipsam notam lexico suo inseruit Phavorinus. Vera autem Phrynichum præcepisse, cum hoc verbum, ubi pro ægrotare dictum reperitur, improbaret, manifestum est. Nunquam enim sic legitur, nisi in versione Alex., Nehem. ii. 2., ubi pro *μετριάζων* in edit. Complut. est *ἀρρωστῶν*, atque apud alios scriptores recentiores, qualis est auctor carminis de effectis plantarum, Deo alicui sacrarum, quod extat in Fabricii bibl. Gr. vol. ii. p. 630—660. edit. 1., in quo *μετριάζοντες* statim v. 3. sunt ægroti. v. ibi Fabric. p. 632. sq. qui de omnibus verbi notionibus dilucide exposuit.

Μήποτε sæpissime apud scholiastas aliosque veterum scriptorum interpretes, ubi ostendere volunt, locum aliquem etiam aliter posse explicari, sic legitur, ut fere idem sit quod *ἴσως*, fortasse. Exempla ubique sunt obvia. Quare pauca attuli. Et primum quidem, quod Ægyptiorum codicum reliquiæ Venetiis in bibl. Naniana asservatæ, et ab Jo. Aloys. Mingarellio Bononiæ 1785. fol. editæ, p. xcvi. suppeditant, ideo quia hic liber partim in paucorum nostratium manibus est, partim usum istum Ægyptiis atque adeo Alexandrinis frequentatum fuisse declarat, quanquam ibi de re grammatica non agitur. Mingarellius p. c. notavit, particulam *μήποτε* ab Origene, Didymo, aliisque accipi pro fortasse. Sic Athen. 1. p. 11. E. *ἄριστον μέν ἐστι, τὸ ὑπὸ τὴν ἕω λαμβανόμενον· δεῖπνον δὲ, τὸ μεσημβρινὸν—μήποτε δὲ καὶ συνωνυμεῖ τὸ ἄριστον τῷ δείπνῳ*. v. Casaub. ad h. l. et Schweighäuser. t. i. animadvv. p. 107. sq. Idem Athenæus 13. p. 586. E. *μήποτε δὲ δεῖ γράφειν ἀντὶ τῆς Ἀνθείας, Ἄντειαν*. Eustath. ad Od. *η*. p. 1571. 15. In versione Alex. similiter est Gen. xxiv. 5. *μήποτε οὐ βούληται*. ubi Cod. Alex. *βούλεται*. l. 15. *μήποτε μνησικακήσῃ*. ubi all. *μνησικακήσει*. Jud. iii. 24. aliisque in locis. Et in libris N. T. Matth. xxv. 9. etc. Item apud M. Antoninum Imp. 4. 24. et Theophylactum, Bulgariæ episcopum, in epistt. p. 937. t. viii. opp. Meursii.

Μιλιᾶν, columnis miliaribus distinguere viam. Ita bene explicatur in Glossario Polyb., additis tribus Polybii locis 34. 11. 8. 3. 39. 8. 34. 12. 3. Quare Strabo 6. p. 285. A. *Πολύβιος*, inquit, *ἀπὸ τῆς Ἰαπυγίας μεμιλιᾶσθαί φησι*. Idem p. 266. A. *τὰ διαστήματα* dicit *διῃρημένα μιλιασμῷ*. Patet autem, hæc et nomen *μίλιον*, quo sæpissime Strabo aliique recentiores utuntur, origine esse Latina.

Νοσσὸς et *νοσσίον* Phrynichus p. 88. *ἀδόκιμα* vocat, et

pro iis dici jubet νεοττὸς ac νεοττίον. Quod ejus præceptum, si ex usu scriptorum judicare licet, ita verum putandum est, ut etiam apud Th. Mag. p. 626. pro νεοσσὸς et νεοσσίον et νεοσσία, quibus ille uti vetat elegantiæ studiosos, e codd. Leidensibus reponendum sit νοσσὸς et νοσσίον et νοσσιὰ, etiam Fischero judice de vitiis lexic. N. T. p. 677. Etsi enim non nego, νοσσάδας ὄρνεις legi in Stesichori vel Ibyci fragmentis (v. Alberti l. l. ad Matth. xxiii. 37.), quibus addi potest Panyasis apud Athenæum 4. p. 172. D. ubi illi quoque memorantur: tamen hi neque gente, neque dictione Attici fuerunt. Eadem est Herodoti ratio, apud quem 1. 159. legitur νενοσσευμένα. Accedit quod νοσσοὶ et νοσσιὰ extant Levit. xii. 8. Deut. xxii. 6. xxxii. 11. νοσσιὰ Luc. xiii. 34. Ps. lxxxiii. 3. τὰ νοσσία Ps. lxxxiii. 3. Matth. xxiii. 37. ἐνόσσευσαν Ezech. xxxi. 6. et quod etiam alii recentiores usi reperiuntur forma horum nominum improbata, ut Archias in Brunckii analect. t. ii. p. 99. n. xxvi. habet νοσσοτροφεῖν, Antipater Thessalonicensis ibid. p. 117. n. xxxii. νοσσὶς, Josephus archæol. 5. 8. 6. νενοσσευκότων, et Scholia ad Nicandri theriaca p. 22. ἡ νοσσιά. Ceterum, ne quid dissimulem, Ammonius in v. φωλεὸς, p. 145. præcepit hæc; ἐπὶ τῶν ὀρνέων, (ῥητέον) τὸ νοσσεύειν. ὁ γοῦν λέγων νοσσιὰν τῶν τέκνων, ἀκυρολογεῖ. τέκνα μὲν γὰρ, ἀνθρώπων· νοσσοὶ δ' ὀρνίθων. Fortassis grammaticus tangere voluit Platonem l. 8. de rep. t. ii. opp. p. 548. A. ubi νεοττιὰς de cubiculis liberorum positas videmus, et fortassis ille in codice suo invenerat νοσσιάς.

Νυχθήμερον, præter Paulum 2 Cor. xi. 25. legitur tantum in libris recentiorum, e quibus lexicographi Procli et Alexandri Aphrodisiensis verba posuerunt. Addo locos Geoponicorum, ut 5. 8. 8. et 12. 19. 18. e Quintiliis, 9. 23. 6. e Tarentino.

Ὀπτάνια ex more Alexandrinorum de cremiis vel sarmentis ad assandum igni injectis usurpatum videri a Manethone apud Joseph. contra Apion. 1. 26. fere extr. ostendit Hemsterhusius ad Th. Mag. p. 592.

Ὀρθρινὸς, inquit Phrynichus p. 16. οὐκ, ἀλλ' ὄρθριος. Et Thomas p. 656. ὄρθριος, οὐκ ὀρθρινός. Habent autem ὀρθρινὸς Posidippus apud Athen. 13. p. 596. D. Antipater Sidonius in Brunckii analect. t. ii. p. 12. n. xxvi. Meleager ibid. t. i. p. 22. n. lxxiii. p. 26. n. xci. p. 32. n. cxii. Phædimus ibid. t. i. p. 262. n. iv. Interpretes Alexandrini Hos. vi. 5. Cf. Sapient. xi. 22. et Apoc. xxii. 16. Ex horum scriptorum usu dijudicari jam poterit præcepti grammaticorum veritas.

Ὄφελον, quod ab Homero aliisque antiquis scriptoribus tanquam verbum ponitur, a recentioribus dicitur pro adverbio, ita ut idem sit quod εἴθε. Atque sic construitur semper cum optativo, vel cum præterito, auctoribus Schol. Sophocl. ad Ajac. 1211. et Th. Mag. p. 665. Cum optativo legitur Ps. cxviii. 5. cum indicativo autem præteriti in Aquilæ versione Job. xvi. 4. it. 1 Corinth. iv. 8. 2 Corinth. xi. 1. Eodem modo Callimachum (epigr. 18. 1.) ὤφελε pro adverbio dixisse, notarunt jam veteres grammatici, ut Etymol. M. p. 643. 45. Cum indicativo futuri est ὄφελον Galat. v. 12. v. omnino Pierson. ad Mœr. p. 286. et Fischer. ad Weller. grammat. Gr. Spec. III. P. i. p. 148.

Ὀψινὸς, inquit Phrynichus p. 16. ὁμοίως τῷ ὀρθρινὸς τοῦτο ἁμάρτημα. χρὴ οὖν ἄνευ τοῦ ν λέγειν ὄψιος, ὡς ὄρθριος. Th. Mag. p. 668. ὄψιος, οὐκ ὀψινός. Sane ὀψινὸς non reperi nisi apud hominem Alexandrinum, Apollonium Dyscolum de syntaxi p. 189. 29. et p. 190. 5.

Ὀψώνιον et ὀψωνιασμὸς, de stipendio militari, annumerat Phrynichus p. 184. adulterinis illis, quibus Menander usus sit, vocabulis. Et profecto hic eorum usus vix aliorum quam seriorum scriptorum auctoritate sustentari poterit. Certe Seberus ad Pollucem 6. 38. ubi hæc leguntur: παμπόνηρον Μενάνδρου ὁ ὀψωνιασμὸς, hujus vocabuli non potuit alia exempla afferre, nisi e Polybio, qui etiam 23. 8. 4. habet verbum ὀψωνιάζεσθαι, et Dionysio Halicarnass. Ὀψώνια autem de stipendiis leguntur non solum apud eundem Polybium 1. 67. 1. etc. sed etiam 1 Macc. iii. 28. xiv. 32. 3 Esr. iv. 56. Luc. iii. 14. 1 Cor. ix. 7. quibus addendi sunt, quos du Fresne laudavit.

Πάντοτε μὴ λέγε, inquit Phrynichus p. 38. ἀλλ' ἑκάστοτε καὶ διαπαντός. Et Th. Mag. p. 678. πάντοτε οὐδεὶς τῶν Ἀττικῶν, ἑκάστοτε δέ. Consentiunt Mœris p. 319. et Suidas in v. ἑκάστοτε. Jam etsi Trillerus ad istum Thomæ locum affert Herodiani, Plutarchi, Athenæi auctoritates, quibus adverbii πάντοτε probitatem demonstret: tamen ille de vanitate grammaticorum persuadere mihi non magis potuit, quam Kypkius, qui Obss. in N. T. t. i. p. 303. collegit locos ex Achille Tatio, Dionysio Halicarn. Josepho, et Diogene Laertio. Primo enim hi scriptores omnes sunt ætatis recentioris, quales cum addere permultos possem, saltem paucos nominandos putavi, ut Lucillium in Brunckii anal. t. ii. p. 331. n. lxxi. p. 341. n. cxiv. Lucianum ibid. p. 313. n. xxvii. Marinum ibid. p. 446. Leonidam Tarentinum ibid. t. i. p. 231. n. xliv. p. 232. n. xlvi. Poetas anonymos ibid. t. iii. p. 24. n. xxxi. p. 306. n. DCCXVI. Schol. Apollon. 1. 855. 1351. 2. 276. 3. 40. 4. 57. Schol. Eurip. ad Hecub. 1257. et ad Hippolyt. 73. Deinde sæpissime πάντοτε extat in scriptorum Ægyptiorum libris, ut Ptolemæi tetrabiblo p. 46. 48. 58. 102. 104. 129. 132. 174. Clementis Alexandrini pædagog. 2. 10. p. 194. C. 3. 5. p. 232. B. str. 2. p. 421. A. 5. p. 590. B. 6. p. 693. B. 7. p. 702. B. p. 729. D. p. 732. A. p. 746. B. Palladæ Alexandrini in Brunckii anal. t. ii. p. 408. n. x. p. 431. n. cxvii. Apollonii de syntaxi p. 28. 4. p. 43. 30. p. 130. 20. p. 143. 17. p. 153. 2. p. 173. 2. p. 316. 8. p. 326. 2. qui idem sæpe habet ἀπάντοτε, ut p. 142. 9. p. 152. 28. p. 160. 24. p. 161. 4. p. 164. 4. p. 189. 18. p. 199. 26. p. 215. 25. p. 237. 27. p. 258. 6. p. 260. 17. p. 268. 25. 30. p. 331. 19. Quo etiam referendi sunt scriptores N. T. ut Matth. xxvi. 11. Marc. xiv. 7. Luc. xv. 31. etc. In versione V. T. Alex. πάντοτε non reperi, sed nec ἑκάστοτε. Denique cum Thomas adeo non temperare sibi potuerit, ut in v. πρέπει adverbio πάντοτε ipse uteretur, patet quam frequens fuerit ejus usus in dialecto vulgari.

Παραυτὰ pro παραυτίκα quis dixerit, præter Polybium 10. 15. 4. aliisque in locis, Alexandrum Aphrodisiensem probl. 2. extr. et Apsyrtum in Geoponn. 16. 19., habebam neminem.

Ποιεῖν ubi ad tempus refertur et pro διατρίβειν dicitur, novam hanc potestatem accepisse per linguam Macedonicam videtur. Nam leguntur quidem in Demosthenis oratione de falsa legat. p. 392. 17. hæc: οὐκ ἀνέμειναν τὸν κήρυκα, οὐδ' ἐποίησαν χρόνον οὐδένα. At vero, ut taceam, in margine editionis Benenati notatum esse γρ. ἀνήλωσαν, ἤγουν ἔτριψαν, quanquam illud, cum Demosthenes de corona p. 286. 6. dixerit μικρὸν ἀναλώσαντες χρόνον, et in ea ipsa, e qua ἐποίησαν χρόνον attulimus, oratione p. 343. 17. ἀνηλωκότα τοὺς χρόνους, non temere rejiciendum putabam, post ea quæ Taylorus in præfat. ad hanc orationem p. 331. sq. disputavit, pœne certum esse judico, eam orationem non ab ipso auctore perpolitam et evulgatam fuisse, sed tantum inchoatam et quasi adumbratam ex ejus scriniis prodiisse, ita ut, si auctori in prima commentatione res magis quam verba curanti, quippe quæ postea demum emendaturus et limaturus erat, aliquid minus elegans exciderit, mirari nequaquam liceat. Stephanus in Thes. Ling. Gr. t. iii. p. 426. F. ne hujus quidem Demosthenici loci meminerat, sed se istum verbi ποιεῖν usum duntaxat in N. T. scriptis observasse ait, quam in rem laudavit Act. xviii. 23. 2 Cor. xi. 25. et Jac. iv. 13. Addi possunt loci Act. xv. 33. et xx. 3. Hi autem scriptores hanc verbi notionem didicerant ex versione V. T. Alex., in qua sic legitur Prov. xiii. 23. ποιήσουσιν ἔτη πολλά. it. Tob. x. 7. ἡμέραι ἃς ὤμοσε ποιῆσαι αὐτὸν ἐκεῖ. vel potius e dialecto Macedonica et Alexandrina, tum communi et pervagata. Certe ex hoc fonte hauserunt scriptores recentiores alii, ut Lucillius in Brunckii anal. t. ii. p. 320. n. xvi. νύκτα μέσην ἐποίησε τρέχων. Nicarchus ibid. p. 357. n. xxxv. πεποίηκα πολὺν χρόνον. Schol. Theocrit. idyll. 3. 48. μῆνας ἓξ παρὰ Περσεφόνῃ ποιεῖν. Schol. Eurip. Hippol. 35. ἐνιαυτὸν ποιεῖν ἐκτὸς τῆς πατρίδος. et quos magno numero laudavit du Fresne, item Vorstius de Hebraismis N. T. 5. 4. p. 159. qui, utrum Græci Latinos, an vero hi illos, sint imitati, non decernit. Mihi hoc posterius videbatur credibile, quæ eadem fuit Casauboni ad Act. xv. 33. sententia. Sed Reinesius in syntagmate inscriptionum antiquarum p. 948. hanc λέξιν dicit neutrius linguæ propriam; bene Græcam, bene Latinam haberi posse. Exempla autem verbi *facere* eodem modo usurpati, præter lexicon Fabri, collegerunt Kirchmannus de funer. Roman. 3. 20. p. 473. sq. et Reinesius epistt. ad Vorstium p. 61. Ceterum sententia mea etiam eo juvatur, quod Hesychius participium διημερεύοντες interpre-

tatur verbis πᾶσαν ποιοῦντες τὴν ἡμέραν. ad quem locum v. Alberti.

Πορνοκόπος, inquit Phrynichus p. 182. οὕτω Μένανδρος. οἱ δ' ἀρχαῖοι πορνότριψ λέγουσιν. Quæ in lexicon suum etiam Phavorinus transcripsit. Sed eodem nomine πορνοκόπος utitur Gr. interpres Prov. xxiii. 21. atque inde Clemens Alexandr. pædag. 2. 2. p. 155. A. Nomen πορνοκοπία habet Scholiastes Aristoph. Av. 286. Verbum καταπορνοκοπεῖν, sed sine auctore, in Thesauro Stephanus posuit. Ceterum quin apud Pollucem 6. 188. Kuhnius et Jungermannus pro πορνοβοσκῶν perperam e codicibus recipere πορνοκοπῶν voluerint, dubium esse vix potest.

Πραθήσομαι Mœris p. 294. ait Ἑλληνικῶς dici, sed Attice πεπράσομαι. Etiam Th. Mag. p. 719. hanc alteram formam magis probat. Et sane prior illa in libris antiquiorum atque idoneorum scriptorum non facile reperiatur, cum tamen frequens sit in versione V. T. Alex., ut Lev. xxv. 34. 42. xxvii. 27. Deut. xxviii. 68. Jerem. (xli.) xxxiv. 14. Ezech. xlviii. 14.

Προσόψημα et

Προσφάγιον pro ὄψον non tulit veteris Græciæ elegantia. Eustath. ad Il. λ. 629. p. 867. 54. δῆλον, ὅτι καὶ ἐπὶ τοῦ ἁπλῶς προσοψήματος, ταὐτὸν δ' εἰπεῖν κοινῶς προσφαγίου, τὸ ὀψάριον λέγεται. Mœris p. 274. ὄψον, Ἀττικῶς· προσφάγιον (Pierson. e cod. Coislin. aliisque habet προσφάγημα), Ἑλληνικῶς. Th. Mag. p. 668. ὄψον, οὐ προσφάγιον. Et προσόψημα quidem legitur in Eusebii hist. eccl. 2. 17. p. 45. D. et apud Dioscoridem, cujus locos monstrant lexicographi, sed προσφάγιον Jo. xxi. 5. in Scholiis Venetis a Villoisono editis ad Il. l. l. p. 284. a. atque apud alios recentiores, quos du Fresne l. l. laudavit p. 1654. sq. Utroque vocabulo Suidas interpretatus est nomen ὄψον, ut nomine προσοψήματα Athenæus 9. p. 385. F. nomen ὀψάρια, et 7. p. 276. E. nomen ὄψα, sed nomine προσφάγιον ad explicandum ὄψον usi sunt Etymol. M. p. 646. 14. et Hesychius in v. ὄψον. ubi v. Albert. Cf. Fischer. de vitiis lexic. N. T. p. 697. sq.

Πρόχυμα, auctore Florentino in Geoponn. 6. 16. 1., a nonnullis vocatum fuit vinum s. mustum ex uvis nondum calcatis sponte profluens. Ab antiquioribus dicitur οἶνος πρότροπος (v. Athen. 2. p. 45. E. Mœris p. 305. Pollux 6. 17. et Plin. H. N. 14. 9.), vel πρόδρομος. v. Athen. 1. p. 30. B. Unde Hesychius: πρότροπος· οἰνός τις, τοῦ γλεύκους τὸ πρόρυμα. ubi legendum videtur πρόχυμα, quo nomine Mœris p. 422. utitur ad explicandum ψυκτῆρα, ubi tamen vocabulo πρόχυμα aliud quoddam substituendum putatur.

Ῥῶγες de uvis earumque acinis, barbarum dicit Eustath. ad Od. ι. p. 1633. 44. e quo loco Phavorinus hausit, quæ habet in v. ἀποῤῥώξ. Dicendum potius esse ῥᾶγες, quia ῥῶγες apud Homerum significent ædium partem. Peccarunt igitur Dioscorides in Brunckii anal. t. ii. p. 80. n. iii. cum v. 3. dixit βότρυν—πυκνοῤῥῶγα, etsi p. 81. n. vi. v. 3. ἀσταφίτιδα ῥᾶγα adhibuit. Et Cn. Lentulus Gætulicus ibid. p. 166. n. iii. πεντάδα τὴν σταφυλῆς εὐρώγεα. Denique interpretes V. T. Græci, ut Levit. xix. 10. ubi edit. Ald. pro ῥῶγας habet ῥᾶγας, et Jes. lxv. 8.

Σαροῦν non dicendum esse, sed κορεῖν et παρακορεῖν, auctor est Phrynichus p. 28. et 44. His ἐκκορεῖν addit, eadem præcipiens, Th. Mag. p. 548. qui idem p. 789. σαίρειν, inquit, οὐ σαροῦν. Similiter Mœris p. 356. σαίρειν, Ἀττικῶς· σαροῦν, Ἑλληνικῶς. Et sane præter Lucam xv. 8. et Matthæum xii. 44. et scriptores ecclesiasticos, nullum hujus verbi auctorem noveram, nisi Pamphilum in Geoponn. xiii. 15. 4. et Quintilios ibid. 14. 6. 5. Cf. Croii obss. in N. T. c. 34. p. 267. sq.

Σισόη, qua voce interpretes Gr. utuntur Levit. xix. 27. et quam quidam κρώβυλον, cincinnum vel nodum capillorum interpretantur, est vox Alexandrina. Ita recte, opinor, judicat Croius l. l. c. 33. p. 258. cujus judicium Hodius quoque l. l. 2. 4. p. 121. sequitur. Nam Scholiastes ad Levit. l. l. σισόη, inquit, ἐστὶν ὁ κρώβυλος· πλέγμα δέ ἐστι τοῦτο, ὅπερ Ἕλληνες ἐπλέκοντο ὡς Κρονικὸν ἀνάθεμα, καὶ μᾶλλον Σαρακηνοὶ μέχρι νῦν τοῦτο ποιοῦσιν. Similiter Suidas: σισόης· τὸ πλεξείδιον. Aliter explicasse videtur Hesychius. Videtur, inquam. Nam in ejus lexico leguntur hæc: σισοκοῦρα· ῥοιά. Φασηλῖται. Quæ verba corruptissima Casaubonus ad Sueton. August. 45. et post eum Heinsius in Aristarcho sacro c. 4. p. 108. præclare viderunt sic esse emendanda: σισόη· κουρὰ ποιά. Φασηλῖται: quam rationem si sequimur, σισόη non certam quandam comæ complicationem aut cirrum, sed aliquod tonsuræ genus significat, et fuit proprie Cilicum Phaselitarum, a quibus illud ob mutua Phaselitarum et Alexandrinorum commercia, cum et Phaselis et Alexandriæ urbes maritimæ fuerint, ad Alexandrinos omninoque ad Ægyptios pervenisse non parum probabile est. Quare Casaubonus vocabulum σισόη non Gr., sed Alexandrinum, et Villoisonus in Troisième lettre sur l'Inscription Grecque de Rosette, quam sæpissime jam supra laudavi, p. 330., Ægyptiacum esse aiunt, Heinsius vero Phaselitas istud nomen a Syris ultra Ciliciam accepisse conjectat, et Bochartus in Geogr. sacr. P. ii. 1. 6. p. 362., cum Solymi fuerint Phaselidi vicini, Phœnicumque linguam et ritus usurpaverint, Phaselitas Phœniciæ linguæ nonnihil Græco sermoni inspersisse statuit, comparans nomen ציצית. Cf. Deyling. Obss. sacr. P. ii. p. 154. sq. et interpp. Hesychii.

Σκεπεινὸς nusquam reperi nisi Nehem. iv. 13. et apud Suidam, ubi simpliciter posita est glossa σκεπεινὸς τόπος. Quam scribendi rationem si amplectimur, ponendum est, hoc adjectivum descendere a substantivo σκέπος, ut σκοτεινὸς a σκότος. Sed cum σκέπος nusquam extet, sæpe vero σκέπη legatur, equidem præferendum arbitror σκεπηνὸς, quemadmodum ab ἀκμὴ apud Hom. Od. ψ. 191. deductum est ἀκμηνός.

Σκόρδον pro σκόροδον est ætatis recentioris, neque hac forma contracta quisquam ante Dioscoridem videtur usus esse. Sæpissime vero legitur in Geoponicis, ut 12. 30. 12. 31. 3. et 7. 14. 12. e Leontino. 14. 17. 5. et 7. e Paxamo. 15. 1. 28. e Zoroastre. 16. 13. 2. e Theomnesto. 17. 15. 2. 20. 2. 1. ex Oppiano. 20. 3. e Didymo. 20. 4. e Democrito. 20. 13. et 35. Hinc ibid. 12. 30. 7. ὀφιόσκορδον, i. e. τὸ ἄγριον σκόρδον, ut eodem loco explicatur. Etiam Theophylactus, Bulgariæ archiepiscopus, habet σκόρδον epist. 73. p. 932. t. viii. opp. Meursii. Cf. Du Fresne in Glossario sæpe laudato, qui etiam habet ὀνόσκορδον.

Σπῆλυγξ ut tanquam Alexandrinum huc referrem, motus sum eo, quod illud non nisi ab Alexandrinis et recentioribus scriptoribus adhibitum legerim, quales sunt Lycophron 46. et Apollonius Rhodius 2. 570. Cf. Suid. qui etiam attulit verba Crinagoræ Mitylenæi in Brunckii anal. t. ii. p. 141. n. vii. Fortassis illud, ut multa alia, (v. quæ in v. βασίλισσα monui) desumtum fuit e lingua Hellenum antiquissima. Etiam a Romanis dicitur spelunca.

Στηθύνιον a Polluce 2. 162. explicatur τῶν στηθῶν τὸ μέσον. Sed quando pro diminutivo nominis στῆθος dicitur, rejicitur a Phrynicho p. 168. Et profecto sic, vel omnino pro στῆθος, apud idoneos auctores non reperitur, sed in loco Ephippi apud Athen. 2. p. 65. C. et in versione Alex. Exod. xxix. 27. Levit. vii. 20. Num. xviii. 18. ac sæpius.

Στοιχεῖον non modo solem et lunam, omninoque astra, (v. 2 Petr. iii. 10. et 12.) et cœlum significavit in dialecto Alex. (v. du Fresne l. l.), sed etiam aërem. Saltem sic est in Josephi hypomnest. c. 144. p. 330. ed. Fabric. ad calcem Vol. ii. Codicis pseudepigraphi V. T. v. quæ e lexico Cyrilli MS. attulit, omninoque quos laudavit Bielius in novo thesauro philologico.

Στρῆνος de luxu et lascivia ac libidine cum insolentia conjuncta, nemo qui pure scriberet dixit unquam. In genere neutro sic positum legitur 4 Reg. xix. 28. Apoc. xviii. 3. et apud Palladam Alexandrinum in Brunckii anal. T. ii. p. 421. n. lxiv. In masculino apud Epiphan. hæres. 46. (66.) p. 267. 38. ubi etiam lin. 20. est ἐκ τοῦ περισσοῦ τῆς τρυφῆς στρήνου, et de magna cupiditate est apud Lycophr. 438. Verbum στρηνιᾷν pro τρυφᾷν gravissime damnatur a Phrynicho p. 168. Et sane ego quoque illud Macedonicum et Alexandrinum maxime fuisse statuo. Nam στρηνιᾷν pro lascivire et protervum esse, traditur apud Athen. 10. p. 420. B. Lycophron dixisse, ut ibid. 3. p. 100. A. Sophilus, et p. 127. D. Antiphanes, comici. Idem legitur Apoc. xviii. 7. et 9.

Στρουθοκάμηλος vel interpretibus V. T. Alexandrinis recentius vocabulum esse, non solum ex eo patet, quod illi potius nomine στρουθὸς, quod Hesychio teste Attice sic dicitur, usi sunt, ut Levit. xi. 15. Job. xxx. 29. etc. sed etiam ex his Galeni verbis, de alimentis 3. 20. τὸ τῶν στρουθοκαμήλων (ὄνομα), ἀηθες· ὀνομάζουσι γὰρ αὐτὰς μεγάλας στρουθούς. (v. Xenoph. Anab. 1. 5. 2.) Et de probis pravisque alimentor. succis c. 6. ἐν ταῖς μεγάλαις

στρουθοῖς, ἃς νῦν ὀνομάζουσι στρουθοκαμήλους. Atque hoc reperitur apud Strab. 16. p. 772. B. in Alexandri Aphrodis. præfatione l. i. in versione Symmachi Job. xxx. 29. Ejusdem et Aquilæ Mich. 1. 8. Eorundem et Theodotionis Jes. xliii. 20. qui iidem Jes. xiii. 21. *στρουθοκάμηλοι* dixisse traduntur.

Σύσσημον, quo Menander usus est, adulterinum vocabulum vocat Phrynichus p. 184. Saltem non legitur in antiquis et puris auctoribus. Nam de tessera s. signo aliquo communi, quod ex composito datur, adhibuerunt hoc nomen Diodorus Siculus 11. 22. et 61. 20. 51. Æneas Tacticus in poliorcetico c. 4. ad quem locum v. Casaub. item Strabo 6. p. 280. A. interpres libri de Suffetibus 20. 38. Marc. xiv. 44. Suidas hoc nomine interpretatur nomen *σύνθημα*. Sed *σύσσημον* etiam de quovis alio signo legitur, ut apud Diod. Sic. 3. 5. in lib. de fluminibus, qui Plutarcho vulgo tribuitur, 14. 5. in Hedyli epigrammate iv. T. ii. anal. Brunck. p. 527. Jes. v. 26. De insignibus vel imperii, apud Diod. Sic. 1. 70. vel fortitudinis, apud eund. 5. 29. Atque sic in Marci l. l. intelligi mavult Fischerus de vitiis lexic. N. T. p. 24.

Τελίσκειν cum recte et eodem modo e *τελεῖν* formatum appareat, quo *στερίσκειν* e *στερεῖν*, (Cf. Etymol. M. p. 201. 29. et 33.) non huc retulissem, nisi nullum præter recentiores et Alexandrinos scriptores eo usum esse vidissem. Legitur enim in versione Alex., vel potius Theodotionis (v. Salmas. de Hellenist. p. 244. sq.), Deut. xxiii. 18. ubi *τελισκόμενος* diversis modis explicatur. Hesych. *τελισκόμενος· πληρούμενος, τελειούμενος.* quibus Etym. M. p. 751. 4. addit *ἐνθουσιῶν*. Unde Bielius in novo thesauro philolog. reddit: Initiatus impuris gentium sacris. Etiam Cyrillus apud L. Bos interpretatur *τὸν μυσταγωγούμενον*. Et Hesychii in verbis modo allatis eandem mentem fuisse, intelligi potest ex alia ejus glossa: *τετελεσμένος· τελισκόμενος*: ubi tamen additur etiam glossema *ἀνδρόγυνος*, quocum consentit Lexicon Cyrilli MS. apud Bielium et Albert. ad Hesych. in v. *τετελεσμένων*: *τετελεσμένων· μεμιαμμένων.* Haud dubie recte, si sententiam spectes. Nam in loco Deut. laudato *τελισκόμενος* vix aliud quid significare potest, quam scortum masculum, cui pro flore corporis tributum penditur ac merces persolvitur, quæ sunt verba Salmasii de trapezit. fœnore p. 460. Certe etiam in Inscript. Roset. lin. 32. *τελίσκειν* dicitur pro persolvere. Verba sunt: *διδοὺς— τὰ τελισκόμενα εἰς τὰ ἴδια ἱερά.*

Τερέβινθος pro *τερέμινθος* sive *τέρμινθος* est ævi recentioris. Damogeron in Geopon. 10. 65. 2. *τέρμινθον, ἣν οἱ ἐπιχώριοι τερέβινθον καλοῦσι.* Democritus ibid. 10. 73. 2. *τέρμινθός ἐστιν, ἣν καλοῦμεν τερέβινθον.* Niclas ad h. l. notat, non nisi semel, idque per describentium vitium, apud Theophrast. hist. plant. 3. 15. legi, cum alias ille semper utatur altera forma. Similia jam Brodæus ad Epigr. Gr. l. i. p. 119. monuit. Ibi enim et T. ii. anal. Brunck. p. 177. legitur Antiphili Byzantii epigramma, in quo est adjectivum *τερεβινθώδης*. Scholiastes ibi præter alia habet hæc: *τερέβινθος· τὸ αὐτὸ καὶ τέρμινθος. —γίγνεται δὲ τὸ πλέον ἐν Ὠρικῷ τῆς Μακεδονίας.* Pollux i. 233. paulo aliter: *τέρμινθος. εἴρηται δὲ αὐτοῦ ὁ καρπὸς ὑπ' ἐνίων καὶ τερέβινθος.* Sed minus recte, ut videtur. In versione V. T. Alex. reperitur utraque forma. Nam Gen. xiv. 6. pro *τερεβίνθου* cod. Alex. habet *τερεμίνθου*. Sic 1 Reg. xvii. 2. Ald. et Complut. exhibent *τερεβίνθου*, alii *τερμίνθου*. Jos. xxiv. 26. cod. Alex. *τερέβινθον*, reliqui *τέρμινθον*. Contra Gen. xliii. 11. idem codex *τερέμινθον*, ceteri *τερέβινθον*. Sed parum aberat quin ubique reponendam judicarem formam *τερέβινθος*. Nam sine ulla lectionis varietate hæc legitur Gen. xxxv. 4. Jes. i. 30. vi. 13. et apud Joseph. archæol. 2. 6. 5. qui Josephi locus maxime notabilis est, quia ibi refert ex Gen. xliii. 11. Apud Xenophontem vero Anab. 4. 4. 7. ubi dudum editores formam antiquam restituere debebant, sine omni controversia pro *τερεβίνθινον* etiam sine libris rescribendum est *τερμίνθινον*, cum vel in Aristotelis de mirab. auscultatt. c. 89. unus codex Vindobonensis *τερβίνθου* præbeat pro *τερμίνθου*.

Τέτευχε τιμῆς, τέτευχε τοῦ σκοποῦ, μὴ λέγε, ἀλλ' ἀντ' αὐτοῦ τῷ δοκίμῳ χρῶ τετύχηκε. Phrynichus p. 174. Similia tradunt Th. Mag. p. 842. et Phavorin. Recte. Nam prior illa perfecti forma, consequendi notionem subjectam habens, reperitur tantum apud scriptores Doricos, ut Euryphamum Pythagoreum, in Galei opusc. mytholog. p. 665. ed. 2. vel Alexandrinos, ut Job. vii. 2. ubi tamen pro *τετευχὼς* in Cod. Alex. est *τετυχηκώς*. Hebr. viii. 6. vel alios recentiores, ut Polyb. i. 66. et 81. viii. 9. Plutarch. Alcib. c. 1. Phurnut. de nat. deor. c. 15. p. 163. ed. Gal. l. l. Sic *παρατετευχέναι* habet Polyb. 12. 8. *παρατετευχὼς* idem 12. 27. *παρατετευχότων* idem 3. 48. *περιτετευχὼς* Jamblich. vit. Pythag. sect. 199. Diod. Siculi locos Wesselingius ad i. 13. indicavit quatuor. Quare etiam Fischerus animadvv. in Weller. gramm. Gr. Spec. iii. P. i. p. 184. dialecto Macedonicæ hanc formam tribuit. Videtur autem resumta esse e lingua vetustiore, cujus generis exempla plurima passim jam attuli.

Ὑποπόδιον cur huc retulerim, doceant hæc verba Sexti Empirici adv. Mathem. 1. 246. *τὸ ὑφ' ἡμῶν καλούμενον ὑποπόδιον, Ἀθηναῖοι καὶ Κῷοι χελωνίδα καλοῦσιν.* Certe *ὑποπόδιον* apud nullum scriptorem antiquum et idoneum reperitur, sed vel apud Alexandrinos, omninoque Ægyptios, ut 2 Paral. ix. 18. in Complutensi quidem editione, sed in omnibus edd. Ps. cix. 1. Act. ii. 35. Jes. lxvi. 1. Act. vii. 49. Thren. ii. 1. Matth. v. 35. apud Athen. 5. p. 192. E. vel apud alios recentiores, ut Eustath. ad Od. δ. p. 1482. 3. inprimis apud grammaticos, qui eo utuntur ad explicanda nomina antiqua et Attica, ut Schol. Aristoph. Plut. 545. et Equit. 368. *θρᾶνος· ὑποπόδιον.* Hesych. *θρανίον· ὑποπόδιον.* it. *θρῆνυν· ὑποπόδιον.* it. *χελώνη· τὸ ὑποπόδιον.* Cf. Suid. in v. *ὑποδήματα*.

Φάγομαι· βάρβαρον, inquit Phrynichus p. 144. *λέγε οὖν ἔδομαι καὶ κατέδομαι. τοῦτο γὰρ Ἀττικόν.* Hoc præceptum, cui simile etiam Th. Mag. p. 265. habet, si verum est, intelligendum putabam de præsenti. Nam futurum secundum, si compares Etymol. M. p. 786. 25. recte sic dici videtur, quanquam nec hoc, quantum memini, usquam nisi in versione V. T. Alex. et in libris N. T. ut Gen. ii. 17. iii. 3. ix. 4. xxvii. 25. xl. 19. xliii. 16. xlv. 18. etc. Luc. xiv. 15. xvii. 8. Jac. v. 3. Apoc. xvii. 16. reperitur. Exemplum temporis præsentis, quod quidem certum videri posset, non nisi unum inveni, Sirac. xxxvi. 18. *πᾶν βρῶμα φάγεται κοιλία.* Sæpe etiam legitur conjunctivus præsentis, sed nunquam in omnibus libris, v. c. Dan. i. 12. *φαγώμεθα*. Cod. Alex. *φαγόμεθα*. Damnanda vero mihi quidem videbatur forma *φαγοῦμαι*, cujus permulta sunt in versione Alex. exempla, ut *φαγῇ* Gen. ii. 16. iii. 14. 17. 18. 19. Deut. vii. 16. viii. 9. 10. 4 Reg. xix. 29. in codice Alex. aliisque pro *φάγε*. Sed *φάγῃ* hæc eadem persona scribitur 4 Reg. vii. 2. 19. *φάγεσαι* Jes. lx. 16. aliisque in locis, ut Luc. xvii. 8. *φαγούμεθα* est Gen. iii. 2.

Φυλάκισσα pro *φυλακὶς* legitur tantum Cantic. 1. 5. Similia supra vidimus, ut *βαλάνισσα, βασίλισσα*. Cf. Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 321. et, quem laudat, Hemsterhus. ad Lucian. judic. vocal. c. 8. T. i. p. 92.

Φυλακτήρια de amuletis dicta fuisse satis notum est e Stephani thes. Hunc autem vocabuli usum tribuendum esse dialecto Maced. et Alex., perspicimus inde, quod simili modo dicitur Matth. xxiii. 5. et in Inscript. Roset. lin. 45. Multa alia exempla habet du Fresne.

Χορτάζειν ad homines relatum, non puto veteris Græciæ usum ferre. Utuntur eo sic Nicostratus apud Athen. 15. p. 693. B. Lucianus in Brunckii anal. T. ii. p. 309. n. vii. Scholiastes Nicandri, qui ad theriaca p. 31. *ἆσαι*, inquit, *οἱονεὶ χορτάσαι, κορεσθῆναι, ἐμπλησθῆναι.* ad alexipharm. p. 60. verbum *πλήρωσον* explicat verbo *χόρτασον*, nempe *οἴνῳ*, et p. 73. *χορτάσας* posuit pro *κορέσκων*, quo poeta usus erat. Interpretes Alex. Ps. xxxvi. 19. lviii. 15. lxxx. 16. *ἐκ πέτρας μέλι ἐχόρτασεν αὐτούς.* cvi. 9. cxxxi. 15. *τοὺς πτωχοὺς χορτάσω ἄρτων.* etc. Sic *χορτασία* est Prov. xxiv. 15. ut in Lucillii epigr. apud Brunck. l. l. p. 322. n. xxvi. *ποῦ μοι χορτασίη ὀστρακίνων πινάκων*; Item *ἀχορτασία* Deut. xxviii. 20. in versione Symmachi, et *ἀχόρταστος* Ps. lviii. 15. apud eundem. Quin etiam *χόρτος* de cibo hominis legitur in Cratetis Thebani apud Brunck. T. i. p. 187. epigrammate vi. *χόρτον ἐμῷ συνεχῶς δότε γαστέρι.* Hesych.: *χόρτος·—χόρτασμα.* Sophocles quidem ipse quoque videri possit ab hoc verbi usu non abhorruisse, dum in Tyro (apud Athen. 3. p. 99. F.) hæc verba scripsit: *οἳ τοῖσι παγχόρτοισιν ἐξενίζομεν.* Sed nec hunc Sophoclis locum, nec alium Aristophanis in Gerytade, quem ibidem Athenæus servavit, puto adhiberi posse ad defendendam hanc novam verbi *χορτάζειν* notionem, quoniam ille quidem vocabulo *παγχόρτοις* uti recte potuit de cibis, qui apponerentur hominibus valde

edacibus atque adeo bestiarum similibus: quam conjecturam egregie confirmare videtur Athenæus 3. p. 96. F. his verbis: *ἱκανῶς γεγαστρίσμεθα, καὶ καιρὸς ἤδη ἐστὶ καὶ λέγειν ἡμᾶς. τοῖς δὲ Κυνικοῖς τούτοις παρακελεύομαι σιωπᾷν, κεχορτασμένοις ἀφειδῶς.* Et Plato l. 2. de rep. T. ii. opp. p. 372. D. ubi post commemorata multa et varii generis cibaria addit hæc: *εἰ δὲ ὑῶν πόλιν κατεσκεύαζες, τί ἂν αὐτοὺς ἄλλο ἢ ταῦτα ἐχόρταζες;* Item l. 9. p. 586. A. *βοσκημάτων δίκην κάτω ἀεὶ βλέποντες, καὶ κεκυφότες εἰς γῆν καὶ εἰς τραπέζας, βόσκονται χορταζόμενοι καὶ ὀχεύοντες:* ubi notandum est, etiam *ὀχεύειν* proprie bruta dici, cum homines *ἀφροδισιάζειν* dicantur. Denique Clemens Alexandr. pædag. 1. 11. p. 132. D. ubi dicit: *χορτασθέντες, φησὶν* (Moses, ap. Exod. xxxii. 6. quem tamen locum, a Paulo 1 Cor. x. 7. repetitum, Clemens tantum ad sensum laudavit), *ἀνέστησαν παίζειν· τὸ ἄλογον τῆς τροφῆς πλήρωμα, χόρτασμα, οὐ βρῶμα εἰπών.* Aristophanes autem metaphorice dixit: *χόρταζε μονῳδιῶν.* Qualem licentiam quis Comico non concedet (Cf. quæ supra in v. *δύσριγος* breviter monui), cum etiam scriptores oratione pedestri utentes non raro verba, quæ proprie de cibis dicuntur, ad alias res transferant? Præterea verbum *χορτάζειν* ad homines retulisse reperiuntur scriptores puræ Græcitatis fama non admodum florentes, ut Cratinus, Menander, Eubulus, (cujus alium qui huc pertineat locum Athenæus 2. p. 63. D. servavit) Sophilus, Amphis, quorum omnium verba extant apud Athenæum 3. p. 99. F. et p. 100. A. item Arrianus et Plutarchus, quorum locos habent Heupel. ad Marc. viii. 4. et Elsner. ad Matth. v. 6. Nam et in his aliisque N. T. locis *χορτάζεσθαι* dicuntur homines, et Act. vii. 11. *χορτάσματα οὐχ εὑρίσκειν* leguntur. Denique grammatici antiqui verbo *χορτάζειν* interpretantur verba, quæ proprie ad saturandos homines spectant, ut Hesychius: *κορέει· πληροῖ, χορτάσει:* item *κορέννυται· χορτάζεται.* it. *κορέσαι· χορτάσαι.* it. *ἆσαι· χορτάσαι.* Cf. quæ supra e Scholiis Nicandri apposui.

Χωροβατεῖν Hesychio interprete est *ἐν τῇ χώρᾳ περιπατεῖν.* Sed in versione Alex. Jos. xviii. 8. 9. significare potius videtur terram metiri, ita ut parum differat a verbo *βηματίζειν,* quod supra §. 8. in verbis Macedonicis retuli. Cf. Salmas. exercitatt. in Solin. p. 473.

Hæc sufficiant de verbis singulis, quæ dialecto Macedonicæ et Alexandrinæ vindicari non sine veri specie putabam posse. Multo plura colligi poterant e Phrynicho, Th. Magistro, Mœride, e Salmasii de hellenistica commentario, e Fischeri de vitiis lexicorum N. T. prolusionibus, et in Welleri grammaticam Gr. animadversionibus, e Cangii glossario mediæ et infimæ Græcitatis, aliisque. Exponere quoque poteram de nominibus in *ιον* pro *εῖον* desinentibus, ut *γράφιον, ἰχθυοτρόφιον, κεράμιον, λαγοτρόφιον, νησσοτρόφιον, νοσοκόμιον, ὀρτυγοτρόφιον, ὀρφανοτρόφιον, χηνοβόσκιον, χηνοτρόφιον,* et similibus, de quorum non paucis breviter Niclasius monuit ad Geoponn. 14. 22. 1. Item de nominibus in *ι* et *ιν*, quæ terminationes haud dubie originem debent Ægyptiorum dialecto (v. supra §. 10.), cujusmodi nomina multa reperiuntur in Geoponn. 12. 1. ubi interpretum notæ consulendæ sunt. Sed nolui nimia et quæsita diligentia molestus esse tædiumque afferre legentibus, id potius agendum ratus, ut ipsis quoque superesset, in quo studium atque industriam collocarent suam, quippe non ignorans, animis liberalibus et ingenuis utilitatem et voluptatem ex proprio labore perceptam multo videri quam ex alieno majorem.

Quibus iisdem de causis exempla structuræ verborum a veteris Græciæ puritate atque elegantia alienæ afferre non nisi pauca constitui. Delegi autem hæc:

Μὲν οὖν et *μὲν οὖν γε* (quod vulgo, sed parum recte, scribitur *μενοῦνγε*) ab initio membri vel periodi positum, jam Salmasius in funere linguæ Hellenisticæ p. 152. Alexandrinæ dialecti esse recte judicavit. Nam iste particularum usus reperitur apud solos scriptores Macedonicos, et qui post Alexandri Macedonis ætatem vixere. Mihi saltem nullus hujus structuræ auctor paulo antiquior innotuit, præter Aristotelem, qui de poetica 22. 3. ed. Harles. *μὲν οὖν* ita posuisse dicitur a Schwarzio ad Olear. de stylo N. T. p. 289. Et sane sic positæ extant illæ particulæ in antiquioribus Aristotelis editionibus. Sed sine ulla dubitatione rectius Buhle cum Harlesio edidit *τὸ μὲν οὖν.* Phrynichus p. 150. *μὲν οὖν τοῦτο πράξω· τίς ἀνάσχοιτο οὕτω συντάττοντός τινος ἐν ἀρχῇ λόγου; οἱ γὰρ δόκιμοι τὸ μὲν οὖν ὑποτάσσουσιν, ἐγὼ μὲν οὖν λέγοντες, τὰ καλὰ μὲν οὖν, καὶ τὰ μὲν οὖν πράγματα.* Sæpe vero *μενοῦνγε* ab initio ponitur in libris N. T. ut Luc. xi. 28. Rom. ix. 20. x. 18. unde orta videtur hæc glossa Hesychii: *μενοῦν, τοιγαροῦν, μέντοιγε, καὶ μενοῦνγε, σύνδεσμοι.* Et Etymol. M. p. 580. 12. *μενοῦνγε, ἐκ τριῶν συνδέσμων, καὶ σημαίνει τὸ ἀληθές.* quæ ubi repetiit Suidas, addit: *μᾶλλον μὲν οὖν.* Non magis probandum est ἀλλὰ *μὲν οὖν*, sive, quod alii codices habent, ἀλλὰ *μενοῦν γε*, Philipp. iii. 8. v. Steph. Thes. Ling. Gr. infra. E quibus omnibus patet, Vigerum de Gr. dictionis idiotismis viii. 8. 18. pessime tironum commodis consuluisse.

Μὴ γένοιτο, quando est vox omen aversantium, et absolute ponitur, haud dubitanter huc retuli. Nusquam enim sic reperitur, nisi in versione Alex. ut Gen. xliv. 7. 17. Jos. xxii. 29. 3 Reg. xx. 3. in quibus locis omnibus interpretes hac formula Gr. reddiderunt Hebraicum vocabulum חלילה, et in libris N. T. ut Luc. xx. 16. Rom. iii, 4. 6. 31. vi. 2. 15. etc. atque apud alios scriptores recentiores, ut Arrianum diss. Epict. i. 1. 2. 8. ii. 8. et sæpius, Simplicium in Epictet. p. 186. Achillem Tatium Erot. v. 18. p. 323. Apuleium in Geoponn. xiii. 5. 6. Et interpretes quidem Alexandrini, etiam in iis locis, ubi alii *μηδαμῶς* cum dativo habent, v. c. 1 Reg. xii. 23. formulam *μὴ γένοιτο* semper sequi jusserunt infinitivum, quo indicatur res, quam quis abominatur et abesse cupit. Eodem modo Alciphron 1. epist. 26. extr. *μή μοι γένοιτο— μὴ λύκον ἔτι, μὴ δανειστὴν ἰδεῖν.* Ceteri vero, quos laudavi, omnes formulam istam simpliciter posuerunt. Grotius ad Matth. xvi. 22. docte comparat formulas *ἵλεώς μοι* et *μηδαμῶς ἐμοί*, quæ et ipsæ dialecto Alex. tribuendæ sunt, et tam absolute ponuntur, ut 2 Reg. xx. 20. ubi pro *ἵλεώς μοι* ed. Complut. habet *μὴ γένοιτο,* 1 Reg. ii. 30. *μηδαμῶς ἐμοί*, quam sequente infinitivo, ut 2 Reg. xxiii. 17. *ἵλεώς μοι τοῦ ποιῆσαι τοῦτο:* ubi iterum ed. Complut. *μή μοι γένοιτο παρὰ κυρίου ποιῆσαι.* 1 Paral. xi. 19. 1 Reg. xxvi. 11. *μηδαμῶς μοι παρὰ κυρίου ἐπενεγκεῖν.* ubi rursus alii dant *μὴ γένοιτο.* Idem Grotius l. l. notavit, Josephum pro his dixisse *ἀπίῃ ἡ πεῖρα τοῦ λόγου.* Ne quis autem formulam *μὴ γένοιτο* defendi posse opinetur Herodoti auctoritate. Ejus enim verba 5. 111. sunt hæc: *ἤν τε κατέλῃς ἄνδρα στρατηγὸν, μέγα τοι γίνεται· ἤν σε ἐκεῖνος, τὸ μὴ γένοιτο, ὑπ' ἀξιόχρεω καὶ ἀποθανεῖν, ἡμίσεα συμφορή.* ubi facile apparet, *τὸ μὴ γένοιτο* dictum esse pro *ὃ ἵνα μὴ γένοιτο εὐκτέον ἐστί.* Mihi saltem hic locus similis quidem quodammodo locis supra laudatis, sed tamen non parum diversus videbatur. Nec magis recte attulerit quis verba Xenophontis Cyrop. 5. 5. 5. p. 327. *φοβούμενος μή τι γένοιτο—ὅ τι πάντας ἡμᾶς λυπήσει.*

Ὃς quando pro articulo *ὁ* in partiendo sæpius repetitur, vel cum ambo inter se aut cum aliis talibus ita miscentur, ut alterum pro altero poni et idem significare appareat, quin hoc e dialecto Maced. et Alex. fluxisse putandum sit, nequaquam dubito. Vidit jam atque damnavit hoc vitium magister elegantiarum Atticarum Thomas p. 1. *ἃ μὲν, ἃ δὲ*, inquiens, *μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ τινὰ μὲν, τινὰ δέ.* Quod Thomæ præceptum quomodo alii interpretes illustraverint, alii refellere, alii, in quorum numero Hemsterhusius eminet, confirmare studuerint, apud ipsos legi, quam a me recoqui, satius est. Ego vero, ut ostendam, *ἃ μὲν—ἃ δὲ* male et contra leges elegantiæ Atticæ dici, primo plurimos scriptores recentiores vel minus puros, atque adeo Alexandrinos, qui sic locuti sunt, enumerabo, deinde de iis veterum et puræ Græcitatis auctorum locis exponam, qui vel afferri solent, vel certe videantur afferri posse, ad Thomæ sententiam impugnandam. Scilicet *ὃς* pro *ὁ* male posuere Bion idyll. i. 81. sqq. *χὢ μὲν—ὃς δὲ—ὃς δὲ—χὢ μὲν—ὃς δὲ—ὁ δὲ—ὃς δέ.* Alexander Ætolus in Brunckii analectt. T. i. p. 418. n. i. *τῷ μὲν—τῷ δὲ—ᾧ δέ.* Meleager ibid. p. 10. n. xxvi. *ἃς μὲν—ἃς δέ.* Demodocus Lerius ibid. T. ii. p. 56. n. i. *ὁ μὲν—ὃς δ' οὔ.* Alpheus Mitylenæus ibid. p. 128. n. ii. *τῷ μὲν—ᾧ δὲ—ᾧ δέ.* Antiphilus Byzantius ibid. p. 174. n. xix. *ὃς μὲν—ὃς δέ.* Leonidas Alexandrinus ibid. p. 194. n. xx. *ἄλλος—*

ὁ δὲ—ὃς δέ. Philippus Thessalonicensis ibid. p. 221. n. xxxv. τὸ μὲν—ὃ δὲ—ὃ δέ. Marcus Argentarius ibid. p. 272. n. xxvii. τῷ μὲν—ᾧ δέ. Onestus ibid. p. 290. n. viii. ὃν μὲν—ὃν δέ. Palladas Alexandrinus ibid. p. 418. n. li. ὃς μὲν—ὃς δέ. Phocylides ibid. p. 522. ὁ μὲν—ὃς δ' οὔ. Macedonius ibid. T. iii. p. 120. n. xxxiii. οἷς μὲν—τοῖς δὲ, aliique poetæ. Jam possit quidem aliquis opinari, solos poetas ita loqui vel voluisse, vel propter metri leges debuisse. Atque hoc quidem de iis maxime suspicari licet, qui in eadem periodo nunc ὁ scripserunt, nunc ὅς: quæ tamen ratio nunquam conspicitur in antiquis, sæpe in recentioribus poetis. Sic Zosimus Thasius in Brunckii anal. T. ii. p. 452. τὸν μέν τε δι' αἰθέρος, ὃν δ' ἀπὸ λόχμης. Damagetus ibid. T. iii. p. 331. μείζων δὲ θηρῶν ὃς μὲν, ὁ δ' ἡμιθέων. Cf. ἀδέσποτα epigrammata multa, ut ibid. p. 153. n. x. v. 3. p. 189. n. cxci. v. 3. p. 201. n. ccli. v. 2. p. 206. n. cclxxii. v. 5. sq. p. 214. n. ccxcix. v. 3. p. 243. n. ccccxxxiii. v. 2. sq. p. 289. n. dcli. v. 7. sq. Sed etiam qui pedestri oratione usi sunt, laudari hanc in rem multi possunt, ut Athen. vi. p. 271. F. οὓς μὲν—οὓς δὲ—οὓς δέ. x. p. 439. C. οὓς μὲν—οὓς δέ. Diod. Sic. 20. 52. οὓς μὲν—οὓς δέ. it. ἃ μὲν—ἃ δέ. it. ἃς μὲν—ἃς δέ. Apollonius Alexandrinus s. Dyscolus de syntaxi p. 14. 26. p. 36. 9. p. 59. 5. p. 121. 22. p. 227. 28. ἃ μὲν—ἃ δέ. p. 177. 19. ἃ μὲν—ἃ δὲ—τινὰ δέ. p. 298. 15. οἷς μὲν—οἷς δέ. p. 40. 27. et p. 98. 15. ὃς μὲν—ὃς δέ. Cf. p. 194. 24. et p. 201. sq. Photius in electis e Procli chrestom. grammat. ad calcem Apollonii Dyscoli p. 342. 5. Ælianus V. H. 6. 1. τοὺς δὲ—οὓς δὲ—οὓς δέ. 13. 46. τοὺς μὲν—οὓς δέ. Hermes apud Stobæum eclog. phys. c. 52. p. 1082. ὑφ' ὧν μὲν—ὑφ' ὧν δὲ—ὑπὸ δὲ ἑτέρων. Plutarchus apophth. T. viii. p. 97. οἷς μὲν—οἷς δέ. Et de EI apud Delphos c. 21. ὁ μὲν—ὁ δὲ—καὶ ὁ μὲν—ὁ δὲ—καὶ ὁ μὲν—ὁ δὲ—καὶ παρ' ᾧ μὲν—παρ' ᾧ δὲ—καὶ ὁ μὲν—ὁ δὲ—καὶ ὁ μὲν—πρὸς ὃν δέ. Monumentum Adulitanum haud procul a fine: ἃ μὲν—ἃ δέ. Matth. xiii. 4. sqq. ἃ μὲν—ἄλλα δὲ—ἄλλα δέ. v. 8. ὃ μὲν—ὃ δὲ—ὃ δέ. Alia exempla e Polybio, Herodiano, Sexto Empirico aliisque collegit Fischerus ad Weller. gramm. Gr. Spec. i. p. 332. Cf. Heupel. ad Marc. iv. 4. Omnes igitur quos laudavi, scriptores quin recte a me et consilio meo convenienter sint adhibiti, neminem arbitror posse dubitare. Scripserunt enim omnes post Alexandri M. ætatem. Nam Phocylidis quoque versus recentioris esse originis, vel saltem serioribus temporibus, inprimis a Christianis hominibus, valde mutatos et interpolatos, inter viros eruditos satis constat. Cf. Ludov. Wachleri diss. de Pseudo-Phocylide, Rintel. 1788. 4. Reperiuntur vero etiam in antiquis et puris auctoribus loci, qui mihi videantur posse opponi, quos tamen omnes si recte probaveris et perpenderis, videbis nihil plane facere ad sententiam Thomæ, quæ eadem mea est, ullo modo infringendam. Nam apud Pindarum quidem Olymp. viii. 20. edi solet ὃν μὲν—'Αλκιμέδοντα δέ. Verum ut taceam, non Atticum poetam fuisse Pindarum, aut Attico more scribere voluisse, lectio ista non constanter a codicibus MSS. exhibetur. In verbis Xenophontis Cyrop. 2. 4. 17. οὗτοι ἄν σοι, εἴ τισιν ἐντυγχάνοιεν τῶν 'Αρμενίων, οὓς μὲν ἂν συλλαμβάνοντες αὐτῶν, κωλύοιεν τῶν ἐξαγγελιῶν, οὓς δὲ μὴ δύναιντο λαμβάνειν, ἀποσοβοῦντες ἂν ἐμποδὼν γίγνοιντο τοῦ μὴ ὁρᾷν αὐτοὺς ὅλον στράτευμα, in his, inquam, verbis post participium συλλαμβάνοντες omissum est verbum substantivum εἴησαν sive εἶεν, quæ ellipsis in participiis usitatissima est. Apud eundem Xenoph. mem. 1. 1. 4. in margine editionum Steph. et Basil. 1569. fol. legitur ἃ μὲν ποιεῖν, ἃ δὲ μὴ ποιεῖν. Hæc vero pro τὰ μὲν—τὰ δὲ a recentiore quodam librario profecta esse, quilibet facile intelligit. Neque aliter statuendum est de Heracliti, multo etiam antiquioris Xenophonte, epistola ad Hermodorum, ubi in H. Stephani poesi philosophica (1573. 8.) p. 150. cuique animali dicuntur esse τὰ μέρη καὶ ὅπλα· τοῖς μὲν κέρατα τὰ ὅπλα, τοῖς δὲ ῥύγχη, τοῖς δὲ πτερὰ, τοῖς δὲ τάχος, ἄλλοις μέγεθος, ἄλλοις ὀλιγότης, οἷς δὲ τάχος, οἷς δὲ νῆξις, πολλοῖς δὲ πνεῦμα. Etsi enim hæc epistola jam per se, propter plurima quæ ei impressa extant hominis Christiani vestigia, vix putari genuina potest: tamen hæc speciatim verba, οἷς δὲ τάχος, οἷς δὲ νῆξις, manifestum est ab aliquo apposita fuisse, qui ea perperam omissa, nec tamen omittenda judicaret, non memor eorum, quæ jam ante dicta erant: τοῖς δὲ τάχος. Etiam apud Demosthenem inveniuntur loci, qui ab indoctis hominibus adhiberi possint ad refutandam Thomæ sententiam, sed sine ulla dubitatione emendandi. In oratione pro Corona v. c. p. 248. 18. leguntur hæc: ἃς μὲν ἀναιρῶν, εἰς ἃς δὲ τοὺς φυγάδας κατάγων. Sed si quis consulere voluerit in Reiskii ed. apparatum criticum v. ii. p. 477. et v. iii. p. 571. veram lectionem videbit superesse in libris manu scriptis, quorum alii legunt τινὰς μὲν—τινὰς δὲ, alii τὰς μὲν—ἃς δέ. Sic in eadem oratione p. 282. 11. ἃς μὲν κατείληφε πόλεις,—τινὰς δὲ πορθεῖ: ubi pro ἃς alii codices τινὰς habent. Et p. 289. 10. ἃς μὲν—τινὰς δὲ—εἰς ἐνίας δέ. ubi rursus pro ἃς codex MS. τινὰς servavit.

Ultimum talis impuræ verborum structuræ exemplum præbeat compositio adverbiorum temporis quorundam cum præpositionibus. Etsi enim Herodianus ad calcem Phrynichi p. 206. ad calcem Mœridis p. 469. καθόλου, inquit, χρονικοῖς ἐπιρρήμασιν οὐ συντάττουσι τὰς προθέσεις, etsi item Phavorinus in v. ἐξ ἐκείνου hæc scripsit: καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν τοῖς ἐπιρρήμασι τοῖς χρόνον δηλοῦσι τὰς προθέσεις οὐχ εὑρίσκονται συντάττοντες οὔτε οἱ 'Αττικοὶ, οὔτε παρὰ τοῖς ποιηταῖς οἱ Ἴωνες: usus tamen loquendi prohibet, quo minus omnia hujus generis exempla minus pura existimemus. Non v. c. damnanda sunt εἰσαεὶ sive ἐς ἀεὶ, ἐσαῦθις, εἰς αὔριον, εἰσέτι, εἰσότε, εἰς τότε, ἐξαῦθις, ἐξέτι, μεταυτίκα, μετόπισθεν, μέχρι τότε, παραυτίκα, προπέρυσι, προσέτι, et similia. Dubitandum etiam videbatur, an rejicienda essent εἰς ἅλις et συνάμα, quæ Eichstadius in dissertatione de carminum Theocriteorum indole ac virtutibus, Lips. 1793. 4. p. 43. Alexandrina esse judicavit. Quanquam enim utrunque legitur in Theocr. idyll. 25. illud quidem v. 17. hoc v. 126. etiam apud Eustath. ad Il. η. p. 535. 46. et ad Il. λ. p. 814, 5. ed. Basil. in Schol. Eurip. ad Hecub. 505. quos locos Valckenarius ad Theocriti decem eidyllia p. 163. attulit, et apud Lucianum, cujus locos quatuor collegit Maius observatt. sacr. 4. p. 198., tamen ea minus recte, opinor, huc referuntur, quia ἅλις et ἅμα non sunt adverbia temporis. Si quis vero Eichstadii sententiam sequi maluerit, multo magis ille reprobare debebit παρεκτὸς, quod vix usquam reperitur, nisi in Aquilæ versione Deut. i. 36. Matth. v. 32. Act. xxvi. 29. 2 Cor. xi. 28. apud Pamphilum in Geoponn. xiii. 15. 7. in Palladii historia Lausiaca c. 84. T. viii. opp. Meursii p. 542. et in similibus. Sed sine controversia improbandas censebam formulas has: ἀπ' ἄρτι Matth. xxiii. 39. xxvi. 64. Jo. i. 52. etc. ἀπεχθὲς apud Apollon. de Syntaxi p. 234. p. 333. 21. et Philodemum in Brunckii anal. T. ii. p. 89. n. xxiii. ἀπὸ νῦν apud Rufinum ibid. p. 397. n. xxvii. etiam T. iii. p. 246. in epigrammate ἀδεσπότῳ ccccxlix. ἀπεψὲ apud Apollon. de syntaxi p. 299. 13. p. 330. 18. ἀπὸ πρωῒ apud Athen. 12. p. 526. C. Act. xxviii. 23. ἐσάρτι apud Eustath. ad Od. α. p. 1402. 18. ed. Rom. ἕως ἄρτι Matth. xi. 12. Jo. ii. 10. etc. πρόπαλαι apud Ælian. V. H. 13. 14. ubi tamen Perizonius præfert πρότερον, in tribus codd. MSS. repertum. Saltem ab omnibus fere grammaticis, ut Phrynicho p. 14. Herodiano l. l. Th. Mag. p. 322. Phavorino l. l. Luciano solœcist. c. 7. (Cf. Salmas. de hellenist. p. 104.) damnantur adverbia temporis composita hæc: ἀπόπαλαι, ἔκπαλαι, ἀπότοτε, ἔκτοτε, de quibus adeo mihi agendum est paulo accuratius. Scilicet quanquam per se videtur nulla esse idonea, cur illa rejiciamus, ratio, tamen hæc causa omnis pendet atque judicari debet ex usu loquendi, qui sane grammaticorum partes videtur defendere. Nam nec editores et interpretes illorum grammaticorum, nec alii viri docti in Trilleri ad Thomam notis laudati, quibus addi possunt Grævius ad Lucian. l. l. Gronovius ad Arrian. exped. Alex. M. 1. 27. p. 54. et Kypkius Obss. in N. T. T. ii. p. 441. ullum ex antiquo aliquo et probo scriptore locum afferre potuerunt, imo non nisi Arrianum, Plutarchum, Apollonium Alexandrinum sive Dyscolum, Josephum, Apollodorum laudarunt, qui quam parvi momenti esse debeant in dijudicanda vocabuli alicujus probitate, quis non intelligit? Ego quoque ἔκπαλαι v. c. observavi apud Apollon. Dyscol. de syntaxi, p. 23. 7. p. 86. 29. ubi cum πάλαι permutatur, p. 205. 14. p. 251. 2. Theophylactum, Bulgariæ archiepiscopum,

epist. 71. T. viii. opp. Meursii p. 925. Schol. Nicandr. ad Ther. p. 20. extr. Schol. Eurip. Orest. 511. 2 Petr. ii. 3. et iii. 5. ἀπὸ τότε præter versionem Alex. Eccles. viii. 12. inveni apud Schol. Apollon. Rhod. 1. 517. et Matth. iv. 17. ἔκτοτε habent Socrates Rhodius apud Athen. 4. p. 148. D. Chares Mitylenæus apud eund. 12. p. 538. F. Phanodemus apud eund. 10. p. 437. D. Aristoteles hist. anim. 8. 12. extr. Clemens Alexandr. str. 6. p. 665. A. p. 698. A. Plutarch. in Cæsare c. 48. Æsop. fab. 145. Geoponicorum auctores 11. 2. 3. Eustath. ad Il. α. p. 43. Tzetzes ad Lycophr. 24. 49. 663. Schol. Nicandr. ad ther. p. 18. Schol. Theocrit. 8. 48. Causam, cur ἔκτοτε inprimis improbandum sit, afferre tentat Pauw. ad Phrynich. l. l. Fortassis etiam viri harum rerum gnari huc referendum putaverint ἐξότε, pro ἐξ οὗ positum, ex Apollon. Rhod. 2. 684. 3. 67. 4. 867. qui etiam habet ἔκτοθεν ἐξότε 4. 521. Certe in nullo idoneo scriptore me legere memini ἐξότε. Sed usi eo sunt Callimachus h. in Apoll. 48. Palladas Alexandrinus in Brunckii anal. T. ii. p. 413. n. xxx. Agathias ibid. T. iii. p. 37. n. ix. et p. 63. n. lxxviii. P. Silentiarius ibid. p. 75. n. xiii. et p. 77. n. xix. xx. Anonymi poetæ ibid. p. 26. n. xxxix. et xl. Schol. Eurip. Cod. August. ad Phœn. 1528.

PAULI ERNESTII JABLONSKII

GLOSSARIUM VOCUM ÆGYPTIARUM.

EXCERPTA E PRÆFATIONE GUIL. TEWATERI

Ad P. E. J. Opusc. T. I. *Lug. Bat. An.* 1804 *edita.*

Ad Opuscula, quæ cum maxime eduntur edenturque quod attinet; damus ante omnia Glossarium Vocum Ægyptiarum, quæ in Libris Sacris et apud scriptores veteres Græcos Romanosque dispersim inveniuntur. Non meo tantum judicio, sed et, quod majus est, Ruhnkenii, Schultensii, Scheidii, hisque similium idoneorum judicum, non diutius illud in obscuro latere et eruditis subduci oportebat.

Diu ante existimarat Ludov. Picquesius, omnia λείψανα linguæ Ægyptiacæ, in libris Græcorum ac Romanorum ubique sparsa, colligi oportere; non dissentiente Th. Edvardo, sed ex hujus sententia seorsim potius collocanda, quam Copticis in Lexico miscenda. Vide Commercium Epistolicum, subnexum dissertationibus Lud. Fourii Longuervei de variis Epochis et Anni Forma veterum Orientalium, p. 285. 292. Consilium simile placuit Hadr. Relando; qui indicem vocum Ægyptiarum, undique conquisitarum, misit ad Davidem Wilkinsium, a quo editæ sunt a. 1715, et illustratæ in dissert. de Ling. Copt. p. 94—112, ubi addit, potuisse se adjicere plus ducentas alias voces priscorum Ægyptiorum, sed earum explicationem peculiari libro de λειψάνοις veteris Linguæ Copticæ reservare. Meminit ejusdem Wilkinsius in Thes. Epist. La Croziano t. i. p. 372. 374. In publicam lucem, quod sciam, non prodiit. Eodem tempore animum adjecit Jablonskius ad colligendas illustrandasque voces Ægyptiacas, quotquot in codicibus aliarum gentium possent inveniri. Anno seculi præteriti quinto et decimo ad La Crozium hæc scripsit: "Maximam partem indicis vocum Ægyptiarum a me in ordinem redactarum et ad te missarum cum ex appendice Dioscoridis et Apuleii de herbis libro deprompserim, fateor quidem ea ut plurimum esse mirum in modum depravata; verumtamen si aut secum invicem, aut cum aliis etiam scriptoribus illa comparentur, ne dubito quidem, quin aliquid visurus sit, qui in lingua Coptica aliquantum est exercitatus. Neque postremo loco commemorandum est, multa herbarum genera, quæ in his occurrunt, commemorari in S. literis." Sedecim post annos ita idem ad eundem: "Catalogum meum vocum Ægyptiacarum, quas partim ex mente tua, partim ex conjecturis meis explicui et illustravi, tantum non ad umbilicum perduxi. Insunt huic indici quidam articuli, qui in magnitudinem fere justarum dissertationum excreverunt: quæ omnia, ubi semel etiamnum Berolinum excurrere licuerit, tuæ censuræ lubentissime subjiciam." Cf. Thes. Epist. t. i. p. 163. 164. 187. Ad literas priores respondit La Crozius, ibid. t. iii. p. 151: "Quas voces Ægyptiacas misisti, eas fere omnes habebam, exceptis tamen iis, quæ ad Botanicam spectant, pro quibus, ut et pro aliis, gratias habeo." Perrexit deinceps Jablonskius in legendis utriusque linguæ scriptoribus antiquis, Poëtis, Geographis, Chronologis, Historicis, item Theologis veteribus, Patres vocant, et recentioribus itinerum descriptionibus, ut ex iis summa cum cura vocabula quæque Ægyptia recolligeret. Monet ipse in scidula, "filum laboris hujus, per complures annos interruptum et neglectum, se resumsisse anno 1732, mense decembri." In alia scribit, "collectionem vocum Ægyptiacarum describi cœptam esse anno 1722, absolutam anno 1740." Quantum temporis huic operi datum est! Facilius profecto erat, multos et magnos de quolibet disciplinarum genere per tantum temporis spatium conscribillare libros, quam hunc unum.

Ex codice autographo, quo usus sum, apparet, primum, dimidiam fere Glossarii partem ab Auctore recognitam esse, limatam, emendatam, manu diligentiore descriptam; deinde, multa illic, præsertim in parte posteriore, aut mutata esse, aut erasa, aut etiam exscissa, cum remittantur lectores ad Pantheon et disputationes in Miscellaneis Berolinensibus, cet.; porro, non pauca subinde et ad extremum usque vitæ tempus marginibus codicis ab Auctore, alleta esse, vel ad finem Glossarii posita, vel scripta in chartis sine junctura errantibus, quæ suis locis, quanta fieri potuit, accuratione reposui; apparet insuper, citari sæpe testimonia quædam Coptica, e codicibus MSS. ducta, brevi tamen ante aut deinde typis descripta, ex. gr. ex interpretatione Psalmorum Coptica, e fragmentis N. T. Sahidicis sive Thebaicis, aliisque; denique, provocasse nonnunquam Jablonskium ad sua scripta, quæ fortasse non supersunt, ad me certe non pervenerunt: ex quo genere sunt Curæ Secundæ in Prolegomena ad Pantheon Ægyptiacum, dissertationes de Syringibus et de Phanete, quarum fit mentio p. 332. 374, et alibi.

Novimus aliunde, plura eum molitum esse, digna sine dubio, quæ, si alicubi lateant, ad communem usum proferantur. Pertinet huc Index vocum Scythicarum, Thracicarum, Parthicarum et peregrinarum aliarum, cujus facit mentionem in Thes. Epist. t. i. p. 182. 183., quem non displicuisse La Crozio, lætus intellexerat. Loquitur ibidem p. 194. de sua Historia Anathematismorum Cyrilli, Alexandrini Episcopi, in qua, ut scribit, opinionem hominibus eximeret, quæ multorum pectora occuparat, Anathematismos istos publico Concilii Ephesini judicio probatos esse, ostenderetque, Cyrillum, etsi honesto modo, quædam in iis incommode et duriter dicta revocasse et correxisse. Sed de hac re dicam in præf. ad eam Opusculorum partem, qua continebuntur libelli varii ad controversiam Nestorianam pertinentes. In Anecdotis, mihi ignotis, numeranda quoque Introductio in Linguæ Ægypt. cognitionem, de qua Stoschius l. c.; item Disputatio de Therapeutis, quos neque Christianos fuisse autumat, neque Judæos, sed Sacerdotes Ægyptios. Rem paucis tangit in Glossario p. 279., plenius autem argumentum libelli exponit in literis ad La Crozium t. i. Thes. Epist. p. 178—181.; qui quidem hanc sententiam arbitrabatur verissimam, non item, nomen eorum Ægyptium fuisse ϢЄНОΥТ, quod fortasse СНІНІ, id est, Ἰατροὶ, unde et οἱ Ἐσσηνοὶ appellati fuerint. V. ejusdem Thesauri t. iii. p. 168—170. An Calendarium Festorum Ægyptiacum MS. memoratum in Glossario p. 197. et 376. diversum fuerit ab iis, quæ scripsit in Miscellaneis Berolinensibus, explorate dicere non habeo, quanquam valde dubito. In præfatione ad partem priorem Panthei promiserat Auctor Ægyptum antiquam Sacram, sive dissertationem de Templis Deorum, per totam Ægyptum constructis, et sacris inibi fieri solitis, Explicationem Tabulæ Bembinæ sive Isiacæ, etiam Schediasma de diebus Festis Ægyptiorum, cujus utriusque specimina quædam extant in Miscellaneis Berolinensibus, denique Syntagma de Sacerdotibus Ægyptiorum, eorumque variis ordinibus; at vero in præf. ad Panthei partem posteriorem exponit causas mutati consilii. Ad Ægyptum Sacram quod attinet, ait, Ric. Pocockium quasi messem fecisse, quæ posteris vix spicas relinqueret. De Tabula Bembina, Festis Ægyptiacis ac Sacerdotibus abunde se dixisse monet, cum in Pantheo, tum in Prolegomenis c. 2. et 3., quæ lectoribus iterum apponi nec oportere, nec opus esse existimavit. Cur non, quod promiserat, ediderit La Croziana, de quibus sæpius in hoc Glossario et in libro de Memnone p. 100., copiose docet in præfat. ad eundem librum p. 6. ac seqq.

Ceterum, non nescio, anno 1753, Jablonskium, Syntagmata de Memnone inscribentem Menckenio, hæc posuisse: "Non ignoras, me anno superiori, gravissimas ob rationes, chartarum mearum, ad res veteris Ægypti sacras et civiles spectantium, quas ab annis quadraginta et amplius, horis quibusdam subsecivis, in usum meum congesseram, jacturam sponte et ultro fecisse.—Unicam tamen hancce ex illo naufragio tabulam servavi, eo quod juris mei non esset, verum tibi omnino deberetur." Quæ calamitatis tam fatalis tamque deplorandæ causa fuerit et origo, si plena fide hic narrarem, nihil inde lucri ad nos remque literariam proficisceretur. Est igitur, quod vehementer lætemur, ex miserrimo isthoc naufragio servatum quoque esse Glossarium Ægyptiacum, de quo mihi hoc dicendum superest. Si Jo. Reinoldo Forstero data est occasio inspiciendi eruditum Jablonskii opus, de qua re dubites, videtur alio ejus exemplo usus, siquidem conjectura nobis facienda est ex iis argumentis, quæ in annotatione p. 216. 217. animadverti. Cum jam factum esset initium edendæ hujus partis, recordabar primum, legisse me ante hos viginti annos Christ. Scholtzii Expositionem vocabulorum Copticorum, in scriptoribus Hebraicis ac Græcis proditorum. Extat in libro Germanico, qui est inscriptus, Repertorium für Biblische und Morgenländische Litteratur, Leipzig, 1783, t. xiii. p. 1—31. Bene is de literis Copticis meritus censetur, quoniam non tantum a. 1748. per libellum supplicem ab illustrissimis Academiæ Lugduno-Batavæ Curatoribus veniam petiit et impetravit, ut Car. Godofr. Woide, Polonus, tunc in Collegio Ordinum Hollandiæ Theologico literarum studiis operam dans, describeret partem Lexici MS. Ægyptiaci, a La Crozio confecti, atque Liturgiæ Copto-Arabicæ librum ἀκίφαλον, verum etiam idem illud Lexicon in compendium redegit, Oxoniique a. 1775. prodire curavit. De quo ipse Scholtzius plura dixit in præfatione. Tantum tamen abest, ut in Repertorio, quod modo citavi, nova dixerit, ut, præter pauca, quæ ex Forsteri Mantissis Ægyptiacis accesserunt, sua fere omnia iisdemque verbis a Jablonskio traxisse videatur. Usus autem Scholtzius est exemplo operis alio, seu autographo, seu apographo, certe minus accurato perfectoque, ut hic illic a me observatum esse monui. Nonnunquam Jablonskiana ad verbum descripsit; aliquando summas rerum dedit; passim observationes Auctoris probavit, rarius ab eo dissensit, dicam an? dissentire visus est; paucis in locis nomen illius apposuit, p. 4. 16. 17. 23, non item alibi. Jablonskio igitur, non Scholtzio, debetur arduus labor, in tot vocibus Ægyptiis in unum congerendis illuminandisque præclarum in modum conspicuus.

Sequitur, ut de opera, in edendo Glossario a me præstita, breviter dicam. Loca scriptorum veterum, ab Auctore citata, comparavi pleraque cum exemplis editis præstantioribus, quæ aut ad ejus notitiam non pervenerant, aut post ipsius mortem primum prodierunt. Hæc loca, qua pagina, qua item lectionis varietate, legantur in illis optimarum recensionum exemplis, monui vel in ipso opere, vel in annotationibus. In his autem, nonnunquam aliorum meoque judicio longioribus, quam oportuerit, id mihi inprimis negotii datum credidi, ut e libris rarioribus, vel paucis abhinc annis in Italia, Gallia et Britannia editis, quorum usu plurimi in Batavia huc usque carent, ea conquirerem, quæ ad illustrationem emendationemque Glossarii Jablonskiani apta viderentur. Ordinis mei hominibus, Theologis, non omnino displicebunt, ut spero et confido, quæ aliquantum conducant rectæ interpretationi S. Literarum. Rem Botanicam, cujus frequens mentio in Glossario, cur vix ausus sim attingere, sed aliorum industriæ commendatam malim, opus non est, ut dicam. In Geographia veteri cum non plane hospes mihi viderer, de ea dixi plura, si non nimia. Critici ægre ne ferant, quæso, laudari conjecturas, quas viri eruditiores sua manu antiquis quibusdam scriptoribus alleverunt, item collationem codicis MS. Medicei, quam ad exemplum Strabonis, jure emtionis nunc meum, Abr. Gronovius adscripsit. Bene novi, virum doctum in Variis Geographicis, a. 1739, hac in urbe vulgatis, dedisse animadversiones in Strabonem, e MS. codice Mediceo depromtas; sed hæ desinunt in libro nono. Itaque nihil illic de varietate lectionis in libro decimo et septimo, ubi potissimum Ægyptiaca pertractantur. Ad finem hujus partis accedit Auctarium vocum nonnullarum, recte vel secus pro Ægyptiacis habitarum, quarum numerus, si ita videretur, ab hoc ipso tempore posset augeri. Errores Jablonskii, haud raro nimis sibi indulgentis in conjecturis Etymologicis, hic illic verecundius indicavi; meos vero, forsitan longe plures ac graviores, emendent alii, multarum rerum inprimisque Ægyptiarum cognitione me multum antecellentes, quibus idcirco, quod candide profiteor, maximas habebo et agam gratias, nec detrectabunt, quotquot hoc studiorum genere delectentur. Denique, Glossario subjungendos putavi complures Indices, e quibus Theologi, Antiquitatis, Geographiæ, artis Criticæ, Botanices aliarumque disciplinarum studiosi intelligant, Glossarium hoc Jablonskianum cura omnium et attentione dignum esse.[1]

[1] [Notæ inter [ ] inclusæ, quibus subjunctæ sunt literæ, EDD., e nostra manu profectæ sunt. Literæ H. St. loca ex H. Steph. Thes. Indice descripta indicant; voces asterisco notatæ in Thesauro non leguntur. EDITORES.]

COLLECTIO ET EXPLICATIO
VOCUM ÆGYPTIACARUM,
QUARUM MENTIO APUD SCRIPTORES VETERES OCCURRIT.

'Αβλαβύνιον, σειρὰ πλεκομένη παρ' Αἰγυπτίοις ἐκ βίβλων πρὸς κάθαρσιν οὖσα, Hesychius. Originem vocis *ἀβλαβύνιον* in Chaldæa quæsivit Bochartus, in defensione contra Salmasium,[1] p. 830. et 832. Non satis feliciter. Quærenda potius videtur in Ægypto. Vide, an huc spectet ΤΒΕΗΗΗ, *ὁ σταθμὸς*, postis januæ, Exod. xxi. 6. ΑϢΟΥ est porro *κοσυμβωτὸς*, Exod. xxviii. 4. Vix audeo huc referre Copticum ΠΙΕΡΒΙΗΟ, quod in Scala Copto-Arabica explicatur Byblus, juncus, papyrus. Quid, si legatur *'Αβλαβύριον* in Hesychio? Nam ΒΙΡ videtur Ægyptiis designasse *πλέκειν*, unde, ut credo, formatum est ΒΙΡ, quod in N. T. Coptico corbem, *σπυρίδα*, significat. Forte ejusdem originis est quoque *Βάρις*, quam vocem vide infra suo loco. *Σειραὶ* hæ sine dubio erant sacræ, et, nisi fallor, illæ catenulæ sive corollæ, collum ambientes, quibus in Tabula Bembina simulacra Deorum toties ornantur. Credo easdem a Sacerdotibus quoque gestari consuevisse. In vitis Patrum et Monachorum Ægypti sæpius mentio fit hujusmodi *Σειρῶν*. Ita in apophthegmatibus Patrum, in Cotelerii Monumentis Ecclesiæ Gr. t. i. p. 340. *θεωρεῖ τινὰ ὁ 'Αντώνιος ὡς ἑαυτὸν καθεζόμενον καὶ ἐργαζόμενον — καὶ τὴν σειρὰν πλέκοντα*, p. 520. *καθέζομαι σὺν Θεῷ βρέξας τὰ μικρά μου θάλλια, καὶ πλέκων αὐτὰ σειρὰν λέγω*, p. 675. *ἀγαπῶ τὴν σειρὰν καὶ οὐ δύναμαι αὐτὴν ἐργάσασθαι.* Jo. Moschus[2] in Prato Spirituali c. 156. scribit, *ἔμεινεν σιωπῶν καὶ πλέκων σειράν.* Apud Palladium in Hist. Lausiaca[3] c. 2. *ἔπλεκεν σειρὰν τὴν ἐκ θαλλῶν φοινίκων*, et c. 28. p. 942. *καὶ βρέξας θαλλοὺς ἐκ φοινίκων, λέγει αὐτῷ, δέξαι, πλέξον σειρὰν, ὡς βλέπεις ἐμέ.* Auctor Etymol. M. in v. *'Αμπλάκημα* hæc habet, *'Αμπλάκημα, τὸ ἁμάρτημα, παρὰ τὸ ἀναπλέκεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ σχοινίου· σειρὰ γὰρ τὸ σχοινίον λέγεται· ἐκ τοῦ πλέκειν πλακῶ, ἀναπλάκημα καὶ ἀμπλάκημα.* Scriptores Latini *Σειρὰς*, quia nempe *πλέκονται*, Plectas vocare consueverunt. Cassianus Collationum l. xviii. c. 15, "Codicem suum, inter ejus Plectas, quas de palmarum foliis solebat intexere, latenter abscondit," et interjectis nonnullis, "inter Plectas palmarum, quas illi Siras vocant."[4] In hisce locis indicatur, Plectas illas a Monachis e foliis palmarum contexi solere. Hesychius[5] vero meminit Plectæ ex byblo, sive junco, specie quadam papyri, confectæ. Et omnino adhibebatur etiam vulgo juncus: unde recte in Glossario, quod Cassiano subjungi solet, Plectæ explicantur, "quas Ægyptii, (nempe Græce loquentes,) Siras vocant, habenæ sunt, e palma, junco aut sparto contextæ, ex quibus sportæ, canistra aliaque similia conficiuntur." Nescio, an non Plectæ eædem restes sive resticulæ quoque appellentur a Cassiano l. i. de habitu Monachi c. 6. p. 8., "Gestant etiam resticulas duplices, laneo plexas subtegmine, quas Græci analaboys (*ἀναλάβους*), nos vero succinctoria, seu redimicula, vel proprie rebrachiatoria possumus appellare. Quæ descendentia per summa cervicis, et a lateribus colli divisa, utrarumque alarum sinus ambiunt, atque hinc inde succingunt; ut constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahant atque conjungant." Moris Ægyptiaci deprehenduntur hodieque vestigia apud Brachmanas, quorum Theologia et instituta religiosa cum Theologia et institutis sacris Ægyptiorum mirifice[6] conspirant. Vide de his Brachmanum corollis Abr. Rogerii portam apertam part. i. c. viii. p. 45. 46., P. Vallensis Voyages part. iv. p. 80. ed. Gall., le Recueil des Voyages faits pour la Compagnie Orientale t. vi. p. 415. t. vii. p. 70., les Voyages de Vincent le Blanc part. i. p. 90. 228. 232., le Voyage de Gautier Schouten t. i. p. 540. ["*'Αβλαβύνιον*, teste Hes., *σειρὰ πλεκομένη παρ' Αἰγυπτίοις ἐκ βυβλῶν πρὸς κάθαρσιν οὖσα*, funiculus qui apud Ægyptios plectebatur ex papyro ad purgandum; ut hodie orbiculi ex herbis quibus utuntur ad extergendas patinas." H. St.]

"Αβραμις. Athenæus l. vii. p. 312. inter pisces Niloticos hunc quoque numerat. Cum nomina reliquorum aut indubie Græca sint, aut ad hanc linguam referenda videantur, hicce *"Αβραμις*, piscis forsitan Ægypto vicinisque proprius, *τύπον Αἰγύπτιον* præ se fert. Opinor vocem esse originis Ægyptiacæ.[7] Piscis vero hujus meminit et Oppianus Halieut. l. i. v. 244. ["*"Αβραμις*, piscis Nilous ap. Athen. vii." H. St.]

• Abrech, אברך. Vox hæc, et quidem, uti videtur, ceu peregrina adfertur a Mose Gen. xli. v. 43. ubi de Josepho, Ægypti Prorege, legimus: Et Pharao vehi fecit eum in curru suo secundario, et clamarunt ante eum אברך Abrech. Interpretes Alexandrini vocem illam in sua interpretatione omiserunt, id tantum indicantes, præcones ante currum Josephi aliquid populo edixisse.[8] Nimis prolixum esset, omnes virorum eruditiorum de hoc nomine conjecturas, et interpretationes afferre. Possunt, si cui volupe est, Pfeifferi Dubia vexata ad h. l.[9] aliique hic consuli. Ut vero meam hac de re sententiam proferam, non dubito, quin cordati rerum arbitri mecum sensuri sint, 1. quidem, vocem hanc Abrech ex lingua Ægyptiaca[10] esse explicandam. Res agebatur in Ægypto, præco vocem hanc ad Ægyptios proferre jube-

[1] Inserta opusculis Bocharti ad calcem Geographiæ S. Præter ipsius opinionem de origine vocis Chaldaica, Alberti ad Hesych. nihil notavit, immemor item observationis Harkenrothii, in Misc. Obs. Crit. vol. x. p. 316., vocabulum *'Αβλαβύνιον* derivantis ex אב לבנין, fructus albescens vel albans. Quæ conjectura neque Cl. Ruhnkenio videbatur digna, quam in Auctarium Emendationum referret. Partem aliquam observationis Jablonskianæ repetiit, sed nulla de causa vocem *'Αβλαβύνιον* bis præbuit Scholtzius in Repertorio Literat. Bibl. et Orient. t. xiii. p. 1. 4. 5.

[2] Extat in Magna Bibliotheca Patrum t. xiii. Parisiis edita.

[3] Invenitur ibid. Palladii Historia. Primum Græce edita est a J. Meursio, ac repetita in editione operum ipsius Florentina a. 1746. t. viii.

[4] Cf. notas ad Cassianum, p. 687.

[5] Hesychii verbis lucem aliquam affert observatio Casauboni ad Athenæi l. iv. c. 3. p. 392. ed. nov., sed clariorem locus Strabonis l. xvii. p. 1179., *τὰ κόϊκινα δὲ πλέγματα Αἰγυπτιακά ἐστι, φυτοῦ τινος, ὅμοια τοῖς σχοινίοις ἢ φοινικίνοις.* Pro *κόϊκινα* Casaubonus malebat *κοΐκινα*. An recte, controvertitur a doctis hominibus, Almelovenio ad Strabonis locum, Jungermanno ad Pollucem x. 179., Sopingio et Alberti ad Hesych. v. *κόϊκες*, aut potius *κόϊξ*. Annotatio Hemsterhusii ad Pollucem a nemine negligetur. Pro vulgato *σχοινίοις* apud Strabonem legendum sine dubio *σχοινίνοις*. Polluci pariter *σχοινίνας* l. c. reddiderunt eruditi, ubi antea *σχοινίας*.

[6] Pluribus id docuit Jablonski in Pantheo Ægyptiorum part. i. p. 285. sqq. part. iii. p. 101., et in Prolegomenis p. 20. 98., inprimis vero Paullinus a S. Bartholomæo in Systemate Brahmanico ex monumentis Indicis Musei Borgiani Velitris, a. 1791. Romæ edito, p. 86. 102. 103. 112.

[7] In descriptione animalium, avium, amphibiorum, piscium, insectorum, vermium, quæ in itinere Orientali observavit Petrus Forskål, edita a Carsten Niebuhr, Havniæ a. 1775., non memini aliud piscis nomen huic simile invenire, nisi Mulli auriflammæ, cui hodie nomen est Arabicum [illegible], quondam forte non dissimile Ægyptiacum. Describitur illic p. 30.

[8] In nova versione Gr. Pentateuchi, ex unico S. Marci Bibliothecæ codice Veneto primum descripta a D'Ansse de Villoison, V. Cl., atque edita a C. F. Ammon. a. 1790, אברך vertitur *γονατιεῖν*. Qui autem non ignoret, auctorem versionis Copticæ Pentateuchi ita secutum esse interpretationem Gr. Alexandrinam, ut verbum verbo redderet potius, quam sensum dictionis Gr. recte verteret, nihil mirabitur, vocis Hebraicæ אברך rationem nullam ab interprete Copt. habitam esse.

[9] T. i. Operum Philolog. p. 94—97.

[10] Non aliter judicarunt Ludov. Picques. et Jo. Reinoldus Forster. diversam tamen ambo tenuere viam, atque a Jablonskiana longius digrediuntur. Picquesius originem vocis אברך quærebat in ΒΡΕΞΙ, *ἅμαξα*, currus. In epistola ad ipsum data, Th.

batur. Et in tricas se conjiciunt, quæ exitum non habent, qui linguam Hebraicam in subsidium vocant. 2. Præconem nomine regis populo injunxisse, ut aliquod profundæ reverentiæ signum Josepho ederent. Bene igitur Pfeifferus monuit, in voce Abrech, posteriorem partem aperta satis vestigia servare vocis Ægyptiacæ ⲢⲈⲔ, quæ inclinare significat. Sic Jo. viii. 8. verba hæc *κάτω κύψας*, interpres Coptus reddit ⲀϤⲢⲈⲔ ⲬⲰϤ, inclinavit caput suum. Totam vero vocem Ægyptiacam, ex duabus compositam, optimus meus et doctissimus La Crozius Ægyptiace sonuisse censebat ⲞⲨⲂⲈ ⲢⲈⲔ, ube-rek, ⲢⲈⲔ, quemadmodum dixi inclinationem corporis, ⲞⲨⲂⲈ vero contra significat. ⲞⲨⲂⲈ ⲢⲈⲔ igitur erit, Inclinate, nempe corpus vestrum, contra Josephum. Varenius, a Pfeiffero citatus, rem hanc divinando assecutus est. Existimat enim, præcones nomine regis populo indixisse *γονατισμὸν*, tanquam clamassent: Ita dixit magnus Pharaoh: Ego omnibus impero genuflexionem. In eadem sententia fuit Aquila, qui, teste Hieronymo, in Quæst. Hebr. in Genesin, Opp. t. ii. col. 541., verba Mosis sic transtulit: Et clamavit in conspectu ejus adgeniculationem. Vide Montfauconii Hexapla Origenis t. i. p. 49. Quæ Pater hic videtur habuisse ab Origene. Is enim in Catenis MSS. Bibl. regiæ Paris. observat, *Δηλοῖ δὲ οὐδὲν ἡ λέξις, ἢ τὸ γονατίζειν· φανερὰ γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ τοῦ κήρυκος.* Hæc vox autem Abrech nihil aliud significat, quam genua flectere. Clara quippe est vox præconis. Quod Origenes in Ægypto potuit ab Ægyptiis discere. Et cum his sentit vulgatus interpres Latinus; nam is vertit: Clamante præcone, ut omnes genu coram eo flecterent. Hicce *γονατισμὸς* admodum emphatice voce hac Ægyptiorum exprimitur ⲞⲨⲂⲈ ⲢⲈⲔ, Inclinate contra. Græcis ritus hic dicitur etiam *προσκύνησις*, inque eo consistebat, ut adoraturus, inclinato corpore, manus ad genua illius demitteret, quem profunda hac humilitate salutare et honorare volebat. V. Ælianum var. hist. l. i. c. xxi. et Plutarchum in Artaxerxe p. 1869. ed. Gr. Steph. Herodotus ritum hunc bene explicat, de Ægyptiis loquens, l. ii. c. 81. *Τόδε μέντοι ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι συμφέρονται· ἀντὶ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους ἐν τοῖσι*[1] *ὁδοῖσι, προσκυνέουσι, κατιέντες μέχρι τοῦ γούνατος τὴν χεῖρα*, quod plane est ⲞⲨⲂⲈ ⲢⲈⲔ. Fourmont, dans la description des Plaines d'Heliopolis et de Memphis p. 110, scribit: "La coutume ordinaire, lorsqu'on s'aborde, est, d'abaisser la main jusqu'aux genoux, de la porter ensuite sur la poitrine." Pertinent huc ista Heliodori l. vii. Æthiop. p. 251. ed. Bourdel. *Ὁ τὸν αὐχένα ἄκαμπτος καὶ μόνος ἐλεύθερος, ὁ τὴν κεφαλὴν νεύειν εἰς τὸ προσκυνεῖν μὴ ἀνεχόμενος, νῦν που τάχα κλινεῖς.* Apud Græcos enim et Romanos gestus hic corporis homines ingenuos minime decebat,[2] eratque ignominiosus, et tantum in servis ferendus. Testatur hoc Ovidius Heroid. Epist. xx. v. 77.

Atque solent famuli, cum verbera sæva verentur,
Tendere submissas ad tua crura manus.

Plinius l. xi. c. 45. "Hominis genua supplices attingunt: ad hæc manus tendunt: hæc ut aras adorant, fortasse quia iis inest vitalitas."

* Ἀγκύρων dicitur a Stephano Byzant. *πόλις Αἰγύπτου*, cujus meminit Alexander l. xiii. Ægyptiacorum. Videtur legendum Ἀγκυρῶ, sicuti est forma similis[3] nominum aliarum urbium Ægyptiacarum, *Βουτῶ, κοπτῶ, κυβῶ, κυνῶ, λεοντῶ*. Si verum est, quod de origine nominis tradit Stephanus, urbem ita vocatam esse, quia ibi ex adjacente lapicidina scindebantur anchoræ lapideæ, quibus eo tempore utebantur, nomen Ἀγκύρων vel Ἀγκυρῶ ex ling. Ægypt. non potest illustrari.

* Ἄγος. Auctor appendicis[4] ad Dioscor. de Mat. Med. ii. 160. *περὶ Σέρεως*, scribit, Ægyptios eam appellare *ἄγον*, Romanos intubum, sive intybum agrestem.

Ἄγρωστις. Quandoquidem de Ægyptiis scribit Diod. Sic. i. p. 40., antiquissimis temporibus eos comedisse herbas, caules, et radices in paludibus nascentes, *πρώτην δὲ καὶ μάλιστα προσενέγκασθαι, τὴν ὀνομαζομένην ἄγρωστιν*, conjiciebat sagacissimus meus La Crozius, *ἄγρωστιν* seu *ἀγρωστὶ* esse nomen graminis Æg. Malo tamen dicere Græcum, quia in Appendice ad Dioscor. iv. 30. [p. 464.] dicuntur Ægyptii Ἄγρωστιν vocasse Ἀνουφὶ, de qua postrema voce infra suo loco agam.[5]

Ἄδωνις. Steph. Byz. de urbibus in Ἀμαθοῦς. *Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη· ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις*[6] *ἐτιμᾶτο, ὃν Αἰγύπτιον ὄντα Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦνται.* Videntur autem Adonidis hujus cultum, si vere est Ægyptius, Argivi ex Ægypto in Græciam invexisse. Pausanias in Corinth. p. 62. ed. Gr. Wech. *Ἐνταῦθα τὸν Ἄδωνιν αἱ γυναῖκες Ἀργείων ὀδύρονται.* De Cypriis Orpheus in H. in Venerem, in Corp. Poët. Lectii t. i. p. 514. [p. 252. ed. Gesn.] *Εἴτ' ἐν Κύπρῳ, ἄνασσα, τροφῷ σέο· ἔνθα καλαί σε Παρθένοι ἀδμῆται νύμφαι τ' ἀνὰ πάντ' ἐνιαυτὸν Ὑμνοῦσί σε μάκαιρα καὶ ἄμβροτον ἁγνὸν Ἄδωνιν.* Suid. ex Damascii Vita Isidori, in *Διαγνώμων*. *Οὕτω διέγνω τὸ ἄρρητον ἄγαλμα τοῦ αἰῶνος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατε-*

Edvardus scribebat: "Ego nullos manuscriptos codices linguæ Ægyptiacæ habeo penes me (Oxoniensi in bibliotheca cum blattis et tineis rixantur) unde tibi probarem ⲂⲢⲈϨⲒ pro curru vectorio legi, aut contrarium ostenderem. Equidem si genuinum vocabuli sensum attigeris, felix et pulchra tibi obvenit conjectura de origine vocis אברך in textu Hebr. Gen. c. xli. nisi dissimilis sonus ך et Ϩ diversi organi literarum obstare videatur." Recte postea monebat Picquesius, ⲂⲢⲈϨⲒ significare currum, Num. vii. 5, nec scrupulum esse circa ך et Ϩ. Vide Commercium Literarium Picquesii, Edvardi et Acoluthi, adjectum dissertationibus Ludov. du Four de Longuerue de variis epochis et anni forma veterum Orientalium, p. 285. 286. 287. 295. 296. Notius nunc omnibus est, ⲂⲢⲈϨⲒ de curru frequenter poni, Gen. xlv. 19. 21. 27., atque alibi, non tamen Gen. xli. 43. ubi ⲂⲈⲢⲈϬⲰⲞⲨⲦⲤ. Forster in Mantissis Ægyptiacis, subnexis libro de Bysso antiquorum, p. 111. et 112., observat, similem Josepho contigisse honorem, quo Mordechai Judæus, regis mandato, affectus dicitur, Esth. vi. 11., similem quoque verborum sensum esse in אברך. Pharao annulum sibi detractum dedit Josepho, veste byssina eum amiciri, torque aureo ornari, currui secundo regio imponi, et ante eum voce præconis proclamari jussit, Abrech! Qui annulo regio, torque, byssina veste regia ornatus amictusque et cinctus esset, summo honore summaque a rege auctoritate afficiebatur. Verba igitur proclamari jussa, ex opinione Forsteri, sunt ϨⲀ—ⲠⲢⲎ—ϦⲎⲔ Haprechek, a rege cinctus, vel vestitus! i. e. En hominem regiis vestibus cinctum! quia rex eum toti præficit Ægypto, eum unico rege, prætereaque nemine inferiorem vult esse, sed id præcipit, ut ipsi quilibet in omnibus morem gerat. Quamvis adjungat Forster, se neutiquam dubitare, quin vocem אברך recte interpretatus sit, quisque tamen eam sententiam eligat, quæ maxime placeat. Mihi hactenus arridet La Croziana, Jablonskio etiam probata, nec rejecta a Michaëlis, in Bibl. Orient. v. ix. p. 214., Dathioque in notis ad Gen. xli. 43. ad q. l. eadem in Scholiis Rosenmullerus repetiit. Postquam Jablonskii sententiam de vocabulo אברך verbis perpaucis memorasset, addidit Scholzius l. c. p. 3. 4. Thebæos diphthongum ⲞⲨ sæpissime vertere in ⲀⲨ, sed et ex ⲀⲨ per syncopen τὸ Ⲩ omittere, remanente tantum litera Ⲁ; hinc vero ex ⲞⲨⲂⲈ—ⲢⲈⲔ oriri Sahidicum ⲀⲂⲈ—ⲢⲈⲔ, quod Moses expressit אברך.

[1] Pro τοῖσι, quod vulgo perperam editum, Wesselingius fide codicum recepit τῇσι.

[2] Legenda annotatio Valckenaerii ad Herod. ii. 80.

[3] Cf. J. Gavel in Misc. Obss. Crit. t. iv. p. 225., inprimis Wesselingius ad Antonini Itiner. p. 153. et ad Hieroclis Synecdemum p. 728.

[4] In editione operum Dioscor., quam J. A. Saracenus a. 1698. curavit, hæc verba leguntur p. 446. In nonnullis codicibus scriptis editisque nomina peregrina aut contextui inserta sunt, aut principiis capitum annexa, aut margini adscripta. Saracenus supposititia omnia et falso Dioscoridis nomen præferentia a contextu removenda censuit, locumque iis ad calcem operis assignavit, p. 441—479. Illic ergo quæras omnia, quæ frequenter deinde ex Appendice ad Dioscor. sumta esse Jablonskius testatur.

[5] Wesselingius in annotatione ad Diod. Sic. i. 43. p. 52. existimat non aliud ἄγρωστιν videri atque Ἄχι, ab Alexandr. interpretibus adhibitum. Consulendus Jabl. ad v. Achi. Ex sententia Comitis de Caylus, Recueil des Antiquités t. vii. p. 105., erat ἄγρωστις non diversa a Loto. Alia dabunt viri eruditi ad Hesych. vv. Ἀγρώστη et Ἄγρωστις, atque in Misc. Obss. v. x. p. 68. [" Species graminis est, quam Hieron. Comment. in Oseæ c. x. optime describit. Locum exhibent etiam Lexica, imaginem vero Matthiol. iv. 28. Dodon. p. 548. Cf. Rar. Plant. Hist. vi. 58. Bod. p. 35., et is inprimis, qui illi studium tribuit singulare, Jo. Scheuchzerus, cujus Agrostographia Tiguri 1719. 4. prodiit, et cum Auctario Halleri ib. 1775." J. N. Niclas ad Geopon. ii. 5. 4., ubi, ὕδατα δὲ ἐπιόντος, ἵνα φύεται ἄγρωστις—μελίλωτος. EDD.]

[6] Berkelius p. 112. legendum conjicit Ἀδώνιοσιρις. Vulgatum defenditur a J. Gronovio in not., edit. Berkelianæ subnexis, p. 5. 6.

χόμενον, ὃ Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν ὁμοῦ κατὰ μυστικὴν θεοκρασίαν. Vide eundem in Ἡραΐσκος, et Phot. in Biblioth. Cod. ccxlii. col. 1049. ed. Gr. Lat., cujus verba ex Suida supplenda esse memento. Adde Voss. de Idolol. ii. c. x. p. 182.

Ἀέντιον, Αἰγύπτιον σμύρνιον, testante Hesych. Terrarum omnium Ægyptum fuisse accommodatissimam unguentis scribit Plin. xiii. 3., et varia unguentorum Ægyptiacorum genera memorat xii. 21. 22. 26. 28. xiii. 1. Μύρον Αἰγύπτιον est apud Athen. l. ii. c. 25. Origo vocis Ἀέντιον, quam esse Æg.[1] puto, hactenus me latet. [" Ἀέντιον Æg. τὸ σμύρνιον dicitur, teste Hes." H. St.]

Ἀερία, ἡ Αἴγυπτος, παρὰ τὸν ἀέρα· καὶ γὰρ ἠερόεσσαν αὐτήν φασιν, Steph. Byz. v. Ἀερία, et iterum v. Αἴγυπτος. Fuit hoc vetustissimum[2] Ægypti nomen, non Græcum, uti vult Steph., etiam Schol. Apollon. Rhod. i. 580. monens, Thessaliam appellatam fuisse ἠερίαν παρὰ τὸ μέλαιναν εἶναι τὴν γῆν· οὕτω γὰρ τὴν Αἴγυπτον ἠερίαν φασίν: atque Eusebius in Chron. Gr. πρότερον παρ' Ἕλλησιν Ἀερία ἐλέγετο. Sed nomen fuit Ægypt. Docuit me cl. La Croze, ⲀⲎⲢ esse vocem origine Ægypt.,[3] etsi non diversam significatione a Gr. ἀὴρ et Lat. aër. [Cf. H. St. Thes. i. p. 132. C. EDD.]

Ἀθάρα, Ἀθάρη,[4] Ἀθήρα, Athara, est vox Ægypt. sed quam non omnes eodem modo interpretantur. Dioscor. ii. 114., Ἀθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὸν ζειᾶς σκευάζεται· ἔστι δὲ ῥόφημα ὡς πολτάριον ὑγρὸν, παιδίοις ἁρμόδιον· ποιεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα. Hesych. Ἀθάρα· ὀλόπυρος,[5] πτισσάνη πυροῦ καὶ πολτῶδές τι. Idem, Ἀθάρη· πυρίνη, πτισσάνη. Schol. ad Aristoph. Ran. p. 213. versus fin. Τὸ δὲ ἔτνος εἶδος ἀθάρας. Eo sensu ipse Aristoph. ea voce usus est in Pluto v. 673. ἀλλά με Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε. Etiam v. 683. Ἐπὶ τὴν χύτραν τῆς ἀθάρης ἀνίσταμαι. Et ibid. v. 694. Κἀγὼ τότ' ἤδη τῆς ἀθάρης πολλὴν ἔφλων. Suid. Ἀθάρα· ἄλευρον ἡψημένον. Idem in v. Μεμυστιλημένοι. Μυστίλη δὲ καλεῖται κοῖλος ἄρτος, ἤγουν ἀθάρα. Nemo tamen ex omnibus his, quorum[6] testimonio usus sum, vocem hanc Ægyptiis tribuit. Id igitur nunc probandum. Est nempe et hæc glossa Hesychii. Ἀθηρά·[7] βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ' Αἰγυπτίοις. Ad cujus loci illustrationem commode hæc Plinii verba succurrunt xxii. 21. " Est et lotometra, quæ fit ex loto sata, ex cujus semine, simili milio, fiunt panes in Ægypto a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto." Cf. Colum. ii. 9. p. 490. " Milium pultem præbet, maxime cum lacte non fastidiendam." Hoc est sine dubio, quod Hesych. ἀθηρὰν vocat, et forte etiam Epiphanius, qui, in Expositione Fidei p. 1093. ubi loquitur de Sacerdotibus Harpocratis in Ægypto, ait: ἀθήραις τε καὶ σεμιδάλεσιν —τὰς ὄψεις χρίσαντες. Euseb. Præp. Evang. ii. 1. p. 32. 33. [p. 51. ed. Vigeri], τὰ λοιπὰ θηρία ἐν ἱεροῖς περιβόλοις, σεμίδαλιν προσφέροντες, ἢ χόνδρον ἕψοντες ἐν γάλακτι, καὶ πέμματα παντοδαπὰ μέλιτι φύροντες. Note sur le voyage d'Egypte par M. Grangier p. 11., " La nourriture ordinaire des Egyptiens est de la farine d'orge détrempée dans l'eau." Verba Epiphanii confirmantur ex hisce Plinii xxii. 25. " Olyram arincam diximus vocari. Hac decocta fit medicamentum, quod Ægyptii Atharam (in aliis codicibus, Atheram) vocant, infantibus utilissimum: sed et adultos illinunt eo." I. e. quod Epiphanius dixerat, ἀθήραις — τὰς ὄψεις χρίουσι. Addenda sunt et hæc Hieronymi verba, Quæst. in Gen. Opp. t. ii. col. 543. ed. Martian.: " Porro θήραν venationem magis potest sonare quam fruges; tametsi moris sit Ægyptiorum θήραν etiam far (de quo vide Drus. in Exod. ix. 32.) vocare, quod nunc corrupte atheran nuncupant." Huc quoque refer Apophthegm. Patrum (in Cotelerii Monum. t. i.) p. 667. δὸς αὐτοῖς μικρὰν ἀθήραν, ὅτι ἀπὸ κόπου εἰσί. Et mox, ὡς οὖν εἶδον τὴν ἀθήραν. Ex his omnibus apparet, Ægyptios, sive per illos intelligantur Alexandrini Græci, sive indigenæ vetusti, atheran, vel atharam, dixisse seu far, vel genus aliquod frumenti, seu, quod ex farre coctum aut alio modo confectum est. Hieronymus vult, Ægyptios eo nomine dixisse far, vel fruges. Plinius vero docet, medicamentum, vel, ut Dalech. legit, pulmentum ex olyra decoctum dici atharam. Ubi observare operæ pretium est, quod Herod. de Ægyptiis refert ii. 36., ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζεὰς μετεξέτεροι καλέουσι. Plin. autem nos docuit, ex Olyra decocta fieri Atharam. Ipsam Olyram veterum Ægyptiorum sermone vocitatam fuisse ⲂϢⲦ, et cum articulo masculino, ⲠⲒⲂϢⲦ, constat ex versione vetusta Ægyptiaca Pentateuchi Exod. ix. 32. Athara igitur non dicebatur ipsa Olyra. Incertum igitur hucusque est, quæ fuerit vera vis vocis Ægyptiorum Athara, cujus mentionem faciunt veteres. Aliquid tamen circa hanc vocem monet Lud. Picques, Doctor Sorbonicus, et linguæ Ægyptiacæ non imperitus. Vide Jordani Hist. Vitæ La Crozii, pt. ii. p. 295.[8]

Verum quia tamen Hieronymus, cujus diligentia ab omnibus laudatur, loco jam citato disertis verbis testatur, Ægyptios far proprie θήραν, idque corrupte, voce nempe magis ad Gr. sermonem detorta, dici atharam, crediderim Ægyptiis antiquis id fuisse theram, vel atharam, quod hodie et in Ægypto et in aliisque regionibus appellant Dora.[9] Lud. Barthema, cujus peregrinationes satis notæ omnibus sunt, l. ii. c. 1. loquens de Arabia, hæc scribit: " Es ist allda auch ein überfluss an fleisch, korn, gersten, und weissem hirss, welch sie Dora nennen." Latinum exemplar habet: 'milii albicantis, dora ipsi appellant.' C. Sicardus, qui diu Missionarii partes in Ægypto obiit, in aliqua relatione, quam ex Ægypto in Europam misit, de eadem re hæc habet: " Je vis avec plaisir plusieurs petits champs élevés sur les bords de la rivière, dont les chaussées servent de rempart pour défendre le Dora, c'est-à-dire le Millet d'Inde. Le Dora, ou Millet d'Inde croît de la hauteur de huit ou dix pieds sur une tige nouée et ligneuse, comme le roseau. Sa graine est à la cime, formant un bouquet bien rangé, et unique sur chaque tige. On fait du pain de cette graine pour les paysans. Le Dora est mûr en Novemb. et Decemb." V. Nouv. Mém. des Missions t. ii. pt. i. p. 143. Idem videtur ille in animo habuisse alio loco, t. v. p. 223., ubi opus amplum de rebus Ægypti promittit: Nous parlerons du bled d'Inde. Grangier, descript. d'un Voy. en Egypte p. 12. " Encore ce pain n'est il pas fait avec de la farine de bled; c'est avec celle d'un gros millet, que les Grecs appellent Caranboch et les Arabes Doura; on sème ce millet sur les bords du Nil, et dans les endroits qu'on peut arroser facilement, la tige de ce grain est de la hauteur de cinq pieds, et une mesure en produit au moins cinquante." Add. Rauwolffs Reisebeschreibung p. 108. fin. In Nubiæ regno Doram eandem reperiri testatur Hieronymus Lobo in Relatione hist. Abyssiniæ

[1] Is. Vossius cum adscripserit Hesychio, " Quod odorem spiret," videtur habuisse pro vocabulo Gr.

[2] Eustathius ad Dionys. Perieg. v. 239., ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα καὶ Ἀερία. Hesych. v. Ἀερία scribit, hoc nomine Ægyptum dictam esse, sed quoque Thasum insulam, Libyam, Cretam, Siciliam, Æthiopiam et Cyprum. Cf. Vales. et Alberti in notis. Cum variæ regiones eo nomine appellatæ sint, dubia fit ejusdem origo Ægyptiaca.

[3] Ab ista sententia non dissentit C. Muller in Satura Obs. Philol. p. 192. Dubius hæret A. A. Georgius not. ad Liturgica fragmenta ex Veliterno Museo Borgiano p. 392., cujus hæc verba sunt: " Si ἀήρ, ut scribit La Croz. in Lex., vox est orig. Ægypt., quid proprie significet, nemo melius quam Hesych., emendatus tamen a J. Alberto, exponere novit. Nebulam enim et caliginem ex ardore et æstu partam exposuit Ex his et morbi et pestilentiæ in homines, in sata vero frugum corruptio inter Ægyptios oriri solent." De caligine generatim ἀὴρ frequenter ponitur apud poetas, inprimis Homerum. Vide Apollonii Lex. Hom. p. 47. 48., Longin. π. Ὕψ. §. 9. p. 36., notasque ad ista loca, et viros eruditos ad Hesych. vv. Ἀήρ, Ἀέρος, Ἠέρα, Ἀερία. Forster in Epist. ad J. D. Michaëlis p. 8. Ægyptum appellatam Aëriam censet quasi HI—PH, Aëre, domum Solis.

[4] T. Hemst. not. ad Aristoph. Plut. p. 223. 225. [5] Pro ὀλόπυρος Harkenroth. V. x. Misc. Obs. Crit. p. 28. legi vult ὄλυρα πυρός.

[6] Adde hoc Pherecratis apud Athen. vi. c. 19. p. 529. ed nov. Ποταμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέῳ. Ap. Pollucem vi. 53. legitur ἀθάρας. Brevi post, segm. 62., ipse Pollux scribit: ἀθάρη δὲ ἔστιν ἐκ πυρῶν.

[7] Potius Ἀθήρα, cum Kust. et Albert.

[8] Opinatur Picquesius, vocem חרי Gen. xl. 16. esse Ægyptiacam ϦⲢⲒ, vel ϨⲢⲈ, vel ϨⲢⲒ, atque ex ea, cum articulo fœminino Ⲧ sive Ⲑ, factum vocabulum Θήρα, quod ab Hieronymo vertitur far, et a Plinio scribitur Athera, cet. V. Commercium Picquesii et aliorum p. 321.

[9] Cf. Flora Orientalis, sive Recensio Plantarum, quas L. Rauwolffus collegit, p. 134. 135. ed. a. 1755. a J. F. Gronovio, atque P. Forskal Flora Ægyptiaco-Arabica p. 174. 175. ibique C. Niebuhr. Contendi possunt, quæ Georgius Zoëga, ad Numos Ægyptios Imperatorios prostantes in Mus. Borg. Velitris p. 173. disseruit.

p. 160. ed. Par.: "Les Maisons ne sont que des Cabanes bâties de boue et couvertes de paille de Dora, qui est une graine, dont on fait un pain très-aigre, et une boisson qui enivre beaucoup." Sed p. 424. legitur Dara. Benedictus Mailletus, qui diu munere Consulis in Ægypto functus est, frugem illam vocat Dourra. Observatio ejus meretur hic adscribi ex Itinerario, pt. ii. p. 109. 110. ed. minoris formæ: "D'autres pensent que cette plante (le lotus) n'est autre chose, qu'un bled particulier, qui croit dans l'Arabie, et qu'on trouve aussi en Egypte; on l'appelle Dourra. Cependant il faut avouer que l'on n'y voit aucune convenance, je ne dis pas parfaite, mais même apparente avec le lotus des anciens." Non abs re fuerit, cum iis, quæ scripsit Mailletus, conferre illa Plinii e l. xxii. c. 21. verba, quæ supra allata jam sunt. Mirum, ni id ipsum innuatur in Scala Coptico-Arabica, quam Kircherus edidit, in Ling. Ægypt. rest. p. 200., ⲠⲒⲬⲒⲢ certum edulii genus, Ægyptiis usitatum. In Persia vocatur Zura, uti ex hisce Chardinii, Itiner. t. ix. p. 225. seq., disco: "On y sème aussi en abondance une certaine sorte de grain, qu'on appelle Zoura, qui croit par touffes ou grapes, à-peu-près comme fait le bled d'Inde, à des cannes de huit à neuf pieds de long, grosses comme le pouce. On en fait du pain, qui est bis rougeâtre, mais que l'on trouve bon par habitude. On cuit aussi ce grain comme le ris; avec lequel il a encore ceci de commun, qu'on ne le fait venir qu'à force d'eau. On assure, que ce grain mange toute la substance de la terre, ou il croit, la rendant infertile pour longtemps, dès la troisième moisson—La moisson de ce grain est en Novembre. Il commence à múrir deux mois avant, et alors il faut sans cesse en écarter les oiseaux." C. Poncet, Voyage d'Ethiopie, dans les Lettres édifiantes t. iv. p. 15., loquens de regione Dongola: "On ne mange que du pain de Dora, qui est un petit grain rond, dont on se sert aussi pour faire une sorte de bière épaisse, et d'un très mauvais goût. Comme elle ne se conserve pas, on est obligé d'en faire à toute heure."—[" Sæpe difficulter constitui potest, η scripserint, an α. Exemplo sit in vita quotidiana vox usitatissima, sed in libris nostris rarior, pultem significans: primum dicta *ἀθέρα*, Ionice scribebatur et Attice *ἀθάρη*, Dorice *ἀθάρα*, a Sophrone tamen, ut ab Hellanico, qui scripsit Ionice, scripta dicitur *ἀθήρα*. Hæc ex libellis mihi constiterunt ineditis penes Ruhnken. meum, qui hæc ex Phrynichi Sophist. Adpar. MS. et ex Glossar. S. Germ. mecum communicavit: ista primum sunt Phrynichi: *Ἀθάρη διαφέρει ἔτνους, ὅτι (τὸ) μὲν κυάμων ἢ πίσων ἢ ἁπλῶς κατερεικτῶν τινῶν, ἡ δὲ ἀθάρα, πυρῶν ἐψημένων καὶ διακεχυμένων ὥσπερ ἔτνος.* Hæc contracta sunt ex multo integrioribus Phrynichi, quæ conservavit Lex. S. Germ. MS.: *Ἀθάρη, καὶ ἀθέρα, καὶ ἀθήρα, καὶ ἀθάρα τὸ αὐτὸ φασίν· ἔστι δὲ ἀθάρη, ἡ ἐκ πυρῶν ἐψημένων καὶ διακεχυμένων ὥσπερ ἔτνος τροφή· διαφέρει δὲ τοῦ ἔτνους, ὅτι τὸ μὲν ἔτνος ἐκ κυάμων ἢ πισῶν ἢ ἁπλῶς κατερικτῶν ὡντινωνοῦν σκευάζεται· ἡ δὲ ἀθάρη, ὥσπερ εἴρηται, πυρῶν ἢ ἐψημένων καὶ διακεχυμένων· ἔστι δὲ ἡ χρῆσις τῆς λέξεως πολλὴ παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ η προαγομένη, κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ α, κατὰ δὲ πολλοὺς ἄλλους κατὰ μὲν τὸ τέλος διὰ τοῦ α, κατὰ δὲ τὴν μέσην διὰ τοῦ η· οὕτω δὲ καὶ Ἑλλάνικος καὶ Σώφρων ἐχρήσατο. ἐκτείνουσι δὲ καὶ τὸ α, ὡς ἀπὸ τοῦ ἀθήρα* (f. l. *ἀθὴρ*) *τῆς λέξεως μεταληφθείσης· ἴσως δέ φασιν ἀθέρα ἦν ἡ λέξις διὰ τοῦ ε, ἡ ἐκ τῶν ἀθέρων κεκαθαρμένη τροφὴ καὶ ἡψημένη ἐκ τῶν πυρῶν· ὕστερον δὲ τὸ ε εἰς τὸ α ἐξετάθη, ὥσπερ καὶ τὸ ἔθος εἰς ἦθος· τὸ μέντοι ἀθέρα εἰς τὸ ἀθάρα Δωρικῶς γέγονεν· οἱ δὲ ἀθήρην λέγοντες Ἰακῶς φασί· καὶ γὰρ καὶ ἄλλως ἐχρήσαντο* (*ἐχρήσαντο*) *Ἰακοῖς διὰ τὴν ἄνωθεν συγγένειαν, ὥστε τὸ ἀθάρη παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς λεγόμενον τὴν μὲν παραλήγουσαν κατὰ τὴν Δώριον, τὴν δὲ κατάληξιν κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἔσχε διάλεκτον.* Ἀριστοφάνης Πλούτῳ (673.), *Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε κειμένη·* Κράτης Ἥρωσιν, *Οὐκοῦν ἔτνους χρὴ δεῦρο τρυβλίον φέρειν Καὶ τῆς ἀθάρης.*" L. C. Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 205. Quod Phrynicho attribuerunt Valcken. et Ruhnk., in Bekkeri Anecdotis Gr. V. i. p. 351. occurrit, in ea libelli parte, cui Bekkerus titulum dedit: *Συναγωγὴ Λεξέων χρησίμων ἐκ διαφόρων σοφῶν τε καὶ ῥητόρων πολλῶν.* Schol. Aristoph. Plut. 673. *Ἀθάρα, μόνη ἡ σεμίδαλις· Ἀττικοὶ δὲ διὰ τοῦ η ἀθάρης, Αἰολεῖς ἀθήρας, ἡ δὲ κοινὴ διὰ τοῦ α, ἀθάρας.* Suid. *Ἀθάρα· ἄλευρον ἡψημένον, κλίνεται δὲ παρὰ μὲν Ἀττικοῖς διὰ τοῦ η ἀθάρης, οἱ δὲ κοινοὶ διὰ τοῦ α ἀθάρας· Ἀριστοφάνης Πλούτῳ. Ἀθάρην, οὐκ ἀθαρὴν τὴν ἐρευκτὴν καλοῦσι· Κράτης Ἥρωσιν* (l. c.). Ibi Kusterus: "Apud Grammaticos tria hæc, *ἀθάρα*, *ἔτνος*, et *ἐρεικτὴ* interdum confundi solent, quamvis, si accuratius rem examinemus, diversa fuerint eduliorum genera. *Ἀθάρα* enim proprie erat puls triticea, vel generalius, puls ex quavis farina confecta; quo sensu Suidas eam vocem hic exponit *ἄλευρον ἡψημένον.* *Ἔτνος* vero erat puls ex leguminibus non in farinam redactis, sed fresis confecta, sive legumina elixa. *Ἐρεικτὴ* autem vocabantur legumina fresa, etiam non cocta. Hæc differentia trium istorum vocabulorum notanda est, quamvis, ut jam dictum est, grammatici eam non semper observent." J. F. Fischerus ad Pluti vers. 673. sic scribit. "*Ἀθάρα* proprie significasse videtur far, h. e. album illud, quod separatur a glumis adoris, hordei, tritici; deinde pultem, pulmentum, farinaceum, quod ita conficiebatur, ut grana decorticarentur, pistillo tunderentur, contusa coquerentur addita aqua, aliove liquore. Vocabulum videtur fuisse origine Ægyptiacum. Nam Hieronym. in Gen. p. 102. A. T. iv. Erasm.: 'Tametsi,' inquit, 'moris sit Ægyptiorum *θήραν* etiam far vocare, quod nunc corrupte atheram vocant:' add. Plin. H. N. 22. 25. 57. Hes. Suid. et Scholl." An Lat. far descenderit ex hac Ægyptiaca voce *θήρα*, quæ ap. Græcos in atheram corrupta est, alii viderint. EDD.]

*Ἄθνον. In appendice Dioscor. v. 43. [p. 465.] dicuntur Ægyptii *ἄθνον* nuncupasse herbam, quam alii *φοίνικα, φοινικόπτερον, ἀγχίνωπα, ῥοῦν στάχυος, ὀσθάλην,* lolium sive hordeum murinum vocant. De eadem videtur loqui Plin. xxii. 25. "Est et herba Phœnicea appellata Græcis, nostris vero hordeum murinum:" quanquam huic plantæ diversas et contrarias adscribat vires, quam Dioscor. Veram nominis Ægypt., ut multarum aliarum arborum et plantarum, originem non potui hactenus pervestigare, vel probabili conjectura assequi, uti neque quorundam nominum, quibus urbes Æg. appellantur.

*Ἀθάρραβις, *πόλις Αἰγύπτου, ὡς καὶ Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ· *Ἀθαρραβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀθάρραβις πόλις. Ἑκαταῖος δ' ἐν δευτέρῳ περιηγήσεως, δι' ἑνὸς ρ καὶ τοῦ μ, Ἀθαραμβίτης νομὸς, καὶ Ἀθαράμβη πόλις.* Verba sunt Steph. Byz., ad quæ Berk. notavit, ejusdem præfecturæ meminisse Plin. v. 9. Nomen non inveni apud Herodianum.[1] Pars prior appellationis fortasse est eadem, quæ in nomine *Ἀταρβῆκις*, de quo infra; de parte nominis posteriore nihil habeo, quod conjiciam.

*Ἄθριβις, nomen urbis et nomi Ægyptiacum. *Ἄθλιβις* vocatur a Steph. Byz., sed qui addit, Nicanorem scripsisse *Ἄθριβις*, et ita quoque Strabonem.[2] Steph. alibi in v. *Ἀφροδίτης πόλις* dedit *Ἄθριβιν*, et in v. *Ψενακὼ* ait esse Psenaco *κώμην τοῦ *Ἀτριβίτου νομοῦ*, ubi male editur *νόμου*. De orig. nominis Æg. Etym. M. v. *Ἀθριβὴς* ex Orione Gram. hæc habet: *τὸ Δέλτα τῆς νησευομένης Αἰγύπτου ἐστὶ κεφαλὴ, κατὰ καρδίας σχῆμα τῶν περιεχυμένων Νείλῳ μεθυσκόμενον· ὅθεν τὸν νομὸν Ἀθριβὴν προσηγόρευσαν, ὅπερ εἴτις ἑλληνιστὶ βούλοιτο φράζειν, οὐκ ἄλλως ἔχοι λέξαι, πλὴν καρδίαν ἀππίων· οὕτως Ὠρίων.* Ultima Etym. verba sic emendari vult Berkel. ad. Steph. v. *Ἄθλιβις*:

[1] In Cod. Steph. Byz. MS. Pernsino pro *Ἡρωδιανὸς* legi *Ἡρόδοτος* monuit Jac. Gronov. Frequenter nomina ista permutantur, cujus erroris origo quærenda in compendiis scribendi. Vide Wesselingii Dissert. Herodot. c. 3. 4. 5. Sed neque apud Herodot. iii. occurrit nomen urbis *Ἀθάρραβις* et nomi *Ἀθαρραβίτης*. Servandum vulgatum *Ἡρωδιανός*. Scilicet quæsiverat Jabl. in Herodiano qui superest Historico. Atqui Steph. Byz. citabat, ut solet, Herodianum, eruditissimum illum Grammaticum, de quo egit Fabricius Bibl. Gr. vii. p. 7. sqq.

[2] L. xvii. p. 1167. *Ἀθριβῖται*, sed p. 1154. *ὁ Ἀθριβίτης νομὸς καὶ Ἀθριβὴς πόλις*, ubi tamen in Cod. MS. Mediceo, cujus collatio ab A. Gronovio est adscripta exemplari, quo utor, *Ἀθριβίτης* et *Ἀθριβὴς*. In scribendo hoc nomine librarii sæpius peccarunt. V. Holstenii Notas et Castigat. in Steph. Byz. p. 10. 11., et Wesseling. ad Hieroclis Synecdemum p. 728. Cf. Belley in Comment. Acad. Inscr. t. xxviii. p. 529. Zoëga l. c. p. 116. Athribis interpretatur civitatem numinis tenebrarum, nomenque scribit ⲀⲬⲢⲒⲂⲎⲖ, tanquam compositum ex ϨⲬⲢ, ⲀⲬⲰⲢϨ (ap. La Crozium ⲈⲬⲰⲢϨ) nox, et ⲂⲎⲖ, ⲂⲀⲔⲒ, urbs. Existimat Athribin facili etymo ab Athar sive Athor duci, dea, quam Venerem interpretati sunt Græci. Idem istud verbo monuerat p. 73.

πλὴν καρδίαν. *'Απίων, οὕτως καὶ 'Ωρίων*, ut Apion sit nomen proprium scriptoris non incelebris, quem secutus fuerit Orion Gram.[1] Alii legunt, *πλὴν καρδίαν ἀπίων*, nisi cor pyri, seu pyrorum. Ex eorum igitur sententia totum Delta Ægyptiace vocabatur *ῥίβις*, quod pyrum sonet. In medio autem *τοῦ* Delta situs erat nomus Athribites, vel *'Αθρίβης*, quod cor i. e. medium pyri significet. S. Bochartus, vir supra vulgus Theologorum doctus, monet P. i. Geogr. S. L. i. c. 15., Rib sive Riph esse nomen Ægyptium partis Ægypti terquetræ, Nili ostiis comprehensæ, et sic vocari a pyri forma, atque nomum medium Athribem, i. e. cor pyri, inde appellari. Pluribus deinde eandem rem persequitur l. iv. c. 24. ubi, postquam verba Etym. produxisset, hæc adjiciebat, "Ægyptiis *ἄθ* vel *ἦθ* est cor, ut scribit Horus Hieroglyph. i. 7., et *ῥίβ* vel *ῥαβί* pyrum; inde Athribis cor pyri, quia in medio pyri, i. e. Ægypti partis, quam a pyri forma Ægyptii Rib, i. e. Pyrum, vocabant. Quod nomen hodieque servat post tot secula incorruptum. Errif scribit Leo Afric.,[2] i. e. אלריב, præfixo articulo Arabum, qui ante R non aliter sonat, ut norunt illius linguæ periti."[3] De prima hujus vocis syllaba non est dubitandum. Nam *'Αθ* vel *'Ηθ*, Coptice ϨΗΤ omnino dicitur, ut patet e centenis locis versionis Copticæ Pentateuchi ac librorum N. T., et ex Liturgiis Copt. MSS., quas in Britan., Paris. et Lug. Bat. consulere mihi datum est. Sed dubitatur de altera vocis parte, an *'Ρίβ* sive *'Ρίβις* pyrum Æg. designaverit. De qua re et aliis huc pertinentibus infra dicam in v. Rib.

'Αθὺρ, μὴν καὶ βοῦς παρὰ Αἰγυπτίοις. Locum hunc Hesych. explicatum videbis in Panth. 1. c. 1. §. 3. et 15.[4] [Vide infra v. *'Αθώρ.* "*'Αθὺρ* Hes. mensis et bos Æg.; mensis autem ille *ἀθὺρ* in Lex. meo vet. dicitur respondere Lat. Novembri." H. St.]

• *'Αθυρὶ*, domus Hori mundana. Ita Plutarchus vocem hanc explicandam esse testatur, de Is. et Osir. p. 374.[5] Explicationem uberius ex lingua vet. Æg. illustrare sategit M. Veyssiere La Croze, in Thes. Epist. t. iii. p. 159. De eadem et sententiam meam[6] exposui in Pantheo iii. v. §. 4.

• *'Αθώθης, 'Ερμογένης*, id est, Mercurio satus. Ita nomen hoc interpretatur Eratosthenes in Catal. reg. Theb. Ægypti, ad quem originationem hanc pluribus excussi. V. la Chronol. de l'Histoire Sainte par A. des-Vignoles, t. ii. p. 737 et 738.

'Αθώρ. Ita Æg. nuncupasse Venerem suam, docet Orion Gram. ap. Etym. in v. *'Αθύρ.* Prolixe de hoc Æg. Numine disputo in Pantheo i. 1., ubi ostendo, *'Αθὼρ* Æg. scribendum esse ⲈϪⲰⲢϨ, idque significare Noctem, maximum veterum Ægyptiorum, et aliarum quoque gentium, Numen.[7] [E locis, ad quæ Jabl. hic et supra in v. *'Αθὺρ* provocat, excerpta pauca, ad rem pertinentia, huc transferemus. "Fuit aliquod vetustioribus Ægypti incolis Numen, magna veneratione cultum, ab ipsis quidem vocatum Athor, quod vero Græci, qui omnia diversarum gentium numina ad theologiam suam referre atque accommodare solent, Venerem interpretati sunt. Docet hoc Orion, Grammaticus non incelebris, cujus testimonio Etym. M. sæpius utitur, qui et hæc ex eo excerpsit in v. *'Αθύρ*: *'Αθὺρ ὁ μὴν, καὶ τὴν 'Αφροδίτην Αἰγύπτιοι καλοῦσιν 'Αθώρ· καὶ μῆνα γε τὸν τρίτον τοῦ ἔτους ἐπώνυμον ταύτῃ πεποιήκασιν· οὕτως 'Ωρίων.* Equidem præter hunc Orionem, non succurrit quisquam alius, qui rem eandem verbis disertis ita tradiderit; sed adsunt tamen alia, quæ, ubi cum testimonio Orionis, et inter se comparantur, dubitationi locum nullum relinquunt. Faciunt ad rem hanc verba Hesych. seq.: *'Αθὺρ μὴν καὶ βοῦς παρὰ Αἰγυπτίοις.* Quod ad mensem attinet, idem jam vidimus tradere Orionem. Et est sane res notissima, tertium anni Ægyptiaci mensem, Niligenis dictum fuisse Athyr, quippe quod Veteres, Gr. et Rom., persæpe testentur. In Coptorum libris nomen hoc semper scribitur Athor, *'Αθὼρ*, idque nos monere Orion non neglexit: Venerem, inquit, Ægyptii vocant Athor, et ab ea tertium anni sui mensem denominarunt. Quando vero Hesych. addit, Ægyptios bovem pariter dixisse *'Αθὺρ* (Athyr), id non de bove naturali, sed de nostra tantum Athor intelligi potest. Nam simulacrum hujus Deæ, summa Ægyptiorum religione consecratum, fuisse bovem fœminam, vel vaccam, docebimus §. 15. hujus capitis. Sed omnium optime Herodotus, scriptor antiquitatis ultimæ, observationem Orionis de Athor, testimonio sane egregio confirmat. Scribit is namque II. 41. urbem esse in præfectura Prosopitide, cui nomen fuerit *'Ατάρβηχις*, Atarbechis, quod ego, uti alio loco jam monui (Exerc. de Rhemphah, p. 77.), interpretor Aphroditopolin, i. e. Veneris urbem. Interpretationis hujus argumentum invictum, Herodotus ipse mihi subministrat, quando l. c. de urbe illa hoc commemorat: *ἐν δὲ αὐτῇ 'Αφροδίτης ἱρὸν ἅγιον ἵδρυται.* Urbem hanc Strabo, de eadem plane loquens, xvii. p. 552. ed. Casaub., appellat *'Αφροδίτης πόλιν.* Nempe Herod. dederat nobis ipsum patrium urbis illius nomen *'Ατάρβηχιν*, vel, uti scribendum esse censeo, *'Ατάρβηκιν*: Strabo vero, secutus scriptt. Gr., nom. Æg. interpretatur cum illis *'Αφροδιτόπολιν*, non male. *'Ατὰρ* enim, vel, ut scribit Orion, *'Αθὼρ*, est secundum interpretationem Gr. Venus. ⲂⲀⲔⲒ porro (Baki) sermone Ægyptiorum avito et Copt. urbs dicitur, ex quo patet, *'Ατάρβηκιν* esse *'Αφροδιτόπολιν*, Veneris urbem. Plut. de Is. et Osir. p. 366: 'Mense Athyr periisse Osiridem dicunt, quando Nilus recedit, et solum nudatur. Quando autem nox fit longior, ac tenebræ crescunt, lucisque superatur et tabescit vis; tunc sacerdotes cum alios tetricos ritus peragunt, tum bovem auratum, nigro byssino amictu tectum, ostentant in luctu Deæ, bovem enim Osiridis et terræ ducunt imaginem.' Verba hæc tanto libentius hic descripsi, quum manifesto de Athor, sive Æg. Venere, et Nocte agant. Illius enim simulacrum fuisse bovem fœminam, sive vaccam, ostendetur §. 15. Et solemnitas illa lugubris, quam descripsit Plut., ingruit in mensem Athyr, qui ab Athor, sive Æg. Venere nomen accepit. Sed diffiteri tamen nequeo ea, quæ scribit auctor laudatissimus, referenda esse ad annum gentis Æg. fixum, qui tempore Augusti Imp. introduci demum cœpit, cum vetusta gentis hujus sacra, ad annum antiquum vagum pertinerent, adeoque menses omnes successive percurrerent——Numen hoc Noctis per totam Ægyptum, Templa habuit complura, celebria, a multis frequentata, cultu ejus et laudibus personantia. Simulacrum Deæ huic in Templis consecrari solitum, erat vacca, et plerumque naturalis viva, solenni Æg.

[1] Berkelio præiverat Fr. Sylburg. in not. ad Etym. M. p. 1. his verbis: Haud scio, an verius sit *'Απίων*, ut Orion ea citet ex Apione Grammatico. Non raro eruditi suas de variis Etym. Gr. locis conjecturas publicarunt, non ante consultis Sylburgii notis, aut certe tacito ipsius nomine.

[2] Respicit Bochartus ad Le. Africani viii. p. 666. "Ab Alcairo Rosetum, oram vocant Errifiam," et mox, "Errifia fructibus et oryza (antecellit)." Adde eund. p. 669 et 715.

[3] Ab ista Bocharti sententia discedunt D. Wilkins in Diss. de Ling. Copt. (adjecta Orationi Dominicæ in diversas omnium fere gentium linguas versæ, edente J. Chamberlaynio), p. 99, J. de Bary apud Reland. in Palæst. ill. p. 940—942, C. Muller in Satura Obs. p. 97—99, qui testatur, Coptos nomen urbis scribere ⲐⲢⲈⲂⲒ, pro quo Græci deinde *'Αθρίβι* dixerunt. Ducem secutus est Kircherum. Cf. La Crozii Lex. Ægypt. p. 74., cujus *αὐτόγραφον* servatur in Bibl. Lug. Bat., a Mullero diligenter lectum, eo tempore nondum publica luce donatum.

[4] Comparentur, quæ Jabl. alibi scripsit, in Misc. Berol. vii. p. 388, 389., et in annotat. ad Eratost. catal. Reg. Theb. Ægypti, insertis A. des-Vignoles Chronol. Hist. sacr. t. ii. p. 760, 761. *'Αθὺρ* non generatim fuisse bovis nomen Ægyptium, sed tantum vaccæ, quæ erat Veneri sacra, bene monet J. Kocherus in Misc. Obss. Crit. Nov. t. ii. p. 137. Quorum animadversiones omnes si J. Alberti potuisset expendere, vix opinor, eum omnia scripturum fuisse, quæ scripsit in Misc. Obss. V. iii. p. 448, 449, repetiitque ad Hesych. v. *'Αθὺρ*, sigillatim de vocis origine et usu de bove.

[5] Eo in loco pro *'Ωρου* sive *'Ωρω* legendum *'Οσίριδος*, ex conjectura Squirii p. 138, 139, quæ tamen audacior videtur, et nimium abit ab *'Αθυρί*.

[6] La Crozius voc. *'Αθυρὶ* compositam judicat ex ⲎⲒ vel Ⲏ domus, ⲐⲞ universum et ⲞⲨⲢⲞ rex. Idem placet Kochero l. c. p. 136. Jablonskius eandem Æg. interpretatur ϪⲀⲦ ⲞⲨⲎⲢ ⲎⲒ, Chat-uer-ei, mundum Hori domum. Quæ verior sit sententia, non meum est judicium. Utraque certe probabilior, quam est Wilkinsii opinio, in diss. de Ling. Copt. p. 99. putantis, *'Αθυρὶ* vocem esse Gr. *ἄθυρον*, domum janua carentem.

[7] Cf. scriptores, supra v. *'Αθὺρ* in nota laudati.

more, qui animalia volebant esse *μιμήματα* quædam, imagines æterni Numinis vivas, quibus virtutes et effectus illius, aliquo modo adumbrarentur. Tale simulacrum Plut. commemorare, quæ saltem est mea conjectura, monui §. 14. Sed ne ad conjecturas nudas res hæc redire cupiam videatur, confirmemus eam testimoniis, omni exceptione potioribus. Refert autem Ælian. N. A. xi. 27. vicum esse Nomi Hermopolitani, Chusas nomine, quem ob situs amœnitatem laudat, deque eo addit: *ἐν ταύτῃ σέβουσιν Ἀφροδίτην, Οὐρανίαν αὐτὴν καλοῦντες, τιμῶσι δὲ θήλειαν βοῦν.* Nam in Templis solebant Ægyptii semper alere animalia, Diis suis consecrata, quæ tanquam vivas illorum effigies adorabant. Idcirco Ælian. ib. hæc adjicit: 'Et ipsam quoque Isin Ægyptii bubulis cornibus et fingunt et pingunt.' Hanc nempe rationem reddit, cur Ægyptii vaccam divinis honoribus afficiant. Adhuc clarius id docet Strabo xvii. p. 552.: *οἱ δὲ Μωμεμφῖται τὴν Ἀφροδίτην τιμῶσι, καὶ τρέφεται θήλεια βοῦς ἱερά, καθάπερ ἐν Μέμφει ὁ Ἆπις, ἐν Ἡλίου δὲ πόλει ὁ Μνεῦις.* Locus hicce luculentus, usum talium simulacrorum vivorum satis nobis explicat. Sunt et ejusdem hæc verba p. 556.: *εἶθ' ὁ Ἀφροδιτοπολίτης νομὸς, καὶ ἡ ὁμώνυμος πόλις, ἐν ᾗ λευκὴ βοῦς ἱερὰ τρέφεται.* Hinc jam lux in Hesych. redundat, qui alicubi observat, Ægyptios et mensem quendam, et bovem quoque, nempe fœminam, dixisse Athyr, vel q. i. Athor." Edd.]

* *Αἱμόος.* Sentix, rubus. Apuleius de herbis c. 87. Append. Discor. iv. c. 37. [p. 464.]

* *Αἰθοπί.* Galiopsis. Append. Diosc. iv. 95. [p. 469.]

* *Αἴθωπρον.* Pentaphyllon. Apul. de herbis c. 2. Append. Dioscor. iv. 42., habet *ἔνωπρον.* [p. 465.]

Alabastrum, Alabastrites. Plin. xxxvii. 5., Lapidem quem Alabastriten Ægyptii vocant. Vide et c. x. Alabastrites nascitur in Alabastro Ægypti, atque xxxvi. 8. Theophr. de Lapid. p. 392. *ὁ περὶ Αἴγυπτον ἐν Θήβαις ἀλαβαστρίτης.* Sciendum autem, ⲀⲖ Æg. significare gemmam, aut lapidem pretiosum, qualis est lapis specularis. ⲞⲨⲞⲂϢ porro iisdem candidum colorem designat. Erit itaque ⲀⲖⲞⲨⲞⲂϢ, (Aluobs, Alaabs vel Alabas) lapis pretiosus candidus.[1]

* *Ἀλληλώ.* Solanum hortense. Append. Dioscor. iv. 71. [p. 467.]

* Ahc, vel ak, nomen Stellæ cujusdam, de qua Chalcid. in Timæum p. 218. ed. Meursii. "Ægyptiorum quoque Prophetæ, Stellam quandam aliquot annis non visam verentur, quam vocant Ahc." Ubi Fabric. in not. observat, Rigaltium oræ Cod. sui adscripsisse Ihc. De argumento hoc, vix est, quod addam. Forte tamen legi posset Asc, vel Ahsc. Nam ⲰϢⲔ, Osc, Æg. dicitur *βραδύνειν*, tardare, moram nectere, et *χρονίζειν* Ps. lxx. 5.[2] Et vero de stella illa dicitur, quod aliquot annis visa non fuerit. Ceterum Jac. Kochius im beleuchteten Hiob, existimat voce עש Asch Jobi iv. 9. xxxviii. 32., designari Stellam quandam, et nominatim Saturnum.[3] Quod si hæc sententia viri eruditi admittenda videatur, ulterius disquirendum, sitne forte ΑΗΣ Chalcidii illa ipsa Stella, quæ in lib. Jobi Asch audit.

* Ham. Ægyptus sic dicebatur a regionis illius incolis. Hieron. Plura vide in *Χημία.*

* Amaranthus. Centaurea minor. Apul. de Herbis c. 35. Ed. Tor. in marg. habet Amarat, quomodo etiam in Cod. MS. Voss., qui optimæ notæ, et nunc est in Bibl. Leid., scriptum inveni.

Ἀμμᾶς. *Οὕτω καλοῦσι τὰς πνευματικὰς μητέρας.* Palladius Lausiac. Hist. c. xlii. p. 960. In ead. hist. c. cxxxvii. commemoratur quædam *Ἀμάταλις*, ubi Hervetus in vers. recte mihi sic distinxisse videtur: Vita Ammæ Talidæ. In Gr. est, *Περὶ Ἀματαλίδος.* Hic sermo est de rebus in Ægypto gestis. Vide et Moschi Pratum Spirituale c. 127. in Monum. Eccles. Gr. Cotelerii t. ii. p. 405. et c. 128. p. 407., ac pariter Apophth. Patrum, apud eund. Coteler. t. i. p. 465. Vox hæc videtur esse originis Syr. Syri enim ܐܡܐ dicunt Matrem, Chald. אמא. Sicuti ergo Monachorum Præfectus dicitur Abbas, i. e. אבא, Syr. Pater, ita quæ Monialibus præfecta erat, dicebatur אמא, Mater. Victor Vitensis de Persecut. Vandal. l. i. p. 12. ed. Chiffl.: Quæ nunc superest virgo, mater multarum virginum Dei.[4]

* *Ἀμένθης.* Ita Ægyptii nuncupant locum, in quem mortuorum descendunt animæ, teste Plut. de Is. et Os. p. 362. Et ita se res omnino habet. In vers. Copt. seu Æg. S. Scripturæ, *ᾅδης*, i. e. locus, vel status, ad quem mortui perveniunt, semper dicitur ⲀⲘⲈⲚⲦ, Amenti, et in Dial. Sahid., sive superioris Ægypti, ⲀⲘⲈⲚⲦⲈ, Amente. Non opus id est testimoniis probare. Nam ubi in textu Gr. est *ᾅδης*, ibi semper aut tantum non semper ap. Æg. interp. reperitur ⲀⲘⲈⲚⲦ, vel ⲀⲘⲈⲚⲦⲈ. Sed pergit Plutarchus, et vocem hanc Æg. ex thes. ling. Ægypt. sic illustrat: Significat hocce nomen *τὸν λαμβάνοντα καὶ διδόντα*, accipientem et dantem, quam explic. falsam esse suspicatur Wilkins., in Diss., qua voces Ægypt., ab aliis commem. et explicatas, examinat p. 95. Cl. vero La Crozius, cujus

[1] Alabastrum esse vocem orig. Gr., volunt Etym. M. v. *Ἀλάβαστρον*, Suid. in vv. *Ἀλαβαστροθήκη* et *Ἀλάβαστρον*, Salmas. in Exerc. Plin. p. 394, et J. D. a Lennep in Etym. L. Gr. t. i. p. 99.—Nota urbs Æg. *Ἀλάβαστρα* e Ptolemæo, Plinio, aliis. Adscribitur Phrygiæ a Steph. Byz., qui testem appellat Herodot. Male. V. Berkel. Holsteniumque in not., et Wessel. ad Herod. viii. 136. Jac. Gronovius in not. MSS. ad castig. Holstenianas: "Fuere plures Herodoti, et *Ἡρόδωρος*." Quibus verbis quid velit, discas ex ipsius animadv. ad Herod. locum. Si vera sunt omnia, quæ de orig. nominis, huic urbi inditi, scribit Salmas. l. c., ex ling. Ægypt. illud haud magis illustrandum, atque voces *Ἀλάβαστρον* et *Ἀλαβαστρίτης*.—De notione vocabulorum ⲀⲖ lapis et ⲞⲨⲞⲂϢ vel ⲞⲨⲰⲂϢ candidus, v. La Croz. Lex. p. 2. 69. 71. Est autem observatu dignum, in vers. Copt. ex edit. Wilkinsii *ἀλάβαστρον* Matth. xxvi. 7. reddi ⲘⲞⲔⲒ, sed in interpretatione N. T. dialecto superioris Ægypti, dicta Thebaidica vel Sahidica, quæ versio primum prodiit Oxonii a. 1799, inveniri ⲀⲖⲀⲂⲀⲤⲦⲢⲞⲚ.

[2] Testim. plura dabit La Croz. in Lex. p. 119.

[3] Huc non pertinere locum priorem docuit A. Schultens, qui etiam de duobus posterioribus docte disputavit. Junge J. D. Michaëlis Suppl. ad Lex. Heb. p. 1901—1907. Non tamen omnia eadem sentiunt.

[4] Cf. vv. dd. ad Hesych. v. *Ἀμμάς.* Tewaterus. ["*Ἀμμάς*, nutrix et mater Dianæ, item Rhea, et Ceres, teste Hes. Supra *Ἀμαία* quoque de Cerere dictum habuimus." H. St. Iterum v. "*Ἀμμά*, Etym. et Lex. vet. *τροφὸς καὶ μήτηρ καθ' ὑποκορισμόν*, inquiunt, adduntque Rheam quoque sic nominari: verum pro eodem dici *Ἀμμάς* quoque et *Ἀμμία*." H. St. "*Ἀμμία* Hes. *μήτηρ, τροφός*, mater, nutrix, quæ et *μαῖα*." H. St. "*Ἀμαία* Suidæ *ἡ Δημήτηρ*, Ceres." H. St. "*Ἀζησία*, dicta Ceres, *ἀπὸ τοῦ ἀζαίνειν τοὺς καρπούς*, quod fructus et fruges arefaciendo ad maturitatem perducat, ut annotat Hes. At Suid. *Ἀζησίαν* vocari scribit Proserpinam, et *Ἀμαίαν* ejus matrem Cererem: indeque proverbio dici *ἡ Ἀμαία τὴν Ἀζησίαν μετῆλθεν*, de iis qui diu aliquid quærunt, *ἐπὶ τῶν πολυχρονίως ζητούντων χρωμένων*." H. St.—Cf. Erasm. Chiliad. II. Cent. vii. Adag. 74., et Zenob. Parœm. IV. 20., ubi Didymus, ut et Suid., tradit, Cererem *Ἀμαίαν* dici, Proserpinam e diverso *Ἀζησίαν*. "*Ἀζησία* sc. Zenobio dicitur *ἀπὸ τοῦ ζητεῖν*, sed hoc nihil probat; idem enim de Cerere et meliori jure dicitur," Vales. ad Hesych. v. Albertius putat Hesychii locum esse mutilum. Sed fallitur, et ii quoque falluntur, qui putant Hesych. errasse, cum dicit Cererem dictam esse *Ἀζησίαν*. Insignis est Spanhemii nota de hac re ad Callim. H. in Cer. 133. p. 740. "Huic Deæ seu Cereri et filiæ Proserpinæ promiscuæ fermo ap. auctores et in aliis antiquis monumentis appellationes, sicut *Σωτείρας* v. 135., *θεσμοφόρου*, prout *θεσμοφόρω θεαὶ* eadem mater et filia seu *θεσμοφόρω* dicuntur ab Aristoph. Thesmoph. p. 782 et 783., et a Proclo, ubi de Platone ait in ejus Theolog. p. 267. *τὰς θεσμοφόρους θεὰς ἀνυμνεῖν*, et quomodo insuper vel *πυρφόροι θεαὶ* ap. Eurip. Phœn. 699., aut *μεγάλων θεῶν*, seu *μεγάλαις θεαῖς* nominibus, et qua de re jam supra ad v. 121., eædem ap. Messenios et Arcadas cultæ. Hinc etiam *Ἀζησία* Ceres dicta juxta Hesych., quod proinde non debuit viro erudito ad Hesych. negotium facessere, et Proserpina juxta Didymum ap. Zenob. IV. 20. Imo ambigua nonnunquam Cereris et Proserpinæ signa; unde Pausanias de Tripodibus dicatis Apollini Amyclæo, unum ait extitisse, cui insisteret signum Cereris vel Proserpinæ, *Κόρης δὲ ἢ Δήμητρος*, IV. p. 242. et quod fide etiam veterum ac insignium nummorum liceret hic comprobare. Alioqui *διώνυμοι θεαὶ*, binomines Deæ, ab Euripide vocantur, Phœn. 689." Idem ibid. 135. monet: "*Σώτειρα* quippe juxta filiam Proserpinam dicta eadem Ceres, cum alibi, tum in veteri Apameæ nummo Gazæ Mediceæ." Quod ad voc. *ἀμμάς* attinet, adi Selden. de DD. S. II. 2. Bochart. Geogr. S. P. II. L. I. c. 7. p. 372. "Est ab Hebr. אם, am, quod Matrem significat: hinc non mirum, Rheam, Matrem Deorum, itemque Cererem, i. e. Terram, communem quasi omnium matrem, *Ἀμμὰς* appellatam fuisse." Kusterus. Ceterum voces *Ἀζησία*, *Ἀμαία*, *Ἀμμά*, *Ἀμμάς*, *Ἀμμία* in Schneideri Lexico non inveniuntur. Edd.]

institutioni qualemcunque linguæ Ægypt. scientiam debeo, vicissim existimabat, obs. Plutarchi veram esse et recte se habere. Arbitrabatur nempe vocem ⲀⲘ, in Copt. ling., signific. habere capiendi, vel accipiendi, ideoque fabrum lignarium ab iis dici ⲀⲘϢⲈ, ab ⲀⲘ, videlicet, sive capiendo, et ϢⲈ, lignum, ut sic ⲀⲘϢⲈ eum designet, qui ligna capit et continuo tractat. Ϯ porro est dare, ⲈⲚ vero vel Ⲛ est particula connectendi: unde sequetur, ⲀⲘ—ⲈⲚ—Ϯ, etymologice[1] significare capientem et dantem. Equidem haud invitus largior Viro opt., ⲀⲘ olim Ægyptiis sonasse capere, vel accipere. Hinc enim est ⲀⲘⲞⲚⲒ, vox frequenter occurrens, et significans κρατεῖν, i. e. capere, apprehendere, continere; sed non possum non dubitare, sitne hac ratione vox ⲀⲘϢⲈ explicanda. Credo potius a ϢⲈ, lignum, esse ⲘϢⲈ, vel ⲈⲘϢⲈ, lignarius, quod deinde efferri cœpit ⲀⲘϢⲈ. Formatio hæc et derivatio est admodum analogica, cujus innumerabilia in ling. Æg. reperiuntur exempla. ⲦⲒ porro, vel Ϯ, dare quidem significat; at in dial. superioris Ægypti, quæ est haud dubie antiquior, ᾅδης non dicitur ⲀⲘⲈⲚϮ, verum ⲀⲘⲈⲚϮⲈ, ubi originatio Plutarchi locum non habet. Crediderim itaque explicationem hanc Plutarchi quibusdam eo tempore in mentem venisse, cum dial. Ægypti infer. prævaleret, ideoque ⲀⲘⲈⲚϮ longe frequentius audiretur, quam ⲀⲘⲈⲚϮⲈ. Nam in ⲀⲘⲈⲚϮ, etymol., de qua loquimur, potest defendi. Observatione tamen insuper dignum est, vocem ⲀⲘⲈⲚϮ, uti videtur, derivatam esse a voce ⲈⲘⲈⲚϮ, qua Occidens designatur. Sic postea dictus quoque ᾅδης, vel infernus, quia veteres Ægyptii credebant, malos genios habitare plagam mundi Occidentalem, sicuti boni Angeli Orientalem. V. Apophth. Patrum, in Cotelerii Monum. t. i. p. 449, 450. Hinc Proclus observat l. i. in Tim. p. 24., Ἡ δύσις, ὡς ἔλεγον Αἰγύπτιοι, τόπος ἐστὶ δαιμόνων κακωτικός. Ita lege. Observa quoque, ipsum solem, quando jam occidens hemisphærium superius deserit, creditum fuisse ad Tartara descendere. Sic Virg. Georg. I. 242.[2]

* Ἀμένωφις. Ita patrio Æg. sermone dicebatur ille, quem Græci Memnonem vocant,[3] ac fabulantur Tithoni et Auroræ filium, qui, cum Priamo patruo auxilium tulisset adversus Græcos, Achillis tandem manu interiit. In Ægypto circa Thebas erat ejus statua ex marmore, quæ, simul atque radii solis caput ipsius attigissent, sonum quotidie edere solebat, tanquam matrem suam Auroram salutaret. V. Pausan. in Attic. p. 101., Philostr. vi. V. Apoll. c. 3., Dionys. Perieg. 249, 250., ibi Eustath., præsertim vero Strab. xvii. p. 561.[4] Huic igitur Memnoni Ægyptii nomen imposuere Amenophis, sive, addita nota generis masculini, Phamenophis. In Chronico Alexandr., quod Paschale vulgo vocant, p. 338. legitur, Καμβύσης τὸν Ἀμμένοφιν, ὃς Μέμνων νομιζόμενος εἶναι λίθος, καὶ φθεγγόμενος, τέμνει. Scriptum fuisse videtur, ὃς Μέμνων νομίζεται εἶναι, καὶ φθεγγόμενος λίθος. Auctor enim Chronici ea verba sumsit ex Euseb., ex quo iisdem fere verbis ea etiam repetiit G. Syncell. in Chronogr. p. 72 et 151., Οὗτος ὁ Ἀμενωφθίς ἐστιν, ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος, καὶ φθεγγόμενος λίθος. Leguntur eadem in Eusebianis Gr. p. 16., ubi tamen recte Scaliger Ἀμένωφις restituit, quod ipsum nomen etiam extat in Eusebii Chron. Lat. p. 72. Existimo, statuam illam sonantem, ab antiquis tantopere celebratam, non exhibuisse imaginem aliquam viri, rerum gestarum magnitudine clari, sed more Æg. fuisse mysticam et mere symbolicam. Satis id colligitur ex fabulis de Amenophi hoc traditis, uti nec minus ex eo, quod eum Auroræ vel Diei filium perhibuerint. Cum qua fabula concinit id quoque, quod veteres magna cum admiratione de statua hac narrant, eam quotidie, radiis solaribus illustratam, continuo sonum quendam vocalem edidisse. Nisi me mea conjectura fallat, statua illa resonans, non secus atque Pyramides et præterea Ægyptiorum monum. alia, inservierunt observationibus Astronomicis Sacerdotum, ut cursum solis, æquinoctia itidem et solstitia, accuratius deprehendere possent.[5] Nomina itaque ab Ægyptiis statuæ isti imposita rem hanc ipsam aliquo modo sine controversia expresserunt. De nomin. aliis deinde dicetur. Ratio nominis Amenophis non usque adeo certa et perspicua est. Marshamus de Amenophi erudite quidem disserit in Can. Chron., sed in exponenda orig. nominis errat, scribens p. 425.: "Amenophis Thebanis is est, qui Græcis Memnon. Nomen ex Menis, primi regis, nomine componi videtur. Mennoph Gr. euphoniæ causa Memnon, sive Memnon. Ceterum obscura est Æg. nominum ratio." Sunt Menes et Amenophis vocabula Æg., sed eorum significatio vehementer a se invicem differt. Μέμνων autem est nomen Græcis proprium. Neque potest demonstrari, Amenophin sic dictum fuisse de Mene, rege Ægyptio. Quæ vero Perizonius in Origg. Ægyp. c. xv. scripsit de convenientia nominum Amenophis, Amenemmis et Memnon, æque minus satisfacient. Meas nunc proferam conjecturas, de quibus judicium esto penes peritos et æquos lectores. Erat, cum conjicerem, Amenophis, literis Copt. scriptum, sonare ⲀⲘⲞⲨⲚ-ⲚⲞϨ-ⲪⲒ, Amun-noh-phi, quod significaret custodem urbis Thebarum. Antiquum urbis Thebarum nomen Ægyptium erat Amun, vel Amon-no, pro quo in locis aliis S. Codicis V. T. Hamun-no et No-Amun, de quibus nomin. inf. sum dicturus. ⲪⲒ sermone Æg. denotat τηρεῖν, servare, custodire, Matth. ix. 17. Diceretur itaque Amenophis sive Memnon custos urbis Thebarum, quemadmodum Phthas, præcipuum Æg. numen, ipsorum lingua dictus est ϪⲎⲘⲒ-ⲪⲒ, sive ⲔⲎⲘⲈ-ⲪⲒ in dialecto Thebaidis, Κάμηφις, i. e. conservator, vel custos Ægypti; quo spectat locus Ciceronis peregregius ille, sed a multis non bene intellectus, de N. D. iii. 22., Secundus Vulcanus, Phthas, ut Ægyptii appellant, quem custodem Ægypti volunt. V. Pantheon i. c. 4. §. 9. Quam maxime huc pertinet inscriptio Gr. in crure Memnonis sinistro visa et a Pocockio inde descripta, injuria temporum valde corrupta ac detrita, sed in qua mihi videor hæc verba detexisse, ΕΦΘΕΓΞΑΤΟ ΜΕΜΝΩΝ ΘΗΒΑΙΩΝ ΠΡΟΜΑΧΟϹ, sonum dedit Memnon Thebæorum Propugnator. Vide Description of the East, V. i. p. 103.[6] Posset etiam nomen Amenophis explicari ⲔⲎⲘⲈ ⲚⲞⲨⲪⲒ, Kame-nuphi, vel ϪⲎⲘⲒ ⲚⲞⲨⲪⲒ, Chami-nuphi, quod Græci, omissa aspiratione, fortasse extulerunt Ἀμένωφις, quando significaretur Ægyptus bona. Puto tamen potius, nomen Amenophis Ægyptium scribendum ⲀⲘⲈⲚⲞⲨⲪⲒ, et vertendum esse, qui bonum, vel lætum, annunciat. In Copt. libris ⲚⲞⲨⲪⲒ, nufi, vel enufi, frequentissime occurrit,

[1] Huic etymologiæ nonnulla opponit Wilkins in Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 378, 379., negatque ⲈⲚ ap. Coptos esse particulam copulantem *et*, atque ⲀⲘ voc. Copt., quæ significet capere. Utramque in Lex. suo La Croz. omisit.

[2] Verba Jablonskii de ⲈⲘⲈⲚϮ, indeque ducta voce Ἀμένθης, repetita sunt a Scholtzio l. c. p. 2.

[3] Quod et aliunde patet, et ex epigr. in crure Memnonis inciso, quod R. Pococke edidit in Inscript. antiquis Gr. et Lat. p. 84., ubi malo Μέμνονος ἢ Φαμένου, sed D'Orv. Anim. in Charit. p. 531. emendatius dedit: Ἔκλυον αὐδήσαντος ἐγὼ Πόβλιος Βαλβῖνος Φωνᾶς τᾶς θείας Μέμνονος ἢ Φαμένωφ.

[4] P. 1170, 1171, et ad istum loc. Almelov.

[5] Quanto in honore fuerit Astronomia apud sacerdotes Æg., majori certe, quam apud plerosque aliarum gentium sacerdotes, docet Jabl. in Proleg. ad Panth. p. xcviii. sqq.

[6] Eruit istas voces Jabl. e literis······N····N ΘΗΒΑϹΑΠΡΟΜ, quas exhibet Pococke, etiam in Inscript. antiq. p. 93. n°. 14. Conjecturam Jablonskii, non omnibus forte placituram, memini tamen laudatam esse probatamque a Ruhnk.

et denotat bonum. Hinc εὐαγγέλιον et εὐαγγελίζειν est ϢⲈⲚⲚⲞⲨϤⲒ ac ϨⲒϢⲈⲚⲚⲞⲨϤⲒ, quasi dicas projicere lignum bonum, quæ locutio sine dubio ex prisca quadam Ægyptiorum consuetudine fuerit derivanda.[1] ⲆⲘⲈ interpretor annunciare, docere, ostendere. Equidem in Copt. libris MSS. et editis, quos ego hactenus inspexi, vocem hanc semper cum Ⲧ reperi scriptam, ⲦⲆⲘⲈ, Matt. viii. 4. Apoc. iv. 1. alibi. Verum suspicor, primitivam vocem fuisse ⲆⲘⲈ, atque Æg. antiquitus sic dixisse et scripsisse. Cf. Panth. v. c. 7. §. 5. Inde etiam nomen mensis Æg. Phamenoth explicari posse, ea in voce monebo. Est igitur ⲆⲘⲈⲚⲞⲨϤⲒ, et cum indicio generis masculini ⲪⲆⲘⲈⲚⲞⲨϤⲒ, qui annunciat bonum, quasi dicas εὐαγγελιστής. Si fortasse ex me exquiras, quid hoc ad Amenophin pertineat, respondebo, rationem hujus nominis dependere ex Astronomicis sacerdotum Ægypt. obss., quarum in superioribus facta est mentio. Plura vide in Diss. MSS. de Memnone.[2] Atque hæc hactenus de Amenophi Æg., qui non est diversus a Gr. Memnone. Porro monendum, id ipsum nomen satis familiare fuisse in Ægypto, datum inprimis pluribus regibus, ut patet ex historia Manethonis et Chæremonis Ægyptiaca, cujus fragmenta nobis servavit Fl. Joseph. i. contra Apionem §. 15. 26. 28. 32. Vide et Syncell. Chronogr. p. 62. 70. ac seqq. Nemo mirabitur, nomine Amenophis reges appellatos esse, qui noverit, pariter nomen Memnonis variis hominibus fuisse commune, ut ex Diod. Sic.,[3] Strabone,[4] Curtio,[5] et aliunde satis notum.

* Ἀμουθαρταῖος, [An potius, Ἀμουνθανθαῖος?] nomen regis Thebæorum Ægypti, in Eratosth. Catal. Monui in annott. ad istum Catal., vehementer hic discrepare lect. Scaligeri, qui ex conjectura, ut videtur, in Eusebianis edidit Ἀμουρθαῖος. V. in Vignolii Chron. S. t. ii. p. 765.[6]

Ἀμοῦν. Hoc nomine, si credimus Græcis, Jovem lingua sua Ægyptii appellabant. Plut. de Is. et Osir. p. 354., attamen ex sententia aliorum, scribit, ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἀμοῦν, ὃ παράγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. Non uno modo nomen a veteribus scribitur. In Herod.[7] ii. 42. est, Ἀμμοῦν Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. Ap. Jamblichum de Myst. s. viii. c. 3., Ἀμῶν[8] κατὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων γλῶσσαν λέγεται. Male Hesych. Ἀμμοῦς. Non opinor, Aristotelem sic locutum fuisse. Sed est forte error librariorum, non ipsius Hesychii, qui scripserit Ἀμμοῦν. Est sine dubio[9] nomen Æg., scribendumque ⲀⲘⲞⲨⲚ, quæ vox significat lucidum, vel lucem inferentem. Plura eam in rem testimonia congesta, ipsumque hoc nomen ex lingua et Theologia veterum Ægyptiorum explicatum videbis in Panth. ii. 2.[10] [" Ἄμμων, ωνος, ὁ, Jovis in Lybia cognomentum, ab arenis ei inditum, quia Libero patri, quum per Lybiam exercitum duceret, fatigato siti et ejus auxilium imploranti, ostenso prius ariete, fontem in arenis aperuit: vicissimque Bacchus ei templum ibi facieque arietina simulacrum statuit. Possit et alia nominis ratio afferri. Scribit enim Pomp. Mela 1. 8. in Cyrenaica provincia esse Ammonis oraculum et rupem quandam austro sacram: quæ quum hominum manu attingitur, illum immodicum exurgere, arenasque quasi maria agentem, sic sævire ut æquor fluctibus. Cujus rei in Σύρτις quoque facta mentio est. Frequenter porro reperitur, εἰς Ἄμμωνος, ἐν Ἄμμωνος, ἐξ Ἄμμωνος, subaudito accus. ναὸν, dativo ναῷ, genitivo ναοῦ. Athen. xiv. (652. a.) ἐν τῇ εἰς Ἄμμωνος ἀναβάσει. Plut. in Apoph. (p. 716. Wyttenb. t. i. p. ii.) ἐν Ἄμμωνος ὑπὸ τοῦ προφήτου παῖς Διὸς προσαγορευθείς. Idem in Alex. (c. 72.) ἐξ Ἄμμωνος ἦλθεν μαντεία.... Rursum ab Ἄμμων est Ἀμμωνεῖον, ου, τὸ, Templum seu oraculum Ammonis, Fanum Ammoni sacrum in quo responsa dat. Steph." H. St.]

* Ἀμυνταῖος, Ἀμουνταῖος, Ἀμυρταῖος, nomen regis Thebæorum, de quo infra v. Μυρταῖος.

* Ἄνουβις, Anubis. Numen Æg. forma canina, aut capite saltem canino præditum, quod Græci Mercurium interpretantur. De eo prolixe disputavi in Panth. v. 1.[11] Ostendi illic voc. Anubis, vel sine terminatione Gr. Anub aut Annub,[12] Æg. significare aureum. Rationem hujus denominationis ibid. exposui.

* Anese. Artemisia. Apul. de Herbis c. 10. Kircherus hoc interpretatur bonum, in Œd. T. iii. p. 71. Aliquid dixisset, si interpretatus esset pulchrum, nempe ⲈⲚⲈⲤⲈ. Sed Anese non potest significare bonum.

*Antes, vel * Entes, et *Antæus, idem qui Mendes, Pan videlicet Æg. Idem etiam vox hæc significat, quod Mendes. V. inf. v. Antæus. [" Μένδης Æg. hircus, seu caper dicitur, et capripes Deus Pan, quorum utrumque sancte colebant Panopoli." H. St.]

* Antiamas. Centaurea major. Apul. c. 34. Auctor ined. Arabs in Bibliotheca, si modo re ipsa extat, citatus a Kirchero in Œd. V. iii. p. 70., ex vers. ejus ita scribit: Centaureum Ægyptii vocant Antims.

* Anusi. Apul. de Herbis c. 101. ait: " Græci elelisphanon, alii crosmin, alii bechion, alii phacon appellavere. Æg. Anusi, Lat. salviam, alii tussilaginem." Append. Dioscor. iii. 40. [p. 453.] Οἱ δὲ, κίοσμιν, οἱ δὲ, φάγνον (vel σφάγνον), οἱ δὲ βήχιον (v. Erotian. in Βηχία), Αἰγύπτιοι ἀνουσί (vel ἀπουσί,) Ῥωμαῖοι κορσάλβιον, οἱ δὲ σάλβια.[13] V. Apul. l. c. Plin. xxvi. 6. [H. St. Thes. iii. 1164. d.]

* Ἀνουφί. Gramen. Append. ad Dioscor. iv. 30. [p. 464.] An legendum Ἀνουχὶ, vel Ἀναχί? Achi certe Ægyptii dicebant viride. Vide illam vocem, et sup. Ἄγρωστις. In vulgatis Copt. libris gramen dicitur ⲞⲨⲤⲒⲘ.[14]

* Antæus. Numen Æg., a quo dictus nomus *Antæopolites, urbsque *Antæopolis. Idemque ex aliis indiciis colligitur. Mea quidem sententia, Antæus hic Æg. sonabat ⲈⲚⲦⲎⲤ, Antes, eratque idem cum Mendete, Copt. ⲘⲈⲚⲦⲎⲤ, quem Græci Panem reddunt. Plura de

[1] Utriusque vocis exempla dabit La Croz. in Lex. p. 126. 156., sed in eo desideratur. ⲚⲞⲨϤⲒ.

[2] Postquam hæc scripsisset Jabl., ipse edidit a. 1753. Syntagmata tria de Memnone Gr. et Æg., hujusque celeberrima in Thebaide statua. Testatur Wesselingius, Jabl. de Memnone pereruditc egisse, ad Herod. II. 106, ubi antiquissima et prima statuæ Memnonis, Thebis erectæ, mentio invenitur.

[3] L. i. 47. xvii. 7. 62., ad quæ loca legendus Wessel.

[4] Respicit forte ad L. xiii. p. 908., sed illic pro Μέμνων restituendum Μέντωρ, monente Casaub.

[5] L. ix. 3. 21.

[6] J. R. Forster in epistolis ad J. D. Michaëlis, hujus spicilegium Geographiæ Hebræorum exteræ jam confirmantibus, jam castigantibus, p. 10. loquitur de " rege ⲀⲘⲨⲎ-ⲦⲀⲒⲞ Amuntæo, i. e. Ammanodoto (ap. Eratosth.), qui a Manethone (ap. Joseph.) appellatur Tiamus vel Ti-Amun Ϯ—ⲀⲘⲞⲨⲎ, ab Ammone datus; quod revera idem nomen est." Sed apud Eratosth. dicitur Amunthantæus, et a Manethone ap. Joseph. 1. c. Apionem §. 14. Τίμαος, sivo in cod. Hafn. et ap. Euseb. x. Præp. Evang. c. 13. Τίμαιος, non vero Τίαμος. Respexit forte Forsterus ad ea, quæ scripserat Jabl. in Vignolii Chronol. t. ii. p. 756.

[7] Eustath. in Dionys. Perieg. 211. legerat in suo Herod. cod. Ἀμοῦν, quod verius videbatur Wesselingio in notis, quæ consulendæ.

[8] In cod. MS. Paris. legitur Ἀμοῦν vel Ἀμοῖν, teste Th. Gale, in notis p. 302.

[9] Hebr. esse opinatur Bochart. Geogr. p. 204, in defensione hujus operis adv. Salmas. p. 831, et alibi. Nec dissentire videtur Squire ad Plut. de Is. et Osir. p. 22. Originem nominis Æg. agnoscit Wilkins in Diss. de Ling. Copt. p. 95., sed derivat a voce ⲈⲘⲈⲚⲦ Occidens. Minus recte. Cf. Jabl. Panth. P. 1. p. 166, 167.

[10] Vid. Alberti in Obss. Misc. Cr. V. iv. p. 98., et ad Hesych. v. Ἀμοῦς.

[11] Antea Jabl. de Anubide, numine Æg., et de origine nominis, quædam monuerat, inserta J. G. Michaëlis Obss. Sacr., ac Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 168—170.

[12] Origine nominis Æg. non neglecta, Ἄνουβι; potest servari in Steph. Byz. v. Κυνῶν πόλις, quod contra Berkel. Holsteniumque monet Jabl. in Panth. l. c. p. 17, 18. In Luciani Dial. Mort., codices omnes editi præbebant Ἄνουβις, pro quo deinde receptum Ἄνουβις. V. not. t. i. p. 392.

[13] In ed. Sarac. legitur: οἱ δὲ, κίοσμιν, οἱ δὲ, φάγνον, Αἰγύπτιοι βήχιον, Ῥωμαῖοι ἄπουσὶ, οἱ δὲ, κόσαλον, οἱ δὲ, σάλβια.

[14] Pro Ἀνουφὶ forte legendum esse Ἀναχὶ, etiam Scholtzius observavit p. 2.

hoc argum. disserui in Panth. II. vii. §. 15. p. 302. seq.[1]

* Antuco Rin Besor. Buglossa. Apul. c. 41. Append. ad Dioscor. iv. 128. [p. 471.] habet Ἀντουένριν βέσωρ. Cod. Apuleii optimus Voss. in Bibl. Leid. antebeueris besur. Mira est Kircheri interpretatio, quæ ejus incredibilem in Copticis imperitiam satis prodit. Ita autem scribit in Œd. T. iii. p. 73. ΔΗΤΟΥЄΡ Ш ΒΟΥC. Id est lingua bovis. Quibus in verbis nihil omnino sani inest.

* Ἀνώθ. Telephium. Append. ad Dioscor. ii. 217. [p. 451.]

* Ἀνωνίμ. Oreoselinum. Append. ad Dioscor. iii. 76. [p. 455.]

* Ἀνωυφῆς, υἱὸς ἐπίκοινος. Eratosth. in Catal. Regg. Theb. Quid sibi vult υἱὸς ἐπίκοινος? Voce hac videtur significari Hermaphroditus, utroque sexu præditus. Id veteres crediderunt de gruibus. Suid. Γέρανος, τὸ ὄρνεον ἐπίκοινον τῷ γένει. Grammatici nomina illa vocant ἐπίκοινα, quæ sunt generis et masculini et feminini. Sed verba Eratosth. in mendo cubant, ad hunc modum corrigenda. Ἀνωυφῆς υἱὸς ἐπίκλειτος, Anouphes, quod significat filium illustrem, vel filium gloriose genitum. Posset et legi Ἀνώνμις, ЄНШОΥUIC, vel ЄНШОΥUICI, quod significat proprie gloriose genitum. Plura hanc in rem disputo in annotatt. ad Eratosth. Catal. ed. a Vignolio in Chron. S. T. ii. p. 745. seq.

* Ἄπαπ. Helxine. Append. ad Dioscor. iv. 39. et 86. [p. 464.][2]

* Ἄπαππος, μέγιστος. Eratosth. in Catal. Regg. Theb. Nempe ΔΦШΦ, Aphoph, et in dial. super. Ægypti ЄΠШΦ, Apoph, significat gigantem. Plura de h. v. notavi ad Eratosth. Catal., in Vignolii Chron. p. 753, 754. V. et Panth. v. c. 11. §. 22.[3]

* Ἀτεμούμ. Mandragora. Append. ad Dioscor. iv. 76. [p. 467.]

* Ἀτεμφίν. Cicuta. Append. Dioscor. iv. 79. [p. 468.]

Apis, bos sacer Æg., idemque Numen ab hac gente religiosissime cultum Memphi. Omnia, quæ de Numine hoc dici possunt, collegi et accurate digessi, in Panth. iv. c. 11.[4] ["Ἆπις, nomen Dei et Regis Æg., de quo Lucian. De Sacrif. (T. i. 15. p. 539.): Ἔστι δὲ ὁ Ἆπις ἐξ ἀγέλης Θεὸς, ἐπὶ τῷ προτέρῳ χειροτονούμενος, πολὺ καλλίων καὶ σεμνότερος τῶν ἰδιωτῶν βοῶν. Multa de hoc bubulo eorum Deo Herodot. (iii. 28. 29.): meminit et Diog. Laert. in Vita Eudoxi, et Plin. (viii. 46.)" H. St. Cf. Forcellinus in v. "Ἀπιακὸς ἄρτος, Hesych. ὁ Μεμφιτικὸς, quoniam fortassis ibi colebatur Apis." H. St. Edd.]

* Ἄποπις. Ita appellatur, in Æg. fabulis sacris, Solis frater, qui adversus Jovem bella gessit, teste Plut. de Is. p. 365. Vox Apopis idem significat, quod Ἄπαππος Eratosth., nempe Gigantem. V. vocem Ἄπαππος, et inprimis Panth. v. c. 11. §. 22.[5]

* Ἀπουσί. Vide ἀνουσί.

* Ἀραχοῦ. Anethum. Append. Dioscor. iii. 67. [p. 455.] In vers. N. T. Copt., Anethum Matt. xxiii. 23. dicitur ΠΙΔUICI.

Ἄργος. Argivi quandam cum Ægyptiis videntur habuisse convenientiam. Nomen ipsum Ἄργος erit ЄΡΧШ, quasi dicas Musicum. Fuerunt Argivi Musices non imperiti, ut nec Græci omnes. Sed tum a Barbaris hoc traxerunt Græci. V. Suid. in Ἀμάβιον ἄρ' ἐγώ. De Argivis Eustath. in Dionys. p. 68. extr. 69. init., κατὰ δὲ τὸν Ἡρόδοτον ἤκουσάν ποτε καὶ μουσικοὶ εἶναι πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων. V. Eustath. in Il. Σ. p. 1139. v. fin.[6] De Tubis Argivorum Plut. in Sympos. Opp. T. ii. p. 671, et Nauplios Αἰγυπτίους τὰ παλαιότερα fuisse Pausan. existimat, Messen. p. 145. Κέστερ, νεανίας· Ἀργεῖοι, ap. Hesych. videtur accedere ad ϦЄΛШΙΡΙ. Ἰὼ Luna, Eustath. in Dionys., Cedren., Æg. ΙΟϨ.[7] Quid si hinc Juno regina, quemadmodum Isis sive Io regina Cœli dicebatur? Junonis sane cultus ab Argivis ad Faliscos, Dion. Hal. i. p. 17., a Faliscis ad Romanos pervenit, ut e Liv. et aliunde patet. Utebantur Argivi scutis insigni magnitudine, ita ut in proverbium abirent. Apud Faliscos, qui erant Argivi, hoc quoque inter reliquias morum patriorum commemorat Dion. Hal., quod uterentur scutis Argivis l. i. p. 17. Cf. Pausan. Corinth. p. 324. vers. Gall. ubi consule notas Gedoynii; et Arcadic. p. 353., ubi iterum notæ interpr. Gallici consulendæ. Scuta vero Ægyptiorum etiam in S. Lit. memorantur. Erant enim eximiæ quoque magnitudinis. Vide præcipue Xenoph. K. Π. Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ἣν θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται Ὑστηρία, teste Zenodoto in Comment. Hist. apud Athen. iii. c. 15. Videtur hoc esse Æg. Vide de suibus Herod. ii. c. 47. Ratio ædificandi antiquissima apud Argivos videtur desumta ab Ægyptiis. Exemplum habes in constructione murorum Tirynthis. V. Pausan. ibid. c. 25. Nemeæ in Argolide certamina sacra celebrabant in honorem Jovis Nemei circa solstitium hybernum. Pausan. ibid. c. 15. Ad istius loci illustrationem hæc facient. Primo enim Pelasgorum, qui Argivi sunt, nomen videtur esse Ægyptiacum, et idem cum Polas, ut vocabatur urbs quædam a Colchis condita, de qua notum illud Callim.[8] Epig. Ἄστυρον ἐκτίσσαντο. Τὸ μὲν φυγάδων τις ἐνίσποι Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ' ὀνόμηνε Πόλας. Testari hoc etiam videntur veteres, si loca eorum comparentur. V. Grot. in 1 Macc. xii. 7. Deinde Phoroneus audit Ægyptius Arnobio l. vi. p. 191. Denique Inachus Æg. sonat fluvium, qui Algam vehit.

Aron, genus bulbi, in Ægypto maxime proveniens. Plin. xix. 5., et xxiv. 16.

* Ἀρούηρις Æg. dicebatur Horus senior. Plut. de Is. p. 355. Id. p. 373., Apollo ex Is. et Osir. adhuc in utero Rheæ versantibus dicitur natus.—Ideoque deum illum—seniorem Horum appellant.[9] Qualenam sit hocce Numen, et quid nomen illius significet, prolixe satis exposui in Panth. II. c. iv. §. 7. 9., et 13.[10]

* Arpedonaptæ. Ordo quidam sapientum et sacerdotum in Ægypto, teste Democrito apud Clem. Alex. Stromat. i. p. 304. Vide et Euseb. Præp. Evang. x. 4. Existimo sic in Ægypto appellatos fuisse τοὺς ἱερογραμματεῖς, sive Sacrorum Scribas, nomine ipso indicante νοημονικοὺς, sive eos, qui νοήματα, scientias sacerdotum sacras, traderent et excolerent. Pluribus ea de re sententiam meam dixi in Thes. La Croz. T. i. p. 179, 180., et in Prolegom. ad Panth. §. 40.[11]

* Arpocrates vel Harpocrates, Deus Æg. de quo extat Syntagma valde doctum G. Cuperi. Ego existimo, nomen ejus Æg. sonuisse, ΔΡ—ΦШϦ—ΡΔΤ,

[1] Antæopolis, urbs Ægyptia, creditur vulgo nomen sortita ab Antæo, de quo in fabulis Herculis multa poetæ. Nec ita tantum homines proletarii, sed et viri eximii, Jablonskius, Cellarius l. iv. Geogr. A. p. 52. Wesseling. ad Antonini Itin. p. 166., ubi appellatur Anteu, in cod. Neapolit. Antheu, in Hieroclis Synecd. p. 731. Ἀνταίου, ubi iterum comparetur Wesselingius, monens, sic scribi pro Ἀνταίου. Si recte judicat Zoëga l. c. p. 124., sperans de Gr. sive Libyco Antæo hodie cogitare neminem, nomen est Ægyptium, ductum de voce ΔΗΘΟΥC, significante reptile.

[2] In ed. Sarac., ubi Ἄπαπ vulgatur, verba appendicis ad c. 86. non repetuntur.

[3] Cf. Forster in epist. ad Michaëlis p. 4—7. qui Apappum et Sesostrim esse eundem contendit.

[4] Negligendæ non sunt notæ Alberti ad Hesych. v. Ἆπις, Wessel. ac Valcken. ad Herod. iii. 28. et 29. La Crozio videbatur origo nominis Ἆπις ex Æg. ΗΠΙ (api), numerus, mensura, verosimilior, quam ex ϨΗΒΙ (habi), luctus, lugere. Zoëga l. c. p. 81. autumat, nomen Apidis patrio sermone fuisse ΔΠΔC, ϨΠC, quo significaretur senex, venerandus pater, dominus.

[5] Adjungatur F. S. de Schmidt de sacerd. et sacrif. Æg. p. 322—324. Scribit Squire ad Plut. l. c. p. 14. "Hic Apopis idem videtur fuisse atque Æg. Apis, Gr. Epaphus." Sed vide Jabl. l. c. p. 100.

[6] Herod. iii. 131. [7] Plura ipse Jabl. in Panth. iii. c. 1. p. 4, 5, 6.

[8] Inter Epigr. Callim., a Bentleio collecta, (civ.) p. 476., ubi v. hujus not. De Colchorum et Ægyptiorum cognatione testatur Herodot. ii. 104.

[9] Putat Cl. Wytteub. p. 459. ed. nov., hanc esse glossam, ortam ex antecedentibus, p. 458. Pro Ἀρούηριν ap. Plut. Ἀρύηριν legendum opinatur Jac. Bryant in Observations upon the ancient History of Egypt, p. 151. Quæ conjectura si placeat præclaro Plutarchi editori, Wyttenbachio meo, nec mihi levis videbitur, ceteroquin non probanda.

[10] In lapide literato Alexandr. ap. Murator. p. 217. 5. pro ΑΟΥΡΙΒ, seu Α ΑΟΥΡΙΒ, forte legendum ΑΡΟΥΗΡΙΣ, ex conjectura Hagenbuchii in Epist. Epigraph. p. 306. Vide etiam de alia inscriptione ib. et p. 99.

[11] Legendus omnino de Schmidt de Sacerd. et Sacrif. Æg. p. 154—148.

claudicantem pede, et Numen hoc fuisse symbolum solis hyberni, vel solis in solstitio hyberno, quo tempore sol veluti claudicare vetustis Theologis videbatur. V. plura in Panth. ii. c. 6.

* Ἀρσαφής. Cognomen Osiridis, teste Plut. de Is. p. 365.,[1] quando nempe Osiris significat non maritum, sed filium Isidis. Addit, nomine hoc Æg. designari τὸ ἀνδρεῖον, i. e. ut La Croz. explicabat, membrum viri, generationi inserviens. Id certe vox Æg. clare significat. Nam ⲈⲢⲬⲪⲈ, quod Græci vix aliter, quam per Ἀρσαφὴς exprimere noverant, lingua Æg. dicitur τὸ αἴτιον τῆς γενέσεως.[2] Plura hac de re videbis notata in annott. ad Eratosth. Catal. Regg. Theb. in Vignolii Chron. S. T. ii. p. 740., et in Panth. ii. c. 7. §. 9.

Ἀρτάβη. Genus quoddam mensuræ, nonnunquam plus valens medimno Attico, nonnunquam eidem æquipollens, nonnunquam minor, unde tres statuuntur Artabæ species. A nonnullis vox hæc tribuitur Persis et Medis. Quam in rem testimonia liberali manu congessit H. Reland. Diss. de vet. ling. Pers. v. Artaba.[3] Alii vocem eandem Ægypto in acceptis referunt. V. Reland. v. c. et Wilkinsii Diss. de Ling. Copt. p. 96 et 97. Et certum est, in Copt. libris reperiri vocem ⲈⲢⲦⲰⲂ, ad designandam hanc mensuram. Præfert etiam ista vox typum Æg., et ex Ling. Æg. facilis illius ratio reddi potest. Denique et illud addendum, vocem hanc hodieque Coptis in usu esse, qui voce Ardeb certam quandam mensuram designant, quod refert Vanslebius, dans la Relation d'un Voyage fait en Egypte p. 24. Verum dici vix certo potest, an vox illa origine sit Æg., an vero a Persis, cum hi dominarentur Ægypto, in regionem isthanc fuerit invecta. [" Ἀρτάβη, ης, ἡ, Artaba: mensura Persica, tribus chœnicibus Atticis capacior quam Atticus medimnus, teste Herodoto, i. (192.) p. 49. Ap. Ægyptios autem artabam facere modios viginti, scribit Hieron. in Esaiæ c. v. V. et libellum De mensuris sub fin. t. i. huj. operis." H. St.—" Schol. Aristoph. Acharn. Ac. i. Sc. 3.: Ἀχάνη μέτρον ἐστὶ Περσικὸν, ὥσπερ ἡ ἀρτάβη παρ' Αἰγυπτίοις: sensus est Græcos achanen, et Ægyptios artaben a Persis usurpasse. Artaba enim olim Persica fuit potius quam Ægyptia: Herodotus in Clio: Ἡ δὲ ἀρτάβη μέτρον ἐστὶ Περσικόν. Hesych. et Suid. dicunt esse μέτρον Μηδικὸν σιτοῦ. Sed postquam Ægyptum Persæ invaserunt, eadem mensura cœpit esse Ægyptia. Fannius: Est etiam terris quas advena Nilus inundat Artaba, cui superat modii pars tertia post tres. Hieronym. in Ies. v. 10.: 'Pro xxx. modiis etc. lxx. vertunt ἀρτάβας ἕξ, artabas sex, quæ mensura Ægyptia est, et facit modios xx.' Proinde idem Schol. Aristoph. alibi de artaba: Περσικὸν δὲ καὶ Αἰγύπτιον τὸ ὄνομα." Bochart. Geogr. S. L. i. c. 17. p. 437.—Edd.]

* Ἄρης. Stella Martis. Vide in articulo Ἐρτωσί.

* Ἀσαιφή. [s. * Ἀσαριφή.] Halimus. Append. ad Dioscor. i. 121. [p. 443.]

Ἄστυ. Urbs. Athenienses vocem hancce ab Ægyptiis, ac speciatim Saïtis traxisse, Ægyptii quondam asseverabant, teste Diod. Sic. i. p. 24. fin., cujus hæc verba sunt: τοὺς Ἀθηναίους δέ φασιν ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις· παρὰ μόνοις γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὴν πόλιν Ἄστυ καλεῖσθαι, μετενηνεγμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς Ἄστεος. Quid vero de obs. hac dicendum sit, mihi nondum constat.[4]

* Ἀσαλουρί. [s. * Ἀσελουρί.] Halimus. Append. ad Dioscor. i. 121. [p. 443.]

* Ἀσμάχ· δύναται τοῦτο τὸ ἔπος, κατὰ τὴν Ἑλλήνων γλῶσσαν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παριστάμενοι βασιλέϊ, quod erat indicium ignominiæ, Herod. ii. 30. Nempe sinistra manus, uti hodie, ita tum quoque minus erat honorata, quam dextra, quemadmodum observat Diod. Sic. i. c. 67. Wilkins. vocem hanc ex ling. Hebr. explicare aggreditur, quem vide p. 97. Observare autem operæ pretium est, Codd. Herodoti non eandem h. l. præferre lectionem. In ed. certe Gronov., quæ auctoritatem Cod. opt. Med. præcipue sequitur, legimus Ἀσχάμ.[5] Quid si igitur addita litera unica legamus Σασμάχ? Id explicari posset ϢⲰϢ ⲘⲈϨ, Sosmeh, aut Sosmah, quod significat plenos ignominia et despectu; quod loco Herodoti adducto satis bene convenit. Aut composita vox erit ex ϬⲀϪⲎ, sinistra, et ⲞϨⲒ, stare. Legerem tum Ἀσασμάχ, nempe ϨⲀ ϬⲀϪⲎ ⲘⲞϨⲒ, ad sinistram stantes, quod rem ab Herod. significatam prorsus exprimit. Videntur hi esse, quos alii scriptt. vocant * Εὐωνυμίτας, Ptolemæus Geogr. iv. 8. p. 114., Agathemerus ii. c. 5., Steph. Byz. h. v., Pseudo-Callisthenes ap. Fabric. Bibl. Gr. V. xiv. p. 148. In lingua Æthiop. reperitur vox Herodoteæ certe admodum similis, sed quæ contrarium significat. Eam in rem affero verba La Crozii, dans l'Hist. du Christianisme d'Ethiopie p. 205. in not.: " Asmache est un mot de la Langue Amharique, qui signifie des Soldats choisis, ou distinguez. Voiez le Lex. Amharique de M. Ludolphe p. 77."

* Ἀσουθί. Vide Ἀσχάθ.

* Ἀσουτιρί. [s. * Ἀσουτιρί.] Halimus. Append. Dioscor. i. 121. [p. 443.]

* Astaboras. Ramus aquæ venientis e tenebris. Ita Plin. v. 9.

* Astapus. E tenebris aqua. Diod. i. p. 24., τὸν ποταμὸν (Nilum) Ἀστάπουν προσηγορεύκασιν, ὅπερ ἐστὶ μεθερμηνευόμενον εἰς τὴν Ἑλλήνων διάλεκτον, ἐκ τοῦ σκότους ὕδωρ. Plin. v. 9.

* Astusapes. Latentis significationem adjicit Plinius v. 9. Ceterum, tria hæc vocabula postrema, ad Æthiop. vet. potius, quam ad Æg. ling. videntur referenda.[6]

* Asterion. Marrubium. Apul. c. 45., et sic Append. Dioscor., * Ἀστεροπή, iii. 119. [p. 458.] V. et Kircher. Œd. T. iii. p. 74.

* Ἀσφή. Halimus. Append. Dioscor. i. 121. [p. 443.]

* Ἀσφός. [s. Ἄσφος.] Ballote, seu nigrum Marrubium. Appendix ad Dioscoridem Lib. iii. cap. 117. [p. 457.]

* Ἀσχάθ. Arnoglossa. Ita Apuleius de herbis cap. i. Aliæ editiones et Codex MS. Vossianus habent Asuth. In appendice ad Dioscoridem L. ii. cap. 153. [p. 445.] legitur Ἀσόνθ.[7] Videtur scriptum fuisse Ἀσοὺθ, uti legitur in Codice Apuleii Vossiano, et editionibus quibusdam. Sic etiam auctor ineditus Arabs apud Kircherum in Œdipo, Vol. iii. p. 70., et apud eundem interpres Hebræus Avicennæ אשׁת.

* Ἀτάρβηχις, nomen urbis Ægyptiacum, in qua Ἀφροδίτης ἱρὸν ἅγιον ἵδρυται, quod testatur Herodotus Lib. ii. c. 41. A Stephano Byzantino Ἀταρβέχις appellatur. Censeo in Herodoto legendum esse Ἀτάρβηχιν, cujus reliqua verba ipsam nominis originem indicant. Erat in

[1] In Plut. loco, pro Ἀρσαφὴς, Squirius p. 94. malebat Ἀσιρις. Vulgatum tuenti idoneo judici Jablonskio assentitur Cl. Wyttenb. p. 498. nov. ed. Squirii conjecturam vero valde similem judicat A. J. Silvestre de Sacy, Lettre au sujet de l'Inscript. Egypt. du monument trouvé à Rosette (à Par. 1802.) p. 30.

[2] D. Wilkins in Thes. Epist. La Croz. T. i. p. 379. monet, in Lex. suo MS. non inveniri vocem ⲀⲢⲬⲪⲈ, unde ex sententia La Crozii derivandum Ἀρσαφής. Hoc scribens, non recordatus videtur, vocabulum ⲈⲢⲬⲪⲈ, sic enim dederat La Crozius, esse compositum ex ⲈⲢ et ⲬⲪⲈ sive ⲬⲪⲞ, quod sæpius ponitur notione generandi aut nascendi. Locis a Jabl. et in La Crozii Lex. p. 169. laudatis addas Gen. v. 3, 4. 6. vi. 10. xxiii. 4. 1 Cor. v. 15. 2 Tim. ii. 23. In Diss. de Ling. Copt. p. 96. dubitat Wilkins, sitne Ἀρσαφὴς vox Arabica, an Copt.: si Copt., derivandam censet ab ⲈⲢ facere et ϬⲀⲪⲎ fiducia, ut indicetur vir cui fiducia est in virtute sua; potius tamen originem ex Arabia petit.

[3] Diss. Misc. P. ii. p. 134—136.

[4] Grammatici vet. ac rec. voci ἄστυ originem Gr. attribuerunt, sed valde diversam, et non raro ineptam. V. not. ad Hesych. et Steph. Byz. v. Ἄστυ, atque Lennep. Etym. L. Gr. i. 175. Wessel. ad Diod. Sic. i. c. 28. putat, voc. ἄστυ peregre in Græciam venisse, et a primis Atheniensibus ad universos Græciæ incolas propagatum fuisse, atque id ipsum ineptissimas Grammaticorum originationes arguere.

[5] Quamvis in aliis codd. Wesseling. quoque invenisset Ἀσχὰμ, et nihil hoc de vocab. constitutum haberet, retinuit tamen auctoritate plurium schedarum Ἀσμάχ. Reiskio non displicebat Ἀσχὰμ, istud cum simili Arabum vocabulo, sinistram notante, contendenti. In notis ad Herod. l. c. opinio Wilkinsii, levi errore, Relando adscribitur.

[6] De tribus istis vocabulis legantur Salmas. in Exerc. Plin. T. i. p. 296. 298., et Wesseling. ad Diod. Sic. i. 37. p. 45. [Wesselingii nota est hæc. " Nilus ' medios Æthiopas secat, cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem,' Plin. v. 9. Alii Astapum a Nilo distinguunt, de quibus Ch. Cellarius Geogr. iv. 8. p. 241."—Edd.]

[7] Interpretatio Latina præbet Aschat.

ista urbe templum sive ædes Veneris, et Græcis diceba-tur Ἀφροδίτης πόλις. Videatur Strabo Lib. xvii. p. 552. Ἀτάρ enim est nomen Veneris Ægyptiacum, sermone patrio ⲀⲐⲰⲢ, et ⲂⲀⲔⲒ significat urbem. Plura dixi in Diss. de Remphah p. 77, 78. et in Pantheo Lib. i. c. i. §. 3.[1]

*Ἄτωρ. Ἡ μελία ὑπὸ Αἰγυπτίων. Hesychius.[2] Quomodo fraxinus ab Ægyptiis appellata fuerit, ex eorum libris, quos quidem viderim, discere non licet. Arborem vero hanc in Ægypto non fuisse infrequentem, discimus ex Theophrasto Lib. iv. Hist. Plant. cap. ix. p. 86. Non dissimulabo hic conjecturam, quæ olim mihi in mentem venit, Hesychium scilicet scripsisse, Ἄτωρ· ἡ Μύλιττα ὑπὸ Αἰγυπτίων. Mylittam dictam fuisse Venerem lingua Assyriorum, scimus ex testimonio Herodoti Lib. i. c. 139. 199., quem illustrare sategerunt viri docti. Accedit, quod alibi Hesychius Μιλίτην exponat Venerem simpliciter, non addens, hoc esse ex dialecto Assyriorum. Μιλίτης, inquit, τῆς Ἀφροδίτης.[3] Ægyptios vero Venerem suam dixisse Ἀτώρ, vel Ἀτάρ, vel Ἀθὼρ, probavi in Pantheo meo Lib. i. cap. 1.

*Αὐάσεις, habitationes desertis interpunctæ. Ita Strabo Lib. xvii. p. 544.,[4] ex emendatione Casauboni, loquens de Oasi Ægypti, Ἐστὶ δ' ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων, ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας, διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα παρδάλει, κατάστικτος γάρ ἐστι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. Καλοῦσι δὲ τοιαύτας οἰκήσεις αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. Et pag. 559., Αὐάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις. Vide et Stephanum de Urbibus, in voce Ὕασις. Wilkinsius in explicatione vocum Ægyptiacarum a veteribus conservatarum p. 99., ex eo putat nomen explicari posse, quod Ægyptii tectum dixerint ⲞⲨⲀϨⲤⲞⲒ, U-ah-soi Marc. ii. 4., ut sic intelligantur habitationes tectæ, circumdatæ solitudinibus et desertis. Neque explicationem hanc Cl. La Crozius, cum ea de re olim sermo injiceretur, improbabat.[5] Observa tamen, in Dialecto superioris Ægypti, quæ ab Arabibus Sahidica nuncupatur, ⲞⲨⲎϨ ϪⲀⲒⲈ, quasi dicas οὐασαιέ, dici habitationem desertam.[6] Copti hodie regionem illam in suis libris Ouah appellant, vel Οὐάχ, quasi posterior pars nominis hujus paulatim absorpta et omissa fuisset.

* Ἀντονέτριν Βέσωρ. Vide supra in Antaeo rin besor.

* Ἀφλοφό. Mercurialis. Apuleius cap. 72. Appendix Dioscoridis ad Lib. iv. cap. 191. [p. 475.]

* Ἀφῶ. Scordium. Appendix Dioscoridis Lib. iii. cap. 125. [p. 458.]

* Ἀχεσκὸς, nomen regis Thebæorum, ab Eratosthene expositum Ὀκάρας. Vid. in Vignolii Chronol. t. ii. p. 754.

* Achi. Viride. Hieronymus Lib. vii. in Iesaiam col. 187: Pro junco papyrum transtulerunt LXX. de quo charta fit, addentes de suo achi, viride, quod in Hebraico non habetur. Quumque ab eruditis quærerem, quid hic sermo significaret, audivi, ab Ægyptiis, hoc nomine, lingua eorum, omne quod in palude virens nascitur, appellari. Legitur vox hæc Iesaiæ xix. 7.,[7] Genes. xli. 2. 18. Codex Hebraicus ibi[8] habet אחו, interpretes Alexandrini Ἄχει: Coptus vero vel Ægyptius ΠΙⲀϦΙ, ubi tamen dissimulare nolo, Membranas Oxonienses, Bodleianas, quas evolvi, habere ΠΙⲀϪΙ. Sed sufficit tamen Wilkinsium in suis Codicibus reperisse ΠΙⲀϦΙ, quæ vox ita scripta haud dubie origine est Ægyptiaca. Nam alioquin Copti eam extulissent ΠΙⲀϪΙ. Plura vide in Dissertat. de Terra Gosen Dissert. v. §. ix. p. 59. Esset igitur ΠΙ—ⲀϦΙ, juncus viridis in paludibus nascens.[9] [" Ἀχὶ Hesychio φυτόν τι, planta quædam." H. St.—Lex. Cyr. MS. Brem.: Ἄχει· χορτογενὲς πεδίον. Cf. Biel Thes. philolog. h. v. Edd.]

* Ἀψαφέρ. Sphondylium. Appendix Dioscoridis Lib. iii. cap. 90. [p. 456.]

* Βαβιβυρού. Pastinaca. Appendix ad Dioscoridem Lib. iii. cap. 59. [p. 454.]

* Βάβυς. Typhonis nomen. Vide in Βέβων.

* Βαΐ. Anima. Horus Apollo i. 7. ἔστι γὰρ τὸ μὲν βαῒ ψυχή. V. quæ ea de re dixi in Proleg. ad Panth. p. cxxxvi. cxxvii. [" Verum arbitror, voc. hanc esse tantum symbolicam, et ex dialecto Sacerdotum petitam: nam paulo ante dixerat: ' Etiam pro anima (ἀντὶ ψυχῆς) ponitur accipiter.' I. e. Accipitrem voluerunt esse symbolum animæ. Est vero ⲂⲀⲒ, Baï, bai, species aliqua accipitrum, upupa videlicet, Deut. xiv. 7. Ac idem quoque in Dictionario aliquo perbrevi, Coptico-Gr., Bibliothecæ Reg. Paris., inveni. Et apparet, quosdam upupam generi accipitrum annumerare. Ægyptiis igitur accipiter symbolum erat animæ; ideoque Sacerdotes animam significaturi, upupam, vel accipitrem dicebant. Ceterum, quod ab h. l. non alienum est, accipitrem Æg. quoque symbolice designasse ventum, alibi (Panth. l. ii. c. 4. §. 5.) jam monuimus." Hactenus Jabl. Proleg. ad Panth. p. cxxxvii.] Observa præterea ⲂⲀϨⲒ Æg. dici longævum. Ideoque forte anima ⲂⲀϨⲒ dicta fuit, quod vita ejus etiam post mortem corporis duraret. Confirmari id ex eo posset, quod Horapollo scribit i. 34., Phœnicem avem symbolum esse animæ, quæ diuturnam in hac vita moram traxerit, Ψυχὴν δὲ ἐνταῦθα πολὺν χρόνον διατρίβουσαν βουλόμενοι γράψαι, φοίνικα τὸ ὄρνεον ζωγραφοῦσι,——ἐπειδὴ πάντων ἐν τῷ κόσμῳ πολυχρονιώτατον ὑπάρχει τοῦτο τὸ ζῶον. An vero forte antiquiores Ægyptii de animæ immortalitate eadem sensere, quæ Stoici? de quibus Cic. Tusc. i. 31.: " Stoici autem usuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus, diu mansuros aiunt animos, semper negant." V. quæ observavi in Panth. i. c. 11. §. 2. 3.[10]

* Βαιήθ. Ἱέραξ. Accipiter. Ita Horapollo i. 7. ἀντὶ ψυχῆς ὁ ἱέραξ τάσσεται, ἐκ τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας· καλεῖται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ἱέραξ, Βαιήθ. Certe ⲂⲀⲒ Æg. quondam audiebat certa accipitrum species. In Vocabulario brevi Copt. Sahid. Gr., quod in Bibl. Reg. Gall. extat, hæc deprehendi. ΠΟΥΦΟⲤ. ⲚⲈⲢⲦⲈⲢⲞⲢⲀⲜ. ⲚⲂⲀⲒ. ⲚⲐⲒⲞⲤ. ⲈⲒⲂⲒⲤ. Et mox iterum, ⲂⲞⲨⲂⲞⲤ ΠⲂⲀⲒ. V. præterea Deut. xiv. 7., et Proleg. mea ad Panth. p. cxxxvii.

Βαΐς. Ramus palmæ. Chæremon Stoicus, ap. Porphyr. de Abst. iv. §. vii. de Sacerdotibus Ægyptiis: Κοίτη δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν σπαδίκων (sic recte Salmasius emendat) τοῦ φοίνικος, ἃς καλοῦσι βαΐς, ἐπέπλεκτο. Nempe ⲂⲀⲒ est ramus palmæ, quæ vox Æg., ap. Interpr. Copt. Scripturæ, frequenter occurrit. Transiit hæc vox

[1] Conf. Miscell. Observ. Crit. vol. iii. p. 34, 35.

[2] De verbis Hesych. v. Ἄτωρ eadem apud Scholtzium l. c. p. 3.

[3] Alio iterum loco Hesychius, Μυλήταν, τὴν Οὐρανίαν· Ἀσσύριοι. Plura dabunt eruditi ad vv. Μιλίτης, et Μυλήταν, sed nihil ad v. Ἄτωρ, ubi tantum conjectura quædam Is. Vossii, vix cuiquam placitura. Jablonskiana vero, nisi fallar, se multis approbabit.

[4] Legantur lib. ii. p. 192, 193., ubi notarunt Casaubonus et Almeloveenius, iterumque ad lib. xvii. p. 1140. In priori loco codex MS. Mediceus, monente Abrah. Gronovio, præbet Ἀυάσεις, quæ lectio non magis probanda, quam Αὐάσεις et Ἀβάσεις. Comparetur Michaëlis not. ad Abulfedæ Descript. Ægypti p. 3, 21—3. Jablonskium sequitur Scholtzius p. 3. et 4. in explicatione hujus ac vocis proximæ Achi.

[5] Conf. La Crozii Lexicon, p. 67.

[6] Idem monet Forster in epist. ad I. D. Michaëlis p. 13, 14., ubi et alia. Adde Wesselingium ad Hieroclis Synecdemum p. 725. 731., et A. A. Georgium in præfat. ad fragm. Ev. Joannis Copto-Thebaicum p. 74. 80. sqq.

[7] In versione Alexandrina. In codice Hebræo est ערות.

[8] Item Job. viii. 11., ubi Alexandrini dederunt βούτομον, Aquila et Symmachus ἄχει, Theodotion autem Ἀχί. [Cf. Sir. xl. 16.]

[9] De vocabulis אחו, Ἄχει, Ἄχι seu Ἀχὶ consulendi Wesselingius ad Diodorum Sic. tom. i. p. 52., Alberti in Misc. Obs. Crit. vol. iv. p. 92., idemque et alii ad Hesychium vv. Ἀχὶ et Ἄχι, Schultens ad Job. viii. 11., Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 55, 56., Haitsma in Curis Philol. ad Gen. xli. 2., sed inprimis Olavus Celsius in Actis Societatis Scientiarum regiæ Upsaliensis a. 1741. editis, p. 9-22., atque in Hierobotanico Pt. ii. p. 340—356. Comparetur dicta de voce Ἄγχωττις. Vitringa, Schultens, Haitsma, Celsius, plures alii, voci Ἄχι attribuunt originem Hebræam vel Arabicam, sed Ægyptiacam Bochartus, La Crozius, Woide, Michaëlis, quibus ceterisque unus adjungatur Hodius de Bibliorum version. Original. p. 118.

[10] Dubito, an Βαΐ Æg. symbolice significarit animum humanum, respectu habito ad vocem ⲂⲀⲒ, ramus palmæ, cujus diuturnitas passim celebratur. Cf. O. Celsii Hierobot. pt. i. p. 534. sqq.

postea ad Gr.[1] recentiores, qui ea non raro utuntur. V. Hesych. in Βαΐς, et alios.[2] Wilkins. in Diss. sæpius cit. p. 99., ait: ⲂⲀⲒ stirpem, palmitem significat: negligenter admodum. ⲂⲀⲒ enim nonnisi de palma arbore accipitur, neque etiam arborem ipsam, sed tantum palmæ ramum significat. Ipsi Palmæ arbori nomen erat ⲂⲈⲚⲒ. Jo. xii. 13., ⲀⲨϬⲒ ⲚϨⲀⲚⲂⲀⲒ ⲈⲂⲞⲖ ϦⲈⲚ ϨⲀⲚⲂⲈⲚⲒ, Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Ex quibus verbis differentia inter ⲂⲀⲒ, quod ramum palmæ designat, et ⲂⲈⲚⲒ, quæ est ipsa palma arbor, a quovis colligi facile potest. De v. ⲂⲈⲚⲒ vero, quædam habes etiam hic in v. Σεβέννιον. [" Βαΐς s. Βαΐον, Ramus palmæ arboris. Prius Hesych. exponit ῥάβδος φοίνικος, posterius Etym. M. κλάδον φοίνικος. Joan. xii. (13.), ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς ὑπάντησιν αὐτῷ. (pro quo Marc. xi. dicit, στιβάδας ἔκοπτον ἐκ τῶν δένδρων, Matth. xxi. ἔκοπτον κλάδους ἀπὸ τῶν δένδρων,) 1 Macc. xiii. (51.), μετὰ αἰνέσεως καὶ βαΐων, cum laude et ramis palmarum. (Incert. Lev. xxiii. 40. Sym. Cant. vii. 8. Βαΐα ap. recent. Græcos Dona, munera, largitiones, erogationes, rogæ, quæ quotannis ab Imperatore et Patriarcha, hebdomade, quæ ante diem Palmarum est, populo distribuebantur, et ab ipso hebdomade βαΐα appellantur. Theodorus Balsamon de Incens. Patriarchæ, die Catecheś.: Τὴν ὑψηλοτάτην τῶν θείων αὐτοκρατόρων περιωπὴν, καὶ τῶν πατριαρχῶν τὴν μεγαλειότητα μετὰ τῶν ἄλλων ἐσέμνουν καὶ ἐτήσιοι ῥόγαι ποτὲ καὶ βαΐων φιλοτιμήματα. Cf. Luitprandum Levitam Rer. Europ. iii. 5. ap. Meursium in Gloss. "In aliis quoque solennitatibus id fiebat: Cedrenus, Πατήσαντος δὲ εἰς τοὺς τραχήλους αὐτῶν, ἄχρις ἀπολύσεως τοῦ πρώτου βαΐου, ἐπεβόα ὁ δῆμος. Etiam quodcunque donum generaliter ita dictum: Palladius de Mon. Ægypt. in Joanne, Βαΐα ὀλίγα παρὰ τοῦ πρεσβυτέρου αἰτησάμενος, τοῖς ζώοις ζώνας εἰργάσατο." Meursius. Fallitur: βαΐα enim h. l. sunt palmarum rami s. folia, de quibus plectas intexebant Æg. Monachi. Cf. Jablonsk. supra ad voc. ἀβλαβύνιον. Palladius Hist. Laus. c. 2., ἔπλεκεν σειρὰν τὴν ἐκ θαλλῶν φοινίκων. Auctor Vitæ S. Theodori Studitæ: Ἦν γὰρ τηνικαῦτα καὶ ἡ λαμπρὰ ἑορτὴ τῶν βαΐων, ἣν τοῦ πάθους, καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ δεσπότου σύμπαντες πιστοὶ ἑορτάζομεν. Eadem, ut mox videbimus, Βαϊοφόρος appellatur. Cf. Suicerum Thes. Eccles. h. v.) Inde (* Βαϊνὸς, ὁ, ἡ, E ramis palmarum factus. 1 Macc. xiii. 37. ubi ita rex Demetrius in Epistola ad Judæos, Τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν, καὶ τὴν βαΐνην, ὃν ἀπεστείλατε, κεκομίσμεθα, supple ῥάβδον. Cf. 2 Macc. xiv. 4., ubi φοίνικα cum aurea corona tanquam munus allatam legimus. Sym. Gen. xl. 16. τρία κανᾶ βαϊνά. Drusius Fragm. Vet. Int. Gr. p. 55. conjicit significari illis canistra candida s. alba, h. e. e viminibus decorticatis et albis contexta.) Βαϊοφόρος, (ὁ, ἡ. s. Βαϊφόρος) Qui ramum palmæ gestat: at βαϊοφόρος ἑορτὴ, Festum quo gestantur illi palmei rami." H. St. Dies Palmarum, ἡ βαϊοφόρος ἑορτή. Epiphanius Monachus de locis sacris: Ἐς τὸν αὐτὸν τόπον ἐστὶν ἐλαία, ἐξ ἧς κατ' ἐνιαυτὸν κόπτουσι κλάδον ἕνα, διδόντες ὑπὲρ αὐτοῦ τίμημα, καὶ μετὰ λιτῆς εἰσέρχονται εἰς τὴν πόλιν Ἱερουσαλὴμ τῇ ἡμέρᾳ τῆς βαϊοφόρου. Cedrenus in Theophilo Michaelis filio, καὶ τὸ στιχηρὸν δὲ τὸ κατὰ τὴν βαϊοφόρον. Theophanes Orat. xxvi. εἰς τὴν βαϊοφόρον ἑορτήν. Edd.]

* Βάλ. Myrrha. Testatur id Plut. de Is. et Osir. p. 383. Monet Athen. xv. p. 689., Myrrham primo in Ægyptum, et ex Ægypto in Græciam vehi. Observa vero, in Copt. libris myrrham dici ϢⲀⲖ, Sal. V. Exod. xxx. 23. Matt. ii. 11.[3]

Βαλία, ὀφθαλμία. Ita Hesych. Hæc vero ex ling. Æg. defluxisse, coram me monuit, idque mihi facile persuasit Montfauc., cum a. 1719. Lutetiæ Paris. sæpius ad eum inviserem. Etenim ⲂⲀⲖ Æg. dicitur oculus, ὀφθαλμός. Verosimile fit, ab illa voce ⲂⲀⲖ, Græcos, Medicorum filios, in Ægypto confecisse vocem βαλίας, eamque ad alios Gr. deinde dimanasse. [" Βαλία, Hesych. est ὀφθαλμία, Morbus oculorum. Qui et Βάλιον a Cretensibus vocari dicit τὸν πηρὸν, Orbum, s. oculis." H. St. Bene ait Montfauc. ap. Albert. in Hesychii loco, " Βὰλ ap. Ægyptios usu frequentissimo ὀφθαλμὸν, seu oculum, significat. Ex Æg. voce autem Cretenses, qui frequenter Ægyptum navibus petebant, eam vocem mutuati fuerant, cæcum vocantes βάλιον, ut βαλία est oculorum morbus." Plutarchi locus est de Is. et Osir. p. 383. D.: Τὴν σμύρναν παρ' Αἰγυπτίοις Βὰλ καλοῦσιν, ἐξερμηνευθὲν—τῆς ληρήσεως ἐκσκορπισμόν. " Quodsi ap. Plut.," ut ait Albertius, " πηρώσεως scriberetur, aliquid huc faceret; πήρωσις enim infra est τύφλωσις: sed confudisse videtur Plut. voces ϢⲀⲖ, myrrha, et ⲂⲀⲖ, oculus." Schol. Theocr. viii. 27.: Φάλαρος δὲ ὁ λευκός· καὶ Ὅμηρος Κύματα φαληριόωντα λέγει, τὰ λευκαινόμενα· τὸ φάλιον δὲ, καὶ βάλιον λέγουσιν ἐπὶ τῶν ἐχόντων τὸ λευκὸν ἐν τῷ μετώπῳ. Edd.]

Βᾶρις. Navigii genus, ap. Herod. ii. 41. et præcipue 96., ubi illius structuram describit. V. et Diod. i. p. 87. Hesych. v. Βᾶρις, Plut. de Is. et Osir., ubi p. 358. legitur, τὴν δὲ Ἶσιν πυθομένην ἀναζητεῖν ἐν βαρίδι παπυρίνῃ, τὰ ἕλη διεκπλέουσαν. Nam, ut Plin. ait, xiii. c. 11., " Papyrus nascitur in palustribus Ægypti,—ex ipsa navigia texunt, et ex libro vela tegetesque." Themistius Orat. iv. p. 49., Ἐν ταῖς βάρεσι πλέουσι διὰ τοῦ Νείλου. V. ibi notas Petavii, et Pignorium in Explic. Tabulæ Isiacæ p. 26., vers. et 36. ed. Francf. Adde Synes. de Prov. p. 66. ed. Turnebi, et omnino Galeum in Jambl. de Myst. p. 285. Ammon. περὶ διαφόρων λέξεων· Βᾶρις, Αἰγύπτιον πλοῖον.[4] Videtur Βᾶρις dicta fuisse παρὰ τὸ πλέκεσθαι, quod ex byblo vel papyro texeretur. Erat enim πλέγμα βύβλινον. Πλέκειν vero, texere, Ægyptii lingua sua videntur dixisse ⲂⲀⲢ, vel ⲂⲎⲢ, sive ⲂⲒⲢ. Inde existimo esse ⲂⲒⲢ, σπυρὶς, seu corbis, Marc. viii. 8. Cogitandum, an non ipsum Papyri nomen ab hac origine descenderit.

* Basalte. Marmoris quædam species, de qua sic Plin. xxxvi. 7., " Invenit eadem Ægyptus in Æthiopia, quem vocat Basaltem, ferrei coloris atque duritiæ." Additur ibid., " Unde et nomen ei dedit." Ex eo robur aliquod acquirere videtur conjectura Wilkinsii, censentis, vocem hanc non esse originis Æg., in Diss. de Ling. Copt. p. 100. Notum enim est, Hebræos ferrum dicere ברזל, cum Ægyptiis audiat ⲂⲈⲚⲒⲠⲒ. Aliis quoque ante

[1] Voces Βαΐς et Βαΐον origine Gr. esse, male opinabantur Etym. M., Phavor., alii. Optime Grammaticus quis incertus, cujus verba e cod. MS. dedit Du Cange in Gloss. p. 166., τοὺς κλάδους τῶν φοινίκων Ἑβραῖοι (imo vero Ægyptii) βαΐα προσαγορεύουσι—ὁμοίως δὲ καὶ ἡμεῖς ἐξ ἐκείνων παραλαβόντες καλοῦμεν τῇ αὐτῇ τοὺς κλάδους τῶν φοινίκων. De origine Æg. vide Salmas. ad Achill. Tat. p. 621, 622., et J. H. Mingarell. in not. ad Æg. Codd. reliquias, Venetiis in Bibl. Nan. asservatas, p. LIV. Dicebatur ramus palmæ dialecto Memphitica ⲂⲀⲒ, sed Sahidica ⲂⲀϨ, unde magis origo vocabuli Βαΐς Æg. comprobatur, quia in Ægyptiorum dictionibus etiam in fine aspirantur vocales, quod recte Priscianus animadvertit l. i. p. 349. ed. Putsch.—[Salmasii locus est hic. " Ῥάβδους φοινίκων, hæc sunt τὰ βαΐα lingua Ægyptiaca. In Evangelio (Jo. xii. 13.), τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Atqui satis erat dixisse, τὰ βαΐα: nam βαΐ, Ægyptiis ramus palmæ: unde Græcis βαΐς, et βαΐα, αἱ ῥάβδοι φοινίκων. Hesych. Βαΐς· ῥάβδος φοίνικος, καὶ βαΐον: sic leg. Evangelium Ægyptiacum eo loco Joannis, τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, vertit simpliciter, ζανβαΐ. Quod est, τὰ βαΐα: nam illud ζαν nota est pluralis numeri, βαΐ est τὸ βαΐον, vel ἡ βαΐς, ut Græci in suum deflexerunt illud Ægyptiacum. Certe et βαΐα simpliciter dicuntur in Maccab. rami palmares, non βαΐα φοινίκων, quasi vox βαΐα significet tantum ramos, cum ramos palmarum denotet. Inde ἡ βαΐνη in iisdem Macc. l. i. c. 13. virga palmea, sub. ῥάβδος. Quæ vox non fuit intellecta interpretibus. Lat. bainen retinuit: τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν, καὶ τὴν βαΐνην, i. e. τὸν φοίνικα, palmam, ramum palmæ, insigne victoriæ. Infra l. ii. c. 14. vocavit φοίνικα, his verbis: προσάγων αὐτῷ στέφανον χρυσοῦν, καὶ φοίνικα, h. e. τὴν βαΐνην, vel τὸ βαΐον, vel τὴν βαΐνην. De qua nos alibi. Glossatores Latini sacræ scripturæ Bainen exposuerunt, laminam auri ab aure ad aurem, qua familiares regum utebantur, vel ornamentum colli ex auro et gemmis. Nugæ: nihil est nisi id, quod diximus. Nostri interpretes Bibliorum non fuere feliciores in ea voce exponenda. In Historia Barlaami vocatur ῥάβδος βαΐνη, his verbis, de Theuda Mago, καὶ εἰσῆλθε ῥάβδον μὲν κατέχων βαΐνην, μηδαμῶς δὲ στηριζόμενος. In Maccabæis absolute est βαΐνη, de palmæ ramo." De hac voce optime scripsit J. F. Fischerus Proluss. de Vitiis Lex. N. T. i. p. 18—22., ut et Schleusnerus in v. Edd.]

[2] Cf. not. ad Hesych. v. Βαΐς, et de Rhoer ad Porphyr. l. c. p. 318.

[3] Plut., raptum ab aliis in errorem, secuti sunt Montfauc. et Kuster., confundentes ϢⲀⲖ, myrrha, et ⲂⲀⲖ, oculus; quod recte monet Alberti ad Hesych. v. Βαλία, et ante eum Wilkins. l. c. p. 100.

[4] Plura qui velit, adeat vv. dd. in not. ad Hesych. v. Βᾶρις, Wesseling. ad Herod. ii. 96., Valcken. in Diss. de Byrsa, Phœnicio Arcis Carthaginiensium Nomine, c. v., et Anim. ad Ammon. p. 44. 45., Kœn. ad Gregor. p. 247. De orig. vocis Ægyptiaca plerique non dubitant; etymologiam tacent omnes; an conjectura Jabl. satisfaciat, judicent alii.

Wilkins. idem visum est, qui idcirco ap. Plin. legere maluerunt Barsalten. Ceterum Basalten reperiri etiam in Insula Madagascar, scribit auctor Gallus, de Flacourt, Hist. de Madagascar, pt. i. c. ix. p. 25.[1]

* Βέβων, cognom. Typhonis, quod Plut. de Is. et Os. aliquoties p. 371. 376.[2] commemorat. Hellanicus ap. Athen. xv. p. 880. nomen hoc effert Babyn. Significatur autem ea voce, si Plutarchum audimus, *κάθεξις ἢ κώλυσις*, obstaculum sive impedim., detentio, coërcitio, et prohibitio, quod rebus recta via incedentibus, et ad finem suum tendentibus vis Typhonis obsistat. Interpret. hanc sub examen vocavi, meamque qualemcunque lectoribus obtuli in Panth. v. c. ii. §. 23. p. 102.

* Behemoth, בהמות. Bestia, descripta ap. Job. c. xl. et xli. de qua plura extant doctorum, et vet., et recent., judicia. V. Alb. Schultensii Comment.[3] Mihi plane satisfecit Bochartus, qui in Hieroz. pt. ii. l. v. c. 15. docuit, a Jobo intelligi Hippopotamum[4] Niloticum, Ægypti accolam. Idem p. 756. censet, vocabulum hoc esse Ægyptium, sicut et animal Ægypto proprium est. Terminatio ipsi quoque videtur Ægyptiaca. Eique adstipulatur Hermannus von der Hardt, vir hujusmodi rerum judex non inidoneus, apud Kochium im beleuchtet Hiob p. 970. in nota. Et sane ⲠⲈϨⲈⲘⲰⲞⲨ, Pehemou, vel eadem vox cum Ⲧ in fine, Pehemout, significat proprie bovem aquatilem, uti etiam sæpe veteribus nuncupatur. V. Bochart. l. c. Neque mihi notum est aliud animalis hujus Ægyptii nomen Ægyptiacum. Sed observationi tamen huic insistere nollem. Nam quod Bochartus ait, de terminatione ot, quæ sit Ægyptiaca, nihili est. Et Leviathan, crocodilus, quem Jobus conjungit cum Behemoth, etsi animal sit Ægypto proprium, nomen tamen non est Ægyptiacum.[5]

* Besa. Numen aliquod Ægypti topicum, uni forsitan urbi, aut singulari regioni usitatum. De eo Ammian. xix. p. 164., "Oppidum est Abydum, in Thebaidis parte situm extrema; hic Besæ Dei, localiter appellati, oraculum quondam futura pandebat." Præter Ammian. non novi, qui Numinis istius mentionem injecerit. Occurrunt tamen nomina a v. Besa deducta. Aliquid de eo dixi in Panth. v. 7. §. 1.[6]

* Bimaidæ, Progenies quadragenorum. Ita Eutychius in Annal. vocem hanc interpretatur. V. Renaudotii Hist. Patriarch. Alexand. p. 272. Quæ ibi Renaud. de v. h. observat, ipsius ignorantiam sermonis Copt. produnt. Nam ⲠⲒϨⲘⲈ, quod Copti pronuntiant Bima, re ipsa significat quadraginta. Cf. quæ hac de re annotavit La Crozius, dans l'Europe Sçavante, t. x. pt. ii. p. 252. in notis. De Bimaidis his consuli etiam poterit Herbelotus, Biblioth. Orient. v. Albimaides fol. 84.

* Βοῦβαστις, Bubasis. Ita dicitur nominatus fuisse vicus quidam in Ægypto, in quo Io, Argis in Ægyptum delata, pedem fixit. Videatur Etym. M. v. Βοῦβασις. Conjeci aliquando nomen hoc, aut potius cognomen, fuisse ipsi Isidi. ⲠϨⲞⲂⲀⲤⲒ, P-ho-basi, significat faciem, vel vultum vaccæ, quod, qua ratione Isidi conveniat, nemo est rerum Ægypt. peritus, qui non intelligat. Plura de hoc, ut puto, Isidis cognomine dixi in Panth. iii. c. v. §. 6.

Βούβαστις, Bubastis. Ægyptiorum Dea, quam Gr. interpretantur Ἄρτεμιν, id est, Dianam.[7] Arbitror, Deam hanc Æg. symbolum fuisse Lunæ novæ, vel renascentis. Nomen vero interpretor Ⲡ—ϨⲞ—ⲂⲀϢⲦ, quæ vultum nudat, vel retegit, quod dici potest de Luna, quando faciem, in conjunctione cum Sole absconditam, sive velatam, i. e. hominum oculis subtractam, retegit, hominibusque conspiciendam rursus præbet. Aut posset etiam explicari Ⲡ—ϨⲞ—ⲞⲨⲀϢⲦ, P-ho-uascht, faciem multiplicans, quod de luna, faciem toties mutante, recte prædicari posse, in propatulo est. Pluribus hæc omnia persecutus sum in Panth. iii. c. 3. ["Βούβαστις in Epigr. dicitur Isis, quæ et parturientibus aderat. Βουβαστικὸν ἕλκος, ulcus præhumidum, quod pueris maxime in superficie oritur. Gorr. ex Aet. iv. 21." H. St.]

* Βούσιρις, Busiris, Rex Ægypti,[8] veterum sermonibus magnopere celebratus, in cujus laudem extat Oratio Isocratis.[9] Erat et urbs, in Ægypto infer., ejusdem nom.[10] Plut. de Is. et Osir. p. 359., ex Eudoxo Cnidio, adfert nom. huj. interpret., aitque illud significare *ταφὴν Ὀσίριδος*, sepulcrum Osiridis.[11] Et vero, uti memini La Crozium, ea de re disserentem, observasse, ⲂⲎ est sepulcrum, unde jam Be-Osiris significat sepulcrum Osiridis. Non tamen pro certo dixerim, hanc esse veram et genuinam nominis illius rationem. Aliam nominis ejusdem interpretationem suppeditat Hieronymus, l. ii. in Jovin. col. 202., ubi ab animali quodam urbi id nomen imposi-

[1] Voci Basalte origo Æthiopica assignatur a M. Martinio in Lex. Philol., Vossio in Etym. L. L., aliisque.

[2] Loco priori quondam legebatur Βεβαίων. Hinc factum videtur, ut Wilkins. nomen Gr. esse opinaretur, derivandum a βέβαιος, stabilis, firmus. Sed Cl. Wyttenb. in nov. ed. p. 520., fide duorum Codd. cum MSS., recepit Βέβων. In vers. Lat., incuria librariorum, semel relictum Bebaeonem.

[3] Ex ipsius sententia Behemoth est Elephas. Nec dissentiunt H. A. Schulteus in annot. ad vers. Belg. libri Jobi p. 176. sqq., Michaëlis in Suppl. ad Lex. Heb. p. 156., et recent. alii.

[4] Eandem interpretationem tuitus est Th. Shaw t. ii. Itinerum p. 162. 180. 181., ad q. l. legantur annot. P. Boddaert ac Tydeman p. 92. 93. 95.

[5] Eandem notationem vocis בהמות Schultzius commendavit p. 5. Nom. Æg. fuisse πιεἰ-μωυτ (ⲠⲒ-ⲈϨⲈ-ⲘⲰⲞⲨⲦ) existimat Gunther Wahl in notis ad vers. German. Abdoliatiphi Memorabilium Ægypti p. 146.— Crocodilum esse animal Ægypti proprium, Jabl. hic monet, iterumque p. 287. Quod si velit ita intelligi, ut tantum in Ægypto, non alibi, inveniantur Crocodili, vereor ut verum scribat. Inspice Strabonem xii. p. 843. xv. p. 1020. Pausan. ii. c. 28. Ælian. N. A. xii. 41. Erat tamen animal in Ægypto et in Nilo flumine maxime frequens. Hinc in centenis nummis, ad Ægyptum pertinentibus, vulgatisque a Vaillantio, Pellerinio, Zoëga, aliis, expressa imago Crocodili. Sed comparetur unus E. Spanh. de V. et P. N. p. 148. sqq.

[6] Ex eo intelligitur, cur Abydus, Arabibus dicta Ensine, vulgari sermone vocetur urbs magorum, quos inde evocaverit Pharao, teste Nubiensi apud Abulfedam in Descr. Æg. p. 25. Cf. Michaëlis in notis p. 106. V. tamen Ibn el-Vardi in Ægypto p. 39. et Fæhn in not. p. 96.

[7] Herod. ii. 138., ἡ δὲ Βούβαστις κατ' Ἑλλάδα γλῶσσάν ἐστι Ἄρτεμις, iterumque c. 156. Erat in Ægypto urbs, eodem similive nomine appellata, de qua, præter Geographos vet., Strab., Steph. Byz., Melam, aliosque, monuit nonnulla Wesseling. ad Diod. t. i. p. 32., ad Herod. ii. 59., et ad Hieroclis Synecdemum p. 728. Videtur ea Ezech. xxx. 17. dici פי־בסת, vel rectius forte una voce פיבסת. In vers. Alex. legitur Βουβάστου. Cf. Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2003. Quæ de orig. nom. Βούβαστις habet Wilkins l. c. p. 100. non placent. Scribit Steph. Byz. Βούβαστις nom. esse urbis Ægyptiæ et templi Dianæ, additque, οἱ δ' Αἰγύπτιοι Βούβαστιν τὴν αἴλουρόν φασι. Quid vero felis ad Dianam? Docebit Antoninus fab. xxviii. c. n. Munckeri et Verheykii. Dubia magis est notio vocis Βούβαστις Ægyptiaca. Felis hoc similive nomine in Lexico non appellatur, sed ϢⲀⲨ. Missis aliis, adscribam verba G. Zoega l. c. p. 122.: "Aliud etymon a voce ⲂⲰⲦⲤ, quæ Coptis bellum sonat, suadet situs excelso aggere supra reliquas Ægypti urbes eminens, ut videatur aliquando fuisse propugnaculum. Si ita, deæ nomen gentilitium est, ut Dindymenæ vel Cypridos: ϮⲚⲞⲨϮ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲂⲰⲦⲤ, dea Bubastitis, quod præcipuo ritu ibi colebatur." A vero alienum non mihi videtur, Steph. existimasse, Βούβαστιν Æg. esse felem, quia in Herod. ii. 67. legerat, Ἀπάγονται δὲ αἱ αἴλουροι ἀποθανοῦσαι ἐς ἱρὰς στέγας, ἔνθα θάπτονται ταριχευθεῖσαι ἐν Βουβάστι πόλι. De urbe Βούβαστις sive Βούβαστος quædam alia monuit Belley t. xxviii. Comment. Acad. Inscr. p. 534.

[8] Quis ille et qualis? quando regnavit? an extitit unquam? Incerta sunt omnia. Strabo aperte negat, hoc nomine regem imperasse in Ægypto, l. xvii. p. 1154. ubi pro vulgato Βουσιρίδας cod. MS. Med., notante A. Gronovio, rectius Βουσιρίτας. A Strabone non dissentit Diod. Sic. i. 88. Cf. Wesseling. ad ejusd. libri c. 45.

[9] V. ii. p. 153—177. ed. Battie.

[10] Meminerunt Herod. ii. 59., Diod. Sic. i. 85., ibi Wesseling. et ad Hieroclis Synecd. p. 725. Quatuor eodem isto nomine in Ægypto erant urbes vel oppida, testante Abulfeda Descr. Æg. p. 11. 12., ad quem notavit Michaelis p. 60—62. In nummo Antonini, ad Busiritas pertinente, adstat Serapidi Bos. Observat Zoega l. c. p. 187. Bovem respicere videri ad urbis nomen, quod scribit ille a Bove et Iside a Plutarcho ductum, potius repetendum a nomine Osiridis, præmisso ⲂⲒ vel Ⲃ' pro ⲠⲒ, consueto Ægyptiorum articulo, quem illi hodie quoque per ⲂⲒ efferunt. In nummis Hadriani Busiriticis comparet Bos et Osiris. V. Zoega p. 117.

[11] Diod. Sic. i. 88. οὐ τοῦ βασιλέως ὀνομαζομένου Βουσίριδος, ἀλλὰ τοῦ Ὀσίριδος τάφου ταύτην ἔχοντος τὴν προσηγορίαν κατὰ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον. Etym. M., regis et urbis nomen derivans παρὰ τὸ βοῦς εἴρειν, sua sibi habeat.

tum fuisse, tradit. A nom. Βούσιρις non multum recedit ⲂⲀϢⲞⲢ, Baschor, vel Basor, quod vulpem designat. An id in animo habuerit Hieron., aliis dijudicandum relinquo.

Βουτοί, τόποι παρ' Αἰγυπτίοις, εἰς οὓς οἱ τελευτῶντες τίθενται, Hesych., de cujus originationis veritate addubitare videtur Wilkius. in Diss. de Ling. Copt. p. 101. Contra La Crozius, ante annos propemodum xl., recte mihi asseruit, interpret. huic Hesychianæ prorsus favere linguam Æg. Nam in Evangeliis ⲂⲎ dicitur sepulcrum. Hinc analogice formatur pluralis ⲂⲎⲞⲨⲦ, quod Græci efferunt Βουτοὶ vel Βουτούς.[1] Observa autem, Isidem capulum, in quo inerat cadaver Osiridis, Buti deposuisse, et illic in capulum hunc incidisse Typhonem, qui membra Osiridis evulsa disjecit, teste Plut. de Is. et Os. p. 357, 358. ["Βουτοὶ, Hes. teste, Æg. loca, in quibus mortui ponuntur, mortuorum conditoria." H. St.]

* Βουτὼ, Latona. Docet id Steph. Byz. in Βοῦτος. Ἐκαλεῖτο δὲ Βουτὼ, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Λητὼ Βουτώ.[2] Buti, urbe Ægypti infer.,[3] fuisse Templum et Oraculum Latonæ Ægyptiæ, testatur etiam Herod. ii. 155. V. et de hoc numine eund. ib. c. 156. Postquam et veterum traditiones de hac Butone sedulo expendi, et cum illis alias Ægyptiorum doctrinas sacras contuli, aliter existimare non potui, quam Numen hoc sacerdotibus Ægyptiorum symbolum fuisse Plenilunii. Pluribus id persecutus sum in Panth. iii. 4., ubi et nominis Æg. interpretationem tentavi.

* Βρέχον. Lupinus. Append. ad Dioscor. ii. 132. [p. 444.]

* Βύνετος. Εἶδος ἱματίου παρὰ Αἰγυπτίοις. Ita Arcadius Grammaticus MS. in Bibl. Reg. Paris., ex quo Excerpta nonnulla, manu Ez. Spanhemii, in hujus Bibl. evolvi.[4] Ex illis hæc descripsi. Ad illustrationem vero nom. huj. nihil modo se mihi offert.

* Γερβαστή. Chamæleon, herba. Apul. c. 25. Cod. MS. Voss. in Bibl. Acad. Leid. habet Gervaste.

Γίγγλαρος. Tibia minoris formæ. Pollux iv. c. 10., Γίγγλαρος μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος, μονῳδίᾳ πρόσφορος.[5] ["Γίγγλαρος, teste Poll. iv. 10. fuit tibia parvula Æg. accommoda monodiis: non multum absimilis est ap. eund. ὁ γίγγρας." H. St.]

* Gosen, nomen regionis Ægyptiacæ, in qua Hebræi habitarunt a tempore Jacobi Patriarchæ usque ad exitum ex Ægypto. Vocatur גשן Gen. xlv. 10. xlvi. 28. 34. xlvii. 6. 27. l. 8. Ex. viii. 22. ix. 26. Per terram seu region. Gosen autumo debere intelligi Tractum Heracleoticum, νομὸν Ἡρακλεώτην. Colligo id ex huj. situ, ex historia exitus Israëlitarum ex Ægypto, et vetustis Ægyptiorum tradition.[6] Nemo mirabitur, nomen peregrinum a Græcis varie fuisse scriptum, Γεσὲμ, Γεσὲν, Καισὰν, Κεσὰν, Κωχὼν, Κοχὼμ, vel accedente terminatione Gr., Κωχώνη, Κωχώμη. Mihi non superest dubium, quin origo hujus nominis sit Æg. Sermone patrio[7] ista regio videtur dicta tanquam terra Herculis. Nam ⲔϢⲒ seu ⲔⲀ Æg. significabat terram, regionem, et ϪⲞⲘ robur, fortitudinem, unde etiam Herculi nomen ϪⲞⲘ sive ϪϢⲘ ⲚⲚⲞⲨⲦ. Dsjom ennuti, i. e. virtus Dei. Sententiæ meæ non obstat litera ג in v. Hebr. scripta גשן, cuj. tamen literæ vestigium nullum est in isto nom. Æg. Notum enim est, in libris Copt., qui ad nos pervenere, ne vix quidem occurrere vocem ullam vere Æg., in qua litera Ⲅ adhibetur.[8] Sed de his rebus omnibus ac multis aliis, huc spectantibus, copiose dixi in Diss. Acad. viii. de Terra Gosen, a. 1736. a me editis, quas emendatiores et multum auctiores alio tempore vulgabo.[9]

* Γοσορμίης. Nomen regis Ægypti superioris in Catal. Reg. Theb. Eratosth., num. viii. Vox hæc ibid. exponitur, αἴτησις παντός. Non dubito, quin verba hæc Gr. sint corrupta. Verum quænam corruptioni huic medela parari possit, ignoro. Vox Æg. videtur sic scribi posse literis Copt. ϪⲞⲤ ⲈⲢⲘϢⲞⲨⲒ, i. e., loquens lacrymis. An hoc esset αἴτησις παντός? Sed in re adeo incerta manum de tabula. Cf. annot. in Vignolii Chron. S. t. ii. p. 744.

* Gobares, vel Gabares, vel Gabbares. Ita Ægyptii perhibentur, lingua sua, dixisse exsiccata et medicata cadavera, quæ hodie mumias vocant. Augustinus de diversis, Serm. cxx. c. 12.: "Ægyptii soli credunt resurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum: morem enim habent siccare corpora, et quasi aenea reddere, Gabbaras[10] vocant. Glossæ Papiæ: Gabbari, inclusi barbari: unde Gabbares, mortuorum corpora condita. Glossæ Isidori: Gabarus, inclusus Barbarus, unde Gabares mortuorum."[11] Cum aliquando ea de re colloquerer cum La Crozio, is

[1] Nec aliter existimat vir d. in Misc. Obss. V. iii. p. 34.

[2] De vera h. l. lectione consulendus Gavel in Misc. Obss. nov., T. v. p. 451.

[3] Frequens ejus nomen apud Herod. ii. 59. 63. 83., Strab. xvii. p. 1153, 1154., sed varie scribitur. Adde Wesseling. ad Hieroclis Synecdemum p. 724.

[4] Eadem verba inveni in Is. Vossii Excerptis MSS. ex Arcadio Gram., quæ Amstel. in Bibl. Remonstr. asservantur, et quorum apographum penes me est.

[5] In ed. Pollucis Hemst. S. 82. p. 595. legitur, Νίγλαρος δὲ μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος, μονῳδίᾳ πρόσφορος. Vide illic not. Kuhnii et Jungermanni, item Seberi ad S. 83., in quo nunc etiam Νίγλαροι. Quæcumque probetur lectio, apparet, falli Diod. Sic. i. c. 81., affirmantem, moris non fuisse apud Ægyptios discere Musicam, quam non modo inutilem judicarint, sed et noxiam esse. Meliora docet Wesseling. in not. p. 92. Testimoniis, ab eo allatis, jungantur Plut. de Is. et Osir. p. 373. 376., Apuleii Metam. xi. p. 771, 772. ed. nov., atque monumenta antiqua Ægyptiaca ap. Montfauc., Comitem de Caylus, et in splendido opere, le Pitture antic. d'Ercol., de quibus forte alio loco dicam.

[6] De situ huj. Gosenitidis diu erat estque adhuc divortium sententiarum. Cum Jablonskio non pauci eruditi faciebant, in quibus Dathe in not. ad Gen. xlv. 10., et Forster in Epist. p. 20. Contra dissentiebant, reliquos ut taceam, J. M. Hasius in Descriptione Regni Davidici p. 179—181., Muller in Satura Obss. p. 107, 108. 188, 189., R. Schutte in Diss. de Itinere Israëlitarum per Desertum p. 7. sqq., et J. D. Michaelis in Supplem. ad Lex. Hebr. p. 371—381., qui monet, sibi non probari doctissimas Jablonskii, magni viri et amici suique in multis doctoris, dissertationes de Terra Gosen, immo ne quidem excerptu dignas videri, etsi rarioribus annumerandas libris. Doctorum hominum sententias varias de situ regionis Gosen diligenter exquisivit Jac. Bryant in Observations upon the ancient history of Egypt. p. 75—94.

[7] In vers. Copt. nomen scribitur ⲚϪⲈⲤⲈⲘ vel ⲄⲈⲤⲈⲘ, monente La Crozio, Lex. p. 165. In ed. autem Pentateuchi Wilkins. constanter legitur ⲚⲄⲈⲤⲈⲘ.

[8] Testatur La Crozius in Lex. p. 14. literam Ⲅ nusquam occurrere in vocibus pure Æg., nisi in ⲄⲀⲖⲀⲞⲨ, vespertilio, et ⲀⲄϢ, perditio. Postrema sic scribitur 2 Petr. ii. 1., etiam in MSS., contra indolem linguæ Æg., quæ Γ Græcorum non adhibet, nisi in vocibus peregr., monente La Croz. ad v. ⲀⲔϢ, p. 2. Similia legas apud Forsterum de Bysso p. 72., adjungentem, pro ⲀⲄϢ alios Codd. MSS. habere ⲀⲔϢ, non dubitare se, quin forte ⲄⲀⲖⲀⲞⲨ in aliis MSS. ⲔⲀⲖⲀⲞⲨ scribatur, et ex inspecto cod. MS. in Oxon. Bodl. Bibl. patere, Ægyptios scripsisse aliquando hanc vocem ⲄⲀⲖϪⲞⲨ et ϪⲈⲖϪⲞⲨ, priorem vocem occurrere Levit. xi. 19., ubi tamen Wilkins., seu ex alio cod., seu e conjectura, edidit ϪⲀⲖϪⲞⲨ, posteriorem vero ϪⲈⲖϪⲞⲨ Deut. xiv. 18. In vocabulis origine Gr. non raro literas Γ et Κ a librariis Memphiticis ac Thebaicis permutatas esse, docent exemplis Mingarell. not. ad Ægypt. Codd. reliquias p. l. li., et Akerblad in epist. de Inscr. Roset. p. 26.

[9] Propositum non peregit Jabl., qua demum cumque de causa. Hinc rariores factæ sunt Dissertt. de Terra Gosen. Scribebat a. 1781. N. Barkey, in Symbolis Literariis Haganis Cl. ii. fasc. 3. p. 461.: "(Jablonskii) dissert. emend. et auctiores in unum vol. collect., quod—jam ante duodecim annos—vidi manibusque contrectavi, utinam tandem prodirent!" Forster vero, in Epist. ad J. D. Michaelis p. 28., a. 1772. ita: "Ut vero hæ Dissertationes auctæ not. auctoris a fil. Jablonskii denuo publicentur junctim,—ex animo opto, neque dubito, fore, ut multo emend. et prorsus limatæ prodeant." Utriusque ac plurium aliorum votis nunc satisfiet. Sequentur enim in altero tomo Opusc. Jabl. Diss. de Terra Gosen, ab auctore castigatæ et præclarum in modum auctæ.

[10] In codd. Augustini MSS. est varietas lect., in nonnullis vox peregr. omittitur.

[11] In ed. Grævii p. 28. legitur: Gabarus, insulsus, barbarus, unde Gabares mortuorum. Addit Isidorus: Galbares (legendum, cum Chiffletio et Grævio, Gabbares), mortuorum condita corpora.

• satis probabiliter et ingeniose vocem Æg. explicabat per ⲤⲰϪⲠ ⲀⲢⲈϨ. Nam, ut pergebat, vox prior significat relinquere, posterior vero custodire, et custodia. Denotaret ergo vox integra (Sosp-areh) custodiam vel conservationem reliquiarum, nempe corporis demortui. Potest ad illustrandam hanc originationem adduci locus ex Herod. iii. 16., ubi de medicato Amasis corpore agit. Sic ⲤⲰϪⲠ reliquiæ dicuntur in Liturgia Basilii M. Ægypt. MSS. ⲤⲞϪⲠ et ⲤⲈϪⲠ dicitur etiam de eo, quod post mortem relinquitur, Marc. xii. 19., Psalm. xlix. 10.

Post mortem optimi La Crozii, evolvi in ejus Bibl., quam acquisiverat Car. Steph. Jordanus, historiam Josephi Fabri lignarii, a Geo. Wallino Arabice, cum vers. Lat. et notis, ubi p. 76., ad verba hæc Wallini: Vocabantur illis Gabaras, sequentia manu La Crozii adscripta deprehendi: "Augustinus Sermon. de Temp. 361. Tom. v. Quasi ΟΥⲀⲂⲀⲢⲈϨ, Pura custodia.[1] ΟΥ Ægyptiacum adspirari solet." V. quoque Thes. Epist. La Croz. T. iii. p. 173. Et mihi quoque variæ circa hanc vocem in mentem venere conjecturæ. Sed quia auctores Relationum Gotting., recensentes Pantheon meum Ægypt., non semel conqueruntur, etymologias, quas affero vocum Æg., laborare copia et abundantia, malo hæc silentio premere. Fateor etiam, me interpretationem vocis Gabares La Crozianam, quam primo attuli, inprimis probare, eamque aliis præferre.

• Dardiana. Brionia, herba. Apul. c. 66.

• Δαφνοιτής. Leontopodium. Append. Dioscor. iv. 131. [p. 471.]

Δάφναι, Δάφνη, Δάφαναι Πηλουσίαι. V. in Τάφνη.[2]

• Deuterobon. Olusatrum. Selinon agrion. Apul. c. 106.

• Διαβιῆς, φιλεταῖρος. Nomen regis Ægyptii, cum interpretatione illius Gr., in Catal. Reg. Theb. Eratosth. In annotatt. meis ad Catal., insertis Chron. S. Vignolii, T. ii. p. 738, 739., vocem hanc auguratus sum Æg. scribendam esse ϮⲈ̀ⲂⲒⲰ, quasi dicas mella dantem. Id vero Ægyptii hodie pronuntiant Diabio. Illustrationis ergo ibi hæc attuli ex Amm. Marcell.: "Per speciem apis, mella conficientis (h. e. ϮⲈ̀ⲂⲒⲰ) indicant regem: moderatori cum jucunditate aculeos quoque innasci debere, his signis ostendentes." Plura legi possunt loco indicato.

• Dipsacos. Dictamnum. Apul., ed. Torini, c. 62., et sic cod. Voss. MS. c. 64.

• Δορυσαστρού. Gingidium. Lepidium. Append. Dioscor. ii. 167. [446.]

• Ebyimion. Vox hæc occurrit in Regula Pachomii, c. xiv. ed. Rigalt.: "In die Dominica, vel oblutionis, nullus deërit de hebdomadariis, sedens in loco Ebyimii, psallentique respondens." Cum Regula illa, ex sermone Æg., per Hieronymum Lat. conversa fuerit, pronum est colligere, vocem Ebyimii esse ab ipso Pachomio, adeoque Æg. Ap. Cassianum Coll. i. c. ult. p. 196., loquentem de Monachis Ægypti, hæc reperiuntur: "Hortatus est (beatus Moses) iisdem ipsis, quibus insidebamus, psiathis admonens incubare, embrimii pariter capiti nostro cervicalium vice suppositis, quæ crassioribus papyris, in longos gracilesque fasciculos coaptatis, sesquipedali intervallo molliter nexa, nunc quidem humillimum sedile ad scabelli vicem fratribus in synaxi considentibus præstant." In Apophth. Patrum, ap. Coteler. in Monum. Eccles. Gr. T. i. p. 493., legas: καὶ ἔθηκεν ὁ γέρων δύο ἐμβρίμια, ἓν ἐκ δεξιῶν, καὶ ἓν ἐξ ἀριστερῶν αὐτοῦ, καὶ εἶπε, καθίσατε. Ibid. p. 422., ἔστησαν οἱ τρεῖς μόνοι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, εἰς ἓν ἐμβρίμιν (excudi debebat ἐμβρίμιον). Et p. 535., ἦσαν ἐκεῖ σκηνώματα Ἑλλήνων παλαιά. Καὶ λαβὼν ἓν ὑπέθηκε τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ ὡς ἐμβρίμιον. Ex his intelligitur, quid sint Embrimia. Recte proinde Is. Casaub., ubi[3] locum Cassiani, quem et nos adduximus, attingit, ita judicat: "suspicabamur nos, ἐμβρίμια dicta παρὰ τὸ βρίζειν, quod dormitare, et somnum levem capere significat." Sunt igitur ἐμβρίμια pulvinaria, in quibus quietem somnumque capere licet. Videtur vox inprimis apud Ægyptios Monachos in usu fuisse, unde etiam in Regulam Pachomii se insinuavit, tanquam esset Ægyptiaca.

• Ἐθένχις. Potamogeton, herba. Append. Dioscor. iv. 101. [p. 469.]

• Ἐθιού. Polytrichon. Apul. de Herbis c, 51. Append. ad Dioscor. iv. 136. [p. 472.] habet ἐπιέρ. Num forte ⲎⲠⲒ ⲈⲢ, numerum faciens, i. e., numerosus, ut respondeat πολυτρίχῳ Gr. Sed hæc sunt incerta, quemadmodum dubia est etymologia plerorumque nominum Æg. quibus herbæ appellantur.

• Ἐθρερική. Eruca. Append. Dioscor. ii. 170. [p. 446. ἰθρεκική.]

• Εἰκτών. Numen ab Ægyptiis cultum. Jambl. de Myst. Ægyptiorum s. viii. c. 3., τούτου δὲ (τοῦ Ἠμὴφ) τὸ ἓν ἀμερὲς καὶ ὅ φησιν (Hermes) πρῶτον μάγευμα, ὃν καὶ Εἰκτὼν ἐπονομάζει.[4] Crediderim esse cognomen Cnephi, atque significare Ⲓϧ ⲐⲞ, Ich-tho, i. e., Spiritum Universi. Pluribus de nomine hoc dixi in Panth. i. c. 4. §. 6.

• Ἐμβροσί. Lactuca sativa. Append. Dioscor. ii. 165. [p. 446.]

• Emenypse. Dictamnum. Apul. de Herbis c. 62. Kircherus, in Œd. T. iii. p. 75., opinatur, nomen hoc Coptice scribi oportere ⲘⲎⲚⲒⲮϮ, idque inepte interpretatur genium Lunæ. In ea vero interpretatione nihil prorsus inest sani, prodit ea potius summam sermonis Æg. imperitiam.

• Eminion. Dracontea. Apul. c. 14. Vide Kircheri Prodr. Copt. p. 149.

• Emptone. Narcissus, seu bulbus vomitorius, Apul. c. 55. Cod. MS. Voss., quem consului, exhibet Entanæ.

• Entes. Vide Antes.

• Ἔνωτρον. Vide Αἴθωτρον.

• Ἐπαφού. Medium. Append. Dioscor. iv. 18. [p. 463.] Cf. Plin. xxvii. 12.

• Epaphus. Satis is ex Fabulis Gr. notus est. Verum illæ, haud dubie, ex antiquis Sacerdotum Ægyptiorum traditionibus mysticis profluxerunt. Traditur nempe Epaphus ex Ione Argiva, postquam in Ægyptum pervenisset, ubi et postea, nomine Isidis, cultum religiosum invenit, in lucem editus fuisse. Idem postea Ægyptiis imperavit, urbemque inclytam, totius regni sedem, Memphin condidit. Eum quidam cum Api eundem fuisse contendunt. V. Herod. iii. 27., Clem. Alex. i. Strom. p. 222., Ælian. H. A. xi. 10., qui tamen traditionem hanc falsi coarguit. Quæ conjectura, aut si mavis, traditio, forte aliquid ex vero trahit, quod tamen aliis explorandum relinquo. Ipsum nomen videtur idem esse, quod Eratosth. in Catal. Reg. Theb. effert ἄπαππος, idque interpretatur μέγιστον, i. e. magnitudine corporis alios longe superantem. Accuratius nomen idem scribitur Ἄποπι, et Ἄφωφις, quippe quod Æg. sermone gigantem designet. Plura de h. nom. disserui in Vignolii Chron, S. T. ii. p. 742, et in Panth. Æg. v. c. ii. §. 22.

• Ἐπιέρ. Vide in Ἐθιού.

Ἐπιφί. Mensis Æg. undecimus. Meminit illius Plut. de Is. p. 372., affirmans, ultima die mensis Epiphi, sole et luna in eadem linea coëuntibus, ferias agi natalitias oculorum Ori. Schol. Arati p. 56., eum respondere putat Rom. Augusto, Julio vero Arrianus in Periplo Maris Erythræi, p. 8. 22. 29. 32. ed. Huds. Incidit vero Epiphi, maximam partem, in Julium mensem. Quod si ea fuisset primæva ratio Calendarii Æg., quam, a temporibus Augusti Imp., adoptarunt Alexandrini, et

[1] Similia habet Scholtz. l. c. p. 6. Forster de Bysso p. 73. censet, corpora medicata sic ab Æg. appellata esse, quia sancte custodiebantur, tanquam ϪΟΥⲀⲂ—ⲀⲢⲈϨ, nam Ϫ est articulus, aliis item vocibus præfixus, ΟΥⲀⲂ est sanctus, et ultima nominis pars significat custodiam vel custodire.

[2] Per hanc occas. observo, lit. Copt. Ⲇ non inveniri in vocabulis, quæ origine sunt Æg., sed tantum in vocibus, quas Ægyptii a Gr. sumserunt. Atque in his ipsis non raro pro Ⲇ usurpatur lit. Ⲧ. Hinc in Lex. La Croz. litera Ⲇ prorsus prætermissa est. Cf. porro Mingarell. ad Æg. Codd. Reliq. p. xxviii. xliv. xlv. li. et Akerblad de Inscr. Roset. p. 16.

[3] In Exerc. i. de Reb. Sacr. et Eccles. p. 57.

[4] Pro Ἠμὴφ videtur legendum Κνὴφ vel Καμὴφ, et pro μάγευμα potius μαίευμα, partus. V. Gale in notis p. 301. Addit autem ille, multa de deo Εἰκτὼν procudisse Kircherum, sibi autem istud nomen adhuc incompertæ esse significationis.

in universum Græci in Ægypto, ratio aliqua vero non dissimilis hujus nominis reddi facile posset. Certum enim est, mense Epiphi, secundum Calend. Alexand. fixum, Nilum crevisse, et incrementa ejus potuisse jam observari. Schol. Arati, l. c., affirmat, incrementum Niliacum, illo mense, ad mediam circiter partem pertingere: *ὅτε τὸ μεσαίτατόν ἐστι τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως.* Itaque Ægyptii mense illo gradus et numeros Nili crescentis sedulo observabant. Sermone vero Æg., ϤΙ ΗΠΙ, sive ϢΠΙ, aut quod eodem redit ΗΠΙϤΙ, Epiphi, significat numerare. V. Levit. xxv. 27. 50. Inde igitur dictus fuerit Epiphi, i. e., mensis numerationis, quo nempe solicite Ægyptii ascensus Niliaci incrementa numerabant. Quantam vero solicitudinem Ægyptii in isthoc negotio adhibuerint, intelligi potest ex iis, quæ observavi in Panth. iv. c. i. §. 8. Quæ quamvis ita se habeant, fateor tamen non invitus, interpretationi huic duo obstare argumenta, non levissimi momenti. Nam primo quidem, antiquissimum Æg. Calend. scimus fuisse non vagum, sed fixum, et menses eorum, ab initio, in aliud omnino tempus incidisse. Quod tempore Augusti, quando Alexandrini Calendarium adhibere cœperunt fixum, Epiphi in Julium mensem ingruerit, nonnisi fortuito casu accidit. Deinde, in libris Copt. nomen hujus mensis non scribitur Epiphi, uti a Græcis[1] Romanisque effertur, verum Epep, ЄΠΗΠ.[2] Quantumvis vero non negem, fieri potuisse, ut nomen illius mensis, processu temporis, corruptionem aliquam expertum fuerit, scriptio tamen illa Copt. efficit, ut de originatione mensis Epiphi, quam suppeditavi, et quæ pro certo ponit, Ægyptios nomen hoc ita extulisse, Epiphi, certi haudquaquam esse possimus. Andr. Mullerus in Gloss. Sacr. p. 2. existimat, nomen mensis Epep idem esse cum Hebr. Abib. "Jamque," inquit, "illa ipsa dictio Abib, et Æg. mensis vocabulum est. Namque Ægyptii, in hunc usque diem, quendam suorum mensium, ЕПНП, (ita enim scribunt) vel Abib, (ita enim legere solent) appellant. Arabes quoque ابيب scribunt, iisdem quibus Hebræi literis. Græci ΕΠΙΦΙ. Sed Moses peregrinam vocem, non aliter, ac si Hebr. esset, usurpat." Et p. 4., "Vides prope omnes velle, vocem Hebr. esse, et PRIMIGENIUM FRUCTUM notare. Sed vox vere Æg. est: æque ut hæc mensium nomina: Adar, Elul, Tammus, Thebet, et ipsum Nisan. Et sunt, qui velint, Epiphi de Epapho dictum esse. Quod et credibile est. Namque et alios menses Heroum nominibus insigniverunt Ægyptii, æque ac Persæ, Athenienses, Romani." Hoc, ut videtur, sententiæ suæ fundamentum princeps p. 7. suppeditat: "Nihil dubito, quin, cum Israël Ægypto excederet, mensis, quem nunc Martium dicimus, ap. Ægyptios, adeoque Hebræos Epiphi fuerit." Verum Cl. Vignolius probare conatus est, mihique etiam persuasit, Ægyptios tum, cum Israëlitæ exirent ex Ægypto, egisse primum suum mensem Thoth. V. ejus Chron. S. T. i. p. 568. ac deinceps. Abib igitur Hebræorum tum concurrebat, non cum Epep Ægyptiorum, sed cum eorundem Thoth. Fundamentum igitur, cui superstructa est sententia Mulleri, re ipsa nullum est. [" Ἐπηφί, Ægyptiis undecimi mensis nomen, Anthol. i. (Anal. ii. p. 510.) *Καὶ σταφυλὴν κατέχων εὐάμπελός ἐστιν Ἐπηφί.*" H. St. Ἐπηφί vulgo et in Vat. Cod. Jacobsius edidit Ἐπιφί. EDD.]

Ἑρμῆς, nomen proprium regis Thebaici, qui etiam dicebatur Siphoas aut potius Saphthas, in Catal. Eratosth., ad quem legatur annotatio mea in Vignolii Chron. t. ii. p. 763. 764. Vertitur illic Ἑρμῆς Mercurius, et non minus, quam sequens υἱὸς Ἡφαίστου, habetur pro interpr. Gr. nominis Æg. Σιφωὰς sive Σαφθάς. Male omnino. Ejusdem regis nomen Æg. alterum erat Ἑρμῆς, ЄΡ—ⲘЄϨ, Ermeh, eum proprie significans, qui alicui rei complementum dat, vel eam plenam perfectamque reddit. Plura dixi in Panth. v. c. 5. §. 20.

* Ἑρμονθὶς[4] nomen urbis Ægypti, de qua vocatus est Jupiter et Apollo *Ἑρμονθίτης, ut auctor est Steph. Byz., testem appellans Strabonem, lib. nempe xvii. p. 817. Nomen habuisse videtur urbs a voc. ЄΡⲘⲀΝ,[5] quod Æg. malogranatum significat, vel malum Punicum. Possunt huc referri, quæ habet Balth. Bebel. de Orig. Philistæorum §. 5. 6. p. 165—167. coll. p. 141.

Ἑρμοτυβιεῖς Æg. olim dicebantur *οἱ μάχιμοι*, bellicosi, i. e., milites. V. Herod. ii. 164., et ix. 31., Steph. in Ἑρμοτυμβιεῖς, Diod. Sic. i. p. 25. et xvi. p. 445. Assentior autem La Crozio, qui aliquando me docuit, vocem hanc compositam esse ex ЄΡⲘⲀΤΟΙ, pugnare, vel bellum facere, et ΟΥΒЄ, contra. Nam ⲘⲀΤΟΙ Æg. militem sonat, ЄΡⲘⲀΤΟΙ, militare, bellum facere, 1 Cor. ix. 7., ΟΥΒЄ autem contra. Esset igitur ЄΡⲘⲀΤΟΙ ΟΥΒЄ, qui militat, vel bellum facit, contra. Hæc acute omnino et vere[6] observavit vir doctiss. Operæ autem pretium est animadvertere, Herod. et Steph. aliud præterea *μαχίμων* genus in Ægypto commemorare, quos *καλασιριεῖς* vocant, de quibus suo loco plura dicentur. Hoc inter eos credo fuisse discrimen.[7] Si recte judico, Ἑρμοτυβιεῖς erant veterani, secundum antiquas Ægyptiorum leges, defensioni patriæ unice destinati, ut omnem alienam injuriam ab ea averterent. Non alios extra patriam aggrediebantur, bellumque extra Ægypti fines proferebant, verum lares patrios tantum contra aliorum vim pro virili tutabantur. Id ipsum eorum nomen Æg., uti a La Crozio quondam mihi explicatum fuisse memini, satis clare indicat. *Καλασιριεῖς* vero, quod nomen hoc per se declarat, erant juvenes, qui belli muneribus vacabant cunctis, et, si bellum extra patriam gerendum esset, eo quoque ibant. V. præterea de Ægyptiorum *μαχίμοις* Plut. de Is. p. 354., Aristidem Rhet. Opp. t. i. p. 379. ed. P. Steph. Hanc vero Ægyptiorum inter *τοὺς μαχίμους*, et reliquos terræ illius incolas, distinctionem, qua efficiebatur, ut perpetuus illic aleretur miles, Lycurgus, teste Plutarcho in ejus Vita, vehementer admiratus est, eundemque morem Spartam advexit. Adde Herod. ii. 167. Hermotybiibus hisce Ægyptiis similes erant Persarum veterani, qui extra patriam bello non vacabant, quod ap. Xenoph. legitur, K. Π. l. i. p. 4. ed. Steph. Ap. Romanos pariter Serv. Tullius instituit, seniores ad urbis custodiam ut præsto essent, juvenes et foris bellum gererent, teste Livio i. 43. [" Ἑρμοτυμβιεῖς Æg. *μοῖρα τῶν μαχίμων*, ut Steph. ex Aristagoræ Ægyptiacis tradit: ap. Herod. p. 98. et 332. legitur Ἑρμοτύβιες." H. St.]

* Ἔρτωσι. Ita Æg. patrio sermone dixerunt Stellam

[1] In libris Gr. non est eadem scripturæ ratio, Ἐπὶπ, Ἐπιπὶ, Ἐπιφὴ, Ἐπίφ, Ἐπιφὶ, Ἐπηφὶ, ne quidem in Codd. MSS. et editis cujusque scriptoris. V. Fabricii Menolog. p. 22—27. et quos is laudavit. Non neglexit carmen de mensibus Æg., et ejusdem interpretationem Lat. Grotii, sed servatis nominibus Ἐπιφὶ et epiphi, pro quibus in nov. ed. Anthol. Gr. cum vers. Lat. H. Grotii t. i. p. 354, 355. Ἐπηφὶ et epephi.

[2] In fragmento cod. Ægyptii, quod e bibl. Nann. edidit Mingarell. p. clxxxviii. nomen mensis scribitur ЄΠΙΦ, sed legendum potius ЄΠΗΦ existimavit p. cxc. In cod. Evang. MS. Paris. est ЄΠΗΠ, teste La Crozio in Thes. Epist. t. iii. p. 134., qui istam scribendi rationem in Lex. retinuit. De origine nominis eam in sententiam Georgius disputavit, in præf. ad Fragm. Evang. Joannis Thebaicum p. cxl., ut in Æg. istius mensis appellatione lateret nomen Ibidis, ϨΙΠ, addita terminatione ϨΙΠΙ, atque cum articulo Ægyptiaco ΠϨΙΠΙ. Cum nom. Æg. comparandum censet Hebr. אביב, mensem sic dictum de spica matura, atque inde illustranda verba Martiani Capellæ l. ii. p. 42.: "Ipsa vero Ibis prænotatum gerit nomen cujusdam mensis Memphitici."

[3] Cum iis comparanda, quæ Jabl. ad Vignol. a. 1720. de eodem nomine scripsit. V. Syllogen nov. Epist. V. iv. p. 186—193.

[4] Nomen non una ratione scribitur. In edd. Steph. Byz., quas Berkelius et de Pinedo curarunt, legitur Ἑρμωνθίς; ap. Strab. xvii. p. 1171. Ἑρμουθίς, ubi tamen in cod. MS. Med. Ἑρμωνθίς, alibi Ἑρμουνθίς, Ἑρμωθίς, Ἑρμιθεῖ, docente Wesseling. ad Anton. Itin. p. 160., in quo Hermunthi. V. ibid. notam Suritæ. Nomen gentile scribitur Ἑρμωνθίτης, in Pocockii Inscript. ant. p. 83. De scribendi nominis ratione, Erment, Arment, Armant, monuit Michaëlis ad Abulfedam p. 88. In tribus Hadriani nummis apud Zoëga p. 126. legitur Ἑρμων et Ἑρμωνθ. De uno dixerat Belley in Comm. Acad. Inscr. t. xxviii. p. 536, 7.

[5] Fide Kircheri, dedit La Crozius in Lex. ЄΡⲘΟΗΤ, Arabice ارمنت Ἀνασπελος. Minus recte, judicio Georgii in præf. ad Frag. Evang. Jo. Theb. p. xxix. lxxxiv.

[6] Notatio sive Gr. aliorum, sive Hebr. Berkelii ad Steph. Byz., non probanda, sed potius quærenda in Ægypto. Non dissentit T. H. ad Aristoph. Plut. p. 249.: quod nemo mirabitur, qui non nesciat, Virum illum summum, juvenis adhuc cum esset, literis quoque Ægyptiacis navasse operam, ut apparet e Catal. vocum Æg., Hebr. et Arabic. in Diss. Wilkinsii de ling. Copt. p. 112—119.

[7] Distinctos eos fuisse, non dubitat Wesseling. ad Herod. ii. 164., nec tamen docet, quale eorum fuerit discrimen.

Martis. Eoque nom. virtus, quam Stellæ huic inesse credebant Æg., exprimitur. Ap. Vettium Valentem, Astrologum nondum editum,[1] nomen hoc effertur Ἄρτης, additque auctor ille, Æg. ideo Stellæ huic istud imposuisse nomen, ἐπεὶ τῶν ἀγαθοποιῶν, καὶ τῆς ζωῆς παραιρέτης ἐστίν. Forte Vettius nomen istud ex Gr. sermone derivare annisus est, quæ est Seldeni et Salmasii sententia. Ἄρτης enim potest formatum esse ex αἴρω, e medio tollo, tumque significaret interfectorem. Sed potuit etiam interpr. hac respici ad voc. Æg., quæ ap. Cedrenum, judice etiam Salmas., multo rectius effertur Ἔρτωσι. Posset hoc etiam exponi ⲈⲢ ⲦⲞⲤⲒ, damnum inferens, quæ est interpr. V. Valentis. Verum id quidem suo loco relinquamus. Cedrenus, cui genuinam vocis huj. lect. debemus, Ἔρτωσι sc., eandem etiam, recte, ut videtur, et commode interpretatur. Τοῦτο δὲ σημαίνει παντὸς γένους ζωογονίαν, καὶ πάσης οὐσίας καὶ ὕλης φύσιν καὶ δύναμιν διακτικὴν καὶ ζωογονικήν: Significat autem nomen hoc omnis generis procreationem et vivificationem, omnisque substantiæ et materiæ naturam et vim ordinantem ac procreantem. Nempe ⲈⲢ ⲦⲰϪⲒ, Er-tosi, Æg. dicitur τὸ αἴτιον τῆς φυτεύσεως, vim habens et indens genitivam et seminalem. Plura videri possunt in Panth. Æg. iii. c. 6. §. 4.[2]

* Ἐρυθμοῦ. Irion, Erysimum, herba. Append. ad Diosc. ii. 188. [p. 447.]

* Ἔσκε. Ballote, s. Marrubium nigrum. In Append. ad Diosc. iii. 117. [p. 457.]

* Ἔσμουνος, Esmunus, de quo Damascius in Vita Isidori ap. Phot. in Bibl. cod. ccxlii. p. 1074: ὁ ἐν Βηρύτῳ Ἀσκληπιὸς οὐκ ἔστιν Ἕλλην, οὐδὲ Αἰγύπτιος, ἀλλά τις ἐπιχώριος Φοίνιξ· Ὄγδοος δὲ ἐγένετο ἐπὶ τούτοις ὁ Ἔσμουνος, ὃν Ἀσκληπιὸν ἑρμηνεύουσιν. Et postquam observasset, Esmunum sic dictum esse a Phœnicibus propter calorem vitæ, addebat Damascius: οἱ δὲ Ἔσμουνον ὄγδοον ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν, ὅτι ὄγδοος ἦν τῷ Σαδύκῳ παῖς, ἐν σκότῳ διολυγίῳ πῦρ ἀνάψας. Erat Esmunus i. q. Pan s. Æsculapius. Opinabantur Seldenus ac Bochartus nomen esse explicandum e sermone Hebr.; ego puto, e ling. Æg., in qua ϢⲘⲞⲨⲚ et ϢⲘⲎⲚ signif. octavum. Plura dixi in Pantheo ii. 7. §. 11—14.

* Etun, אטון, quæ vox in Proverb. occurrit vii. 16., ubi pro Tapetum aliquo genere, cortina, aut opere texto, accipitur. Quoniam vero dicitur אטון illud fuisse Ægypti, מצרים, interpp. Alex. verterunt ἀμφίταπα τὰ ἀπ' Αἰγύπτου.[3] Credi potest, v. hanc אטון esse Æg.,[4] eamque Græcos extulisse ὀθόνην, et ὀθόνιον.[5] Clem. Alex. Pæd. l. ii. c. x. p. 204., memorat τὰς ὀθόνας τὰς ἀπ' Αἰγύπτου. Vestimenta Sacerdotum Æg. ex ὀθόνης conficere, moris erat. Sic Lucianus in Philops., Opp. t. ii. p. 496. ed. Salmur., Sacerdotem aliquem Æg., ex ordine τῶν Ἱερογραμματέων, hunc in modum describit, ἱερὸν ἄνδρα ἐξυρημένον, ἐν ὀθονίοις, νοήμονα. Apud Pseudo-Callisthenem de rebus Alex. M., in Fabric. Bibl. Gr., V. ult. p. 149., legas: Ὀθόνῃ ἀμφιασάμενος, οἷα προφήτης Αἰγύπτιος. Hist. de Asenetha, Ægyptia, Josephi, Ægypti Proregis uxore, (ed. a Fabric., in Cod. Apocr. V. T. v. ii.) c. ii. p. 88.: καὶ λίθοι ἐκλεκτοὶ καὶ πολυτελεῖς, καὶ ὀθόναι ἐπίσημοι. Observa tamen, ὀθόνην, Act. x. 11.,[6] ab interpr. Copto reddi Ⲛ̀ϨⲂⲰⲤ Ⲛ̀ⲒⲀⲨ, vestem lineam. Quamobrem porro in isthanc rem inquirendum esse arbitror.

* Ἐπιεικελτά. Sempervivum parvum. Append. ad Dioscor. iv. 90. [p. 468.]

* Εὐθμοῖ. Lampsana, napium. Append. Dioscor. ii. 142. [p. 444, ubi εὔθμοι.]

* Εὐμενουθίς. Canobi uxor, in urbe Canobo culta. V. v. Μένουθις.

* Ἐφθόσεχιν. Chamæleon albus. Append. Dioscor. iii. 10. [p. 452.]

* Ἐφήρ. Chamæleon albus. Append. Dioscor. iii. 10. [p. 452.]

* Ἐχλωτοριτά. Blitum. Append. Dioscor. ii. 143. [p. 444.]

* Zachlas. Nom. Prophetæ Æg., de quo nonnulla narrat Apul. l. ii. Miles.[7] Loquens de eo Gilb. Gaulminius, in not. ad Vit. Mosis p. 234., Zachlas, inquit, i. e., φωνήεις, vel vocalis. Quam interpr. utinam pluribus evolvisset, vel explicuisset! Voluitne vir d. nom. hoc explicare ex vetusto Æg. sermone? cuj. cognitionem aliquam, sed admodum tenuem, aut propria industria acquisivisse, aut a Salmasio, amico, accepisse videtur. Æg. Zachlas, satis verosimiliter, scribi posset ⲤⲀϦ—ⲖⲀⲤ, i. e., Scribæ lingua. Inter Æg. Sacerdotes erant quidam Γραμματεῖς, Scribæ. Apul. eorum mentionem quoque facit, Miles. xi. p. 265: "Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant." Plerumque dicuntur Ἱερογραμματεῖς, Scribæ Sacrorum. Æg. vero scriba dicitur ⲤⲀϦ, Sach. Lingua porro iisdem sonat ⲖⲀⲤ, Las. Erit igitur Sach-las, idem quod Scribæ Lingua. Utraque hæc vox conjunctim occurrit in vers. Copt. Ps. xlv., ubi v. 1. verba ita habent: ⲠⲀⲖⲀⲤ ⲞⲨⲔⲀϢ ⲠⲈ Ⲛ̀ⲦⲈ ⲞⲨⲤⲀϦ, LINGUA mea calamus est SCRIBÆ. Posset etiam Zachlas exponi ϪⲎⲔ ⲖⲀⲤ, Saklas, lingua perfecta. Nolo tamen dissimulare, nomen illud Zachlas, in omnib. Apul. Codd., haud eodem modo scribi, ut proinde ambigi queat, sitne Zachlas vera et genuina lectio, et ab ipsa Apul. manu profecta. Ego in Cod. quodam MS. Bibl. Bodleianæ, quem Guil. Laud. legavit, scriptum reperi Cathlas, et Zathlas. Aliud nos docet Salmas. in Exercc. ad Solin. p. 408., ubi scribit: "In secunda Milesia Apuleii, quidam Æg. Propheta Zachlas vocatur. Sed optimi libri ibi legunt Tachas. Legendum Tachos, Ταχῶς, nomen proprium Æg. cujus ap. Plutarch. et alios mentio." Haud equidem diffiteor, conjecturam Salmas. mihi quidem minus probari. At hoc tamen dubio caret, in opt. Codd. pro Zachlas legi Tachas, adeoque dubiis obnoxium esse, quænam sit genuina nom. illius lectio. Ea de re igitur certi quidpiam definire minime ausim.

Cum nom. hoc Zachlas, affinitatem aliquam habet, si sonum spectes, nom. Angeli cujusdam, aut Æonis, quem olim Gnostici crebris celebrabant sermonibus, * Saclas nempe. Epiphanius Hæresi xxvi., quæ est Gnosticorum, §. 10.: Ἐν δευτέρῳ οὐρανῷ φασὶν εἶναι τὸν Σακλᾶν, ἄρχοντα τῆς πορνείας. Reperitur etiam nom. hoc in aliquot gemmis Gnosticorum Abraxeis, in Montfauc. Antiq. explic. editis. Erat quoque nom. idem in Secta Manichæorum percelebre. August., de hæres. p. m. 216., illius mentionem facit scribitque: "Adam et Evam ex Parentibus Principibus fumi asseruunt natos, cum pater eorum nomine Saclas sociorum fœtus omnium devorasset." Plura dabit

[1] Locum protulit Salmas. de Ann. Climact. p. 596., et Seld. de Diis Syr. p. 186.

[2] Cf. Jabl. in Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 167, 168., et ap. Vignol. Chron. t. ii. p. 762.

[3] In nova vers. Gr. Proverb., quam ex unico S. Marci Bibl. cod. Ven. primus eruit d'Ansse de Villoison, ediditque a. 1784, אטון מצרים dicitur σχοῖνος Αἰγύπτου.

[4] אטון ab אטן, quod Arabibus وطن, mollem et delicatam accubitionem designat, commodissime descendere, existimat Schultens ad Prov. vii. 16. Ex Ægypto orig. vocis repetit Forster de Bysso ant. p. 75., scribens: "ⲀⲦϨⲒ stamen Ægyptiis significabat, Ⲛ̀ⲒⲀⲨ vel ⲞⲨⲚⲒⲀⲨ est linum; igitur ⲀⲦϨⲒ—ⲞⲨ—Ⲛ̀ⲒⲀⲨ, Athiouniau, foret stamen seu vestis linea seu lintea; quod prorsus consonum verbis Hesych., Ὀθόνια· λινᾶ ἱμάτια." Nec dissentit Michaëlis in Sup. ad Lex. Hebr. p. 68.

[5] Vocc. ὀθόνη et ὀθόνιον esse origine Gr., putabant Grammatici, Andromachus, vel quisquis auctor Etym. M., Hesych., Cyrillus, ab Albertio in notis laudatus, Apollon. Lex. Hom. p. 490., aliique. Cum Jabl. faciunt Schultens, Forster, Michaëlis, ne dicam de iis, qui sunt nimii in derivandis vocab. Gr. e fonte Orient.

[6] Etiam Act. xi. 5. Ὀθόνια non eodem modo, Luc. xxiv. 12. Jo. xix. 40. xx. 5, 6, 7., redditum est in utraque vers. Ægypt., Memphit. et Sahid., sed nusquam ⲀⲦϨⲒ—ⲞⲨ—Ⲛ̀ⲒⲀⲨ.

[7] Sunt verba Apul. l. ii. Metam. p. 158.: "Zachlas adest Ægypt., propheta primarius, qui mecum jamdudum grandi præmio pepigit." etc. Magnam lectionis varietatem in nom. Zachlas, quod tamen in nova edit. servatum, atque eruditorum conjecturas Oudendorp. notavit.

Is. de Beausobre, in præstantiss. Hist. Manich. t. ii. p. 405., ubi et interprr. quædam nom. huj. afferuntur.

* Zenis. Cynoglossa. Apul. de Herb. c. 90.

Ζύθος, Zythus. Potus Æg. ex hordeo confectus, unde ab Hes. et Suid. exponitur *οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος*, vinum hordeaceum.[1] Non tantum rem ipsam, sed nomen hocce, Ægypto etiam deberi, testatur Theophr. de C. P. vi. 15., *Ὡς οἱ τοὺς οἴνους ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν, καὶ τῶν πυρῶν, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζῦθος.* Idem Plin. tradit xxii. 25. D. Wilkins., in explic. vocum Æg. p. 103., judicat, voc. hanc e Græcia[2] in Ægyptum fuisse translatam, cum tamen certum sit, hanc potius confectionem non Græcis, sed Ægyptiis deberi. Hi igitur rei a se inventæ nomen utique dedisse videntur. Ait ibid. vir erud., neminem, excepto Theophr. et Plin., voc. istam nobis pro Ægyptiaca venditare. Verum id nullum rei huic detrimentum adfert. Theophrastus, scriptor Gr., vocem orig. esse Æg. haudquaquam affirmasset, si ea natales habuisset Gr. Sed præter duos illos, quos excitavimus scriptores, sunt alii non pauci numero, qui idem asseruerunt. Et nemo omnino est veterum, qui, loquens de orig. Zythi, id non observaverit. Clarissime id testantur Diod. Sic. i. p. 31., Hieron. in Ies. vii. col. 184., et alii, quorum testimonia conquisiverunt G. J. Vossius, de vitiis Lat. Serm. i. 4., p. m. 18, 19., et Lindenbrog. in Ammian. p. 166. Hebræi cum his consentiunt. In Tractatu Talmud. פסחים c. iii. et Mischn. i.[3] legas, זיתום המצרי, Zythus Æg. Plura inveniri possunt in Buxtorfii Lex. magno Talmud., v. זיתום, p. 694, 695. Adde Harenbergii Diss. de inopia pluviæ in Ægypto, in Misc. Lips. Nov., V. i. p. 213. ac sqq. Quod jam ad originationem vocis Æg. attinet, CIϮ exponi potest dans potum, vel liquorem potabilem. An vero hæc sit genuina vocis illius significatio, pro certo affirmare non ausim.

In Bibl. Ducali Gothana servatur Cod. MS., qui inter alia continet brevem notitiam, quomodo (in Ægypto haud dubie) ex hordeo polenta fiat, et cerevisia coquatur. V. Fabric., ex Reines., in Bibl. Gr. V. xii. p. 749. Cum autem illius brevis notitiæ a C. Schlægero, qui Serenis. Duci a Consiliis, a Bibliotheca, et Antiquitt. est, apographum mihi expetiissem, is pro sua humanitate precibus meis locum dedit, schedamque petitam ex Cod. MS. descripsit, atque ad me transmisit. Ea autem sic habet: p. 165. b. *Περὶ ζύθων ποιήσεως. Λαβὼν κριθὴν καθαρίαν καλὴν, βρέξον α̅* [i. e. *ἡμέραν μίαν.* Schlæg.] *καὶ ἀνάσπασον ἢ καὶ κοίτασον ἐν ἀνημέμῳ* [l. *ἀνηνέμῳ* Sch.] *τόπῳ ἕως πρωΐ· καὶ πάλιν βρέξον ὥρας ε̅. ἐπίβαλε εἰς βραχιώνιον ἀγγεῖον ἠθμοειδὲς καὶ βρέχε. προαναξήρανε,* [l. *προαναξήραινε.* Sch.] *ἕως οὗ γένηται ὡς τίλη. καὶ ὅτε γένηται ψύξον ἐν ἡλίῳ, ἕως οὗ πέσῃ. Τὸ μαλίον γὰρ πικρὸν, λοιπὸν ἄλεσον καὶ ποίησον ἄρτους προσβάλλων ζύμην, ὥσπερ ἄρτον. καὶ ὄπτα ὠμότερον· καὶ ὅτ' ἂν ἐπανθῶσε, διάλυε ὕδωρ γλυκὺ, καὶ ἤθμιζε διὰ ἠθμοῦ ἢ κοσκίνου λεπτοῦ. ἄλλοι δὲ ὀπτόντες,* [l. *ὀπτῶντες.* Sch.] *ἄρτους βάλλουσιν εἰς κλουβὸν,* [*κλουβὸς* hic ahenum, vel simile aliquod vas est.] *μετὰ ὕδατος, καὶ ἕψουσι μικρὸν, ἵνα μὴ κοχλάσῃ, μήτε ᾖ χλιαρόν. καὶ ἀνασπῶσι, καὶ ἠθμίζουσι. καὶ περισκεπάσαντες θερμαίνουσι, καὶ ἀνακρίνουσι.* Huc usque Cod. MS. ["*Ζύθος, ου, ὁ,* vel *εος, τὸ,* Zythus: vinum hordeaceum, seu potus ex hordeo: Lat. nonnullis cervisia, Gr. etiam *βρῦτος, βρῦτον, βρύττιον, βύνη, βυνεὺς, πῖνος* seu *πῖνον*, et periphrasticωs *κρίθινος οἶνος.* Dioscor. ii. 109. *ζῦθος σκευάζεται ἐκ τῆς κριθῆς.* Theophr. De C. Pl. l. vi. c. 15. *ὡς οἱ τοὺς οἴνους ποιοῦντες ἐκ τῶν κριθῶν καὶ τῶν πυρῶν, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζῦθος*: ut et Herod. l. ii. p. 74. scribit Ægyptios *οἴνῳ ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρῶσθαι*: et Hecatæus, Athen. x. (447.) *κριθὰς ἐς τὸ πῶμα καταλεύειν* (*καταλέουσιν*). Hieron. in Es. xix. *Zythum* genus est potionis ex frugibus aquaque confectum, et vulgo in Dalmatiæ Pannoniæque provinciis gentili barbaroque sermone appellatur Sabaium; hoc maxime utuntur Ægyptii. Et Plin. sub fin. l. xxii. Et frugum quidem hæc sunt in usu medico. Ex iisdem fiunt et potus, zythum in Ægypto, cælia et ceria in Hispania, cervisia et plura genera in Gallia aliisque provinciis. Ubi nota neutro genere dixisse zythum: quum Dioscor. masculino dicat *ὁ ζῦθος*: ut et Galen. Simpl. Medic. l. vi. *ζῦθος δριμύτερός ἐστι τῶν κριθῶν οὐ σμικρῷ.* Ap. Plut. vero reperio etiam *τὸ ζῦθος*, seu *τῷ ζύθει*, in l. *εἰ αὐτάρκης ἡ κακία πρὸς κακοδαιμονίαν*, sub fin. p. 887. meæ edit. (T. iii. p. 9. Wyttenb. vii. 945—9. Reisk.) *τὸν ἐλέφαντα τῷ ζύθει μαλακὸν γενόμενον καὶ χαλῶντα κάμπτουσι καὶ διασχηματίζουσιν, ἄλλως δὲ οὐ δύνανται.* Cujus rei et Dioscor. meminit l. ii. c. 109. *εὐεργὴς δὲ* (inquiens) *καὶ ὁ ἐλέφας γίνεται βρεχόμενος αὐτῷ.* Sunt vero et qui *ζῦθος* scribant, circumflexo *υ*, dicentes ita scriptum reperiri ap. Galen. Columella (x. 116.) certe ipsum producit, in Hortulo suo canens, Ut Pelusiaci proritet pocula zythi. Ap. Theophr. vero in loco sup. cit. per *η* scriptum *ζῆθος*: quod nequaquam probo, quum et ap. Hesych. et ap. Suid. sua serie reperiam *Ζῦθος*, expositum itidem *οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος*: ap. Hesych. vero etiam *Ζύθιον, ἀλφίτου πόσις.*" H. St. Voc. *ζύθιον* non agnoscit Schneid. Lex. Glossæ Labb.: "*Ζύθιον* Fermentum." "*Ζύθος ἀπὸ σίτου* Curmen, P." "*Ζυθός*· Cervisia." Eædem Glossæ: "Fermentum: *πόμα ἀπὸ ζύμης.* C. *Ζύτιον.* C. *Ζύμη.* S. *Ζύμη.* C." In primo loco pro *ζύθιον* leg. *ζύτιον*, ut e secundo loco patet. Vocem * *ζύτιον* H. Steph. omisit, et Schneid. Lex. non agnoscit, male, ut opinamur. Edd.]

* *Ἦθ.* Cor. Ita interpretatur voc. h. Horapollo, et recte, i. 7. Nam in Æg. libris cor dicitur ϨHT, Het seu Heth.

Ἠθάνιον. Inter Æg. vasa commemoratur et hoc ab Hellanico in Ægyptiacis, ap. Athen. xi. p. 470. Addit Casaub. in notis, nuspiam præterea voc. h. reperiri. Nempe est non Gr., verum Æg. Pensitandum aliis relinquo, an non credi possit vox *ἠθάνιον* descendisse ab ΟΥϢΤϨ, quod *ἀντλεῖν* significat, ut igitur *ἠθάνιον* Æg. dictum sit *ἄντλημα*, hauritorium, vas, quo aqua aut alius liquor hauriri possit. Illud tamen, fateor, explicationi nunc oblatæ videtur adversari, quod *Ἠθάνιον* Hellanici, non fuisse *ἄντλημα*, verum poculi quandam speciem, ex Athen. satis liqueat. Quare nihil definio. Rem potius in suspenso relinquam. Alius forte meliorem ac verosimiliorem dabit interpretationem. [Cf. Thes. G. L. I. p. 1448. F. Athenæi locus est: *Αἰγυπτίων ἐν τοῖς οἴκοις κεῖται φιάλη χρυσῆ, καὶ κύαθος χαλκοῦς, καὶ ἠθάνιον χάλκεον.* Hellanicus h. l. de poculorum generibus tractat. Budæus ex Hermol. interpretatur 'colum, quo vina aut similia excolantur,' a v. *ἠθῶ*, colo: sed bene addit H. Steph.: "Ubi tamen colum significare non videtur, sed poculi genus, forsan simile aliquid cum colo habens." Paria atque H. Steph., annotavit J. Casaub.: "Etsi suadet vocabuli origo colum hac voce significari; puto tamen, non sine gravi causa inter pocula esse hic positum id nomen." Addit Schweigh.: "Disertim de poculo interpretatus est Breviator: *Ἠθάνιον*, inquit, *ἔκπωμα παρ' Ἑλλανίκῳ, καὶ Ἡμίτομος παρ' Ἀττικοῖς, ἀπὸ τοῦ σχήματος οὕτως ὀνομασθέν.* De hemitomo breviter Hesych. *Ἡμίτομος· ἔκπωμα*: videtur dimidiati globi forma fuisse. Ap. Polluc. vi. 95. in neutro genere, plurali numero, *ἡμίτομα* legitur." Vocc. * *ἡμίτομος*, et * *ἡμιτόμιον*, pro poculi genere, omisit H. Steph. Ap. Hippocr. vox usurpatur in alio sensu, de quo idem H. Steph. silet: Erotian. *Ἡμίτομος· ἐπιδέσμου ὄνομα.* Ceterum voc. *ἠθάνιον*, ut nobis videtur, non ex Æg. radice derivandum est, sed e Gr. *ἠθῶ*, colo, unde vel Græci in Ægypto, vel Ægyptii ipsi fecerunt suum *ἠθάνιον*. Sturzius in lib. de Ling. Maced. et Alex. silet. Edd.]

Ἡμιτύβιον.[4] Vestis quoddam genus Æg. Pollux vii. 16., *Τὸ δὲ ἡμιτύβιον, ἐστὶ μὲν καὶ τοῦτο Αἰγύπτιον.* Ait deinde, esse sudarium, et sic in media Comœdia accipi, quam in rem versus hos adfert ex Aristoph. Plut. p. 76.

[1] De Ægyptiis Herod. ii. 77., *οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται.* Diod. Sic. i. 34., *κατασκευάζουσι δὲ καὶ ἐκ κριθῶν πόμα, λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας, ὃ καλοῦσι ζῦθος.* Item Strabo xvii. p. 1179., *τὸ δὲ ζῦθος ἰδίως μὲν σκευάζεται παρ' ἐκείνοις.* Alia de Zytho dabunt Alberti ad Hes. v. *ζῦθος*, Valck. et Wessel. ad Herod., multi alii, quos laudavit Tydeman not. ad Shawii Itinera t. ii. p. 92. Veterum autem testim. tantum non omnia sedulo jam collegerat H. Steph. in Thes. Gr. Ind. p. 1011.

[2] Gr. voc. esse opinantur plures, in iisque J. D. a Lennep pt. i. Etym. p. 312. Quorum est sententia tolerabilior, quam Pontani et Rami, Gallicæ esse orig. censentium. V. Wesseling. ad Diod. Sic. v. 26.

[3] C. 3. p. 142. ed. Surenhusii.

[4] Invenitur apud scriptores Gr. *ἡμιτύβιον* et *ἡμιτύμβιον*, eademque lectionis varietas est in codd. MSS. Pollucis aliorumque. "Utram scribendi rationem sequaris, modo *ἡμιτύβιον* origini suæ magis consentire teneamus, nihil omnino interest:" quæ verba sunt T. H. ad Aristoph. Plut. v. 729. Hesych. *Ἡμιτύβιον λινοῦν ἔνδυμα, ἢ σινδόνιον δίκροσσον*, ubi cf. Alberti et cet. interpr.

Ἔπειτα, καθαρὸν ἡμιτύβιον λαβὼν,
Τὰ βλέφαρα περιέψησεν.——

ubi Schol.: Ἡμιτύβιον, ἀντὶ τοῦ σουδάριον, ῥάκος ἡμιτριβὲς λινοῦν τί, οἷον ἐκμαγεῖον. Καὶ Σαπφὼ, Ἡμιτύβιον σταλάσσων [στάλασσον] ἢ δίκρωσσον [δίκροσσον] φακιόλιον. Damascius in vita Isid., ap. Phot. Bibl. p. 569., ed. Gr. Hœschel. Τὸ προσώπου τὸ ἐκμαγεῖον, ἡμιτύβιον. Galenus in Lex. vocc. Hippocr., editus cum Erotiano, p. 75., Ἡμιτύβιον, ὀθονίου παχέος μέρος.

Si vox vere Æg. est, quemadmodum Pollucem affirmare vidimus,[1] credo, τύβιον esse orig. Æg., et sic dictum fuisse linum, aut aliquam lini speciem, Sacerdotum præcipue usibus destinatam, id enim vox τύβιον significare videtur. Ἡμιτύβιον vero Græcis debetur, qui aliam lini speciem, crassiorem et viliorem, sic appellarunt. Τύβιον, ablata nempe terminatione Gr., Æg. sonuisse ⲦⲞⲨⲂⲞ, valde verisimile est. Id autem purum, mundum, sanctum designat. Hæc denominatio ap. Ægyptios lino generatim competit, quippe quod sanctum et purum censebatur. Apul. in Apol. p. 310. "Lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, jam inde Orphei et Pythagoræ scitis, profanus vestitus est. Sed enim mundissima lini seges, inter optimas fruges terræ exorta, non modo indutui et amictui sanctissimis Ægyptiorum Sacerdotibus, sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur." Sic et Gratius in Cyneg. 42.

Vix operata suo Sacra ad Bubastia lino
Velatur sonipes æstivi turba Canopi.

Philostr. de V. A. Tyan. viii. 7. 5. Λίνον δὲ σπείρεται μὲν, ὡς ἔτυχε, — ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μὴ ἀπ' ἐμψύχων ἐδρέφθη, καθαρὸν μὲν Ἰνδοῖς δοκεῖ, καθαρὸν δὲ καὶ Αἰγυπτίοις. Hinc ap. Sueton. in Octavio c. 12., Lintea religiosaque vestis. Potuerunt itaque Æg. ⲦⲞⲨⲂⲈ dici, et inde Gr. τύβια, quæcumque ex lino, mundissima segete, et præcipue lino Æg., quod optimum fuisse testatur Plinius, conficerentur. Quæ autem adulterarentur, et viliora viderentur, ἡμιτύβια dicta fuere. Nam certe pro linteo crassiori, notæque pejoris, accipiunt Gr. Grammatici. Idque res ipsa satis clare ostendit. [" Ἡμιτύβιον esse dicitur σινδόνιον δίκροσσον, ut et Schol. Aristoph. exp. δίκροσσον φακιώλιον et σουδάριον, in h. l. Plut. Ἔπειτα καθαρὸν ἡμιτύβιον λαβὼν, Τὰ βλέφαρα περιέψησεν, fasciolam, seu sudariolum e puro linteo. Hippocr. De Morb. Lib. II. (LII. 33. V. Lind.) προσφερέειν αὐτῷ ῥάκια ἡμιτυβίου, et De Artic. (t. 46.) ἄχνην τὴν ἀμφ' ἡμιτυβίου. Galen. (Lex. Hippocr.) ἡμιτύβιον esse dicit ὀθονίου παχέος μέρος." H. St. Hesych. Ἡμιτύβιον· λινοῦν ἔνδυμα, ἢ σινδόνιον δίκροσσον. Suid. Ἡμιτύβιον· δίκροσσον. Hinc bene colligit Sopingius verba illa ap. Schol. Aristoph., ἢ δίκρωσσον (δίκροσσον) φακιόλιον, non esse Sapphus, sed pro interpretamento ipsius Scholiastæ. Doct. Blomf. in Mus. Crit. I. p. 28. Sapphonis fragmentum sic legit, Ἡμιτύβιον σταλάσσων. Volgerus quoque ad Sapph. Fragm. p. 119. verba ista, ἢ δίκροσσον φακιόλιον, pro interpretamento habet. Aret. de Morb. diuturn. I. 5. p. 123. Boerh. ἐνόντων τῶν ἄκρων ἀφ' (al. ἀμφ') ἡμιτυμβίου λινοῖσι ὠμοῖσι (al. ὤμοισι), i. e. extremis sudario ex crudis linis confecto involutis. " Philostorgius Hist. Eccles. VII. 14. p. 102. λεπτοτάτῃ καὶ καθαρωτάτῃ περιειλημμένον ἡμιτυβίῳ. Observabis juxta hanc lectionem dici ἡ ἡμιτύβιος, genere feminino: repugnat tamen auctoritas aliorum scriptorum, ap. quos constanter ἡμιτύβιον, genere neutro: quomodo etiam ap. ipsum Philostorg. xi. 1. p. 145.: Οἱ μέντοιγε τοῦτον ἀποπνίξαντες, ἵνα μὴ τὸ παραυτίκα πρὸς ζήτησιν τινὲς χωρήσωσι τῶν ἐργασαμένων, τὸ ἡμιτύβιον αὐτοῦ τῷ τραχήλῳ βρόχον τρόπον περιελίξαντες ἀναρτῶσιν, ὡς δι' αὐτοῦ γε τῇ οἰκείᾳ γνώμῃ ἀπαγξαμένου." Suiceri Thes. Eccles. EDD.]

Ἠώ. Ita Gr. sermone Aurora dicitur. Accipitur vero etiam pro die. V. Eustath. in Od. B. p. 1430. et inprimis in Od. E. p. 1527., ubi quoque observat, τὴν Ἠῶ σωματοειδῆ, ut Deam, a Poëtis fingi. Adde Athen. v. p. 195. B. Nec minus Eustathius illic ex Hesiodo monet, Deam hanc perhiberi noctis filiam. Τὴν ἠῶ vero, quando interpretatur diem, id ex Æg. sermone illustrari potest. Illis enim dies dicitur ⲈϨⲞⲞⲨ, Eho-u. Idque hic tanto magis observatione nostra dignum est, quia Ἠὼ, Dea illa Poëtarum σωματοειδὴς, mater fuisse fingitur Memnonis, cujus in Thebaide statuam vocalem veteres magnopere celebrant. V. mea de Memnone Syntagmata. Deam illam Diem interpretantur ex veteribus non pauci, quorum loca adduxi in Syntagmate primo. Diem vero inter VIII. Æg. Numina primaria et antiquissima numerari, ostendi in Proleg. ad Panth. Æg., c. ii. §. 29. p. lxx. et seqq.

* Thaboris, Chamæleon, herba. Apul. de Herb. c. 23.

Θάλαμος. Vox notissimæ significationis, quam Æg. esse originis, apud quosdam memoriæ proditum inveni. Duas potissimum habet vox hæc significationes, quarum altera notior est ac vulgata magis, eamque Ægyptiis quoque in acceptis fert Isidor. Orig. xv. 3., " Ægyptii quoque, lingua sua, loca, in quibus nubentes succedunt et incubant, thalamum appellant." Hanc significationem vocis thalamus ap. Gr. Romanosque fuisse receptam maxime, omnes norunt. Idemne vero etiam Æg. designaverit θάλαμος, dubiis expositum magis videri potest. Nam Ps. xix. 5., quod in Gr. legitur, ὡς νύμφιος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ubi παστὸς idem plane significat, quod θάλαμος, Coptus ita reddit: ⲘⲪⲢⲎϮ ⲚⲞⲨⲠⲀⲦϢⲈⲖⲈⲦ ⲈϤⲚⲎⲞⲨ ⲈⲂⲞⲖ ϦⲈⲚ ⲘⲀⲚϢⲈⲖⲈⲦ. Παστὸς igitur Æg. vertitur ⲘⲀⲚϢⲈⲖⲈⲦ, proprie locus (habitatio) sponsæ. Nulla hic in Æg. sermone vestigia vocis thalamus. Potuit tamen fieri, ut locus, qui de sponsa dictus est ⲘⲀⲚϢⲈⲖⲈⲦ, conclave sponsæ, alio quodam respectu diceretur θάλαμος. Est et alia vocis hujus significatio, Ægypto magis propria, quam Plinius aliique plurimi nobis tradunt. Verba Plinii sunt viii. 46.: Sunt ei (Api) delubra gemina, quæ vocant Thalamos, auguria populorum. Solinus, ubi de Ægypto, c. xxxii., Delubra, quibus succedit et incubat Apis, mystice thalamos nominant. Observa, his ipsis verbis usum esse Isidorum, paulo ante excitatum; sed ea ad alium sensum transtulisse. Thalamum pariter Apidi tribuit Amm. Marcell. xxii. p. 245., et Ælian. H. A. xi. 10. Video θαλάμους etiam vocari Sacella in majoribus Templis aliarum gentium inædificata. Sic Lucianus de Dea Syria c. 31.: Ἔνδοθεν δὲ ὁ νηὸς οὐκ ἁπλόος ἐστὶ, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ θάλαμος ἄλλος πεποίηται.—Ἐς μὲν οὖν τὸν μέγαν νηὸν πάντες εἰσέρχονται, ἐς δὲ τὸν θάλαμον οἱ ἱρέες μοῦνον. Interpretes Alex. loquentes de Templo Domini, thalamos hujusmodi solent appellare παστοὺς, vel παστοφόρια. Hieron. in Ies. vii. (Opp. t. iii.) col. 200., " Præcipitur Isaiæ Prophetæ (xxii. 15.) ut ingrediatur ad eum, qui habitat in Tabernaculo, quod Hebr. dicitur Sochen.—Sochen autem, vel Tabernaculum interpretatur, vel Pastophorion, h. e. Thalamus, in quo habitat Præpositus Templi." Ibi in Gr. est, Πορεύου εἰς τὸ παστοφόριον. Idem Hieron. xii. in Ezech. xl. col. 981. " Post limen autem portæ, juxta Hebraicum, mensus est Thalamum sive cubiculum, ut Symmachus transtulit παραστάδας, i. e., postes ex utraque parte, calamo uno, tam in longum quam in latum. Quod et ipsum LXX. Ælam transtulerunt, quod in consequentibus Symmachus anteliminare interpretatus est. Inter thalamos autem duos, sive cubicula, et παραστάδας erant quinque cubiti." Et post nonnulla addit: " Thalami autem, i. e. cubicula, quæ post portam Orientalem erant ædificata in vestibulis, respiciebant ad viam Orientalem." Videtur igitur thalamus dictum fuisse cubiculum in Templo, vel exiguum delubrum aut sacellum singularis formæ sive structuræ. Herod. thalamum etiam nuncupat αὐλήν: Αὐλήν τε τῷ Ἄπι ἐποίησε, ii. 153. Nisi modo Aula Apis, ab ejusdem Thalamo, vel sacello, distinguenda sit, quod utique verum est. Cf. Strab. xvii. p. 555. Pantheon Æg. pt. ii. p. 186, 187.

Crediderim Thalamum, qualis ille fuit Apis, Porticum fuisse oblongam, vel cubiculum, forte columnis distinctum, cujus major multo esset longitudo, quam latitudo. Inde auguror esse, quod Ægyptii navigia quoque habuerint, in formam et ad imitationem Thalamorum fabricata, quorum nonnunquam veteres meminere. De Ptolemæo Philopatore Athen. memoriæ prodidit v. p. 204., κατεσκεύασε δὲ ὁ Φιλοπάτωρ καὶ ποτάμιον πλοῖον, τὴν θαλαμηγὸν καλουμένην. Strabo quoque xvii. p. 550.,

[1] Voc. ἡμιτύβιον ab Ægyptiis manasse, vere monuit Pollux, judicante T. H. ad Aristoph. Plut. v. 729, ad quem locum E. Spanhemius non aliter judicasse videtur.

mentionem facit τῶν θαλαμηγῶν πλοίων, ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν.[1] Hujusmodi navibus θαλαμηγοῖς Apim sigillatim, Nilopoli Memphim vehi consuevisse, testatur Diod. Sic. i. p. 76., cujus hæc sunt verba: Ἔπειτα εἰς θαλαμηγὸν ναῦν, οἴκημα κεχρυσωμένον ἔχουσαν, ἐμβιβάσαντες, [τὸν μόσχον] ὡς θεὸν ἀνάγουσιν εἰς Μέμφιν, εἰς τὸ τοῦ Ἡφαίστου τέμενος.

Vocem hanc Æg. Θάλαμος aliquando La Crozius putabat plane eandem esse cum ⲐⲀⲖⲰⲘ, Thlom, quo nomine Æg. vocant αὔλακα, sulcum, Num. xxii. 24. Ps. lxv. 10. Neque mihi tum illa interpretatio displicuit. At nunc, ubi rem hanc curatius expendo, nescio, possitne ædificium aliquod, aut conclave, sulci nomine rite designari. Estne, qui sulcum Apis intelligat de Sacello, bovi huic apparato? In mentem itaque venit, quod in Wilkins. Diss. de Ling. Copt. legisse me recordor p. 113., ⲈⲖⲀⲘ Copt. porticum significare. ⲈⲖⲀⲘ, inquit, porticus, Hebr. אלם. Hebr. certe אולם dici porticum, observant Philologi ex 1 Reg. vi. 3. Forte idem significat Αἰλὰμ, qua voce interprr. LXX. sæpius utuntur Ezech. xl. Videtur Wilkins. eandem vocem ⲈⲖⲀⲘ, in libro aliquo V. T., Coptice verso, deprehendisse, quo ego usus non sum. Estque verisimile, voces has אלם, Αἰλαμ, et ⲈⲖⲀⲘ, rem unam eandemque significare, et ex Æg. ⲈⲖⲀⲘ deinde reliquas derivatas fuisse. Quod si ita se habet, uti auguror, tum habebimus origines vocis θαλάμου Æg. Nam si voci ⲈⲖⲀⲘ, præponas notam fœmin. generis, habebis ⲐⲈⲖⲀⲘ, Thalam, quod porticum, aut conclave porticui simile, designat. Si addideris terminationem Gr., exibit θάλαμος.

Thebæ. Urbs Æg. amplissima et præstantissima, totiusque Ægypti superioris princeps, a qua Provincia Thebais denominata est. Verum quidem urbis illius maximæ nomen, quod ex S. S. didicimus, fuit Amun-Noh, vel Noh-Amun, de quo nonnulla deinde observabo. Sed veteres tamen aliquo modo significant, Thebarum nomen eidem urbi Æg. pariter impositum fuisse. Et Hieron. Procem. l. ii. ad Galatas observat, urbem hanc suo tempore Thebesten vocatam fuisse. Est igitur originatio nominis illius ex sermone Æg. petenda. Bochartus, in Hieroz. Pt. i. col. 169., ex Kirchero, monet, ⲐⲂⲀ, thba, Æg. sonare decem millia. Hinc putabat nomen fuisse Thebis. Verum ipse Bochartus legendus est, qui illustrari poterit ex notis Is. Vossii ad Pomp. Mel. i. 9. p. 77, 78. Aliud mihi quondam in mentem venit, quod paucis exponam. Testantur Scriptores optimi, Herod. et Aristoteles, ab Is. Vossio, l. c. p. 79, ad testimonium vocati, olim Thebarum nomine totam Ægyptum, Ægyptum nempe superiorem, designari consuevisse. Adde locis, a Vossio allatis, Olympiod. in Aristot. Meteorol. p. 26. a. Ægyptus vero erat, ut Hieron. monet, humilis et dejecta. Verba ejus hæc sunt l. ix. in Ezech. (Opp. t. iii.) col. 904.: "Neque vero unum habet flumen draco Ægyptius, sed multa flumina, quibus irrigat Ægyptum humilem et dejectam, et nihil in se habentem montium." Humilem vero et dejectum Æg. dicunt ⲐⲈⲂⲒⲈ, thebie, et ⲐⲈⲂⲒⲰ, thebio. Plerumque id de morum humilitate quidem usurpatur, sed tamen etiam de terræ humili et æquabili planitie. Ita accipitur in fragmento quodam Ies. xl. 4., quod ex Lectionario quodam vetusto Ecclesiæ Copt. in Abbatia S. Germanensi, Lutet. Paris. descripsi: ⲦⲰⲞⲨ ⲚⲒⲂⲈⲚ. ⲚⲈⲘ ⲔⲀⲖⲀⲘⲪⲞ ⲚⲒⲂⲈⲚ. ⲈⲨⲈⲐⲈⲂⲒⲰⲞⲨ. — ⲞⲨⲞϨ ⲚⲎⲈⲐⲚⲀϢⲦ, ⲚⲀϢⲰⲠⲒ ⲈϨⲀⲚⲘⲰⲒⲦ ⲈⲨⲬⲎⲚ. Græca, quæ interprr. Copti in linguam suam transtulerunt, ita habent: Πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. καὶ ἔσται—ἡ τραχεῖα εἰς πεδία. In eo vero humilitas Ægypti sita est, quod sit πεδιὰς, campestris, et plana, quemadmodum Herod. loquitur, ii. 108.; quod et omnes, qui Ægyptum viderunt, concordissime affirmant. Animadversione indignum non est, quod in verbis ex Ies. translatis, conjungantur loca humilia et ⲈⲨⲬⲎⲚ, levia, montibus et collibus vacua, πεδία, campestria, ut est in Gr. Uti enim a priori voce ⲐⲈⲂⲒⲰ, humilitate, nomen habuisse Thebas urbem, non præter rem conjicio, ita a voce posteriori ⲬⲎⲚ, vel ⲬⲀⲚⲈ, levi, denominata videtur urbs Ægypti inferioris antiquissima, quæ in S. S. dicitur צען, Tsoan, Gr. Τάνις, in Coptorum vero libris ⲬⲀⲚⲎ. Ad hanc vero urbis Taneos, et nom. huj. interpretationem, ipse textus S. manu nos ducit, in quo legimus, Deum miracula edidisse ἐν πεδίοις Τάνεως, in campestribus Taneos. Et vero, in loco Ies. πεδία, campestria, Copt. interpres vertit ⲈⲨⲬⲎⲚ, quod e ⲬⲀⲚⲎ descendit.

Objici quidem posset, Thebaidem postea Arabibus dictam fuisse, hodieque dici Sahid, i. e. regionem altam, teste Vanslebio, in Relatione itineris sui Æg. Gallica, p. 20. Id etiam de Ægypto superiore observat Theophr. de Ventis p. 404., τὰ δὲ ἄνω ὑψηλοτέρα. Sed id tantum locum habet respectu Ægypti infer., quæ depressior creditur. Ægyptus superior ceteroquin, non minus quam inferior, humilis est, et dejecta, atque in campis agri illius montibus non intercipiuntur. Ideoque dici recte potuit ⲐⲈⲂⲒⲈ, vel ⲐⲈⲂⲒⲰ.[2]

* Theomenestrum. Pentaphyllon, herba. Apul. de Herb. c. 2. Ed. Torini habet Themonestron.

* Θέρμουθις. Aspidis quædam species, sacra, Isidi quippe singulatim dicata, qua et Deæ hujus caput cingi solebat. Ælian. H. A. x. 31. Quod, si interpreteris, θανατηφόρον significat, vel mortiferam. Cujus rei rationem suggerit idem Ælian. vi. 38., "Nullus, ab aspide morsus, ex malo incolumis evasisse memoratur.—Amplius quatuor horis,[3] quos momorderint, vivere non possunt." Erat hæcce aspis symbolum Isidis, quæ Tithrambo cognominabatur, quasi dicas ira furentem. Etenim criminum et scelerum vindex habebatur. Ideoque et ipsa hæc Isis cognomen quoque habuit Thermuthis. De hisce Isidis cognominibus egi in Panth. Æg. i. 5, sigillatim de Thermuthi, §. 10, 11.[4]

* Θέσκε. Cyclaminus, herba. Append. Dioscor. ii. 194. [p. 447.] V. infra in v. Tithotos.

* Θεύθ, a Platone, in Philebo, appellatur Numen illud Æg. celeberrimum, quod alii Thot, vel Thoth, alii Thoyth nuncupant. De eo plura vide in v. θώθ.

* Θεφίν. Polygonon, vel Proserpiniaca, herba. Apul. de Herb. c. 18. Append. Dioscor. iv. 4. [p. 462.] Kircherus interpretatur ⲤⲦⲈⲘⲪⲦ, idque vult significare curam Dei, in Œdipi tom. iii. p. 75.; imperite omnino, ut reliqua omnia.

* Thiophenges. Peristereon, herba. Apul. de Herb. c. 65.

* This. Mentastrum, ἡδύοσμον. Apul. c. 9. Append. Dioscor. iii. c. 41. [p. 454.] habet Τίς. Observa, ἡδύοσμον Matt. xxiii. 23., et Luc. xi. 42., redditum esse ⲠⲒ ⲀⲤⲒⲚ ⲚⲤⲈⲐⲞⲒ, ab interprr. Coptis.

* Θμοῦις, Thmuis. Urbs Ægypti, dicta lingua Ægyptia ab hirco, inquit Hieron. xiii. in Ies. col. 340, Opp. t. iii. et l. ii. in Jovin. c. 6., Opp. t. iv., ubi Thmuis, inquit, interpretatur hircus. Ad hæc loca respiciens D. Wilkins., in Diss. de ling. Copt. p. 111., ita pronuntiat: Copti hodie ⲘⲞⲨⲒ hircum feram vocant. Verum in libris Copt. ⲘⲞⲨⲒ Leonem designat quidem; at nunquam hircum. Si ad sonum vocis Thmuis attendas, dicendum foret, ea significari Leontopolin, vel urbem Leonis, aut Leonum, quod, qua ratione urbi illi, cujus Numen tutelare erat hircus, convenire queat, alii viderint. Suspicor tamen, urbem hanc Ægyptiace, forte non a ⲘⲞⲨⲒ, leone, verum a ⲘⲞⲨⲈ̀, quod radium solarem innuit, denominatam fuisse. Vox hæc Æg., eo, quo dixi, sensu, reperitur Hebr. i. 3., et ab ea Pyramis, vel obeliscus, in honorem solis erectus, nomen accepit, quod pluribus explico in Proleg. ad Panth. Æg. c. ii. §. 34. Quia

[1] Θαλαμηγὰ χρυσόπρυμνα καὶ χρυσέμβολα memorat Appianus Alex. in præf. p. 15. ed. nov. Cf. Rhodomannus ad Diod. Sic. i. 85., Burmannus aliique interpretes Suetonii in Cæs. c. 52.

[2] Forster in epist. ad J. D. Michaëlis p. 7. nomen Thebarum repetit a voce ⲦⲈⲞⲨⲎϨ, habitatio, existimatque illustrari hinc posse Herod. ii. 15., τὸ δ' ὦν πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο, quandoquidem pars Ægypti semper fuit habitabilis.

[3] Legebatur quondam τετάρτης ὥρας. Ed. Gronov. præbet τετάρτου ὥρας, ut significetur pars quarta horæ. [4] Cf. Scholtz. l. c. p. 7.

igitur Mendes, Numen Æg., Thmui, in hirco animali cultum, symbolica quædam solis imago erat, quod adductis idoneis rationibus in Panth. Æg., l. ii. c. 7., prolixe ostendi, potuit urbs, in honorem solis, aut hirci, qui ejus putabatur imago, condita, facile a radio solis denominari, etsi proxima hujus denominationis ratio, a veteribus quippe memoriæ non mandata, nos lateat. Quod vero Hieron., sine dubio post alios, Thmuin ab hirco sic dictam esse perhibeat, hanc veram esse rationem existimo. Urbs hæc Thmuis,[1] Præfecturæ Mendesiæ caput, etiam vocatur Mendes. V. Cellarii Geogr. antiq. Africæ p. 28, 29. Mendes vero nomine hoc insignita erat a Mendete Numine, quod in hirco animali colebatur, unde veteres quidam sibi persuaserunt, etsi falso, Mendes Æg. hircum sonuisse. Sed hac de re prolixe disserui in Panth. Æg. l. ii. c. 7.

Θωθ, Thoth, vel Thot, vel Theuth, vel Thoyth. Numen Æg., sermonibus veterum non mediocriter celebratum, quod Gr. Mercurium interpretantur. Numini huic Ægyptii inventionem literarum, et scientiarum aliarum propemodum omnium, in acceptis ferunt, ut videatur esse nomen, non Philosophi cujuspiam, aut etiam Dei, verum ipsius scientiæ. Quia autem scientiæ olim, ac præsertim in Ægypto, columnis inscribebantur, idque quod in columnis inscriptum erat, Mercurio huic vel Thoth, tanquam vero auctori, adscribebatur, suspicatus sum, Thoyth re ipsa nihil aliud fuisse, quam ⲐⲰⲞⲨϮ, i. e. columnam, in qua res memorabiles, ac inprimis scientiarum meliorum inventa, inscribi consueverant. Extat ea de re ampla nostra Dissert., in Panth. Æg. l. v. 5. ubi omnia, quæ ad Numinis hujus historiam veramque significationem spectant, diligenter excutiuntur.[2] [" *Θωθ*, mensis Æg. nomen est, Lat. septembri respondentis, ut volunt nonnulli. Suidæ vero *Θωθ* est Mercurius." H. St.]

* *Θούηρις*, Typhonis pellex, teste Plut. de Is. et Osir. p. 358. Auguror, vocem hanc Ægyptiace scribendam esse ⲐⲞⲨⲢⲎⲤ, quod austrum sive ventum meridionalem significat. Pluribus expositionem hanc adstruxi et illustravi in Panth. Æg. v. 3. §. 5—8.

* *Θυοσιμάρης*. Nomen regis Thebæi in Ægypto, quod Eratosth. in Catal. regum illorum exponit *κραταιὸς ὅ ἐστιν ἥλιος*. In annott. ad illum Catal., in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 756., monui, nomen Æg. sic legi oportere, *Οὐοσιμάρης*, quod sic scribi potest Æg. ⲞⲨⲞⲚⲎϢ ϪⲞⲨ ⲈⲢⲎ, i. e. potens, qui est sol. Plura, quibus interpretationem hanc confirmavi, legi possunt loco nunc indicato.

* *Θύριλλος*. Aliud nomen regis cujusdam Thebæi, quod ab eodem Eratosth. Gr. redditur, *ὅ ἐστιν αὐξήσας τὸ πάτριον κράτος*, augens robur paternum. In annott. meis ad h. l. p. 757, 758., observavi, pro *Θύριλλος*, leg. *Θηνίαλος*, quæ est levissima mutatio, præsertim, si, ut olim fieri consueverat, literæ adhibeantur majusculæ. Parum certe a ΘΥΡΙΛΛΟΣ differt ΘΗΝΙΑΛΟΣ. Id jam ex sermone Æg. explicandum est. Nempe ⲐⲎⲚⲒ, (theni) est *αὐξάνειν*, crescere, Marc. iv. 8. 27. ⲀⲖⲞⲨ vero, vox valde communis et trita, puerum designat. Erit igitur ⲐⲎⲚⲒ ⲀⲖⲞⲨ, theni-alu, *παῖς αὐξήσας*, puer crescens et augescens. Sed plura l. c. videri possunt.

* Iaor vel * Ieor. Eo nomine in V. T. flumen Nilum designari videmus, Gen. xli. 1. Ex. i. 22., et alibi. Ægyptii fluvium ⲒⲀⲢⲞ, Iaro,[3] dicunt. Et quia Nilus unicus et solus est in Ægypto fluvius, antiquissimis temporibus aliud quam fluvii, ⲒⲀⲢⲞ, nomen non habuisse videtur. Succedente ævo, cum Ægyptii aliorum insignium fluviorum notitiam acquisivissent, ut fluvium suum ab aliis distinguerent, Nili nomen eidem imposuere. V. Panth. Æg. iv. 1.

* *Ἰβησαοιδή*. Pedicularis, herba. Append. Dioscor. iv. 156. [p. 473.]

Ἶβις, Ibis. Avis Ægypto peculiaris,[4] cujus figuram satis bene depictam vide dans le grand Cabinet Romain de Michel Ange de la Chausse, p. 71. num. xlii.[5] Suspicatus sum aliquando, huic avi nomen inditum fuisse ab ⲒⲂⲒ, Ibi, quod et sitim, et sitire significat. In hac sententia non parum me confirmavit, quod ex epist. Nestorii, ap. Evagrium Hist. Eccles. i. 7., intellexerim, Oasin Æg. superiorem dictam quoque fuisse Ibin. Videbatur namque tractus ille nomen hoc consecutus esse a siti. Est enim regio perquam siticulosa, ad quam Nilus non accedit, et quæ raram utique pluviam sentit. Verum, ubi deprehendi, Ibin avem Lev. xi. 17., et Deut. xiv. 16.,[6] ab interpr. Copto ϨⲒⲠⲠⲈⲚ nominari, rectius me facturum putavi, si judicium meum hic cohiberem. [" *Ἶβις*, *ιδος*, sive *ιος*, *ἡ*, Ibis, avis serpentes devorans, ob id coli solita ab Ægyptiis: v. Herod. (ii. 75, 76.) et Plin. xxv. 8. viii. 27. x. 48." H. St. Cic. de N. D. i. 36. " Ipsi, qui irridentur, Ægyptii nullam beluam, nisi ob aliquam utilitatem, quam ex ea caperent, consecrarunt. Velut ibes, maximam vim serpentium conficiunt, quum sint aves excelsæ, cruribus rigidis, corneo proceroque rostro; avertunt pestem ab Ægypto, quum volucres angues ex vastitate Libyæ vento Africo invectas interficiunt, atque consumunt, ex quo fit, ut illæ nec morsu vivæ noceant, nec odore mortuæ." Juvenal. xv. 2. " Crocodilon adorat Pars hæc; illa pavet saturam serpentibus ibin." " Saviguyus, Æg. societatis sodalis doctissimus, ostendit Ibin candidam (quam a Tantalo Ibide Linn. diversam esse jam Cuvierius docuerat) peculiare esse genus, et appellavit Numenium Cuvierii; nigram autem, quæ etiamnum candidam in Ægypto comitatur, et sola in monumentis antiquis occurrit, esse aquaticam avem, in Italia Curli dictam (Falcinellus Linn.)." C. A. Böttigerus Commentt. Archæolog. iii., in Actis Seminarii Regii et Societat. philolog. Lips. a Beckio

[1] Nomen urbis varie scriptum est, nec una ratione corruptum in libris antiquis, Gr., Lat., Copt. V. Berkel. et Holsten. ad Steph. Byz. v. *Θμοῦις*, Suritam ac Wesseling. ad Anton. Itin. p. 153., inprimis A. A. Georgium in præf. ad Fragm. Jo. Thebaic. p. viii, ix., sed qui dubium facit, sintne Thmuis et Mendes una eademque urbs Ægypti. Herod. certe ii. 166. distincte numerat *Μενδήσιοι* et *Θμουῖται*.

[2] Agitur ibidem, p. 157. 162—164., de nomine mensis primi Æg. Thoth, cujus etiam Cicero meminit de N. D. iii. c. 22., ubi quondam Thoyt vel Thoyth edebatur, nunc rectius Thoth. Repetiit Tullii verba Lactantius i. 6. §. 6., ubi cf. Cellar. et Bünemann. In Anthol. Gr. t. i. p. 354. optime *Θώθ*, et in Lat. Grotii vers. Thoth. In libris Copt. MSS. nomen mensis scribitur ⲐⲰⲞⲨⲦ. V. Thes. Epist. Croz. t. iii. p. 133.

[3] Dialecto nempe Memphit.; Sahid. autem ⲒⲈⲢⲞ, vel potius ⲈⲒⲈⲢⲞ. V. Lex. Croz. p. 186., inprimis Georgium ad Fragm. Liturgica p. 320, 1. Pariter Nilus *κατ' ἐξοχὴν* tantum dicitur *ὁ ποταμὸς* ap. Ælian. V. H. i. 4., ad q. l. notavit Kuhnius. Ipsa vox Hebr. יאר manifeste et exoticum nomen est, et vere Æg., tempore habitationis in Ægypto in linguam Israëlit. receptum. Ita Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1041, 1042; præterea monens, nullam certo linguam aliam Orientalem, præter solam Hebr., habere istud nomen, ac ne etymon quidem offerre, et adeo radicem Orient. vocabulo non quærendam esse. Quæ de orig. *τοῦ* יאר Hebr. habent Simonis et Lexicogr. alii, auctoribus ea relinquenda opinor. Adde Mulleri Saturam Obs. p. 161,2. V. Scholtz. p. 30.

[4] Ælian. H. A. ii. 38., de Ibide scribit: *τῆς δὲ Αἰγύπτου οὔποτε ἀποδημεῖ*, *κ. τ. λ.* In iis, quæ Ægyptiorum propria dicuntur, *ἰδιάζοντα*, numeratur quoque Ibis a Strab. xvii. p. 1178, 1179., ubi plura de ista ave leguntur.

[5] Etiam in Conyers Middleton Antiquitatis Monumentis Tab. x., ubi p. 129-134. tantum non omnia congesta sunt e scriptoribus antiquis, quæ sparsim de Ibide inveniuntur. Sed de orig. nominis tacet. Tacent pariter eruditi alii, quos citarunt P. Boddaert et M. Tydeman in not. ad Shawii Itin. T. ii. p. 93. Testatur autem Shaw. p. 162., esse hanc avem nunc in Ægypto longe rarissimam ac propemodum incognitam. Hinc factum opinor, ut in P. Forskal descriptionibus Animalium, Avium, rel., mentio Ibidis fieret nulla.

[6] Ab interpr. LXX. ינשוף vertitur *Ἶβις* Lev. xi. 17. Eodem vocabulo interpretantur התנשמת Deut. xiv. 16., nisi forte, errore librariorum, verba Gr. illic transponenda sint, cum in hoc etiam loco ינשוף commemoretur. In utroque loco pro *Ἶβις* Coptus dedit ϨⲒⲠⲠⲈⲚ. Ies. xxxiv. 11. legitur ינשוף, et Gr. redditur *Ἶβις*. Sed ejus libri integri versio Copt. edita adhuc desideratur. Vix ullum mihi superest dubium, quin probari debeat sententia Georgii, voc. *Ἶβις* derivantis ex Æg. ϨⲒⲠ sive ϨⲒⲠⲒ, qua Ibis appellatur. V. præf. ad Fragm. Jo. Thebaic. p. 140. Testatur Scholtzius l. c. p. 7., La Crozium in margine vers. Copt. Pentateuchi, ubi ϨⲒⲠⲠⲈⲚ, notasse, ⲠⲈⲚ deesse in Cod. suo MS. Restat ergo ϨⲒⲠ, Hib, cui accedit Gr. terminatio *ις*. Dialectus Sahidica, ab aspiratione abhorrens, præbere dicitur ⲒⲠ, Ib, unde *Ἶβις* ap. Alexandrinos.

editis V. i. p. 281. Cf. Aristot. H. A. ix. 19., Æl. H. A. ii. 38., Eustath. ad Dionys. 262. Plin. x. 30., "Ibis circa Pelusium tantum nigra est, ceteris omnibus locis candida." Varietas nigra, notante J. Stackhousio in Notis MSS., occurrit hodie rarissima.—Edd.)

* Ἰμούθ. Titulum hunc libro cuidam suo præfixerat Zosimus Panopolites, cujus Lib. ix. commemoratur in Syncelli Chronogr. p. 13. V. et Fabric. Biblioth. Gr. V. xii. p. 755., in not., ubi observat, Reinesium in Var. Lectt. p. 385. conjicere, Ἰμοὺθ Æg. Lingua Chemiam notasse. In aliquo Herm. Trismegisti libro, qui inscriptus circumferebatur *κόρη κόσμου*, ap. Stob. Ecl. Phys. p. 117., Æsculapius dicitur *ὁ Ἀσκλήπιος ὁ Ἰμούθης σπανὸς, καὶ ἡφαίστου βουλαῖς*. Alii habent Πᾶνος καὶ Ἡφαιστοβούλης. De quo loco aliquid notavi in Panth. Æg. v. 6. §. 2. et 5.

* Iobonsos. Lactuca sylvatica. Ejus meminit Apul. de Herb. c. 30. In nomine Æg. herbæ huj. videtur subinnui aliqua illius ad Lunam relatio. Priores enim duæ literæ Io (IOϨ) Æg. Lunam designant. Reliqua mihi obscura sunt.

* Ἰοκροί. Hemerocallis, herba. Append. Dioscor. iii. 137. [459.]

* Ir Cheres, עיר ההרס. Urbs commemorata Es. xix. 18. In margine vero notatur hæc lectio עיר החרס. Illud civitatem dirutam, hoc solis urbem denotat, inquit Mullerus in Gloss. Sacr. p. 32.[1] Vix dubium esse potest, quin sit hic intelligenda Heliopolis. Lectio in margine indoli ling. Æg. magis convenit. Æg. enim PH, et cum aspiratione, HPH, dixerunt solem, cuj. rei exempla occurrunt in Catal. regum Theb. Eratosthenis. Peregrini id extulerunt Cheres, uti in cod. Catal. videre est. Mullerus l. c. plura hanc in rem addit, quæ apud ipsum legi malim. Conr. Ikenius lectionem Textus hic tuetur, et עיר ההרס ex Arabico interpretatur Leontopolin. Rationes ej., quas proposuit, in Diss. Philol. p. 264. et sqq., expendi merentur.[2]

* Ἶρι. Oculus. Quidam ex veteribus memoriæ prodiderunt, nom. Osiridis compositum esse ex v. Æg., Os, quod recte omnino interpretantur multum, et iri, quod volunt oculum signif. In postrema hac v. aberravit interp., quisquis est, quem Plutarchus de I. et Os. p. 355 sequitur, nam IPI non oculum signif., verum facere. Totum itaque nom., si hanc manuductionem sequaris, non designat proprie *πολυόφθαλμον*, multioculum, uti Diod. S., Plut., et alii referunt, sed multum et magna agentem, aut magna agendi facultate præditum. Si sacerdos quispiam Æg. v. Osiris interpretatus est multioculum, interpr. illa existimanda est symbolica, et forte ex dial. Sacerdotum arcana et mystica[3] desumta. De hac re dixi etiam in Panth. Æg., ii. c. i. §. 11.

* Ἰσαία. Helleborus niger. Append. Dioscor. iv. 151. [p. 473.]

* Ἰσμάνδης, Ismandes. Ita Æg. vocatum fuisse Memnonem, cuj. statua mirabilis cernebatur prope Thebas Æg., testatur Strab. xvii. p. 813., Ὁ Μέμνων ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Ἰσμάνδης λέγεται. Ismandes vero et Osymandyas, cujus res gestas Diod. S., ex Hecatæo Abderita, tam prolixe exponit i. p. 44., unam eandemque personam constituunt. Ismandes vel Osymandyas Æg. proprie dicebatur statua Memnonis in Thebaide visenda, in qua veteres vocem, quam fere quovis die, aurora exorta, emittere solebat, tantopere mirantur, laudibusque prædicant. Et hoc ipsum nom. Osymandyæ subinnuit. Nam ΟΥCUH ΗϮ, Usmandi, signif. emittentem, vel dantem vocem. Et sic veteres statuam hanc nuncupare solent. Dicitur enim, neque raro, *Λίθος ἔμφωνος*, *Λίθος φωνήεις*, Lapis loquens, quod quidem Æg. Usmandi egregie exprimit. Quidam, qui veram nom. huj. rationem ignorabant, quique sibi persuadebant, Usmandi esse nom. regis alicuj. vel herois, quem mirabilis illa statua repræsentaret, confinxerunt nobis regem aliquem Osymandyam, reb. gestis permagnis inclytum, quæ ap. Diod. S. legi possunt. Omnia hæc, adductis veterum testimoniis, et rationibus idoneis, exposui ac illustravi in tribus de Memnone Syntagmatibus. V. inprimis Syntagma iii. c. 5.

Isis. Dea Æg. maxima, cui in cultu populari publico præcipuus habebatur honos. In Panth. Æg. iii. c. 1. argumentis non contemnendis ostendi, eam aliam ab Ægyptiis habitam non fuisse, quam Lunam, cui gens illa vim prorsus mirificam in res omnes sublunares inesse credidit. Quia igitur, secundum doctrinam Philosophorum Æg., maxima et continua Lunæ ad terram nostram est relatio, eaque ad res omnes, quæ in mundo fiunt, influxu suo concurrit, hinc factum est, ut terra quoque nomine Isidis designata fuerit ratione symbolica. Ex eo quoque arbitratus sum, nom. Isidis esse exponendum. Æg. ICI dicitur *πλησμονή*, abundantia, et satietas se diffundens et permanans. Quia abundantiæ huj. causa putabatur Luna, a nobilissimo hoc et præcipuo ejus effectu, nom. ei indere placuit. Signif. porro ICI, distendere et inflare. Luna enim credebatur ap. Ægyptios Nilum movere, atque inflare, ut, statuto tempore, se exundare, agros Æg. irrigare, eoque abundantiam terræ et satietatem procurare posset. Utramque hanc significationem videntur mihi Sacerdotes Æg. in nomine Isidis conjungere voluisse. Pluribus hæc persecutus sum l. c. V. inprimis §. 15. ["Ἶσις, ιδος, ἡ, Isis: Æg. quædam dea, quam Plutarchus denominatam existimat *παρὰ τὸ εἰδέναι* seu *ἴσασθαι*, utpote cui *παντὸς μᾶλλον τὸ εἰδέναι καὶ ἡ ἐπιστήμη προσήκει*: ipso ejus nomine cultoribus ipsius promittente *γνῶσιν καὶ εἴδησιν τοῦ ὄντος*: quare nonnullos eam Mercurii, alios Promethei filiam dicere. V. et alia de hac dea ap. eum in lib. quem de Is. et Osir. inscripsit. V. et Suidam. At Ἴσιδος πλόκαμος, herba ap. Plin. sub. fin. l. 13." H. St. Plinii verba sunt hæc:—"Juba tradit, circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidis crinem, corallio similem, sine foliis, præcisum mutato colore in nigrum durescere, cum cadat, frangi." De Isidis crine silet Sprengel. Hist. Rei Herb. "Ἴσειον, (* Ἰσίδειον), ου, τὸ, Sacrarium s. Fanum Isidis," H. St. Herodianus ap. Hermannum Gr. Gramm. p. 308.: *Ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες Σεραπεῖον, ὡς Ἀσκληπεῖον· οὐ γάρ ἐστιν ὅμοια· ὅθεν Ἀσκληπεῖον μὲν ἐροῦμεν, Σεραπεῖον δὲ οὔ, ἀλλὰ Σεραπίδιον (Σεραπίδειον) λόγῳ τοιούτῳ· ὅσα ἐπὶ τῆς γενικῆς διὰ τοῦ δος κλίνονται, ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ κατηχητικα* (sic) *σχήματος τὸ δ̄ φυλάζει· ἔστιν οὖν Σέραπις, Σεράπιδος· διὰ τοῦτο καὶ Σεραπίδιον ἐροῦμεν· καὶ Ἶσις Ἴσιδος· Ἰσίδιον οὖν ἐροῦμεν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἀπὸ τῆς Θέτιδος Θετίδιον εἶπε.* (Eur. Andr. v. 19.) Pro *κατηχητικα*, Cod. Par. 3027. habet *κατηχητικοῦ*: optime reponit Bast. ad Greg. Cor. p. 650., *κτητικοῦ*. Hermannus, l. c. grammatici rationem probans: "Ἰσίδειον rectius formatum, quam Ἴσειον." "Mihi utraque forma," ut ait Schæf. "proba videtur: illa derivanda ab Ἶσις, Ἴσιδος, hæc ab Ἶσις, Ἴσιος: idemque sentio de similibus." Lat. Iseum, Plin. v. 9.; Isium, Lamprid. Alex. Sever. 26., Trebell. Poll. de Tetrico Juniore 24. Item, ab illa adj. * Ἰσίδειος, ab hac venit adj. * Ἴσειος, unde * Ἴσεια (ἱερὰ), Cereris Festum. Diod. Sic. i. 14.: Παρ' ἐνίαις

[1] Junge Forster. in Epist. ad Mich. p. 29., et quæ ex iis infra v. Tzephon afferuntur. Magna hic est lectionis varietas in codd. MSS., de qua legantur Kennicott. ad Ies., et in Dissert. generali, T. ii. V. T. subnexa, p. 10: 55., atque De-Rossi V. iii. Var. Lect. V. T. p. 22. Scribit Ikenius l. c. p. 261., "omnes codd. non solum constanter legere ההרס per ה, sed et nullam hic variantem lect. a Masorethis annotatam esse, certissimo indicio, nullam illorum ætate discrepantem lect. inventam esse." Qua in re fallitur vir d. Ne dicam de codd. aliis, in quibus legitur חרס, הרס et הרים, certo jam novimus, codd. MSS. decem et sex חרס servasse. Probarunt hanc lect. Vitringa, Kennicott, alii. Eandem suis in lib. invenisse videntur interp. Gr. Alex., si recte se habeat Ἀχιρὲς in ed. Complut., ac Symmachus, Hebræa vertens πόλις ἡλίου.

[2] Ab Ikenio non dissentiunt C. Muller in Sat. Obss. c. vi. p. 65. sqq., Doederlein et Dathe, quorum judicio ita evictum est, עיר ההרס esse Leontopolin, in nomo Heliopolitano sitam, ut vix alieni locus dubitandi relinquatur, et qui adeo ipsum Leontopoleos nom. versionibus suis intruserunt. Contra cum Jablonskio faciunt, et Heliopolin intelligunt, Vitringa, A. Schultens, in Ind. Geograph. ad Vit. Saladini v. מצר, J. Bryant in 'Account of Egypt in its most early state,' p. 125. sqq., Kennicott, et Mich. in Sup. ad Lex. Hebr. p. 572, 573. E. F. C. Rosenmüllerus, in Schol. ad Ies. p. 451. sqq., neque pauca, neque levia Ikenio opponit, incertus tamen, legendumne sit ההרס, an החרס. Si primum, verti vult urbs liberationis, i. e. liberata a calamitatibus, si vero alterum, urbs custodiæ, servationis. Plura ut adjungam, vetat instituti ratio.

[3] Qua eadem de causa tegumentum capitis Sacerdotum Osiridis in monum. vetustis conspicitur oculis multis ornatum, ap. Com. de Caylus t. iii. 2., et alibi.

δὲ τῶν πόλεων καὶ τοῖς Ἰσείοις ἐν τῇ πομπῇ μετὰ τῶν ἄλλων φέρεσθαι καὶ πυθμένας πυρῶν καὶ κριθῶν, ἀπομνημόνευμα τῶν ἐξ ἀρχῆς τῇ θεῷ φιλοτέχνως εὑρεθέντων: i. 87. Ἔνιοι δὲ φασὶ τῆς Ἴσιδος προηγουμένους τοὺς κύνας, καθ' ὃν καιρὸν ἐζήτει τὸν Ὄσιριν, τά τε θηρία καὶ τοὺς ἀπαντῶντας ἀπείργειν· ἔτι δ' εὐνοϊκῶς διακειμένους συζητεῖν ὠρυομένους· διὸ καὶ τοῖς Ἰσείοις προπορεύεσθαι τοὺς κύνας κατὰ τὴν πομπήν· τῶν καταδειξάντων τοῦτο τὸ νόμιμον, σημαινόντων τὴν παλαιὰν τοῦ ζώου χάριν. Ad priorem Diodori locum Wesselingius: "Hæc est πανήγυρις, quam Tithorenses Isidis in honorem more Ægyptio bis quotannis, vere atque autumno, magno apparatu celebrabant, teste Pausania x. 32.: nec multum diversa ea videtur, cujus pompam pompæque instrumenta describit Apuleius Metam. x. p. 261. Græci, ut multa alia, Cerealem pompam, et Calathum, solenne ejus ferculum, spicis frugibusque refertum, monstrante Melampode ap. Clem. Alex. Protrept. p. 12. et infra i. 97., aut Danaïdibus, ceu visum Herodoto i. 171, hinc accepere." "Ἰσιακὸς, οῦ, ὁ, ἡ, Isiacus, h. e. Initiatus sacris Isidis, vel Sacerdos Isidis, ut Plin. (xxvii. 7. et Sueton. Domit. i.) dicit Isiaci sacerdotes: vide Plut. de I. et Os. p. 627. (vii. p. 389. ed. Reiske.)"—H. St.—Edd.]

* Ἴρασιν. Fœnum Gr. Append. Dioscor. ii. 124. [p. 444.]

Ἰώ. Sic Luna dicebatur ab Argivis, Æg. colonis. Ἰὼ ἡ σελήνη κατὰ τὴν Ἀργείων διάλεκτον, inquit Eustath. in Dionys. Perieg. p. 23. ed. R. Steph.: cui jungi potest Auctor Chron. Alex., vel Paschalis, p. 96. ed. Raderi. Existimo hoc nomine Lunam ab Ægyptiis diu cultam fuisse, et nom. hoc ab iis ad Argivos, ipsorum quippe colonos, pervenisse. Ægyptii enim voc. non habent, qua in communi vitæ usu Lunam designent, præter ΙΟϨ, Ioh. Postea, ubi scientiæ Sacerdotum sacræ studiose excultæ jam fuissent, et Theologia ipsorum mystica et symbolica poliri jam cœpisset, simplici priori nom. Ioh successit aliud allegoricum et mysticum Isis, quo ab isto temp. Lunam in sacris designare placuit. V. Panth. Æg. iii. 1. §. 2, 3., et Proleg. ad Panth. §. 47. p. 110, 111.

* Καίμιν. Cognomen Hori, Dei Æg., teste Plut. de Is. et Os. p. 374., qui et cognomen istud interpretatur per ὁρώμενον, eum, vel id quod videtur, visui expositum et aspectabile est. Suspicatus aliquando sum, voc. Æg. sic scribi posse ⲔⲀϨⲒ ⲘⲘⲒⲚ, Kahi emmin, atque exponi mundum ipsum. Et sane Plut. in illo lib., nescio ex quorum sententia, Horum satis aperte pro mundo sensibili et aspectabili, Osiridis Isidisque fructu, habet. Verum non ita pridem incidi in Misc. Croz., manu ej. scripta, et fidei meæ ante plures ann. ab Ill. Jordano concredita, ubi hæc lego: Καίμιν προσαγορεύειν, ὅπερ ἐστὶν ὁρώμενον. Forte ⲚⲀⲨ ⲘⲒⲚ. Hæc vir doct., qui conjiciebat, locum Plut. in mendo cubare, et ap. eum pro Καίμιν leg. Ναύμιν. Acute omnino. Nam ⲚⲀⲨ ⲘⲒⲚ, secundum analogiam sermonis Copt., interpretari possis eum qui videtur. Et ita Plut. cognom. illud Hori vertendum esse affirmat.

* Κακεῖς. Panes quidam speciei singularis, Æg. usitati. Meminit eorum Strab. xvii. p. 824. Καὶ οἱ κακεῖς[1] δὲ ἴδιον τι ἄρτου γένος σταλτικὸν κοιλίας. Difficile fuerit, veram vocis originem explicare, cum panum horum vera indoles nobis non ita perspecta sit. Observabo tamen, Æg. ⲔⲎⲔⲤ dicere squamas, Act. ix. 18., vel tumores, qui assurgunt, et super superficiem se nonnihil attollunt. Unde forte etiam ⲔⲀⲔⲤⲈϨⲦ, dicitur leprosus.[2] Intelligendi tum venirent panes, in quibus tumores quidam quasi pustulæ assurgunt. Germanis nostris ac præcipue Silesiis mos est, placentas hujusmodi satis largas, sed crassitie admodum tenues placentas coquere, in quibus passim tumores nonnihil assurgentes apparent. Solent appellari ex eo Aufflauffer. An tales fuerint κακεῖς Æg., quærant alii.

Καλαϊνόν. Aliquod coloris genus. Hesych. παρ' Αἰγυπτίοις χρῶμα καλαϊνόν. Mihi quod hac de re dicam, non succurrit: sed tangit eam Bochart. in Hieroz., P. ii. l. iv. c. 27. col. 625. Sunt nempe hæc ejus verba: "Unde constat, Arabum Kermez esse Græcorum κόκκον βαφικὴν, et hac v. tam granum tinctorium significari, quam vermem, ex cuj. sanie color elicitur.—Is ipse color Chald. זהורי zehori dicitur, a luce et splendore. Illis enim זהור zehor lucem sonat.—Æthiopibus idem est ሐየ: laia, voce, nisi fallor, decurtata ex Æg. Κάλλαια, unde Callainus vel Calainus color." Hesych. Καλαΐοι. κ. λ. Hactenus ille, quibus non est, quod addam.[3] [Sed e verbis Hesych., παρ' Αἰγυπτίοις χρῶμα καλαϊνὸν, nihil aliud evincitur præter usum callaini coloris ap. Ægyptios, i. e. Græcos in Ægypto, s. Alexandrinos, ad vasa ornanda et coloranda. Teste H. St. loco mox laudando, "ap. Actuarium vasa Alexandr. vocantur καλάϊνα." De h. v. nihil dixit Sturzius in perdocto lib. de Dial. M. et Alex. Schneiderus in Lex. habet: "Suid. führt κέραμος καλάϊνος an, ohne ihn zu erklaren: diess werden τὰ σκεύη τὰ Ἀλεξανδριωτικὰ τὰ καλλαϊνὰ καλούμενα seyn, welche Galenus Comp. Medic. sec. loca i. c. 5. nennt; wo aber τὰ μέλανα steht; Ætius, vi. 65. hat dafür τὰ κλαηνὰ ὄστρακα." "Κάλαϊς, Hesych. est τὸ ἱστίον, Velum: et nom. proprium. Alioqui κάλαϊς est nomen proprium lapidis cujusdam. Plin. l. xxxvii. c. 10., Augites non multis alia videtur esse quam quæ calais. Et aliquanto post, Calais sapphirum imitatur, candidior, et litoroso mari similis. Unde Καλάϊνα ὄστρακα, ap. Galen. τῶν κατὰ τόπους, l. 5. et Æt. vi. 65., Vasa testacea e calai lapide. Sic ap. eund. Æt. alibi, et ap. Actuarium, Vasa Alexandrina quæ vocantur καλάϊνα. Itidemque καλάϊνον χρῶμα, Calainus color: de quo obiter t. ii. c. 39. f. Diosc. v. 160. de jaspide, ὁ δέ τις τερεβινθίζων λέγεται, καλαΐνῳ χρώματι προσόμοιος, calaino colori assimilis. Sed notandum hæc et duplici λ scripta reperiri, ap. Plin. videlicet et Galen." H. St. Fallitur H. Steph., καλάϊνον χρῶμα deducens e gemma κάλαϊς. "A callaico colore," ut scribit G. J. Vossius Etym. L. L., "nomen habet gemma callais." De hac re accurate et plene egit Salmas. in Solin. p. 167. G. "Callaïca, et Callaïna idem: et sub. gemma. A colore sic dicta est. In aliis plerisque gemmis color ab ipsis nomen habet, ut amethystinus ab amethysto: hyacinthinus ab hyacintho: pæderotinus a pæderote. At Callaïca gemma, vel Callaïna, a colore callaino. Principale est καλλαῖον. Unde καλλαϊκον, et καλλάϊνον. Sic ab ἀρχαῖος, ἀρχαϊκός: ab Ἀχαιὸς, Ἀχαϊκὸς et similia. Sed et verbum καλλαΐζειν: ut ἀρχαΐζειν. Unde et καλλαΐζον χρῶμα. Ἡ καλλαῒς nomen quoque gemmæ. Nam Callaïs a Plinio refertur inter gemmas ordine alphabeti ab ipso descriptas, quasi diversa sit a Callaïca, sive Callaïna. De qua paulo post. Hesych. Κάλλαια· οἱ τῶν ἀλεκτρυόνων πώγωνες, καὶ πᾶν πορφυροειδὲς χρῶμα. Ἔνιοι δὲ τὰ ποικίλα, καὶ παρ' Αἰγυπτίοις χρῶμα καλλάϊνον. Κάλλαια τὰ βαπτὰ ἔρια. Etym. M. Κάλλαια καλοῦνται τὰ κατωθὲν τῶν ἀλεκτρυόνων ὥσπερ γένεια, διὰ τὸ εἶναι ἀνθηρὰ καὶ πορφυρώδη. Idem: ἔνθα καὶ τὸ καλλάϊνον, ἐστὶ δὲ τὸ χρῶμα ἀνθηρὸν ἢ τὸ βένετον οὕτω καλούμενον. Nihil dubii est, quin τὸ καλλαϊκὸν, ἢ τὸ καλλάϊνον χρῶμα ἀπὸ τοῦ καλλαίου deducatur. Ait auctor ille, significari hoc nom. colorem ἀνθηρὸν vel venetum. Per ἀνθηρὸν intelligit τὸν πορφυρώδη. Nam Gr. ἀνθηρὸν, et ἀνθηρικὸν χρῶμα de purpureo, et puniceo usurpant. Significat et venetum, h. e. pallide virentem. Inde Callaïca, sive Callaïna gemma hoc loco appellata e viridi pallens. Solinus: pallidum viret. Optimum esse in ea smaragdi colorem dicit Plinius. Glossæ: Καλλάϊνον venetum. Porphyrius in Tetrab. Ptolemæi, περὶ τῆς τῶν ἱματίων χροιᾶς· Ὁ Κρόνος τῆς καστορίζουσης. Ἡ Ἀφροδίτη, λευκῆς χροιᾶς. Ὁ Ζεὺς γαλαϊζούσης ἐπὶ τὸ λευκὸν ῥεπούσης μικρόν. Ὁ Ἄρης πυρίνης, φλογίνης ἀληθινῆς. Ἥλιος χρυσοκιτρίνης. Ἡ Σελήνη πρασίνου. Γαλαΐζουσαν dixit τὴν καλλαΐζουσαν. Incertus auctor de circo: Οἱ δὲ Βένετοι Κρόνῳ ἢ Ποσειδῶνι. Βένετοι δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ τῶν περὶ Ἀδρίαν Ἐνετῶν τοιαύταις ἐσθῆσι χρωμένων. Βένετον δὲ οἱ Ῥωμαῖοι τὸ παρ' ἡμῖν καλλαΐνον χρῶμα προσαγορεύουσιν. Viride marinum vulgo vocamus hunc colorem. Nicetas καλλάϊνον βαφὴν, et γεράνεον pro eadem ponit. At Callaïs ap. eund. Plin. quasi diversa ab hac Callaïca recensetur capite, quo gemmas descripsit per seriem literarum. Callaïs, inquit, sapphirum imitatur, candidior, et litoroso mari similis. Certe aliam oportet esse a Callaïca, vel veneti coloris

[1] In ed. Almelov. p. 1179. κάκεις. Confert Casaub. κυλλήστις ap. Herod. ii. 77.; de quo panis Æg. genere infra dicetur.
[2] Cf. Crozii Lex. p. 30. 32.
[3] Cf. tamen not. ad Hes. t. ii. p. 123.

gemma. Sapphirus purpurea est, vel cœrulea. Hæc callaïs, quæ sapphirum imitatur, candidior est, h. e., purpuræ dilutioris, et litoroso mari, nec ita profundo similis. Nam altum mare, πορφύρεον, et κυανέον, unde Grammatici πορφυροῦν de mari, βαθὺ exponunt. Et καλλαῖς inde etiam dicta, quia καλλαῖον purpureum colorem etiam significat, ut supra notavimus. Callaïca vero, vel Callaïna gemma, coloris veneti, atque e viridi pallentis. Quare diversa est a Callaïde. At nemo unus est hodie eruditorum, quin Callaïdem pro Callaïca accipiat. Quin etiam omnes sibi persuadent passim callaidem esse, quam Turquesiam vocamus. Quorum errorem supra castigavimus. Plinius porro in eodem ordine literæ C recenset etiam Callaïcam a Callaïde utique diversam. Sic enim libri scribunt: Callaïca e turbido calamo ferunt plures conjunctas inveniri. In editis ita tantum habetur: Callaïnas plures ferunt conjunctas inveniri. In Indice Callaïca etiam scribitur hoc modo: Callaïs, Cappadocia, Callaïca. Sed illa corruptissima sunt, e turbido calamo. Inde et in scriptis quibusdam nomen ipsius gemmæ corruperunt antiquarii pro Callaïca scribentes, Calamitis e turbido calaïno. Quid sit, bene conjicere nescio, nisi legendum sit: Callaïca, e turbido calaïno: vel, e turbido calaïna. Callaïcum dicit callaïni coloris esse, sed turbidi. Callaïnum enim Latini pro Veneto etiam usurparunt. Martialis: Indueras albas, exue callaïnas. Recentiores hoc nomen plerumque scribunt cum unico L, ut et Græci γαλαΐζον et γαλαϊκόν. Hanc Callaïcam non dubito eandem esse cum ea, quam alibi Callaïnam vocavit, et quæ ex eo Callaïca heic a Solino vocatur. Sed cum ex diversis auctoribus opus suum compilavit, de eadem re plerumque diversis in locis tradit. Sic Arabicum lapidem, et Arabicam gemmam, quum sit eadem, duobus tamen locis posuit. Callaïcam heic scribit e turbido callaïno esse. Quod convenit et Callaïnæ, quam capite viii. scribit reperiri apud accolas Caucasi montis fistulosam, et sordium plenam. Callaïca igitur, et Callaïna eadem, et diversa a Callaïde, quod nos nunc primi ostendimus. Hoc nisi sit, in Plinio culpa hærebit, qui diversos facit. Auctor Peripli Erythræi Καλλάϊνον λίθον vocat. Sed male in eo legitur Καλλεανὸς, et sic legendum: ναρδὸς, καὶ Καλλάϊνος λίθος, καὶ Σάπφειρος. De portu Indico Barbaricæ loquitur. Callaïca, inquit Isidorus, colore viridis, sed pallens, et crassa, nihil jucundius aurum decens, unde et appellata. Nascitur in India, vel Germania. Lege: Carmania. Legisse Callaïcam, non Callaïn ap. Plin. apparet. Nam hic ejus locus de Callaïca ex Solini, et Plinii verbis compositus est. Et Callaïcam ideo dictam scribit, quia aurum præcipue deceat. Callaïcum aurum dicebatur: et Callaïcum metallum Martiali de auro. Sed tales sunt Isidori originationes. Callaïcum aurum a gente Lusitaniæ. Nam καλλαϊκοὶ Gr. quos Lat. Gallæcos vocant. At Callaïca gemma a colore callaïno. Callaïcus lapis dicitur in Indice Solini: de Callaïco lapide, de Ceraunio albo. An Callaïcam ἀπὸ τοῦ κάλλους interpretatur dictam Isidorus, quod aurum maxime deceat? Utrumque falsum." Hactenus Salmasius. "E verbis Isidori videmus, putasse eum callaicam dici vel a κάλλος, i. e. pulchritudo, vel quia deceat callaicum aurum, cujus meminit Martialis xiv. 95. Lemma est: Phiala aurea cœlata: distichon tale: 'Quamvis Callaico rubeam generosa metallo, Glorior arte magis, nam meus iste labor.' Dictum autem callaicum aurum a Callaicis, h. e. ut nunc loquimur, Gallæcis, Hispaniæ populo, unde Callaicum Oceanum idem poeta dixit x. 37. Sed quod censet, callaicam dici ab auro callaico, plane fallitur; nam ejusdem est originis ac callais, a quo non multum colore differt." G. J. Vossius Etym. L. L. Addit idem vir doctus: "dicitur is color (callainus) γαλαΐζων, pro καλλαΐζων, κ in γ converso, ut sæpe." Verbum γαλαΐζειν Salmasius eruit e Porphyrio in Tetrabiblon Ptolemæi: H. Steph. et Schneid. omiserunt et * γαλαΐζειν et * καλαΐζειν. Agnoscit Schneid. κάλλαϊς, κάλαϊς, καλάϊνος, καλλάϊνος, addere debuerat γάλλαϊς, γάλαϊς, γαλάϊνος, γαλλάϊνος. E. Plinio patet ap. Græcos in usu fuisse et καλλάϊκον et καλλάϊνον: voc. * καλλάϊκον omiserunt H. St. et Schneid.—Edd.]

Καλασιριεῖς. Hi, teste Herod. ii. 163., et ix. 31., Gr. dicerentur μάχιμοι. Sic vocabatur in Ægypto certa quædam militum species, distincta ab Hermotybiibus, de qua suo loco, in Ἑρμοτυβιεῖς. Salmasius ad interpret. huj. voc. aliquid de suo collaturus, de Ann. Climact. p. 567., observat, eam, ut plures aliæ, ex ϢIPI, quod filium notat, compositam esse. Haud dubie vero rem acu tetigit vir linguæ Ægypt. quondam longe peritissimus La Croz. qui me ante ann. fere XL. docuit, καλάσιρις Æg. nihil aliud esse, quam ϦƐⲖϢIPI, quo adolescens, vel juvenis designatur. Eodem nom. insigniebantur etiam milites ætatis vegetæ et floridæ, qui ad munia militiæ aliis aptiores sunt. Ideo Varro, ap. Censorin. de D. Nat. c. xiv. observat, ab an. ætatis trigesimo ad quadrages. quintum appellari juvenes, eo quod Remp. in re militari possint juvare. Neque etiam insolens est Gr. Romanisque scriptt., ut milites adolescentum nomine compellent. Ap. Plaut. Epid. Act. iii. Sc. iv. 5., Periphanes militem sic alloquitur. 'Adolescens, si istunc hominem, quem tu quæritas, tibi commonstrasso.' Et mox, 'Non repperisti, adolescens, tranquillum locum, ubi tuas virtutes explices.' In Liv. xxxv. 35., Alexamenes milites suos hunc in modum hortatur: 'Agenda res est, juvenes.' Marcus quoque Evang. milites ad capiendum Jesum missos, νεανίσκους, adolescentes, vocat, xiv. 51. καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι. Interpres Æg. ibi retinuit[1] vocem ϦƐⲖϢIPI. Similia ap. Curtium, scriptoresque alios, non infrequenter leguntur. Sed alia præterea superest ratio, cur quidam in Ægypto milites ϦƐⲖϢIPI, adolescentes, dicerentur, ut sic nimirum distinguerentur a veteranis, qui extra patriæ limites pedem promovere non solebant, sed eam defendere tantum tenebantur, si hostes eam aggrederentur, quam ob rem appellabantur ƐPUϪTOI OYBƐ, quasi dicas, qui pugnabant contra (aggressores patriæ).

Καλάσιρις. Vestis quoddam genus, quod a nonnullis[2] tribuitur Persis, ab aliis vero Ægyptiis. J. Pollux vii. 16. [segm. 71.] καλάσιρις χιτὼν θυσσανωτὸς Αἰγύπτιος. Suid. καλάσιρις· χιτὼν πλατὺς, lege πλατύσημος,[3] οὕτως Αἰγύπτιοι. Sic et alii. Omnibus vero his antiquior, Herodotus Calasiries accurate ita describit, Ἐνδεδύκασι δὲ χιτῶνας[4] λινέους, περὶ τὰ σκέλεα θυσσανωτοὺς, οὓς καλοῦσι καλάσιρις, ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι, ii. 81. Bochart. in Opusc. p. 381. voc. h. ita explicari posse censebat: A קרסל, Karsol, talus, venit Calasiris, toga talaris. Verum primo, Karsol ab Æg. Calasiris nimium recedit. Deinde, cur ex ling. peregr. voces Æg. interpretaremur? Porro, Calasiris Æg. non erat toga, sed tunica interior. Et postremo, quod summum rei caput est, vestis illa Æg. non descendebat usque ad talos, unde nomen ei fuisse Bochartus suspicatur; sed circa crura erat fimbriata, περὶ τὰ σκέλεα θυσσανωτὸς, uti Herod., qui eas sæpe vidit, testatur. Quinimo videntur Calasiries illæ plerumque nonnisi ad genua pertigisse. Eas in permultis vetustorum monumentis, quæ etiamnum supersunt, cernere licet. Id quodammodo etiam ipsa vox Æg. καλάσιρις innuere quibusdam videbitur. ⲔƐⲖI enim, Keli, vel, uti etiam pronuntiatur, Kali, designat genu. Sed in aliis tamen monum. reperiuntur etiam Calasiries ej. generis, quales Herodotus describit. V. Marmor, quod Paulus Lucas exhibet in Itinerar. tertio, P. i. p. 366. et aliud itidem, quod editum est a Sicardo, dans les nouv. Mém. des Missions, T. ii. p. 269.

Observo de hisce Calasaribus, quod fuerint χιτῶνες, tunicæ, velamina interiora, quæ ipsum corpus proprie tegerent. Tale vestimentum adhuc clarius a Moscho in

[1] Aut scribere voluit Jabl., interpr. Æg. in verbis Marci eam non retinuisse, aut memoria eum fefellit. Nam vocis νεανίσκοι ratio plane nulla habetur in vers. Copt., quam edidit Wilkins., neque id monere is neglexit in Proleg. p. xv. In vers. Copto-Sahidica invenitur ⲚϨⲨⲠⲎⲢƐⲦⲎⲤ, quæ est v. Gr. ὑπηρέτης.

[2] In quibus Relandus, P. ii. Diss. Misc. p. 149, 150.—Cum Bocharto consentit B. Caryophilus in Diss. Misc. p. 93.

[3] Ap. Hesych., Καλάσιρις, χιτὼν πλατύσημος, ubi plura de v. καλάσιρις in not. Junge T. H. aliorumque ad Pollucis l. x. segm. 10. Suid. dudum emendavit Brissonius de Reg. Pers. ii. §. 189. Kusterus tamen, invitis etiam edd. prioribus, retinuit πλατύς.

[4] Κιθῶνας est in ed. Wesseling., ex dial. Ionica. Nec aliter vii. 61. 139., alibi. Recte de Ionibus Bisetus ad Aristoph. Acharn. v. 759. ἀντὶ χιτὼν κιθὼν λέγουσι.—Editum illic etiam est, θυσανωτοὺς, καλέουσι, καλάσιρις.

Prato Spirituali appellatur *χιτωνίσκος ἐνδότερος*, tunica interior. Etenim plures tunicas induebant. Plut. in Tib. Graccho p. 1528. *Ὁ δὲ τὴν τήβεννον ἀφεὶς, καὶ φεύγων ἐν τοῖς χιτῶσιν.* Latinis dicitur interula, et subucula, de quibus consuli possunt Salmas. ad Tertul. de Pallio, p. 409. 410., Feithii Antiqq. Homer. L. iii. c. 6. Octavius Ferrarius de Re Vestiaria, P. i. Lib. iii. fere toto. Existimem igitur *καλάσιρις* Æg. sermone sonuisse ϪΗⲖ ϨⲀ ϢⲀⲢ. Nam ϪΗⲖ et ϪΗⲖϨ est amicire, vestire, ϢⲀⲢ lingua illa dicitur cutis; erit igitur ϪΗⲖ ϨⲀ ϢⲀⲢ, Shal-ha-schar, proprie vestis ad cutem, vel vestis ipsam cutem contingens ac velans. Id enim est *χιτών*. Audiamus Feithium, cui suus constabit honor, quamdiu literis humanioribus. Sic autem ille: "Χιτὼν vestis ea erat, quæ proxime corpori circumponebatur, *τὸ προσεχῶς κεχυμένον τῇ σαρκὶ ἱμάτιον*: unde et Athen. *ἐχέσαρκον* dixit L. xiii., ubi de Phryne loquens, *ἐχέσαρκον γὰρ*, ait, *χιτώνιον ἠμπείχετο*. Et clare liquet ita se habere ex eo, quod Ulysses Od. xx. [Od. xix. 233.] ait, se *χιτῶνα* sensisse circa corpus, velut cæpæ tunicam, *Τὸν δὲ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροΐ σιγαλόεντα, Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κατὰ ἰσχαλέοιο.* 'Hanc autem interulam observavi circa corpus splendidum tanquam cæpæ tunicam aridæ.' Tunicam interiorem dixit Val. Max. [vii. 4. §. 5.] Ovid. simpliciter Tunicam iii. Am. [i. 5. 14.]

Pugnabat Tunica se [rectius, sed] tamen illa tegi.

Et [iii. 14. 21.]

Illic nec Tunicam tibi sit posuisse pudori.

Nimirum, quia hæc corporis verenda tegit; quemadmodum etiam indicatur Il. ii. [v. 262.] ubi Ulysses minatur Thersiti, se detracturam

Χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει.

Eoque pertinet, quod ait Herod. [i. 8.]: *Ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ, ἐκδύεσθαι [συνεκδύεται] καὶ τὴν αἰδῶ γύνη*, cum tunica simul pudorem exuit mulier.

Hæc omnia originationi, quam dedi, non leve præsidium afferunt. Non possum tamen non etiam hoc monere, ⲔⲀⲖ esse crus; Lev. xvi. 4., ⲞⲨϨⲂⲰⲤ ⲈϤⲚⲎⲞⲨ ⲈϦⲢⲎⲒ ϢⲀⲚⲒⲔⲀⲖ dicitur vestis *περισκελής*, proprie et ad literam, vestis, quæ ad crura usque pertingit. Adde vi. 10. Unde quis non immerito posset suspicari, v. *κάλασις*, descendere a ⲔⲀⲖ, i. e. *σκέλος*, quia Herod. testatur, fuisse vestimentum *περισκελές*. Judicent, meliusque explicent alii. Observari insuper et hoc velim, 1. tunicam in libris Copt. dici etiam ϮϢⲐⲎⲚ, 2. Eustath. memoriæ prodidisse, Calasirin vestem fuisse Sacerdotibus propriam, *καλάσιρις λινοῦς χιτὼν ἱερατικὸς*, in Il. p. 391. Sed repugnat Herod., testis oculatus, et vetustus. ["Καλάσιρις, Hesych. est *χιτὼν πλατύσημος*, tunica lato clavo insignis: vel *ἡνιοχικὸς καὶ ἱππικὸς χιτών*. Quidam dicunt esse *λινοῦν καὶ ποδήρες χιτώνιον* ap. Aristoph. in Thesmoph. (sec.) Herod. ii. p. 75. de Ægyptiis, *ἐνδεδύκασι δὲ κιθῶνας λινέους περὶ τὰ σκέλεα θυσσανωτούς, οὓς καλέουσι καλάσιρις· ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι.* Ap. eund, ii. p. 98. *Καλασίριες* sunt et Ægyptiorum gens quædam *μάχιμος*. Rursum Hesych. *Καλασίριτα* dici innuit *τὰς ὤας*, Fimbrias." H. St. Hesychii locus est: *Καλασίριτα· τὰ λοχία, ἃ καλοῦσιν ὤας*: Cod. Ven. *ὠὰ*, ova. Sopingius legit *τὰς λεγνὰς*, *ἃς*, vel *λέγνια*, i. e. fimbriæ. Pro *καλασίριτα*, quod Schneideri Lex. non agnoscit, Gesnerus de Quadruped. l. 1. p. 572. 35. legit *καλασίριδα*, ut accusativus sit a recto *καλάσιρις*: Salmasius legit, *Καλὰ σειρικὰ*, et *σειρικὰ* interpretatur ornamenta. Edd.]

* *Καμηφίς*. Cognom. Dei Phtha, vel Vulcani Æg., signif. proprie Custodem Ægypti. Prolixe cognom. hoc expositum v. in Panth. l. i. c. iv. §. 9.

Κάνναι. Hesych. *Κάνναι· ψίαθοι, καὶ τὰ Αἰγύπτια πλέγματα, ἀφ' ὧν καὶ τὰ κανάθρα.*[1] Ultima hæc verba indicare videntur, v. *κάνναι* esse origine non Æg. sed Gr. Adde hæc Cassiani Collat. xviii. c. 15. "Et olim apud Ægyptios Monachos plectæ, seu habenæ ad canistra conficienda, psiathique seu tegetes, ex eadem palma conficiebantur." [*Κάννα* H. St. Thes. ii. 58. d. et Salmasio de Hom. Hyl. Iatr. p. 256. est Hebr. kaneh, calamus. Edd.]

Κάνωβος, Canobus, urbs Ægypti inf., ad mare medit., in confiniis Libyæ sita. Eam veteres Græci tradidere a Canobo, gubernatore Menelai Spartani, conditam fuisse. Scriptores quidam addidere, a Canobitis cum honoribus divinis esse cultum, et Numen urbis evasisse tutelare. Sunt quoque fabulæ lepidæ, quas de hoc Æg. Numine narrant. Quæ omnia priscis Ægypti incolis penitus incognita fuisse, ostendimus in Panth. Æg. l. v. 4. Confirmat ea, quæ dixi, Sacerdos Canobiticus, qui Aristidi Rhetori retulit, urbem Canobum nom. haudquaquam accepisse a Canobo, Menelai gubernatore, sed nom. hoc esse Æg., et signif. *χρυσοῦν ἔδαφος*, solum aureum, quemadmodum Aristides ille ipse testatur in Ægyptio p. 96. a. ed. Gr. Florent.[2] Et rem ita se habere, jam dudum observavit La Crozius.[3] Nam ⲔⲀϨⲒ ⲚⲞⲨⲂ, Cahi-nub, est terra aurea. V. plura l. c. Reliqua Græcorum fabulis debentur.

* Carcadana. Scelerate, Batrachion, seu Apium rusticum. Apul. de Herb. c. 8.

* Cathotis. Polium. Apul. ibid. c. 57.

Κερατωνία. *Συκῆ ἐν Αἰγύπτῳ*, ut testatur Hesych., qui et hæc habet: *Κερωνία δένδρον, ἡ συκῆ* (ita lege) *Αἰγυπτία*.[4] Theophr. H. Pl. i. 18., *καθάπερ ἥ τε κερωνία, ἣν τινα καλοῦσι συκῆν Αἰγυπτίαν.* Idem c. 23., *ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἐκ τοῦ στελέχους ἔκφυσις, ὥσπερ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ συκαμίνου· καὶ ταύτην γάρ φασι φέρειν ἐκ τοῦ στελέχους· οἱ δὲ μὲν ἐκ τῶν ἀκρεμόνων, ὥσπερ καὶ τῆς κερωνίας, αὕτη γὰρ ἐκ τούτων φέρει, πλὴν οὐ πολύν. καλοῦσι δὲ κερωνίαν, ἀφ' ἧς τὰ σῦκα τὰ Αἰγύπτια.* L. vero iv. 2. hæc habet, *Ταύτῃ δὲ παραπλησία καὶ ἣν οἱ Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν· ἐκ στελέχους γὰρ καὶ αὐτὴ φέρει τὸν πλεῖστον καρπόν· ἀπὸ δὲ τῶν ἀκρεμόνων, ὥσπερ εἴπομεν ὀλίγον· ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, ὃν καλοῦσί τινες Αἰγύπτιον σῦκον, διημαρτηκότες. οὐ γίνεται γὰρ ὅλως περὶ Αἴγυπτον, ἀλλὰ περὶ Συρίαν.* Descripsit ista haud dubie, sicque vertit Plin. xiii. 8.: Similis his siliqua, quam Iones cerauniam (lege ceratoniam, vel ceroniam) vocant: trunco et ipsa fertilis.—Ob id quidam Ægypt. ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Ægypto nascitur. Si Theophrast. et Plin. audimus, vox, quam hic attulimus, erit Gr., non Æg. Idque vero similius est.

* *Κερέερα*. Asarum, seu Nardum sylvestre. Append. Dioscor. i. 9. [p. 441.]

* *Κερσαῖον*. Vide v. *Κορσίπιον*.

* *Κέτι*. Conyza. Append. Dioscor. iii. 136. [p. 459.]

Κιβώριον. Poculi genus in Ægypto. Hesych. *Κιβώριον· Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου.* V. Athen. iii. init.[5]

[1] Potius *κάνναθρα*, ex emend. T. H. ad Polluc. vii. segm. 176., ubi plura de vocibus *κάνναι* et *κάνναθρα*. Junge interpr. Hesychii ad utramque istam vocem.

[2] T. ii. p. 359. ed. Jebb.

[3] Jablonskium ducem habuit Scholtz. p. 7. Non uno in loco id repetiit Croz. V. Thes. Epist. t. iii. p. 89., et Lex. Ægypt. p. 31. Aliam nominis orig. Æg., ab ea multum diversam, sed et plane repugnantem testimonio sacerdotis Ægyptii ap. Aristid., dedit J. Kocher in Diss. de nominibus Cnuphis aliisque, inserta Misc. Obss. Crit. Nov., t. ii. p. 137—142., existimans, nom. *Κάνωβος* derivandam esse e v. ⲚⲞⲨϤⲒ bonus, et præposito articulo Æg. Ϫ vel Ⲕ. Non longe hinc abiit G. Zoega in Numis Æg. Imperatoriis (Romæ a. 1787.) p. 34—38. Sententiam Crozii et Jablonskii nuper admodum probatam esse ab erud. A. J. Silvestro de Sacy, intellexi e Diario Germanico, Allgemeine Literatur-zeitung, May 1802, z. 359. Ipsæ enim ej. Obss. de origine nom., quo Gr. et Arabes appellarunt Pyramides Æg., atque de rebus nonnullis aliis, ad antiquitatem Æg. pertinentibus, dum hæc scribo, nondum ad me pervenerunt.

[4] Alberti edidit *ἡ συκῆ*. Conjecturæ Jabl. favet ipse Hesych., infra p. 1290. scribens: *Συκῆ Αἰγυπτία, ἡ λεγομένη κερατία*, (vel, *κερατωνία*, quod Tollius et Alberti malunt) *τὸ δένδρον*.

[5] P. 284, 5. ed. nov., ubi citat Athen. versus Nicandri in Georgicis:

Σπείρας κύαμον Αἰγύπτιον, ὄφρα θερείῃ
Ἄνθη μὲν στεφάνους ἀνύσῃς· τὰ δὲ πεπτηῶτα
Ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια δαιτυμόνεσσιν
Ἐς χέρας ἐνθείης, κ. τ. λ.

Addit Athenæus, Nicandrum loqui de radicibus, quæ ab Alexandrinis *κολοκάσια* appellantur, et paulo post, *Ἔστι δὲ καὶ κιβώριον, εἶδος ποτηρίου.* Lege ad eum loc. notas Schweighæus. p. 2, 3.

et ad eum animadvv. Casaub. col. 147. "Ciborium proprie est ipsa faba Ægyptia, vel ejus folliculus, non planta, quæ fert fabam. Pro planta aliquando accipiunt, ut mox Diphilus, *οἱ δὲ γινόμενοι κύαμοι ἐκ τῶν κιβωρίων.* Sic colocasia, proprie fabæ radix, ap. Plin. xxi. 15. est integra planta. Quod Diphilus vocat *ἐριῶδες*, lanosum, cum ait, *κρεῖττον δ' ἐστὶ τὸ ἥκιστα ἐριῶδες*, Plinius araneosum, Colocasiam e Nilo metunt, caule, cum coctus est, araneoso in mandendo." Hæc ille. Horat. ii. Od. vii. 21.

Oblivioso levia Massico
Ciboria exple :——

ubi hæc commentatur Schol. vet.: "Ciboria sunt Alex. poma, quæ habent similia colocasiis folia; in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur. Ciboria etiam sunt vasa, in quibus navigantes soliti sunt ferre suos cibos." Strabo de hoc Ciborio ita scribit xv. p. 650.: *φύεται δ' ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις,—καὶ ὁ Αἰγύπτιος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ Κιβώριον.* Diod. S. i. p. 30.: *Τὸ κιβώριον δαψιλέστατον ὕπαρχον, φέρει τὸν καλούμενον Αἰγύπτιον κύαμον.* Dioscor. ii. 128. plura habet. Versionem Lat., ut brevior sim, adscribo. "Ægyptia faba, quam nonnulli Ponticam vocant, in Ægypto quidem magna copia provenit, sed et in Asia quoque et Cilicia, palustribus locis invenitur. Folium vero habet amplum instar petasi seu galeri, caulem cubitalem, digiti crassitudine: flore roseum, dupla papaverini floris amplitudine. At ubi defloruit, utriculos gerit folliculis similes, in quibus faba paululum super operculum instar bullæ prominet. Ciborium aut Cibotium ideo nominatur, quasi loculamentum, quod seratur istiusmodi faba, ipsa humenti glebæ indita atque ita in aquam demissa. Radix autem subjacet; harundinis radice crassior: quæ cocta crudaque estur, et colocasia nominatur. Faba quoque ipsa virens comeditur: sed exsiccata nigrescit, et Græcam magnitudine superat. Vim porro habet astringendi; stomachumque juvat." Aëtius Tetrab. 1 serm. i. col. 33., Viridem fabarum Ægyptiacarum fructum ciborium appellant. V. et Theophr. H. Pl. iv. 10. Erudite de hac planta egit Mahudel in Diss., quæ inscribitur: Examen des divers Monuments, sur lesquels il y a des Plantes, que les Antiquaires confondent presque toujours avec le Lotus d'Egypte, et vulgata est in t. iii. de l'Histoire de l'Académie Royale des Inscriptions et belles Lettres p. 171. sqq., ubi et in Tabula addita ad p. 186. delineatam habes ejus iconem. Cf. H. Junium Anim. i. 10., Salmas. Exerc. Plin. p. 679. sq. et p. 925.[1] ["*Κίβα* ap. Ætolos pera, sacculus, unde et *κίβησις* (*κίβισις* Hes. in Scuto 224.) pro eodem ceteris Græcis: inde *κιβωτὸς*, arca, et *κιβώριον.* Alexandr. Græci calices Æg. fabarum sic vocarunt." Salm. l. c. "*Κιβώριον, ου, τὸ*, Ciborium: fructus fabæ Ægyptiæ. Dioscor. enim ii. 128. inter alia tradit Fabam Ægyptiam ferre folliculos in quibus faba supra operculum promineat bullantis ampullæ modo: quam vocari *κιβώριον* sive *κιβώτιον, διὰ τὸ τὴν φυτείαν τοῦ κυάμου γίνεσθαι αὐτοῦ ἐντιθεμένου ἐν ἰκμοβώλῳ*: radicem vero ejus nominari *κολοκασίαν*, quæ et cruda et cocta edulis sit. Idem fere tradit Athen. l. iii. initio, afferens locum quendam Nic. e Georgicis, in quo jubet *σπεῖραι κύαμον Αἰγύπτιον ὄφρα τὰ πεπτηῶτα Ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια δαινυμένοισι Ἐς χέρας ἠϊθέοισι πάλαι ποθέουσιν ὀρέξῃς*: subjungens, *Ῥίζας δ' ἐν θοίνῃσιν ἀφεψήσας προτίθημι*: discriminans et ipse *τὰ κιβώρια ἀπὸ τῶν κολοκασίων.* Itidem vero et Diphilus Siphnius quum dixisset fabæ Ægyptiæ radicem *κολοκάσιον* dici, subjungit, *οἱ δὲ γινόμενοι κύαμοι ἐκ τῶν κιβωρίων, χλωροὶ μέν εἰσι δύσπεπτοι.* Et rursum, *γίνεται δὲ ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ ἄνθος στεφανωτικὸν*, ab Ægyptiis dictum *λωτὸς*, a Naucratitis *μελίλωτος*, ut Athen. L. v. (imo, iii. 73. a.) dicit, *κιβωρίων ἄνθεσι καὶ φύλλοις ὁμοίαν ἔχει τὴν διάθεσιν.* Steph. quoque in *Ἄκη* ait huj. plantæ radicem dici *κολοκάσιον, τὸ ὑπερπεφυκὸς* autem nominari *κιβώριον.* Ubi nota eum generalius dicere *τὸ ὑπερπεφυκὸς*, Quod supernascitur, seu Quod in summo caule nascitur: ideoque et de faba ipsa et de folliculo ejus intelligi posse: ut Diphilus paulo ante etiam pro folliculo accipere videtur, quum dicit, *οἱ γινόμενοι κύαμοι ἐκ τῶν κιβωρίων.* Alioqui *κιβώριον* est etiam *εἶδος ποτηρίου*, poculi species, ut testatur Athen. l. sup. cit., iii. et Hesych. quoque esse dicit Æg. nomen *ἐπὶ ποτηρίου.* Athen. xi. (477. e.) ex Didymo refert, *κιβώρια* forsan esse *τὰ λεγόμενα σκυφία, διὰ τὸ κάτωθεν εἰς στενὸν συνῆχθαι ὡς τὰ Αἰγύπτια κιβώρια.*" H. St.]

Cichorium. Erraticum intybum. Plin. xix. 8. Est et erraticum intubum, quod in Ægypto Cichorium vocant. L. xx. 13. In Ægypto Cichorium vocant, quod sylvestre sit. Sativum autem Serin. V. et l. xxi. 15. et 17. ["*Κιχώρη, ης, ἡ*, ap. Theophr. H. Pl. vii. 7. legitur in censu *τῶν ἀρουραίων λαχάνων*, i. e. olerum arvensium. Dicitur et *Κιχώριον, ου, τὸ*, idem olus ab eod. ibid. Meminitque ejus Dioscor. ii. 160., ibi enim tradit *τὴν σέριδα* esse duorum generum: alteram sativam, alteram agrestem: et hanc appellari *πικρίδα*, a nonnullis *κιχώριον.* Idem cap. seq. chondrillam quoque a nonnullis *σέριδα*, ab aliis *κιχώριον* nominari tradit, utpote quæ habeat folia, caulem et flores similes *τῷ κιχωρίῳ*: unde et *σέριδος ἀγρίας* speciem esse dici a quibusdam. Plin. xix. 8. erraticum intubum in Ægypto cichorium vocatum scribit, qui itidem xxi. 15. In Ægypto (inquit) proxima auctoritas cichorio est, quam diximus intubum erraticum. Nicander etiam *Κίχορα* appellat, in Alex. v. 429., *Κίχορα καρδαμίδας τε*: ubi innuit Schol. *τὰ κίχορα* suo tempore dicta fuisse *γιγγίδια*, ab Atticis autem *κιχώρια* sive *κιχόρια.* Pro quo *κιχόρια*, Poll. cum diphthongo habet *κιχόρεια*, vi. 9., ubi et ipse hanc herbam inter agrestia olera recenset. Porro a sup. *κιχώριον* deriv. *Κιχωριώδης, εος, ὁ καὶ ἡ*, significans Similis cichorio, Ad cichorium proxime accedens, seu Qui e cichoriorum genere est. Theophr. H. Pl. vii. 7. de arvensibus oleribus, *κιχώρη, ἠριγέρων, καὶ ὅλως ὅσα κιχωριώδη*: hæc enim et similia esse dicit *ἐμφερῆ τῷ κιχωρίῳ.*" H. St. Glossæ Labbeanæ: "*Κιχωρία*· Ambubia, P.:" "*Κιχώριον*· Ambuvia, E." EDD.]

Κίκι. Herod. ii. 94., *Ἀλείφατι δὲ χρέωνται Αἰγυπτίων οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες, ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ, τὸ καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι Κίκι.*[2] Postea sillicypria describuntur. Hesych. *Κρότων, οὕτω καλεῖται, ὅ τινες κίκυ* [*κίκι*] *Αἰγύπτιον, οἱ δὲ σεσαμίδα ἀγρίαν.* Sic et Galenus Lex. Hippocr. p. 82. ed. H. Steph., *Κρότωνος ῥίζα, τοῦτο οἱ Αἰγύπτιοι κίκιον ὀνομάζουσιν.* Id. p. 58., *Αἰγύπτιον ἔλαιον, ὅπερ αὐτοὶ καλοῦσι κίκινον. Οἱ μέντοι παλαιοὶ τῆς κίκι καὶ κίκινον.* De oleo hoc videndus etiam Dioscor. i. 38. Plin. xv. 7. ubi de oleis factitiis, scribit, Proximum fit e cici arbore in Ægypto copiosa: alii crotonem, alii trixin, alii sesamum sylvestre appellant. Idem olei cecini meminit xxiii. 4. Strab. xvii. p. 824. inter ea, quæ Ægypto propria sunt, refert etiam *τὸ κίκι*, de quo ait, *καρπός τις σπειρόμενος ἐν ἀρούραις, ἐξ οὗ ἔλαιον ἀποθλίβεται, εἰς μὲν λύχνον τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας σχεδόν τι πᾶσιν, εἰς ἄλειμμα δὲ τοῖς πενεστέροις.* Similiter Diod. S. i. p. 31., *χρῶνται δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν λύχνων καῦσιν, ἐπιχέοντες ἀντ' ἐλαίου τὸ ἀποθλιβόμενον ἔκ τινος φυτοῦ, προσαγορευόμενον καὶ κίκι.* Paul. Ægineta vii. p. 297., *Ἔλαιον κίκινον τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς κίκεος, (κίκεως) ὃ καλεῖται κρότων, ὁμοίως κοπτομένου ἢ λειουμένου.* Adde ex recentioribus Chardinium in Relat. itin. Pers. t. iv. p. m. 210., et P. Lucæ Relat. itin. tertii in Orientem t. ii. p. 284.

Ap. Scriptt. Hebr. etiam sæpius commemoratur שמן קיק, Oleum kik. V. Buxtorf. Lex. magnum Talmud. col. 2029. et Bochart. Hieroz. pt. ii. col. 293. qui observant, uti et alii, קיק, cujus meminerunt Talmudici Scriptt. aliique Judæorum magistri, idem esse cum Jonæ קיקיון. V. Jonæ Prophetiam iv. 6—10. ibique Commentarios Crit. et Pfeifferi Dubia Vexata S. S.[3]

Tantum id unum adjiciam, in Scala Kircheri p. 185. legi, ΚΥΚΙ Granum Alcheroæ, forte Cherimes.

[1] Junge interprr. ad Hesych. v. *Κιβώριον.*

[2] Male J. Gronov., auctoritate cod. Medic., pro *Κίκι* admisit *Τίκι*, merito castigatus a Wesseling. in not. ad Herod. l. c., item ad Diod. S. t. i. p. 141.

[3] Oper. Philol. t. i. p. 450. Consulantur eruditi explanatores Antiqq. Herculan. t. viii. p. 10. Multo tamen magis consulantur O. Celsius, Hierobot. pt. i. p. 273—282., Mich. in Supplem. ad Lex. Hebr. p. 2185—2190., et docta Blasii Caryophili diss. de קיקיון, ubi plurima de *Κίκι*, in Diss. Misc. p. 259—274. Quæ cum sint omni eruditionis genere refertæ, et ad universam Antiquitatem, Æg. quoque, illustrandam præclare utiles, utinam in plurium essent manibus! Pars prior Romæ a. 1718, posterior nunquam edita est. Argumentum istarum Dissert., a longo tempore rariorum factarum, paucis commemoratur a Dan. Gerdes in Floril. libr. rar. p. 376. Adde Cl. Saxii Onom. Lit. P. vi. p. 104, 105.

Quorum verborum quis sit valor, quæ fides, dicere non habeo. [" Κίκι, εως, τὸ, Cici: arbor quæ alio nomine κρότων dicitur, et σήσαμον ἄγριον, et σέσελι κύπριον, teste Diosc. iv. 164. ubi eam et vires ejus medicas describit: addens, inde κίκινον ἔλαιον dici quod ex fructu ejus ἀποθλίβεται. Unde Plin. xv. 7. Fit oleum et e cici, arbore in Ægypto copiosa: alii crotonem, alii trixin, alii sesamum sylvestre appellant: nostri eam ricinum vocant a similitudine seminis. At de medico usu cicini olei, v. eand. xxiii. 4. De iisdem Galen. Simpl. Med. l. vii." H. St. Est ricinus communis Linnæi. " Ricinus communis, κρότων, Hippocr. Morb. Mul. ii. 649.: idem docet esse Galenus ac κίκι: Herod. ii. 94. τὰ σιλλικύπρια vocat, quæ Æg. nominent κίκι." Sprengel. Hist. Rei Herb. Edd.]

* Κνήφ. Ægyptiis dicebatur ὁ Ἀγαθοδαίμων, bonus genius vel spiritus. Veterum plurimi nomen hoc ita scribunt. Straboni idem audit Κνοῦφις. Et sic nomen istud in gemmis nonnullis Abraxeis effertur. Puto Æg. nomen hoc verum et plenum sonuisse Ἰχονοῦφις, ⲒⲂ ⲚⲞⲨϤⲒ, quod secundum literam significat ἀγαθὸν Δαίμονα. Prolixe argumentum hoc persecutus sum in Panth. Æg. i. 4.[1]

* Κνοῦφις. Non differt a Κνήφ, de quo proxime dictum est.

* Κνύζ. Fumaria. Herba. Append. Dioscor. iv. 110. [p. 470.]

Κόλλαστις. Vide brevi post in v. Κύλλαστις.

Colocasia. Plin. xxi. 15. " In Ægypto nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule, cum coctus est, araneoso in mandendo." Et mox, " Adeo Nili sui dotibus gaudent, ut implexis colocasiæ foliis, in variam speciem vasorum, potare gratissimum habeant." De coloc. floribus intelligendus Virgil. Ecl. iv. 20.,

Mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.[2]

[" Κολοκασία, ας, ἡ, et Κολοκάσιον, ου, τὸ, Fabæ Æg. radix. Athen. in init. l. iii. ab Alexandrinis κολοκάσια nominari scribit τὰς τοῦ Αἰγυπτίου κυάμου ῥίζας. Itidemque Diphilus Siphnius ibid. ἡ τοῦ κυάμου (inquit) τοῦ Αἰγυπτίου ῥίζα, ἥτις λέγεται κολοκάσιον, εὐστόμαχός ἐστι. Et Diosc. ii. 128. de Æg. faba, ῥίζα δὲ ὕπεστι παχυτέρα καλάμου, βιβρωσκομένη ἑφθή τε καὶ ὠμή· κολοκασία καλουμένη. Necnon Nicand. κυάμου λέψας κολοκάσιον, ἐντμήξας τε. Aliter tamen Plin. xxi. 15. In Ægypto (inquit) nobilissima est colocasia, quam cyamon aliqui vocant. Hanc a Nilo metunt, caule quum coctus est, araneoso in mandendo, thyrso autem, qui inter folia emicat, spectabili, foliis latissimis, etiamsi arboreis comparentur. Et mox, Implexis colocasiæ foliis in variam speciem vasorum, potare gratissimum habent. Fuit Sicyone et κολοκασίας Ἀθηνᾶς ἱερὸν, teste Athen. init. l. iii." H. St. V. sup. v. κιβώριον. Edd.]

Κόμμι. Ita vocantur lacrymæ spinæ Æg. Τὸ δὲ δάκρυον κόμμι ἐστι, scribit Herod. ii. 96.[3] Strabo xvii. p. 556., Τὸ τῆς ἀκάνθης ἄλσος τῆς Θηβαϊκῆς, ἐξ ἧς τὸ κόμμι. Theophr. H. P. iv. 3., loquens de spina Æg., observat, Γίνεται δὲ ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι· καὶ ῥέει, καὶ πληγείσης, καὶ αὐτόματον ἄνευ σχάσεως. Arrian. in Periplo Maris Erythr. (in Geogr. minor. Huds. t. i.) p. 16., ὡς τινα τῶν καὶ παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ δένδρων δακρύει τὸ κόμμι. Ex locis, modo adductis, facile intelligitur, 1. voc. κόμμι, vel Gummi, esse voc. Ægypto propriam.[4] Unde etiam Athen. ii. p. 66. observat, vocem Gr. [neutrius generis, Edd.] non desinere in ι, præter μέλι, quasdam vero Græcis usitatas, quales sunt πέπερι, κόμμι, κῦφι, esse peregrinas. 2. Κόμμι proprie dici, liquorem lacrymæ instar ex arbore destillantis, qui deinde concrescit et durescit. Unde gummi dicitur non modo humor ex spina Æg. guttatim defluens; sed etiam ex aliis arboribus, cujusmodi arborum meminit Dioscor. i. 23. iii. 99. Id. v. i. de vite vinifera, Τὸ δὲ δάκρυον αὐτῆς ὅμοιον ὂν κόμμει, περιπηγνύμενον τοῖς στελέχεσι. De ead. re Plin. præf. lib. xxiii. Lacryma vitium, quæ veluti gummi est. Id. xxiv. 9. Unum arbor ipsa exudat gummi modo. Et xxxvii. 11. hæc refert: Modestiores sed æque falsum prodidere, in extremis Adriat. sinus rupibus, in viis arbores stare, quæ canis ortu hoc effundunt gummi. Et hoc ipsum vox Æg. κόμμι, recte excussa, satis subindicat. ϪⲰ enim Æg. θέσιν, positionem quamcunque et consolidationem designat; ⲘⲎ vero et ⲘⲈ, voces quæ jam in desuetudinem abiere, et derivatæ ab illis ⲘⲞⲨ et ⲘⲰⲞⲨ, aquam vel humorem designant. Inde sine dubio est ⲈⲢⲘⲈ, lacryma, quasi dicas aquam facere, et ⲢⲒⲘⲒ, plorare, quod plane easdem in compositione voces servat. ⲈⲢⲘⲈ, lacryma, si originem etymolog. spectes, est proprie res humida, quæ talis manet: ϪⲞⲘⲎ, vel ϪⲰⲘⲎ, humor, sed qui postea concrevit, vel humor concretus. Est igitur κόμμι, ϪⲰⲘⲒ, vel ϪⲰⲘⲎ, consolidatio humidi, vel gutta, aut lacryma concreta. Et hoc est gummi. In scala Kircheri legitur ϪⲞⲘⲎ, Gummi. V. et v. Χημία. [" Κόμμι, (εως, τὸ, * κόμμις, ἡ,) Gummi: nom. exoticum a Gr. usitatum. Est autem lacryma arborum quarund. congelata in ipsarum truncis: eo a resina differens quod magis aquea substantia est, nec flammam ut illa concipit, sed in ignem conjectum crepitat. Verum quum multa sint ejus genera ex diversis arboribus prodeuntia, ut cerasis, amygdalis, pruno, junipero, cupresso, pinu, hedera: quum simpliciter κόμμι dicitur, intelligitur id quod ex acacia spina provenit, in vermiculorum speciem contractum, vitri modo pellucidum, purum: quod et gummi Arab., et a quibusd. acanthinum appellatur, utpote quod ex acantha nascatur, ut scripsit Diosc. (post Herod. ii. 96., notante Schweigh. in MSS.): idque primam ap. antiquos laudem meruit, teste Plin., scribente gummi optimum esse ex Æg. spina. Ætius vero commendavit κόμμι σκώληκος τὸ λευκόν: Scribonius inter ocularia pharmaca gummi Alex., et in hæmatitino collyrio gummi Thebaicum: quæ omnia idem sunt cum Arab. seu Æg. (Meminit Herod. quoque, (ii. 86.): τῷ κόμμι ὑποχρίειν, gummi sublinere. " Κόμμι inter eas res, quibus nomen δακρύου convenit, peculiare quiddam est. Nec enim resina proprie gummi. Succus ex plerisque arboribus lacrymæ modo stillans et concrescens, quod alio nomine caret, vocatur κόμμι. Sic nec myrrha, nec thus, nec succinum κόμμι sunt. Aristot. in Meteorolog. iv. 10. καὶ ὅσα λέγεται ὡς δάκρυα οἷον σμύρνα, λιβανωτὸς, κόμμι. Quod ex cerasis, prunis, et aliis profluit, quibus aliud nominis non est, κόμμι vocatur." Salmas. Comment. de Manna p. 251. Schol. Plat. p. 151. Dimin. * κομμίδιον, Schol. ad Nic. Ther. 110.) Inde κομμιώδης, s. κομμιδώδης, gummosus, gummi referens. Prius ap. Aristot. legitur, dicentem γλίσχρα καὶ κομμιώδη, lenta et gummosa. Posterius ap. Theophr. H. P. v. 13. ἐν ταῖς ἀμυγδαλαῖς ἡ ὑγρότης κομμιδώδης. Plin. (xii. 9.) Bdellium Indic. esse gummosum tradit. Est inde et verb. κομμίζειν, Gummi speciem præbere, Diosc. (i. 78.) teste Bud." H. St. Diminutivo * Κομμίδιον, τὸ, augeri possunt Lexx.: Schol. ad Nic. Alexiph. 110., Κόμμι δὲ τὸ κομμίδιον· οὕτω γὰρ ἐστιν ἡ σύστασις αὐτοῦ ὡς κόμμεως. Et κομμιώδης, et κομμιδώδης, agnoscit Schneideri Lex.: "Κομμιώδης, εος, ὁ, ἡ. s. v.

[1] Comparari autem debent Diss. J. Kocheri de Etymo Nominum Cnuphis, cet., in Misc. Obss. Crit. Nov. t. ii. p. 129—148., inprimis p. 144 sqq., atque obss. Georgii in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xxxvi. clv—clvii., et in not. ad Fragm. Liturg. p. 456.

[2] De Colocasia v. Salmas. in Exerc. Plin. p. 678—688. 924, 925., de Homon. Hyles Iatr. p. 198, 9., Mahudel in Hist. Acad. R. Inscript. t. iii. p. 171., et Rauwolfii Floram Orient. p. 117. Multa de Colocasia, Arabibus vulgo dicta القلقاس, habet Abdollatiph in Compend. Memorab. Æg. p. 16. sqq. ed. Tubing. 1789. E cod. MS. Bodl. editum ante erat a Jos. White. Memorabilia ista scriptoris Arab. Germanice vertit notisque illustravit S. F. Günther Wahl, a. 1790. In qua interpr. de Colocasia agitur p. 65—75. Monet autem p. 66., esse voc. Æg. antiq., compositam ex καλ, convolvere, plicare, et kasch, arundo, atque hoc nomine plantam optime sic appellari, uti patet ex ejus icone ap. Clus. in Hist. Plant. rar. iv. p. 75. De ipsa re judicabunt Botanici. Verum est, quod ait de vocabulis ⲔⲞⲖ sive ⲔⲰⲖ, et ⲔⲀϢ. V. Crozii Lex. p. 30. 33, 34.

[3] Meminit ejusdem Herod. ii. 86. ad q. l. v. Wesseling.

[4] Κόμμι. Quæ de origine vocis hic leguntur, in compendium redegit Scholtzius l. c. p. 10. Errore calami vel operarum dicitur illic ϪⲰ significare consolationem. Jabl. habet consolidationem. Qui Κόμμι et Gummi, cum Martin., Voss. et aliis, voces esse origine aut Arab., aut Gr., opinarentur, non satis attendisse videntur ad testimonia Herodoti similiaque.

a,—μιδώδης." Sed nullum affert exemplum. Schneiderus in Lex.: "Κόμμωσις, ἡ, das Putzen oder Schminken; s. v. a. κώνησις und πισσόκηρος." "Aristot. H. A. v. 22. de apibus: Κήρωσιν δὲ φέρουσιν ἀπὸ τοῦ δακρύου τῶν δένδρων, μέλι δὲ τὸ πίπτον ἐκ τοῦ ἀέρος, καὶ μάλιστα τῶν ἄστρων ἐπιτολαῖς, καὶ ὅταν κατασκήψῃ ἡ ἶρις. Ait ceras fieri ex floribus: τὸ κήριον μὲν ἐξ ἀνθῶν: ex arborum lacryma, κήρωσιν l. ix. vocat κώνησιν. Atque ita hic reponendum, aut certe utrobique κόμμωσιν e Plin. Idem tamen κώνησις, nempe ἡ διάχρισις. Alii κόμμωσιν vocarunt, quod fieret ἐκ τοῦ κόμμεως, et ex arborum lacryma." Salmas. in Solin. p. 717., D. "Apiariis, s. mellariis, aut melliturgis, ut Varro loquitur, sive μελισσουργοῖς, κόμμωσις dicitur ἡ τοῦ σμήνους διάχρισις, ut Hesych. docet, quæ signif. alius originis est, videlicet a κόμμι, gummi, unde Colum. xii. 50. gummitionem appellat. Plin. xi. 7. 'Prima fundamenta κόμμωσιν vocant periti; secunda, pissoceron; tertia, propolin, inter coria cerasque. Commosis crusta est prima, saporis amari. Pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior: ceræ initium plerumque e mitiore gummi:'[1] Qui locus Plinii desumtus est ex Aristot. H. A. ix. 40., sed ibi scribitur non κόμμωσις, sed κώνυσις. Virg. (Georg. iv. 160.) gluten vocasse videtur." H. St. Thes. ii. p. 367. D. Cf. Turnebus Advers. xxiii. 13. Virgilii locus est: Narcissi lacrymam, et lentum de cortice gluten Prima favis ponunt fundamina. Plane Virgilio gluten est i. q. Aristoteli κόμμωσις, s. κώνησις, s. κήρωσις. Plin. xi. 6. ex Aristot. ix. 40. "Primum favos construunt, ceram fingunt, h. e. domos cellasque faciunt; deinde sobolem, postea mella; ceram ex floribus, melliginem e lacrymis arborum, quæ glutinum pariunt, salicis, ulmi. Cf. H. St. Thes. ii. p. 194. A. Schneiderus Lex.: "Κώνησις, bey Aristot. H. A. ix. 40. s. v. a. κόμμωσις, κήρωσις: andere lesen κώνυσις von κωνύω und κῶνος no. 5." Κώνυσις est vox nihili: leg. cum Cod. Vat. κώνησις, a v. κῶνος, pix liquida, κωνεῖν, pice inungere: vel κώνισις, a v. κωνίζειν i. q. κωνεῖν, pice oblinere. De hac re copiose scripsit E. H. B. in Epist. ad Schæfer., (Class. Journ. N. xxiv. p. 401-10.) Voc. * κώνησις adde Lexicis. Edd.]

Κόρσεον, vel Κόρσιον. Strab. l. xvii. p. 566., Γίνεται δὲ καὶ τὸ κόρσιον, ὅμοιον τῷ πεπερὶ τράγημα, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον. Theophr. H. Pl. iv. x. Ἡ δὲ ῥίζα τοῦ λωτοῦ καλεῖται μὲν κόρσιον. ἔστι δὲ στρογγύλη τὸ μέγεθος, ἡλίκον μῆλον κυδώνιον.[2] [Diod. Sic. i. 10.:—Τήν τε γὰρ τοῦ καλάμου ῥίζαν, καὶ τὸν λωτὸν, ἔτι δὲ τὸν Αἰγύπτιον κύαμον, καὶ τὸ καλούμενον κόρσεον (ubi, καὶ τὸν Cl. 1. Fl. mox κορσαῖον Co. R.), καὶ πολλὰ τοιαῦθ' ἕτερα τροφὴν ἑτοίμην παρέχεσθαι τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων. Ubi Wesseling. "Mirum sane præterque opinionem accidit discrimen, quod lotum inter et corsium instituitur; est enim ipsa loti radix rotundiore figura et amplitudine mali cotonei, Theophr. H. P. iv. 10. (l. c.). Movit hoc Bodæum a Stapel, ut περσεῖον hic scriptum fuisse suspicaretur: quam arborem cum Noster c. 34. περσίαν, aut περσαίαν appellet, prætereaque Strabo xvii. p. 1178. D. in corsii descriptione multum a Theophr. dissentiat, haud injuria corrigendi hunc impetum deinceps compescuit. In Hesych. refingendo opera illi felicior processit; nam quæ Grammaticus in v. Κορσίπιον scribit, modo κορσαῖον in loc. τοῦ κερσαῖον substituas, huc pertinent. V. Bodæi Comment. p. 447. et Prosp. Alpini Diss. de Loto p. 83., et juxta mecum agnosces, de corsio nondum omnia ad liquidum esse perducta." Hesych. Κορσίπιον· ῥίζα τὶς, ἢ νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις τὸ κερσαῖον λεγόμενον: ubi Albertius nil habet præter Bod. et Wessel. conjecturas, et refert ad Salmasii not., quæ infra afferetur. Ut nobis videtur, duæ glossæ in Hesychii loco confusæ sunt, vel librariorum negligentia, vel Hesychii ipsius errore: una, qua κόρσεον s. κόρσιον exponatur ῥίζα τίς: altera, qua κορσίπιον explicetur νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις. Si voces παρ' Αἰγυπτίοις connectendæ sunt, ut Jabl. ipse in seq. artic. putat, et ut nobis videtur, cum præced. voce κορσίπιον, fortasse per Ægyptios intelligendi sunt Alexandrini, adeo ut nom. κορσίπιον sit origine non Æg., sed Alex., quanquam Sturzius de Dial. Maced. et Alex. p. 62. (cf. supra p. clxviii.) Æg. esse censet. Hesychium per Ægyptios aliquando intellexisse Græcos in Ægypto s. Alexandrinos, docet idem ib. p. 86=clxxiii. Hesych. Κιβώριον· Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου: recte censet Salmas. ad Solin. p. 680. "Alex. Græcos calices fabarum Ægypt. sic vocasse a v. κίβα ap. Ætolos pera vel sacculus, unde et κίβησις pro eodem ceteris Græcis, inde κιβωτὸς, arca, et κιβώριον." Iterum Hesych. Κύαμος· τὸ Αἰγύπτιον κιβώριον λεγόμενον καὶ καλούμενον. Recte idem Salmas. ibid. p. 678.: "Græci Alex., ut apparet, ita vocarunt a similitudine fabæ, idque post Alex. M. ætatem." Alexandr. voc. κύαμος omisit Sturzius. Hesych. v. Κάλλαιοι: Καὶ παρ' Αἰγυπτίοις χρῶμα καλαϊνόν. Supra demonstratum est p. ccxxiii. b. per Ægyptios h. l. intellig. esse Alex. Græcos, et Bochartum falli, qui voc. καλλαϊνὸν ex orient. fonte derivarit: nam est plane Gr. Cf. Jabl. in v. H. St. Ind.: "Ap. Actuarium vasa Alex., quæ vocantur καλάϊνα." Sed, ut ad voc. κορσίπιον, quod Hesych. interpretatur νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις, τὸ κερσαῖον λεγόμενον, revertamur, Salmasius et Relandus voces παρ' Αἰγυπτίοις connectunt non, ut nos post Jabl., cum præced. voc. κορσίπιον, sed cum seq. voc. κερσαῖον, adeo ut Hesych. exponat κορσίπιον per Æg. nomen κερσαῖον. Salmas. in Solin. p. 679. sic Hesychii loc. legit: "Κορσεῖον· ῥίζα τις καὶ νόμισμα κερσαῖον παρ' Αἰγυπτίοις καλούμενον, alibi ap. eund. Κέρσα· Ἀσιανὸν νόμισμα, de quo in libris de Re Nummaria." Cf. Lib. de Usuris p. 581. Siquidem ad hanc formam Hesychii verba sint refingenda, sine dubio voces παρ' Αἰγυπτίοις ad v. κερσαῖον referendæ sunt. Sed hæc mutatio est violentissima. Fallitur tamen Relandus, qui nulla mutatione facta voces παρ' Αἰγυπτίοις ad v. κερσαῖον referri velit, cum, si Hesychius ipsius manu locum sic scripsisset: κορσίπιον· νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις τὸ κερσαῖον λεγόμενον: verborum ordo plane postulet, ut voces παρ' Αἰγυπτίοις, non ad voc. κερσαῖον, sed ad voc. κορσίπιον referamus. Relandi verba, de vet. Pers. Ling. disserentis (Diss. viii. p. 158.), sunt. "Κέρσα, nummus Asiaticus: Hesych. Κέρσα· Ἀσιανὸν νόμισμα: idem hoc esse cum Pers. et Arab. kers Salmas. de Usur. p. 581. observavit: an huc pertinet νόμισμα, quod Æg. κερσαῖον dicunt?" H. St. in Ind. Thes. habet: "Κορσίπιον, Hesych. auctore, radix quædam dicitur, et numisma quoddam ap. Ægyptios quod κερσαῖον vocatur." Ergo H. St., recte ut Jabl., non κερσαῖον, sed κορσίπιον, pro Æg. nomine accepit. Schneiderus autem in Lex. de v. κορσίπιον, pro numismate, nihil loquitur, et mirum est vocabula satis bonæ notæ κέρσα et κερσαῖον eund. virum diligentissimum omnino omisisse. Quod ad voc. κόρσιον attinet, H. St. in Ind. Thes. scribit: "Κόρσιον, ου, τὸ, vocatur radix loti, rotunda, mali cotonei magnitudine, auctore Theophr. H. P. iv. 10., (l. c.). De h. v. nimis jejune Schneiderus Lex.: "Κόρσιον, τὸ, (κόρση) bey Theophr. H. P. iv. 10. Diodor. i. 10. die Wurzel der Wasserpflanze Lotus, bey Hesych. κορσίπιον und κορσεῖον, bey Diodor. κόρσεον." Salmas. in Solin. p. 679. accuratissime scripsit. "Diodorus de herbis Ægypti edulibus: τὴν μὲν γὰρ τοῦ καλάμου ῥίζαν καὶ τὸν λῶτον, ἔτι δὲ τὸν Αἰγύπτιον κύαμον καὶ τὸ καλούμενον κόρσεον: secernit corseon a loto, quum Theophr. loti radicem sic vocatam scripserit: Strabo quoque κόρσιον aliud statuere videtur a radice loti, qui τράγημα esse dicit, ὅμοιον πέπερι μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον: Hesych. κορσεῖον· ῥίζα τις καὶ νόμισμα κερσαῖον παρ' Αἰγυπτίοις καλούμενον: cum Theophrasto sentit de radice corsio." Falluntur, qui putant Diod. Sic. et Strab. loqui de loti radice, de qua Theophr. loquitur: nam apud illos scriptt. κόρσιον est manifeste plantæ genus: quænam autem planta sit intelligenda, viderint Herbarii. Silet Sprengel. Hist. Rei Herb. Edd.]

Κορσίπιον est ῥίζα τὶς, ἢ νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις, τὸ κερσαῖον λεγόμενον, teste Hesych. in Κορσίπιον. An huc etiam pertinet, quod ante scripserat Hesych., Κέρσα, Ἀσιανὸν νόμισμα?[3]

* Κουκοῦφα. Ciconia. Ita Horapollo i. 55. Wilkins. in Diss. de ling. Copt. p. 102. ait, forte ex Kirchero, cui nimium fidit, eandem alitem a Coptis hodieque ⲔⲞⲨⲔⲞⲨⲪⲀⲦ appellari. Quod suo loco re-

[1] [Harduinus e Codd. locum sic concinnavit. "Pissoceros super eam venit, picantium modo, ceu dilutior cera. E vitium populorumque mitiore gummi propolis." Edd.]

[2] Auctor nobis est Diod. Sic. i. 10., Ægyptum ad victum suppeditare καὶ τὸ καλούμενον κόρσιον. Lege illic doctam Wesseling. annotat, sed junge Salmas. in Exerc. Plin. p. 678, 679.

[3] V. not. ad utrumque Hesych. locum.

linquo, cum dubitandi justissima causa sit. Horapollo non dicit, *κουκούφαν* Æg. dici ciconiam. Hæc est tantum interpretatio C. Calcagnini, et Jo. Merceri, in not. ad illum Script. Verba Horapoll. sunt: *Εὐχαριστίαν γράφοντες, κουκούφαν ζωγραφοῦσι.* Hic non intelligi Ciconiam, verba ejusdem auctoris, quæ deinde sequuntur, satis produnt, *ὅθεν καὶ τῶν θείων σκήπτρων κουκούφα προτίμησίς ἐστι.* Et certe sceptrum tale, quale memorat hic auctor, in notissima omnibus Tabula Bembina sæpius conspicitur. Verum, quod in illo apparet alitis caput, haudquaquam esse ciconiæ, ocularis inspectio unumquemque docebit. Idcirco Pignorius, in exposit. illius Tabulæ p. 29, *κουκούφαν* interpretabatur Upupam.[1] Sed nec hoc placet Jo. C. de Pauw, qui potius in not. ad Horapoll. p. 339. suspicatur, auctorem scripsisse *κουκούβαν*, qua voce Græci recentiores noctuam designant. An vero caput alitis, quod in sceptris Deorum, in Tabula Isiaca, cernitur, sit caput noctuæ, judicent alii. Mihi non videtur.

* Κρόβυσος. Eryngium. Append. Diosc. iii. 29. [p. 453.]

Κύλληστις, vel Κύλληστις, vel Κύλλαστις. Panis quædam species in Ægypto. Herod. ii. 77. *Ἀρτοφαγέουσι δὲ ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κύλληστις*[2] *ὀνομάζουσι.* Athen. iii. p. 114. *Αἰγύπτιοι δὲ τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κυλλάστιν καλοῦσιν. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριστοφάνης ἐν Δαναΐσι·*

Καὶ τὸν κυλλάστιν φθέγγου, καὶ τὸν Πετόσιριν.

Μνημονεύουσιν αὐτοῦ καὶ Ἑκαταῖος, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ ὁ Φανόδημος ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος. Ὁ δὲ Θυατειρηνὸς Νίκανδρος τὸν ἐκ τῆς κριθῆς ἄρτον γινόμενον ὑπὸ Αἰγυπτίων κυλλαστίν φησι καλεῖσθαι. Id. l. x. p. 418. *Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι κυλληστίας ἐσθίοντας, τὰς δὲ κριθὰς εἰς ποτὸν καταλεαίνοντας.* Hesych., uti a Casaub. corrigitur, hæc habet, *κυλλάστις ἄρτός τις ἐν Αἰγύπτῳ ὑποξίζων ἐξ ὀλύρας.* Aiunt ita scriptores, Æg. panes hos confecisse ex hordeo, vel olyra. Addunt alii, fuisse eos *ὑποξίζοντας*, quod putabam significare panem subacidum, quemadmodum Dalechamp. At aliter voc. hanc accepit Pollux vi. 11. §. 73. Ita enim scribit, *Αἰγύπτιοι δὲ τοὺς εἰς ὀξὺ ἀνηνεγμένους ἄρτους καλλιστεῖς* (vel *κυλλαστεῖς*) *ὠνόμαζον.* Ex quo apparet, *ἄρτους ὑποξίζοντας* Polluci eos esse, qui *εἰς ὀξὺ λήγουσι.* Eaque de causa Casaub. ad Athen. iii. 30. panes illos interpretatur, fastigiatos, vel turbinatos, ad instar sorborum. De varia autem vocis huj. scriptione v. Jungerm. ad Polluc. l. c. Quænam sit ceteroquin vera vocis huj. Æg. originatio, adhucdum assequi non potui. [H. St. et *καλλιστεῖς*, et *κολλήστις*, et *κυλλάστις* admittit. "*Καλλιστεῖς* Æg. *οἱ εἰς ὀξὺ ἀνηνεγμένοι ἄρτοι*, Poll. vi., i. e. Panes in acutum desinentes, turbinati, in acutum fastigiati: ap. Herod. *κολλήστις* sunt Æg. panes ii. p. 74." "Κολλῆστις Æg. *οἱ ἄρτοι*, panes, Herod. ii. p. 74., ubi *γράφεται* et *κολλῆς*: supra *καλλιστεῖς*." "Κυλλάστις, panis quidam Æg. ex radicibus olyræ, inquit Hes.; ap. Herod. *κυλλήστις*, ut supra docui." Schneiderus non agnoscit *καλλιστεῖς*, et *κολλήστις*, et de v. *κυλλάστις* nimis jejune vir doctiss. scribit: "Κυλλάστις, ιος, ὁ, ionisch κυλλήστις, ὁ, Ægyptisches Brod aus ὄλυρα, Herod. ii. 77." Edd.]

Κῦφι. Species aliqua aromatis, thuris instar Diis adoleri soliti, sed ex pluribus rebus compositi. Sacerdotes Æg. aroma hoc quotidie, circa occasum solis, magno huic lumini mundi adolere consueverant, teste Plut. de Is. p. 372., ubi appellat *τὸ καλούμενον κῦφι.* P. 383. vero idem aromatis huj. compositionem explicat.[3] Observat etiam p. 384, Cyphi hoc a sacerdotibus quoque in potu adhiberi. V. præterea[4] Dioscor. i. 24., Suid. in Κῦφι, qui scribit, Manethonem Æg. confecisse Κῦφι, se autem ignorare, quænam ej. conficiendi ratio fuerit. Junge eund. Suid. v. Μάναιθος, et Paul. Æginet. vii. 22. p. 299. Addantur Ja. Goupyli Castigat. in Alex. Trallian. ad p. 8. v. 6. p. 4.

Voc. hanc esse non Gr., sed peregrinam, monet Athen. ii. p. 66. [c. 73. p. 256.] qui paulo ante commemoraverat *μύρον Αἰγύπτιον.* Nec aliter opinatus fuisse videtur Plut. Qui autem reliqua omnia loca veterum, a nobis adducta, expendere dignabitur, intelliget facile, eam Ægyptiis deberi. Existimo *κῦφι* Æg. sonuisse ϪⲞⲨϤⲒ. Nam ⲞⲨϤⲒ est bonus. Hinc ⲤⲐⲞⲒ ⲚⲞⲨϤⲒ, propr. odor bonus, *εὐοσμία.* Sed specialim sic appellatur suffimen sacrum, vel thus, quod Diis adoletur. Tale vero esse *κῦφι*, veteres omnes docent. Abbreviato Ⲑ vero suffimen hoc paulatim loco ⲤⲐⲞⲒ ⲚⲞⲨϤⲒ, dici consuevit ⲚⲞⲨϤⲒ, vel quod plane idem est ϪⲞⲨϤⲒ. Nomine vero isto suffimen hoc insignire placuit, quod nempe suffimen, ⲤⲐⲞⲒ ⲚⲞⲨϤⲒ, per excellentiam dici mereretur. [" Κῦφι, Cyphi: thymiamatis seu suffimenti genus Æg. sacerdotibus usitatum: unde *ἱερατικὸν* vocatur a Galeno *τῶν κατὰ τόπους* viii. 5 et 7. De eo v. Diosc. i. 24., Paul. vii., 22., Ætium vii. 116 et 117.; necnon Plut. in l. de Is. et Osir. Quin et Damocrates ejus componendi rationem carmine prodidit ap. Galen. de antidotis l. 2. Et Hieron. adv. Jovin. ii. Odoris autem suavitas (inquit) et diversa thymiamata, et amomum, et cyphi, et œnanthe, muscus et peregrini muris pellicula quod dissolutis et amatoribus conveniat, nemo nisi dissolutus negat. Inde *Κυφοειδὴς ἀντίδοτος*, Antidotus cyphoides, ap. Galen. *τῶν κατὰ τόπους* viii. 7., quæ ad Andromachum refertur: sic dicta quod in formam *τοῦ κύφεως* componeretur." H. St. " Scripturam *κοῖφι* ap. Athen. ii. 66. f. cum editis tenent MSS., Eustath., itemque Hermanni Lex. p. 324." Schweigh. in MSS. Schneiderus: " Κῦφι, εος, τὸ, ein ägyptisches Arzneymittel, aus lauter hitsigen Sachen zusammengesetzt; bey Aristides i. p. 279. steht *κοιφὶ*, wie auch Lexicon Hermanni p. 324." Eadem fere verba, quæ in Lex. Herm. p. 324. et ap. Athen. leguntur, occurrunt in Matthaei Gloss. Gr. min. p. 4.: *Παρατετήρηται τῷ Ἀπολλοδώρῳ, ὅτι οὐδὲν ὄνομα οὐδέτερον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς ι λήγει, εἰ μὴ μόνον τὸ μέλι· τὸ γὰρ πέπερι, καὶ κόμμι, καὶ κοιφὶ, Ἀσιατικά.* " Κοῖφι vulgari sermone et *κατὰ συνήθειαν* dicitur, quod proprie *ὡς ἑλληνίζον* dicendum est *κῆφι*, (*κῦφι*) e censu *τῶν ἱερῶν ἀτμῶν*, Etym. M." H. St. Edd.]

* Κωμασίαι, * Κωμαστὴς, et * Κωμαστήρια. De vocc. his Æg., quædam ex Synesio comperimus. Ita namque is in Encom. Calv. p. 50. ed. Cr. Turnebi: *Παρ' Αἰγυπτίοις τὰ προφητικὰ γένη βαναύσοις μὲν καὶ χειρώναξιν οὐκ ἐπιτρέπουσι δημιουργεῖν εἴδη θεῶν, ἵνα μή τι τοιοῦτο παρανομήσωσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων καὶ τῶν ἴβεων, ἃ τοῖς προτεμενίσμασιν ἐγκολάπτουσι, καταμωκῶνται τοῦ δήμου· αὐτοὶ δὲ καταδύντες εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμοὺς ἅττ' ἂν ἀπεργάσωνται περιστέλλουσι· καὶ ἔστιν αὐτοῖς κωμαστήρια, τὰ κιβώτια κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας ἃς ὁ δῆμος, ἐὰν ἴδῃ χαλεπαίνει· τὰ δὲ ῥᾷστον καταγελάσεται· δεῖται γὰρ τερατείας· πῶς δὲ οὐ μέλλει, δῆμός γε ὤν.* Idem in Lib. de Prov. p. 65. Sacerdotes in tres ordines distinguit. Primum constituunt *προφῆται*, secundum *κωμασταὶ*, tertium *ζάκοροι.* Ibid. paulo ante commemoratur *κωμαστήριον*, Collegium Comastarum. Recte vero Seldenus in Proleg. Libri de Diis Syr. c. iii. p. 70. conjicit, voces has, *κωμαστήρια* et *κωμαστὰς*, nequaquam ex ling. Gr. explicari debere, sed eas potius in Ægypto natas esse, et ad huj. gentis linguam referendas. Optime vero ibid. observat, Clem. quoque Alex. *κωμασίων* Ægyptiacarum meminisse. L. v. Strom. p. 567.: *Ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' Αἰγυπτίοις κωμασίαις τῶν θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα, δύο*

[1] Idem placuit Bocharto P. 2. Hieroz. l. ii. c. 31. p. 348. *κουκούφα* habenti pro voce Æg., eamque accedere opinanti ad Hebr. דוכיפת, Lev. xi. 19. Deut. xiv. 18., quam alii vertunt upupam, alii aliter. V. Mich. Suppl. ad Lex. Hebr. p. 415—417. In loco priori interpr. Copt. dedit ϨⲎⲠⲠⲞⲤ, in posteriori ⲠⲞⲢⲪⲈⲢⲒⲞⲚ, secutus interpr. LXX., ap. quos *ἔποπα* et *πορφυρίωνα.*

[2] Variant codd. Herodotei, *κυλλήστις, κολλήστις, κολλῆς.* Primum recepit Wesseling. quem v. in Lect. Var. ac notis. [" Ap. Herod. *κυλλήστις, κόλληστις,* aut *κυλλᾶστις*: nam, quod ibi legitur *κυλλήστις*, est accus. plur. e *κυλλήστιας* contr." Schweigh. in MSS. Edd.] *Κυλλάστις* constans est lectio codicum Athen. Eodem modo nunc legitur ap. Hesych., ubi tamen alii aliter in not. p. 373, 374. In Etym. M. v. *Ἐπικύλλωμα* legitur, *καλοῦσι δὲ κυλλάστιν, τὸν Αἰγύπτιον.* *Κυλλάστιν* rescribendum alii monuere. An pro *τὸν Αἰγ.* potius *ἄρτον Αἰγ.* ponendum? Judicium penes Criticos esto!

[3] Verba Plut. sunt: *τὸ δὲ κῦφι μίγμα μὲν ἑκκαίδεκα μερῶν* mellis, vini, uvæ passæ, cyperi, resinæ, myrrhæ, aspalathi, seselis, junci odorati, bituminis, folii ficulni, rumicis, juniperi utriusque, cardamomi et calami. Voc. *μερῶν* in *γενῶν* mutatum voluere Xylander, Baxter, Squire. Wyttenbach. ante ipse conjecerat *δυνάμεων*, ut monet p. 568, 569. ed. Oxon.

[4] Junge Damocratem ap. Galen. ii. *περὶ Ἀντιδ.* p. 441. quem loc. illustravit Squire ad Plut. de Is. et Os. p. 184, 185. 187.

μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱέρακα καὶ ἶβιν περιφέρουσι. Plura vid. ap. auctorem doctiss. Omittere hic non possum obs. egregiam Th. Galei, quæ in ej. not. ad Jambl. de Myst. Æg. legitur p. 252, 253.: "Erat Ægyptiorum et quidem Diospolitarum propria dictio *κωμασία*, Deorum pompa solennis. Et *κωμαστικὴ τάξις*, sive *κωμασταί*, portabant *κωμαστήρια*, i. e. arcas, thecas, *κιβώτια*, *ναΐδια*, *παστάδας*, in quibus erant Deorum quorundam simulacra; neque enim omnes omnium Deorum imagines producebant in populum; sed eas solummodo, quæ erant subdiales (quarum in S. S. mentio habetur), non illas, quæ in adytis occultabantur." Plura ap. eund. legi possunt.

Quod ad me attinet, in ea sum sententia, *κωμαστὰς* e Sacerdotum turba illos fuisse, qui Astrologiæ et rerum cœlestium scientiæ se addixissent, quique etiam ex ea scientia futura prædicerent. Ad hanc sententiam ipsa vetus Æg. lingua nos manu ducere videtur. Etenim ⲘⲀⲤⲒ, et ⲘⲒⲤⲒ, lingua illa significat nasci, et *γένεσιν*, nativitatem. Ita in ipso N. T. init. legitur ⲠϪⲰⲘ Ⲙ̀ⲘⲒⲤⲒ, *Βίβλος γενέσεως.* Igitur ϪⲰ Ⲙ̀ⲘⲀⲤⲒ, iisdem est *λέγειν τὴν γένεσιν*, vel *γενεθλιαλογεῖν.* Vel etiam ⲬⲰ Ⲙ̀ⲘⲀⲤⲒ erit *θεῖναι τὴν γένεσιν*, ponere nativitatem. Ex quo conficitur, ϪⲰ ⲘⲀⲤⲒ, vel ⲬⲰ ⲘⲀⲤⲒ, dici genethliacum, vel *γενεθλιαλόγον.* Erant autem inter Sacerdotes, quibus scientia hæc commendata, atque injuncta erat. Videri potest Pseudo-Callisthenis Fragm. ex historia vitæ Alex. M., quod Jo. A. Fabricius edidit in Bibl. Gr. V. xiv. p. 148—150. Erant plura Sacerdotum munera, quibus certi quidam Sacerdotes, quibus illa speciatim demandata erant, solicite fungebantur. Eorum præcipuos nominat et describit Clem. Alex. Strom. vi., quos inter p. 633. commemoratur etiam Horoscopus. De eo hæc ibi legas. *Ὡροσκόπος ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα, καὶ φοίνικα, ἀστρολογίας ἔχων σύμβολα, πρόσεισιν*, etc. Astrologos Æg. habes etiam ap. Diod. i. p. 24. Et quis eorum mentionem non fecit? Illos vero ex Astrologis, vel Astronomis, qui, ex stellarum ortu et relationibus cum aliis stellis, futura hominibusque eventura prædicerent, dictos arbitror fuisse Comastas. Cumque illorum semper in Ægypto numerus fuerit insignis, et auctoritas non levis, ab iis ordinem totum *Ἱερογραμματέων*, ap. Synes. dictum fuisse *τάξιν κωμαστικὴν* auguror. Certe ap. hunc scriptorem, inter tres Sacerdotum Æg. ordines, *Κωμασταὶ* constituunt secundum. Illos vero Scriptores alii nuncupant *Ἱερογραμματέας.* [1]

* *Κωνοῦφις.* V. sup. in v. *Κνὴφ* et *Κνοῦφις.*

* *Λαβαρεῖς. Οἱ μάχιμοι.* Militum aliquod in Ægypto genus. Ita ap. Steph. Byz. legitur in isthac voce.[2] Verum plane assentior Abr. Berkelio, in not. monenti, voc. h. corruptam esse ex *καλασιρεῖς*, quomodo scriptores antiqui hosce milites nuncuparunt. V. quæ sup. [p. 101, 102.] diximus in v. *Καλασιρεῖς.*

Λαβύρινθος. Hoc nomine in Ægypto scimus vocatum fuisse ædificium structuræ amplissimæ, valde sumtuosæ, et vere mirandæ, cui simile vix in toto orbe ostendi queat. Sed et nom. hoc nemini paulo humaniori ignotum esse potest. Fuit enim et in Creta Labyrinthus oppido celebratus, cuj. memoriam in nummis conservarunt Gnossii, quales recenset Harduin. in Num. antiq. illustr. p. 254., et in imagine exhibet Laurent. Begerus in Thes. Brandenb. Fuerunt et alii Labyrinthi; sed reliquos omnes vicit Labyrinthus Æg., et ex hoc reliqui videntur esse derivati, quemadmodum illis etiam nomen Æg. Labyrinthi adhæsit. Marshamus tamen, vir antiquitatis omnis peritissimus, Labyrinthum Creticum Ægyptiaco antiquiorem censet, in Can. Chron. p. 291. Quæ veteres de stupenda Labyrinthi Æg. magnitudine, de incredibili ej. sumtuositate et magnificentia prædicant, fidem omnem superare videntur. V. Herod. ii. 148., Diod. S. p. 53, 60., Strab. xvii. p. 557., Melam i. 9., Plin. xxxvi. 13. Quibus, ex recentioribus, qui rudera magnifici huj. operis viderunt, addi poterunt Vanslebii relatio Itineris Æg. Gall. scripta, p. 268, 269., P. Lucæ historia peregrinationis suæ tertiæ, de An. 1714, T. ii. p. 18., Les Nouveaux Mem. des Missions T. v. et vii., Itinerarium Grangerii p. 150, 151., inprimis vero accuratissima R. Pocockii Descriptio Orientis, ac sigillatim Ægypti. De loco, in quo mirabile hoc ædificium erectum fuit, videtur aliquis esse inter veteres dissensus. Herod. Diod. S. Strabo, et tota fere veterum turba Labyrinthum locat prope lacum Mœridis, meridiem versus. Secundum Plin. vero v. 4., in fine, Labyrinthus, in Mœridis lacu, nullo addito ligno exædificatus fuerat. Sed scriptores hi conciliari haud difficulter possunt. Erat enim in medio lacu Mœridis insula, cujus meminerunt, præter Plin., Herod. ii. 101. 149., et luculentius Diod. i. p. 48. In illa insula, quod scriptores iidem docent, conspiciebantur Pyramides, et alia quædam industriæ Æg. monumenta eximia. Cumque omnes testentur, Labyrinthum inserviisse sepulcris regum et crocodilorum sacrorum, Diod. insuper memoriæ prodidit, Regem Mœridem, qui lacum effodisse creditur, sibi et uxori in illa insula sepulchra condidisse. Regis vero, qui Labyrinthum condidit, sepulcrum in ipso Labyrintho locant alii. Et satis apparet, insulam, et Labyrinthum in continenti, ad opus idem a conditore Labyrinthi fuisse destinatum. Minus certo constat, quis fuerit verus operis tam sumtuosi auctor. Plinius testatur, tradi Labyrinthum factum esse ante annos IIIMDC. Petesucco rege, sive Tithoe. Herod. et ex eo Diod. S., affirmant, Labyrinthum opus esse XII regum, cui coronidem imposuerit Psammetichus. Hinc Mela vocat Psammetichi opus Labyrinthum. Strabo opus ait fuisse Imandæ Regis, quo nomine, quemnam scriptor eximius designare voluerit, dicere difficile fuerit. Diod. S. appellat Mendem p. 55. Satis perspicitur ex his, veras origines Labyrinthi Ægyptiis recte et certo cognitas haud fuisse, aut Sacerdotes saltem eas, multarum fabularum cortice tectas, vulgum celare voluisse. In Dynastiis Manethonis, uti ab Africano et Euseb. reperiuntur dispositæ ap. Syncell., videtur Dynastia XII ad nostrum negotium spectare. Nam in Africani Excerptis Chronol. ex illa Dynastia, rex IV nominatur *Λαχάρης*, et de illo additur, *ὃς τὸν ἐν Ἀρσενοΐτῃ λαβύρινθον ἑαυτῷ τάφον κατεσκεύασεν.* V. Syncell. p. 59. Idem vero p. 60. Eusebii Digesta adfert, quæ de eod. rege hæc habent, *Λάβαρις, ὃς τὸν ἐν Ἀρσενοΐτῃ λαβύρινθον ἑαυτῷ τάφον κατεσκεύασεν.* Quæ si esset vera lectio, facile jam foret nom. Labyrinthi explicare et interpretari. Si enim Labaris, vel Labyris, verus auctor est illius Labyrinthi, tum vox hæc Labyrinthus commode exponi posset, domicilium Labaris, vel Labyris. Certe ⲐⲞ, tho, Apoc. iii. 10. redditur *οἰκουμένη.* Sed dubitari potest, designaveritne vox illa totum semper orbem terrarum, quod vox Gr. vulgo significat, an vero nonnunquam locum quemvis bene cultum et habitatum. Quod si posterius locum habet, ⲖⲀⲂⲀⲢⲒⲚ̀ⲐⲞ, Labyrintho, recte et analogice significabit ornatum et bene cultum Labyris habitaculum. ⲦⲞⲒ porro significat partem, portionem, sortem: esset proinde ⲖⲀⲂⲨⲢⲒ Ⲛ̀ⲦⲞⲒ, pars, possessio Labyris. Verum etiam atque etiam metuendum est, ne nomen hoc Eusebius ad sonum Labyrinthi contorserit, ut sic vocis huj. postremæ originationem facilem et commodam lectoribus præberet. Labaris huj. ceteroquin nulla uspiam mentio occurrit, ne apud illos quidem, qui in conditores Labyrinthi solicita industria inquirunt.

Mihi certum est, Israëlitas, dum tota eorum gens servitute Æg. premeretur, ad construendum Labyrinthum, tum eum, qui in insula conspiciebatur, tum qui in continenti extabat, fuisse adhibitos. Multa, dum argumentum hoc volvo et revolvo, cogitationibus meis se offerunt, quæ id, quod dixi, mirabiliter confirmare queunt. Sed ea hic exponere, nimis foret prolixum. Unicum tantum memorabo, quod non parum habet verosimilitu-

[1] De nonnullis eorum, quæ hic attingit, ipse Jabl. plenius egit in Proleg. ad Panth. Æg. c. 3. Sed comparanda inprimis F. S. de Schmidt Diss. de Sacerd. et Sacrif. Æg., in qua p. 104. ac seqq. de variis ordinibus classibusque Sacerdotum, et de Comastis p. 211—216, accurate disputatur. Nihil autem illic de orig. vocum *κωμαστῆς* et *κωμασία* Æg., quas Gr. judicat, ex vulgari plerorumque eruditorum sententia.

[2] Immo vero in v. *Ἑρμιτυμβιῖς*, ad q. l. Holstenius idem monet, quod Berkelius. Assentitur Cuperus in Syllog. Epist. Burmann. t. ii. p. 690.

dinis. Aiunt Herod. et Diod. Labyrinthum construxisse duodecim Ægypti Principes, ex quibus deinde Psammetichus toti Ægypto solus imperavit, cui etiam mirabile illud opus a nonnullis vindicatur. Sed stupendum hoc opus ætatem Psammetichi longe superare, vel illa incertitudo scriptorum veterum de vero Labyrinthi conditore satis testatur, ut alia plurima nunc taceam. Illa tamen, cujus modo memini, traditio, ex vero aliquid trahere mihi videtur. Suntne duodecim principes, totidem duodecim tribuum Israëlis præfecti et veluti Patriarchæ, aut forte Duces, qui reliquis erant præpositi a rege Æg. tanquam ἐργοδιῶκται, qui opus urgerent, et laborantibus acriter instarent? Opus vero hoc, post exitum Israëlitarum ex Ægypto, diu intermissum, Psammetichus multo post resumsit, ac tandem perfecit. Sententiam hanc ipsa quoque Labyrinthi vox Æg. aliquo modo verosimilem facit. Nam ΟΥΙΡΙ ΗΘΟ, Viri, vel Biri ntho, nam V. et B. pronuntiando sæpe permutantur, sermone Æg. opus multitudinis significat. ΙΡΙ est facere. Articulus indefinitus ΟΥ, præpositus, indit huic verbo significationem nom. substantivi, ut opus designetur. ΘΟ vero multos vel multitudinem innuit, sicuti Ps. xxii. 12. et 16., ubi habes ϨΘΟ, itemque Ps. xlv. 9. 13. Inde forte ἡ οἰκουμένη dicta est, ut diximus, ΘΟ. Est igitur ΟΥΙΡΙ ΗΘΟ, Virintho, vel Birintho, opus multorum, vel magnæ multitudinis. Constructus enim erat Labyrinthus per Israëlitas, quos historia Mosaica refert fuisse numero permultos, ita ut de eorum multitudine Ægyptii conquesti fuerint, Ex. i. 7. 9. 12. Id nom. hoc Labyrinthi præ se fert. Æg., post id temporis, nomen istud aliter interpretati sunt, aut ex eo conjecerunt, opus fuisse plurium, et quidem duodecim Principum. Sic enim Sacerdotibus placuit, antiquam veramque de hoc opere traditionem falsis additamentis contaminare. Superest hic tamen, fateor, prima syllaba La, quam interpretatio mea non explicat. Sed multa nos de sermone Æg. vet. latent, quibus forte et hoc accensendum erit.[1] [" Λαβύρινθος, Labyrinthus: Suidæ et Hesych. κοχλιοειδὴς τόπος. Plin. xxxvi. 13. quatuor memorat labyrinthos, Ægyptium, Creticum, Lemnium, Italicum: inter alia dicens, ab Ægyptio sumsisse Dædalum exemplar ej. labyrinthi quem fecit in Creta, sed centesimam tantum portionem ejus imitatum, quæ itinerum ambages occursusque ac recursus inexplicabiles continet, non brevi lacinia millia pass. plura ambulationis continentem, sed crebris foribus inditis ad fallendos occursus, redeundumque in errores eosdem. De Cretico, hæc Maro, Æn. v. (588.) Ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta Parietibus textum cæcis iter, ancipitemque Mille viis habuisse dolum: qua signa sequendi Falleret indeprensus et irremeabilis error. Et Ovid. Met. viii. (158.) Ponit opus turbatque notas, (sub. Dædalus) et limina flexu Ducit in errorem variarum ambage viarum: Non secus ac liquidis Phrygius Mæander in undis Ludit, et ambiguo lapsu refluitque, fluitque, Occurrensque sibi venturas aspicit undas, Et nunc ad fontes, nunc ad mare versus apertum, Incertas exercet aquas: ita Dædalus implet Innumeras errore vias, vixque ipse reverti Ad limen potuit: tanta est fallacia tecti. Dicitur etiam ἐπὶ φλυάρων, quod ii soleant πολλοῖς λόγων κύκλοις χρῆσθαι, teste Hes. et Suida. Inde Λαβυρίνθειος, et Λαβυρινθώδης, Labyrintheus, Labyrintho similis. Catullus (Argon. s. 69. 114. add. Sedul. in pr. Op.) dicit Labyrinthei flexus; et Lucianus λαβυρινθώδης ἐρώτησις, Interrogatio intricata labyrinthi modo." H. St. Locus Luciani, ad quem provocat H. St., nos præteriit. Λαβυρίνθειος et λαβυρινθώδης in Schneideri Lex. occurrunt sine ullis exemplis. Lucianus hanc vocem sæpe metaphorice usurpat: Lexiph. 16. T. ii. p. 338. Ἠλέουν σε τῆς κακοδαιμονίας, ὁρῶν εἰς Λαβύρινθον ἄφυκτον ἐμπεπτωκότα, καὶ νοσοῦντα νόσον τὴν μεγίστην, μᾶλλον δὲ μελαγχολῶντα: Bis Accus. 21. T. ii. p. 817. τοὺς μὲν ἀγκύλους ἐκείνους λόγους, καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους ἀπέφυγε: Icaromen. 29. T. ii. p. 786. Διαφόρους λόγων λαβυρίνθους ἐπινοήσαντες, οἱ μὲν (ἑαυτοὺς) Στωϊκοὺς ὀνομάκασιν, οἱ δὲ Ἀκαδημαϊκούς, οἱ δὲ Ἐπικουρείους, οἱ δὲ Περιπατητικούς: Hermotim. 47. T. i. p. 788. Ἐγώ σοι φράσω, τὸ τοῦ Θήσεως ἐκεῖνο μιμησόμεθα· καί τι λίνον παρὰ τῆς τραγικῆς Ἀριάδνης λαβόντες, εἴσιμεν ἐς τὸν λαβύρινθον ἕκαστον, ὡς ἔχειν ἀπραγμόνως μηρυόμενοι αὐτὸ ἐξιέναι. Theocr. xxi. 10. Τοὶ κάλαμοι, τἄγκιστρα, τὰ φυκιόεντά τε λῆδα (λῖνα), Ὀρμειαί, κύρτοι, καὶ ἐκ σχοίνων λαβύρινθοι, i. e. nassa: Epigr. αδ. 564. πολυγνάμπτοις λαβυρίνθοις. Hesych. Λαβύρινθος· κοχλιοειδὴς τόπος: ita legit H. St. modo adductus. Heins. κυκλοειδής: Lex. MS. Brem. κοχλιώδης. Addit Albertius. " Et sic Phavor. In Cyrillo meo MS. κοχλιοειδής, ut et Suid. In altero Lex. MS. (quod ad verbum hic consentit cum Hes.) et Phot. Lex. MS. κοχλοειδής. Similiter Lex. MS. in Bibl. Coisl. p. 235. Sed in alio Lex. MS. p. 473. cum jota, ut h. l. Nihil interim mutandum, quum variis modis scripserint." H. Steph. in v. κόχλος agnoscit et κοχλιοειδής, et κοχλιώδης. Prius illud omisit Schneid. Lex. Vox * κοχλοειδής, quam H. Steph. et Schneid. omiserunt, Lexicis est addenda. Ceterum vox λαβύρινθος pro Cochlea marina occurrit in Theodoridæ Epigr. ap. Suid. (Anal. T. ii. 41.): Εἰνάλιε λαβύρινθε, τύ μοι λέγε, τίς σ' ἀνέθηκεν, Ἀγρέμιον πολιᾶς ἐξ ἁλὸς εἰράμενος. EDD.]

* Λήνης. Helenium. Dioscor. i. 28. et in Append. ad ejusd. c. 27. [p. 442.]

* Λιβιούμ. Juniperus minor. Ita Append. Dioscor. i. 103. [p. 442.] Credo, vocem hanc, nescio quo fato, ex Ægypto migrasse in Lycaoniam Asiæ min. Illi enim, teste Steph. Byz. in v. Δέρβη, juniperum patrio sermone dicebant δέλβειαν. Si nempe addas notam generis fœmin. Ϯ, vel ΤΕ, habebis ϮΛΙΒΙ, vel ΤΕΛΙΒΙ, unde Gr. fecere Λιβιούμ, et Δελβείαν.

* Ligea. Symphoniaca, s. Hyoscyamus. Apul. de Herbis c. 4.

* Λυϊσθῆ. Smilax aspera. Append. Dioscor. iv. 144. [p. 472.]

Λωτός. Species quædam Lilii aquatici in Ægypto, cujus veterum permulti meminere, Herod. ii. 92. iv. 177. Theophr. H. Pl. iv. 10. Dioscor. iv. 114.[2] Plin. xiii. 17. Tzetzes Chil. vi. Hist. 714. Ex recentioribus videri possunt Prosper Alpinus de Pl. Æg. c. xxxiv. Spanh. de Usu Numism. p. 257,8. ed. Belgic., Gisb. Cuperus in Harpocrate p. 14. 19. 20., et præ ceteris auctor Dissert. perelegantis de Monumentis variis, in quibus plantæ cernuntur, quas Antiquarii fere omnes pro Loto habent. Legitur ea in l'Hist. de l'Acad. des Inscript. T. iii. p. 181 et suiv. V. inprimis p. 182,3. 185,6.[3] De nomine vix aliquid certi dicere licet, cum pluribus plantis, quin

[1] Sententiam Jabl. de prima orig. Labyrinthi Æg. atque de etymologia nominis, alii expendant. Prudenter Etym. M. vocabuli originem nullam dedit, exemplum cuj. H. Steph. secutus est, in Ind. Thes. L. Gr. p. 1336. Suid. Labyrinthum dictum ait παρὰ τὸ λαβεῖν θύραν, quam etymologiam ineptam esse et merito explodendam pronunciat Kusterus. Eandem tamen ac similes haud meliores repetiere Guyetus ad Hesych. v. Λάβιρος, M. Martinius in Lex. Etym., Facciolatus et Forcellinus in Lat. Lex. Lennepius in Etym. L. Gr., plures alii. Isthusmodi notationes verborum non male dicas ἀγκύλους λόγους καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους, ut utar verbis Luciani t. ii. Opp. p. 817. De Labyrintho autem Æg., præter recentiores, qui iter suum in Ægyptum descripsere, consulantur Is. Vossius ad Melam i. 9. Wesseling. ad Diod. S. t. i. p. 71., et ad Herod. ii. 148., Banier dans l'Histoire de l'Académie R. des Inscript. et Belles Lettres, t. v. p. 245—250., Com. de Caylus dans les Mém. de la même Acad. t. xxiii. p. 288. et suiv., et Gibert in iisdem Commentt. t. xxviii. p. 225—245. Poterit inde excursus Jabl. de Labyrintho Æg. illustrari, augeri, emendari.

[2] Addatur Plut. de I. et Os. c. xi. nisi illic pro ἐκ λωτοῦ legendum censeas ἐξ ἰλύος, ex luto, quod vult Squire p. 27,8. Meminit sæpius λωτοῦ Strabo, iii. p. 237. xvii. p. 1185. 1191. Diod. S. i. 34., Λωτός τε γὰρ φύεται πολύς, ἐξ οὗ καὶ κατασκευάζουσιν ἄρτους οἱ κατ' Αἴγυπτον, iterum c. 43. Notabilis valde locus est Athenæi, sive potius ipsius Epitomatoris, iii. p. 287. ed. nov.: Γίνεται δὲ οὕτως ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ ἄνθος στεφανωτικόν· καλοῦσι δ' Αἰγύπτιοι μὲν αὐτὸ Λωτόν· Ναυκρατῖται δὲ οἱ ἐμοί, λέγει οὗτος ὁ Ἀθήναιος, Μελίλωτον. Ad quæ verba cf. Schweigh. p. 4, 5., sed et Salmasii Exerc. Plin. p. 679.

[3] Præter alios plures, quos numerare longum sit et inutile, de Loto Æg. dabunt alia scriptores veteres ac recentiores, laudati a Boddaert. et Tydeman. in notis ad Itinera Shawii t. i. p. 396., qui et ipse adeundus p. 239,40. Unum tamen adjungam Salmas. in Exerc. Plin. p. 628. sqq., p. 685. sqq., p. 728. sqq., de Homon. Hyles Iatr. p. 1, 2. 6. et in proleg. p. 22.; cuj. observata eo maxime pertinent, ne arbores ac plantæ, nomine Loti dictæ omnes, et tamen diversæ, permutentur. Quæ quidem observatio magnum nobis præstat usum in recta scriptorum antiquorum interpretatione, corrigendisque erroribus recentioribus.

et arboribus, commune fuerit. Disquis. hanc aliis igitur relinquimus.

[*Λωτὸς, οῦ, ὁ*, Lotus: a Theophr. H. Pl. vii. 14. numeratur inter ea quæ *ἐν πλείοσιν ἰδέαις ἐστὶ καὶ σχεδὸν οἷον ὁμωνύμοις*: multas enim huj. esse species ait, quæ et folio et caule et flore et fructu differant. De prima specie v. eum iv. 4. et Plin. xiii. 17. ubi celtin vocari tradit. Huj. fructus magnitudine fabæ est, colore croci, densus in ramis myrti modo nascens: tam dulci ap. Afros cibo, ut nom. etiam genti terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ: quemadmodum sane ap. Hom. Od. ι. (94.) sociorum Ulyssis *ὅστις λωτοῖο φάγοι μελιηδέα καρπὸν, Οὐκετ' ἀπαγγεῖλαι πάλιν ἤθελεν οὐδὲ νέεσθαι· Ἀλλ' αὐτοῦ βούλοντο μετ' ἀνδράσι Λωτοφάγοισι Λωτὸν ἐρεπτόμενοι μενέμεν, νόστου τε λαθέσθαι.* (unde proverbio *λωτὸν φαγεῖν*, lotum comedisse, dicitur is qui exteræ regionis dulcedine captus patriæ obliviscitur) Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso: baccæque contusæ cum alica ad cibos doliis conduntur: quin et exercitus pastos eo tradunt, ultro citroque commeantes per Africam. Hæc fere Plin. l. c., et Athen. xiv. (651.) e Polybio, consentiens cum Plin. quod ad fructum attinet, non quod ad arborem. Sed et fabam Gr. Romæ a suavitate fructus sylvestris quidem, sed cerasorum pene natura, loton appellarunt. Auctor idem Plin. xvi. 30. ubi descriptionem ej. prolixiorem vide. Est eod. nomine in Æg. caulis in palustrium genere: recedentibus enim aquis Nili riguis, provenit similis fabæ, caule foliisque densa congerie stipatis, brevioribus tantum gracilioribusque: cui fructus in capite, papaveri similis incisuris omnique alio modo: intus grana, ceu milium: incolæ capita in acervis putrefaciunt: mox separant lavando, et siccata tundunt, eoque pane utuntur. Auctor idem Plin. xiii. 17. et Theophr. H. Pl. iv. 10.: necnon Herod. l. ii. p. 77. c. 92., (qui et superioris loti meminit l. iv. p. 176. c. 177. palmeam dulcedinem ei tribuens, et vinum inde confici dicens.) Athen. vero init. l. iii. scribit *ἐκ τῶν κιβωρίων* nasci et florem coronarium, quem Ægyptii *λωτὸν* appellent, Naucratitæ vero *μελίλωτον*: unde *μελιλωτίνους στεφάνους* vocari, admodum odoratos et in æstu maxime refrigerantes. Alioqui *λωτὸς* et ex herbarum genere est. Duæ ej. species: una, *ἥμερος*, quam *τρίφυλλον* appellant nonnulli, *φυομένη ἐν παραδείσοις*: altera *λωτὸς ἄγριος* dicitur, alio nom. *λίβυος*, quod in Libya, ut plurimum proveniat, folio similis *λωτῷ τῷ τριφύλλῳ τῷ ἐν χορτοκοπείοις γεννωμένῳ*, semine fœni græci, sed multo minore: id *φαρμακῶδες ἐν τῇ γεύσει.* Auctor Diosc. l. iii. c. 111 et 112. Item Plin. xxii. 21. Loton (inquit) qui arborem putant tantum esse, vel Hom. auctore coargui possunt: is enim inter herbas subnascentes deorum voluptati, loton primam nominavit: nimirum Il. ξ. (347.) de Jove et Junone canens, *Τοῖσι δ' ὑπὸ χθὼν δῖα φύεν νεοθηλέα ποίην, Λωτόν τ' ἐρσήεντα ἰδὲ κρόκον ἠδ' ὑάκινθον.* Quin et inter equorum pabula *λωτὸν* commemorat idem poeta Il. β. (775.) *ἵπποι δὲ παρ' ἅρμασιν οἷσιν ἕκαστος Λωτὸν ἐρεπτόμενοι ἐλεόθρεπτόν τε σέλινον.* Et Od. δ. (601.) Telemachus cum inter alia munera a Menelao accepisset equos etiam, hos ei reddit, dicens Ithacam suam pratis carere, ipsum vero *πεδίοιο ἀνάσσειν Εὐρέος, ᾧ ἐνὶ μὲν λωτὸς πολὺς, ἐν δὲ κύπειρον, Πυροί τε ζειαί τ' ἠδ'* (ζ. *τε ἰδ'*) *εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν.* Redeo nunc ad lotum arborem, de qua primo loco dixi. Lignum ej. colore nigro est, cariem vetustatemque non sentit: ad tibiarum cantus expetitur: e radice vero cultellis capuli fiunt, auctore Plin. Sane pro ipsa tibia inde confecta ponitur frequenter a poetis, [Simpliciter *λωτὸς*, pro tibia, vel fistula. Hesych. *Λωτός· αὐλός.* Eurip. Alcest. 356. Herc. Fur. 684. *Λίβυν αὐλὸν*, pro quo Helen. 169. *τὸν Λίβυν λωτὸν*, Iph. A. 1036. *διὰ λωτοῦ Λίβυος*, Troad. 544. *Λίβυς τε λωτός*: inde Hesych. *Λίβυς τε λωτός· ὁ ἀπὸ Λιβύης αὐλός.* Alio modo explicat Athen. xiv. p. 618. B. *Λίβυν δὲ τὸν αὐλὸν προσαγορεύουσιν οἱ ποιηταὶ, φησὶ Δοῦρις ἐν δευτέρῳ τῶν περὶ Ἀγαθοκλέα, ἐπειδὴ Σειρίτης, ὃς δοκεῖ πρῶτον εὑρεῖν τὴν αὐλητικὴν, Λίβυς ἦν τῶν Νομάδων, ὃς καὶ κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος.* "Tibias Phryges invenerunt Olympus et Marsyas, Plin. et Clem. Alex. Sirites hic non tibias reperit, sed viam excogitavit inflandi arte tibias: adi ad Jul. Poll. iv. 10. (78.) Atque hic Sirites *κατηύλησε τὰ μητρῷα πρῶτος*, i. e. primus ad Matris Deum sacra tibiam adhibuit." Casaub. "Modorum Olympi et Marsyæ meminit Pollux iv. 78.: Siritæ mentionem nusquam facit, nec Pollux, nec alius (quod sciam) scriptor præter Durin, e quo ista retulit Athen." Schweigh. A *λωτὸς, αὐλὸς*, venit verb. * *Λωτῶ.* Zonaras p. 1326. *Λωτῶ· τὸ αὐλῶ.*] Suidas *λωτοὺς* scribit vocari *ἐπιθαλαμίους τινὰς αὐλοὺς*, hæc ex Epigr. (Anthol. Gr. Meleag. 125.) afferens exempla, *λωτοὶ Ἄχευν, καὶ θαλάμων ἐπλαταγεῦντο θύραι.* Et rursum (Meleag. 125.) *Ἄρτι γὰρ ἑσπέριοι νύμφας ἐπὶ δικλίσιν ἄχευν Λωτοί.* Item (Anthol. Gr. Philip. 79.) *Ἄρτι μὲν ἐν θαλάμοις Νικιππίδος ἡδὺς ἐπήχει Λωτὸς, καὶ γαμικοῖς ὕμνος ἔχαιρε κρότοις.* Affert et *διδύμους λωτοὺς κεροβόας.* (Anthol. Gr. Philip. 6.) Sic ap. Athen. l. 4. (p. 175.) ex Sophrone de nabla, *Ὦ λωτὸς ἐν πλευροῖσιν ἄψυχος παγὶς Ἔμπνουν ἀνίει μοῦσαν.* [Casaub. cum Dalecampio *παγεὶς*, pro *παγὶς*, scribi jussit.] Quanquam sunt nonnulli qui *λοτὸς* scribant per ŏ cum pro tibia usurpatur, ut supra docui. Venio nunc ad composita et cetera derivata. A loto arbore dulcissimi fructus ferace, dicuntur *Λωτοφάγοι* populi quidam, Latinis itidem Lotophagi, ex eo quod loti fructu victitent: de quibus Hom. Od. ι. (l. c.) Herod. iv. p. 176. (c. 177.) Pl. v. 4.: a quo c. 7. et Lotophagitis insula memoratur. Sed et Strabo l. ult. (834.) *Λωτοφάγων* meminit et *σύρτεως Λωτοφαγίτιδος*: loton indicans herbam esse et radicem qua gustata potu non indigeant. Inde et *Λώτινος*, Lotinus, Qui e loto est: ut *λώτινον ξύλον* ap. Theophr. H. Pl. l. v. et l. iv. c. 3. Sic Athen. iv. (p. 175.) *λωτίνους αὐλοὺς* vocari scribit qui *κατασκευάζονται ἐκ τοῦ καλουμένου λωτοῦ*, ab Alexandrinis dictos *φώτιγγας*: ubi itidem subjungit lotum esse lignum in Africa nascens. [Inde Hesych. *Λώτινος αὐλός· ἐκ λωτίνου ξύλου.* Theocr. 24. 45. *μέγα λώτινον ἔργον.*] Quidam et *λωτίνας ἀηδόνας* vocavit hosce *λωτίνους αὐλοὺς*, quasi luscinias e loto confectas: luscinias appellans ob cantus suavitatem. [Hesych. *Λωτίνας ἀηδόνας· τοὺς αὐλούς: Ἀηδόνα· καὶ τοὺς αὐλοὺς δὲ λωτίνας ἀηδόνας που ἔφη* (Euripides.)] Item *Λωτόεις, εντος, ὁ*, Loti ferax, Loto abundans. Ex huj. accusativo *λωτόεντα* Attice contracto in *λωτοῦντα*, Hom. fecit Ionicum *Λωτεῦντα*, Il. μ. (282.) canens, *Ὑψηλῶν ὀρέων κορυφὰς καὶ πρώονας ἄκρους Καὶ πεδία λωτεῦντα, καὶ ἀνδρῶν πίονα ἔργα*, campos loti trifolii feraces: *λωτὸν ἔχοντα πεδία*, Hes., qui et generalius exp. *ἀνθοῦντα*: itidemque *Λῶτα* attulerat pro *ἄνθη*, Flores: ac *λωτὸν* esse dixerat proprie *τὸ ἐν ταῖς λιβάσι φυόμενον*, ac *πᾶν ἄνθος.*[1] Ad hæc *Λωτία* sive *Λωτίη*, Suidæ *στέφανος ἐκ λωτῶν*, Sertum e loto. Et verb. *Λωτίζω*, significans Lotum carpo. Hes. *λωτίζειν* exp. non solum *ἀπανθίζεσθαι*, sed etiam *ἀπολλύειν*: a quarum significationum priore est verbale *Λώτισμα*, quod exp. *οἱ πρῶτοι καὶ ἐκλεκτοί.* [Zonaras p. 1326. *Λώτισμα· ἀπάνθημα* (*ἀπάνθισμα*). Verb. *λωτίζω* usurpavit Æschylus Suppl. 970. *Τούτων τὰ λῷστα καὶ τὰ θυμηδέστατα Πάρεστι λωτίσασθε*: ubi Schutz. "*Λωτίζειν* et *ἐκλωτίζειν* ab Hes. explicatur per *ἀπανθεῖν*, florem decerpere, unde vocab. ad universam eligendi s. optima quævis eligendi notionem deflexit." Sed in Hes. non est *ἀπανθεῖν*, quod notat florem amittere, sed *ἀπανθίζειν*, florem decerpere. "*Ἀπολωτίζω* ex Eur. (Iphig. Aul. 793.) affertur pro traho, distraho, separo," H. St. Euripidis locus est: *Τίς ἄρα μ' εὐπλοκάμους κόμας, Ἔρυμα δακρυόεντ' ἀνύσας Πατρίδος οὐλομένας, ἀπολωτιεῖ*; Suppl. 459. *Ὅταν τις, ὡς λειμῶνος ἠρινοῦ στάχυν, Τόλμας ἀφαιρῇ, κἀπολωτίζῃ νέους*, ubi Barnesius optime: "*Ἀπολωτίζω*, proprie lotum curiosius carpo, hinc quodvis gramen aut florem, et figurate selectiores homines neci demeto." Verb. *λωτίζω* in eodem metaphorico sensu aliquando usurpatum esse, ex Hes. glossa patet: *Λωτίζειν· ἀπολλύειν*, ubi Heinsius et Abreschius legunt *ἀπολαύειν*, sed nihil est mutandum. * *Ἐκλωτίζω*, quod omisit H. St., servavit

[1] [Schol. Ven. ad Hom. *Ἀρίσταρχος διὰ τοῦ ευ, λωτεῦντα*: quod veteres contractum e *λωτόεντα* volunt, a *λωτόεις*, alii e *λωτίοντα*, quasi a verbo *λωτίω*, quod esset, lotum et herbas profero. Apollon. Lex. Homer. *Λωτεῦντα· ἔνιοι μὲν ἓν καθ' ἓν ἀπέδοσαν, ἀνθοῦντα· δεῖ δὲ ποιεῖν ὡς ἴσα λωτόεντα, λωτὸν ἔχοντα· ὡσεὶ ἔλεγε πυροῦντα, πυρὸν ἔχοντα.* Cf. Zonaræ Lex. p. 1326. Sed verbum *λωτίω* extat in corrupta Hes. glossa: *Λωτιῶσι δὲ πάχνῃ· ἄνθη ποιοῦσιν αἰσχρότητος.* Codex Hesych. Marcianus, teste Schow, habet: *Λωτιῶσι δὲ, πάχνη, ἀνθεῖ κ.* Legendum: *Λωτιῶσι δὲ πάχνῃ*, prata canis albicant pruinis, ut cum Horatio loquamur, Od. 1. 4. 4.; lotos enim Nymphæa candidum exhibet colorem. Ut *ἀνθίζω, ἀνθίω*, ita *λωτίζω, λωτίω.* Hes. *Πάχνη· ἡ λεπτὴ χιών, ἢ παχεῖα δρόσος.* Sed fortasse verius scribit Toupius Emendd. in Hes. iv. p. 122. *Λωτιῶσι δὲ τ' αἶσχη*, ut Hes. *αἶσχη* explicet per vocem *αἰσχρότητος.* Edd.]

Hesych. Ἐκλωτίζεται· ἐξανθίζεται, Ἀχαιὸς Οἰδίποδι. Ἐξελώτισεν· ἀπήνθισεν. Verbale λώτισμα, Eurip. Helen. 1609. Τί μέλλετ' ὦ γῆς Ἑλλάδος λωτίσματα: hinc Hesych. loco ab H. St. adducto.] At Λωτόβοσκον φῦλον, idem a nonnullis vocari scribit Ægyptios, ab aliis Thraces, ab aliis Scythas: proculdubio quod loti pastu victitent, ut οἱ Λωτοφάγοι. [" Nymphææ Æg. semine, caule, ac radice vescebantur Ægyptii, haud secus ac lotophagi suo loto, ex quo λωτόβοσκον φῦλον ap. veterem poetam quidam etiam de Æg. interpretati sunt." Salmas. in Solin. p. 683. Zonaras p. 1325. Λωτοβοσκός· ἡ Θράκη, ἡ Αἴγυπτος.] Est et Lotometra (inquit Plin. xxii. 21.) quæ fit ex loto sata, ex cuj. semine, simili milio, fiunt panes in Æg. a pastoribus, maxime aqua vel lacte subacto. Λώταξ autem, quod in v. l. redditur Latro, Qui turpiter vitam agit: item Voluptuarius, Unguentis delibutus: interpret. potius Tibicen, a λωτὸς, quo signif. Tibia, ut Eust. tradit quosdam per ο μικρὸν scribere λοτὸν, τὸν αὐλὸν, unde λόταγα dici τὸν αὐλητήν. H. St.

[Eustath. ad Il. B. p. 344.: Λωτὸς δὲ νῦν, οὐχ οἷος ἐν Ὀδυσσείᾳ ὁ γλυκὺς, καὶ ἀνθρώπων ἐπαγωγός· βοτάνη δὲ λειμωνειὰς, ἵπποις εὐπρόσιτος· καὶ οὗτος μὲν ὁ λωτὸς, καθὰ καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ, διὰ τοῦ ω μεγάλου ἔχει τὴν ἄρχουσαν· ὁ δέ γε διὰ τοῦ ο μικροῦ, ὁποῖος ὁ δηλούμενος ἐν τῷ, Λοτοῦ κατὰ πνεύματα μέλπει, συστέλλει τὴν ἄρχουσαν παρά τισι, καὶ δηλοῖ καλαμίσκον τινά· ἐξ οὗ καὶ λόταξ, λόταγος, ὁ περὶ τοιοῦτον λοτὸν πονούμενος. Zonaras p. 1324.: Λώταξ· ὁ λῃστής· ἢ ὁ πόρνος· ἢ ὁ μύρα ἀλειφόμενος· ἢ ὁ καταδαπανῶν ἐν τοῖς αἰσχροῖς τὸν βίον αὐτοῦ, ὡς ὁ πόρνος, καὶ ὁ ἀνδρόγυνος· ἢ ὁ αὐλητής. Ap. Chrysostom. Homil. xiii. in Epist. ad Ephes. λώταξ est Mendicus, notante Meursio Gloss. Gr. Barb., et Suicero Thes. Eccles.: Οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς προσαιτοῦντας, οὓς Λώταγας ἡμῖν ἔθος καλεῖν, πῶς πεῤῥάασι, πῶς καὶ αὐτοὺς ἐλεοῦμεν; Edd.

[Hesych.: Λωτὸν τερενογλῶττες· χόρτος γλυκὺς, ὅθεν αἱ γλωσσίδες τῶν αὐλῶν, ubi Salmas. τερενογλῶττες, Is. Voss. Λωτὸς Τρωγλοδύτης, herba lotos ap. Troglodytas. Cod. Hesych. Marcianus, teste Schow, habet: Λώτο. τερεῶτες, χ. Edd.

[* Λωτοφόρος, ὁ, ἡ, (λωτὸν φέρων), loti ferax. (Hac voce caret Schneid. Lex.) Auctor Metallicorum, Athen. xv. 685. Ἐν λειμῶνι λωτοφόρῳ. Steph. B., Λωτοφόρος χώρα. Edd.

[* Λωτοτρόφος, ὁ, ἡ, (λωτὸν τρέφων), lotum alens s. producens. Eurip. Phœn. 1587. Pors. Λωτοτρόφον κατὰ λείμακα. Edd.

[Sprengelius Hist. Rei Herb. p. 26. scribit: " Trifolii species, quænam sit, quæ λωτοῦ nomine Homero (Il. ii. 778. Od. xii. 283.) pabulum equorum fuit, in contentione est." Iterum p. 184. " Lotus corniculatus, λωτὸς ἥμερος (ap. Dioscor.) iv. 111.; Lotus rectus, ἄγριος λιβυκὸς λωτὸς, iv. 112. Sed L. Dioscoridis huc pertinere non videtur, quum et patria Libya et altitudo duos cubitos excedens contradicant. Hæc forte λωτὸς ἀνδρομήκης, Diod. Sic. iii. 43., quam Agatharcides in Arabia invenit, quamque cum medica herba et agrostide comparat." Iterum p. 143. " Zizyphus paliurus, Virg. Ecl. v. 40. [loco ab H. Steph. infra adducto]: Zizyphus Lotus, Diospyros Lotus (genus haud unum, Georg. ii. 84.): Lotus vero corniculata, ovibus grata, Georg. iii. 394." Iterum p. 89. " Diospyros Lotus, διοσπυρὸς, Theophr. H. P. iii. 13., cum ceraso comparatur." Iterum p. 83. " Zizyphus paliurus, παλίουρος, Theophr. H. P. iv. 3.: cf. Anguillara p. 54.: Zizyphus Lotus, λωτὸς λιβυκὸς, id. ibid. iv. 3. Sed celtin australem simul describit, ut Anguillara p. 74. s. recte observat." Iterum p. 22. " Zizyphus Lotus (λωτὸς) cuj. ἄνθινον εἶδαρ (fructum florentem) Ulyssis comites hactenus ceperunt, ut ipsorum patriæ obliviscerentur, Od. ix. 83., eadem arbor est, cuj. fructus in Barbaria Fontanesius nostris temporibus gustavit. Cf. Antiqq. bot. p. 51." Iterum p. 29. " Ægyptiorum monumenta lotum mythicam frequentissime habent. Est ea Nelumbium speciosum Willd. s. cyamus Smith., sacra Ægyptiis planta, quod elegantissima foliorum rotundorum forma, pulcherrimus flos et mysticus ortus quotidianus e Nili undis ad divinam naturam spectare videretur. Isis ipsa loti folio coronata conspicitur (Pocock's Reise, 1 tab. 60, 61.) E loto Osiris ortus, in foliis loti tanquam in navigiis natare dii veteres dicebantur. Harpocrates loto insidebat: in ipsis numismatibus Ptolemæorum ea planta occurrit (cf. Antiq. meas botan. p. 56.) Fructus edebantur (κύαμος αἰγύπτιος), sed, sacerdotibus et Pythagoricis, eorum æmulis, interdictum putabatur, ne fabis his vescerentur (Cic. Divin. i. 30. cf. Smith's Exot. Bot. n. 7. tab. 31, 32.)." Edd.

[In Sprengelii Diss. de Lotis Veterum (v. Sprengelii Antiqq. botan.) nulla facta est mentio lotometræ, de qua H. Steph. supra Plinii locum adduxit, et de qua erudite disputavit Salmas. in Solin. p. 687., et Prolegom. in Libr. de Hom. Hyl. Iatr. p. 22. Herbarium vetus, quod sub Apuleii nomine vulgatur, nymphæam a quibusdam lotometram vocari adnotat: ' Nymphæa Græce, cacabon, lotometram, rhopalon.' Ita prorsus scribendum ex antiq. Cod., qui habet Lothonietram. Non omnis Nymphæa dicta lotometra, sed ea tantum, quæ in Æg. nascitur. Λωτόμητρα, h. e. præcipua lotus, vel lotorum omnium mater: sic ὀρτυγόμητρα Hesych. ὄρτυξ ὑπερμεγέθης exponitur: ita et echinometræ majores sunt echini. Et sane nulla est herba loto nomine appellata, quæ loto Ægyptio magnitudine sit conferenda. Hoc voc. λωτόμητρα in Schneideri Lex. non invenitur. Edd.

[Est nomen loti ap. recentiores scriptores, * γλυκυκάλαμον, de quo silet H. Steph., ut et Schneiderus, et de quo Sprengelius, nec in Antiqq. Botan., nec in Rei Herb. Historia, egit. Vox ipsa γλυκυκάλαμον non reperitur in H. Steph. Thes., nec in Schneid. Lex., quanquam H. Steph. sæpe alias in Thes. suo testimonium adhibet Nic. Myrepsi, in cuj. lib. hoc voc. occurrit, (vide Thes. v. κωνίφιον). De hoc scriptore sic loquitur Sprengel. Hist. Rei Herb. p. 217. " Ultimus fere Gr. medicorum, Nicolaus Myrepsicus" [quem H. Steph. et Salmas. Myrepsum vocant,] " longe plura medicamina ex Arabibus potissimum corrasit, quam majores ipsius cognoverant: vixisse autem seculo decimo tertio alibi (Hist. Med. ii. 321.) docui." V. Salmas. in Solin. p. 918. f., et de Hom. Hyl. Iatr. p. 6. Scribitur et γλυκυκάλαμον, et γλυκοκάλαμον: prius illud Salmas. præferre videtur. Scribitur quoque γλυκυκαλαμών. (Voc. * καλαμὼν non agnoscit H. Steph. Thes.: habent tamen Glossæ Labbeanæ, " Καλαμών· harundinetum."). Zonaras p. 1324.: Λωτός· τὸ γλυκοκάλαμον. Edd.

[Alio nomine ap. Græcos λωτὸς appellabatur * λίβυον, (male λίβυος ap. H. St. l. c.) quod in Libya nasceretur, ut τὸ Μήδιον dictum est, quod a Medis venisset; τὸ Σκύθιον, herba quæ a Scythis; τὸ Πέρσιον, quod a Persis, malum nempe Persicum; τὸ Λύκιον, spinæ genus in Lycia nascens. Cf. Salmas. in Solin. p. 173, b. Dioscor. iv. 112.: Λωτὸς ἄγριος· οἱ δὲ λίβυον καλοῦσι· φύεται μὲν πλεῖστος ἐν Λιβύῃ. Voc. λίβυον, quod H. St. obiter tantum notat in v. Λωτὸς, et in proprio Thesauri loco prorsus omisit, in Schneideri Lex. non invenitur. Edd.

[" Athenæo Naucratitæ credere possumus, eandem rursus plantam, quam alii loton vocabant, a Naucratitis meliloton solitam esse appellari;" notante Schweigh. Athen. iii. 2. ex Epitome: Γίνεται δὲ ὄντως ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ ἄνθος στεφανωτικόν· καλοῦσι δ' Αἰγύπτιοι μὲν αὐτὸ λωτόν· Ναυκρατῖται δὲ οἱ ἐμοὶ, λέγει οὗτος ὁ Ἀθηναῖος, μελίλωτον. " Confundi ab Athenæo loton, quæ nymphææ species est, cum faba Ægyptiaca, monuere Bodæus p. 440, et Salmas. p. 686. et 689." Schweigh. " Naucratitæ videntur μελίλωτον appellasse, quem alii Ægyptii λωτὸν, propter melleum saporem, qui ex caule ej. ac radice deprehenditur, dum manduntur: Herodotus de loto, ἡ δὲ ῥίζα ἐγλύσσει: multum diversum illud μελίλωτον Æg. a meliloto Græcanico, quem sertæ campanulæ nomine vocarunt Latini." Salmas. in Solin. p. 686. Edd.

[Notanda sunt verba Photii v. λωτός: Λωτός· βοτάνη εὐώδης, ἣν ἔνιοι μυρόλωτον καλοῦσι. Eadem verba occurrunt ap. Suidam et Phavor. et Zonaram, (ubi Cod. A. μυράλωτον.) Corrupte legitur μυρόλυτρον in Cyr. Lex. MS., teste Schowio Supplem. ad Edit. Hesychii Albert.: Λωτός· βοτάνη εὔοδμος, ἣν ἔνιοι μυρόλυτρον κικλήσκουσιν. Scholia ad Luciani de Merc. cond. 8. vol. i. p. 664. ed, Reitz.: Τὸν λωτόν· βοτάνη εὐώδης, ἣν ἔνιοι καλοῦσι μυρόλωτον. " Μυρόκωτον V. Hoc Schol. in M. non extat. Utra præstet scriptura nescio, ait M. du S. Sed ego nescio cur dubitet ille, nam cum λωτὸς i. e. lotus herba et arbor sit nomine notissima, licet de generibus ejus controversia sit (vid. Matthiol. ad Dioscor. p. 157. et Salmas. de Hom. Hyl. Iatr. p. 6.), λωκὸς vero ap. rei herbariæ scriptores non inveniatur, mihi dubium non est μυρόλωτον verum esse, etsi compositum hoc non invenio inter lotos, est tamen τὸ μύρο alibi usitatum, ut myrobalanus." Reitzius. Voc. * μυρόλωτος nec H. St. Thes. nec Schneideri Lex. agnoscit. G. Burgesius (*Classical*

Journ. No. xviii. p. 300.) legit *μελίλωτος*: an recte, alii viderint. Edd.

[*Λωτὸς*, Herod. auctore, est vox Æg.: *Φύεται ἐν τῷ ὕδατι κρίνεα πολλὰ, τὰ Αἰγύπτιοι καλοῦσι λωτόν*. Edd.

[Lotus utraque, sativa et sylvestris, ob foliorum similitudinem, trifolium dicta est. V. Geoponica ii. 4. et 5., ibique Niclasii notas. Glossæ Labbeanæ: "Trifolium. *λωτὸς, τρίφυλλον*. S. *Λωτὸς, ὁ χόρτος*. C. *Τρίφυλλον*. E." "Trifolium pratense audit quoque lotus. Dioscor. iv. 112. lotum ait sylvestrem folia habere *λωτῷ τριφύλλῳ, τῷ ἐν χορτοκοπείοις γεννωμένῳ*, similia. Ib. c. 113. cytisum comparat *λωτῷ τριφύλλῳ*. Hesych.: *Λωτός· καὶ δένδρον, καὶ πόαν, κυρίως δὲ, τὸ ἐν ταῖς λιβάσι φυόμενον*, i. e. trifolium pratense." Niclas ad Geopon. ii. 5. Idem ibid. "Medica, saltem Medicæ species, lotus vocatur. Hesych.: *Μηδικὴ πόα· ἡ τρίφυλλος· οἱ δὲ, λωτὸν κτήνεσιν ἁρμόζοντα*." Atqui *τρίφυλλον*, et *πόα Μηδικὴ*, et *λωτὸς* inter se differunt, ut ostendit Salmas. in Solin. p. 172., quem vide. Edd.

[Restat ut aliquid de Alexandrinorum connaro Agathoclis dicamus, et de simili arbore paliuro. "Athen. (xiv. p. 649.) jungit connaros et paliuros tanquam similes et congeneres fructus. Ita Theophr. *λωτὸν* Libycam, s. Cyrenaicam simul cum paliuro commemorat. De paliuro porro loquitur non vulgari Græciæ, sed Africæ peculiari: *ὁ δὲ παλίουρος θαμνωδέστερος τοῦ λωτοῦ, φύλλον δὲ παρόμοιον ἔχει τῷ ἐνταῦθα, τὸν δὲ καρπὸν διάφορον*. *Κόνναρος* igitur et *παλίουρος* similes arbores. Hesych. *Κόνναρον· καρπὸς δένδρου ὁμοίου παλιούρῳ*. At connarus Alexandr. eadem cum Libyca, vel Cyrenaïca loto." Salmas. in Solin. p. 729. "Conuarus, arbor Alexandr., quam prolixe describit Athen. xiv. (p. 649.) ex Agathocle Cyziceno: Hesych. habet *κόνναρον*, innuens esse fructum arboris similis paliuro." H. St. Sed, ut ait Albertius, "*κόνναρον* in accusat. positum, licet explicatio sit in nominat., ut sup. in *βαιτάδα, καλλίπυργον*, etc." Athenæi *κόνναρος* est Sprengelio Hist. Rei Herb. p. 134. zizyphus jujuba. Edd.

[Hesych. *Παλίουρος· τὸ θαμνῶδες δένδρον*. "*Παλίουρος*, paliurus, spinosus frutex, ut Virg. quoque testatus est, canens (Ecl. v. 39.), Carduus et spinis surgit paliurus acutis: vide Theophr. et Dioscor." H. St. Virgilii paliurus Sprengelio Hist. Rei Herb. p. 143. est zizyphus paliurus. Spinæ et rubi genus est, inquit Plin. xxiv. 13. Hinc apparet Servii lapsus, qui ad Virg. l. c. ait, Paliurus herba est asperrima et spinosa; notante Gesnero Thes. L. L. Glossæ Labbeanæ: *Παλίουρος· ἡ ἄκανθα*, rubus. Hinc *παλίουρος* audit quoque *ὀξυάκανθος*. "Nam *ὀξυάκανθος* epithetum est omnium arborum, quæ spinulentis fastigiis inhorrescunt: unde et *παλίουρος* Dioscoridi *ὀξυάκανθος*." Salmas. in Solin. p. 675. Geoponica v. 44. e Diophane *περὶ σκευασίας φράγμου*: *Καρπὸς βάτου, καὶ παλιούρου, καὶ ὀξυακάνθης*: ubi Niclas. "Sepium materiem vivarum recenset etiam Artemid. Oneirocr. iv. 59. p. 235. *Ἄκανθαι δὲ καὶ σκόλοπες, καὶ παλίουροι, καὶ βάτοι, καὶ βάλανοι πρὸς μὲν ἀσφάλειαν ἐπιτήδεια ἅπαντα* (i. læta significant somniantibus) *διὰ τὸ εἰς φραγμοὺς γίνεσθαι, καὶ ἕρκη χωρίων*. In his paliuri hortos tuendi munus sibi tanquam proprium vindicant in eleganti Gemmi Epigr. quod est 663. Anthol. Reisk.: *Ἡ παλίουρος ἐγὼ, τρηχὺ ξύλον, οἷος ἐν ἕρκει· Τίς μ' ἄφορον λέξει τὴν φορίμων φύλακα*, quod Salm. in Solin. p. 821. sic vertit: Sum Paliurus ego, quo septum hunc aspicis hortum: Frugiferas servo, sed nihil ipse fero. Unde ap. Nic. Theriac. 868. *ἀρρηχος* audit, *οἱονεὶ περιφράσσουσα, καὶ πρὸς φραγμὸν εὖ πεπρισμένη* (l. *πεπρωμένη*), ut interpretatur Schol. Plura de ea vid. ap. Bod. ad Theophr. p. 265. Cf. etiam Schreber. ad Theocr. 24., 87." Theophrasti paliurus iv. 3. et Dioscoridis i. 121. Sprengelio (Hist. Rei Herb. p. 83. et 162.) est paliurus zizyphus. Diod. Sic. iii. 31. de Troglodytis: *Ποτῷ δ' οἱ μὲν ἰδιῶται συγχρῶνται παλιούρων βρέγματι*. Hesych.: *Παλίουρος· κάδος, ἀντλητήρ*. Edd.

[* *Παλιούρινος, ὁ, ἡ*. Schneiderus affert *ἀμαρτύρως*. Strabo xvi. 776., *Ῥάβδοις παλιουρίνοις δήσαντες*. Edd.

[* *Παλιουροφόρος, ὁ, ἡ, θρίναξ*, Suid. v. *θρίναξ* ex Epigr. Antiphili, Anal. ii. p. 170. no. 4. Kusterus legit * *Παλιουρόροφον*, i. e. paliuro tectum, (ut *χρυσόροφον*, auro tectum) e Cod. Bigot. Toupius, probante Jacobsio, reponit *παλινουρόφορον*, huc et illuc, rursum prorsum, jactatum. Edd.

["Legitur in glossis Hesych.: *Ἁλικάκκαβα· ὁ τῆς λωτοῦ καρπὸς, καὶ πόας εἶδος*. (Etym. M.: *Ἁλικάκκαβα· ὁ τοῦ λωτοῦ καρπός*.) Fructum loti sic vocarunt Græci a similitudine acinorum rubentium, quæ in herba vesicaria appellata nascuntur. Græci *ἁλικάκκαβιν* dixere, et est genus strychni. Hi acini cerasa colore et forma referunt. Hinc loton arborem recentiores Græci *ἀλικακκαβέαν*, vel corruptius *ἀνακακκαβέαν* nuncuparunt. Inde in eorum lexicis hæc mihi lecta: *Λωτός· ἡ τῆλις*: *Λωτός· ἡ ἀνακακκαβεία*. Hæc ultima de arbore sunt accipienda, quæ fructum habet similem halicaccabi, s. vesicariæ acinis coccineis. Talis fructus Cyrenaïcæ loti, rubens, rotundus instar majusculorum cerasorum." Salmas. in Solin. p. 732. "Inde hodieque lotus arbor a Græcis vulgaribus vocatur Cacavia," notante eodem de Homon. Hyl. Iatr. p. 67. a. Glossarium Vetus, sub Apuleii nomine vulgatum: "Nymphæa Græce, Cacabon, Lotometram, Rhopalon." Edd.]

Man. Cibus Israëlitarum in deserto, de quo, primum viso, Israëlitæ dicebant מן הוא, Hoc est Man. Andr. Müllerus, in Gloss. Sacr., vocem putat esse Æg.[1]

["*Μάννα*, sive *Μὰν*, (quorum illud Chald., hoc Hebr. esse volunt) ab Israelitis dictum fuit id quod Deus in deserto roris instar noctu de cœlo mittebat, post solis exortum liquescens. Erat *ὡσεὶ σπέρμα κορίου λευκὸν, τὸ εἶδος αὐτοῦ ὡς εἶδος κρυστάλλου*, i. e. veluti semen coriandri album, crystalli specie: mane id ante solis ortum colligebant, mola aut pistillo in mortario terebant, in olla coquebant, aut ex eo conficiebant *ἐγκρυφίας*, placentas subcineritias: gustu referebat *ἐγκρίδα ἐν μέλιτι*. Certam vero mensuram ej. colligebant, quod in crastinum servari non posset a putrefactione et vermiculatione. Auctor præter Joseph. in Ant. Jud. Moses Exod. c. xvi. et Num. c. xi. V. et Deut. viii. et Jos. v. David Ps. (77.) appellat *ἀγγέλων ἄρτον*, panem angelorum: Nonn. *μελίρρυτον ἄρτον*, a mellea dulcedine. Prædicatur et Arab. quædam *μάννα*, grani itidem formam habens; eodemque modo esse dicitur *μελιτώδης χυλὸς ἐκ τοῦ ἀέρος*, eam ob causam *ἀερομέλιτος* et *δροσομέλιτος* nomine dicta, a Virg. (Georg. iv. 1. Ecl. iv. 30.) Mel aerium, et Roscidum mel: ab Hippocr. *κέδρινον μέλι*, forsan quod cedris insideat,[2] ut Theophr. H. Pl. iii. 9. ex Hesiodi auctoritate scribit, *τῇ δρυῒ τὸν ἐξ ἀέρος μελιτώδη χυμὸν προσιζεῖν*. Galen. sane De Alim. Facult. iii. de melle, tradit magna copia colligi in Libano concussis arboribus: in quo monte crebras esse cedros satis notum est. Corn. Celsus Syriacum mel appellat, quod in Syria maxime proveniat, cuj. regionis mons est supradictus Libanus. V. et Arist. Hist. Anim. v. 22. *περὶ μέλιτος τοῦ πίπτοντος ἐκ τοῦ ἀέρος*. Unde Plin. ii. 12. Venit hoc ex aere, et maxime siderum exortu, præcipueque ipso sirio exsplendescente fit, nec omnino prius Vergiliarum exortu sublucanis temporibus. Itaque tum prima aurora folia arborum melle roscida inveniuntur; ac, si qui matutino sub dio fuere, unctas liquore vestes capillumque concretum sentiunt: sive ille est cœli sudor, sive quædam siderum saliva, sive purgantis se aeris succus. Ap. medicos *μάννα*, sive *μάννη λιβάνου*, vocantur grana seu micæ thuris concussu elisæ. Quum enim thus gestatur, vehiturque, aut quovis

[1] Placuit idem Drusio, Grotio, Polo. Aliis tamen aliter visum est. V. e multis Dathe ac Rosenmullerum ad Ex. xvi. 15., Pfeifferum t. i. Opp. Phil. p. 122., Hackmannum in Præcedaneis Sacr. p. 68—72., Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1517. Notus est omnibus aut esse debet Salmasii comment. de Manna, adjectus Exercit. de Homon. Hyles Iatr. p. 245—254.

[2] [H. Steph., hoc esse mannam putans, fallitur, ut et Castellus, qui in Lex. Medic. sic scribit. "Mel cedrinum Hippocr. dicitur, quod ex cedris roris modo defluit, et coriis super terram extensis, excussisque arboribus in ollas, et fictilia excipitur, meique roscidum, vel aerium vocatur, estque vel ipsa manna, vel huic affine: de Ulcer. ix. 3." Bene scribit Salmasius Comment. de Manna p. 248. "Ab Hippocrate (mannam) *κέδρινον μέλι* aiunt vocari quidam. Nescio an audiendi sint. Per *κέδρινον μέλι* nihil aliud fortasse ille intellexerit præter *κέδρινον ἔλαιον*, quod mellis habeat *σύστασιν*. Fallitur, aut fallit ille Medicus, qui in Definitionibus suis Theophrasti affert testimonium ex l. iii. Hist. c. 9., quo probet *κέδρινον μέλι* dici mel aerium, quod cedris insideat. Nihil quippe de cedris eo capite Theophr., sed de quercu hoc docet. Quicquid sit, non puto Hippocr. meminisse mellis aerii, quod manna est; nec enim Galenus omisisset auctoritate ej. id confirmare, ubi de hoc melle agit. Resinarum aliæ oleo similiores, aliæ melli: *αἱ μὲν ἐλαιώδεις, αἱ δὲ μελιτώδεις*. Talis resina cedri, quam Gr. *κεδρίαν* vocant: ea quippe crassior, *παχεῖα, καὶ διαυγής*. Ideo *κέδρινον μέλι* eam appellat Hippocr. Aliud *κέδρινον ἔλαιον*, quod ex cedria fiebat eo modo, quo narrat Dioscorides, et supra diximus." Edd.]

modo tractatur, multa ex eo fragmenta decidant necesse est, quæ mannam proprie appellant, inquit Galenus. V. eum τῶν κατὰ τόπους iv. et Diosc. i. 74. Sic Plin. xii. 14. de thure, Micas concussu elisas mannam vocamus. Colum. quoque vi. 30. thuris micas dicit: Scribonius Largus sæpe pollinem thuris nominat." H. St.

[" Tribuitur," ut ait Castellus Lex. Medic., " thuris micis concussu elisis, quæ vocantur manna thuris. Gal. l. iv. de C. M. S. L. c. 4. l. 5. de C. M. P. G. c. 2. l. 13. m. m. c. 5. Alibi vero succussio, et pollen, ὑπόσεισμα nuncupatur, de Artic. ii. t. 44. V. Libanotos: quamvis Dioscor. l. i. c. 83. et 84. Mannam Thuris a Polline manifeste distinguat. V. Rhod. ad Scrib. n. 205."

[Voc. * μαννῶδες H. Steph., ut et Schneiderus, omisit. " Μαννῶδες ap. Hippocr. dicitur medicamentum ex thuris polline, aut ej. granis, et micis concussu elisis, adstringens, siccans, et digerens: legitur l. vii. Epid. V. Foes. Œc. p. 396." Castell. Lex. Medic.

[" Mannam Arabes vocant من man, mellis genus aerii, quod in certarum arborum folia e cœlo cadit. Notum est et Hebr. מן, man, quod interpr. dixerunt μάνναν, mannam. Chaldæus מנא, manna. Arabum quoque interpretes illud man, quod pro aerio vel roscido melle sumitur, vocaverunt mannam. Græcis quoque medicis recentioribus, qui Arabes ut plurimum sequuntur, τὸ μάννα, ut Actuario, Charitoni, Joanni Archiatro, et aliis. Sic etiam vocat Suidas ex antiquo auctore. Græcis tamen paulo vetustioribus, qui tamen sic genus mellis etiam novere, nusquam hæc vox usurpatur in hanc significationem, sed δροσόμελι, et ἀερόμελι passim appellant, mel roris et aeris, ut Athenæus (qui Amyntam citat vetustum scriptorem περὶ ἀερομέλιτος disserentem in mansionibus Asiaticis) Galenus, Aëtius, Paulus Ægineta, aliique, de quibus in Exercitatt. Habent quidam, et illi antiqui, μάννας vocabulum usitatum, sed longe alia notione. Exiguas thuris micas sic nominant. Ἡ λιβανωτοῦ μάννα Dioscoridi et aliis, sunt exiguæ thuris micæ s. grana. Μάνναν etiam simpliciter sine adjuncto vocant, et idem intelligunt: ut ap. Trallianum et alios passim legere est. Glossæ veteres: Thuris pollen. μάννα. Thuspolline. μάννα. Ita quidem Lat. dixerunt, quæ Gr. μάννα, improprie ut videtur. Non enim thus in pollinem redactum Gr. vocatur μάννα, sed pusillæ micæ et parva grana. Plinius, de thure: Micas concussu elisas mannam vocamus. Nemo dixerit, pollinem farinæ micas esse. Micæ salis dicuntur, ut micæ thuris. Χόνδροι λιβανωτοῦ, χόνδροι ἁλός. In farre quoque χόνδροι dicti appellantur. Gr. crassiusculis fragminibus molita grana. Unde χονδρίτις σεμίδαλις, crassiore modulo fracta siligo, ἡ παχυμερεστέρα. Dioscor. etiam τὴν μάνναν probat, quæ est ἔγχονδρος, quæ granis ac micis constat: Μάννα δὲ λιβανοῦ δόκιμός ἐστιν ἡ λευκὴ καὶ καθαρὰ, ἔγχονδρος. Quæ in polline esset, ille improbaret: quandoquidem monet eligendam τὴν ἔγχονδρον, quæ in micis consistit. Micæ proprie, quæ de pane excutiuntur parva frustula, dum scinditur aut frangitur; Gr., ψίχες. Glossæ: Micæ. ψίχες. Grammatici interpretantur has, τὰ ἀποπίπτοντα τῶν ἄρτων τεμνομένων. Mica, Gr. μικκὴ, et Dorice μικκά. Diximus alibi. Ita igitur et in thure elisas concussu micas Gr. μάνναν appellavere. Quæ dictio hoc significatu vetustissimis Græcis usurpata, non ambigo, quin descenderit ex illo Chald. manna, a similitudine granorum. Nam manna illa Hebr. et coriandri granis traditur similis, ὡσεὶ σπέρμα κορίου. Manna quoque Arabum in specie quadam, cui nomen trungibin, grana præfert coriandro similia; sed paulo majora, quæ ex arbore spinosa decutiuntur, in qua concreta hærent. Sed et communis manna, quæ ex Calabria ad nos invehitur, granis constat minutis, ut sunt grana mastiches, et interdum crassioribus. Vocant et vulgo mastichinam, mannam ex oriente allatam, nomine indito a similitudine granorum mastiches. Mannam autem thuris, quæ granula sunt ex thuris glebis, dum concutiuntur, elisa, Lat. pollinem thuris ea re vocasse, quod simul cum polline thuris venderentur. Etenim verisimile est, non solum micas, sed etiam minimas quoque thuris particulas, et farinam ipsam pollinemque, diligenter adservari et colligi solita, ut simul venundarentur. Ex minutioribus autem granis resinæ pineæ similitudinem mannæ thuris ἐγχόνδρου ac grumulis constantis, captabant. Thus minutum Lat. dixisse pro hac ipsa manna, alibi notavimus, ut et Gr. λεπτὸν λιβανωτόν." Salmas. Comment. de Manna p. 245. Iterum p. 246. " Mirum est, quod initio dicebam, Græcos μάννας vocabulum, ab orientalibus acceptum, non pro illo melle cœlesti in grumulos concreto id usurpasse, sed pro grumulis thuris. Sed id in omnibus ferme linguis ac nationibus solenne, ut vocabula, quæ ab aliis mutuantur, interim proximo, interim sæpius alieno significatu ponant. Hoc norunt satis linguarum periti. Ceterum quæ res in oriente communis ac frequens fuit, eam ab omni etiam ævo ibi nomen habuisse verisimile est. Hæc manna est Hebr., Chald., et Arab. sic vocata. Res ipsa Græciæ ignota. Nec enim memini proditum, locum uspiam in Græcia reperiri, ubi colligatur. Roscida folia liquore quodam pinguiore sublucanis temporibus decidente, nobis narrant eorum auctores. Id æstate apud nos et in omni Europa, plus aut minus, contingere satis compertum. Meminit et huj. mellis Aristoteles, ex quo apes suum sumere tradit. Nihil hoc ad mannam illam, quæ concrescit in ipsis arboribus, et instar gummi cogitur ac densatur. Eadem tamen est materia. Sed alibi coagulatur, alibi non hoc facit. In aliis locis copiosior decidit, adeo ut colligi possit et adservari; in aliis folia tantum arborum herbarumque pingui succo veluti polita tantum dimittit." Iterum p. 254. " Mannæ nomen de rore cœli etiam ap. Græcos olim usitatum, sed in ore præcipue vulgi. Interpretes veteres τὸ ἄγριον μέλι ap. Matth., quo victitasse in deserto Joannes traditur, ut et locustis, de melle ejusmodi aerio, quod vulgus μάννα vocabat, acceperunt. Suidas ex antiquo auctore v. ἀκρίδες hæc verba ponit: Ἤσθιε δὲ ἀκρίδας ὁ πρόδρομος, καὶ μέλι ἄγριον, ὅπερ ἀπὸ τῶν δένδρων ἐπισυναγόμενον, μάννα τοῖς πολλοῖς προσαγορεύεται." Ibid. p. 254. " Græci medici recentiores μάννα etiam vocarunt, ut alibi docuimus, medullam casiæ catharticæ, quod est χύλισμα siliquæ Ægyptiæ, et quadamtenus dulce est." Idem Salmas. in Solin. p. 924. scribit: " Videri posset Charito medicus μάννα καλάμου Ἰνδικοῦ usurpasse pro medulla casiæ catharticæ, quam junxit cum oxyphœnico s. tamarindo in compositione ἑψήματος, ad solvendam alvum: Καὶ λύσον ἐν αὐτῷ μάννα καλάμου Ἰνδικοῦ ℔ η. καὶ ὀξυφοίνικον καὶ μάννα ἁπλοῦν. Sed mira profecto hæc forent. De saccharo mambu id supra accipiebamus, quod esse manna Indicæ harundinis crediderunt nonnulli veterum. Et quis aliter posset interpretari? Non raro ap. eum occurrit Indicæ mannæ mentio, quæ videtur de saccharo Indico mambu accipienda, quod saccharum mannam esse veteres tradiderunt. Sed ecce alius locus ejusd. Charitonis, quo vinci potest κάλαμον Ἰνδικὸν, et μάννα καλάμου Ἰνδικοῦ pro manna posuisse. Περὶ ἀποβρεγμάτων, in apobrechmate πρὸς δίψαν καὶ ξηρότητα φάρυγος, καὶ τοῦ στόματος ἀπὸ τῆς χολῆς, ita scribit: λαβὼν φύλλα ῥόδων ἐρυθρῶν Γο ε. καὶ ὀξυφοίνικα κεκαθαρισμένα Γο ι. καὶ τὸ μάννα τὸ ἐντὸς τοῦ καλάμου, τοῦ μέλανος, τοῦ Ἰνδικοῦ Γο γ΄. Hæc aliter exponere nequeas nisi de pulpa casiæ purgativæ, quæ intra fistulam nigram habetur. Ἰνδικὸν vocat κάλαμον, quia in India quoque reperitur. Alias nihil prohiberet, et κάλαμον Ἰνδικὸν de canna saccharina intelligere. Idem Charito et Persicæ mannæ meminit: Θὲς ἐν τῷ διυλισθέντι μάννα Περσικὸν, ὀξυφοίνικον, κάλαμον Ἰνδικὸν ἀνὰ ℔ γ΄. Item Indice: Εἰ δὲ οὐχ εὑρεθῇ μάννα τὸ Ἰνδικὸν θὲς ἀντ' αὐτοῦ μάννα τὸ πόον. Mentio ap. eund. et μάννα τοῦ Σικελικοῦ. Quæ videtur esse manna Calabra. At κάλαμος μέλας Ἰνδικὸς, intra quem mannam ait reperiri, fistula est nigra casiæ catharticæ." " Ἀμβλίσιον Suidæ (et Zonaræ) τὸ μάννα. Meminit et verbi ἀμβλίζω, sed non exponit." H. St. EDD.]

Μανέρως. Nomine isthoc, Linum, inclytum Gr. Poetum, celebratum fuisse ab Ægyptiis, auctor est Herod. ii. 79., Ἔστι δὲ Αἰγυπτιστὶ ὁ Λῖνος καλεύμενος Μανέρως. Addit ibidem, ἔφασαν δέ μιν Αἰγύπτιοι τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Αἰγυπτίων [Αἰγύπτου] παῖδα μουνογενέα γενέσθαι. Si vera [1] hic narrat historicus nobilissimus, fuit Maneros filius primi Æg. regis. Is autem, consentientibus omnibus, fuit Menes, quod in notis ad Eratosth. Catal. regum Thebæorum interpretatus sum ⲘⲈⲚⲈϨ, Meneh, i. e. æternum. Et profecto, in Μανέρως levia apparent vestigia nominis Μήνης, vel Μάνης.[2] Adde,

[1] Legendus omnino Wesseling. ad Herodoti locum.
[2] Manerota dictum esse de Mene, vetustissimo illo Æg. rege, non a vero alienum putat Squire ad Plut. de I. et Os. p. 41, 42.

quod in Pentateucho, voce alias rariori ϦⲢⲞϮ, Chroti, dicatur, si recte memini, filius, aut soboles. Unde ⲘⲈⲚⲈϨϦⲢⲞϮ, Menehchroti, exponi posset, filius, aut soboles Menis. Ad hanc expositionem, cui tamen nihil tribuo, manu nos ducit Herod. Forte scriptor ille aliquem consuluit, cui melior vocis illius originatio non suppetebat. At veram esse non judico. Aliter Hes. v. *Μανέρως*: *Τοῦτον φασὶν Αἰγύπτιον* (sc. *ὄντα*) *ὁμολογῆσαι πρῶτον, παρὰ Μάγων* [*Μουσῶν*] *διδαχθέντα, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσιν ἀνὰ στόμα γενέσθαι*. Pro *ὁμολογῆσαι*, quod commodum sensum hic non fundit, legere malim *θεολογῆσαι*. Tum omnia plana, facilia, et perspicua sunt. Sed quis ille Maneros sit, qui, a Magis edoctus et initiatus, primus Theologiam tradidit Ægyptiis, id me latere fateor. Et omnino vereor, ne Hes. hic nobis parum vera persuadere voluerit. Communiorem hanc apud veteres traditionem reperio, Maneros fuisse aliquod cantilenæ genus, ab Ægyptiis in honorem Lini cantillari solitæ. Ita Herod. l. c., Pausan. in Bœot. p. 303, 4., ed. Gr. Wechel. et Athen. xiv. p. 620. Suid. memoriæ prodidit, eandem cantilenam dici etiam *περιμανώς*, in v. *Μανέρως* et *Περιμανώς*. Forsitan per Linum intelligendus venit ille Ægyptius, cuj. Hes. meminit, qui primus Ægyptios Theologiam docuisse perhibetur, etsi haud credam, illum a Magis, Persarum Philosophis, institutum fuisse. Forsitan in verbis Hesych., præter mendum illud, quod sustulimus, aliud etiamnum latet, haud observatum, et cuj. emendationem nunc non tentabo. Forsitan Maneros ille, quia primus Theologiam, certis sine dubio regulis et legibus comprehensam, Ægyptiis tradidit, quod ap. Græcos præstitisse Linus fertur, hanc ob causam a Græcis Lini nomine insignitus fuit. Voluerunt nempe subinnuere, eum fuisse Æg. Linum. Non vero omittendum, quod de re eadem Plut. scriptum reliquit de Is. et Os. p. 357., *Τὸν δὲ ᾀδόμενον Μανέρωτα, πρῶτον εὑρεῖν μουσικὴν ἱστοροῦσιν. ἔνιοι δέ φασιν, ὄνομα μὲν οὐδενὸς εἶναι, διάλεκτον δὲ πίνουσιν ἀνθρώποις, καὶ θαλειάζουσι πρέπουσαν, αἴσιμα τὰ*[1] *τοιαῦτα παρείη. τούτῳ*[2] *γὰρ τῷ Μανέρωτι φραζόμενον ἀναφωνεῖν ἑκάστοτε τοὺς Αἰγυπτίους, κ. τ. λ.* Videtur enim *Μανέρως* fuisse aliquod celeusma, quo omnes ad cantandum et gaudendum excitarentur. Nam

ⲘⲀⲚ̀ⲈⲢϨⲰⲤ, (Manerhos) significat cantate, aut ⲘⲀⲢⲈⲚϨⲰⲒ, (Marenhoi) cantemus, uti in Cantico Mosis Ex. xv. 1. 21. Potest etiam fuisse initium alicuj. cantilenæ, a quo initio tota cantilena *Μανέρως* vocata fuit, quod non infrequens est. Sic Athenis cantilena quædam *Ἁρμόδιος* dici consuevit, quia a celebrando Harmodio incepit. Initium ej. erat, *φίλτατε Ἁρμόδιε οὔτι που τέθνηκας*. V. Suid. v. *Οὐδέ ποτ' ἐγώ*, et *Πάροινος*, et cf. Schol. Aristoph. Acharn. p. 418.[3] Antequam ad alia progrediar, monere visum, me in La Crozianis, manu ej. exaratis, et fidei meæ ab Ill. Jordano quondam creditis, hanc legisse viri doctiss., ad loc. Plutarchi paulo ante a me adductum, observationem: "Filium Regis Bybli, quem Isis terrore interfecit, *Μανέρωτα* Æg. appellant. Eum Isis, ut videtur, lactaverat, inde Æg. ⲘⲀ Ⲛ̀ⲈⲢⲰϮ, Maneroti, cui lac præbetur." V. Herod. ii. p. 117. et Clericum in Hesiod. p. 328. Hæc ille, quæ ego, vel propter famam viri præstantissimi, minime negligenda esse duxi.

[" *Μανέρος*, ap. Æg. est *ᾠδῆς γένος*, genus cantilenæ, a Manero quodam in quem compositum fuit, Athen. xiv. (620.) Ap. Polluc. iv. 7. scriptum *μανέρως*, diciturque esse Æg. agricolarum *ᾆσμα*, at *Μανέρως* extitisse vir *γεωργίας εὑρετής, μουσῶν μαθητής*. Ap. Suid. quoque *μανέρως* scriptum est, qui itidem esse dicit *ᾠδήν τινα* ap. Eubul. in Campylione. Hic vero *Μανέρως* Ægyptiorum primus fertur a magis [Musis] fuisse eruditus, ac propterea omnium ore celebratus, ut refert Clearchus *ἐν τοῖς περὶ παιδείας*." H. St. Suid. *Μανέρως, καὶ Περιμανώς· ὀνόματα ᾠδῆς· Εὔβουλος Καμπυλίωνι*. Eadem verba occurrunt ap. Suid. v. *Περίμανως*, et v. *Ἀνιακκὰς*, quod Suidas interpretatur *ᾠδῆς ὄνομα*: in nota ad h. l. Kusterus monet: "De hoc vocabulo *ἀνιακκὰς* nihil me legisse memini." Vocibus * *περίμανως*, et * *ἀνιακκὰς* carent H. Steph. Thes. et Schneid. Lex. Edd.]

Μαρία. Lacus prope Alexandriam, unius diei itinere ab urbe illa distans. Scriptores eum passim vocant Lacum Mareotin. Strabo xvii. p. 793., *Τῆς λίμνης, τῆς Μαρείας, ἣ καὶ Μαρεῶτις λέγεται*. Qualia habet etiam Steph. Byz. v. *Μάρεια*. Ad q. l. consuli possunt notæ eruditorum virorum. Verum tamen antiquum Paludis illius nomen Æg. est *Μαρία* et *Μαρεία*, cui cognominis erat urbs ad Austrum Paludis sita. A Palude et urbe nomen habuit regio Mareotis: et hoc ipsum nomen postea a Gr. et Romanis, Paludi quoque nonnunquam datur. V. de *Μαρίᾳ* vel *Μαρείᾳ*, Strab. xvii. p. 803., Phil. Jud. in lib. de Vita Contempl. p. 892. Ita et Ptolemæus in Geogr. vi. 5. p. 117. ed. Bert., (etsi sphalmate typographico excusum legas 121.) V. porro Ælian. H. A. vi. 32., Aristid. Rhet., in Ægyptio p. 94. a. ed. Gr. Florent., Athen. i. p. 33., Sozom. Hist. Eccl. i. 14. 17., et Palladii Hist. Lausiac. c. vi. et xvii.[4]

Nemo ambigere potest, quin nomen lacus huj., quippe antiquissimum, originis sit vere Æg. Dictum ego lacum hunc *Μαρίαν* existimo a ⲘⲀϨⲢⲒ, vel cum Ⲟ in fine vocis, Mahri, sive Mahro, quod Ægypti incolis stercus designavit, ex. gr. in vers. Copt. Luc. c. xiii. 8. Hanc autem esse veram[5] nominis Maria rationem, ex iis intelligi potest, quæ Nic. Chr. Radzivilius, Princeps, in Epistolis de peregrinatione sua, de indole lacus huj. memoriæ mandavit.[6] "Aër Alexandriæ a mense Maio usque ad primas autumni pluvias, insalubris et propemodum pestilens est. Nonnulli paludem Mareotidem, seu Aræpoten, quæ uno et dimidio milliari abest a Civitate, causam mali existimant: in quam cum Nilus Sordes omnes, ex agris et campis, qui sunt ab illa Alexandriæ parte, collectas exoneret, multaque veneno-a animalia comportet, — aërem putredine corruptum in Civitatem propellunt (Etesiæ)."

* *Μάρης*. Nomen regis Thebæi in Ægypto, quod ab Eratosth. exponitur *Ἡλιόδωρος*, a sole datus, vel donum solis. Recte omnino et bene. Nam ⲘⲀⲢⲎ, Mare, id ipsum, sermone Æg., plane significat. V. notas nostras in Eratosth. Catal., ap. Vignol. Chronol. Sacr. t. ii. p. 744, 5.

* *Μεθυέρ*. Cognomen Isidis in Ægypto. Plut. de I. et Os. p. 374. ait, nomen hocce compositum esse *ἔκ τε τοῦ πλήρους καὶ τοῦ αἰτίου*[7] ex pleno et causali. Nempe cognomine hoc Sacerdotes subinnuere voluerunt eam, quæ plena est virtutis causalis, vel effectricis, vel, in qua insignis inest facultas agendi et efficiendi. Id ipsum accurate significat et exprimit Æg. ⲘⲈϨⲦⲞⲨⲎⲢ,

[1] Non erat, quare totam hanc dictionem, *Αἴσιμα τὰ τοιαῦτα παρείη*, Fausta hæc nobis adsint, prorsus corruptam opinaretur Xylander, monente Wyttenbachio p. 466., cui tamen pro *τὰ τοιαῦτα* forte legendum videtur *ταῦτα*.

[2] Pro *Τούτῳ* potius *Τοῦτο* scribendum judicavit I. S. Semler, Erleuterung der Egyptischen Alterthümer durch uebersetzung der schrift Plutarchs von der I. und dem O., p. 215. *Τοῦτο* etiam legunt Marklandus, et libri MSS., monente Wyttenbach.

[3] Aristoph. Acharn. v. 977., *Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται*, ubi plura Denglerus, quem, ut et Schol. ac Fl. Christianum, v. ad ejusd. Comici Vesp. v. 1227. sqq. Cum Æg. *Μανέρως* comparatur Maryandenorum, vel Mariandynorum, *Βῶρμος, Βώριμος*, aut quæcunque vera fuerit scribendi ratio, quæ in codd. MSS. variat, ab Athenæo xiv. p. 619., et Polluce iv. 54., ad q. l. plura dabunt interpr., item ad Hes. v. *Βῶρμον*. Qui ad ea aliaque ej. generis attendat animum, non is extemplo, opinor, conjecturam Jabl. fastidiet. Meliora forte et certiora deinde docebimur.

[4] Unus adjungatur Diod. S. i. 68., cum nota Wesselingii.

[5] Jablonskiana sibi assumsit Scholtzius l. c. p. 8. Aliter judicat Forster in Epist. ad J. D. Michaëlis p. 13., observans, lacum Mareæ ante esse nominatum Arapoten, teste Plin. v. 10., utrumque vero illud nomen ex Æg. lingua haustum, cum sit Marea ⲘⲀⲀⲢⲈϨ, Maareh, locus custodiæ, et Arapotea ⲀⲢⲈⲠϨⲞⲦⲠ, Areh phot, custodia occidentis. Non videtur ultimum Ⲡ pronunciatum. Quam conjecturam forte adjuvabit Herod., de Psammeticho rege narrans ii. 30., sub eo *φυλακὰς* esse collocatas adversus Libyam *ἐν Μαρέῃ*.

[6] Leguntur in ipsius Hierosolymitana Peregrinatione, Epist. iii. p. 210. ed. 1601.

[7] Pro *αἰτίου* Marklandus et Squire p. 139, 140., malebant *ἀγαθοῦ*. Vulgatum sanum esse, Wyttenbach. ex Jabl. animadversione patere censuit p. 551.

Meh-tu-er, i. e., plena virtutis causalis et effectricis. Plura videri possunt in Panth. nostro l. iii. c. 5. §. 6.

* *Μεισί.* Serpens. Horapollo Hierogl. i. 59., Τὸ δὲ *ὄνομα τοῦ ὄφεως παρ' Αἰγυπτίοις ἐστὶ Μεισί.* Verum observandum, Æg. non serpentem naturalem voce hac designasse, quod ex Copt. libris unicuique patet; sed serpentem symbolicum vel Hieroglyphicum, plenum nempe atque absolutum, atque ad verum suum principium redeuntem. Id enim sine dubio significabat Æg. serpens in se revolutus, et caudam suam comprehendens, etsi veram symboli huj. rationem Horapollo assecutus minime sit. Ille igitur serpens symbolicus, quatenus annum hieroglyphice innuebat, dicebatur *Μεισί.* Equidem Jos. Scaliger de Emend. Temp. iii. p. 194. verbis Horapollinis mendum subesse conjicit, mavultque pro *Μεισὶ* legere *Νεισὶ*, quia Coptitæ hodieque *τὰς ἐπαγομένας*, quinque dies in fine anni additas, eo nomine designant. In quo ratio virum magnum fefellit. Sed de voce *Νεισὶ*, vel *Νεσὶ*, quam vix Æg. esse crediderim, plura suo loco. Ab ea utique differt vox *Μεισὶ*, quam esse vere Æg. certo scio. Aliquid hic vidit Salmas., qui veram viam ingressus, at non emensus est. Ita enim scribit Epist. lx. ad Golium: "Male ὁ μακαρίτης Scaliger *Μεισὶ* Hori Apollinis cum *Νισὶ* confundit. Serpentem, quo anni revolutionem signabant, qui ore caudam apprehendebat, vocarunt illi *Μεισί*, quod est caudam capiens. Nam Μεὶ (ⲘⲈⲒ) apud illos cauda est. Σὶ (ϬⲒ) in ea lingua significat capere, sumere." Sed vir magnus, qui scientiam ling. Copticæ a limine tantum salutaverat, hic rem acu non tetigit. Quod ad v. ϬⲒ, vel Σι, attinet, eam utique bene interpretatus est capere, vel sumere. Quando vero asseverat ⲘⲈⲒ esse caudam, omnino frustra est. Nescio, utrum hanc vocis ⲘⲈⲒ significationem conjiciendo tantum hariolatus fuerit, an vero eam ap. auctorem fidei minus probatæ invenerit. Caudam interprr. Copti reddunt ⲤⲀⲦ, sat, vel ⲤⲎⲦ, set, sicuti Exodi iv. 4. et Apoc. ix. 10. Et quod observasse non pœnitebit, in locis his sermo est de serpentibus et scorpiis. Videtur Salmasium Iota in voce *Μεισί*, quod sane superfluum est, decepisse. Alioquin vocis huj. Æg. interpretatio perfacilis censenda est. Nempe vox illa Æg., quæ in codd. Horapollinis nunc scribitur *Μεισί*, efferenda rectius esset *Μεσὶ*, estque composita ex ⲘⲈϨ, meh, plenum, vel plenitudo, et ϬⲒ, quod Salmas. recte interpretatur capere et sumere. Est igitur *Μεσί*, ⲘⲈϨϬⲒ, complementum accipiens. Dicebatur sic symbolice annus Æg., qui, postquam quinque *ἐπαγόμεναι* illi essent additæ, credebatur plenitudinem omnem assecutus esse. Atque id symbolum serpentis in se revoluti Æg. significabat. Conceptis verbis id docet Servius in Æn. 84. "Annus secundum Æg. indicabatur, ante inventas literas, picto dracone, caudam suam mordente, quia in se recurrit." Ead. de causa Herod. annum Æg. circulum vocat in se redeuntem, ii. 4. *Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας παρὲξ τοῦ ἀριθμοῦ. καί σφι ὁ κύκλος τῶν ὡρέων εἰς τὠυτὸ περιϊὼν παραγίνεται.* Addi potest Diod. S., qui de anno, ab Ægyptiis in eam, quam dixi, formam redacto, i. p. 46. c. 50. loquitur, atque tandem ita pronuntiat, *τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἀναπληροῦσιν.* Annum vocat circulum, et formam anni Æg., circuli illius *ἀναπλήρωσιν*, plenitudinem, vel complementum. Id plane signif. ⲘⲈϨϬⲒ, *Μεσί.* Quin imo res adeo notabilis regi ipsi, quo regnante annus Æg. illam formam accepit, nomen indidisse videtur. Rex ille in Eratosth. Catal. regum Theb., num. xxxv., vocatur Siphoas, ut vulgo legitur, ut vero ego corrigendum esse censeo, Saphthas, idemque cognominatur Hermes. Verba Eratosth. sunt: *Θηβαίων λε. ἐβασίλευσε Σιφωὰς* (l. *Σαφθὰς*) *ὁ καὶ Ἑρμῆς, υἱὸς Ἡφαίστου.* Dictus igitur Saphthas ille fuit etiam *Ἑρμῆς*, quod interpr. pro nomine Gr. habuit, vertitque Mercurium. Eum sequitur Marshamus in Can. Chron., qui hinc arguit eum fuisse Mercurium Æg. secundum. Ego vero *Ἑρμῆς* non pro nomine Gr. habeo, sed Æg. esse arbitror, hujusque meæ sententiæ rationes dedi in Panth. l. v. §. 18. et 20. Nomen istud Ermes, vel Armes et Armais, non raro in historia rerum Æg. occurrit. Ego illud l. c. interpretatus sum ⲈⲢ—ⲘⲈϨ, Ermeh, i. e., qui rei alicui complementum impertit, quod ex ante dictis explicare facile fuerit. Auguror porro huj. ipsius regis meminisse Censorinum de D. N. c. xix. his verbis: Annum Æg. novissime ARMINION ad tredecim (eruditi legunt duodecim) menses et dies quinque perduxisse. Qui Eratostheni audit Ermes, eum Censorinus, incertum ex quo auctore, Arminion nuncupat. Quæ huc usque adstruxi, jam a. 1720, per literas Viro etiam doctiss., Alphonso des Vignoles,[1] significavi, cum is ea de re sententiam meam requisivisset. Meminit illius in Chronol. Sacr. t. ii. p. 771, 2., etsi is tamen sententiæ Marshami de signif. vocis *Ἑρμῆς* inhæreat. Rem enim hanc verbo tantum attigeram, rationibus non additis, quas deinde in Panth. exposui. V. Vignol. l. c. p. 774, 5. Meminit vir ille beatus etiam illius partis mearum literarum, in qua voc. *Μεσὶ* explicueram, l. cit. t. ii. p. 671., et de hac explic. ita judicat: "Mr. Jablonski me répondit, entre autres choses, que sans rien changer, MESI signifie une chose qui devient complette, (accipiens complementum). Idée peu convenable à l'année Egyptienne, qui devance toujours la solaire: mais très propre à représenter le grand cycle. On peut aussi le dire de leur année secrette, à laquelle on ajoûtoit le quart d'un jour." Idem et ego observaveram, antequam Viri Præstantissimi Chronologiam, quæ primum a. 1738 prodiit, vidissem. In Adversariis meis hæc notata deprehendo.

* *Μελῆτα.* Crocodilion, quod figuram habet chamæleontis nigri, teste etiam Dioscor. iii. 12. Apul. de Herbis, c. 32. Cod. MS. Voss. h. l. babet Imileta. Et sic pariter reperi in ed. Torini Basil. a. 1528.

* Memenepsa. Chamæpity. Apul. de Herbis c. 26.

* *Μέμφις.* Urbs celeberrima Æg., et satis diu regni illius sedes. Quod ad signif. huj. nom. attinet, de ea sic scribit Plut. de Is. et Os. p. 359.: *Τὴν μὲν πόλιν Μέμφιν οἱ μὲν ὅρμον ἀγαθῶν ἑρμηνεύουσιν, οἱ δ' ὡς τάφον Ὀσίριδος.* Nempe Memphis audiebat Æg. Menuphi, atque hoc nom. vere significat plenam bonorum.[2] Pluribus originationem isthanc adstruxi in Diss. iv. de Terra Gosen, §. iv. p. 40, 1.

[Steph. de Urb. p. 549. C. *Μέμφις—, ὁ πολίτης, * Μεμφίτης, καὶ * Μεμφιτικὸς, κτητικόν.* EDD.]

Μένδης. Nomine hoc, Ægyptios vet., et hircum, et Deum Pana, designasse, antiquorum permulti testantur. Testimonia ea de re copiosa videri possunt in Panth. l. ii. c. 7. §. 1., et apud alios auctores, illic a me laudatos. Sed ibid. §. 2. observavi, hircum naturalem, animal illud libidinosum, in Æg. lingua, aliud[3] nomen habere, et Mendes illo sermone hircum non significare. Sed Æg. hoc nomine deum illum suæ gentis, quem Gr. Pana interpretantur, et cuj. symbolum, ceu viva quædam ej. imago, hircus erat, semper designabant. Hircum igitur illum, qui Pani sacer erat, eo quod esset illius imago, et

[1] Vera dicere Virum optimum etsi nemo erit, qui dubitet, v. tamen Syllogen nov. Epist. Uhl. V. iv. p. 192, 3., et Vignol. Chronol. S. t. ii. p. 671.

[2] Memphis vocabatur ⲘⲈⲚϤⲒ, Sahidice, ⲘⲈⲚϤⲈ, monente etiam Georgio in præf. ad Fragm. Jo. Thebaica, p. xxvii. sed et ⲘⲈϨⲚⲞⲨϤⲒ, in quo nomine Kocherus pro Ϥ ponit literam Φ. Hinc orta videntur nomina מף et נף, quæ ab interprr. Alex. vertuntur *Μέμφις*, ut deinde dicetur. Copti hodierni vocant ⲘⲈⲚϤ, et Arab. منف, Menf. V. A. Schultens in Ind. Geogr. ad vitam Saladini v. MISR, et I. Kocher in Misc. Obs. Crit. Nov. t. ii. p. 132—135., qui et alterum nominis *Μέμφις* significatum, a Plut. servatum, *τάφον Ὀσίριδος*, conatur tueri, ut sit contractum ex voce. ⲘϨⲀⲨ sepulcrum, et ⲞⲚⲪⲒ sive ⲞⲘⲪⲒ, quandoquidem Osiris Æg., teste Plut., etiam appellabatur *Ὄμφις*, tamquam *Εὐεργέτης*. Etymologiam Jabl. non probat Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1536, 1537., et suspicatur, Plut. scripsisse *ὅρμον ἀγαθὸν*, portus bonus. Comparetur autem Forster in Epist. p. 34. In nummo Antonini ap. Zoega p. 188. Græce scribitur ΜΕΝΦΕΙΤΗϹ, sed ΜΕΜΦΕΙΤΗϹ in aliis nummis, p. 205. 398., ΜΕΜΦΙΤΗϹ p. 93., ΜΕΜΦ. p. 122.

[3] Cf. D. Wilkins in Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 379.

Pan ipse censeretur, Ægyptii nuncupabant Mendetem. Significat autem Mendes, vel literis Æg. scriptum, ⲘⲎⲦⲎϪ, seminalem, prolificum, fœcundum. Volebant enim Æg. symbolo hoc fœcunditatem prolificam Naturæ, ac sigillatim Solis, ænigmatice adumbrare. Omnia prolixe explicantur et illustrantur in Panth. l. ii. c. 7.[1]

[" *Μένδης*, Æg. lingua Hircus seu Caper dicitur, et capriper deus Pan: quorum utrumque sancte colebant Panopoli. Inde *Μενδήσιον ἔλαιον* sive *μύρον*, Mendesium oleum sive unguentum, dicitur quod in ea urbe fieri consuevit. V. Diosc. i. 73. et Paul. Ægin. vii. 18. V. et t. ii. c. 835. d. Ægyptium quoque vocari tradunt." H. St.

" Mendesion," ut ait Castellus Lex. Medic., " unguenti genus est, Ægypto peculiare, ita dictum a capro, qui ea Ægypti parte, ubi primum unguentum illud repertum est, colebatur, et *μένδης* vernaculo sermone colebatur. Dictum est et Æg. unguentum, item *μετώπιον*. Meminit Galen. l. ii. de C. M. S. L. c. 1. Descripserunt Dioscor. i. 72. Æginet. vii. 18. V. Megaleion. Mentionem fecit et vini mendesii Hipp. s. de Int. Aff. xiv. 19. estque vinum album, et molle. Foes. p. 407." Edd.]

* Menem. Satyrion. Apul. de Herbis c. 15. Videtur vox hæc cum illa, quam modo explicuimus, Mendes, aliquam affinitatem habere. Confirmat hoc auctor Arabs a Kirchero productus, si modo fides illi adhiberi potest. Verba ej. hæc sunt, a Kirchero descripta in Œd. t. iii. p. 70.: "Satyrion, vel testiculus canis, herba est, quam Sapientes Æg. vocant Panium, quia potenter excitat ad coitum." Illustrantur hæc non mediocriter ex iis, quæ de origine vocis Mendes, in Panth. nostro, disputavimus.

* *Μενεφῶθ*.[2] Crocodili. Ita legitur in Chron. Alex., vel Paschali, p. 364. ed. Raderi. Adde Dorotheum in Vitis Prophetarum p. 448. ed. Fabric.: *Τῶν γὰρ ὑδάτων οἱ θῆρες, οὓς καλοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι Μανεφῶθ, Ἕλληνες δὲ κροκοδείλους.* In vers. Psalmorum Copt. occurrit sæpissime vox Æg. ⲘⲀⲚⲪⲰⲦ, Manfot, eaque refugium significat, proprie locum refugii. Sed non videtur tale nom. locum habere in crocodilo. In Epiphanio, cui etiam liber de vitis Prophetarum adscribitur, Opp. t. ii. p. 239., scribitur *Νεφῶθ*. Et sic locum hunc video etiam citari a Bocharto, Hieroz. pt. ii. l. v. c. 18. fin., etsi is alteram lectionem Menephot, vel Munephot, præferat: "Id (inquit) puto rectius. Sic enim dici videntur a Memphi, quæ Arabibus Menf, vel Meneph. Itaque Menephot erunt Memphitæ, et Memphitæ Æg., quia Ægypti metropolis erat Memphis." Ubi tamen haud diffiteor, origin. hanc viri summi minus mihi probari. Non convenit illi cum analogia linguæ Æg. Et cur quæso crocodilus diceretur Memphiticus? Crocodilorum longe major copia est in Thebaide, quam in aliis Ægypti partibus. Et Thebæ videntur prius caput regni fuisse, quam Memphis. Dicendi hac ratione potius fuissent Thebæi, quam Memphitici. Est præterea alia vox, qua Ægyptii bestias illas designabant, quod Herodotum non latuit. V. v. *Χάμψαι*. D. Wilkins. Diss. de ling. Copt., ubi ad hanc vocem pervenit, de ea p. 104. scribit: "Hodie ⲈⲪⲰⲦ, in lingua Copt. crocodilum, et ⲚⲈⲪⲰⲦ crocodilos significat." Verum hæc non singularem Copticismi peritiam produnt. Forte autem respexit ad Nomenclatorem Coptico-Arab. a Kirchero edit. in quo p. 171. legitur, ϮⲈⲪⲰⲦ, Piscis loricatus, testudo. Si vere ⲈⲪⲰⲦ Piscem loricatum Æg. designavit, uti habet versio Lat. illius Nomenclatoris, tum ratio patet, cur Æg. quidam Crocodilum dixerint ⲈⲪⲰⲦ, vel ⲘⲈⲚⲈⲪⲰⲦ. Nam crocodilus, certa ratione, piscibus loricatis accenseri potest. V. Jobi c. xli., secundum Hebræos vers. 6., et ad illum locum Schultensii prolixas obss.

* *Μένουθις*. Fuisse Æg. Numen aliquod, generis fœmin., hoc nomine dictum, temploque et sacris honoratum, disci potest ex Epiphanio l. iii. adv. Hæres. p. 1093. Testatur idem in Ancorato §. cviii., nomen hoc fuisse uxoris Canobi, de quo sup. aliquid notavi. In postremo quidem Epiphanii loco legitur *Εὐμενουθὶς*, sed viri docti jam dudum animadverterunt, illic quoque legendum esse *Μένουθις*. Nom. ipsum, quod veteres, quantum memini, non explicant, significare videtur aut ⲘⲈⲒ—ⲚⲞⲨϮ, Meinuti, amantem Dei, aut ⲘⲎ—ⲚⲞⲨϮ, Menuti, Deam maris. Erat et vicus, cui nomen *Μένουθις*, juxta Canobum situs, cuj. meminit[3] Steph. Byz. Plura dixi in Panth. l. v. c. 4. §. 11.

* *Μέρης*, nom. regis Theb. in Catal. Eratosth. num. xxxviii., quod redditur *φιλόσοφος*. Verum sciendum, ita, ut edidi,[4] legi in Eusebianis Gr. a Scalig. ed. p. 23. In Syncello, qui cura Goari Parisiis prodiit, scribitur *Μευρὴς*, et *φιλόσκορος*. Utraque lectio corrupta mihi videtur. Sed haud video, quænam sit adhibenda medela. Illud tantum monebo, ⲢⲰⲒⲤ, et ⲢⲎⲤ, Æg. dici *ἀγρυπνεῖν*, noctem vigilando transigere, Luc. xii. 37. An id in rege nostro observatum, isque ideo dictus fuerit Philosophus, aliis arbitrandum relinquo.

* Meruopnos. Serpyllum. Apul. de Herbis c. 99. In Append. Dioscor. iii. 46. [454.] legitur *Μερουόπνος*.

* *Μεσόρι*. Mensis nom. Æg., et quidem ultimi. In anno gentis huj. fixo, quo omnes illic utuntur, a temporibus religionis Christianæ penitus stabilitæ, mensis hic respondet maximam partem Augusto. In Copt. libris, præcipue antiquioribus, scribitur ⲘⲈⲤⲞⲨⲢⲒ.[5] Nom. hoc La Crozius mihi aliquando interpretabatur ⲘⲈϨ ⲤⲞⲨⲢⲒ, plenum Nilum. Qua de re videri possunt, quæ disserui in Panth. l. iv. c. 1. §. 9. Ego in sententiam viri dignissimi pedibus haud dubie irem, si, quo tempore nomina mensibus indita sunt, Ægyptii usi fuissent anno fixo. Verum cum certo sciamus, olim obtinuisse annum ex diebus tantum 360 compositum, illique successisse annum vagum, in quo cuncti menses pervagabantur tempestates omnes, merito hic *ἐπέχω*. Ut Mesori responderet fere mensi Augusto Lat., nonnisi a temporibus Augusti Imperatoris, ap. Alexandrinos locum habuit.

Μετώπιον. Unguenti species Æg. Dioscor. i. 71., *Σκευάζεται ἐν Αἰγύπτῳ μύρον, ἐπιχωρίως ὑπ' αὐτῶν καλούμενον μετώπιον, διὰ τὴν χαλβάνης μῖξιν· τὸ γὰρ ξύλον, ἐξ οὗ γεννᾶται ἡ χαλβάνη, μετώπιον καλεῖται.* De eod. Athen. xv. p. 688. fin., Galenus Lex. Hippocr. p. 58. v. *Αἰγύπτιον μύρον*, Paul. Ægineta vii. p. 298. init.[6]

* *Μευρὴς*, sive *Μεγρὴς*. V. dicta ad v. *Μέρης*.

[1] Nota urbs Æg. Mendes, cum ex Historicis, Herod., Diod. S., Plut., tum e Strabone xvii. p. 1154, Steph. Byz., Xenophonte Ephesio iv. p. 55, ad quem legatur Hemsterh. in Misc. Obs. Crit. V. vi. p. 294, 5. In tribus Numis Hadriani fit mentio ΜΕΝΔησίων, eorumque in uno conspicitur Hircus stans. In Numo Marci Antonini legitur ΜΕΝΔΗϹΙΟϹ, et conspicitur vir barbatus, Jupiter vel quis alius, sinistra Hircum sustinens. V. Numos Æg. Imperatorios, quos e Mus. Borg. et aliunde edidit G. Zoëga, p. 117. 215.

[2] Cf. iterum Scholtz. p. 9.

[3] Dubium non est, quin ejusd. vici memoria servetur in lapide antiquo ap. Gruter. lxxxv. 1., cum fiat simul mentio Isidis Phariæ, h. e., quæ in insula Æg. Pharos colebatur.—Est præterea Menuthis nom. viri proprium Æg., de quo Georgius in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xxvii.

[4] In Vignolii Chronol. t. ii. p. 759., ubi quæ scripsit Jabl., ex his possunt augeri.

[5] Etiam ⲘⲈⲤⲰⲢⲎ. Cf. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 134. Gr. nomen varie scriptum legitur, *Μεσόρι*, *Μεσορὴ*, *Μεσορὴ*, *Μεσωρὴ*, *Μεσορή*. V. Fabric. Menolog. p. 23, 26. In Synesii Epist. cxlii. p. 280. scribitur *Μεσωρίς*. Ex Cod. MS. Mosq. edidit Matthæi V. 1. Anecd. Gr. p. 86. *Ὀνόματα Μηνῶν*. Illic autem *Μεσωρὴ* invenitur. Literis Arabicis nomen scribitur مسرى in notis Carlyle ad Jemaleddi-Abul-Mehassen Maured-Allatafet sive rerum Æg. annales, e cod. MS. Cant. a. 1792. ed., p. 47., pro quo [illegible] ap. Abdollatiphum p. 39. ed. Arab. Tubing. Loci verum sensum non assecutus erat in vers. Germ. p. 135. Wahl, nominum Æg., mensibus impositorum, eo tempore immemor, deinde tamen meliora doctus, p. ix. præf.

[6] Alibi habet Dioscorides, *Χαλβάνη ὀπός ἐστι ναρθηκὸς ἐν Συρίᾳ γεννωμένου, ἣν ἔνιοι Μετώπιον καλοῦσιν*, iii. 97., ad q. l. Scholia Saraceni legantur. Pro ἣν Salmas., auctoritate vet. codicis MS., mavult ὃν, quod pertineat ad ὀπὸν, succum, non ad χαλβάνην, galbanum, in Exerc. Plin. p. 249. Monet autem Caryophilus in Diss. Misc. p. 83, 84, "in errore versari Virum clariss., cum idem Dioscorides

Μεχείρ. Mensis Æg. nom., qui maxime Lat. Februario, sed et ex parte Januario respondet. Hieron. in Zachar. c. i. col. 1709. fin., Ab Ægyptiis Mechir,—a Romanis Februarius appellatur. Plin. vi. 23., Machirem vocat. In opt. Copt. Monumentis scriptum reperimus ⲘⲈⲬⲒⲢ.[1] In finem huj. mensis incidere solebat Quadragesima, ut notat Theophilus Alex. l. i. Paschal. fin. ex interpretatione Hieronymi col. 705. Quod si Æg. anno semper usi fuissent fixo, et cui eorum anno nomina mensium essent accommodata, auderem nominis Mechir rationem reddere, non ita longe petitam. Eam mihi suppeditat Epigr. Gr., in Anthol. l. i. c. 91. Ep. i., ubi et hæc leguntur:

Σημαίνει πλωτῆρσι Μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν.[2]

Itaque in Ægypto, præsertim, ut puto, Alexandriæ, mense Mechir solebant navigationes et itinera maritima redauspicari, eoque populus frequentior in plateis urbium maritimarum tum conspiciebatur. Hoc potest designare Mechir. Pars prior vocis, quod sæpius monuimus, significat plenus, ϦⲒⲢ vero, chir, est vicus vel platea urbis, Luc. xiv. 2. Mechir itaque, si alia concurrerent, commode exponi posset Mensis, quo vici et plateæ rursus frequentari incipiunt, aut quo populus jam frequentior in plateis apparet, et discurrit. Posset forsitan eo etiam trahi solemnitas religionis Æg., quam sibi Cenchreis in Græcia visam, Apul. describit Miles. l. xi.[3] De ea quædam commentatus sum, in Misc. Berol. Soc. Scient. Reg., t. vii. p. 441, 2. Sed quia annus Æg. erat vagus, non fixus, quo tempore Mensi huic, de quo loquimur, nomen Mechir imponere placuit, nihil definire audeo. Rem hanc in universum loco suo relinquo.

[" Μεχείρ, nom. mensis Æg. in Epigr. In quodam meo lexico veteri γράφεται etiam βεχείρ, diciturque esse Februarius Lat." H. St.]

* Μηθίδη. Φυτὸν ὑπεραίρον πάσης ἐλαίας μέγεθος. Plut. de I. et Os. p. 359. Quale autem fuerit illud φυτὸν, et unde nom. traxerit, nec ex illo Plutarchi loco, nec aliunde discere potui.

* Μήνης, nom. regis Theb.[4] primi, in Eratosth. Catal., quod ibi Gr. redditur Διόνιος. Verum haud dubie in Catal. illo legendum est Αἰώνιος, i. e., æternus. Id enim nom. Æg. ⲘⲈⲚⲈϨ, Meneh, omnino significat. Pluribus nomen istud in annott. ad Catal. illustravi. V. la Chronol. Sacr. de Mr. des Vignoles, t. ii. p. 736, 7.

* Μικιέλ. Anagallis, herba. Append. Dioscor. ii. 209. [p. 449.]

* Μνάσιον. Planta in Nilo crescens, dulcis sapore. Theophr. H. Pl. iv. 9. p. 86. Διαφέρειν δὲ δοκεῖ τῇ γλυκύτητι, καὶ τῷ τρόφιμα μάλιστα εἶναι τρία ταῦτα· ὅ τε πάπυρος, καὶ τὸ καλούμενον Σάρι, καὶ τρίτον, ὃ Μνάσιον καλοῦσιν. Et mox versus finem. Τὸ δὲ Μνάσιον ποῶδές ἐστιν, ὥστε οὐδεμίαν παρέχεται, f.[5] παρέχεσθαι, χρείαν, πλὴν εἰς τροφήν.

[" Μνάσιον in Æg. dicitur herbaceum quoddam, quod ut papyrus edule est, dulcissimum in cibo saporem offerens, Theophr. H. P. iv. 9." H. St. " Nullus dubito quin pl. Ægypti a D. Bruce descripta et delineata sub nomine Ensete (vid. App. p. 36.) hic referenda sit. Demta terminatione Gr. ον, voces mnasi, ansi, haud absimiles, et usus plantæ ad victum humanum idem." J. Stackhouse ad Theophr. loc. Idem P. ii. p. lxxi:— " E similitudine vocum Mnasi, Ensi, vocibus, ut videtur, Æg., demta utriusque terminatione haud inverisimile videtur plantam a Bruceo descriptam sub nomine Ensete eandem esse ac Mnasium Theophrasti. Botanicus quivis ex icone et descriptione genus istud intermedium inter Palmas et Musas in systemate collocaret. Iconem sisto magnitudine dimidiata. V. tab. ii. p. 174. Fructus Ensete inedulis esse dicitur, bases foliorum aveniæ, tenerrimæ, usitatissimæ ap. Æthiopas ad cibos. Brucei Append. p. 39. Respectu dulcedinis egregiæ τοῦ Μνασίου, alibi inter ἐδώδιμα (vi. 4.) Φοίνικος ἐγκέφαλον recensetur. N. B. Arecæ oleraceæ medulla, si ita dicam, in insulis Caribbeis adeo in deliciis, certe antiquitus ignota. Notandum tamen Phœnicis dactyliferæ (Cyclop. Britan.) cor prædulce et lactifluum." " Μνάσιον, cyperus esculentus," ut ait Sprengelius Hist. Rei Herb. p. 78.; " idem sub nomine Æg. μαλιναθάλλη occurrit: id nom. bene derivatur a μάλα et ἀναθάλλω, Harduin. ad Plin. xxi. 15. Tubera describuntur, qualia mespili fructus, folia gladioli similia; illa et cruda manducari et cum hordeo cocta bellariorum vicem gerere. Cf. Columu. Phytobas. p. 5. Trahine huc potest κάλαμος, cujus fructus ὀρόβοις λευκοῖς similes assantur? Diod. S. ii. 57. Certe autem hi κάλαμοι, quorum radicibus vesci Rhizophagos tradit Diod. S. iii. 23." Theophrasti locus est: Ἐν δὲ τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις, ἅ ἐστιν οὐ πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ, φύεται κατὰ γῆς, ὃ καλεῖται Μαλιναθάλλη, στρογγύλον τῷ σχήματι, μέγεθος δὲ ἡλίκον μέσπιλον, ἀπύρηνον δὲ, ἄφλοιον· φύλλα δὲ ἀφίησιν ἀπ' αὐτοῦ ὅμοια Κυπείρῳ· ταῦτα συνάγοντες οἱ κατὰ τὴν χώραν ἕψουσιν ἐν βρυτῷ, τῷ ἀπὸ τῶν κριθῶν, καὶ γίνεται γλυκὺ σφόδρα. Χρῶνται δὲ πάντες ὥσπερ τραγήμασι: ubi J. Stackhouse: " Sub terra tuber Cyperi esculenti L. reperitur in arenosis juxta Nilum. A Plin. vocatur anthalium; igitur scribendum μῆλον ἀνθάλιον. V. Icon. ap. Bod. p. 471. Huj. mentio in Flora Gr. fasc. 2." " Μαλιναθάλη, ης, ἡ, planta esse dicitur in Ægypto nascens, auctore Theophr. H. P. iv." H. Steph. Theophrasti locum sic vertit Plin. xxi. 15.: " Anthalium longius a flumine nascitur, mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi: mandunt igni paratum." Iterum c. xxix. " Anthalii, quod Ægyptii edunt, nullum alium reperi usum."[6]

alias [i. 71.] scriptum reliquit, quid sit Μετώπιον. Vox enim Æg. est, qua non succus, sed lignum significatur:—hinc etiam patet, Plin. errare xii. 25, qui Metopion esse lacrymam Ammoniaci autumat." Reliqua, quæ addit Caryophilus, occupavit Foësius Œc. Hippocr. p. 411., non oblitus Hesychii, scribentis: Νίτωπον· πτώπιον, μύρον συντιθέμενον ἐκ πολλῶν μιγμάτων· οἱ δὲ, Μετώπιον, pro quo forte scribendum Μετώπιον, judicante Foësio l. c., iterumque p. 426, ubi plura de v. Νίτωπον. Adde not. ad Hes. v. Νίτωπον.

[1] Cf. Thes. La Croz. t. iii. p. 135. Variare nominis scripturam Gr., docet Fabric. in Menologio p. 22. In Gr. Inscript. Roset. legitur, ΜΗΝΟΣ ΞΑΝΔΙΚΟΥ ΤΕΤΡΑΔΙ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ ΔΕ ΜΕΧΕΙΡ ΟΚΤΩ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΗΙ. Monet id A. I. Silvestre de Sacy in Epist. de ista Inscript. Æg. p. 45. Sed nova tum oritur controversia, quam tamen meam hic non facio, de initio ac fine Xanthici mensis ap. gentes diversas, ac mutuo ejusd., mensisque aut Martii, aut Aprilis, aut etiam alius, inter se respectu. Cui vacat, potest consulere viros eruditos ad Hes. v. Νισὰν et Ξανθικά, Norisium de anno Macedonum, t. ii. Opp. p. 6, 7, 28. sqq., Corsinum Fast. Attic., t. ii. diss. 13. du Four de Longerue de variis Epochis et anni forma veterum Orientalium c. 1 et 2. Μεχὶρ est in cod. MS. Mosq. ap. Matthæi l. c. p. 86.

[2] Grotius vertit, t. i. Anthol. Gr. p. 355. ed. nov.: Pandere vela Mechir jubet et decurrere ponto.

[3] Verba Apuleii xi. Metam. p. 789 sunt: " Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant—de literis fausta vota præfatus, Principi magno, Senatuique, et Equiti, totique Romano Populo, nauticis, navibus, quæque sub imperio mundi nostratis reguntur, renuntiat, sermone rituque Græciensi, ita; ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ." Pro reguntur ut cum Jabl. legeretur vehuntur, non probabat Oudendorp., cui tamen conjectura Jabl., pro ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ scribendum existimantis ΠΛΟΥ ΑΦΕΣΙΣ, navigationis initium, non prorsus displicebat.

[4] In scribendo regis nomine magna veterum discrepantia est, item in plerisque codd. MSS. Comparentur Squire ad Plut. de I. et O. p. 21., Havercamp. ad Fl. Joseph. Ant. viii. c. 6. §. 2., præsertim Wesseling. ad Diod. S. i. 45., et Herod. ii. 4.

[5] Non opus hac mutatione; monente etiam Wyttenb.

[6] [Plinii errorem notavit, et Theophrasti locum correxit, Salmasius de Homon. Hyles Iatr. p. 199. " Plerisque placet Trasi esse, quam Theophr. inter radices, Ægypti peculiares, quæ esui sunt, commemorat, et μαλιναθάλλην appellat, quæ vox in ejus libris corrupta in hanc usque ætatem mansit, cum habeamus in promtu, quomodo ap. eum legerit Plin. Sic igitur legendum iv. 10.: Ἐν τοῖς ἀμμώδεσι χωρίοις, ἅ ἐστι πόῤῥω τοῦ ποταμοῦ, φύεται κατὰ γῆς, ὃ καλεῖται ἀνθάλιον, στρογγύλον τῷ σχήματι, μέγεθος ἡλίκον τὸ μέσπιλον, ἀπύρηνον δὲ, ἄφλοιον· φύλλα δὲ ἀφίησιν ἀπ' αὐτοῦ ὅμοια κυπείρῳ. Quæ Plin. sic reddidit xxi. 15. ' Anthalium longe a flumine nascitur mespili magnitudine et rotunditate, sine nucleo, sine cortice, folio cyperi: mandunt igni comparatum.' Non recte autem cepisse mentem Theophrasti videtur Plin., cum absolute dicit anthalium sine nucleo esse ac cortice. Quid enim opus in radice describenda hanc notam describere, quod nucleo careat; quippe cum ista proprietate minime censeantur radices? Hoc saltem colligimus ex Plin., legisse eum in Theophr. verbis ἡλίκον τὸ μέσπιλον, ἀπύρηνον: non, ut vulgo legitur, ἀπύρηνον δέ. Sed male istud ἀπύρηνον retulit ad radicem, quasi dixerit Philosophus sine nucleo esse anthalium. Quod caret ratione. Anthalium magnitudine ille dixit esse mespili, sed ἀπυρήνου. Nempe ἡλίκον τὸ μέσπιλον ἀπύρηνον. Instar mespili nucleis carentis. Intelligit eam mespili speciem, quæ tria tantum ossicula intus habet, quam τρίκοκκον vocat Dioscor., quæ et ἀρωνία ipsi dicitur, cui folia tribuit πυξακάνθης, i. e. oxyacanthæ similia. Notandum etiam non dixisse Theophrastum anthalium esse magnitudine et rotunditate mespili, ut Plin. vertit, sed rotundum quidem esse, magnitudinem autem mespili apyrini habere. Anthalium alio loco vocavit illam Ægypti radicem, ut eod. l. c. 29.: ' Anthalii, quod Ægyptii edunt, nullum alium reperi usum.'" Edd.]

De v. *Μνάσιον* Schneiderus in Lex. scribit: "Eine ägyptische essbare Wasserpflanze, Theophr. H. P. iv. 9. wo die alten Ausg. *μνάσιον* haben." Edd.]

• *Μνεῦις*, Mnevis. Bos Æg. sacer, religiose Heliopoli cultus, sicuti Memphi Apis. Plura de Numine hoc Æg. dixi in Panth. l. iv. c. 4. §. 2. ad 7. Nom. istud §. 6. hoc modo interpretatus sum: "Græci—nomen hoc scribunt *Μνεῦις*, et in casu quarto *Μνεῦιν*.[1] Hoc ultimum, *Μνεῦιν*, ad typum vere Copt. proxime accedere arbitror. Inde Gr., ut opinor, casum formarunt primum *Μνεῦις*. Si bene divinavi, literis Copt. id sic exprimendum esset, ⲘⲚⲞⲨⲈⲒⲚ, Mnouein, vel ⲘⲚⲞⲈⲒⲚ, Mnoein. Dicitur nempe ⲞⲨⲞⲈⲒⲚ, u-o-ein, vel ⲞⲈⲒⲚ, o-ein, additoque præfixo consueto Ⲛ, ⲚⲞⲈⲒⲚ, lux, eademque voce designatur etiam Sol. Hinc igitur est, quod urbs Æg. pervetusta, quam incolæ, lingua avita, dixerunt ⲞⲈⲒⲚ, Hebræi vero scribere solent און, a Gr. interprr. vertatur Ἡλιόπολις, i. e., urbs solis. Accedente autem novo præfixo, Ⲙ, nom. illud induit naturam adjectivi, potestque ⲘⲚⲞⲈⲒⲚ commode reddi Oniensis, vel qui ad urbem On pertinet, aut qui One est consecratus. Sed potest illa vox etiam non minus commode exponi et reddi, consecratus soli."

• *Μοθμουθίμ*. Portulaca. Apul. de Herbis c. 103. Append. Dioscor. ii. 150. [p. 445.] habet *μοχμούτιμ*. Auctor Arabs ined. in Biblioth. Vat., ap. Kirch. Œd. t. iii. p. 78., Motmut.

• *Μοθόθ*. Chelidonium, [Chelidonia major] Append. Dioscor. ii. 211. [p. 450.]

• *Μοῖρις* vel *Μῦρις*. Lacus Æg. mirabilis, et valde celebris in Arsenoite nomo, ad Occidentem situs, multis veterum sermonibus et orationibus vehementer celebratus. V. Cellarii Geogr. Antiq. pt. iii. p. 64, et de vera nom. hujus scriptione, Holstenium in Steph. Byz., v. Ἀσθύνις. De lacu ipso cf. præterea Marshami Can. Chron. p. 238. et sqq., atque recentiorum Peregrinatorum, Pauli Lucæ præsertim, et R. Pocockii Relationes.[2] Si veteres audimus, Lacus ille nom. accepit a Rege Mœri, vel Myri; qui, in Ægypti salutem et commodum, effodi eum curavit. V. Marshamum. Verum longe alia fuit La Crozio sententia, quod ex Epistolis, quas L. Bourguetus ad eum quondam dedit, quasque ante novem annos curæ meæ credidit Ill. Jordanus, eo fine, ut eas notis illustrarem, colligere potui. Scripserat Bourguetus ad La Crozium in Epist., quæ in Volumine, mecum olim communicato, erat xxxiv numero, in hæc verba: Comme ils auront donné au Said celui de Saris, ut Meris, suivant votre remarque, parce qu'ils tournerent au Midy, en s'y rendant. Et permultis interjectis hæc sequuntur: Je crois voir, que le Lac Meris n'a porté ce nom, que parce qu'il étoit au Midy de la Mediterranée, et non pour quelque roy, qui l'ayt fait, car au reste je le crois naturel, et non pas artificiel. Ad quæ verba illustranda, cum literis La Crozii, ad quas hic respicitur, nobis carendum sit, hancce, uti rogatus eram, notam apposui: En effet, ⲘⲀⲢⲎⲤ... ⲆⲘⲈⲢⲒ est le Midy en langue Cophte, comme Pseaume xxxvii. 6., dans la version Cophte Manuscrite, et en plusieurs autres endroits. Le Midy est aussi appellé ⲘⲈⲢⲒ Gen. xviii. 1., d'ou vient ⲘⲘⲈⲢⲒ, meridianus, dans le même endroit. Et Saris, ou bien Sares, dont il a été parlé cy-devant, veut dire un païs situé au midy. En relisant ce que je viens d'écrire et pensant attentivement à ce qui a été dit cy-devant du lac Mœris, je m'apperçois, que selon Mr. La Croze, ⲘⲞⲒⲢⲒⲤ, vel ⲘⲞⲒⲢⲎⲤ, est une portion, ou un païs donné, qui est au Midy. La langue Cophte autorise cette étymologie. Ou plutôt, ce qui me paroit le plus vraisemblable, ⲘⲎⲢⲎⲤ, ou bien ⲘⲞⲨ ⲢⲎⲤ, peut aussi signifier la mer du Midy. C'est à ce que je crois, la véritable pensée de Mr. La Croze. Nam ⲘⲞⲨ est aqua, etiam in lacubus stagnans, aut in alveis fluens, uti patet ex ⲘⲞⲨ ⲚⲤⲰⲢⲈⲘ, qua voce Ægyptii torrentem designant, ⲢⲎⲤ vero est meridies, ⲘⲞⲨⲢⲎⲤ igitur recte prorsus significat lacum Meridionalem. Gr. id pronunciarunt *Μῦρις*.[3]

• Moni. Fuit hoc Mosi nom. Æg., si credimus Hebr. magistris, ac sigillatim Aben Esræ ad Ex. ii. 10. Gilb. Gaulminius, de Vita Mosis i. 3. p. 111. p. 195 et 196., nominis huj. istam reddit rationem: ⲘⲰ Æg. est aqua, NI ex, *Μώνιος* igitur est, ex aqua. Quæ verba ostendunt, virum illum doctum ne prima quidem elementa linguæ Æg. recte didicisse. Nam etsi merito largior, ⲘⲰ, præsertim in vocibus compositis, aquam designare, ⲚⲒ tamen nunquam Æg. significavit ex. Andr. Mullerus Gloss. sacr. de nomine hoc ista habet p. 26: "Insuper Aben Esra tradit, Mosen Æg. מוניוס Monios vocatum esse. Sic ille ad Ex. ii. Testatur autem, in libro עבודת האדמה, Agriculturæ, [de Agricultura] ita legi: qui liber ex ling. Æg. in Kedarenam [sanctam, s. Hebr.] translatus sit. Addit Aben Esra, se idem in libris Philosophorum Gr. legisse. An vero ibi מוניוס, Monios, vel aliter lectum sit, non liquet. Ap. Gedaliam sane non מוניוס, Monios, sed חוניוס legitur, Schalschel. p. 11. b. Corruptam esse vocem, Kircherus non frustra conjicit, Prodrom. Copt. p. 137. Forte Mnevis est. Kircherus l. c. verba Aben-Esræ adducit."

Quid jam de v. h. judicandum sit, etiam atque etiam ambigo. Posset quis conjicere, Monios Æg. sonare ⲘⲰⲒⲚⲒ, nam, quod dictum jam est, ⲘⲰ in vocibus compositis sæpe aquam designat, ⲒⲚⲒ vero ducere, et educere, unde intelligitur ⲘⲰⲒⲚⲒ, recte sermone Æg. eum dici, qui ex aqua eductus est. Observare præterea operæ pretium est, voc. Monios, in veterum libris non semper eodem modo afferri. Nam Gedalia scribit, ut modo didicimus, Chonios, et forte, si alia superessent Hebr. monumenta, quæ memoriam illius nom. conservarunt, etiam aliam ejusd. nominis scriptionem illic deprehenderemus. Vitio igitur mihi verti non potest, si conjiciam, vocem Moni depravatam esse ex Æg. ⲀⲘⲞⲚⲒ, Amoni, quod pascere et pastorem significat; Mosen vero fuisse et Pastorem gregum, et Pastorem populi Dei, ex S. S. oppido notum est. Quid si vero nomen hoc Moni, per errorem, Mosi tribuatur, cum re ipsa datum fuerit filiæ Pharaonis, quæ Mosen ex aquis extrahi curavit? Nam ⲘⲞⲚⲒ Æg. dicitur nutrix, *τροφὸς*, 1 Thessal. ii. 7. Et Gen. xxxv. 8. *τροφὸς* Copt. redditur ϮⲘⲀⲨ ⲘⲞⲚⲒ, mater nutrix. Filiam autem Pharaonis, recte et jure optimo, dici potuisse nutricem, et Mosen eam honoris causa eo nomine compellasse, quis dubitet? sed arbitrium huj. rei perlibenter aliis relinquo.[4]

• Moph, מף. Ita in Scriptura S. nonnunquam[5] ap-

[1] Ap. Plut. de I. et O. p. 364. (492. ed. Ox.) *Μνεῦιν* probarunt Xylander, Bentl., Markl., Squire et Wyttenb. Alii male *Μνῶιν*. Opt. codd. Diodori S., Æliani et aliorum pariter habent *Μνεῦιν*. De orig. nominis aliter statuit Kocherus in Misc. Obs. Crit. Novis t. ii. p. 135, 6., existimans, nom. *Μνεῦις* et *Μίμφις* esse idem, derivandumque ex ⲘⲈϨ vel ⲘϨⲀⲨ et ⲚⲞⲨϤⲒ, aut potius, ad nom. Osiridis Ὀνῶφις, vel demto articulo Νῶφι, literam Ⲙ accessisse, ut Osirius diceretur Bos, quasi Osiridi vel Onuphidi sacer.

[2] Nolim, negligas, quæ notavit Wesseling. ad Diod. S. i. 51., et Herod. i. 149. Digna est inprimis, quæ attente legatur, dissertatio Giberti de hoc lacu, in Commentariis Acad. R. Inscript. t. xxviii. p. 225—245.

[3] Annotationem Jabl. ad Epist. Bourgueti dedit Scholtzius l. c. p. 9, 10.

[4] Judicium de ultima Jabl. conjectura ego quidem aliis relinquo. Observandum tamen, filiam Pharaonis, cui Moses plurimum debebat, appellari a Fl. Josepho Θέρμουθις s. Θερμοῦθις, ab Artapano Μέῤῥις, ab Abulcasimo صرنوت, Ζιβοῦθις, unde Relandus suspicabatur pro Θέρμουθις in Josepho legendum Θερβοῦθις. V. not. ad Josephi ii. Antiq. c. 9. §. 5. De nom. Moni, sive Monios, egit Buddeus in Hist. Eccl. V. T. t. i. p. 392, 3.

[5] Si bene memini, semel, Hos. ix. 6., ubi habent plerique codd. MSS. מף, alii מוף, teste Kennicotto, Alex. vero interpretes, quorum est magna auctoritas in rebus, ad rem Ægypti Geographicam pertinentibus, præbent *Μέμφις*. Quos secuti sunt Hieronymus ad Hoseæ locum, interpres Lat. antiquus, alii. Cum iis non discordant recentiores, de quibus nominasse sufficiet Ravium in not. ad Shawii Itinera t. ii. p. 82., Mangerum ad Hoseæ verba, et Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1536.

pellatur Memphis, contractum nempe ex Menufis. Ita censui Dissert. iv. de Terra Gosen §. iv. p. 41.

* Μόσχερις. Nomen regis Thebæi in Æg. ap. Eratosth. Catal. num. xvii., qui illud interpretatur ἡλιόδωρος. Nempe ⲘⲞⲒ—ⲬⲢⲎ, Moichre, Æg. dicitur donum solis, vel donatus a sole. V. notas meas ad illum Catal., in Vignolii Chron. S. t. ii. p. 752.

* Μοὺθ. Cognom. Isidis, significans matrem. Plut. de I. et O. p. 374, ἡ δ' Ἶσις ἔστιν ὅτε καὶ ΜΟΥΘ, σημαίνουσι δὲ τῷ μὲν πρώτῳ[1] τῶν ὀνομάτων ΜΗΤΕΡΑ. Nempe ⲘⲀⲨ et ⲘⲀⲨⲦ, matrem designat, quod Gr. extulerunt μούθ. Observatu vero haud indignum, quod idem Plut. scriptum reliquit p. 368, Æg. Lunam, i. e., Isidem, appellasse matrem mundi: quod eam mihi suspicionem suggessit, fieri posse, ut Plut. cognomen hocce Isidis Μοὺθ in mente habuerit. Nam ⲘⲀⲨ—ⲐⲞ, recte dici potest mater mundi. Plura vide sis in Panth. l. iv. 5. §. 3.

* Μῦρις. V. supra in v. Μοῖρις.[2]

* Μυρταῖος. Ἀμμωνόδοτος. Ita Eratosth. Catal. regum Thebæorum Æg. num. xxiii. In notis ad Catal., dixi nom. Æg. vere ita scribendum fuisse Ἀμυνταῖος. Nam ⲀⲘⲞⲨⲚ ⲦⲀⲒⲞ, est donum Ammonis, vel donatus ab Ammone, Ἀμμωνόδοτος. Verum Gr. paulatim nom. hoc pronuntiando corruperunt, dixeruntque pro Ἀμυνταῖος, Μυρταῖος, et vitiosa illa pronuntiatio propagata, tandem ap. Græcos[3] invaluit. V. Chronol. S. Vignolii t. ii. p. 756.

* Μὼς et * Μωῦ. Aqua. Observant hoc scriptores veteres permulti, qui nom. Mosis ex ling. Æg. interpretari sategerunt. Et certum est, ⲘⲰⲞⲨ, Mo-u significare Æg. aquam. In vocc. compositis etiam occurrit ⲘⲰ. Vide v. Μωϋσῆς.

* Μωσηλέ. Deus marinus, si credimus Jo. Tzetzæ, qui id, nescio unde haustum, memoriæ prodidit Chil. ix. hist. 259. —τὸ Μωσηλὲ δηλοῖ ταῖς γοναῖς Αἰγυπτίων Ποσειδῶ θεὸν θαλάσσιον, καὶ θεὸν τῶν ὑδάτων. Vocarunt igitur Æg. Neptunum, Deum maris, sermone patrio Μωσηλέ. Ubi observabis, 1. Neptunum Maris Præsidem, in Ægypto cultum non invenisse, qua de re consuli potest Panth. l. v. c. 3. §. 2., et c. 4. §. 3. 2. Μωσηλὲ esse nom. ab homine rerum Æg. ignaro confictum, compositum quippe ex v. Æg. et Hebr. ⲘⲰ enim, ut aliquoties jam monui, non vero μὼς, in compositis vocibus, aquam significat; ηλ vero vox est Hebr. אֵל, Deum designans. Ægyptius θεὸν τῶν ὑδάτων, vel θεὸν θαλάσσιον dixisset ⲘⲰⲚⲞⲨϮ, aut ⲘⲎⲚⲞⲨϮ. Sed Μωσηλὲ Æg. vere monstrum aliquod vocis fuisse censeri debet.

* Μωϋσῆς. Ita interprr. Alex. efferunt nom. magni illius viri, qui populum Dei ex Ægypto eduxit, ejusque in Arabiæ deserto Legislator extitit. Hebræi nomen illud scribunt מֹשֶׁה. Nomen ipsum veterum permulti Æg. esse judicarunt, et ex illa ling. etiam interpretati sunt. Qui hoc negant, nominisque huj. origines in Hebr. sermone quærendas esse contendunt, præsidium in his ipsius Mosis verbis, Ex. ii. 10., se invenire existimant, ubi hæc nominis Mosis ratio adfertur, כִּי מִן־הַמַּיִם מְשִׁיתִהוּ quia ex aquis extraxi eum; vel, uti vertit Pfeifferus, quia ex aqua extraxisti eum, tanquam mater Mosis verba hæc protulerit, loquens cum filia Pharaonis. מֹשֶׁה igitur Hebr. significaret extractum ex aqua, et hanc esse veram nominis Moses significationem, testaretur Moses ipse. At non abs re erit, hic observasse, 1. voc. מֹשֶׁה sumi quidem de extractione qualicumque; verum non de extractione ex aqua. Vox igitur Hebr. מֹשֶׁה significabit quidem eum, qui alicunde extractus est; sed non extractum ex aqua, nisi addatur, ut fecit Moses מִן־הַמַּיִם, ex aqua. Recte id etiam monuit Eus. Renaudotius, dans les Mémoires de Litérature de l'Acad. des Inscript. t. ii. p. 272., tametsi Bochartus in Geogr. S. P. i. l. i. c. 15. asseruerit, at non probaverit, voc. מֹשֶׁה semper sumi de extractione ex aqua. Moses igitur haudquaquam significat extractum ex aqua. 2. Voc. h. ne significare quidem extractum, qualitercumque demum id fiat. Explicemus hoc verbis Andr. Mulleri, qui in Gloss. S. p. 28. hac de re ita disserit. Vox ista מֹשֶׁה, Mose, non extractum aquis significaret, sed qui extraxisset. Extractum vero מָשׁוּי, Masui, diceres. 3. Nihil omnino decedere auctoritati et veritati textus Sacri, si dicatur nomen Mosis fuisse origine Æg. Non enim affirmat historia Mosaica, nomen Mosis ex ling. Hebr. esse desumtum, sed docet tantum, ex eventu illo memorabili, quo jussu filiæ regis ex aqua servatus est, nom. suum Mosen accepisse, sive id factum fuerit ab Hebræis, sive ab Ægyptiis. Cum autem nom. hoc ex ling. Æg. optime deduci possit, idque, quod historia Mosaica de nomine hoc observat, plenius exprimat, si ex ling. Æg. explicatur, quam si ratio ex Hebr. sermone reddenda sit, intelligitur facile, salvam utique esse auctoritatem textus S. Non video igitur, quid me impedire possit aut debeat, quominus in eorum pedibus sententiam eam, qui Mosis nom. vere fuisse Æg. censent. Sunt potius rationes plurimæ, et quæ pondus habent non leve, quæ me, ut sententiam eorum meam faciam, induxerunt. Nam I. Interprr. Alex. qui sunt Judæorum omnium, quorum scripta ætatem tulere, antiquissimi, qui vixerunt in Ægypto, ubi Moses nomine hoc donatus fuit, qui Æg. et Hebræorum ea de re monumenta consulere potuerunt, jam dudum deperdita, non præter rationem nom. id extulere Μωϋσῆς, quod est vere Æg., et rem illam, quam de nomine hoc nos docet Scriptor S., egregie et ex asse exprimit. Sine dubio illi veram docere voluerunt pronuntiationem nominis Moses, cum Hebræi ab ipso jam principio illud idem magis ad genium linguæ suæ detorserint, scribendo et pronuntiando מֹשֶׁה. Ipsum vero Mosen pronuntiationem hanc, a populo suo receptam et dudum stabilitam, retinuisse, mirum profecto non est. Num spreta suorum consuetudine, cui a teneris assuetus ipse erat, formam nominis Æg., forte tum plurimis ignotam, prætulisset? Quis tale quid de Mose, cuj. inimici implacabiles erant Ægyptii, suspicari queat? II. Non aliam fuisse doctis olim Hebr. magistris sententiam, ex antiquissimis eorum, quorum aliquid superest, facile intelligitur. Eos inter est Ezechielus Tragicus, ab ætate interprr. Alex. non ita remotus. Illius hosce versus, quibus filia Pharaonis matrem Mosis alloquitur, adferunt Clem. Alex. Strom. i. p. 345. [414.], et Euseb. Præp. Evang. ix. 28. Τοῦτον, γύναι, Τρόφευε· κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν. Ὄνομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν Ὑγρᾶς ἀνεῖλεν ποταμίας ἀπ' ἠόνος. Quæ qua ratione accipienda sint, et a scriptoribus vetustis re ipsa accepta fuerint, ex iis, quæ ap. Clem. præcedunt p. 343., colligere proclive est. Ezechielo adstipulatur Philo Jud., in l. i. de vita Mosis p. 605. [t. ii. p. 83. ed. Mang.] scribens: Εἶτα δίδωσιν ὄνομα, θεμένη Μωσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀνελέσθαι· τὸ γὰρ ὕδωρ ΜΩΣ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι.[4] Jungendus huic Josephus, Antiq. Jud. ii. 9. §. 6.: κἀφ' αὐτῷ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην, (Μωϋσῆς) κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο, εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι· τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὑσῆς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. E Judæorum scriptis accepisse hoc videtur vetustus auctor versuum Orpheo tributorum, cui Moses audit ὑδογενής, ex aqua ortus. V. Jos. Scaligeri not. in Fragmenta veterum selecta, libris de Emend. Temp. subjuncta, p. 48. III. Eandem porro, de nom. Mosis Æg., sententiam, suam quoque faciunt prisci Ecclesiæ Christ. Doctores, Clem. Alex. p. 343., Hieron. Opp. t. ii. p. 103., Eustath. Antioch. in Hexaëmeron p. 79., ad quem Leo Allatius in not. addit Rhabanum Maurum, et Procopium. Adstipulatur illis Suid. v. Μωῦ, Μωῦ τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις· ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς. IV. Ex recentioribus igitur nostris eruditis, et Scripturæ interpretibus, cum hic tot haberent sibi præeuntes, eorum sententiam non inviti amplexi sunt Hottingerus, aliique non pauci, quorum nonnullos adfert Pfeifferus Dub. Vex. ad Ex. ii. 10.[5] Est inter eos etiam Athanasius Kircherus, qui aliquam linguæ veteris Æg. notitiam jactavit potius, quam

[1] Post πρώτῳ excidisse videtur τούτων, judice Marklando p. 158. ed. Squir.

[2] Μῦρις est in quibusdam codd., sed rectius scribitur Μοῖρις. Cf. Wesseling. ad Diod. S. t. i. p. 61.

[3] Ap. Herod. vero ii. 140. iii. 15., ac Thucyd. i. 110., nom. scribitur Ἀμυρταῖος.

[4] Philoni tamen tempore alio aliter visum est. Scribit enim, l. de nominum mutatione, t. i. p. 597. Μεταληφθεὶς γὰρ Μωσῆς καλεῖται λῆμμα· δύναται δὲ καὶ ψηλάφημα, διὰ τῆς εἰρημένης αἰτίας.

[5] Op. Phil. t. i. p. 112, 113.

habuit, et Cl. Salmasius, qui feliciores in illo studio progressus fecit. Eorum verba mox adferemus. V. Considerationem hic et illud meretur, quod nomen Mosis infanti, tum exposito, a virgine Æg., regis filia, datum fuerit, quæ id profecto non ex Hebræorum, sed suo proprio et patrio sermone desumtum fuisse videtur. Ursit hoc non sine causa Kircherus, idemque argumentum ponderis non spernendi esse censet Hottingerus Exerc. Anti-Morin. p. 44. in notis. Quibus et VI. illa accedat ratio, quod Mosis nom., vel uti Alexandrini habent Μωϋσῆς, commode ex ling. Æg. explicari possit ita, ut rei et verbis Scriptoris S. omni ex parte satisfiat. Videamus primo, quo pacto Salmas. rem h. expediverit. In l. de Ann. Climact. p. 614. hunc in modum disserit: Σι (ϬⲒ) est capere.—In fine positus passivam inducit (significationem), ut Μωυσὶ (ⲘⲰⲞⲨϬⲒ) captus ex aqua, ἀναληφθεὶς ἐξ ὕδατος. Non omnia Salmasii verba tueri ausim. V. et ejusd. Epist. lx. p. 132., et lxxviii. p. 167. Salmasii explicationem, tacito ej. nomine, adoptavit Huetius Demonst. Evang. p. m. 75. Certum tamen est, ⲘⲞⲰⲨϬⲒ recte exponi posse sumtum, vel captum ex aqua. Posset quoque vox eadem explicari ⲘⲰⲞⲨϢⲈ, ex aqua veniens, egrediens, quod magis favet scriptioni Alex. interpretum, et Scriptorum N. T., qui frequenter habent Μωϋσῆς, quod plane est ⲘⲰⲞⲨϢⲈ. Et hanc originem probasse videntur, qui olim Μωϋσῆς interpretabantur τὸν ἀποπνεύσαντα τῷ ὕδατι, ap. Clem. Alex. p. 343. Communiter tamen veteres nom. hoc significare aiunt servatum ex aqua, ut Joseph., Eustath. Antiochenus, et alii. Sic enim sententiam suam declarant, Τὸ ὕδωρ, μῶ, (vel, ut alii, μῶϋ) ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι, ὑσῆς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας, ubi voces has ἐξ ὕδατος, glossema esse mihi persuadeo, quæ essent delendæ ap. Joseph., uti nec ap. Eustath. Antiochenum comparent. Placuit hæc interpretatio Kirchero, qui, in Prodr. Copt. p. 138., ⲘⲰⲨⲤⲎⲤ, inquit, Æg. est, non Hebr. A ⲘⲰ, et ⲨⲤⲎⲤ, quod ex aqua servatum dicit. Verum hic, ut in aliis plurimis, fucum lectoribus fecit Jesuita ille, et fumum vendidit. Non est enim vox Æg. ⲨⲤⲎⲤ: et multo minus servare, aut servari, aut servatum significat. De expos. hac, ut eam Kircherus protulit, merito etiam dubitat Andr. Mullerus Gloss. Sac. p. 29. Dum vero ipse, rejecta Kircheri interpretatione, suum substituit ⲘⲰⲞⲨ—ⲤⲰϮ, quod vertit servatum ex aquis, quis non videt, eam a scriptione nominis huj. quæ in omnibus linguis reperitur, et citra ullam necessitatem, longe recedere? Interpretatio, quam veteres nobis subministrant, veritati prorsus congruit, dummodo recte exponatur. Nempe ⲘⲰ, in vocibus compositis, aquam persæpe designat. ⲞⲨϪⲈ vero, vox notissima, et in Copt. libris admodum frequenter occurrens, est σώζειν. Unde patet ⲘⲰⲞⲨϪⲈ, Μωϋσῆ, et cum terminatione Gr., Μωϋσῆς, vere Æg. sonuisse σωθέντα ἐξ ὕδατος.[1]

* Nacophton. Malobathrum. Apul. de Herb. c. 79. Ubi suspicari quis posset, Nacophton Æg. vere sonasse ⲚⲈϨ—ⲔⲞⲠⲦ, Neh, vel Nah-Kopt, i. e., oleum Copticum, aut potius ⲚⲀ—ⲔⲞⲠⲦ, Copt., i. e., Æg. Ægyptii enim a multis inde seculis Copti vocantur, suntque longe plurimi, qui nom. hoc ipsis ab antiquo, ab urbe Copto in superiori Ægypto, adhæsisse augurentur. Potuit vero Malobathrum dici Æg., aut Copticon, quod Malobathrum optimum Ægypto esset proprium, ideoque Æg. re ipsa dici soleret. Testatur hoc Erotian. Lex. Hippocr. ita scribens, Μύρον Αἰγύπτιον, οἱ μὲν ἐδέξαντο, τὸ λεγόμενον ἀπὸ σκάφης, ἐστὶ γὰρ θερμαντικόν· οἱ δὲ μελοβάθρινον (l. Μαλοβάθρινον.) Unguentum igitur Malobathrinum singulari ratione, et per excellentiam videmus dictum fuisse Æg. Certe originatio hæc specie non mediocri commendare se posset, si Ægyptii regionem suam unquam Ægyptum, vel Coptum, ejusque incolas Ægyptios, aut Coptos, dixissent. At nunc tam certum mihi est, quam quod certissimum, Ægyptum voc. esse non Æg., sed tantum Gr. originis. Ipsi Ægyptii regionem suam patriam, nunquam aliter, quam ϪⲎⲘⲒ, Chami, et Ægyptium semper ⲚⲀϪⲎⲘⲒ, Na-chami vocant. Denominatio vero Coptorum debetur unice Arabibus, quod Jos. Scaliger de Emend. Temp. acute vidit, aliisque ostendit. Certum est, Coptorum nom., antequam Arabes Ægyptum sibi subjecissent, nuspiam auditum lectumve fuisse. At quia ab illo tempore paulatim lingua Arabica incolis Ægypti patria evasit, ex eo factum est, ut et ipsi Coptos se nuncuparent. Itaque originatio vocis Nacophton, quam obtuli, locum habere non potest.

* Νάρ. Iris Illyrica, herba. V. Append. Dioscor. l. i. c. i. [p. 441].

* Νεισί. Vide v. Νεσί.

* Nemecon. Apium rusticum. Apul. de Herbis c. 8.

* Nemenespa. Chamæpitis. Apul. de Herb. c. 26. Sic et ed. Torini, et MS. Voss., c. xxxiii. Kircherus, in Œdipo, t. iii. p. 71. id interpretatur pulcritudinem, sive decorem cœli. Inscite omnino. Arabs ap. eund. hæc habet: Æg. dicitur Nespha.

* Νεσί. Ægyptios lingua sua sic appellare τὰς ἐπαγομένας, Scaliger memoriæ prodidit, de Emend. Temp. p. 194. Eand. vocem ille Horapollini restituendam putat, pro eo quod ap. eum legitur Μεισί. Hanc postremam tamen vocem, recte se utique habentem, Horapollini merito vindicavi suo loco. Certum ceteroquin est, quinque Ægyptiorum ἐπαγομένας, ab Arabibus, quorum lingua a multis jam seculis utuntur Ægyptii, dici النسى, Nesi. Salmas. Epist. p. 132. putabat, esse hanc vocem Æg., et interpretabatur ⲚⲒϬⲒ assumtiones. Sed vereor etiam atque etiam, ut unquam Ægyptii voce isthac, illo sensu, usi fuerint. Assentior potius J. Golio, vocem h. Nesi pro Arabica habenti. V. notas ej. ad Alferganum s. Alfraganum p. 44, 5.[2]

* Νέφθυς, vel Νέφθης.[3] Uxor Typhonis, cuj. meminere Plut. de I. et Os. p. 355, 6, 366, Jul. Firmicus Maternus, de Errore Profan. Relig. post init., et Epiphanius iii. adv. Hær., p. 1093. fin. Plut. p. 355 et 366. nom. hoc exponit τελευτήν, finem, et τελευταίην,[4] ultimam. Quare conjeci aliquando, licere nom. hoc interpretari ⲚⲈϤⲐⲞⲰϢ, nephthos, i. e., terminalem. Nephthyos namque nomine symbolico Ægyptii intelligebant terminum Ægypti, qui ad mare rubrum spectabat, aut Arabiam Æg.[5] Plura ea de re dixi in Panth. Æg. l. v. 3. §. 1. ad 5.

* Νηίθ. Neith. Ægyptii isto nomine Deam appellabant, summa religione Saï, in Ægypto infer., cultam, quam

[1] Ad sententiam Jabl. accedit Scholtzius p. 10. Omissis aliis, quæ ex scriptoribus vetustioribus queant afferri, tantum adscribam e Cod. MS. Voss., in Bibliotheca Lugd. Bat., Glossam hanc in Octateuchum: Μωϋσῆς· παρὰ Μῶϋ [Μῶυ], ὃ σημαίνει τὸ ὕδωρ Αἰγυπτιστί, καὶ τὸ ἴσης, ὃ σημαίνει τὸ λαμβάνω κατ' Αἰγυπτίους· ὁ ἐκ τοῦ ὕδατος ληφθείς. De orig. nominis Moses recentiores quoque in diversa abeunt. Ut taceam interpretes libri Mos. Ex. ii. 10; Mangey ad Philonem t. ii. p. 83., et Alberti ad Hesych. v. Μῶυ, Hebr. putant. Contrarium vero esse similius opinatur Michaëlis l. c. p. 1562. Mingarellius ad Æg. codd. reliq. p. cclxxi, cclxxii, nominis originem Æg. agnoscit, compositi nempe ex ⲘⲰⲞⲨ, aqua, et ⲤⲈ, bibere, aut ϢⲈ, ire, abire, nisi forte illud ⲤⲎⲤ sit complementum nominis, nihil per se denotans. Nom. esse vere Æg., judicat A. A. Georgius, ducitque ex ⲘⲰⲞⲨ, Thebaice ⲘⲞⲞⲨ, aqua, et ϬⲒ, Theb. ϪⲒ, captus, sublatus, vel eductus. V. præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. cxliv., et not. p. 174, 5, 266, 7. intelligitur ex his, neque viros eruditos, quibus nom. Æg. videtur, in etymologia concordes esse.

[2] Consentit La Crozius, monetque, voc. Nesi esse Arab., nusquam eam in libris Æg. de Epagomenis occurrere, has autem dici ⲠⲒ ⲀⲂⲞⲦ ⲚⲔⲞⲨϪⲒ, Pi Abot Enkougi, h. e., parvum mensem. V. Thes. Epist. t. iii. p. 134.

[3] In Plut. pro Νέφθυς reposuit Squire Νέφθυς ex collatione aliorum scriptorum, sed fide codd. MSS. Wyttenbach. p. 459, et deinceps.

[4] Pro τελευταίην recte forte legi τελευτήν, ut in loco altero, monuit Squire p. 96., et hoc e sua correctione recepit.

[5] Nephtyn significasse "limitanea Ægyptum inter et Asiam deserta in Sirbonidis vicinia, ubi paulatim arenæ versus montem Casium ita eriguntur, ut Nilo, nisi supra modum exundante, mergi nequeant," e Plut. patere scribit Michaëlis p. i. Spic. Geogr. Hebr. exteræ p. 268, 9.

Plato, et, qui eum sequuntur, Græci alii, semper Minervam interpretantur. Testantur hoc Plato, in Timæo, p. m. 474. et ej. interpres vet. Lat., Chalcidius. Testantur hoc idem Arnobius iv. p. 137., Hesych., Eratosth., et alii, quorum loca adduxi in Panth. Æg., l. i. 3. §. 2. Multa quoque occurrunt, in historia Æg. nomina propria, virorum et fœminarum, quæ Numinis illius vestigia præ se ferunt luculenta, et ex illo composita fuere. Quin et in ipsa Græcia, temporibus antiquissimis, Neitham honoribus divinis mactatam fuisse, ex veterum monumentis satis certo colligitur. Multa eam in rem disserui in Diss. de Neitha, inserta Miscellaneis Lips. Nov., V. vi. p. 447. et seqq., atque in Panth. Æg. l. i. c. 3. Ibid. plura de numinis huj. vera significatione et cultu, quo eam Ægyptii dignati sunt, poterunt legi. Obtuli quoque plures nominis Νηἰθ interpretationes, quæ vel aliis, vel etiam mihi venere in mentem. Mihi videtur nom. hoc deduci a verbo ⲚⲈⲒ, quod decernere significat. Hinc formatur ⲚⲈⲒⲦ, vel ⲚⲎⲒⲐ, quo designatur decernens, ex cuj. nempe decreto pendent omnia, quæ sunt et fiunt. V. Panth. l. c., et Præf., quam Panthei parti iii. præmisi, ubi quædam in prima parte dicta correxi.

* Nisine. Heliotropium. Apul. de Herb. c. 49.

* Νίτωκρις. Nom. reginæ, in Eratosth. Catal. regum Thebæorum Ægypti. Est vero nom. illud compositum ex ⲚⲈⲒⲐ, Minerva, et ⲀϦⲢⲒ, σώζειν. Et sic interpretatur Eratosth. Ἀθηνᾶν νικηφόρον. V. Chronol. Vignolii, t. ii. p. 755.[1]

* No. Hoc antiquitus fuisse Alexandriæ nom., Hieron. tradit v. in Ies. (Opp. t. iii.) col. 125: Significat sive No Ægypti civitatem, quæ nunc Alexandria dicitur, rel. Et l. ix. in Ezech. col. 912: nos autem, pro No, Alexandriam posuimus. Ap. Ezech. sane commemoratur urbs No c. xxx. 14. et 15., secundum divisionem Textus Hebr. Et vs. 14 quidem נא, No, ab Alex. interpr. redditur Διόσπολις. Versu vero 15 eadem dicitur המון נא, quod vertunt iidem interpretes τὸ πλῆθος Μέμφεως. vs. 16. iterum legitur נא, ubi Alex. versio habet Διόσπολιν. Et recte. נא, No, nempe, et plenius המון נא, vel אמון נא, vel נא אמון, unam eandemque urbem significant, nempe Diospolin, sive Thebas Ægypti super. In nomine hoc explicando aberrarunt permulti et veterum et recentiorum. His se adjunxit Hieron.[2] Nos plura nunc de illa dicemus.

* No-Ammon, Hebr. נא המון, et נא אמון. V. Jer. xlvi. 25. Ezech. xxx. 15. Nahum. iii. 8., ubi Interpretes Alex. nonnunquam habent μερίδα Ἀμμών, i. e., partem, vel possessionem Ammonis, nonnunquam etiam Διόσπολιν, uti Græci Thebas Ægyptias sæpius nuncupare solent. In Martyrologiis Copt. MSS. appellari solet ⲠⲒⲘⲀ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲀⲘⲞⲨⲚ, locum Amun, vel Ammonis, forte, quia tum temporis locus tantum ostendebatur, in quo olim Thebæ steterant.

Certum itaque est, No-Ammon voc. esse compositam ex Ammon, vel Ammun, quod nom. erat Numinis Æg. sanctissimi, et No, quod μερίδα, partem vel possessionem, iisdem designavit. Postremam hancce vocem Vitringa quondam ex Hebr. lingua optime explicari posse censebat, siquidem נוא, vel נוה locum habitationi commodum significaret, Obs. S. i. 6. p. 74.[3] Verum cur quæso vocis Æg. signif. in lingua Hebr., ab Æg. tantopere diversa, quæreremus? Tentemus igitur, possitne vox eadem ex patrio Æg. sermone, commodius exponi. Ille autem illico nobis offert vocem ⲚⲞϨ, Nob, quæ sortem ac possessionem designat, atque proprie est σχοῖνος vel σχοίνιον, funis et funiculus, quo nomine ap. Ægyptios etiam intelligitur aliquod mensuræ genus. Erat autem varius et multiplex horum σχοινίων usus. Utebantur illis, ad dimetienda locorum intervalla, unde σχοῖνος sæpe certum viæ intervallum designat, cuj. meminere Herod., Strabo, Heliodorus ix. p. 432, et alii. Ap. Isidor. Origg. xv. cap. ult. corrupte legitur: Mensuras viarum nos milliaria dicimus, Græci stadia, Galli leucas, Ægyptii signes, ubi legendum schœnos. De hac dimetiendi intervalla locorum ratione loquitur Max. Tyrius Diss. xxiii. p. 270., Διαμετροῦνται τὴν γῆν—σχοινίοις, καθάπερ Αἰγύπτιοι. Videndum, an huc pertineat, quod Hieron. scribit in Joël. c. iii. (Opp. t. iii.) col. 1367: σχοινίων, quod aut funiculos significat, aut juxta Ægyptios mensuram certi itineris, Psalmista dicente: Semitam meam et funiculum meum tu investigasti (Ps. cxxxix., vel secundum Græcos cxxxviii. 3.) In Nilo enim Flumine, sive in rivis ej. solent naves funibus trahere, certa habentes spatia, quæ appellant funiculos, ut labori defessorum, recentia trahentium colla succedant. Erant igitur trahentibus naves certa spatia constituta, illaque spatia σχοῖνοι dicebantur. In terra, ac præsertim in desertis, intervalla illa notabantur calamo, in terra defixo. Plin. vi. 29., Unum iter a Pelusio per arenas, in quo nisi calami defixi regant, via non reperitur, subinde aura vestigia operiente. Calamus ille a Gr. scriptoribus vocari solet σημεῖον. Sic Pallad. in Hist. Laus. c. xxii. p. 933., κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, πλημμυροῦντος τοῦ ποταμοῦ, καὶ κρατοῦντος ἐπὶ ἓν σημεῖον τῷ πλάτει. Idem c. lxix. p. 1000, καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἀπὸ τριῶν σημείων καὶ τεσσάρων εἰς τὴν σύναξιν ἔρχονται. Et c. xxxiii. p. 951., ᾤκησεν ἐπέκεινα τῆς Σήτεως τὴν καλουμένην Κλίμακα. τόπος δέ ἐστιν οὕτω καλούμενος εἰς ὃν οὐδεὶς ἠδυνήθη οἰκῆσαί ποτε τῶν μοναχῶν, τῷ ἀπὸ δεκαοκτὼ σημείων εἶναι τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος. Sic et Olympiodorus de Oasi loquens, ap. Phot. Bibl. Cod. lxxx. col. 192. συντείναντος εἰς ἑκατὸν σημεῖα τοῦ μεταξὺ διαστήματος. Ceterum σημεῖα illa, sive signa, nihil aliud fuisse, quam calamos in terra defixos, satis indicat Palladius Hist. Laus. c. xx. p. 926., Καὶ λαβὼν δέμα καλάμων, ἕνα κατὰ μίλιον ἵστα χάριν σημείου. Æg. vero sermone Nob, vel ⲚⲞϨ Ⲛ̀ⲢⲰϢ, significat κάλαμον, calamum, juncum, qui in paludibus et ad Nili ripas crescebat, et ex quo varia supellex texebatur. Hoc idem Gr. nomine σχοίνου designabant. Speciatim vero vocab. istud posterius de calamis accipitur, qui ad dimetiendum aliquid adhibebantur. ⲢⲰϢ enim, vel ⲢⲀϢ, in Copt. libris signif. habet metiendi. Sic Michæ c. ii. 4., verba hæc μερὶς λαοῦ μου κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ, Coptus (in Lectionario Hebdomadis sanctæ MSS. S. Germ. Paris.) ita est interpretatus ⲦⲦⲞⲒ Ⲙ̀ⲠⲀⲖⲀⲀⲞⲤ ⲀⲨⲢⲀϢⲤ Ⲙ̀ⲪⲚⲞϨ. Significatur igitur utroque isto nomine Æg. calamus mensorius, de quo operæ pretium est videre Schindleri Lex. Pentaglott. in קנה col. 1629, 30. Ab his vero calamis mensoriis, terræ infixis, quæ certam viæ longitudinem indicabant, et dimetiebantur, intervalla ipsa, ab uno calamo ad alterum porrecta, nomen accepisse videntur. Forsitan tamen et alio modo intervalla dimetiebantur Æg., qui magis ad mentem Hieronymi accedit. Nam per Noh, σχοῖνον, potest et intelligi restis, vel funis ex junco contextus, certæ et definitæ longitudinis, quo ad dimetienda spatia quæcunque uti potuerunt, quod et hodie fit in Ægypto, quemadmodum in his testatur Vanslebius, in historia peregrinationis suæ Æg., Gallice conscripta, p. 16, Le feddan en Egypte contient 400 cassabes, ou cannes, chaque canne est longue six bras de caire. Quando igitur Copti σχοῖνον vertunt Ⲛ̀ⲞϨ et ⲚⲞϨ Ⲛ̀ⲢⲰϢ, commode intelligi potest funis, quippe quod σχοῖνος pariter significet. Sic etiam Hebr. vox קנה designat et calamum et funem. Utroque vero utebantur ad metiendum. Nempe, ut verbis utar Schindleri l. c., Fune mensurabantur fundos, sed calamo ædificia et alia. Et sic Æg. etiam non tantum vias, sed et fundos et agros diligenter et sollicite dimetiebantur, sive calamo, sive fune, et ad hoc necessitas ipsos compellebat. Etenim Nilus in agros Æg. quotannis se effundebat, eosque totos inundabat, quo efficiebatur, ut limites agri cujusvis sæpius mutandi fuissent, nisi possessores eorum mensuram accuratam veluti in numerato habuissent. Etym. M. v. Ἄκαινα: Ἄκαινα ἐστι ῥάβδος, τὸ καλούμενον

[1] Cf. Jabl. de Remphah. p. 75, 6.

[2] Hieronymi errorem recte castigavit Michaëlis Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1578, 9, ubi et alia de locis Vet. Test., in quibus commemoratur urbs No, non diversa a Thebis, ac deinde dicta Διόσπολις.

[3] Addubito, an Vitringa l.c. id doceat. V. tamen ej. Comment. ad Ies. xxvii. 10. p. 92. Paria præbet Scholtzius p. 10.

βούκεντρον, ὠνόμασται δὲ οὕτως. Νεῖλος ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸς, ἀναβλύζων καὶ ἀνερχόμενος διὰ τοῦ θέρους, τὰ ὅρια τῆς τῶν Αἰγυπτίων γῆς τῇ ὑγρασίᾳ λύων καὶ μιγνύων, ἀπώλλυεν. Ὕστερον δὲ ῥάβδον λαβόντες, τὰς ἑαυτῶν γᾶς ἐγεωμέτρουν. Καὶ γεωμετροῦντες, ἕκαστος τὴν ἰδίαν γῆν ἀπελάμβανε δίχα μάχης καὶ φόνου. ἐκλήθη οὖν ἡ ῥάβδος, ἐν ᾗ ἐγεωμέτρουν, ἄκαινα, ἡ στεροῦσα αὐτοὺς τοῦ καίνειν ἀλλήλους, ὅ ἐστι φονεύειν. λέγεται δὲ, ὅτι Θεσσαλός τις εὑρεθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ ἐπενοήσατο τῇ ῥάβδῳ γεωμετρεῖν τὴν γῆν. Quibus junge hæc Olympiodori in Aristot. Meteorol. i. p. 25. a. *Διὸ δὲ καὶ ἐπινενόηται παρ' Αἰγυπτίοις μέτρον, ὅπερ ἄκαινον καλοῦσι, παρὰ τοῦ στέρησιν ποιεῖν τοῦ φόνου.* Sed etiam hanc scrupulosam diligentiam, quam adhibebant possessores agrorum, in dimetiendis limitibus possessionum suarum, sæpenumero, et impetus Nili vehementior, et avaritia possessorum, inanem reddebant et inutilem: quod Palladius observat Hist. Laus. c. xxxvii. p. 954. Optime Strabo xvii. p. 542. *ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ' ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ὅρων συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προστιθεὶς καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα καί τ' ἄλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς ἀποκρίνεται τό τε ἀλλότριον καὶ τὸ ἴδιον. ἀνάγκη δὴ καταμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν.*

Erat igitur Nob, vel *σχοῖνος*, certa mensura, certumque intervallum, quo agros suos dimetiebantur Æg., ut præter alios docet Herod. ii. c. 6. *Ὅσοι μὲν γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀργυιῇσι μεμετρήκασι τὴν χώρην, ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, σταδίοισι. οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι. οἱ δὲ ἄφθονον λίην, σχοίνοισι.* Etsi autem mensuræ schœnorum non eædem ubique fuerint in Ægypto, quod pluribus Strabo docet xvii. p. 553. certum tamen est, schœnis agros divisos et definitos fuisse, eaque mensura, Græcis *σχοῖνος* dicta, Æg. audiebat Nob. Cyrill. Alex., adv. Julian. i. p. 30. ex libro Hermaico, hæc de Hermete, sive Thot, describit: *Ἀρ' οὐχὶ καὶ τὸν ἡμέτερον Ἑρμῆν ἀκούεις, τήν τε Αἴγυπτον εἰς λῆξιν καὶ κλήρους ἅπασαν τεμεῖν, σχοίνῳ τὰς ἀρούρας καταμετροῦντα*, etc. Audiamus nunc Coptica, quæ sumsi ex cod. MSS. Eo pertinet locus, supra ex vaticinio Michæ c. ii. 4. allatus, ⲦⲦⲞⲒ ⲘⲠⲀⲖⲀⲞⲤ ⲀⲨⲢⲀϢⲤ ⲘⲪⲚⲞϨ, *Μερὶς λαοῦ μου κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ.* Ab hac porro mensura, ipse ager ipsaque possessio ap. Ægyptios eodem nomine dicta fuit, quasi tu dicas demensam, certam, limitibusque suis circumscriptam ac definitam possessionem. Ita accipitur Ps. cv. 10. ϮⲚⲀϮ ⲚⲀⲔ ⲘⲠⲔⲀϨⲒ—ⲞⲨⲚⲞϨ ⲚⲢⲰϢ ⲚⲦⲈ ⲦⲈⲔⲔⲖⲎⲢⲞⲚⲞⲘⲒⲀ, Dabo tibi (Canaanem) in Schœnum (Gr. habet *σχοίνισμα*) hereditatis tuæ, i. e. Dabo tibi Canaanem in possessionem hæreditatis tuæ. Similiter Ps. xvi. 6. memorantur ϨⲀⲚⲚⲞϨ ⲚⲢⲰϢ, Schœni, quos Messias sibi cecidisse illic testatur, secundum versionem Copt., in fortibus, i. e. Firma et robusta est ea, quæ mihi obtigit, possessio. Ex his jam prolixe disputatis facile colligitur, quid sit No-Ammon, nempe, ut Alex. interpretes ad verbum reddiderunt Nahumi iii. 8. *Μερὶς Ἀμμὼν*, pars, portio, possessio Ammonis. Nam uti homines in Ægypto agros suos habebant definitos, et limitibus suis circumscriptos, ita universa etiam Ægyptus inter deos gentis huj. erat distributa. Unusquisque enim Nomus uni alicui deo peculiariter erat consecratus, a quo et nomen habebat. Id indicare volebat Diod. S. i. p. 12. Hinc igitur Nomus Panopolites, Aphroditopolites, et alii, qui ab illis diis nomina habent, quibus erant consecrati, quorumque erant in tutela. Nomus Thebaicus, illiusque civitas princeps Thebæ, erant in tutela Ammonis, Æg. Jovis. Huj. urbs illa censebatur pars, possessio et peculium: Hoc significat nom. ej. Æg. No-Ammon, quod Gr. postea rediderunt *Διόσπολιν*, Jovis urbem.[1]

Νομός.[2] Tota Ægyptus in plures olim divisa erat præfecturas, quæ omnes certis diis consecratæ erant, illas autem Præfecturas Æg. patrio sermone appellabant *Νομούς*. Strabo xvii. p. 541. *Ἡ δὲ χώρα τὴν μὲν πρώτην διαίρεσιν εἰς νομοὺς ἔσχε, δέκα μὲν ἡ Θηβαῒς, δέκα δ' ἡ ἐν τῷ Δέλτα, ἑκκαίδεκα δ' ἡ μεταξύ. ὡς δέ τινες, τοσοῦτοι ἦσαν οἱ σύμπαντες νομοὶ, ὅσαι αἱ ἐν τῷ λαβυρίνθῳ αὐλαί. αὗται δ' ἐλάττους τῶν τριάκοντα.* P. 558. ait fuisse in Labyrintho aulas XXVII. Totidem ergo docere vult, fuisse primitus in Ægypto præfecturas. Sed numerus horum Nomorum in Ægypto non semper fuit idem. Initio fuit utique exilior, et exiguus magis. Præfecturæ illo tempore ambitum habebant longe majorem, pluresque continebant urbes, ita ut, Ies. xix. 2., Præfectura haud immerito ממלכה, regnum, vocari potuerit. V. Campegii Vitringæ obss., T. i. p. 555. Postea limites Præfecturarum vehementer contracti, sensimque imminuti fuerunt, ut in plures tota regio dividi posset. Ptolemæus certe, suo tempore, in Geographia Ægypti, quinquaginta circiter Nomos enumeravit. Et verosimile mihi videtur, illam Ægypti per certos Nomos divisionem, tempore Romanorum, re ipsa desiisse, nihilque nisi memoriam illorum superfuisse. Ptolemæus igitur, et ante eum Strabo,

[1] Forsterus Epist. ad J. D. Michaëlis p. 25—28. de No-Amon in eam sententiam disputavit, ut Nob significaret habitationem, nec sola Diospolis, sed potius universa Ægyptus hoc nomine indicaretur. Cui sententiæ favere videtur locus Nahumi iii. 8., quem tamen plerique interpretes accipiunt de Diospoli, vel magna, vulgo Thebis, vel alia in Ægypto inf. supra Mendetem, cuj. meminerunt Strabo xvii. p. 1154, et Demetrius Phal. ap. Diog. Laërt. v. sect. 78, vel iterum alia. Etenim in sola Ægypto fuere ejusdem nominis urbes quinque, teste Steph. Byz. v. *Διόσπολις*. Ut revertar ad originem nominis No; novam de ea proposuit conjecturam eruditus Akerblad in Epist. de Inscript. Æg. Roset. p. 34, 35. his ipsis verbis: "Parmi les longs et fastueux titres dont est décoré Ptolémée Epiphane dans l'inscription Grecque, se trouve celui de ΕΙΚΩΝ ΖΩΣΑ ΤΟΥ ΔΙΟΣ. Le nom qui en Grec signifie Jupiter, est rendu en Egyptien par un mot qui consiste en une seule lettre, celle que nous avons reconnue pour un Ⲱ ou un ⲞⲨ, dans les noms Ptolemée, Aëtos, &c. Ce nom m'a un peu embarrassé; le Copte n'offroit point d'appellatif de cette forme et d'une signification convenable, et je ne connoissois point de divinité Egyptienne de ce nom. Je crois enfin avoir trouvé la solution de cette difficulté; mais je la propose comme une simple conjecture. La ville de Jupiter, ou Diospolis (parva) dans la Thébaïde, porte dans les dictionnaires Coptes, le nom de ϨⲰ ou ϨⲞⲨ. Dans le manuscrit numéroté 69, provenant du Vatican, actuellement à la Bibliothèque nationale, il est fait mention du nome Ho, ⲠⲐⲞϢ ⲚϨⲰ: c'est le nomus Diospolites des anciens, et le كورة هو de Makrizi. La plupart des auteurs Arabes et plusieurs voyageurs modernes connoissent ce nom; et d'Anville l'a inséré dans sa carte, en l'écrivant How, d'après l'orthographe Angloise. Or il me paroît assez probable que ce nom étoit celui d'une divinité adorée dans la haute Egypte, et qui est la même que le ⲞⲨ de l'inscription; que la ville dont nous venons de parler s'apelloit ϮⲂⲀⲔⲒ ⲚϨⲰ la ville de Ho, ou, selon l'orthographe de notre inscription, Ⲛ̄Ⲱ.—Ceux qui aiment les rapprochemens étymologiques, retrouveront peut-être ce mot dans le No-Amon נא־אמון, ou Hamon-No המון־נא, nom qui se rencontre dans les prophètes, et qui, sans doute, désigne quelque grande ville de l'Egypte, quoique les interprètes ne soient guère d'accord laquelle il faut entendre. Les Septante et la version Copte rendent effectivement ce mot par Diospolis (Ez. xxx. 16.); mais il faut avouer que la description de No Amon, qui se fit, Nahum iii. 8., ne convient pas trop à Diospolis de la Thébaïde. Aussi les Septante, et le Copte qui les traduit servilement, ont-ils trouvé tout autre chose dans ce passage que dans celui d'Ezéchiel. Un endroit de Jér. xlvi. 25., achève de rendre la chose au moins fort douteuse. Quant à l'étymologie de ce nom, elle paroît assez bien s'accorder avec notre Ho: No-Amon seroit ⲚϨⲰ ⲀⲘⲞⲨⲚ, Jupiter-Ammon; d'autant plus que le préfixe Ⲛ est devenu adhérent à ce nom, qui même est écrit ⲀⲚⲞ au lieu de ⲚϨⲰ dans un des vocabulaires Thébaïques de la Bibliothèque nationale n°. 44." Præclaram hanc Akerblad annotationem, etsi longiorem, hic a me e libello, non omnibus lecto, repetitam esse, nemo paulo humanior erit, ut opinor, qui ægre ferat.

[2] *Νομός*. Perraro ea vox prostat in numis Æg. Invenit tamen Belley in duobus æreis Trajani et Antonini Pii. V. Comment. Acad. Inscr. Paris. t. xxviii. p. 529. Numi isti sunt maximi moduli, sed spuriæ antiquitatis. Servabantur quondam in Museo Numario Pellerinii, qui vero ipse de legitima antiquitate dubitasse videtur. Melioris notæ est numus Hadriani, in quo CAITHC NOMOC, primum vulgatus a Zoega l. l. p. 105. In lapidibus literatis non memini me voc. *Νομὸς* uspiam legere.—In annotatione p. 169. l. 16. pro كورة ponatur دورة, nisi tamen legendum sit دارة, quod vicum, tribum, aut simile significat, et in plurali facit دور. Non mihi hanc observationem debes, sed Ravio nostro. Quæ habet Jabl. p. 175,6., de *Νομὸς* ducendo ex ⲚⲞϨ possessio et ⲘⲞϨ plenus, placuere itidem Scholtzio p. 19.

quando de Nomis loquuntur, antiquam Ægypti Geographiam videntur sequi, non illam Ægypti in certas suas definitasque Provincias divisionem, quæ illo, quo scribebant, tempore obtinebat. Hinc est, quod Græci, seculo iv. et v. æræ vulgatæ nostræ Christianæ, etiam in Ægypto viventes, Nomos Ægypti limitibus admodum angustis includant, et qui pristinæ Ægypti in Nomos vel Præfecturas divisioni minime congruant. Cyrill. Alex., qui ineunte seculo v. floruit, et in Ægypto scripsit, ad locum Ies., paulo ante allatum, hæc commentatur: *Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων οἰκοῦσι χώραν, ἑκάστη πόλις καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι, καὶ τέτριπται παρ' αὐτοῖς ἡ τοιάδε φωνή.* Nomus autem Ægypti incolis dicitur unaquæque civitas, cum vicina regione, et pagis, qui ei subsunt. Et vox hæc ap. illos pervulgata est. Hoc nonnihil antiquior, Epiphanius, ita scribit, in Hæresi xxiv. §. 1.: *Νομὸν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοί φασι τὴν ἑκάστης πόλεως περιοικίδα, ἤτοι περίχωρον,* et paucis interjectis: *Ὅπου γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ Προφήτῃ Ἡσαΐᾳ εὕροις γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεως Αἰγυπτιακῶν, οἷον Τάνεως, ἢ Μέμφεως, ἢ νομοῦ τῆς Βουβάστου, Αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον τῆς τυχούσης πόλεως σημαίνει.* Sic et Eustath. in Dionys. Perieg. v. 251. *νομοὺς*, uti scribere[1] oportet, interpretatur *ἐνορίας*, id quod urbi finitimum, vel intra ej. fines situm est, et in Hom. Il. A. p. 156. *Νομὸς—ὁ κατὰ Αἰγυπτίους ἐν ἐνορίαις*, (credo suppleri debere *πόλεως*) *τόπος*.

Jam de vocis huj. vera atque genuina significatione dispiciamus. Multi ex Græcis, quos inter est Diod. p. 66., Proclus in Tim. Plat. p. 30. Eustath. in Il. Hom. l. c., et multo plures alii, more ipsis valde familiari, et hanc *νομοῦ* vocem ex fontibus linguæ Gr. derivatam esse censent. Neque aliter Casaub. cuj. hæc sunt verba, in notis ad Strab. p. 218. [1135.]: Quidam putant, hanc *νομοῦ* vocem esse Æg., quos falli et omnes sciunt, qui aliquid Gr. sciunt, et Diodorus diserte admonet. Cui viri longe doctissimi judicio non immerito opponimus judicium H. Stephani, Soceri ej. qui ad Diod. S.[2] scribit: Ego *νομὸν* Gr. esse vocem, vix mihi persuasero. Et testimonio Diod. S., quod et attulit Casaub., is ipse Stephanus aliud opponit ejusdem Diod., de Sesoosi ita scribentis, *Τὴν χώραν ἅπασαν εἰς ἓξ καὶ τριάκοντα μέρη διελὼν, ἃ καλοῦσιν Αἰγύπτιοι νομούς.* H. Stephani causam non prorsus improbavit etiam S. Bochartus Geogr. S. P. i. 4. c. 24. quem vide.[3] Et profecto res facile extra omne dubitationis periculum collocari potest. Esse vocem *Νομὸς* vere Æg. 1. ex eo satis constat, quod Gr. scriptores non pauci id haud inviti et conceptis verbis testentur. Ipse Diod. S., quod modo observabamus, qui aliquando *νομὸν* augurabatur esse originis Gr., alio loco fatetur, voc. istam non Gr., sed Ægyptiis deberi. V. plura ap. Bochart. l. c. Plinius, loquens de Ægypto et Ægyptiis v. 9. ait, Dividitur in præfecturas, quas nomos vocant. Sic et c. xiii. Hieronymus pariter, quem in hujusmodi rebus impense exercitatum fuisse norunt omnes, Comment. in Esaiam, l. iv. c. 12. (Opp. T. iii.) col. 115. Et diversæ regiones Ægypti, quas *νομοὺς* (ita scribe) Ægyptii vocant. Et L. vii. col. 181. in territorio Heliopolitano, quod Ægyptii *νομὸν*, (ita et hic scribe) vocant. 2. Fatente ipso Casaub., si ex Gr. deducta sit *νομὸς*, locum proprie significat pascuis aptum, et pascuorum divitem. Id vero de omnibus Ægypti regionibus, quæ *νομοὶ* dicuntur, prædicari haudquaquam posse, recte beneque urget Bochart. 3. Græci vocem *νομοῦ*, in illo, quem nunc illustravimus, sensu, tantum adhibent, quando de Æg. regione sermo est. In Græcia, in Asia, in Italia, *νομοὺς* non agnoscunt. An non eo ipso satis clare innuunt, voc. *νομὸς* Ægypto esse propriam, et sermoni patrio incolarum huj. regionis deberi? Equidem non ignoro, Herod. iii. 90. Satrapias Persarum vocare *νομοὺς*, et Maccab. L. i. c. x. 30., mentionem fieri *τῶν τριῶν νομῶν τῆς Σαμαρείτιδος*, quæ loca diligentiam Bocharti non effugerunt. In eod. L. i. Maccab. c. xi. 57. legimus, Antiochum juniorem Jonathanem Principem Judæorum præfectum constituisse *ἐπὶ τῶν τεσσάρων νομῶν*, quomodo utrobique in illo libro legendum esse, ex superioribus conficitur. Simili modo Herod. iii. 127. ait, *εἶχε δὲ νομὸν τόν τε Φρύγιον, καὶ Λύδιον, καὶ Ἰωνικόν.* Verum exempla hujusmodi adeo rara sunt, ut vel hinc colligere liceat, auctores istos voce hac abuti, quemadmodum videas, scriptores vocem Satrapiæ, quæ omnium consensu Persica est, ejusdemque cum *νομῷ* fere significationis, nonnunquam usurpare, quando de regionibus aliis loquuntur.

Silentio prætermittere non possum, virum Copt. linguæ non mediocriter peritum, Guil. Bonjour, in Monumentis Copt., Romæ editis, existimare, *νομὸν* Æg. proprie dici non *νομὸν*, sed ⲘⲈϢϢⲞϮ. Edidit in illis Monumentis epistolam quandam Synodicam, lingua Æg. exaratam, in qua p. 12. vir ille doctus ⲚⲒⲘⲈϢϢⲞϮ ⲚⲦⲈ ⲬⲎⲘⲒ vertit nomos Chemi, et in notis explicat nomos Ægypti p. 13.[4] Verum illo tempore non amplius obtinebat illa vetusta Ægypti in Nomos proprie sic dictos divisio, cum tempore jam Strabonis re ipsa desiisset, quamvis memoria illius etiamnum conservaretur. Aut certe Strabonis tempore *νομὸς* aliud quid significavit, quam Sesostris et antiquiorum Ægyptiorum tempore. ⲘⲈϢϢⲞϮ nihil aliud est, quam ager, aut certa quædam regionis portio suburbicaria, quam et Toparchiam verbis Strabonis appellare licebit. Sic Ager Samniticus, Ager Veiens, Ager Romanus, et similia, ap. Liv. aliosque historiæ Rom. scriptores non infrequenter occurrunt. Simili plane ratione, Græci quoque voce *πέδον* et *πεδίον* uti solent. Aristoph. Plut. v. 771, 772, *Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον, Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον.* Idem Æg. est ⲘⲈϢϢⲞϮ, Ps. lxv. 11. ⲚⲈⲔⲘⲈϢϢⲞϮ ⲈⲨⲈⲘⲞϨ ⲈⲂⲞⲖ ϦⲈⲚ ⲠⲈⲦⲔⲈⲚⲒϢⲦ, *Τὰ πεδία σου πλησθήσονται πιότητος*, Ps. xcvi. 12. ⲈⲨⲈⲢⲀϢⲒ ⲚϪⲈ ⲚⲒⲘⲈϢϢⲞϮ, *Χαρήσεται τὰ πεδία.* Rem eandem Æg. significabat quoque vox ⲦⲔⲞⲒ, sicuti Ps. lxxviii. 12 et 43, ϦⲈⲚ ⲦⲔⲞⲒ ⲚϪⲀⲚⲎ, ubi Græcus habet *ἐν πεδίῳ Τάνεως.* Vides ⲦⲔⲞⲒ, adeoque ⲘⲈϢϢⲞϮ etiam, nam duo hæc rem eandem indicant, accipi de aliqua regione Æg., non autem de majori et ampliori, qualis olim *νομὸς* dici consueverat, sed de minori, quales sunt illæ, de quibus Strabo p. 541. fin., *πάλιν δ' οἱ νομοὶ τομὰς ἄλλας ἔσχον, εἰς γὰρ τοπαρχίας οἱ πλεῖστοι διῄρηντο, καὶ αὗται δ' εἰς ἄλλας τομὰς, ἐλάχισται δ' αἱ ἄρουραι μερίδες.* De *ἀρούραις* Horapollo i. 5. *Ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα, πηχῶν ἑκατόν.* Neque mirum est, Nomi vocem, in scriptis Ægyptiorum recentiorum non reperiri, cum res ipsa in communi usu dudum jam desiisset, et tantum ex antiquitatis cognitione nota esset.

Cum autem luculentis indiciis colligatur, voc. *νομὸς*, quando sermo est de Præfecturis Ægypti, Gr. non esse, videndum, quidnam re ipsa *νομὸς* Æg. significaverit, et unde vox hæc derivata aut composita esse censeri queat. Bochartus voc. *νομὸς* ex Hebr. idiomate satis explicari posse arbitratur. Fallor, inquit p. 261., aut ex Hebr. מנה, Mana, vel מנא, Mono, ut Syri efferunt, factum est *νομὸς*, vel Æg., vel Græcis, hac metathesi peregrinum vocabulum emollire conatis. Verum nisi me opinio mea fallit, res ipsa indicat, nomina Æg., si possint, ex patrio gentis huj. sermone potissimum esse ducenda. Deinde illa, quam originationi suæ substernit, ratio, meam, quam nunc adferam, unice confirmat. Ait, מנא, Mono, apud Syros designare partem, atque id ipsum esse *νομόν*. Diod. etiam p. 66. *νομὸν* exponit *μέρος*. Et Euseb., L. iii. Præp. Evang. p. 57, *μέρος τι*, inquit, *τῆς Αἰγύπτου, ὃ καλοῦσι νομόν.* Id vero re ipsa Æg. dicebatur *νομὸς*, a qua voce longius profecto recessit Mono. Nob enim, ut in articulo sup., No-Ammon, fuse exposuimus, sermone Æg. avito, dicitur pars et possessio. Et hinc sine dubio defluxit vox *νομὸς*, quam recte interpretari possis possessionem plenam, vel majoris ambitus. Privatorum partes et possessiones angustis valde limitibus

[1] Frequenter a librariis, immo a viris quoque doctis in edd. scriptorum veterum, permutatæ sunt voces Νομὸς et Νόμος. Exempla qui velit, adeat Albert. ad Hesych. v. Νόμος.
[2] L. i. c. 54. Aut mutavit sententiam H. Steph., aut de origine vocis tacere maluit in Thes. L. Gr.
[3] Casaubono assentitur Wesseling. ad Diod. i. 73. Nec dissentire videtur Berkelius ad Steph. Byz. v. Ἀδαμαβις.
[4] Bonjourium secuti sunt La Crozius Lex. p. 50. et Mingarellius ad Æg. codd. reliquias p. lxxi.

erant circumscriptæ; cum quibus comparatæ, Præfecturæ vere omnino dici poterant possessiones plenæ, quia justæ erant magnitudinis, regnaque dici quodammodo poterant. Unde Proclus i. in Tim. Plat. p. 30., loquens de Æg. Nomis, hunc in modum scribit: *Οὕτω δὲ ἐκάλουν Αἰγύπτιοι τὰς διαιρέσεις τὰς κατὰ τὰ μέγαλα τῆς Αἰγύπτου μέρη.* En! nomi sunt majores partes, ac majores possessiones in regno Ægypti. Iterum observabo, Præfecturas illas diis fuisse consecratas, unde etiam nom. plerumque acceperunt, Nomus Heracleopolites, Nomus Hermopolites, Nomus Heliopolites, eumque ad modum reliqui. Vocabantur itaque ab iis *νομοὶ*, quasi dicerent plenas deorum suorum possessiones. Vel etiam *νομὸς* exponi fortasse posset portio durabilis et perpetua. Nam ⲘⲎⲚ est firmus, durabilis, unde est ⲘⲀ ⲚⲘⲞⲚⲒ, portus, i. e. locus tutus, firmus, ac stabilis. Esset igitur ⲚⲞϨⲘⲎⲚ, portio terræ certis et non mutandis limitibus circumscripta. Mihi tamen interpretatio prior magis placet.

*Nonnus et *Nonna. Hoc nomine ap. scriptores medii ævi frequentissime designantur Monachi, et Monachæ. Loca horum scriptorum, perquam liberali manu, nobis subministrant Vossius de Vitiis Lat. Serm. ii. 13. Du Fresne in Glossario, ut alios taceam.[1] Voces has originis esse Æg., eruditorum permulti[2] sibi persuaserunt. Vossii, ibid. i. 6., hæc sunt verba: Est autem vox Æg. Hi enim Monachos Nonnos; Monachas Nonnas vocant: ut traditum quoque Cœl. Rhodigino, Antiq. Lect. v. 12. Ger. Falckenburgius in Epist. ad Jo. Sambucum, præmissa Nonni Dionysiacis, ab ipso editis, p. v. ait: Neque silentio prætereundum existimavi, quod olim Ægyptii viros et virgines, pietate et vitæ sanctimonia insignes, Nonnos et Nonnas appellaverint. Et ex eo Nonno Panopolitano, auctori Dionysiacôn, nomen adhæsisse, ibid. vir ille doctus suspicatur. G. J. Vossius, l. c. et Schrœerus de Imperio Babylonis, Nonnum explicant נין, filium, tanquam vox illa Hebr. Ægyptiis quoque usitata fuerit; per filios vero Monachos, Abbati tanquam patri suo obedientes, per filias vero, virgines sacras innui autumant. Verum explicationi huic id omnino repugnat, quod Nonni, non filiorum, sed patrum, et Nonnæ, non filiarum, verum matrum loco haberentur et colerentur. In regula Benedicti, qui obiit A. 542, ap. Voss. et Du Fresn. hæc leguntur: Priores juniores suos Fratres nominent: juniores autem, priores suos Nonnos vocent, quod intelligitur Paterna reverentia. Unde Synodus Aquisgranensis, habita A. 816, voluit, Ut, qui præponuntur, Nonni vocentur, h. e., Paterna reverentia. Et Papias ap. Du Fresn.: Nonnos vocamus majores, ob reverentiam, nam intelligitur Paterna reverentia. Addit Du Fresnius sub finem articuli: Italis etiamnum Nonno, avus dicitur, pater patris, ut avia, la Nonna. Voc. Æg. quidam putant.

Si vox hæc sit Æg., quod multis in mentem venit, et veritati adeo dissimile non est, eam exponerem Ⲛ̀ⲚⲞⲨⲈ̀ⲚⲈϨ, Ennueneh, vel Nueneh, quæ non est huj. seculi, vel qui, sive quæ, seculo renuntiavit. Ⲉ̀ⲚⲈϨ est *αἰὼν*, Seculum, eaque vox tam late accipitur, quam Gr. vox *αἰὼν*, ap. Ægyptios recentiores, qui phrases et locutiones Scripturæ S. communi usu terere, suasque facere consueverunt. Quia igitur *αἰὼν*, ap. Scriptt. S., in locis bene multis, eorum statui opponitur, qui in omnibus vero religionis sensu ducuntur, seque Deo totos consecrarunt, Ⲛ̀ⲚⲞⲨⲈ̀ⲚⲈϨ optime dici potest, qui mundi negotiis, et illecebris in universum renuntiavit, suamque vitam et se ipsum Deo consecravit. Exprimit vox hæc, quod versu illo canitur, quem ex veteri fabula Rom. Du Fresnius adducit, Nonne devint, et le siècle laissa. Et sane, Nonnus idem videtur esse, quod sanctus et castus. Ita Hieron., qui primus ea voce usus est, Epist. xxii. ad Eustoch. §. 6.: Quia maritorum expertæ dominatum, viduitatis præferunt libertatem, Castæ vocantur, et Nonnæ. Idem Epist. xlvii.: Quæ in adulationem tui, sanctum Nonnumque coram te vocat. Arnobius junior in Ps. cv.: Si ille, qui sanctus vocatur et Nonnus, sic agit; ego quis et quotus sum, ut non agam? Et in Ps. cxl.: Adulantes nobis invicem, in præsenti positi, sanctos nos vocamus et Nonnos.

*Νοῦν. Anabasis Nili. Horapollo Hierogl. i. 21., *Νεῖλου δὲ ἀνάβασιν σημαίνοντες, ὃν καλοῦσι Αἰγυπτιστὶ Νοῦν, ἑρμηνευθὲν δὲ σημαίνει νέον.* Ph. Jac. Maussacus, in not. ad Plut. de Flum. p. 291,2., ex hocce loco Horapollinis, conjiciebat, et certissime se probaturum esse pollicebatur, *Νοῦν* fuisse Nili verum nom. Æg. At enim vitiosa lectio in Horapolline viro docto imposuit. Nam pro eo, quod in ej. codd. legitur, *ὃν καλοῦσι*, mutatione perquam levi, scribendum est *ἣν καλοῦσι*, quod ante me jam dudum vidisse Gilb. Gaulminium, postea deprehendi. V. ej. notas in vitam Mosis i. 10. p. 249.[3] Loquitur Horapollo de Anabasi Nili, eamque dicit Æg. voce patria appellari *νοῦν*. Quod sane verum esse potest. Nam ⲚⲞⲨⲚ, quæ vox in Copt. scriptis non est infrequens, dicitur profundum, abyssus, Gen. i. 2. Deut. xxxiii. 13. Luc. viii. 31. Et sumitur etiam de aquis fluviorum, in campos sese effundentium, Deut. viii. 7. Unde tanto magis apparet, voc. recte posse adhiberi de Nilo adscendente, agrosque Ægypti nonnunquam satis alte inundante.[4] Ceterum, si liceret, in Horapoll. pro *νοῦν* legere mallem *μανοῦν*, quod erit ⲘⲈϨ ⲚⲞⲨⲚ, plena abyssus. Hoc Anabasin perquam commode designare poterit, et satis familiare est scriptoribus, ut Nili adscensionem *πλήρωσιν* et *πλήρωμα* nuncupent.[5]

*Noph, נף. Ita Ies. xix. 13. Jer. ii. 16. et Ez. xxx. 16. appellatur Memphis, sicuti et Moph. Cf. C. Vitringæ Geogr. S. c. vii. p. 36, 37. et Comm. in Ies. t. i. p. 564. Meam de hoc nomine sententiam qualemcunque intelliges ex dictis ad v. Moph.[6]

*Ob, vel *Obb, אוב. Qua voce Scriptores Codicis Hebr. frequenter utuntur, ad indicandum divinatorem, haruspicem, qui de futuris responsa dat. Dissentiunt inter se viri eruditi, tum de orig. vocis, tum de vero ej. sensu, quæ hic prolixe referre supervacaneum duco. Videri possunt D. Millii Diss. select. xii., quæ est de אוב et אובות, Schuckfordi Histoire du Monde t. ii. p. 333 et seqq., Clodii Lex. Hebr. select. v. אוב, p. 18 et 19. atque plures alii.[7]

Bochartus Hieroz. p. i. l. i. c. 3., censet voc. esse Æg. Legit nempe in Nomenclatore Kircheri, quem citat, obion ap. Coptos hodieque serpentem sonare, idque putat Horapoll. efferre *οὐβαῖον*. Libenter adstipulor viro doctissimo, voc. esse Æg., at interpret. ej. probare non possum. Nomenclatori Kirch. tuto credi non potest. Kircherus ipse linguæ, cuj. se instauratorem jactat, prorsus erat imperitus, et innumeros sane errores in illo Nomenclatore commisit, ne nunc dicam de fraudibus manifestis et imposturis, quibus Kircheriana omnia, quæ

[1] Vocem ἡ Νόνς Palladio Hist. Laus. c. 87. restituit Meursius, quem etiam v. in Glossario Græco-barbaro p. 595,6. ed. Flor. V. iv.

[2] In quibus Erasmus et Hospinianus. Scribit alter in Scholiis ad Hieron. Epist. xxii.: "Ægyptus præter ceteras provincias monachorum gregibus abundabat: quorum lingua puto monachos et sanctos Nonnos fuisse vocatos, monachas et virgines Nonnas." Alter de Monachis i. 1., "Apparet autem hoc verbum (Nonnæ) ab Ægyptiis in vulgi sermonem venisse. Solent enim aliquoties res ej. gentis sortiri vocabula, in qua præcipue fuerint, aut unde natæ sint." Sequuntur deinde verba Erasmi. Si, quæ habet Jabl. de origine appellationis, vera sunt, nomen certe est valde honorificum. Admonuit me M. Tydemannus, in Scaligeranis secundis p. 224. ed. Amst. hæc verba attribui Scaligero: "Nonnæ vocantur generali nomine; est vox Æg., quæ virginem significat. Legi ante 40 annos ap. Hieron."

[3] Vulgatum ὃν καλοῦσι retinent, et Νοῦν de ipso Nilo capiunt Mercerus, Hœschelius et Caussinus ad Horapoll., item alii in notis ad Hesych. v. Νοῦς.

[4] Eandem voc. Æg. huc advocarunt Bonjourius, Wilkins, ac Georgius ad Fragm. Liturg. p. 321.

[5] Comparetur Scholtzius p. 10, 11.

[6] In duobus prioribus V. T. ll. cc. interpretes Alex. habent Μέμφις, in ultimo est varietas lectionis, de qua Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1536. Nom. Noph, etiam Moph, originem ducit ex antiqua urbis Memphiticæ appellatione Æg., quam vidimus supra p. 137. Conf. Ravius in not. ad Shawii Itinera, t. ii. p. 82.

[7] Prolixe cumulateque de אוב et אובות disputavit J. Tjeenk, in Comment. Soc. Scient. Ulissingensis t. i. p. 546—584.

literas Æg. spectant, ubique scatent. Obion non est vox Æg., neque characterem Æg. præ se fert. ϨΟϤ, hoph, quidem Æg.[1] dicitur serpens, quod sane ad obh propius accedit, quam obion; sed persuadere mihi nequeo, una eademque voce, et serpentem, et incantatorem, qui serpentibus ad præstigias suas abutitur, designatos fuisse. Meam ea de voce sententiam[2] in Epist. ad La Croz., Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 183, his verbis breviter declaravi: "אוב, Python, sacrificus, numquid aliud est, quam ΟΥΗΒ, sacerdos. Eam voc. Israëlitæ, de sacerdotibus idolorum prædicari solitam, sæpius audiverant, et secum asportarunt." Sacerdotes Æg. divinationibus et incantationibus vehementer deditos fuisse, vel ex historia Mosaica abunde perspicitur. Hoc sciebant Israëlitæ. Audiverant in Ægypto, homines huj. sortis dici ΟΥΗΒ. Idcirco postea voc. hanc loquentes de hujuscemodi hominibus, retinuerunt.

Ὀθόννα. Dioscor. ii. 213. ait sic vocari succum chelidoniæ majoris, vel secundum alios succum herbæ, quæ nascitur in Troglodytice, et Arabia Æg., ac pariter vocatur Othonna. Tandem hæc subjungit, Ἔνιοι δὲ φασιν αὐτὴν λίθον εἶναι Αἰγύπτιον ἐν τῇ Θηβαΐδι γεννώμενον, χαλκόχρουν μικρὸν τῷ μεγέθει, δάκνοντα τὴν γεῦσιν μετὰ πυρώσεως καὶ στύψεως. Quæ sic contrahit Paul. Ægineta L. vii. p. 249., Ὀθόνναν οἱ μὲν φασι πόας εἶναι χυλὸν ἐν τῇ κατ' Αἴγυπτον Ἀραβίᾳ φυομένης· οἱ δὲ λίθον Αἰγύπτιον. ῥύπτει δὲ καὶ δάκνει πάντα τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποσμήχουσα. P. vero 283, Ἔστι δὲ τὸ μέγα χελιδόνιον ἡ ὀθόννα. [" Ὀθόννα, Othonna: herbæ et succi nom., de quo multa Diosc. ii. 211. (213.) et Paul. Ægin. l. vii. Plin. xxvii. 11. Othonna in Syria nascitur, similis erucæ, perforatis crebro foliis, flore croci: quare quidam anemonem vocaverunt. Succus ej. oculorum medicamentis convenit." H. St. Dioscoridis ὀθόννα Sprengelio Hist. Rei Herb. p. 188. est Tagetes patula. Edd.]

* Οἰνώ. Struthium. Append. Dioscor. l. ii. c. 193. p. 447.

* Οἰφί. Mensuræ genus. Est vox, qua Alex. interpretes V. T. haud raro utuntur, quaque voc. Hebr. איפה reddere solent. Scribitur autem diverso modo, Οἰφι, Οἰφι, Οἰφί, Οἰφεῖ.[3] Hieron. in Zach. vi. (Opp. t. iii.) col. 1731, Mensura quæ ap. Hebr. dicitur Epha, crebro a LXX in οἰφὶ vertitur. Observat Hesych. dictionem esse Æg., Οἰφὶν· μέτρον τι τετραχοίνικον Αἰγύπτιον. Probabile est, Hebræos voc. hanc, uti multas alias, ab Ægyptiis, dum eorum regionem incolerent, auditam et acceptam, postea retinuisse, suamque fecisse. Ut id mihi persuadeam, duabus potissimum rationibus inducor. Et primo quidem observavi, Coptos interprr. voces in vers. Gr. repertas, οἰφὶ et οἰφεῖ, non retinuisse, quod more consueto utique fecissent, si voces has pro peregrinis, Hebr. aut Gr., habuissent. In vers. Æg. reperitur ΟΥϢΙΠΙ, Num. v. 15. Lev. vi. 20., ΠΙϢΙΠΙ est Lev. v. 11. Num. xxviii. 5. est ΟΥϢΙΦΙ, corruptione hac aliquali, ut videtur, ex Gr. orta. Ex ϢΙΠΙ credo ortum esse Hebr. איפה, et ex utroque Gr. οἰφὶ, et οἰφεί. Deinde vox ϢΙΠΙ manifesto est originis Æg., ap. quos ΗΠΙ, et ϢΠΙ, numerum et mensuram significat, cum vicissim vere Hebr. Orientalisque origo vocis איפה hucusque non ostensa sit, inquiunt Gottingenses in Relationibus de libris novis Fasc. ix. p. 549. [* Οἴφιον· μέτρον τι, Zonar. Lex. Reg. Ms. et Phavor. Edd.]

* Ὄμφις, cognom. Osiridis, signif. Εὐεργέτην, beneficum. Ita Hermæus ap. Plut. voc. illam interpretatur, de Is. et Os. p. 368., τὸ δ'[4] ἕτερον ὄνομα τοῦ Θεοῦ (Osiridis), τὸν Ὄμφιν, ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ὁ Ἑρμαῖός φησι δηλοῦν ἑρμηνευόμενον. ϤΙ, et cum articulo generis indefinito ΟΥϤΙ, significat bonum. Idemque plane est ѠϤΙ, Emphi, vel Amphi, ex quo facile corrumpi potuit Omphis. Sed id huic interpretationi obstat, quod, secundum Plut., Omphis non tantum bonum significet, verum et beneficum, qui bonorum suorum alios participes facit.[5] Quare judico, insedisse mendum aliquod illum Plutarchi locum. In Epist. ad Timoth. priori, c. vi. v. 2., interprr. Copti voc. Gr. εὐεργεσίαν interpretati sunt ϮΜΕΤΡΕϤΕΡϨΗΒΗΟΥϤΙ; Luc. xxiii. 25., occurrit in Gr. vox εὐεργέτης, sed Copt. interpr. aliud illic adhibuit vocabulum, ΡΕϤΕΡΠΕΘΗΝΑΝΕϤ. Quicquid sit, ex altero loco Epist. ad Timoth. apparet, ΡΕϤΕΡϨѠΒ ѠϤΙ, vel quod prorsus eodem redit ΕΡϨѠΒ ѠϤΙ, Æg. dici εὐεργέτην, quod Gr., ut euphoniæ suæ consulerent, vix aliter exprimere potuerunt, quam ἐρόμφις, unde paulatim (absorbto primo ε) fieri potuit Ρόμφις. Ita auguror Plut. scripsisse.

On, * Ὤν. Urbs in Ægypto, cuj. mentio in hist. Mosaica occurrit, Gen. xli. 45. 50. xlvi. 20. Interprr. Gr. hic habent Ἡλίου πόλιν, quo ipso nos docent, urbis celeberrimæ, quam scriptores Gr. Ἡλιόπολιν nuncupant, verum et antiquissimum nom. in Ægypto, fuisse On.[6] Retulit mihi olim M. V. La Croze, Cyrillum Alex. alicubi memoriæ prodidisse, On Æg. lingua patria dici solem. Loc. illum, in Opp. Cyrilli diligenter quæsitum, reperire[7] non potui. Vix tamen dubitem, virum optimum id aliquando ap. eum legisse, etsi loci non meminerit. Suspicatus autem sum, verum urbis huj. nom. Æg. fuisse ΟΥΕΙΝ vel ΟΕΙΝ, quod Lucem designat, quasi dicas urbem Lucis, i. e. Solis, vel Soli consecratam. V. plura in Panth. Æg. l. ii. c. 1. §. 8.[8]

Onuphis, * Ὄνουφις. Taurus soli sacer, cultus Hermunthi, tanquam viva Solis et Nili fluvii imago. Verum Tauri huj. nom. fuit ΙϦ ΝΟΥϤΙ, Ihnuphi, quod ἀγαθὸν Δαίμονα, bonum Spiritum, vel bonum Genium designat. Pluribus id explicatur in Panth. Æg. l. i. c. iv. §. 11. et l. iv. c. iv. §. 7. et sqq.[9] [Steph. Byz. * Ὄνουφις, πόλις Αἰγύπτου, οὐκ ἄγνωστος· ὁ πολίτης, * Ὀνουφίτης. Edd.]

* Ὀξιονί. Clymenum. App. Diosc. l. iv. c. 13. p. 462.

* Ὀρφιτεβεώκη. Pentaphyllon. App. Diosc. l. iv. c. 42. p. 465. Apul. de Herbis c. 2. Ed. Torini habet Orphitebioce.

Horus, Ὧρος. V. infra v. Ὧρος.

Oryx, animal caprini generis, in Ægypto frequens. Plin. testatur nom. animalis huj. Ægypto pariter deberi,

[1] Exempla dedit La Crozius Lex. p. 158. Ex ista voce Æg. Gr. Ὄφις ortam putat Barthelemy, t. xxxii. Comment. Acad. R. Inscript. Paris. p. 229. An recte? vereor dicere. Pariter de orig. vocis ὄφις Ægyptia dubitat Didymus Taurinensis (Valperga) in Rudim. Ling. Copt. p. 68.

[2] Georgius in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xliii. eandem comprobavit. Alii vero orig. vocis אוב e fonte Hebr. aut Arab. derivare malunt, Millius l. c. p. 400,1., Schultens ad Jobi xxxii. 19., Michaëlis in Suppl. ad Lex. p. 39. Sententiam Jabl. de אוב Scholtzius probavit p. 19.

[3] V. interprr. Hesychii v. Οἰφὶν, ubi legi oportere Οἰφὶ, vidit etiam Hodius de Bibliorum Text. Origin. p. 113. pluribus vocabulum hoc illustrans.

[4] Pro δὲ substituendum καὶ vel γὰρ opinatur Squire p. 108.

[5] Kochero vix dubium est, quin Osiris dictus sit Ὄμφις a ΝΟΥΦΙ, præposito artic. Æg. ΟΥ vel Ο. Plene igitur foret ΟΝΟΥΦΙ, contracte ΟΝΦΙ, ex quo deinde formatum nom. ΟѠΦΙ, ut in vocabulis aliis Ѡ et Η permutantur. V. Misc. Obs. Crit. Nov. t. ii. p. 134.

[6] Iidem interprr. Alex., καὶ Ὤν, ἥ ἐστιν Ἡλιούπολις, Exod. i. 11., ubi nihil ejusmodi in Cod. Hebr. Jer. xliii. (in quibusdam editt. τῶν LXX. cap. l.) 13., τοὺς στύλους Ἡλιουπόλεως, τοὺς ἐν Ὤν, cum in Hebr. tantum commemoretur בית שמש; Ezech. xxx. 17. præbent Ἡλιουπόλεως pro און, quod a Masorethis male punctatum scribit Michaëlis, pro אָוֶן, sed hoc tamen in nullo cod. MS. se reperisse testatur De Rossi V. iii. p. 151. Cf. Amos i. 5., et ad istum loc. annotatio in Misc. Observat. Crit. V. iii. p. 36,7.

[7] Extat locus in Comment. ad Hos. p. 145. Testatur illic Cyrillus, dicere Ægyptios, Apin esse filium lunæ, progeniem vero solis, additque, Ὢν δέ ἐστι κατ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος.

[8] Conjectura Jabl. se probavit viris doctis, etiam Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 44,5, et Forstero in Epist. p. 30.—De Heliopoli locus est valde notabilis in Ephraem Syri, in Ægypto minime hospitis, Operibus Syriacis t. ii. p. 144,5., sed qui tamen antiqui nominis Æg. On non meminit.

[9] Meminerunt urbis Æg., Ὄνουφις dictæ, Steph. Byz. et Hierocles in Synecdemo p. 725, c. n. Wesseling. Hinc Νομὸς Ὀνουφίτης in Herod. ii. 166., de q. l. nonnulla Kocherus monet in Misc. Obs. Crit. Nov. t. ii. p. 147.

ii. 40. V. de hoc animali Hœschelium in Horapoll. l. i. c. 49. Damascium ap. Phot. p. 558. ed. Hœsch., Plut. de Solertia Animal. p. 1794. ed. Gr. Steph. Scholiasten Arati p. 22. ed. Ox., Ælian. H. A. vii. 8. Plura dabit Salmas. in Solin. p. 473,4. Adde eund. p. 157. 656. et Bocharti Hieroz. pt. i. l. iii. c. 26. 28. Nom. Oryx esse Æg. adstruit etiam C. de Pauw ad Horapoll. l. i. c. 49.[1] Imaginem ej. in Tabula Bembina exhiberi, docui in specimine novæ interpretationis Tabulæ Bembinæ, quod insertum est Miscellaneis Soc. Reg. Berol. t. vi. p. 143. [Cf. H. St. Thes. ii. p. 1480. B.]

* Ὄς. Æg. dicitur multus. Et ex hac voce compositum esse nom. Osiridis testatur Plut. de Is. p. 355. ⲞϢ utique sermone Copt. dicitur multus. De etymologia vero totius huj. nominis consuli potest nostrum Panth. l. ii. c. 1. §. 11.

* Ὀσαρσήφ, vel * Ὀσαρσίφ. Nom. Mosis quo in Ægypto insignitus fuit, teste Manethone in Ægyptiacis. Verba ej. hæc attulit Joseph. l. i. contr. Apion. §. 26. p. 460., loquens de Israëlitis in Ægypto, Ἡγεμόνα αὐτῶν λεγόμενόν τινα τῶν Ἡλιοπολιτῶν Ἱερέων Ὀσάρσιφον ἐστήσαντο. Res ipsa clamat, sermonem hic esse de Mose. Et luculenter id ipse Manetho declarat, ibid. p. 461. Λέγεται δ' ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος, ἱερεὺς, τὸ γένος Ἡλιουπολίτης, ὄνομα Ὀσαρσίφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλίου πόλει Θεοῦ Ὀσίρεως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετετέθη τοὔνομα καὶ προσηγορεύθη Μωϋσῆς. Verbis his etiam viam nobis aperit Manetho, ad veram nominis huj. origin. facile inveniendam. Ait enim, nom. hoc esse compositum ex Ὀσίρεως, sive Osiride. ⲤⲀϤ vero, et ⲤⲰϤ, vastationem et desolationem innuit. Est igitur Ὀσιρσάφ, desolator vel destructor Osiridis. Patet etiam hinc, verum nom. Æg., uti illud Manetho nos interpretari docuit, scribendum esse Ὀσιρσάφ, non Ὀσαρσίφ. Ceterum, etiam me non monente, quivis rerum Æg. vel mediocriter tantum peritus, per se facile intelligit, per Ὄσιριν, quem Manetho ait Heliopoli cultu religioso honoratum fuisse, intelligi debere Solem, a quo urbs nomen Heliopoleos accepit. Verum tamen est, Solem Heliopoli Symbolico Osireos nomine non adoratum fuisse. Colebatur etiam sub nomine Ægyptiis sacro-sancto ⲪⲢⲎ. Et Osiris nom., me quidem judice, temporibus Mosis multo est posterius. Dixi ea de re in Panth. Æg., l. ii. c. 1. §. 8. et 16. et in Proleg. c. 1. §. ix.

* Ὄσιρις, Osiris. Nom. ap. Ægyptios symbolicum Solis. De Osiride variæ extant et veterum et recentiorum sententiæ. Sed erat haud dubie Sol, qui nomine hoc designatus est, postquam Theologia ap. Ægyptios symbolica et allegorica invaluisset, et in sacerdotum scholis omnibus tradi consuevisset. Ab eo tempore Osiris, Numinum omnium, quæ coluit Ægyptus, summum evasit atque princeps. Neque officit, quod veteres Osiridem dicant eund. cum Baccho.[2] Plura de eo attuli in Panth. Æg. l. ii. c. 1. Veteres nom. hoc Osiridis non uno modo interpretantur. Eorum expositiones non indiligenter excussi ibid. §. 10. et sqq. Mihi, postquam omnia quæ de Osiride ap. veteres memorata sunt, diligenter et meditate expendi, visum tandem est, nom. Osiris exponi quam optime posse ⲞⲨⲞⲈⲒϢ ⲒⲢⲒ, quasi dicas causam efficientem temporum. Origin. hanc pluribus illustravi loco indicato §. 15, 16.[3] [Hinc vox * ὀσιριάζω. Suidas in v. Ἀσκληπιόδοτος, notante D. Schotto App., Ἔς τε Ἀλεξάνδρειαν τὴν ὀσιριάζουσαν, καὶ τῆς ἔω πολλαχῇ τὴν μαγεύουσαν. Totum articulum, monente Kustero, descripsit Suidas ex Damascio de V. Isidori. Zonaras p. 1473., Ὄσιρις, καὶ ὁ Ὀσίρειος νεώς. Voce * Ὀσίρειος carent H. St. et Schneideri Lexx. EDD.]

* Osirites. Cynocephalia, vel Cynocephalea, herba. Plin. xxx. 2. ex Appione scribit, cynocephaliam herbam, quæ in Ægypto vocaretur Osirites, divinam, et contra omnia veneficia. Potuit herba, more Æg. sacerdotibus perquam familiari, et lingua ipsorum sacra, ab Osiride cognominari. Aut etiam, quia tanta ipsi tribuebatur vis, ex eo nomen potuit trahere. Nam ⲞϢⲒⲢⲒ, Æg. dicitur, quod multum facit, quod multum potest, vel multum præstat et efficit. Sed priorem interpret., quæ disciplinis Æg. sacerdotalibus tam bene convenit, ut docui in Proleg. ad Panth. §. lviii. p. cxxxiv. cxxxv., posteriori prætulerim. [Harduinus legit Osyrites. Hac voce caret Schneideri Lex. * Ὄσυρις ἡ, Dioscor. iv. 143., herba surculacea, colore nigro, tenuibus virgis, fractuque contumacibus, in quibus folia terna, interdum et quaterna, quina, senave, ceu lini, nigra initio, deinde colore mutato rubescentia. Plin. xxvii. 12. Galenus Simplic. 8. Est, Schneidero judice, Chenopodium Scoparia Linnæi, vel Osyris Alba Linnæi: " Jene heisst noch in Griechenland ἄξυρις." Herba Osirites i. e. Cynocephalion Apul. de Herb. c. 86. appellatur * Osireostaphe, quasi tu Osiridis Sepulcrum dicas, notante Gesnero Thes. L. L., qui addit: * Osiriaca s. * Osyriaca herba, quæ alias Malva erratica, Apul. de Herb. c. 86. EDD.]

* Ὀσιρσάφ. V. supra v. Ὀσαρσήφ.

* Ὀσυμανδύας. Ej. meminit Diod. S. l. i. p. 43 et 44. cap. 47., atque inscriptionis, in qua lectum fuerit, Βασιλεὺς Βασιλέων Ὀσυμανδύας εἰμί. Εἰ δέ τις εἰδέναι βούλεται, πηλίκος εἰμὶ καὶ ποῦ κεῖμαι, νικάτω τι τῶν ἐμῶν ἔργον [ἔργων]. Vidimus supra, Memnonem Æg. dictum fuisse Amenophin et Ismandem [p. 26—30. 97, 98.]; ab Ismande autem non diversum esse Osumandya, docui in Syntag. de Memnone Gr. et Æg. p. 38. 52—55. 102 et seqq.

* Otetis. Lacteris. Apul. de Herbis c. 3.

* Οὐαιέ. Φωνὴ μακρόθεν καλεῖται παρ' Αἰγυπτίοις οὐαιέ. Ita Horapollo, i. 29. Voc. h. ex Arab. lingua, sed frustra, explicare tentat Bochart. Hieroz., pt. i. p. 866., Wilkins. de Ling. Copt. p. 106., φωνὴν accipi putat pro voce lamentabili, qualis est οὐαὶ Gr. quam Copti in libris suis ⲞⲨⲈⲒ efferre solent. Verum aliud innuunt verba Horapollinis. Docet is, non vocem lamentabilem, nec etiam vocem quamcunque, generatim, sed vocem e longinquo auditam, Æg. dici οὐαιέ. Optime igitur et recte, ante annos propemodum quadraginta me monuit La Crozius, οὐαιὲ Horapollinis esse ⲞⲨⲈⲒ Copt., quod in eorum libris toties legitur, accipiturque pro μακρόθεν, ut loquitur scriptor ille. V. Ps. xxii. 19. Ps. x. 1. Eph. ii. 17., et alia loca plurima.[4] Est igitur οὐαιὲ, vel Copt. ⲞⲨⲈⲒ, proprie ἡ μακρόθεν, quod ad res plurimas transferri potest. Sed hic subintelligenda venit ἡ φωνή.

Οὔιγγον. Theophr. H. P. 1. i. p. 3., Τὸ ἐν Αἰγύπτῳ

[1] Ὀρύγων mentio fit a Diod. S. iii. 28. Magna illic varietas lectionis. In Herod. iv. 192. dicuntur Ὄρυες. Ad utrumque loc. Wesseling. notavit. Oryx vocem esse origine Gr., plerique volunt, in quibus Vossius in Etym. L. L., Forcellinus in v.

[2] Comparentur cum iis, quæ Jabl. ea de re scripsit in Panth., Wesseling. ad Diod. S. l. c. 11., Valcken. ad Eurip. Phœn. v. 651, et Kœn. ad Gregor. de Dial. p. 247, 8.

[3] De nominis Osiris origine Æg. vix est dissensus, sed tamen de ratione etymologica. Scribit F. S. de Schmidt de Sacerd. et Sacrif. Æg. p. 18, 19.: " Nos primi etymon hoc verbi Osiris ex ling. Copt. tentavimus p. 14. libri, qui inscribitur, Dissertation sur une Colonie Egyptienne établie aux Indes. Junctum videtur ex osch, multus, et Iorh, pupilla oculi." Vocis prioris, ⲞϢ, notio certa est, sed posterioris, ⲒⲞⲢϨ, nititur dubia Kircheri auctoritate.—Novam nuper exposuit conjecturam Silvestre de Sacy in Epist. de Inscr. Roset. p. 28—34. Putat vir doctus, plus una vice in monumento isto Æg. inveniri scriptum Osnih s. Osneh, aut Osinih s. Osineh; vetustum numinis Æg. nom. non fuisse Osiris, quod vulgo creditur, sed Osinis; hoc vero compositum esse ex ⲞϢ multum, atque ⲈⲎⲈϨ seculum, vel ⲞⲎϨ vita, vel ⲞⲨⲰⲎϨ illuminatio. Addit, si scribitur nom. Ὄσινις, rectius intelligi ejusd. interpretationem Πολυόφθαλμος ap. Plut. de Is. et Os. p. 455. ed. Ox., cum ⲞϢ significet multum, et ⲎⲀⲨ videre. Scriptores vet. ad unum omnes, quos equidem novi, habent Ὄσιρις, Osiris. In nullo eorum codice lectum memini Ὄσινις, Osinis. Perinsignis certe hac in causa foret auctoritas monumenti Æg. Roset., modo satis constaret, in eo legi Osinis, aut quid huic simile. At vero iis ipsis in locis, ubi hoc nom. se invenisse S. de Sacy suspicabatur, illud plane non inveniri, sed multo potius voc. Æg. aliam, ⲎⲒⲈⲢⲪⲎⲞⲨⲒ, cuj. numerus singularis est ⲈⲢⲪⲈⲒ, significantem templa, τὰ ἱερὰ, ut legitur in eod. lapide Gr. Roset., docet eruditissimus J. D. Akerblad in Epist. de Inscr. Æg. Roset. p. 37—44. Cum autem Osiris in tribus Inscriptionis Gr. Roset. locis commemoretur, operæ pretium facturus est, qui ostendat, quo modo nom. istud illic Æg. scribatur. Ex eo enim plurimum pendet veritas conjecturæ solertis et ingeniosæ de nova nominis Osiris forma, Osinis.

[4] Hinc etiam ⲞⲨⲈⲒ, Thebaice ⲞⲨⲈ, significat recedere. V. Mingarell. ad Æg. codd. reliquias p. lxxvii. cxlviii.

καλούμενον οὔιγγον. Adde eund. c. xi. [" Οὔιγγον, Vingum: planta quædam Æg., teste Theophr. H. Pl. i. 1. et De Caus. Pl. iv. 6. Sed in hoc posteriore loco scriptum est οὔιτον: Œtum ap. Plin. xxi. 15. Ap. Hes. quoque οὔιτον, τὸ ὑπ' ἐνίων οἰτόν." H. St. Teste J. Stackhouse, MS. H. I. ad Theophr. i. 1. habet, ἴουγγον. Vox οὔιγγον iterum occurrit in L. i. c. x.; Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔιγγον· τὰ μὲν γὰρ φύλλα μὴ μεγάλα, καὶ ὁ βλαστὸς αὐτοῦ βραχὺς, ἡ δὲ ῥίζα μακρὰ, καὶ ἔστιν ὥσπερ καρπός· διαφέρει τε καὶ ἐσθίεται, καὶ συλλέγουσι δὲ, ὅταν ὁ ποταμὸς ἀποβῇ, στέφοντες βωμούς: ubi Ald. legit οὔιπον. Ad h. l. respexit Plin. l. c.: " Mandunt (Ægyptii) et oetum, cui pauca folia minimaque, verum radix magna." Pro οὔιγγον, s. ἴουγγον, sine dubio leg. οὔιτὸν, Plinio oëtum, auctore Salmasio in Solin. p. 498. F., quem Albertius sequitur. " Hesych. οὔιτὸν, τὸ ὑπ' ἐνίων οἶτόν. Ita scribendum; nec enim bene corrigunt ex Theophrasti vulgatis codd. Hesychii lectionem. Οὔιγὸν pro οὔιτὸν perperam scriptum ap. Theophr. Nam γ et τ passim confundunt antiqui librarii Græci, ut ἰσγέον ap. Hesych. pro ἰστέον. Et plerumque in antiquis codd. Gr., ubi duo ττ junguntur, postremum ut γ formatur, ut λύγγος pro λύττος. Quod verum esse sciunt, qui eos versant." Vox, de qua agitur, occurrit in alio Theophrasti loco, qui est plane vitiosus, ut vidit Salmas. ibid.:—" Geranion Theophrasto tuberis genus: Καὶ τὸ ὕδνον, ὃ καλοῦσι γεράνιον, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον: ita citat Athenæus (p. 62.) Ap. Theophr. (i. 9.) hodie legitur: Καὶ τὸ ὕδνον δὲ ὃ καλοῦσι τινὲς ἄσχιον, καὶ τὸ οὔιγγὸν, καὶ εἴ τι ἄλλο ὑπόγειον ἐστὶν, ὧν οὐδὲν ἐστὶ ῥίζα. Non dubium est quin legi debeat ap. Theophr. καὶ τὸ ὕδνον δὲ ὃ καλοῦσι τινὲς γεράνιον. Non dicit tuber vocari geranium, sed genus quoddam tuberis. Enumeratis differentiis radicum, quæ in arboribus sunt, easdem etiam in herbis reperiri tradit, nisi si forte τῶν ποώδων nonnulla in totum carere radice pronuntiandum sit. Tunc hac differentia censeantur herbarum radices, quæ non inveniunda sit in arborum radicibus. Nulla quippe est arborum generis planta, quæ radicem non habeat. At capite seq., ubi hæc subtilius disputat, tuberis, et geranii, et hujusmodi ὑπογείων radicem nihilominus esse asserit. In Theophr. legendum, καὶ εἴ τι ἄλλο τῶν ὑπογείων, ὃ οὐδὲν ἐστὶν ἢ ῥίζα, ' et si quid aliud sub terra nascentium, quod nihil nisi radix est.' Perperam editur, ὧν οὐδὲν ἐστὶν ῥίζα: vertunt, ' Quorum nullum forma constat radicis.' Atqui οὔιτὸν inter ea numerat, cui tamen cap. seq. μακρὰν ῥίζαν tribuit. Et fortasse hic præstat legere, καὶ τὸ ἶτον καὶ εἴτι ἄλλο ὑπόγειόν ἐστι, ut de ito Thracico intelligat, cuj. alibi meminerat. At οὔιτὸν Æg. cuj. cap. seq. mentio est, inter ea ποώδη recenset, quæ crassas et magnas habent, καὶ πλείους ἢ τὰ φύλλα." Sprengelius Hist. Rei Herb. p. 98.: " Arachis hypogæa, οὔιγγὸν, Theophr. H. P. I. i. 11., fructum sub terra ferre, βλαστὸν exilem, radicem longam et vescam, colligi Nilo redundante, et aras eo coronari." Pro Arachis hypogæa est ap. J. Stackhous. ad Theophr. lxii. P. ii., forte calami errore, Arabis hypogæa. Edd.]

* Οὐοσιμάρης. V. dicta ad v. Θυοσιμάρης [p. 91.]

* Οὐραῖος. Basiliscus. Horapollo i. 1. scribit, Ὄφιν καλοῦσι Αἰγύπτιοι οὐραῖον, ὅ ἐστιν Ἑλληνιστὶ βασιλίσκον. Quidam vocab. hoc, neque adeo inepte, derivant ab ΟΥΡΟ, uro, quo designatur rex, quod aliquo modo exprimeret voc. Gr. βασιλίσκον. Ceterum cod. ille MS., quo usus fuit Mercerus, h. l. habet, non οὐραῖος, verum οὐβαῖος, et illam lectionem dehinc viris eruditis placuisse, priorique fuisse prælatam ex citationibus eorum intellexi.[1] In Nomenclatore Kircheri lego, ϭΒΙΟΗ dici serpentem, quæ vox tamen τύπον Æg. præ se non fert, nec etiam in libris Copt., quos videre mihi contigit, usquam occurrit. Sequuntur hunc Nomenclatorem, cuj. fides mihi semper suspecta est, Bochart. et Wilkins.: ille quidem in Hieroz. pt. i. l. i. c. 3. fin., et pt. ii. l. iii. c. 9.; hic vero in Diss. de ling. Copt. p. 106. Copti in suis libris serpentem, ac sigillatim aspidem, semper vocant ΟΥϨΟϤ, in plurali ΗΙϨϤⲰ. An hinc detortum sit οὐβαῖος Horapollinis, dispiciant alii, qui istam lectionem tueantur.

Ego, ut verum fatear, pristinam lectionem οὐραῖος retinendam esse putem. Non loquitur Horapollo de Basiliscis, qui proprie sic vocantur, quique Ægyptiis videntur fuisse ignoti. Certe nom. in eorum lingua non invenerunt. Ideoque interpr. Copt. Ps. xci. voc. Gr. Βασίλισκος retinuit, ΟΥΒⲀСΙⲀΙСΚΟС. Loquitur Horapollo de illa aspide, quæ capitibus Deorum Æg., ac sigillatim Isidis, circumponi solebat. Id conceptis verbis ille observat. Observant et scriptores alii. Ovid., describens Pompam Isidis, hæc habet, Met. l. ix. v. 694.—Sistraque erant, nunquamque satis quæsitus Osiris Plenaque somniferi serpens peregrina veneni.—Valerius Flaccus, Argonautic. l. iv. v. 416., ita canit, ———hæc procul Iö Spectat ab arce Phari, jam divis addita, jamque Aspide cincta comas.——— V. de illa etiam, quæ disputamus in Panth. l. i. c. 5. §. 11. Hæc igitur serpentis species, teste Horapoll., Æg. dicebatur οὐραῖος. Hanc vero voc. Gr. exponi posse βασιλίσκον addit, quia, uti diximus, ΟΥΡΟ βασιλέα, regem, designat. Græci voci ΟΥΡΟ addiderunt termin. Gr., indeque effecerunt οὐραῖος.[2]

* Πααμύλης, Paamules. Deus Æg., sec. Cratinum ap. Hesych., cuj. hæc sunt verba: Παμύλης, Αἰγύπτιος θεὸς Πριαπώδης. Κρατῖνος ὁ νεώτερος Γίγασιν, ὡς σφοδρῶς. ἢ Αἰγυπτώδης Σόχαρις, Παμύλης. Ex verbis his, admodum[3] corruptis, id saltem intelligimus, Paamylen habitum fuisse pro Numine Æg. Priapeio et Phallico. Ap. Plut. vero eorum refertur sententia, qui affirmabant, Paamylen non esse Deum, verum nom. alicuj. Templi Thebæi in Ægypto super., et rerum sacrarum ministri, in cuj. tamen honorem Paamylia, Festum solemne celebrari consueverit. V. eum in lib. de Is. et Os. p. 355. Ego, rationibus non minimi momenti inductus, arbitror, Paamyles nom. fuisse Festi, in honorem Osiridis, et quidem inventionis illius, aut renascentiæ, quotannis celebrari soliti. Plura videri possunt in Panth. l. v. c. 7. §. 2. et sqq. Ibid. voc. hanc Paamyles interpretatus[4] sum ΠⲀⲘЄϨⲞⲖⲜ, vel ΠⲀⲀⲘЄϨⲞⲖⲜ, Paamehols, quasi diem annuntiationis boni. Tale nom., idem nempe re ipsa significans, hodieque Christiani imponunt diei xxv. mensis Phamenoth, i. e., d. xxi. Martii, a quo die olim permulti in Ægypto incrementa Nilotica numerare incipiebant. [Cf. Wilkins. Diss. de Ling. Copt. p. 106. Hesych.: ' Ἰλάων· ἥρως, ἄλλοι δὲ θεὸν πριαπώδη φασίν. Edd.]

* Pacis. Hoc nom. fuisse Tauro Æg. sacro, qui Numinis loco Hermunthi colebatur, auctor est Macrobius Saturn. l. i. c. 21. Alii Taurum hunc Onuphin appellant. Et hoc ipsum nom. Macrobio restituendum esse, quondam suspicabar. Sed postea sententiam mutavi. Nam Onuphis a Pacis nimium recedit. Deprehendi etiam ex notis virorum eruditorum, in Macrobio Codd. quosdam MSS. pro Pacis, vel Pacin, habere Bacin, alios vero Bacchin, quod quidem suspicionem mihi injecit, Macrobium re ipsa scripsisse Pabacin. Esset autem ΠⲀΒⲀΚΙ, Pabaki, is Deus, quem Gr. vocant πολιέα, i. e., tutelare alicuj. urbis Numen, cui illius cura peculiari ratione credita et commendata esset. Unus idemque Taurus itaque dicebatur Onuphis, quia bona portendebat, ut supra vidimus in v. Onuphis, et Pabacis, a sacerdotibus Hermunthitibus, eo quod urbis suæ esset Numen Tutelare. Plura de hoc numine observata sunt in Panth. Æg. l. iv. c. 4. §. 7. sqq.

* Παλμύτης. Deus Æg. Ita Hesych. Παλμύτης, Αἰγύπτιος θεός. Salmas. olim putabat, locum in mendo cubare, et ap. eum pro παλμύτης leg. esse potius παμύλης. Et hæc ej. conjectura veri specie non destituitur. Omnibus tamen, quæ cogitanti hac de re mihi sese objecerunt, rite expensis, credo potius, loc. Hesych. bene se habere. Suspicor, παλμύτης fuisse cognom. Osiridis, quod ipsi in hymnis sacerdotum sacris tribuebatur.

[1] οὐραῖος, Basiliscus. Lectionem vulgarem in Horapoll. defendit, orig. vocis ab ΟΥΡΟ rex veram existimat, et Tchbam Nasser, de quo Alpinus iv. rer. Ægypt. 4. intelligi vult Zoega l. c. p. 399, 400.

[2] Nec aliter de origine vocis οὐραῖος judicat Scholtzius p. 19.

[3] Cf. tamen Albertium in notis.

[4] Alia placent Wilkinsio de L. Copt. p. 106.

ⲠϨⲰⲖⲈⲘ ⲞⲨⲦⲀϨ, Pholemutah, significat accelerantem fructus. Et profecto Statius, Theb. l. i. in fin. Osiridem dixit frugiferum. Plura hanc in rem disputavi in Panth. Æg. l. v. c. 7. §. 6. [Vide Meurs. Panath. p. 40. An huc pertineat sequens Hesychii glossa, alii viderint: Παλμυός· βασιλεὺς, πατὴρ, οἱ δὲ, Πάλμυς. Pro παλμυὸς Heins. male παλμὸς conjicit. Bene vidit Albertius Hesych. respexisse ad Lycophr. 691. Ἐν ᾗ πιθήκων πάλμυς ἀφθίτων γένος Δύσμορφον εἰς κηκασμὸν ᾤκισεν τόσον, Οἳ μῶλον ὤρθυναν ἐκγόνοις Κρόνου. Sc. Jupiter, interemtis gigantibus, insulam dedit simiis habitandam, a quibus dictæ sunt insulæ Pithecusæ, notante Mullero. Schol. brev. a Mullero ed.: Μιμῶν, ὁ βασιλεὺς ὁ Ζεὺς τῶν θεῶν: ὁ βασιλεὺς ὁ Ζεύς. Schol. Tzetz.: Ἐν ᾗ πιθήκων γένος ὁ πάλμυς καὶ βασιλεὺς τῶν ἀφθίτων, ἤτοι τῶν θεῶν, ᾤκισεν. Ἡ δὲ λέξις τοῦ πάλμυς τῶν Ἰώνων ἐστὶ, καὶ χρῆται ταύτῃ Ἱππώναξ, λέγων· Ὦ Ζεῦ πάτερ, θεῶν ὀλυμπίων πάλμυ, Τί μ' οὐκ ἔδωκας χρυσὸν ἀργύρου, πάλμυ; ubi Mullerus. "Lobeck. ad Sophoc. Aj. 191. p. 249. χρυσὸν (ἢ) ἄργυρον, non male, sed unde, non addere ei libuit. Ceterum h. l. attulit, ut ostendat, verbis, τί μ' οὐκ ἔδωκας, in Hipponacte elidi μοί, sed quis scit, an μ' sit lectio integra, et an μ' pro με positum in contextu ad aliud verbum, non vero ad ἔδωκας, referatur." In secundo versu, "Vitt. 2. et 3. πάλμυν legit, quam lectionem Thryllit. præfert, putâtque duo diversos locos ex Hipponacte laudari," ut addit Mullerus. Voc. * Πάλμυς s. * Παλμυὸς H. Steph. omisit. Edd.]

* Πάμμος. Nom. regis Thebæi in Ægypto, quod Eratosth. interpretatur Ἀρχόνδης. De nomine hoc pauca ista notavi in not. ad ipsius Catal. num. xix., in Chronol. de Mr. des Vignoles t. ii. p. 752. "Moneo tantum, in Eusebianis Scaligeri legi, Πάμνος, Ἀρχόνδης. Vim horum verborum non perspicio. Non desunt conjecturæ; verum illas tamen, quia certi quidpiam afferre jam non possum, malo silentio premere."

* Παμφανής. Herba dicta Gr. ἀείζωον, semper vivens. Append. Dioscor. l. iv. c. 89. p. 468. Videtur nom. Gr. ἀείζωον, ex asse respondere Ægyptiaco. Sed tum pro παμφανὴς, leg. putaverim παγχανής. Æg. ⲠⲰⲚϦ ⲈⲚⲈϨ, est vivens æternum, ζῶν αἰῶνα. Id vero ipsum est etiam ἀείζωον. Vox Æg. ⲠⲰⲚϦ ⲈⲚⲈϨ, Panchaneh, vix aliter literis Gr. efferri potuit, quam παγχανής, nisi modo librarius Græcus voc. hanc, ut eam magis attemperaret typo Gr., mutarit in παμφανής. Ad ea, quæ dixi, alludit Mart. Capella de nupt. Philol. l. ii. p. 36., "Verum diva, cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibisse, quo e terris illam in cœlum immortalemque factam, velut ænigmate redimiculi perdoceret, ex herba quadam rurestri, cui ἀείζωον vocabulum est, virginem coronavit, præcipiens omnia, quæ adhuc mortalis adversus vim superam in præsidium coaptarat, expelleret." [Sprengelius Hist. Rei Herb. p. 92.: "Sempervivum tectorum ἀείζωον Theophr. i. 16. vii. 14.:" p. 174., "Sedum stellatum, ἀείζωον τρίτον Dioscor. iv. 91.:" p. 176., "Sempervivum tectorum, ἀείζωον τὸ μέγα Dioscor. iv. 89., s. Arboreum, quod in Cephalonia Anastasiæ nomine veniat, intelligat Anguillara p. 277.: Sempervivum sediforme, ἀείζωον τὸ μικρὸν iv. 90.: cf. Jacq. Hort. Vindob. i. t. 83." Glossæ Labbeanæ: "Ἀείζωον· Sedum. P. Ædum. E. Ἀείζωος, βοτάνη· Seduns. P." Edd.]

* Paopi, vel, ut Gr. Romanique scribere solent, * Φαωφὶ,[1] Phaophi, mensis Æg. veterum secundus, qui Octobri Romanorum fere respondet. In Copt. libris, ac præsertim antiquioribus legitur ⲠⲀⲞⲠⲒ,[2] uti in Canone Lectionum Dominicalium et Festorum, subjuncto Codici antiquissimo iv. Evangeliorum, quem servat Bibliotheca Reg. Paris., quemque ex Ægypto in Galliam attulisse perhibetur Ludovicus Sanctus, Galliarum rex. Nomina mensium ex Canone illo descripta, et a me accepta, La Crozius cum cel. Fabricio postea communicavit. V. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 133,4. Sciendum vero est, ⲎⲠⲒ, epi vel api, et ⲰⲠⲒ, opi, Æg. sermone vetusto dici numerare. ⲠⲀⲰⲠⲒ, igitur, erit mensis numerorum, vel mensis, quo numeratur. Et sic ⲠⲀⲞⲠⲒ, vel ⲠⲀⲰⲠⲒ, conveniret quoad nom. cum mense Epiphi, qui plane rem eand. innuit. Et nom. hoc profecto, utrique huic mensi, Epiphi nempe et Paopi, in anno Æg. fixo, optime convenit. Nam mense Epiphi, qui fere Julio nostro respondet, Nilus cum impetu ita crescit, ut incrementa ej. ab omnibus notari et conspici possint, unde jam illo tempore, cubiti Nili ascendentis solicite observari et in Nilometriis numerari solent. Mense vero Paopi decrescebat Nilus, postquam in campos Ægyptiorum exoptatam fertilitatem contulisset. Schol. Arati p. 56. notat, mense Thot, qui Lat. est September, Nilum incrementa sua consummare. Addit ibid., Τῷ γὰρ φαωφὶ παύεται ὁ Νεῖλος, ὅς ἐστι κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτώβριος. Eo igitur mense non minus avide Ægyptii numerabant decrementa fluvii sui, atque antea illius incrementa notaverant, ut agros jam conserere, et pisces etiam, quos Nilus relinquebat, capere possent. Eo forsitan respicit Epigr., quo nomina mensium Æg. veluti explicantur, Anthol. l. i. c. xci. p. 176: Ἰχθυβόλοισι φαωφὶ (ita lege) φέρει πανδήμιον ἄγρην.[3] V. et Ælian. H. A. l. x. c. 43. Uterque igitur mensis a numerando ap. Ægyptios nom. accepit: Epiphi, quod in eo numerarent Nili incrementa; Paopi, quod attenderent ad decrementa. In Tabula Bembina, quæ, uti arbitror, præcipua Ægyptiorum, per totum annum, Festa nobis in imagine symbolica exhibet, mediam regionem auspicatur Nilometrium portatile, de quo in Panth. dixi l. iv. c. iii. §. 5., eandemque regionem imago plane similis claudit. Prior figura videtur esse consecrata Nili incremento, posterior decremento. Nempe utroque mense, Epiphi, et Paopi, Festum agebatur, ob eam rem, quam dixi, institutum. V. Plut. de Is. et Os. p. 372., ita scribentem: Τῇ δὲ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ Φαωφὶ Βακτηρίας ἡλίου γενέσθαι, ὃν ἄγουσι μετὰ φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν, ubi aliquando suspicatus fui pro γενέσθαι ὃν debere legi γενέθλιον, ut in Calendario Festorum Æg. MS. a me fuit ostensum. Sed omnes nostræ hæ rationes corruunt, si consideres, nomina mensium Æg. locum habuisse in anno ipsorum, non fixo, sed vago.

Papyrus. Planta Æg. celeberrima, quæ ad ripas Nili crescebat. Ex ea Æg. chartam conficiebant, eamque ad varios insuper usus[4] adhibebant. Voc. Æg. esse, nemo facile inficias iverit. Et veteres[5] quoque id testantur. Targum Hierosolym. ad Ex. ii. 3. voc. סוּף, quæ juncum significat, reddidit אפרא, quod se non intelligere, Drusius ad illum loc. fatetur. Sed videndum, an non forsitan hic lateat vox Æg. papyri. Ies. xix. 7., Papyrus videtur appellari ערת, vel ערות. V. ibi Vitringam t. ii. p. 559. Ap. Hebr. Magistros vox פָּפִיר et פַּפִּיר, designans papyrum, frequenter occurrit. V. Buxtorfii Lex. Talmud. col. 1780,81. Mihi aliquando in mentem venit, voc. Æg. descendere a ⲂⲒⲢ, quod auguror Æg. sonasse πλέκειν, texere, contexere. ⲂⲒⲢ certe dicitur corbis, videlicet contexta. Nam ex papyro varia supellex texebatur. In Tractatu Kelim c. 17. ap. Buxtorf. l. c. observatur: Fiebant et ex papyro vasa texta, instar corbium, quorum usus fuit in vineis. Esset igitur

[1] Nom. Gr. variis modis scribitur. V. Fabricii Menol. p. 22. 26. Fortasse, inprimis culpa librariorum. Optime Plut. et alii Φαωφί. In lapide literato ap. Murator. p. DLXII. 1., quem Maffeius, Bouhierius et Wesseling. docte illustrarunt, appellatur Φαώφ. In cod. MS. Mosq. est Φαωφί. V. Matthæi vol. i. Anecd. Gr. p. 86.

[2] Theb. ⲠⲀⲰⲠⲈ. Georgius in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xxxvi.

[3] Vulgo legitur Φαῶθι, etiam in nova ed. t. i. p. 354. Paulo rectius H. Grotius: Squammiferi generis præda est bona mense Paiphi. Scribi oportere in Epigr. Φαωφὶ, monere haud neglexit Wesseling. in Diatr. de Jud. Archont. p. 8. cuj. etiam observationes p. 38, ac seq. de forma anni Æg. possunt comparari cum iis, quæ Jabl., hic et alibi, de eadem disputavit.

[4] De planta et multiplici ej. usu in Ægypto multi multa, sed inprimis O. Celsius, p. i. Hierob. p. 137—152., Comes de Caylus in Comment. Acad. R. Inscript. t. xxvi. p. 267—326., et F. S. de Schmidt in Opusc., quibus res antiquæ, præsertim Æg., explanantur p. 367—379. Quæ alii observant, aut sunt fere eadem, aut minoris momenti videntur.

[5] Phrynichus in Ecl. Att. p. 132: Πάπυρος· τοπάσειεν ἄν τις Αἰγύπτιον εἶναι τοὔνομα· πολὺ γὰρ κατ' Αἴγυπτον πλάζεται. De orig. vocis Æg. eruditi recentiores vix dubitant, sed veram etymologiæ rationem se ignorare haud diffitentur. Conjectura Jabl., quam ipse supra p. 50. incertam judicabat, an sit verisimilis, dicant, qui meliora queant docere. Probata autem est a Scholtzio in lib., cui titulus, Repertorium für Biblische und Morgenländische Litteratur XIII Theil, s. 21.

ⲠⲀⲂⲒⲢ, planta ad texendum idonea. Inde etiam Βᾶριν, navigii genus, probabiliter nom. accepisse, in illa voce jam observavi. [" Πάπυρος, ου, ὁ vel ἡ, Papyrus seu Papyrum: planta nascens in palustribus Ægypti, aut quiescentibus Nili aquis, ubi evagatæ stagnant: ex ej. libro texunt vela tegetesque, necnon et vestem, etiam stragulam, ac funes, teste Theophr. H. Pl. iv. 9. et Plin. xiii. 11. Præparantur ex eo et chartæ, diviso acu in prætenues, sed quam latissimas, philuras, inquit Plin. ibid., qui et cap. seq. docet fusius quomodo chartæ fiant. Quin et edule est papyrum crudum coctumve aut assum, ita tamen ut succus devoretur tantummodo. Non tantum vero planta πάπυρος nominatur, sed etiam ἡ βίβλος, liber ejus, ex quo τὰ βιβλία: ut in Epigr. (Antip. Thess. 13.) λαμπάδα κηροχίτωνα Σχοίνῳ καὶ λεπτῇ σφιγγομένην παπύρῳ. Necnon αὐτὸς ὁ χάρτης qui inde conficitur, παπύρου nomine appellatur, ap. Latinos item papyrus vel papyrum." H. St.]

[* Παπυρεών, ῶνος, Papyreon, locus in amni papyris consitus, Aqu. Exod. ii. 3. 5. Hac voce caret Schneideri Lex. EDD.

[* Παπύρινος, (vocabulum Schneidero ignotum,) Ex papyro factus. Plut. de Is. et Os. c. 17. p. 467. ed. Wyttenb., Τὴν δὲ Ἶσιν πυθομένην ἀναζητεῖν ἐν βάριδι παπυρίνῃ, τὰ ἕλη διεκπλέουσαν· ὅθεν οὐκ ἀδικεῖσθαι τοὺς ἐν παπυρίνοις σκάφεσι πλέοντας ὑπὸ τῶν κροκοδείλων, ἢ φοβουμένων, ἢ σεβομένων διὰ τὴν θεὸν Symmachus Es. xviii. 2. EDD.

[* Παπυροφάγος, ὁ, ἡ, Papyrum edens, pro cibo utens, Epith. Ægyptiorum. Schol. ad Æschyli Suppl. 763. (ubi vide Stanleii notam): Ἐπεὶ παπυροφάγοι οἱ Αἰγύπτιοι. EDD.

[* Παπυρώδης, ὁ, ἡ, D. Schottus laudavit ex Eurip. Orest. 147. Schol. EDD.] *

* Pathros, פתרוס, Regio Ægypti, cujus mentio occurrit Gen. x. 14., Es. xi. 11., Jer. xliv. 1. 15. Ez. xxix. 14. xxx. 14. Bochartus ex situ locorum, qui cum Pathros conjunguntur, acute collegit, eo nomine designari Thebaidem, vel Ægyptum superiorem. Et hanc observationem, ipsum Æg. nomen Pathros egregie confirmat. Senserunt id interpretes Alex., in Ægypto scribentes. Itaque Jer. xliv. 1., et alibi nomen hoc פתרוס, reddiderunt Παθούρης. Id enim, totidem literis, Coptice scriptum, ⲠⲀⲐⲞⲨⲢⲎⲤ, vel quod eodem redit, ⲪⲀⲐⲞⲨⲢⲎⲤ, nihil aliud potest significare, quam regionem Meridiei, id est, Thebaidem. Ita vocem hanc interpretatus sum in Panth. Æg. l. v. c. 3. §. 5.[1]

Παϋνί, Payni. Mensis Æg., Junio Rom. fere respondens. In Copt. libris scribitur ⲠⲀⲰⲚⲒ.[2] Verosimile mihi fit, mensem hunc sic dictum fuisse ab ⲞⲨⲰⲒⲚⲒ, vel ⲰⲒⲚⲒ, luce, quod in antiquissima dialecto Thebaidis efferebatur ⲞⲈⲒⲚ. Rationem tamen denominationis huj. nondum perspexi. Epigr. Gr. de isto mense, in Anthol., ita canit, l. i. c. 91. Εὐκάρπου δὲ Παϋνὶ προάγγελός ἐστιν ὀπώρης. Ex Plut. etiam de Is. et Os. p. 362. constat, mense hoc Festa celebrata fuisse, quibus placentæ coquebantur, asinum pro insigni habentes.[3] [" Παυνί, mensis nom. ap. Æg., respondentis Lat. Junio, ut est in Lex. meo vet. Mentio ej. in Epigr. quoque, ubi decimus ordine ponitur, et divisim παϋνί vocatur: l. i. p. 123. init. Εὐκάρπου δὲ παϋνὶ προάγγελός ἐστιν ὀπώρης. Sed sequendo rationem quæ ibi instituta est, respondet Rom. Julio: id quod et versus illius sensus ostendit." H. St.]

Παχών.[4] Mensis Æg. incidens, partem maximam, in Rom. Maium. Videtur nom. hoc traxisse a Χῶν, Chon, quomodo dictum fuisse in Ægypto Herculem, veteres tradunt. Unde consequitur, Παχὼν mensem significare Herculi consecratum. Obstat tamen huic expositioni, quod in Copt. libris nom. illius mensis, non ⲠⲀⲬⲰⲚ efferatur, verum ⲠⲀϢⲞⲚⲤ Paschons.[5] Suspicatus aliquando sum, antiquissimum mensis huj. nom. Æg. fuisse ⲠⲀϦⲈⲨⲤ, quod tractu temporis, præsertim, ubi literarum Gr. usus invaluit, corruptum fuerit, et in ⲠⲀϢⲞⲚⲤ abierit. Nam vox ⲠⲀϦⲈⲨⲤ, literis Gr. non usque quaque exprimi, sonusque, quem habet vox in sermone Æg., recte et commode repræsentari potest. Esset vero ⲠⲀϦⲈⲨⲤ, mensis spicarum; nam ϦⲈⲨⲤ, στάχυς, spica, dicitur. Intelligeretur autem mensis, in quo spicæ, quippe maturitatem jam consecutæ, cum spe et lætitia conspiciuntur, et manum messoris expectant. Parem esse rationem nominis אביב, mensis Hebr., qui cum nostro Aprili convenit, censent viri eruditi. V. Leigh Crit. S. h. v. In Ægypto vero messis plerumque mense Maio peragitur, quod observatum videbis in Panth., l. ii. c. 3. §. 12. Ideoque ille merito ⲠⲀϦⲈⲨⲤ, mensis spicarum, appellari potuit. Confirmatur id, quod dixi, eleganti Epigr., quod in Anthol. l. i. c. 91. extat, et quo singulorum mensium Æg. virtutes et beneficia exponuntur. Ibi enim de Pachon legas, Λήια δ' ἀνανθέντα Παχὼν δρεπάνοισι φυλάσσει. Quod Grotius ap. Fabric. Menol. p. 25. ita carmine reddidit, Jam matura Pachon assignat falcibus arva. [" Παχών, Æg. mensis nom., respondentis Maio Rom., ut annotatum est in Lex. meo vet. In Epigr. vero pro Julio ponitur, nonus numero, incipiendo a Septembri: estque ibi in eum hic versus, Λήια δ' ἀνανθέντα παχὼν δρεπάνοισι φυλάσσει." H. St.]

Πέλτης, Coracinus fluviatilis, ap. Athen. iii. p. 121.[6] [" Nonnulli appellant etiam τὸν ποτάμιον κορακῖνον, coracinum fluviatilem, teste Athen. iii." H. St.]

* Pemphtemphtam. Hierabotane. Apul. de Herbis c. 3. Ea autem est Verbenaca. MSS. Cod. Voss. habet Verbenaca licinia c. 10, 11. In eodem Cod. MS., quem in Biblioth. Lugd. Bat. evolvi, Pempemtar. Ed. Torini habet Pempsempte, quæ est plane lectio Append. Dioscor. iv. 6., ubi extat * Πεμψεμπτέ.[7] Kircherus in

[1] Non discedit Scholtzius p. 21.; sed male illic ⲠⲨ pro ⲠⲀ pingitur. Scripserat antea Jabl. Anmerkung vom Lande Pathros, quam obs. I. I. Schmidt inseruit Geographo suo Biblico, Germanice edito: quod Saxius me monuit. Nomi Phaturitis sive Phathuritis mentio est ap. Plin. v. 9. Nihil huic cum nomine Pathros commune esse, Mullerus affirmat in Satura Obs. p. 187, 8., sed de orig. vocis Pathros idem sentit, quod Jabl., monetque, Ægyptum superiorem ab Arabibus, Abulfeda et Abulpharagio, appellari regionem australem. Aliorum sententias de Pathros collegit et judicavit, suamque adjecit Michaëlis in Spicil. Geogr. Hebr. exteræ pt. i. p. 271—274.

[2] Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 134. Theb. dicitur ⲠⲀⲰⲚⲈ. V. Georgii præf. ad Fragm. Jo. p. xxxvi.

[3] De festis, mense Payni in Ægypto celebratis, leg. Jabl. in Misc. Berol. t. vii. p. 428—435.

[4] Nom. huj. mensis Plutarcho de Is. et Os. p. 99. et 101. reddendum, adeoque pro ταπὶς leg. Παχὼνος, opinatus est Squirius, suaque in versione Anglica expressit p. 53. In lapide antiquo ap. Gruter. p. cccxiv. 2., vocatur ΠΑΧΩΝΙΑ, pro quo Scaliger et Seldenus ediderant ΠΑΧΩΝ ΙΑ.

[5] V. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 134. Est operæ pretium, ut de nomine istius mensis duumviros eruditos, literasque Æg. non mediocriter doctos, disputantes audiamus, Mingarellium et Georgium. Quorum quidem alter, in notis ad Æg. codd. reliq. p. exc., observat, Gr. mensem vocasse Παχὼν, nomenque istud Memphitico ⲠⲀϢⲞⲚⲤ tantum respondere, quantum fieri poterat; Gr., cum careant litera Ϣ, eam reddere X; terminationem vero in ⲚⲤ Gr. in lingua non admitti; ea de causa non Παχὼνς dixisse Gr., sed Παχών; Ægyptios vero nostra ætate pronunciare Bescénes, teste doctissimo Præsule Borgia in præf. ad Act. S. Coluthi p. 58. Adjungit, Tukium scribere nom. Theb. ⲠⲀⲬⲰⲚⲤ, Memphitice ⲠⲀϢⲰⲈⲨⲤ, sed postremam hanc scripturam esse mendosam pro ⲠⲀϢⲰⲚⲤ. Alter vero, in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xxxviii—xlii., in contrariam partem disserit, existimans, ⲠⲀⲬⲰⲚ esse purum putumque Memphitarum, non Gr. nom., sed ⲠⲀϢⲞⲚⲤ Theb. Quam ille sententiam confirmat ex fragmento codicis Borg., quo continetur historia itineris, facti a diacono quodam ex urbe Alex. in Antiochenam. Illic Memphit. ⲠⲀⲬⲰⲚ explicatur dialecto Theb. ⲠⲀϢⲞⲚⲤ.

[6] Verba Athenæi p. 408. ed. nov. sunt: ὁ δὲ ποτάμιος Κορακῖνος, ὃν Πέλτην τινὲς καλοῦσιν, ὁ ἀπὸ τοῦ Νείλου, ὃν οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰδίως Ἡμίτυπον ὀνομάζουσιν, ὑποτίμιδος κ. λ. Ejusd. piscis meminisse Fl. Josephum ac Strabonem, monet Schweigh. in not. p. 330. Tacent tamen ambo nom. Πέλτης; quod an sit origine Æg., non ansim affirmare.

[7] In ed. Saraceni p. 466. legitur πιμφθιθάμ [imo, πιμφθιτφθάμ, EDD.]

Œdipo t. iii. p. 73, exponit ⲡⲉⲩⲡⲧⲉⲩⲫϯ, quod vertit donum Dei; imperite omnino.

* Πεμφῶς. Nom. regis Theb. in Æg., quod Eratosth. Catal., num. v., sic interpretatur: ὅ ἐστιν Ἡρακλείδης. In notis ad h. l. ap. Vignol. Chronol. S. t. ii. p. 739, suspicatus sum pro Πεμφῶς legi oportere Σεμφῶς. Nam id Ἡρακλείδην, i. e., sobolem Herculis significat. Plura l. c. a me dicta sunt.

* Πενθεατυρίς. Nom. regis Theb., cuj. interpret. nullam addidit Eratosth. Non dubito, quin exponendum sit ἱερεὺς τῆς Ἀφροδίτης. De numine Æg. ⲁⲑⲱⲣ, Gr. dicto Ἀφροδίτης, sup. p. 20, 21. monui. ⲡϩⲟⲛⲧ autem est Sacerdos alicuj. numinis, et quidem Sacerdotum summus. Legitur ea vox in vers. Copt., Gen. xli. 45. 54. xlvi. 20. Conferri possunt, quæ dixi in Vignolii Chron. S. t. ii. p. 760, 1.

* Πεσαλέμ, Hyssopus. Append. Dioscor. l. iii. c. 30. p. 453.

Petephre, * Πετεφρῆ, vel Pentephre, * Πεντεφρῆ. Ita Gr. interprr. nom. Potiphera, פוטיפרע, Gen. xli. 45. Sacerdotis Oniensis efferunt. Alexander Polyhistor, ap. Euseb. Præp. Ev. ix. 21. scribit Πεντεφρῆ. Et sic etiam in historia Asenethæ, quam Fabricius Codici Apocrypho V. T. inseruit, t. ii. p. 85. et seq., legitur. On est Heliopolis, ubi sol sub nom. ⲫⲣⲏ colebatur. Sacerdos igitur Oniensis erat Sacerdos Solis. Et id ipsum plane Πετεφρῆ, vel Πεντεφρῆ, Æg. significabat. Videri eam in rem potest Panth. l. ii. c. 1. §. 8.[1]

* Phiala. Observatu digna sunt hæc Plinii verba v. 9.: "Timæus Mathematicus occultam protulit rationem, incrementi Nili, Phialam appellari fontem ej., mergique in cuniculos ipsum amnem vapore anhelantem fumidis cautibus, ubi conditur, verum sole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi, et suspensum abundare; ac, ne devoretur, abscondi. Id evenire a canis ortu, per introitum Solis in leonem, contra perpendiculum fontis sidere stante, cum in eo tractu absumantur umbræ." Ex eo Solinus sua descripsit, in compendium tale redacta, Polyhist. c. xxxv. ed. Grasseri: "Nonnulli affirmant, fontem Nili, qui Phiala vocatur, siderum motibus excitari, extractumque radiis cadentibus cœlesti igne suspendi, non tamen sine certa legis disciplina, hoc est lunis cœptantibus." Quæ Timæus, et si qui forte alii hac de re aliquid tradiderunt, ab Ægyptiis procul dubio accepere. Unde non possum non suspicari, voc. Phiala, qua designari fontem Nili aiunt auctores citati, esse orig. Æg. Est autem ⲓⲁⲗ, et cum signo generis Masculi ⲫⲓⲁⲗ, Speculum. V. quæ inf. observabo v. Sacal. Nempe quia de Fonte Nili, cui nom. fuit Phiala, eadem narrantur, quæ de celebri Puteo Syenæo, quod in eo, die Solstitii æstivi, sol clarissimo splendore effulgeat, et totum veluti puteum tegat, potuit sane eleganter fons ille dici Speculum, subintellige solis. De lacu quodam Italiæ tale quid observat Serv. in Æn. vii. 516., Est nemus haud longe ab Aricia, in quo lacus est, qui Speculum Dianæ dicitur.[2]

* Πίρωμις. Vox est sine dubio Æg., quam sic interpretatur Herod. ii. 143., Πίρωμις κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν, καλὸς κἀγαθός. Re ipsa vox Æg. ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ significat hominem, eamque signif. ipsa Herodoti oratio satis probat. Quod vero Ægyptii id Herodoto interpretati fuerint, καλὸν κἀγαθὸν, honestum et bonum, id pro lusu aliquo etymologico habendum est. Nam ⲡⲓⲣⲏⲙⲏⲓ, Piremei, sane significat facientem quod justum est. Hinc forte conflatam esse voc. ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ, sibi persuasit, qui Herodoto dixit, eam signif. honestum bonumque. V. Proleg. ad Panth. §. xviii. p. xxxviii.[3]

* Pol, פול, faba. Legitur hæc vox 2 Sam. xvii. 28. Ez. iv. 9. Suspicor, voc. esse Æg.; nam in Lex. Arab. Copt. Kircher. p. 193. faba dicitur ⲡⲓⲡⲁⲗⲓ, et ⲡⲓⲫⲉⲗⲓ, in quibus vocibus, uti in centenis aliis, ⲡⲓ est tantum articulus masculinus præfixus. Fabarum Æg. sæpius Judæorum Magistri meminere. V. Guisii notas in cod. Misnic. כלאים c. i. p. 110., Windetum de statu vita functorum, S. v. p. 74., et Schindleri Lex., v. פול col. 1428. In Bereschit Rabba ad illud Gen. xlv. 18. Et dabo vobis את טוב Bonum terræ Ægypti, scribitur: Bonum illud est faba fressa, quæ prodest contra tristitiam, vel mœrorem animi. Observat id Buxtorf. Lex. Talmud. v. גרס, col. 480. Forte Judæi in Æg., ubi leguminibus, ac sigillatim fabis, quæ ipsis in deliciis illic fuisse, satis testatur locus e Bereschit Rabba modo allatus, assueverant, nom. illius leguminis, sibi tam familiare et usitatum, postea retinuerunt. Et certe fabas Æg. in universum veteribus valde celebratas, caras, et jucundas fuisse, multis modis probari potest. V. Proleg. in Panth. p. cxxviii.[4]

* Potiphar, Vir primariæ inter Ægyptios dignitatis, et Satellitum regis Pharaonis Princeps, Gen. xxxix. 1. Plura hic neque de ipso, neque de munere ej. addo. Illud tamen observatu indignum non est, quod jam monuit Pfeifferus Dub. Vex.[5] ad Gen. xxxvii. 36, quodque M. V. La Crozius magnopere probavit, nom. hoc sermone Æg. vet. significare Patrem regis. Nam ⲡⲓⲱⲧ, Piot, patrem, ⲫⲟⲩⲣⲟ vero, Phuro, vel dial. Sahid. ⲫⲣ̀ⲣⲟ, Pharro, regem designat. Est igitur ⲡⲓⲱⲧ ⲫⲣ̀ⲣⲟ, pater regis. Fuisse hanc magnam in gente Æg. dignitatem, ex iis patet, quæ Josephus patri suo Jacobo de se prædicat, Gen. xlv. 8. Deus constituit me patrem Pharaonis. Potestque observari, locutionem hanc gentibus, ad Orientem positis, valde fuisse frequentem, sive ea designaretur dignitas quædam ex eminentioribus, sive, honoris tantum causa, viri de republica bene meriti titulo hoc compellarentur. In Apocrypho libro Esther xiii. 6., Artaxerxes Persarum rex ita de Hamane scribit, ὑπὸ Ἀμὰν τοῦ τεταγμένου ἐπὶ τῶν πραγμάτων, καὶ δευτέρου πατρὸς ἡμῶν. Ubi videntur quædam excidisse, quæ illustrari possunt ex c. xvi. 11., ubi hæc ita habentur: ἔτυχεν (Ἀμὰν) φιλανθρωπίας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥστε ἀναγορεύεσθαι ἡμῶν πατέρα, καὶ προσκυνούμενον ὑπὸ πάντων τὸ δεύτερον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου πρόσωπον διατελεῖν. Ita quoque 1 Macc. xi. 32., Demetrius Syriæ rex, Lastheni, uni ex ducibus suis bellicis, hunc in modum scribit, Βασιλεὺς Δημήτριος Λασθένει τῷ πατρὶ χαίρειν. Saracenorum porro Imperatores, sive Chalifas, præcipuos regni sui administros, quos Vizirios vocant, nuncupasse etiam patres suos, ex Elmacino colligi potest in vita Haronis p. 112. V. etiam Carpenteriana, p. 248., Herbelotii Biblioth. Orient., artic. ATABECK, l'Histoire des révolutions de l'Empire des Arabes par Mr. de Marigny, t. i. p. 150., Historiam vitæ Tamerlanis, ex Persico in Gallic. sermonem conversam, t. iii. p. 221., les Voyages de Chardin t. i. p. 50.

* Psonthomphanech, vel * Psothomphanech, quæ posterior vocis huj. vexatissimæ scriptio omnium maxime mihi placet, Gr. Ψονθομφανὴχ et Ψοθομφανὴχ. Norunt omnes, hoc esse nom. Æg., quod rex Ægypti Josepho, istius regionis liberatori et conservatori, ad eum honorandum imposuit. Rem ita narrat Moses Gen. xli. 45. vocavit autem Pharao nom. Josephi צפנת פענח, Zaphnath Paneach; quod novum Josephi nom. Alex. interpretes expresserunt Ψονθομφανὴχ vel Ψοθομφανὴχ. Explicationem nominis Æg. Scriptor Sacer non adjecit; verum illam posteris conjiciendam reliquit. Ut et ego,

[1] Quæ de nom. Potipheræ scripsit Jabl. in Diss. viii. de Gosen §. 4., repetiit N. Barkey in Symbolis Litter. Hag., Cl. ii. Fasc. 3. præmissa dissert. Bielii de eodem Potiphera, adjectaque sua mantissa, p. 445—480., ubi dubia quædam, nec ea levioris ponderis, etymologiæ Jabl. obmoventur, attamen melior et certior in ej. locum non substituitur.

[2] Paria dedit Scholtzius p. 11, 12.

[3] Ad eandem sententiam accedunt Valcken. et Wesseling. not. ad Herod. p. 173, 4.—Ex usu antiquissimo vocis ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ in urbe ipsa Thebarum, colligit Georgius in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xxv. xxvi., dialectum Memphiticam fuisse antiquiorem Sahidica sive Thebaica, qua deinde homo dicebatur ⲡⲓⲣⲱⲙⲉ aut ⲡⲉⲓⲣⲱⲙⲉ.

[4] Cf. O. Celsii Hierob. pt. i. p. 106, 7. De Faba Æg. legantur Dioscor. ii. c. 128., et Saracenus ad istum loc. p. 40., scriptoresque alii, supra in contextu ac notis, p. 108—110, et 113., jam indicati.

[5] Opp. Phil. t. i. p. 90, 91.

quid de hoc nom. πολυθρυλλήτῳ censeam, nunc exponam, in antecessum observabo, quod tamen neminem fugit, duplicem esse huj. vocabuli scripturam, a se invicem discrepantem, unam in Cod. Hebr., alteram in Gr. Alex. interpretatione, cum huc usque lis non composita sit, quænam merito suo debeat præferri. De utraque primum sigillatim dicam, et deinde exponam, utram sequendam nobis esse potissimum opiner.

Hebr. textus voc. sic repræsentat צפנת פענח, Zaphnath Paneach, in cuj. explicatione omnes, qui scripturam hanc tuentur, minime consentiunt. Judæi antiquiores, Paraphrastes Chald. Onkelos et Fl. Josephus Antiq. ii. 6. §. 1., qui eodem circiter tempore floruerunt, etiam veteres Christiani interpr., Syrus et Arabs, nec non Commentatores celebriores, Chrysostomus,[1] Theodoretus[2] et alii, exponunt nom. de eo, qui abscondita novit, atque Gr. illud interpretantur τῶν κρυπτῶν εὑρετήν, ut est ap. Fl. Josephum, vel ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον, quod aliis[3] placet. Quo etiam spectat, quod Philo Judæus[4] ait, nom. hoc signif. ὀνειροκρίτην. Eorum sententiæ ex Criticorum ordine permulti quidem suum adjiciunt calculum, interque eos Vitringa, Obs. S. l. i. diss. i. c. 6. §. ii., quamvis vel eapropter merito suspecta sit, quod vocab. haud dubie Æg., ex peregrino sive Hebr. sermone explicetur. Ægyptios enim diversam habuisse linguam ab Hebr., res ipsa docet, testatur quoque S. Codex. Quod inficias Bochartus ire non potuit, Geogr. S. l. i. c. 15., etsi persuasum habens, multum inter utramque linguam intercedere affinitatis; quod vehementius multo urget in responsionibus ad objectiones Salmasii, nuperrimæ editioni subjunctis. Præiisse hic Bocharto aliisque ὁμοψήφοις videtur Hieron. qui in Es. l. vii. col. 186. ita commentatur: Lingua Chananitis media est inter Æg. et Hebr. Affinitas vero illa haud magna est, neque major, quam quæ linguam Æg. cum alia quacumque conjungit. Hebraicam adeoque ab Ægyptia diversam merito agnoscit Origenes l. iii. cont. Cels. p. 115. [451.] Cum autem Hebræi per plura secula in Æg. commorati sint, mirum nihil est, Ægyptios voces quasdam Hebr. ex quotidiano cum ipsis commercio deinde retinuisse, et vicissim Judæos vocc. quædam accepisse ab Æg., et secum asportasse in Canaanem, ita tamen, ut neque Ægyptii, neque Hebræi idcirco censeri debeant suam mutasse linguam; quod recte monet Leusdenius in Iona illustrato p. 129.[5] V. Pfeiffer. Dub. Vex., et in peculiari de hoc nom. Exercitatione.[6] Alii igitur צפנת פענח ex sermone Copt., et certe rectius, interpretari moliebantur. Voces istas Hebr. Ægyptiis sonasse ϢⲈⲚⲪⲀⲦ ⲠⲒⲰⲚϦ, et signif. relaxationem vitæ, putabat cl. Ægid. Guthier, teste Pfeiffero Exerc. cit. §. 23. [p. 571.] Sed profecto illa expositio neque notitiam aliquam sermonis Copt. prodit, neque commodum sensum suppeditat, neque confutatione uberiori digna est. Attamen haud melior est ulla ex parte opinio, quam huic substituit nobisque offert ipse Pfeifferus §. 32. et seqq. [p. 573, 4.] Putat vocabula Hebr. non fuisse diversa ab Æg. ϢⲞⲠⲚⲀⲦ ⲠⲀⲚⲒϪⲀ, quorum prius significaret desiderata, quæsita nec inventa, posterius doctorem vel indicem; ut adeo Josephus dictus esset Index rerum desideratarum, quas omnes anxie quærebant, sed nemo invenire poterat. Monet, sic tot interpretibus suum constare honorem, asserique lectionem Hebr. Quomodo deinde origin. istam comprobare annitatur, apud ipsum legi malim. Sed nondum ille prima sermonis Copt. rudimenta tenebat, vir ceteroquin laude sua non defraudandus; alioquin enim hæc excidere calamo ej. non potuissent. Versionem hanc verborum nemo poterit tueri. Etenim nec ϢⲞⲠⲚⲀⲦ, nec ⲠⲀⲚⲒϪⲀ aliquid Æg. significant, multo minus id, quod volebat Pfeiffer. Illum tamen secutus fuit C. G. Blumberg in præf. ad Fundam. Ling. Copt. p. 22., ubi in margine exemplaris sui hæc verba manu sua La Crozius adscripserat: Lapponice forte; certe Coptice hæ voces nihil significant. Si omnino genuina sit scriptura, quam Cod. Hebr. præfert, poterit ex illa satis commode exsculpi voc. Æg. Namque ϪⲰϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲈⲚⲈϨ, Sophente Panech, ut nos pronuntiamus illas literas, significabit caput mundi, vel seculi. Et hoc certe aut parum aut omnino non recedit a literis Hebr. צפנת פענח. La Crozius autem existimabat easdem voces optime literis Æg. sic exprimi, ϪⲰϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲰⲚϦ, Caput vitæ, a quo nempe vita et conservatio derivetur.

Ab illa scriptura differt ea, quam LXX. nobis reliquerunt, qui proinde aut in suis Codd. Hebr. aliter legerunt, ac nos hodie legimus, aut gravibus de causis lectionem Codicis Hebr. inveteratam mutandam esse judicarunt. Sed nec omnes τῶν LXX. codices scripti in efferendo hoc vocab. conspirant, uti ex edd. recentissimis et accuratissimis, et virorum eruditorum annott. intelligi potest. Similis differentia observari etiam potest ap. scriptores vetustos, Judæos et Christianos, qui hæc ex LXX. Interpretibus adducunt. Plurima huc spectantia congessit Ed. Bernardus in not. ad Josephi Antiq. l. ii. c. 6. §. 1.[7] Quæ omnia ubi curate expendo, videor mihi satis certo colligere, antiquissima et optima exemplaria legisse, vel Ψονθομφανὴχ, vel Ψοθομφανὴχ, quam postremam lectionem opinor antiquiorem, etsi prior communior sit, atque plurima exemplaria insederit. Nec illius interpretatio diu quærenda erit, etsi a multis infeliciter tentata. Kircherus, in quo semper plus inest ostentationis, quam solidæ eruditionis, in Prodromo Copt. c. v. credere nos jubet, ⲮⲞⲚⲦⲞⲚ Æg. signif. futura, et ⲠⲀⲚⲒⲔ augurem vel vatem, idque viris magni nominis, Bocharto, Hottingero, Waltono, Castello aliisque, quorum Pfeifferus meminit, re ipsa persuasit, cum tamen vocabula illa nonnisi e cerebro Kircheri in lucem prodierint. Quando porro in Scala Coptico-Arabica Kircheri ⲠⲒϨⲦⲞⲚ ⲠⲀⲚⲒϪⲀ Arab. exponitur augur, vel indicans revelata, illa non credenda est explicatio vocis Æg. Sed auctor, quisquis est, voc. hanc in libro Geneseos repertam, et corrupte quidem expressam, sibi autem omnino non intellectam, ex communi opinione interpretatus est, quæ Judæorum magistris in acceptis ferenda est, nec orig. habet in sermone Æg., verum Hebr., ex quo vocis Æg. originatio petenda non erat. Si vera est lectio, quam præferunt LXX., Ψονθομφανὴχ vel Ψοθομφανὴχ, haud dubie vera etiam est vocab. huj. interpretatio, quam Hieronymus jam pridem nobis suggessit. Is autem ille in Quæst. Hebr. col. 542.: Interpretatur ergo sermone Æg. saphanet phane, s., ut LXX. transferre voluerunt, Ψοντομφανὴχ, salvator mundi, eo quod orbem terræ ab excidio imminente famis liberavit. Iterum in lib. de nom. Hebr., v. somtomphanech: Ab Ægyptiis didicimus, quod in lingua eorum (saphanet phane, aut potius Gr. Ψοντομφανὴχ) resonet Salvator mundi. Quæ interpretatio ipsum Textum versionis Lat. Vul-

[1] Ψονθομφανὴχ ab eo explicatur τῶν κρυπτῶν γνώστης, t. iv. p. 606. ed. Montf.

[2] T. i. p. 106. ed. Schulzii, ad quæstionem de interpret. nominis Ψομθὸμ φανὴχ, sic enim illic legitur, respondet Theodoretus, τῶν ἀποῤῥήτων ἑρμηνευτὴν αὐτὸν κέκληκεν, ὡς τοὺς ὀνείρους διασαφήσαντα.

[3] Cf. Origenis Hexapla t. i. p. 48., et Bernardum ad Fl. Jos. l. c.

[4] Scribit Philo in lib. de Josepho, t. ii. p. 53., Μετονομάζει δὲ αὐτὸν, Pharao Josephum, ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς, ἐγχωρίῳ γλώττῃ προσαγορεύσας. Alibi tamen, agens de nominum mutatione, t. i. p. 592., ait, Ἑρμηνεύεται οὖν, Ψονθομφανὴχ, ἀποκρίσει στόμα κρίνον. Leg. esse, ἐν ἀποκρίσει στόμα ἀποκρινόμενον, levis est conjectura Mangeii, pauca alia de nom. peregrino addentis, sed centies ab aliis dicta.

[5] Magnopere falli, qui linguam Æg. Hebrææ cognatam aut sororiam putant, judicat Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2129. Nec aliter existimat Georgius in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xlii. xliii., qui tamen ipse in notis multa passim memorat vocabula Æg., quorum origo quærenda in dial. Hebr. Ex multis aliis unum adjungo Renaudotium in Diss. ii. de orig. literarum Gr., inserta Comment. Acad. R. Inscript. t. ii., qui et affinitatem linguæ Hebr. Ægyptiacæque nullam esse affirmat, et pariter negat, hoc Josephi nom. ex Hebr. posse explicari, p. 255, 6.

[6] Opp. Philol. t. i. p. 98—10., et p. 564—574.

[7] In Chronico Paschali sive Alex. p. 76. dicuntur Ægyptii Mosem appellasse Ψομ-θομ-φαν-χὴ, ὃ ἑρμηνεύεται, ᾧ ἀπεκαλύφθη μέλλον. Corruptum magis legitur nom. peregr. in nova vers. Gr. Pentateuchi e cod. Ven., Σαφραθφαανήχαι.

gatæ[1] occupavit, quippe in qua ita nunc legitur: Vertitque nom. ej., et vocavit eum lingua Æg. Salvatorem mundi. Tantopere igitur hanc expos. Hieron. probavit. Ex eo eandem repetunt Isidorus Etym. vii. 7., et Petrus Scholasticus. Neque Græcis ea interpretatio ignota fuit: in Octateucho namque Gr. Oxon. MS. ap. Bernardum l. c. legitur Ψομθομφανὴχ, ὅ ἐστι ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου. Quinimo in Pentateucho quodam Arab., voc. hanc, in margine, ritu Copt. Ψομθομφανὴχ scriptam reperiit Bernardus, addita hac interpretatione Arab., Servator Mundi. Et hoc certe vox illa, uti a LXX. effertur, sonat. Nam Ψοθομφανὴχ, vel Copt. literis expressum, ⲠⲤⲰⲦⲘ-ⲪⲈⲚⲈϨ, sicut laudatus Bernardus recte monuit, significat salutem seculi. ⲤⲰⲦ enim, σώζειν, vox est Coptis frequentissima. ⲠⲤⲰⲦ notat et σωτηρίαν et σωτῆρα. ⲪⲈⲚⲈϨ vox pariter oppido trita αἰῶνα designat. Est igitur ⲠⲤⲰⲦ ⲘⲪⲈⲚⲈϨ, ut Bernardus aiebat, Salus Seculi, sive Salvator Mundi. Qua originatione nihil verius dici potest, quamque esse genuinam, facile concedent, qui hujusmodi deliciis capiuntur.[2] Gr. dici posset Σωτὴρ τῆς οἰκουμένης, quo honorifico cognomine Imperatores quosdam Romanos vocatos novimus. Cf. Spanhemii Comment. Gallic. in Juliani Cæsares p. 276. Tartari summum gentis suæ Principem solent appellare Imperatorem seculi. Vide la Vie de Tamerlan t. i. p. 203. Non dubito, quin hæc dicta magis mereantur assensum, quam quæ de isto nom. scripsit Le Moyne in not. ad Var. Sacra p. 132, 3.

Ex his, quæ modo ad illustrandam lectionem τῶν LXX. adduxi, jam satis colligitur, me hanc ipsorum lectionem præferre scripturæ hodierni Codicis Hebr. Quamvis non nesciam, multos fore, qui religioni sibi ducant a lectione Codicis Masorethici discedere, me tamen, ut hoc quidem in loco eam deserendam esse censuerim, rationes permoverunt nec paucæ, nec leves. Nam 1. dubio locus vix est, quin, quod supra jam verbo tetigi, LXX., cum scripserunt Ψοθομφανὴχ, aut vocab. hoc ita in suis codicibus Hebr. legerint, aut a lectione ibi reperta propter graves rationes discesserint. Ipsos vero in versione sua ita scripsisse, ut nos hodie in illa legimus, non facile negabit, qui meminerit, Josephum aliosque veteris ævi scriptores voc. hanc non aliter scriptam in suis codicibus reperisse. 2. Ex supra adductis liquido constat, scripturam Codicis Hebr. sensum nullum fundere satis commodum, qui ex sermone Æg. derivari possit, voc. vero illam, uti a τοῖς LXX. repræsentatur, esse vere Æg., intellectu facilem, Josepho præterea et historiæ illius temporis perquam accommodatam. Diximus quidem צפנת פענח posse fere sine ulla mutatione sic exprimi, ϪⲰϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲈⲚⲈϨ, Caput Seculi; sed cognom. hoc habet, quod auribus meis ingratum videatur. Etsi Josephus προστασίαν Ægypti a rege accepisset, ut Philo loquitur in lib. de Josepho p. 561., vere tamen caput regni dici non potuit. Quantum hoc cognom. ad gloriam Josephi adjecisset, tantumdem auctoritati et honori Pharaonis derogasset. At quodnam poterat aptius cognom. Josepho imponi, præter hoc, Salvator Mundi, quod et verissimum est et omnibus desideratissimum. Ipse Servator monuit Luc. xxii. 25., nom. εὐεργέτου Regibus ac Principibus in deliciis esse, quod et historia omnis antiqua satis confirmat; sed illo cognomine est multo magnificentius illud σωτῆρος τοῦ αἰῶνος. 3. Res ipsa docet, alterius linguæ vocabula in lingua altera non ita facile exprimi posse. Inprimis lingua Hebr. minus apta est sonis omnibus accurate reddendis. Quare mirum non est, si vox Æg. literis Hebr. non adeo feliciter exprimi ac repræsentari potuerit, quam id a Græcis factum esse videmus. 4. Quod si autem dicamus, illud ipsum nom. a Mose non ita scriptum esse, uti hodie in codd. Hebr. legimus, nullam sic Codici S. injuriam inferemus. Unius literæ transpositio lectionem Hebr. cum scriptura Gr. optime conciliabit. Scribe pro צפנת פענח, פצנת פענח, vel, si adhuc unicam literam inserere velis, פצתנת פענח, et habebis ipsissimam scripturam τῶν LXX. Nec mirum est, voc. h. potuisse corrumpi, cum sit peregrina, et a nullo Hebræorum intellecta. Neque etiam ad integritatem Codicis S. facit, ut vox hæc Æg., Judæis lecta quidem, sed non intellecta, accurate expressa legatur.[3] 5. Quicquid sit, sive hodierna Codicis Hebr. lectio antiquior fuerit, sive minus, agitur hic de scriptione et pronunciatione vocis Æg., quæ Hebræis peregrina erat, et a diversis diverso modo enunciari poterat. Interpretes Alex., qui ad traditionem veterum Hebræorum, de hoc vocab., sibi, ut opinor, non ignotam, addiderant cognitionem linguæ ac rerum Æg., quam versio eorum ubique spirat, scribebant in Æg., ad manus habebant monumenta Æg., Ægyptios consulere poterant, et, ut mihi persuasum est, in similibus occasionibus omnino consulebant. Cum ipsorum scriptura conspirat exacte explicatio, quam ab Ægyptiis acceperat Hieron., et illam nunc lingua Æg. egregie confirmat. Item illa explicatio historiæ Josephi tam bene convenit, ut nihil possit magis. Quid amplius desideret æquus judex? Æquum tamen est, ut unusquisque suum judicium sequatur.[4]

* Πτίμυρις. Ita Æg. sermone suo illam partem regionis suæ, quam Gr. Delta vocant, appellasse, auctor

[1] Psonthomphanech servavit Versio Lat. antiqua, sed Salvator mundi est in recentiori. Cf. Sabatier ad Gen. xli. 45. Ultimum Amama graviter reprehendebat in interprete Lat., haud infeliciter defenso a Joachimo de Azevedo in libro apologet. pro Vulgata Bibliorum Lat. ed. (Olisipone a. 1792.) p. 47, 8.

[2] Sententiam Jabl. ex omnibus verisimillimam judicavit Michaëlis, cum in Biblioth. Orient., t. ix. p. 206., tum in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2129. Sequitur eandem Scholtzius in Repertor. für Bibl. und Morgen. Litteratur, xiii. Theil s. 20. Diu ante pro hac vocis interpretatione propugnaverat Ludov. Picques, vir supra vulgus suique ordinis homines eruditus, in epistolis, quas edidit C. S. Jordan, in Historia Vitæ La Crozii p. 289—303. Picquesio tamen pauca opposuit Th. Eduardus in Commercio Literario, quod Wincklerus Opusculis Longueruenis adjecit, p. 283. Ab iis omnibus multum abiit Forsterus in Mantissis Æg. p. 101—110., existimans, nom. Josephi Æg. fuisse ⲤⲀϨ—ⲠⲚⲞⲨϮ ⲠⲀ—ⲈⲚⲈϨ—ⲒϨ, sach-pnouti pa-eneh-ieh, ut significaretur scriba Divinus spiritus æterni, vel pertinens, spectans, ad spiritum æternum. Si vero alia vox Æg. in isto nom. usurpata fuerit, putat interpret. hanc fore, ⲤⲀⲂⲈ—ⲚⲚⲞⲨϮ ⲠⲀ—ⲈⲚⲈϨ—ⲒϨ, sabe-nouti pa-eneh-ieh, quibus verbis designaretur sapiens Divinus æterni spiritus. Cui explicationi haud parum roboris accedere autumat ex ipsis Pharaonis verbis Gen. xli. 38, 9. Addit Forsterus, nom. ab interprr. Alex. expressum esse Ψονθομφανὴχ, cum probe nossent verum significatum vocum Æg., at titulum ⲤⲀϨ Josepho, totius Ægypti proregi, non satis honorificum crederent, eaque de causa adderent Ⲡ—ϨⲞⲚⲦ, vel, coalescente scilicet Ⲡ articulo et sequente Ϩ, ⲪⲞⲚⲦ, et adeo Josephum, ut ipsius honori consulerent, appellarent ⲠϨⲞⲚⲦ ⲘⲪⲀ ⲈⲚⲈϨ ⲒϨ, summum sacerdotem spiritus æterni; quod non aliter Græcus scribere potuit vel enunciare, quam Ψονθομφανήχ. Nam quod plerique codices habeant Ψ loco Φ in vocis initio, id vitium credit Forsterus, ex nimia affinitate utriusque literæ ortum. Ista interpretatio, prorsus nova et satis acuta, si modo vera, probata est a Dathio ac paucis aliis.

[3] "Judæi autem non videntur recte assecutos [assecuti] esse vix ullos in Bibliis exoticorum Nominum sonos: cum pleraque Chaldaica et Persica et reliqua exotica, non secundum orthographiam, sed secundum receptum suo tempore vulgarem sonum, eumque corruptum, in Bibliis dederint; idque quia non ex libris et scriptis talia hauserunt, sed tantum auditu, ex vulgi ore, ea acceperunt: quod idem fecere Græci et scriptores omnes.—Et si primi Historiarum auctores vix recte assecuti sunt talium exoticorum Nominum veros sonos, quomodo post tantum temporis defluxum potuerint S. Bibliorum Punctatores talium omnium, in variis linguis, veros sonos nobis posteris exhibere? In hisce enim Nominibus Biblicis duplex fuit difficultas: primo in Consonantium scriptione in ipsis Autographis, deinde in Vocalium adscriptione a Punctatoribus. Et tamen sæpe miratus sum eorum peritiam et diligentiam, quod scilicet in exoticis Appellativis fere semper assecuti fuerint veritatem punctationis, et quod in Propriis plerumque tam prope accesserint ad eam, nec longius aberraverint." Verba sunt Th. Hyde, in Hist. Rel. vet. Pers. p. 63, 64.

[4] Amplissimus Jabl. excursus de nom. Josephi Æg. abunde docet, errasse Forsterum, cum scriberet l. c. p. 101. "Maxima huj. rei [interpretandi idem illud nom.] difficultas deterruit etiam doctiss. virum P. E. Jabl., qui nunquam tentavit hoc nom. explicare; etsi hic Vir summa notus modestia plus sciret in hoc literarum genere, quam plures scioli, qui sæpiuscule tentarunt idem explicatum dare."

est Ephorus,[1] ap. Steph. Byz. v. Δέλτα, qui scribit: Δέλτα, πόλις πρὸς τῇ Συρίᾳ, καὶ νῆσος Αἰγύπτου· ὡς Ἔφορος, κατ' Αἰγυπτίους καλουμένη Πτίμυρις, ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος. Holstenius in notis auguratur: 'F. leg. πύραμις, nisi sequentia tantum ad Delta referri velis.' Quod etsi verum esset, tamen posset legi πύραμις, quoniam eadem est et τοῦ Δέλτα, et Pyramidis figura. Quod Gr. propter figuram Δέλτα vocant, propter eandem figuram Æg. πύραμις omnino vocare potuerunt. Ego conjecturæ huic sane ingeniosæ magnopere faverem, si illa aliunde confirmari posset, et nisi linguæ Æg. usus alio nos dirigeret. Πτίμυρις non adeo nom. fuit terræ, quam Nilus cursu suo diviso eum in modum circumfluit, ut Græci Delta speciem præbeat, quam potius ipsius Nili, in quantum huic Æg. parti beneficium istud præstat. Nempe ϢⲞⲢ et ϢⲎⲢ est cingere, atque solet plerumque de cingulo accipi, quo quis semet ipsum cingit. Vid. vers. Copt. Jo. xiii. 4, 5. xxi. 18., quamvis etiam ad alias res transferri possit, et transferatur, Matt. xiii. 30. Qua de re dixit plura auctor MS. Commentarii Mystici in Literas Alphabeti Gr. p. m. 51. Quo posito, facile intelligitur, ⲠϮϢⲞⲢ, vel ⲠϮϢⲎⲢ, vel etiam ⲠϮϢⲞⲨⲢ dici Nilum[2] quasi cingentem cingulo, quod hanc Ægypti partem totam circumdat, et, circumfluendo, insulam efficit. Schol. Germanici in Phænom. Arati p. 111, 112.: Quidam dicunt, Deltoton Ægypti esse effigiem stellis figuratam in tribus angulis, i. e. trigono, et Nilum talem ambitum facere. V. inprimis Eratosth. Catasterismos p. 7. ed. Ox. Græci id ipsum de Nilo observant, sed verbis paulo aliis exprimunt. Eo haud dubie respexit Isocrates in Busiridis Laudatione, quando Ægyptum nobis repræsentat p. 530. [p. 159, 160.] ut ἀθανάτῳ τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένην, ὃς οὐ μόνον φυλακήν, ἀλλὰ καὶ τροφὴν ἱκανὴν αὐτῇ παρέχειν πέφυκεν. Quæ ad totam quidem Ægyptum pertinent, sed inprimis tamen ad Delta, illam Ægypti partem, quam Nilus totus, maris ad instar, alluit et circumdat. Id dicend. quoque est de iis, quæ ibidem sequuntur: κύκλῳ γὰρ (ὁ ποταμὸς) αὐτὴν περιέχων, καὶ πᾶσαν διαῤῥέων, πολλὴν αὐτοῖς εὐπορίαν πεποίηκεν. En, veluti ad verbum Gr. reddidit, quod Æg. ⲠϮϢⲞⲢ dixerant. Etsi autem, uti ex allatis colligere est, ⲠϮϢⲞⲢ vel ⲠϮϢⲞⲨⲢ proprie nom. sit Nili fluvii, qui flumine suo, tanquam muro, Delta circumdat, potuit tamen per metonymiam nom. illud etiam indi terræ, quæ a Nilo circumvallata est. Scimus tamen illam Ægypti partem, quam Gr., a figura, Delta appellant, simili de causa Æg. dictam fuisse Rib, quod exponitur pyrum, cuj. speciem regio illa refert. Vide sis, quæ in articulo illo dicentur. Ad ⲠϮϢⲞⲨⲢ ut redeam, videtur idem Hebr. significasse מצור, i. e. munitus locus. Observat autem Bochart., Geog. S. pt. i. l. iv. c. 24., hoc nomine in Scriptura S. aliquoties Æg. intelligi. Exempla profert 2 Reg. xix. 24., siccabo planta pedum meorum omnes rivos Masor, ubi in Hebr. est כל יאורי מצור, Es. xix. 6., Et siccabuntur fluvii מצור, Mich. vii. 12., Et a Masor usque ad fluvium scilicet Euphratem. In duobus prioribus locis Masor s. Matzor aperte aut Nilum fluvium, aut τὸ Delta regionem designat.[3] Quamobrem Bocharto facile assentior, מצור exponenti locum munitum, i. e., illam Ægypti partem, quæ est τῷ Νείλῳ τετειχισμένη, quamvis vir eruditus addat, fieri posse etiam, ut Ægyptus Matzor dicta sit ab angustia. Tum nom. hoc magis conveniret Ægypto superiori. Sed quæ modo monuimus de locis S. Scripturæ, a Bocharto prolatis, dubium vix relinquent, quin illo vocab. Delta potissimum designatum fuerit.

Πυράμις, Pyramis. Nom. est, quod Æg. imposuerunt molibus illis stupendis, quas, qui Ægyptum adeunt, etiam hodie, non sine admiratione intueri possunt, quæque sunt monumenta, uti totius mundi antiquissima, ita laboriosæ Ægyptiorum indolis, et potentiæ ac magnitudinis regum illius terræ, certissima. Non id mihi nunc negotii datum esse puto, ut situm, figuram, magnitudinem, usum, et quicquid Pyramides celebres reddit, multis explicem. Cui enim hoc ignotum est? Extant descriptiones prolixæ et veterum et recentiorum, qui admiranda hæc magnificentiæ Æg. monumenta oculis suis subjecerunt, et quæcunque memoratu digna judicassent, in usum aliorum in commentarios retulerunt.[4] De ratione nominis hic tantum mihi agendum est. Non moror explicationes huj. vocab. Græcas, qualis est Steph. Byzantii et Etym. M., qui nom. Pyramidis deducunt ἀπὸ τοῦ πυροῦ, a tritico, in Pyramidibus tanquam horreis coacervato; quod pro mero figmento, mea quidem sententia, recte habet Holstenius in not. ad Steph. Miror proinde, hanc vocis orig. approbatam fuisse a Vossio Etym. L. L. et viris doctis aliis. Paulo verosimilius alii nom. hoc derivant ἀπὸ τοῦ πυρὸς, ab igne, cuj. etymologiæ hanc, nec spernendam, rationem reddunt, esse nempe voc. desumtam ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος αὐτῇ σχήματος, πλατέος κάτωθεν ὄντος, καὶ εἰς ὀξὺ λήγοντος, ὃ ἐστι φλογὶ ἀναφερομένῃ (ita recte Sylburg.) ἐοικός. τοιοῦτος δὲ ὁ πύργος. Hæc sunt Etymologi verba. Schol. Horatii in Carm. l. iii. Od. ult. p. 211.: "Pyramides proprie regum Æg. sepulchra sunt, ingenti mole constructa, et in cacumen educta in modum flammæ surgentis, unde et nom. est inditum." Quibus operæ pretium est addere hæc Amm. Marcellini ex l. xxii. c. 15. p. 249, 250. ed. Lindenbr. "Pyramides erectæ sunt turres, ab imo latissimæ, in summitates acutissimas desinentes. Quæ figura ap. Geometras ideo sic appellatur, quod ad ignis speciem, τοῦ πυρὸς, ut nos dicimus, extenuatur in conum." Etymologias istas non eo attuli consilio, ut eas probarem. Quis enim credat, Ægyptios, quorum hoc in totum est inventum, et quorum in eodem invento περιεργίαν ne aliæ quidem gentes æmulatæ sunt, operibus sibi propriis, et suæ gloriæ indiciis luculentissimis, nom. impositurus fuisse ex Græcia arcessitum? sed illa ipsa tamen Græcorum observatio, quæ in ling. Æg. nullum quidem habet fundamentum, at nihilominus ex Pyramidum forma et structura est petita, nobis in vera nominis huj. ratione invenienda facem præferre poterit. Profecto difficile admodum est, conjectura assequi, quidnam potissimum spectaverint, qui operosis his ædificiis nom. Pyramidis indidissent. Nec in re adeo lubrica, multisque erroribus exposita, operam aliquam collocarem, nisi ducem haberem fide non indignum, viamque commonstrantem. Is autem est Plin., qui, sicuti ingeniosissimus ac doctiss. La Crozius observavit et mihi indicavit, voc. Pyramidis ex Æg. lingua ita explicat, xxxvi. 8.: "Trabes ex eo (Syenite lapide) fecere reges quodam certamine, Obeliscos vocantes, solis numini sacratos. Radiorum ej. argumentum in effigie est, et ita significatur nomine Æg." Loquitur Plin. proprie de Obeliscis, quod nemo negaverit, verum cum Obelisci profecto sint Pyramides minores et exiliores, quod de illis observat, de his quoque dictum esse putare debemus. Significat igitur Plin., Obeliscos atque Pyramides soli esse sacratas, ejusque rei argumento esse, ab ipsis radios solis repræsentari, quod etiam nom. eorum Æg. indicat. Uno verbo, docet ergo Plin., Pyramidem signif. radium solis. Quo sane, si linguam Æg. consulas, nihil est verius. Namque ἀπαύγασμα, quod proprie splendorem et radios solis significat, Æg. dicitur ϢⲞⲨⲈ, quemadmodum constat ex Epist. ad Hebr. c. i. com. 3. Inde Lev. xiii. 24. αὐγάζον ab interprr. Æg. versum est ЄϤϮϢⲞⲨⲈ, et ita porro ibid. v. 25, 26, 28. xiv. 56. Exod. xxx. 34., quem locum corrige ex citatis. In cod. MS. Ps. xvii. 12.

[1] Præter Ephorum, quantum nunc recordor, nemo de veteribus unus meminit nom. Πτίμυρις. Is tamen videtur testis pergravis et valde idoneus, ἀνὴρ ἀξιόπιστος, ut scribit Strabo xiii. p. 924.

[2] Dicta in compendium redegit repetiitque Scholtzius in Repert. für B. u. M. Litt. xiiir. Th. s. 21.

[3] De locis V. T. sup. citatis aliisque monuit nonnulla Michaelis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1532.

[4] Exemplum Jabl. sequar, nec commemorabo, quæ aut alii, sive veteres, præsertim Abdollatiphus s. Abdallatif in Memorabilibus Ægypti p. 49. sqq. ed. Arab. Tubing., sive recentiores; inprimis Shawius, Pococke, Norden, reliqui, aut nuper admodum Grobert ac Denon de Pyramidibus Æg. scripserunt.—Cum autem diu et magna cum cura frustra a multis quæsita sit Ol. Celsii Historiola Pyramidum Ægypti, laudata a Fabric. Bibliogr. Antiq., Saxio in Onomastico, et aliis, hac occasione moneo, dissertationem istam, ed. Upsaliæ a. 1725, non ab O. Celsio, præclaro viro eruditione, conscriptam esse, quod vulgo creditur, sed a Jo. Akerman. Quæ de Pyramidibus ante dixerant Radzivilius, Bellonius, Gravius, Bruinius et Montfaucon., diligenter is repetit, item aliorum observata de orig. nominis, scilicet Gr., sed nihil novi adjungit.

inveni quoque ⲘϢⲞⲨⲒ de fulgore adhibitum. Erit igitur ⲠⲒ—ⲢⲎ—ⲘⲞⲨⲈ̀, Pi-ra-mu-e, ut explicabat vir paulo ante nobis laudatus, ἀπαύγασμα, radius solis; vel si ⲢⲎⲘⲞⲨⲈ jam sit una composita vox, scribi poterit ⲠⲞⲨⲢⲎⲘⲞⲨⲈ, quod Gr. vix aliter quam πυραμὸς vel πυραμὶς scribere poterant. Quam apte hæc explicatio conveniat cum testimonio Plinii, nemo est, qui non illico videat. Eam vero, si rem ipsam spectes, confirmant Græci, qui, ut supra jam tetigimus, ἀπὸ τοῦ πυρὸς deducere vocab. conantur. Quare non est, ut de interpretatione hac quisquam addubitet.[1] Wilkinsius de ling. Copt. p. 108. putabat, Pyramis literis Copt. scriptum, esse ⲠⲞⲨⲢϢ ⲘⲒⲤⲒ, quod regiam generationem significet, sicque Pyramides appellatas fuisse, quia sepulturæ regum et regio sanguine ortorum inserviebant. Verum ⲠⲞⲨⲢϢ ⲘⲒⲤⲒ vel ⲠⲞⲨⲢⲞ ⲘⲒⲤⲒ, quod usus perpetuus hujusmodi compositorum ex ⲘⲒⲤⲒ docet, nil potest significare, nisi genitum ex regibus, vel regio sanguine cretum, quale nom. an ædificio conveniat, alii arbitrentur. Nostram vero explicationem, quam a La Crozio accepimus, et auctoritas Plinii et res ipsa confirmat atque egregie illustrat. Monere operæ pretium, Leonem Africanum, in Descript. Africæ p. m. 728., moles has vocare Barba. Altissimas, inquit, turres, quas patrio nomine Barba vocitant. Loquitur autem de Pyramidibus, circa Asuanam, quæ est veterum Syene, spectandis. Pro Barba tamen legendum videtur Birabi, vel Berbi, vel Birba, quod postremum nom. occurrit ap. Murtadium et alios designandas Pyramides. V. Vattierii Præf. præmissam versioni Gallicæ Murtadii, auctoris Arabis, de Miraculis Æg. p. 43.[2] Ne longior sim, hoc unum adjungam. Perizonius voc. h. derivat[3] a πίρωμις, ut testatur Herod., significante καλὸν κἀγαθὸν, cum Pyramides destinatæ fuerint sepulturæ illustrissimorum virorum. V. ej. Origg. Æg. c. xxi. p. 447. De v. πίρωμις et loco Herod. supra p. 204. dictum fuit; unde colligere est, quo fundamento lubrico sententia viri doctissimi nitatur.

* Ῥακῶτις, vel * Ῥακῶτις, vici antiquissimi in Ægypto aut urbis nom. haud dubie Æg. cuj. tamen veram orig. et causam me latere nolo diffiteri. Occurrit nom. ap. Steph. Byz., qui in v. Ἀλεξάνδρεια testatur, hanc quoque dictam esse Ῥακῶτιν, et alibi scribit, Ῥακώτης, οὕτως ἡ Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο. Quo postremo in loco sine controversia legendum Ῥακῶτις, ut Berkelius, Holstenius et alii recte observarunt. Non aliter nom. scribitur a Strab. xvii. p. 545. [1142.], Pausania in Eliacis i. p. 432., Clem. Alex. in Protrept. p. 51. [42.], Tacito Hist. iv. 84. Diu igitur ante nota erat Rhacotis, quam conderetur Alexandria; cuj. deinde veluti suburbium fiebat. Nom. esse veræ Æg., vel ex eo patet, quod interpr. N. T. Coptus, a Wilkinsio editus, in locis omnibus, ubi fit mentio Alexandriæ et Alexandrinorum, nobis conservaverit nom. antiquum ⲢⲀⲔⲞϮ, Rakoti, Act. vi. 9. xviii. 24. xxvii. 6. xxviii. 11.[4] Quod etiam locum habet in libris Coptorum recentiorum Ecclesiasticis.[5] In Epistola Systatica, quam edidit Bonjourius in Monumentis Copt. appellatur Alexandria p. 12. ϮⲚⲒϢϮ Ⲙ̀ⲠⲞⲖⲒⲤ ⲢⲀⲔⲞϮ, magna urbs Rhacotis. Cf. dicta in Panth. Æg. l. ii. c. 5. §. 4. [Steph. Byz. p. 652. D. Ῥακῶτις—ὁ οἰκητὼρ, * Ῥακωτίτης. Edd.]

* Rahab, רהב. Sæpius hoc nomine in Literis Sacris appellatur Ægyptus, vel pars ej. inferior, s. Delta Æg. Quod recte monuit Bochartus Geogr. S. iv. 24., huc referens Ps. lxxxvii. 4. lxxxix. 11. et Ies. li. 9. In priori Psalmorum loco Gr. interpres Alex. habet Ῥαὰβ, et

[1] Similia dedit, istiusque etymologiæ auctorem esse La Crozium, monuit Jabl. in Proleg. ad Panth. p. lxxxi—lxxxiii. Repetiit eadem Scholtzius l. c. p. 21.

[2] De orig. et vera notione vocis بيرابي in partes scinduntur eruditi. Alii de Pyramide explicant, alii de templo. Quibus prius placet, observant, voc. ortam videri ex ipso Pyramidis nom. Qui posterius probant, vocab. Arab. opinantur natum ex Æg. articulo ⲠⲒ et voce ⲈⲢⲪⲈⲒ templum. Cf. I. H. Schultens Biblioth. Crit. V. i. pt. 2. p. 108, 109., et Sacy in Notices et Extraits des MSS. de la Bibliothèque du Roi, t. i. p. 270. His scriptis, plura de hoc nom. monuisse doctiss. Sacyum, in comment. de nom. Pyramidum p. 31—41, primum intellexi, cogitatione curaque eruditorum valde digna. Voc. بيرابي, notione templi, ab Ægyptiis sumtam esse, opinatur quoque Wahl ad Abdollatiphum p. 187.

[3] Perizonio nonnulla opposuit C. Swaving, amicus a juventute mihi perquam dilectus, in Disq. Philol. potissimum de locis aliquot V. T., suamque de orig. nominis Πυραμίδων sententiam novam exposuit, p. 44—51. Summa rerum hæc est. Cognatione cum dialectis Orientalibus conjuncta erat lingua vet. Æg. Ut Hebr. dixerunt רום, Arabes رام, ita Æg. videntur usi verbo ⲢϢⲘ vel ⲢϢⲨⲘ. Vocab. Πυραμὶς et Πίρωμις ap. Herod. eandem agnoscunt orig. Πι, articulus vulgaris, detortus est in Πυ. In media utriusque vocis syllaba permutantur, ut fieri assolet in multis aliis, literæ Ω et Α. Πίρωμις significat hominem eminentem, Πυραμὶς turrem, ut loquitur Plin. v. 9., sive columnam eminentem, quem in modum Tacitus ii. Ann. 61. Pyramides vocat instar montium eductas, et Abulpharagius اهرام, in Histor. Dynast. i. p. 9., ubi agitur de primo Pyramidum inventore. Dum hæc scribo, mecum communicat Ravius, Collega honoratissimus, libellum eruditissimi A. I. Silvestre de Sacy, de quo supra mentio facta est p. 107., inscriptumque: Observations sur l'origine du nom donné par les Grecs et les Arabes aux Pyramides d'Égypte, et sur quelques autres objets relatifs aux Antiquités Égyptiennes. Prorsus improbat etymologias e Græcia petitas, item conjecturas Wilkinsii ac Perizonii, de quibus Jabl. supra dixit. Sed et displicet eidem sententia La Crozii Jablonskiique, quæ nititur auctoritate Plinii, de Obeliscis quidem sermonem facientis, non vero de Pyramidibus. Accedit, si de solis splendore dictæ fuerint Pyramides, postulare indolem et rationem linguæ Æg., ut, mutato verborum ordine, potius dicantur ⲠⲒⲘⲞⲨⲈ Ⲙ̀ⲪⲢⲎ. Haud magis satisfacit Sacyo opinio Adleri, in Biblischcritische Reise nach Rom. p. 192. scribentis, voc. esse compositam ex ⲠⲒ articulo et verbo ⲢⲀⲘⲀ vel ⲢⲀⲘⲒ, cum quo convenit Hebr. רום et רמה, altum esse, ut sit Πυραμὶς monumentum altum et excelsum, cuj. etiam cernantur vestigia in nom. ⲢⲀⲘⲀⲞ, quod usu tropico divitem significat: uti, post La Crozium in Lex. Ægypt., observat Wahl in notis Germanicis ad Abdollatiphum p. 159., quo judice, Obelisci Æg. appellabantur ⲠⲒ—ⲢⲎ—ⲘⲞⲨⲈ, sed Pyramides ⲠⲒ—ⲢⲀⲘⲀ, vel forte potius ⲠⲒ—ⲞⲨⲢⲞⲘⲒⲤⲒ s. ⲪⲞⲨⲢⲞⲘⲒⲤⲒ. Videamus de sententia de Sacy, p. 25. et seqq. In v. Πυραμὶς est ις terminatio Gr. Πι est articulus Æg., pro quo Gr., cum orig. nominis ab igne repeterent, Πυ scribebant. Mediam syllabam ραμ refert ad radicem ϨⲢⲘ̀ s. ϨⲢⲀⲘ, quæ ap. Ægyptios quoque in usu fuisse videtur, uti in dialectis Orientalibus omnibus, notione primaria separandi aliquid a commercio usuque hominum, unde reliquæ deinde multumque diversæ significationes derivatæ sunt. Esset igitur Πυραμὶς locus sanctus, ædificium modo singulari consecratum, sive alicui numini, sive etiam usui cuidam religioso, Æg. ⲠⲒϨⲀⲢⲀⲘ vel ⲠⲒϨⲢⲀⲘ. Adspirationem servarunt Arabes in suo هرام, sive præfixo articulo الهرام, quo nomine Pyramides appellantur ap. Abdollatiphum, Macrizium, Abulfedam, alios. Cum nom. Arab. sit vere Æg., non est, cur origo ej. quæratur in Arabia, ut factum ab aliis, quos inter Michaëlis not. ad Abulfedæ Descript. Ægypti p. 64. Gr. vero, omissa adspiratione Ϩ, dixerunt Πυραμὶς, quemadmodum Κάνωβος pro ⲔⲀϨⲒ—ⲚⲞⲨⲂ, Sahidice ⲔⲀϨ—ⲚⲞⲨⲂ. Sententiam istam Sacyus, qua est ille his in rebus sagacitate incredibili, et ornavit, et a difficultatibus, quibus eam premi forsitan alii arbitrarentur, vindicare conatus est. Cui opinioni priores partes tribuendæ? Mihi jam satis est, varias recentiorum doctorum hominum etymologias vocab. Πυραμὶς paucis commemorasse, cum malim judicio aliorum limato politoque hac in re stare, quam meo.

[4] In vers. Sahidica, nuper primum vulgata, Act. vi. 9. et xviii. 24. legitur ⲀⲖⲈⲜⲀⲚⲆⲢⲈⲨⲤ. Reliquorum locorum interpretatio Thebaica adhuc desit.

[5] Exempla alia sunt ap. Mingarell. p. cli. Reliq. Codd. Ægypt., et Georgium in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. xxxix.

Coptus eum secutus ⲢⲀⲀⲂ, sed in posteriori loco Gr. Rahab omisit, adeoque et Coptus. Tribus istis locis alia adjungunt interpretes præstantiores. Nisi רהב sit nom. proprium Ægypti, vel saltem ad illud nom. respiciatur, Ies. xxx. 7., ubi etiam in principio ejusd. commatis aperte Ægyptus memoratur, locus vix intelligibilis est: quod abunde patet ex obscuris absurdisque veterum et recentiorum versionibus et interpretationibus, atque a Vitringa comprobatur. Sed non audeo cum Jac. Kochio in commentario et aliis affirmare, per רהב Ægyptum debere intelligi in duobus locis Jobi c. ix. 13. et xxvi. 12. Consulatur ad utrumque Schultens; cui tamen non adstipulor, p. 721. scribenti, neutiquam tam exploratum esse, quam Bochartus sibi aliisque persuasit, per Rahab etiam alibi Ægyptum esse intelligendam, sed et neganti, الريفي Elrif, quod hodiernum est nom. inferioris Ægypti, quicquam commune habere cum mystico titulo רהב Rahab, quo Ægypti regnum universum in Sacris insignitur, a formidolosa, ut videtur, mole potentiæ. Hactenus mihi videtur Rahab nom. proprium Ægypti infer., et eo sensu accipiendum in nonnullis locis Literarum S., præsertim in iis a Bocharto adductis.[1] De nom. Arab. dicam infra ad v. Rib. Voc. Rahab esse vere Æg., mecum sentiebat La Crozius, qui, a me consultus de illius origine, in hanc sententiam respondebat. "Dubius diu ipse hæsi, unde Ægyptus dicta esset Rahab, quo nomine non alibi forte appellatur, præterquam in Codice S. Nunc videtur mihi Æg. vocata fuisse ⲢⲎ—ⲞⲨⲀⲂ, ut significaretur regio Soli sacra seu consecrata.[2] Nosti ipse, quo loco vetustissimi Ægyptii habuerint Solem, variis sub nominibus cultum. Nosti quoque, urbes in Ægypto celebratiores nom. suum de Sole fuisse adeptas." Et in his equidem acquiesco.

* Ῥαύωσις, nom. regis Thebæorum Æg., ab Eratosth. Gr. redditum Ἀρχικράτωρ, regnum ad se rapiens, ut explicui in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 749., ubi tamen vitio typothetarum bis male scriptum legitur ⲢⲀⲨⲀⲒⲀ pro ⲢⲀⲨⲤⲒⲤ, et ⲀⲒ pro ϬⲒ ponitur. Dictis illic hæc pauca adjungam. Ἀρχικράτωρ proprie is dicitur, qui imperium occupat sibique vindicat, et adeo violenter principatum tenet. Deinde, ⲢⲎ pro principe vel rege in nostris Copt. libris etsi nuspiam reperitur, recte tamen ex genio linguæ et quibusdam verbis compositis colligi potest, antiquitus ⲢⲎ et ⲢⲰ designasse regem, quod postea, coalescente cum radice articulo indefinito ⲞⲨ, elatum est ⲞⲨⲢⲞ, et cum nota masc. generis ⲠⲞⲨⲢⲞ. Recte monet Fr. Smit de Amuleto Gnosticorum p. 17., ϨⲞⲨⲞ signif. abundantiam, seu vim superfluam, Eph. i. 19. Quod etiam patet ex eadem vers. Copt., Matt. v. 37. ix. 16. Marc. vii. 37. In Cod. MS. ⲚϨⲞⲨⲞ Ps. lxi. 2. denotat amplius, et ⲈⲢϨⲞⲨⲞ abundare Ps. xxxvii. 35. et cxxxvii. 3. Ceterum, vocabulum Æg. satis commode videtur interpretatus. Quibus, cum meliora non suppetant, non est quod addam.

* Remoboth, Monachi in Ægypto. Cum tria fuerint in Ægypto Monachorum genera, unum ex illis vocari Remoboth, scribit Hieron. ad Eustoch. de Custodia Virgin. Opp. T. IV. P. ii. col. 44. ed. Martian. Scripti Codices fere omnes et edd. vet. exhibent Remnuoth vel Rennuoth, quod nos in indaganda vera huj. vocab. significatione adjuvare potest. Nempe legendum Remnuoth vel Remuoth, quod signif. homines solitarios. ⲢⲈⲘ est a ⲢⲰⲘⲒ et ponitur pro homine in istiusmodi compositionibus, quæ Ægyptiis admodum frequentes sunt. Sic ⲢⲈⲘ ⲚⲬⲎⲘⲒ Ægyptius vel homo Ægypti, ⲢⲈⲘ ⲚϨⲰⲂ operarius, quasi dicas hominem operis et laboris, ⲢⲈⲘ ⲚⲎⲒ domesticus; Levit. xviii. 6. ⲢⲈⲘ ⲚⲔⲀϨⲒ terrenus; ⲢⲈⲘ ⲚⲪⲈ cœlestis, 1 Cor. xv. 47, 8, 9; qui est idiotismus Copt., et quidem oppido frequens. ⲞⲨⲰⲦ porro est unum, a masculino ⲞⲨⲀⲒ, et unitas. Est igitur ⲢⲈⲘⲞⲨⲰⲦ, Remuoth, vel quod id. est, ⲢⲈⲘⲚⲞⲨⲰⲦ, Remnuoth, homo unitatis, i. e. solitarius, μονάζων. ⲚⲢⲰⲘⲒ ⲚⲞⲨⲰⲦ ἄνδρα ἕνα, Deut. i. 23. Communis scriptio ap. Hieron. videtur ex Gr. ortum traxisse. Pro Lat. u namque Gr. solent adhibere suum β. Est re ipsa Remoboth et Remouoth unum idemque. Convenit nostræ interpret. plane egregie, quod Hieron. de Monachis his, eod. loco, subjicit: Soli, inquit, habitant, et ab eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur. Et quibusdam interjectis: Hi bini vel terni, nec multo plures, simul habitant, suo arbitratu et ditione viventes. Ab his distinguit aliud in Ægypto Monachorum genus, quos appellari scribit Sauses, de quibus suo loco. Nempe Sauses sunt Cœnobitæ, qui in communione vivunt; Remoboth vero, vel Remuoth, sunt Solitarii, vel Eremitæ.

* Remphah, vel * Rephan, uti hoc nom. in libris Copt.[3] scribitur ⲢⲎⲪⲀⲚ, Numen Æg. ab Israëlitis in deserto cultum, cuj. meminerunt lxx. Amos v. 26., ubi tamen in cod. Hebr. legitur כיון, et Stephanus Protomartyr Act. vii. 43. In vers. Alex. habetur Ῥαιφὰν, sed in ed. Complut. Ῥαιφᾶ. Lectio, quam, in Actis et optimi et vetustissimi et fere plurimi Codices[4] tuentur, est Ῥεμφὰ vel Ῥωμφὰ, quod sine ulla mutatione, Coptice sic scriptum, ⲢⲎⲘⲪⲈ vel ⲢⲰⲘⲪⲈ, regem cœli, i. e. Solem designat.[5] Plura videri possunt in peculiari Exerc. de Remphah, a. 1731. ed.[6]

* Ῥέμφις, nom. regis Æg., ap. Diod. S. i. 62. p. 39., qui erat filius Protei. Quæ fuerit fortasse origo nominis Æg., indicavi in lib. de Remphah p. 32—35, ibidemque monui, minus recte Capellum existimare, Remphin non diversum fuisse a Pharaone, eximio illo fautore Josephi ac gentis Hebr. Herod. ii. 21. eum vocat Rhampsinitum. Si audire cupias Marshamum Can. Chron. p. 416. ac seqq., a Remphi non differt Rhamses, qui dicitur potitus Libya, Æthiopia, Medisque, et Persis, et Bactriano ac Scythia, ap. Tacit. Annal. ii. 60. Sed fallitur

[1] Prorsus dissentit C. Muller in Satura Obs. c. vii. p. 83—113., negatque, Rahab capiendum de Ægypto Ies. xxx. 7. li. 9. Ps. lxxxvii. 4. Negat quoque Michaelis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2237—39., et loca ista, item Ps. lxxxix. 11., aliter exponit. Fatetur, istud nom. Ps. lxxxvii. 4., ob filum orationis vix posse esse nisi proprium; sed addit: "Haud expedio quidem, nec tamen, nom. si est proprium, sequitur, ut nom. Ægypti sit. Syrus per Chet רחב legens, ܪܚܒ scripsit, quod foret Adiabenes Assyriæ, vel etiam Rahabæ ad Euphratem, nom. V. Biblioth. Or. priorem t. xii. p. 191—193. Nullus tamen codex huc usque suffragatus est."

[2] His simillima legas ap. Forster. in Epist. ad I. D. Mich. p. 8, 9.

[3] In vers. N. T. Copt., tam Memphitica, quam Sahidica, ⲢⲈⲪⲀⲚ scriptum invenitur.

[4] Quanta sit codicum MSS. varietas lectionis, docent Wetstein, Matthæi, Alter, Birch, alii. Non ulla facile in toto N. T. vox est, forte quia peregrina, in cuj. scriptura magis variant codices. Scribitur enim ῥεφᾶμ, ῥεφὰμ, ῥαφὰν, ῥομφὰ, ῥεφφὰν, ῥεμφὰν, ῥομφὰ, ῥεμφὰν, ῥαιφὰν, ῥεφὰν, ῥεφὰ, ῥεφᾶ, ῥεμφὰν: ne quid hic dicam de versionibus antiquis aut eruditorum conjecturis Criticis. Non novi unum codic., in quo ῥομφά. Nec tantum in codd. recentioribus ista varietas cernitur, sed in iis etiam, qui ab omnibus habentur antiquissimi. Alexandr. præbet ΡΑΙΦΑΝ, Cantabrig. ΡΕΜΦΑΜ, Vatic. κατ' ἐξοχὴν sic dictus, ΡΟΜΦΑ, Laudianus, nunc Bodleianus, ΡΕΦΑΝ, et sic quoque Parisiensis, vulgo dictus codex Ephremi. In codice Vindobon. pervetusto nunc legitur ΡΕΜΦΑΝ. Monet autem Alter p. 425, literam tertiam, quæ forte Ν fuit, non Φ, ut Hwiidus suspicatur, ab apographo erasam esse, et super hac erasa Μ scriptam. Vides, quid de codd. antiquissimis censendum sit. De præstantiori aliorum MSS. bonitate nunc non disputabo.

[5] Antequam prodiisset commentatio Jabl. de Remphah, vix aliquis eruditiorum dubitabat, quin hoc nomine significaretur Saturnus. Scriptoribus, a Wolfio citatis, adjungantur tantum duumviri summi, Salmas. de Ann. Clim. p. 597. atque Lud. de Dieu ad Amos. v. 26, et Act. vii. 43. Sententiam Jabl. probarunt deinde La Crozius, t. i. Thes. Epist. p. 167. t. iii. p. 25, 159, 184, Datho ad Amosi l. c., Rosenmuller et Morus ad Act. l. c. Contra vero, Jablonskium deserunt Krause in comment. ad historiam atque orationem Stephani p. 29, 30., Eichhorn in emendato Lex. Simoniano, Schulzius in nova Lexici Cocceiani edit., inprimis tamen non pauca eidem opponit Michaelis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1225—1233. Intelligunt ii Saturnum. Ita quoque N. G. Schroeder in diss. de Tabernaculo Molochi et stella Dei Rempha, ed. Marburgi a. 1745.

[6] Libellus hic a longo tempore tam rarus erat, ut magnus Schroederus eum plane ignoraret, utque Michaelis l. c. præcipuum ipsius argumentum repeteret. Asservo exemplum Jabl. emendatum auctumque, quod recudi curabo in alio Opusculorum volumine.

eruditus Anglus, ut satis ostendit Perizonius in Origg. Æg. c. xvii.[1]

* Rib fuisse voc. Æg., et significasse pyrum, testatur Kircherus, quem sequitur Bochart., ut jam antehac in v. Ἄθριβις p. 17. sqq. a me monitum est. Patrocinium quæritur ex Etym. M. Ἀθριβὴν explicante καρδίαν ἀπίων vel ἀπίων, cor pyrorum. Sed de isto loco satis ibidem dixi. Negat autem Wilkins. de ling. Copt. p. 99., ΡΙΒ unquam denotare pyrum, nisi per metathesin ΠΕΡCΙ pro ΡΙΒΙC, Π et Β mutato, pro Pyro vel Persico sit sumendum. Quia hactenus libris destituimur, in quibus voc. illud occurrit, litem hanc dijudicare haud possumus. Certum tamen videtur, Rib dictam fuisse Æg. illam Ægypti partem, quam Gr. Delta appellant; atque a vero non prorsus abhorret, Athriben sic vocari, quoniam veluti cor in meditullio Ribis vel τοῦ Delta erat sita. Memoriam ejusd. nominis conservarunt Scriptt. S., Ægyptum Rahab appellantes, quod pluribus supra p. 226—228. illustravi. Arabes, ipsius Ægypti superioris ad mare rubrum incolæ, non habent aliud nom., quo Ægyptum designent, præter Riffam. V. Renaudoti Hist. Patriarch. Alexandr. p. 162. le Grand, Relation historique d'Abyssinie p. 212., qui Ludolphum testem advocat. Addatur Samlung aller Reysebeschreibungen t. i. p. 214. Pro certo tamen affirmare non audeo, utrum huic regioni tale nom. inditum fuerit, quoniam figuram pyri referebat, an quia pyri illic majore copia crescebant. Nullos pyros, proprie sic dictos, in Ægypto provenire, observat Jac. de Bary in epist., quam Relandus vulgavit in Palæst. Illustr. p. 933. et seq., sed id non in universum videtur verum. Fructus hi illic sunt deterioris notæ, atque eapropter non valde excoluntur. Vide la Description de l'Egypte par Maillet t. ii. p. 106. Præterea admodum dubito, an ex eo, quod hodie obtinet locum, valeat disputatio ad tempora longe remotissima. Est igitur probabile, Rib quondam Æg. signif. pyrum, et hinc Ægyptum Arab. dici Rif, in S. Cod. Rahab.[2]

* Ῥιπλάμ, Blitum. Append. Dioscor. ii. 143. p. 444.

* Σααρθὰ, Tussilago. Append. Dioscor. iii. 126. p. 458.

Sabæi vocabantur Sapientes ævi vetustissimi, iidemque idololatriæ magistri, de quibus multa viri eruditi, quæ hic non tangimus, de orig. nom. nunc tantum pauca dicere cupientes. Nom. mihi videtur appellativum; non vero est proprium, deriv. scilicet a סבא Gen. x. 6. Ps. lxxii. 11. ubi intelligo Sabæos Africanos, quamvis aliter statueret Bochart. Geogr. S. L. iv. c. 8.[3] Qui mecum credunt nom. appellativum esse, in orig. indicanda discrepant. Valde miror, eam esse quæsitam in v. Hebr. צבא, exercitum denotante, ac si Sabæi ita appellarentur, quoniam totum cœli exercitum seu sidera colebant. Hæc erat opinio Pocockii Spec. Hist. Arab. p. 139. et Th. Hyde Hist. Rel. vet. Pers. iii. p. 85., quos alii postea sequebantur.[4] Ratione magis probabili ab aliis derivatur nom. ex ling. Arab., sed quod iterum fit modis multum diversis, ut potest videri ap. Spencer. de Leg. Hebr. rit. II. c. i. s. 1., qui, etsi non in omnibus, quæ deinceps de Sabæis disserit, probandus mihi videtur, est tamen lectu perdignus. Ipsos Arabes non satis certos fuisse de orig. nominis huj. Arab., intelligetur ex Pocockio l. c. p. 138. Antiquissimis temporibus inter Arabes quoque viguisse quendam hominum ordinem, qui Sapientes vocabantur, haud negatur, quin manifesto patet ex Jer. xlix. 7. 1 Reg. iv. 30. Sed existimo origines tam istius ordinis, quam nominis Sabæorum, ex Ægypto repetendas esse. Quæ Sabæis attribuit Abulfeda ap. Pocock. l. c. p. 144., disciplinam sacerdotum Æg. satis redolent. Plin. xxv. 3. conjunctim collocat Arabiæ Ægyptique Magos, i. e. Sapientes. Atque de his intelligi debet Servius, Sabæos Ægyptiorum colonos vocans, ad Georg. i. 57. De Sapientibus, peculiari ordine Sacerdotum in Ægypto, testimonium præclarum extat Gen. xli. 8., quo ipso e loco oritur suspicio minime levis de vera etymologia nom., Sabæorum. Nimirum Sapiens, lingua Æg., dicitur CΑΒΕ, sabe, Matt. vii. 24. xxv. 8. Ps. lvii. 5., cuj. pluralis ΝΙCΑΒΕΥ legitur in Gen. l. c.[5] Hanc obs. confirmat Murtadi in lib. de Mirac. Æg. p. 74. versionis Gallicæ. [Steph. Byz. * Σαβαί, πόλις μεγάλη, πλησίον τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, καὶ φρούριον· τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως καὶ τοῦ φρουρίου, * Σαβαῖοι, καὶ θηλυκῶς, * Σαβαία· καὶ τὸ κτητικὸν, * Σαβαϊτικὸν, ὡς ἀπὸ τοῦ Σπάρτης * Σπαρτιακόν. Ubi L. Holsten. "Agatharchidi urbs hæc vocatur Σάβα ap. Photium p. 1372.: Τὸ δὲ τῶν Σαβαίων ἄστυ τοῦ παντὸς ἔθνους προσηγορίαν δηλοῦν, ἐπ' ὄρους ἐστὶν οὐ μεγάλου, πολὺ κάλλιστον τῶν κατὰ τὴν Ἀραβίαν ὃ καλεῖται Σάβα: sic enim leg. potius quam Σαβᾶς, Diod. S. facit fidem, qui tanquam ex Agatharchide L. iii. p. 125.: Μετὰ τούτους Σαβαῖοι, πολυανθρωπότατοι τῶν Ἀραβικῶν ἐθνῶν, et p. seq.: Τοῦ δὲ ἔθνους τούτου μητρόπολίς ἐστιν, ἣν καλοῦσι Σάβα; ἐπ' ὄρους ᾠκισμένη. Vide de hac urbe plura ap. Salmasii Exerc. Plin. p. 491. Τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως καὶ τοῦ φρουρίου Σαβαῖοι—et * Σαβαῖται, quod occurrit infra v. Ὤγυρις (ibi tamen L. Holsten. pro Σαβαῖται legit Σαβοῖται, a Σαβὼ, de qua urbe mox dicetur), unde possessivum formatur Σαβαϊτικός. Dionysio Σάβαι incolæ ab oppido Σάβα in Perieg. 959. Αὐτὰρ Ἐρυθραίης πλευρὸν ναίουσι θαλάσσης Μιναῖοί τε Σάβαι τε, quod Avienus vertit, Sabatæque tenent, ubi Sabatæ, qui nostro Σαβαῖται. Nisi malis cum Salmasio legere Sabathæque, a recto Σαβάθα, vel Σάββαθα Ptolemæi, Arriani, et aliorum." Steph. Byz. * Σάβω, πόλις μεγάλη πέραν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης· οἱ πολῖται, * Σαβαῖοι: ubi L. Holsten. "Scribe, Σαβὼ, ut Ψεβὼ, Ψενακὼ, Χορτασὼ, aliaque Ægyptiaca: hinc genitivus Σαβοῦς v. Βοῦτος, et v. Κύβος. Οἱ πολῖται, Σαβαῖοι—Salmasius ex hoc gentili Σάβω eandem facit urbem, quæ ante Σάβαι, Exerc. Plin. p. 491., quod vix puto. Immo * Σαβοίτης hinc fit infra vv. Ψεβὼ, et Χομφὼ, et supra v. Βοῦτος et * Σαβίτης v. Κύβος (* Κύβος, πόλις Ἰώνων ἐν Λιβύῃ Φοινίκων· Ἑκαταῖος Περιηγήσει αὐτοῦ· καὶ λιμὴν που, ἄκρη, καὶ * Κυβώ· ὁ πολίτης * Κυβίτης, ὡς * Σαβίτης τῆς Σαβοῦς, ἢ * Κυβοίτης, ὡς τῆς * Βουτοῦς * Βουτοίτης)." EDD.]

* Σαββάτωσις et * Σαββὼ, morbus et dolor inguinum, τὸ βουβῶνος ἄλγος. Ita Apion rationem redditurus, quamobrem Judæi, ex Æg. exeuntes, diem septimam coluerint, Sabbathumque eam vocaverint. Hæc autem sunt ej. verba quæ Fl. Josephus producit ii. contra Apion., Opp. t. ii. p. 470. ed. Haverc., Ὁδεύσαντες ἓξ ἡμερῶν ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο, σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν Σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶσσαν· τὸ γὰρ βουβῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι Σαββάτωσιν. Mox Josephus, quibusdam interjectis, hæc addit, Τὸ δὲ σαββὼ, καθάπερ ἐκεῖνός φησι, δηλοῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ βουβῶνος ἄλγος. Apparet ex his, Apionem historiam Judæorum de institutione Sabbathi, ut multa alia, figmentis suis incrustare voluisse, eoque fine vocem Sabbathi deducere non ex Hebr. lingua, ut oportuerat, sed ex lingua Æg., quippe quam exeuntes ex Æg. locuti fuerint. Testatur autem, Æg. σαββάτωσιν et σαββὼ significare τὸ βουβῶνος ἄλγος. Wilkinsius, de L. Copt. p. 109., putat, voc. Σαββάτωσιν potius ductam esse a Sabbatho, quia Apion refert, septimo die Judæos morbo illo afflictos fuisse; sed non est dubium, quin Apion Sabbathi denominationem ex ling. Æg., et quidem ex voce σαββὼ et σαββάτωσις, derivet. Errasse eum, nemo negabit. Attamen in propatulo est, eum voc. Hebr. a voce Æg. deducere. Superest igitur, ut videamus, quidnam sit τὸ βουβῶνος ἄλγος, et quomodo id Æg. σαββάτωσις et σαββὼ dictum fuerit. Βουβὼν

[1] Cf. Wesseling. ad Herod. ac Diod. S. l. c.

[2] Dubio caret, Ægyptum Arab. ريف s. الريف appellari, non item, an regio hoc nom. acceperit ab Æg. ΡΙΒ, atque idcirco in Literis S. רהב appelletur. Negant utrumque Muller in Sat. Obs. c. vii. et Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2238, 9. Comparari possunt, quæ scripsi p. 19. 227. Addatur annotatio Michaëlis ad Abulfedæ Ægyptum, p. 10.

[3] Cf. Michaëlis in Spicil. Geogr. Hebr. exteræ P. i. p. 177—189., et in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1707., sed neque negligendus Vitringa ad Ies. xliii. 3. xlv. 14.

[4] In quibus etiam Millius in Diss. sel. p. 25., ubi plura deinde de Sabæis haud vulgaria leguntur.

[5] Cf. Jabl. Proleg. ad Panth. p. xcii. xciii.

Gr. duo significat. Primo quidem ipsas partes verendas, ut in illo Hom. Il. Δ. 492. *βεβλήκει βουβῶνα*, ad quæ verba legatur Eustath. Videantur etiam Pollux l. ii. segm. 186., Rufus Ephesius, ap. H. Steph. in Expos. vocc. Medic. p. 536., Heliodorus l. vi. p. 305., Lucianus Timon. p. 95. D., Aristides *Λόγῳ Ἱερῷ* A. p. 167. ed. Flor., Evagrius Hist. Eccl. iv. 29. Deinde significat etiam morbum in partibus illis verendis, quem sic describit Pollux l. iv. c. 25. segm. 202., *βουβὼν, περὶ βουβῶνας οἴδημα μετὰ φλεγμονῆς*. Adde Lucian. in Philops. t. ii. p. 470,1. Et hæc est communior *τοῦ βουβῶνος* significatio; prior enim est fere poëtica, aut certe rarius et in libris Medicorum maxime reperiunda.[1] Posteriori itaque sensu, pro tumore inflammato in partibus verendis, accepisse videtur *τὸ βουβῶνος ἄλγος* Josephus, uti et accipiunt omnes, qui ej. verba citant, quosque videre mihi contigit. Quæ mens si fuit etiam ipsius Apionis, Ægyptii, quique linguæ patriæ ignarus non credendus est; in explicanda voce illa aquam mihi hærere, non invitus fateor. Apionem quidem ita intelligi voluisse, liquet ex eo, quod de Mose et Judæis scribit, *Ὁδεύσαντες ἓξ ἡμερῶν ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον*. Sic igitur accipi voluit *βουβῶνος ἄλγος*, de quo loquitur. Sed tamen, si omnia rite excutio mecumque perpendo, dicendum videtur, aut Apionem auctorem suum, ex quo hæc hausit, non recte cepisse, aut studio rem, quam narrabat, obscura et confusa brevitate, intellectu difficilem reddere voluisse, ut solent facere, quibus curæ est, ut mendacio aliquem colorem inducant. Certe morbum illum, quem indicare videtur Apion, non dictum fuisse Æg. *σαββώ*, aut *σαββάτωσιν* mihi persuasum est. Itaque cum Apion *σαββάτωσιν* et *σαββὼ* interpretatur *τὸ βουβῶνος ἄλγος*, per *βουβῶνα* intelligo non morbum aliquem, circa partes verendas sedem habentem, sed ipsas partes verendas, et per *τὸ βουβῶνος ἄλγος*, dolorem, qui ex circumcisione persentiscitur. Uno verbo, existimo, Apionem per *Σαββάτωσιν* suam significasse circumcisionem, a Mose, ut credidit, primum institutam, in cuj. memoriam Sabbathum deinde nomen acceperit. Nempe circumcisio Æg. sermone dicitur ⲤⲈⲂⲒ, circumcidere et ⲤⲈⲂⲒ et ⲤⲞⲨⲂⲈ. Ita in historia institutionis huj. divinæ Gen. xvii. 10. pro *περιτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικὸν*, Coptus habet ϨⲰⲞⲨⲦ ⲚⲒⲂⲈⲚ ⲚⲦⲰⲦⲈⲚ ⲈⲢⲈⲦⲈⲚⲤⲞⲨⲂⲈ, v. 11., *καὶ περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν* vertitur ⲞⲨⲞϨ ⲈⲢⲈⲦⲈⲚⲤⲞⲨⲂⲈ ⲦⲤⲀⲢⲜ ⲚⲦⲈⲦⲈⲚⲘⲈⲦⲀⲦⲤⲈⲂⲒ, v. 13., *περιτομῇ περιτμηθήσεται*, Coptus reddit ϦⲈⲚ ⲞⲨⲤⲈⲂⲒ ⲈⲔⲈⲤⲞⲨⲂⲎⲦⲞⲨ. Circumcisus dicitur ⲤⲞⲨⲂⲎⲦ, Gen. xxxiv. 22. Plura exempla adducere supervacaneum est, quæ in vers. Copt. Librorum V. et N. T. frequentissime occurrunt, quoties in Gr. *τῆς περιτομῆς* et *τοῦ περιτέμνειν* notio occurrit. Utrumque autem et circumcidere et circumcisio dialecto Ægypti super., quæ hodie Sahidica vocatur, dicitur ⲤⲂⲂⲈ, sabbe, in qua dial. cum nihil hodie[2] extet typis descriptum, pauca exempla addam. In Vers. Actuum Apost., cuj. apographum, ex Biblioth. Oxon. Bodl. ab amico acceptum, mecum nuper communicavit La Croze, hæc leguntur, c. x. 45. ⲀⲨⲠⲰϢⲤ ⲚϬⲒ ⲘⲠⲒⲤⲦⲞⲤ ⲈⲦϢⲞⲞⲠ ⲈⲂⲞⲖ ϨⲘ ⲠⲤⲂⲂⲈ, ubi textus Gr. habet, *ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς*, c. xvi. 3. de Paulo Timotheum circumcidente, ⲀⲨⲰ ⲀϤϪⲒⲦϤ ⲀϤⲤⲂⲂⲎⲦϤ, quod exprimere debet hæc Gr., *καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτόν*.[3] Unde jam facile colligitur, *Σαββὼ*, quod Apion interpretatus est *τὸ τοῦ βουβῶνος ἄλγος*, re ipsa significare circumcisionem, quæ in partibus verendis, nec sine dolore, peragitur. Moses ipse hoc observat in historia circumcisionis Sichemitarum Gen. xxxiv. 24, 25.: Et circumcisi sunt omnes mares.—Evenit autem die tertio, quum essent in dolore. Et Philo Judæus, circumcisionis Judaicæ ritum, adversus Gr. ac Romanorum scommata, defendens, sic etiam ratiocinatur: verisimile non esse, temere circumcidi tam multa hominum millia *μετὰ χαλεπῶν ἀλγηδόνων ἀκρωτηριαζούσας τά θ' ἑαυτῶν καὶ τὰ τῶν οἰκειοτάτων σώματα*, quæ magno cum dolore et sua et charissimorum pignorum suorum corpora mutilant, de Circumcis. p. 810. [t. ii. p. 211. ed. Mang.] Hoc igitur sensu ⲤⲂⲂⲈ, *Σαββὼ*, i. e. circumcisio, poterit dici *ἄλγος βουβῶνος*. Sed id ipsum secundum literam significat *Σαββάτωσις*. Nam ⲞⲤⲒ Æg. est *ζημία*, damnum, malum, dolor, uti videre est Philipp. iii. 7. ⲚⲀⲒ ⲀⲒⲞⲠⲞⲨ ⲈⲢⲞⲒ ⲚⲞⲨⲞⲤⲒ ⲈⲐⲂⲈ ⲠⲬⲤ, quomodo Copti interpretati sunt hæc Gr. *ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν*, et vs. 8. ⲪⲰⲠ ⲘⲘⲰⲞⲨ ⲦⲎⲢⲞⲨ ⲈϨⲀⲚⲞⲤⲒ, et mox ⲀⲒⲪⲞⲤⲒ ⲚϨⲰⲂ ⲚⲒⲂⲈⲚ, pro quibus ita Gr. habet, *ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι*, et paucis interpositis, *τὰ πάντα ἐζημιώθην*. Unde talis compositio oritur ⲤⲂⲂⲎⲦⲞⲤⲒ, Sabbatosi, vel ⲤⲞⲨⲂⲎⲦⲞⲤⲒ, Subetosi, signif. vel damnum circumcisorum, vel damnum s. malum circumcisionis, vel quod ex circumcisione oritur. Hanc esse veram explic. verborum Apionis, vix quisquam dubitabit.[4] Præterquam enim, quod hæc explicatio satis commoda sit, et ex ling. Æg. mirum in modum stabiliatur, concinit huic explicationi ipsa populi Judaici historia. Novimus enim, Judæos in deserto natos, antequam in terram Canaan introducerentur, jussu Dei circumcisos fuisse. V. Jos. c. v. Quod per traditionem etiam scriptoribus exoticis innotuit. Nam idem testatur etiam Strabo xvi. p. 524., post egressum demum ex Ægypto superaccessisse leges de circumcisione. Ceterum mirum non est, inter historiam S. et traditiones scriptorum exoticorum incrustatas, insignem discrepantiam intercedere, sub qua tamen verum latitans perspicere et eruere possumus. Si porro ipsa Apionis verba recte excutiamus, illum cum iis, quæ dixi, facile conciliabimus. Pauca illa ej. verba, quæ nobis dedit Josephus, non continent integram ej. perfectamque sententiam, etsi eandem, tum ex iis, quæ modo observavimus, tum ex alio quopiam Josephi loco assequi, et hoc modo, quæ desunt, supplere possimus. Non negaverim, Apionem Judæis, ex Æg. egressis, illum in inguinibus morbum tribuisse, qui *βουβὼν* vocari solet, dummodo mihi concedatur, eum cum hoc malo conjunxisse circumcisionem, ab Hebræis, ut credi voluit, tunc ad depellendum illud malum susceptam, et postea conservatam, et circumcisionem *Σαββὼ* vel *Σαββάτωσιν* nuncupatam fuisse. Hoc sane egregie convenit cum Æg. doctrina et institutis, quemadmodum ex Phil. Judæo colligo, qui, ubi loc. cit. disputat, circumcisionis ritum, quo Judæi utuntur, neutiquam absurdum censeri posse, hanc adhibendæ circumcisionis rationem quoque adfert, petitam sine dubio ex traditione Æg., inter quos vivebat, et quorum paulo ante meminerat, quod nempe circumcisione depellatur morbus gravis et curatu difficilis, quem vocant *ἄνθρακα*, carbunculum, appellatum sic, quod urat inflammatione, quæ præputiatis facilius innascitur. Tale quid ipsa Apionis verba, uti a Josepho relata sunt, nobis subinnuere deprehenduntur. Narrat enim, Judæos in sua profectione ex Ægypto, sexto die, bubones i. e. malum in inguinibus sensisse, septima vero die quievisse, et ab illa quiete vel intermissione doloris diem illum septimum *Σάββατον* e voc. Æg. nuncupasse. Non autem celebrarunt in perpetuum diem septimum, quod tum *τὸ ἄλγος τοῦ βουβῶνος* senserint, sed quod ab illo quieverint,

[1] Diligenter voc. illustravit Foësius Œc. p. 125,6. Addatur Alberti ad Hes. v. *Βομβῶνας* et *Βουβωνιασκέτες*.

[2] Si habeatur ratio temporis, quo hæc scribebantur, verum id est, non item nostra ætate. Sæpenumero supra a me citata sunt Fragmenta Codicum Thebaic., ed. a Mingarellio et Gregorio, atque Versio N. T. Sahidica.

[3] Non aliud exemplum La Crozius in spec. Lexici Sahidici p. 191. affert, præter unum e cod. MS. de Myst. Literarum. Potest autem exemplorum numerus nunc facile augeri ex vers. N. T. Thebaica sive Sahidica, Ox. a. 1799. ed. In ea *περιτομῆς* redditur ⲚⲤⲂⲂⲈ, Act. vii. 8. x. 45. xi. 2. *περιτομὴ* ⲤⲂⲂⲈ, Gal. vi. 15. Col. ii. 11. *περιέτεμεν* Act. vii. 8. ⲀϤⲤⲂⲂⲎⲦϤ, *περιτέμνησθε* ⲚⲦⲈⲦⲚⲤⲂⲂⲈ, Act. xv. 1. Mitto alia, quæ aut nunc extant, aut sine dubio extabunt, quam primum fragmenta versionis Theb., quæ adhuc desiderantur, detecta fuerint et vulgata.

[4] E. Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 167. apparet, Jabl. a. 1717. hanc conjecturam cum La Crozio primum communicasse.

quod illi medelam paraverint. Hoc ex mente Apionis Σαββὼ significavit, depulsionem mali in inguinibus, unde fere adducor, ut conjiciam, non legendum esse τὸ βουβῶνος ἄλγος, sed potius ἄκος, quod medelam vel remedium mali in inguinibus significat. Βουβώνων ἰάσεις habes ap. Lucian. in Philops. Opp. t. ii. p. 471. Sic Dioscor. ii. 73, Μυογάλη ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα, ἄκος ἐστὶ τοῦ ἰδίου δήγματος. Tale ex doctrina Æg. erat Σαββὼ, circumcisio. Sed omnium certissime id, quod hactenus probare institui, conficitur ex alio Josephi loco, in quo fictionem hanc Apionis in ipsum retorquet, docens, ipsum, quod hujusmodi mendacium in odium Judæorum comminisci veritus non fuisset, merito morbo illo inguinum afflictum fuisse, nec tamen, cum in circumcisione medelam quæsivisset, aliquam ex illa utilitatem percepisse. Verba omnino digna sunt, quæ adducantur. Extant autem eodem l. ii. adv. Apion. p. 480., Jure mihi videtur Apion ob maledicta etiam in leges patrias, utpote quæ circumcisionem injungebant, pœnas dedisse, quas commeruit. Pergit jam, περιετμήθη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἑλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης· καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν δειναῖς ὀδύναις ἀπέθανεν, nam ex necessitate circumcisus erat, utpote ulceratus circa pudenda, h. e., βουβῶνας, ἄνθρακα ἔσχεν, uti Apion et Philo loquuntur, et cum ei nihil profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus expiravit. Si ipsum Apionis librum superstitem haberemus, melius et certius in ista causa judicium ferre liceret; sed ex his tamen spero satis intelligi, quænam vera ipsius mens fuerit.

* Σάγδας. Unguentum Æg. V. inf. v. Ψάγδας.

* Σαινιλούμ. Scammonia. Append. Dioscor. iv. 171. (p. 474. sed ubi Σάνιλουμ.)

* Σαίρει. Reland. in collectione sua vocum Æg. notaverat: "Σαίρειν. Plut. de Is. et Os. κοσμεῖν notare dicit." Quod explicaturus Wilkins. Diss. de ling. Copt. p. 110. addit: Coptice a ⲤⲀⲒ, pulcher, et ⲒⲢⲒ vel ⲢⲒ, facere, derivatur. Verum Plut. l. c. p. 362. non vocem Æg. explicat, sed eos tantum absurditatis arguit, qui Σάραπιν, numen Æg., ex lingua Gr. interpretarentur, tanquam σαίροντα, i. e., κοσμοῦντα, καλλύνοντα. Hanc igitur interpret. repudiat, et merito, ideo, quia σαίρειν sine dubio vox Gr.[1] est. Sed mox ipse aliam adfert interpret. ex Æg. idiomate desumtam. Nempe sic ait, si Sarapis ex Æg. sermone sit interpretandus, nom. hoc significaturum εὐφροσύνην καὶ χαρμοσύνην, hilaritatem, lætitiam, hanc rationem adjiciens, ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα Σαίρει καλοῦσιν. Docet igitur Plut., σαίρει vel, ut potius scribendum videtur, σάϊρι, sive σάϊρει, aut σαϊρὶ, Æg. audivisse τὰ χαρμόσυνα, τὴν ἑορτήν. Equidem ἡ ἑορτὴ et τὰ χαρμόσυνα potest unum idemque significare, Festum nempe lætum, ac hilariter transigendum. Sed puto, Plut. duas huj. vocis Æg. significationes indicare voluisse. Certe rem ita se habere, extra dubium est. Docet igitur Plut. primo σαίρει significare ἑορτὴν, festum, vel, quod verius est, ἑορτάζειν, festum celebrare. Nam ἑορτὴν Æg. dicunt ϢⲀⲒ. Luc. ii. 42. ⲀⲨϢⲈⲚⲰⲞⲨ ⲈⲠⲒϢⲀⲒ, abierunt ad festum, Jo. v. 1. ⲘⲈⲚⲈⲚⲤⲀ ⲚⲀⲒ ⲆⲈ ⲚⲈ ⲠϢⲀⲒ ⲚⲦⲈ ⲚⲒⲒⲞⲨⲆⲀⲒⲠⲈ, posthæc autem fuit festum Judæorum. Inde conficitur compositum ⲈⲢϢⲀⲒ facere festum vel celebrare festum, et quod idem plane est ϢⲀⲒ ⲒⲢⲒ. Prius legitur in vers. V. et N. T. Copt., Lev. xxiii. 41. Ps. xlii. 4. lxxvi. 10. 1 Cor. v. 8. Posterius est omnino analogum, et occurrit etiam præterea in compositis quibusdam, quamvis illa ex usu aliam signif. acceperint. Recte enim Plut. addit, σαίρει etiam Æg. designare τὰ χαρμόσυνα, hilaritatem et lætitiam, qualis in festo observari solet, sed quæ etiam de lætitia quacumque, etsi maxime inordinata et inhonesta, accipitur. Ita Herod. voce Gr. usus est, iii. 27., ubi non festum ipsum, sed indicia hilaritatis et gaudii, quæ Ægyptii præ se ferebant, vestitum magnificum, dapes lautas, et quæ huc spectant, vocat τὰ χαρμόσυνα. Id plane Æg. sermone est ϢⲀⲒⲢⲒ, σάϊρι vel σαϊρὶ, quod cum hilaritatem jucundamque voluptatem omnem designat, uti ex compositionis modo intelligitur, tum speciatim eam, quæ in amore fœminarum consumitur. Rom. xiii. 13., ubi Paulus præcipuas species voluptatis carnis enumerat κώμους, μέθας, κοίτας, ἀσελγείας, Coptus interpr. τὰς κοίτας vertit ϨⲀⲚϢⲀⲒⲢⲒ. Sic et Rom. ix. 10. κοίτη a Coptis redditur ϢⲀⲒⲢⲒ. Scala Magna, seu Nomenclator Coptico-Arab. a Kirchero ed., in Ling. Æg. restituta p. 103., ⲪⲘⲈⲦϢⲀⲒⲢⲒ, Concubitus. V. præterea Num. v. 13. xxxi. 17. 35. Quod plane est ipsissimum σαίρει, sive σαϊρί.[2]

* Σάϊς. Gr. quidam memoriæ prodiderunt, Ægyptios hoc nomine invocare numen aliquod patrium religiose cultum, quod Gr. Ἀθηνᾶν Minervam interpretantur. Ita Pausanias Bœot. p. 291. [734.] ex eo probat, Cadmum fuisse origine non Æg., sed Phœnicium, quia Minervæ, quam is coluit, nomen fuit Phœnic. Ὄγγα, ita enim recte viri eruditi loc. illum[3] correxerunt, non Æg. Σάϊς, τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα Ὄγγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν. Quo argumento Pausanias re ipsa parum proficit. Si enim Thebis religiose culta fuit Ὄγγα Phœnicum, a qua et una ex portis illius urbis nom. accepit, non minus ibidem divinos honores sortita est Minerva Saitica, a qua pariter una ex portis nom. traxit. Fuere enim Thebis celebres πύλαι Νηΐτιδες, vel Νηΐται, memoratæ Æschylo, Euripidi aliisque, et ipsi Pausaniæ, dictæ sine dubio ἀπὸ τῆς Νηΐθ, sive Minerva Saitica, de qua jam sup. p. 161. dictum. Tzetzes in Lycophr. iii. idem testatur: Σάϊς δὲ κατ' Αἰγυπτίους ἡ Ἀθηνᾶ λέγεται, ὥς φησι Χάραξ. Characis huj. vetusti scriptoris verba refert Schol. MS. ad Aristidis Panathen. ap. Holsten. in notis ad Steph. v. Σάϊς. Ita autem ille, Ἔστι γὰρ Σάϊς Αἰγυπτίων φωνῇ παρ' Ἕλλησιν Ἀθηνᾶ. Sic pariter Jo. Tzetzes in Chil. v. 657., Σάϊς δ' ἐστὶν ἡ Ἀθηνᾶ τῇ Αἰγυπτίων φωνῇ. Constat autem ex Herod., Plut., Diod., aliisque scriptoribus permultis, Saïn esse nom. urbis, in qua Minervæ[4] sacra fierent. Plut. de Is. et Os. testatur, Minervam hanc Saiticam eandem esse cum Iside, quod et multis aliis indiciis ac argumentis probari potest. Plato denique nom. Æg. numinis huj., in urbe Saï ab Æg. culti, conservavit, nempe Νηΐθ, quod suo loco prolixe exposuimus. Certum igitur est, Saïn esse nom. urbis, non numinis, quod in urbe illa colebatur. Sed Græci plerumque nom. diis suis indiderunt ab urbibus, quæ deinde in cognomina propria abierunt. Sic igitur per Σάϊν intellexerunt numen Saiticum, vel Saï cultum, quod nonnulli sic acceperunt, tanquam id etiam numini illi proprium esset nom.[5] Unde vero urbs nom. traxerit, conjecturæ quidem suppetunt plures, nihil tamen certi affirmare ausim, hactenus auctoritate veterum destitutus. Potuit dici a ϢⲀⲒ, Festum, de qua voce in artic. præced. diximus. Fuit enim urbs templis deorum, diebus festis, collegiis sacerdotum, cum primis inclyta, ad quam nonnunquam religionis ergo tota Ægyptus confluere consueverat, quamque Plato et alii Gr. Philosophi, ad hauriendos sapientiæ latices, adire solebant. Aut vocari etiam potuit ⲤⲀⲒⲈ pulchra. Sed hæc sunt tantum hariolationes. Wilkins. de L. Copt. p. 110. dictam hanc urbem opinatur ab ⲈⲤⲰⲞⲨ vel ⲈⲤϢⲒ, ove, Minervæ olim dicata. Saitas ovem coluisse, memoriæ proditum est a Strab. p. 559. (1167.) Sed etymologia hæc paulo longius a vestigiis nominis Æg. recedere videtur. Plura non addo.[6]

* Sacal. Electrum Æg. Plin. xxxvii. 2. Nam cum de generatione Electri et Succini disseruisset, hæc addi-

[1] De qua Hemst. ad Poll. p. 1174., et Piers. ad Mœr. p. 356.

[2] Cf. Jabl. Panth. Æg. p. ii. p. 253—255. Hinc in dial. Theb. ϢⲀⲒⲢⲈ significat cubile. V. Georgium ad Fragm. Liturg. p. 447. 449.

[3] Pro vulgato Σίγα malunt alii Ὄγκα, alii Ὤγγα vel Ὄγγα. V. Sylburg. et Kuhn. in notis, Valcken. ad Schol. in Eurip. Phœn. p. 725,6. atque viros eruditos ad Hesych. v. Ὄγγα et Ὄγκας.

[4] In hymno Aristidis in Minervam p. 22. legitur, ex emend. F. L. Abresch in Misc. Obs. Crit. V. v. p. 241., ἔστι καὶ κατ' Αἴγυπτον Ἀθηνᾶς τιμὰς ἱερὰς, quæ verba intelligenda de præfectura Saitica, Minervæ sacra.

[5] Cf. Panth. Æg. p. i. p. 53,4.

[6] Sententiam viri docti, qui suspicabatur, Saïs urbem nom. accepisse de v. Hebr. זית, oleam significante, Jabl. ib. p. 59—62. confutavit. Cf. viri eruditi ad Antiqq. Herculan. t. viii. p. 110.

dit: Nicæas auctor est, in Ægypto nasci simili modo, et vocari Sacal.—Wilkins. de L. Copt. p. 109. putat, Sacal nasci in deserto Indiæ, quod ab Arriano vocetur Sacal, et inde hoc electri nom. ortum. Sed verba Plinii citata diserte de Æg. succino loquuntur, quod distinguitur ab Indico. Nam illico sic pergit: item in India. Verba autem Plinii, quæ vir eruditus citat, non ad Sacal respiciunt, sed ad naturam electri in genere ac sigillatim, uti in Oceano Septemtrionali, (non Orientali), et quidem ap. Germanos generatur. Non itaque dubium est, quin Plinius loquatur de Electro Æg., huicque nom. esse Sacal, diserte testetur. Quod jam ex ling. Æg. confirmabimus. Electrum putatur esse humor, s. illum lacrymam, sive sudorem appellare velis, concretus, gelu rigens, et consolidatus. Unde veteres finxerunt, lacrymas sororum Phaëthontis, lugentium fratrem suum, in electrum abiisse. Aristoteles *περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ.* p. 115. ed. Steph. *μυθεύουσι δὲ ἐγχώριοι, Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην· εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους πολλὰς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. Οἱ δὲ λέγουσι, ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον.* Ovid. Met. ii. 364, Inde fluunt lacrymæ: stillataque sole rigescunt De ramis electra novis: quæ lucidus amnis Excipit, et nuribus mittit gestanda Latinis. Quam fabulam multis veterum, Æschylo, Philoxeno, Nicandro, Euripidi, aliisque memoratam, sic Plin. breviter refert: Phaëthontis fulmine icti sorores, fletu mutatas in populos, lacrymis electrum omnibus annis fundere juxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus. Ap. Britannos, idem Plin. l. c. ex Sotaco memoriæ prodit, arboribus, ut creditur, electrum effluere. Ex Pythea mox addit, in Germania ad maris accolas, quos Guttones vocat, electrum fluctibus advehi, et esse concreti maris purgamentum. Niceam deinde laudat, qui electrum Solis radiorum succum intelligi voluit: hos enim circa occasum vehementiores in terram actos pinguem sudorem in ea Oceani parte relinquere, dein in litora ejici. Videndum, an non intelligantur lapides, quos recentiores peregrinatores silices appellant, qui reperiuntur in desertis, quæ tendunt ad mare rubrum, et ex quibus monilia et alia similia conficiuntur. V. les Nouveaux Mémoires des Missions t. vii. p. 78., et le Voyage de Grangier p. 102. Addit deinde Plin., similem in modum nasci in Ægypto et vocari Sacal. Et id ipsum, quod ille de natura electri disserit, plane exprimit vox Sacal. Est enim electrum, ut vidimus, sudor vel humor fluidus, sed constrictus et condensatus. Hoc proprie et etymologice Æg. dicitur *κόμμι*, ut sup. [p. 114, 115.] monui. Idem omnino Æg. videntur indicasse alia voce ⲀⲖ. Certe sic in libris suis appellant grandinem, quæ sane est gutta concreta. Cf. Senec. Quæst. Nat. iii. 25., et iv. 3. Grammatici[1] Gr. *χάλαζαν*, grandinem, exponunt *νέφος πεπηγὸς, καὶ ὑπὸ πνεύματος διαρριφθὲν καὶ κατενεχθὲν*, nubem concretam, et a vento deorsum projectam. Æg. autem grandinem iis in locis, ubi vox Gr. *χάλαζα* occurrit, dicunt ⲀⲖ, Ex. ix. 23. ⲞⲨⲞϨ ⲀⲠⲞ̄Ⲥ̄ Ϯ ⲚϨⲀⲚⲤⲘⲎ ⲚⲈⲘⲞⲨⲀⲖ, et vs. seq. 24. ⲚⲀϤϢⲞⲠ ⲆⲈ ⲚϪⲈ ⲠⲒⲀⲖ ⲠⲈ ⲞⲨⲞϨ ⲠⲒⲬⲢⲰⲘ ⲚⲀϤϨⲒϢⲀϨ ⲈⲂⲞⲖϦⲈⲚ ⲠⲒⲀⲖ. Dicitur etiam grando ⲠⲒⲀⲖ ⲘⲪⲈ, grando cœli, quasi dicas guttam concretam cœli, vel de cœlo missam. Ut Ps. lxxviii. 47. ⲀϤϦⲰⲦⲈⲂ ⲚⲞⲨⲂⲰ ⲚⲀⲖⲞⲖⲒ ϦⲈⲚ ⲠⲒⲀⲖ ⲘⲪⲈ, et vers. seq., ⲀϤϮ ⲚⲚⲞⲨⲦⲈⲂⲚⲰⲞⲨⲒ ⲈⲦⲞⲦϤ Ⲙ ⲠⲒⲀⲖ ⲘⲪⲈ. Vocatur igitur grando, quemadmodum cœlestis humor, ap. Plin. xxxvii. 2., ita ab Ægyptiis ⲠⲒⲀⲖ ⲘⲪⲈ gutta concreta cœli, ut distinguatur ab aliis hujusm. guttis concretis terrestribus. Certe Crystallum, etsi in vers. Copt. eorum librorum, quos ego vidi, vox Gr. retinetur, simili modo vocatum fuisse ⲀⲖ, non est, quod dubitem, quia eadem credebatur esse Crystalli natura, de qua Plin. eodem capite, 'Contraria huic causa,' inquit, 'crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Non aliubi certe reperitur, quam ubi maxime, hybernæ nives rigent: glaciemque esse, certum est.' Et hoc ipsa Crystalli vox per se indicat, ut Grammatici et Lexicographi Gr. observant. Cf. Senec. Quæst. Nat. iii. 25., Olympiodorus in Aristot. Meteorol. L. i. fol. 4. b, *ὁ Κρύσταλλος ὕδωρ ἐστὶ παγὲν, οὐ δρόσος.* Ceterum, quando dixi, Æg. distinxisse inter concretiones cœlestes, qualis est grando, et terrestres, qualis est crystallus, id alii etiam tenuerunt, uti intelligi potest ex his Suidæ in v. *Νιφετός· τέσσαρές εἰσι πήξεις τῆς ἐν τῷ ἀέρι ὑδατώδους ὑγρότητος· ὑπὲρ γῆν μὲν ἄνω, ἐπ' ἔλαττον μὲν χίων, ἐπὶ πλέον δὲ χάλαζα· ἐπὶ γῆς δὲ κάτω, ἐπ' ἔλαττον μὲν πάχνη, ἐπὶ πλέον δὲ κρύσταλλος.* Quamvis autem mihi certum sit, Crystallo ap. Ægyptios, propter causam indicatam, fuisse nom. ⲀⲖ, certius tamen est, Myrrham, quod ex Copt. libris intelligitur, eodem fere vocab. appellatam fuisse. Dicitur enim Myrrha Æg. ϢⲀⲖ, Matt. ii. 11., et alibi. V. quæ in v. Βὰλ dicta sunt, p. 49. Eadem vero et hic denominationis est ratio, quare Poëtæ eandem myrrhæ, quam succino assignant originem. Fabulantur enim, Myrrham a patre Cinyra post cognitos incestos ej. amores expulsam, tandem in arborem conversam fuisse, quæ etiamnum lacrymas fundat. Ovid. Met. x. 499. Quæ quanquam amisit veteres cum corpore sensus, Flet tamen, et tepidæ manant ex arbore guttæ. Est honor et lacrymis: stillataque cortice myrrha Nomen herile tenet, nulloque tacebitur ævo. Dioscor. i. 77. myrrham vocat lacrymam arboris nascentis in Arabia, et Tertull. Apol. c. xxx. Arabicæ arboris lacrymas commemorat. Verbo, notum est, myrrham haberi guttam concretam, sicuti succinum; et hinc nominatur ϢⲀⲖ. Mirum vero est, ab Ægyptiis lapides pretiosos eodem vocab. insigniri. ⲠⲒⲀⲖ enim ipsis est lapis quidam pretiosior, Apoc. c. ii. 17., ubi in Gr. textu *ψῆφος*. Idem voc. Gr. Ex. iv. 25. redditur ⲞⲨⲀⲖ, ubi non potest intelligi gemma sive lapillus pretiosus, sed culter quidam lapideus.[2] Videtur *ψῆφος* designare lapidem translucidum, quale est vitrum Obsidianum, de quo Plin. xxxvi. 26., qui lapis ab Arriano in Periplo Maris Erythr. p. 3. appellatur *ὁ Ὀψιανὸς λίθος*. Sicuti Æg. ⲞⲨⲀⲖ s. ⲞⲨⲒⲀⲖ, ita Gr. *ὕαλος*, inde fortasse ortum, significat lapidem pellucidum, non vero proprie vitrum nostrum. V. Schol. Aristoph. Nub. 766.[3] Quod tamen cum dico, negare minime cupio, aut originem vitri esse antiquissimam, aut etiam illud Ægyptiis bene notum fuisse, quemadmodum populis aliis pervetustis. V. Plin. xxxvi. 26. Nihilominus dubium mihi manet, an huc merito referantur varia loca V. T., e. g. Job. xxviii. 17. Deut. xxxiii. 18, 19. Ies. liv. 12.; etiam, an usus vitri in conficiendis fenestris ad ætatem ita remotam assurgat. Certe Montfauc. t. iii. Antiq. Explic. p. 103,4. aperte negat, fenestras vitreas fuisse antiquitus in usu.[4] Vasa ex tali lapide confecta vocantur *ἀγγεῖα ὑάλινα* a Paulo Ægin. p. 297. Ejusd. generis fuisse creditur *ὕαλος* sive *ὕελος*, cuj. usum in condendis mortuis ap. Æthiopes memorant Herod. iii. 24. et Diod. S. ii. 15. etiam Strabo p. 565.[5] Præsertim attendendum est ad loca varia Arriani l. c. p. 4. ac seq. ed. Huds., ex quibus de vera indole *ὑάλου* Æg. judicari potest. Hinc *κάτοπτρον* et *ἔσοπτρον* a Copto vertuntur ⲞⲨⲒⲀⲖ, 2 Cor. iii. 18. Jac. i. 23. Locus uterque accipi solet de speculo. Observant tamen vv. dd., in priori certe rectius intelligi speculare, per quod distinctius cernuntur objecta. V. Jo. Oldermanni Diss.

[1] Leguntur ea verba ap. Suid., sed aliunde sumta, monente Kustero.
[2] Comparetur *λίθος Αἰθιοπικὸς*, de cujus usu Herod. ii. 86. et Diod. S. i. 91. c. n. Wesselingii ad loc. utrumque.
[3] Cf. ad istum l. Kuster., et Cuper. in Epist. p. 279., ex cuj. conjectura *ὕαλος* est crystallus.
[4] Non parum hæc illustrari possunt ex Diss. J. D. Michaëlis et Hambergeri, in Comment. Societ. Sc. Gotting. t. iv. p. 501. sqq., p. 484. sqq. De verbis Jobi legatur A. Schultens, item H. Munthinge in not. ad vers. Jobi Belgic. p. 109. De loco Ies. consulendi Doederlein, Dathe, ipse Michaelis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2336,7.
[5] Plura dabunt Hemsterh. ad Thom. M. p. 862,3., Wesseling. ad Herod. ac Diod. l. c.

super 1 Cor. xiii. 12.[1] Hoc fortasse Æg. ⲒⲀⲖ. Plin. xxxvi. 17.: Theophrastus auctor est, et translucidos lapides in Ægypto inveniri, quos Ophitæ similes ait, atque testatur xxxvi. 22., in Arabia quoque esse lapidem vitri modo translucidum, quo utuntur pro specularibus. V. et c. 26., ac Maillet Descript. Ægypti t. ii. p. 334. Ægyptii nempe in humoribus sive guttis concretis terrestribus, quales habebantur electrum, crystallus et lapides pretiosi, splendorem inprimis et pelluciditatem animadvertebant, et veluti speculorum usum ea omnia præstare credebant. Ex his omnibus, quæ hactenus dicta sunt, manifestum satis fit, ⲀⲖ esse Æg. humorem, succum, concretum et condensatum. Erit igitur ⲒⲀⲖ lapis αὔγασμα transmittens, διαυγὴς, διαφανὴς, sicuti Gr. loquuntur. In Epigr. DLXXIII. Anthologiæ meæ MS., διαυγέος ἐξ ἀμεθύστου. Achilles Tatius Ἐρωτ. iv. p. 269., ἀρυσάμενοι σὺν ὑάλου τῆς διαφανοῦς κύλικα. Agatharcides de Mari Rubro p. 54., ἐν δὲ ταύτῃ γίνεται τῇ νήσῳ καὶ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ἔστι δὲ τοῦτο λίθος διαφαινόμενος, ὑάλῳ προσεμφερὴς, ἡδεῖαν ἐν χρυσῷ θεωρίαν ἀποδιδοὺς, ubi v. Hudsoni annotat. Arrian. in Periplo Maris Erythr. p. 32., καὶ λιθία διαφανὴς παντοία, καὶ ἀδάμας, καὶ ὑάκινθος κ. λ. et p. 35., γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ πινικὸν, καὶ λιθία διαφανὴς, καὶ σινδόνες. Hinc illustrari poterit Tertull. Apol. c. xxxv. p. 32. 297,8. scribens: Jam si pectoribus ad translucendum quandam specularem materiam natura obduxisset, cet. Sed revertendum ad voc. Sacal, et dicendum quoque de priore ej. parte. ϪⲰⲔ vero et ϪⲎⲔ, aut plenius ϪⲰⲔ ⲈⲂⲞⲖ, est perficere, quod vocab. et derivata admodum vulgaria sunt atque ubique occurrunt.[2] Est ergo ϪⲎⲔⲀⲖ, Sacal, gutta concreta, quæ ad maturitatem perfectionemque pervenit. Tale autem quid esse electrum, adeoque recte ϪⲎⲔⲀⲖ Æg. vocari, nemo negabit.

* Sacatos. Ros marinum infructuosum. Apul. de Herbis c. 79.

* Σάλ. Myrrha. Nom. Æg. esse ϢⲀⲖ, non vero ⲂⲀⲖ, ut per errorem incaute alii Plutarcho dixerant, jam sup. p. 49 et 249. monui.

* Σαλῆ appellatur ea, quæ sanæ mentis non est. Ita certe Palladius Hist. Laus. c. xlii. p. 96. ed. Meursii, Σαλή. οὕτω καλοῦσι τὰς πασχούσας. Quæ verba Hervetus interpretatur: unam habemus Salem. Sic enim vocant illic (in Æg.), quæ non sunt sanæ mentis. Rem ita se habere, ex historia ipsa satis perspicitur. Cf. versionem Herveti p. 99. ϬⲀⲖⲈ dicitur claudus in libris Copt. Ita in Fragmento MS. Paris. versionis Mal. i. 8., etiam Matt. xi. 5. xv. 30. Act. iii. 2., in quo ultimo loco verba Gr. καί τις ἀνὴρ χωλὸς ὑπάρχων, Copt. interpretatur, ⲚⲈ ⲞⲨⲞⲚ ⲞⲨⲢⲰⲘⲒ ⲆⲈ ⲈϤⲞⲒ ⲚϬⲀⲖⲈ. Novi equidem istud Lucretii iii. 454. Claudicat ingenium; an vero Ægyptii eandem illam voc. metaphorice transtulerint ad morbum aliquem animi, ignoro. Saltem huj. dictionis exemplum eo significatu me reperisse, non memini. Habent ceteroquin Ægyptii plurimas voces ad eum designandum, qui non est sanæ mentis. Μωρὸς, stultus, ipsis appellatur ⲤⲞϪ, quod tamen non tam morbi aut infirmitatis animi, quam potius convicii nom. est. Ἀνόητος, insipiens, dicitur ⲀⲦϨⲎⲦ, veluti Ps. xciv. 8., et bene multis in locis, quasi dicas hominem sine corde, vecordem. Mentis suæ non esse compotem, propria locutione dicunt ϨⲎⲦ ⲤⲒϨⲒ, quasi dicas corde insanientem. Sic Marc. iii. 21. ⲚⲀⲨϪⲰ ⲄⲀⲢ ⲘⲘⲞⲤ ⲠⲈ ϪⲈ ⲀⲠⲈϤϨⲎⲦ ⲤⲒϨⲒ, ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη, 2 Cor. v. 13. ⲒⲤϪⲈ ⲀⲚⲤⲒϨⲒ ⲚϨⲎⲦ, ⲀⲚⲤⲒϨⲒ ⲚϨⲎⲦ ⲘⲪϮ, εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, (ἐξέστημεν) Θεῷ. Denique μαίνεσθαι, cuj. sunt varii gradus, Æg. dicunt ⲖⲒⲂⲒ et ⲖⲞⲂⲒ. Act. xxvi. 24. ϪⲈ ⲀⲔⲖⲞⲂⲒ ⲠⲀⲨⲖⲈ ⲀⲠⲒⲘⲎϢ ⲚⲤϦⲀⲒ ⲀⲨⲐⲢⲈⲔⲖⲒⲂⲒ, insanis, Paule, multitudine literarum et scientiarum factum est, ut insanias, et c. xii. 15. ⲚⲐⲰⲞⲨ ⲆⲈ ⲠⲈϪⲰⲞⲨ ⲚⲀϤ ϪⲈ ⲀⲢⲈⲖⲞⲂⲒ, illi autem dixerunt ei, Insanis. Versio dialecto Sahid. composita, quam servat Biblioth. Oxon., h. l. habet, ϪⲈ ⲢⲖⲞⲂⲈ. Quæ vox ⲖⲞⲂⲈ, Lobe, forte ipsa illa vox est, quam subinnuit Palladius;[3] sed tum loco Σαλὴ scribendum esset Λαβή, quæ discrepantia non est insignis. Arbitrium tamen esto penes alios.

* Saleb.[3] Crucem Æg. hoc nomine dici, scripsit Salmas. Lib. de Cruce. Ipsum Salmasii librum[4] ad manus non habeo; sed hæc invenio ap. G. J. Vossium Harmon. Evang. ii. 7. §. 12.: "Nec vero crux solum figuram referebat Hebræi Tau, sed etiam Ægyptii. Qua de re Salmas. vide, de Cruce c. 245. et seq. Ubi inter alia docet, idcirco non modo Dei, vel Di, appellari; sed etiam Salebdi, a crucis forma, quia Saleb Æg. crux. Addit, forma hac sæpius etiam occurrere in literis Æg. Hieroglyphicis, uti S. S. Patres annotarunt: ac aliquando etiam cum ansula inveniri, sicut Tavi Abyssinorum." Ægre me habet, quod ipso Salmasii lib., dum hæc scribo, mihi carendum sit. Nam quæ ap. Vossium ex lib. illo citata legi, illustratione et emendatione egent. Quando igitur ait, crucem appellari Æg. Dei vel Di, id intelligit de litera, aut potius compendio duarum literarum, in Alphab. Copt. Ϯ, quæ, uti cernitur, figuram crucis refert, ac pronuntiatur Ti. Copti eam vocant Di, vel Dei, quia T mollius ad instar D pronunciare solent. Ceterum litera illa non origine Æg. est, sed Gr. composita quippe ex T et ι superscripto, uti etiam in Codd. antiq. MSS. Gr. reperitur. Illam itaque Ægyptii post tempora Ptolemæorum cum aliis Gr. literis adsciverunt. Quæ deinde addit de Salebdi, videtur ex Kirchero, atque hic ex Arab. hausisse. Certe ubi subjicit, Saleb Æg. dici crucem, Arab. voc. cum Æg. confudit. Æg. sermone σταυροῦν crucifigere dicitur ⲀϢ, ⲈϢ et ⲒϢ. Gal. iii. 1. ⲒⲎⲤ ⲠⲬⲤ ⲚⲀⲢⲈⲚ ⲞⲨⲂⲀⲖ ⲈⲀⲨⲀϢϤ, Jesus Christus ante oculum, qui crucifixus est, et c. v. 24. ⲚⲎ ⲆⲈ ⲚⲦⲈⲠⲬⲤ ⲒⲎⲤ ⲀⲨⲒϢⲒ ⲚⲦⲞⲨⲤⲀⲢⲜ, qui sunt Christi Jesu, crucifixerunt carnem suam. Apoc. xi. 8. ⲠⲒⲘⲀ ⲈⲦⲀⲨⲈϢ ⲠⲞⲨϬⲤ ⲘⲘⲞϤ, ubi crucifixus est Dominus eorum. Quod vero ad substantivum σταυρὸν attinet, id adeo venerantur boni Copti, ut semper, quoties in Libris S. occurrit, dictionem Gr. textus authentici retineant, et quidem, ut in paucis quibusdam aliis vocabulis sanctioribus fieri ab illis consuevit, per compendium scriptam.[5] Dicerent vero Æg. crucem

[1] Edita est Helmstadii a. 1719. Argumentum dissertationis præcipuum legi potest in Wolfii Cur. Phil. ad Pauli l. c. Integra vero recusa est in Thes. Nov. Theol. Philol., quem Hasæus et Ikenius ediderunt, t. ii. p. 829—836., ubi tamen attribuitur I. C. Harenbergio. Rectene, an secus, non dicam. At vero fallitur Fabric. in Bibliogr. Antiq. p. 1001., ex una eademque dissertatione binas diversas effingens. Præeunte tanto Viro, errasse alios, mirum nihil est. Meliora addiscere potuerant ab Ikenio, qui in explicanda voce ἔσοπτρον ab Oldermanno aut Harenbergio dissentit, t. i. Diss. Philol. Theol. p. 555—560.

[2] Exempla dabit La Crozius in Lex. p. 165. 170.

[3] Non dissimilia legas ap. Scholtzium p. 23.

[4] Epistolæ Salmas. de Cruce, scriptæ ad Th. Bartholinum, subnexæ sunt huj. dissert. de Latere Christi aperto, ac primum vulgatæ A. 1646.

[5] In vers. Copt., scripta dial. Memphitica, Crux modo appellatur nomine Gr. Σταυρὸς, per compendium scribendi, modo ϢⲈ, et id quidem in narratione ejusd. hist., uti Matt. xxvii. 32. 40. 42. Sed interpret. Thebaica seu Sahidica ubique retinuit voc. Gr., iis quoque in locis, ubi de pœna crucis in vers. Memphit. usurpatur verbum ⲀϢ aut simile, Jo. xix. 6. Matt. xx. 19. Act. ii. 36. alibi. De more Coptorum, nom. Gr. Σταυρὸς suis in libris per compendium ita scribentium, ut e duabus literis Ⲧ (vel potius Ϯ præfixo Ⲥ) et Ⲣ efficiant Monogramma, dixit Mingarellius ad Codd. Æg. Reliq. p. xxiv.

ϢⲈ lignum, ut Gen. xl. 19. ⲈϤⲈⲀϢⲔ ⲈϪⲈⲚ ⲞⲨϢⲈ, κρεμάσει σε ἐπὶ ξύλου. Nam ⲀϢ et ⲒϢⲒ proprie significat suspendere de ligno, quod etiam fit in pœna crucis. Saleb est vox pure Arab. De qua hæc habet Herbelotus in Bibl. Orient. art. Salb fol. 747. "Salb et Salib. Ce mot Arabe, qui signifie la Croix, signifie indifféremment toutes sortes d'instruments patibulaires. Les Chrétiens s'en servent seulement pour exprimer la Croix de N. S. Jesus Christ. Ils appellent A' id alsalib la Fête de l'exaltation de la Croix, et Salbout le Vendredi saint, auquel N. S. a été mis en Croix." V. ibi plura, et in artic. Salib fol. 748. b. Mich. Vanslebius in Relatione itineris sui Gallica p. 411. memorat monasterium in vico super. Ægypti Neygade, cui nom. fuerit Deir il salib, quod reddidit Monasterium sanctæ crucis. Denique Salmas. sibi persuadet, in vetustis Æg. monumentis Hieroglyphicis reperiri figuram crucis etiam cum ansula. Non hæc quidem est peculiaris Salmasii sententia, sed quæ ipsi communis est cum Kirchero, L. Pignorio et aliis eruditis viris, quamque hi a veteris Ecclesiæ Doctoribus acceperunt. Notum est, quod Rufinus memoriæ prodidit Hist. Eccles. ii. 29. "Signum hoc nostrum Dominicæ Crucis, inter illas, quas dicunt ἱερατικὰς, i. e. sacerdotales literas, habere Ægyptii dicuntur, velut unum ex ceteris literarum, quæ apud ipsos sunt, elementis. Cuj. literæ seu vocabuli hanc esse asserunt interpret.: Vita ventura. Dicebant ergo hi, qui tunc admiratione rerum gestarum convertebantur ad fidem, ita sibi ab antiquis traditum, quod hæc, quæ nunc coluntur, tamdiu starent, quamdiu viderent signum istud, in quo esset vita." Quibus similia habet Socrates Hist. Eccl. v. 17., quæ aut a Rufino, aut, ut ipse ait, ex traditione quapiam accepit.[1] Crediderim, Æg. crucem illam appellasse ⲈⲢϢⲎϦ ⲈϤⲎⲚⲞⲨ, quasi dicas causam efficientem vitæ venturæ. Cum vero ⲈⲢ in compositionibus Ægyptiorum significet et efficere et esse, postremo modo acceperunt, qui interpretati sunt vitam venturam. Et certum est, in Tab. Isiac., quam erudite explicuit Pignorius, in lapide itidem, quem Pign. in Comment. ad Tab. Isiac. p. 9. b. adfert, et in omnibus fere Æg. vetustis monumentis figuram occurrere, quæ crucis speciem referre videtur, hunc fere in[2] modum ⲧ̊ V. Pauli Lucæ Itinerar. tertium, P. i. p. 282, ubi sæpius figura eadem cernitur. Sed difficulter credi potest, in illis vetustis Æg. monumentis, quæ Vaticiniis plerorumque Prophetarum Judæorum antiquiora sunt, crucem reperiundam esse.[3] Ipsa profecto illa figura speciem crucis non præbet, sed Gr. literæ Tau cum globulo superimposito, quam multi pro ansula habent. Recte igitur ipse Socrates ea de re subdubitavit. "Ego nequaquam existimo, inquit, Ægyptiorum Sacerdotes, dum hanc crucis effigiem lapidibus inciderent, eorum, quæ Christo eventura erant, notitiam habuisse." Adeoque sine dubio aliud quid per hanc suam figuram indicare voluerunt. Nec etiam Gentiles id agnoverunt, quod Christiani ex hac figura conspecta sibi imaginabantur, etsi tale quid subinnuat Rufinus. Socrates ait: "Christiani signum esse dicentes salutaris Christi passionis, propriam religionis suæ notam, crucem scilicet, esse censebant." Sequentia cj. verba ita vertenda esse censeo. "Gentiles vero dicebant, Quid Christo commune est cum Serapide? Si character ille crucem refert, crux illa alius rei symbolum erit Gentilibus, alius Christianis." Aliud mysterium hic latere, memoriæ prodidit Abenephius Arabs, ap. Le Moyne in notis ad Var. Sac. p. 862,3. Auctor[4] Historiæ Cœli putat, figura hac designari Nilometrium, t. i. p. 51,2. R. Pococke, Description of the East, V. i. p. 93. scribit: "These statues have each of them in one hand the cross with an handle, which is said to represent the four Elements." Assentior La Crozio, Hist. du Christianisme dans les Indes, Liv. vi. p. 430. sq., existimanti, figuras illas, quas pro crucibus habuerunt eruditi, nihil aliud esse, quam phallos, adeoque repræsentare illam viri partem, quæ generationi inservit. Probat hoc ipsa characteris huj. hieroglyphici figura, dummodo meminerimus, picturam Æg. valde rudem fuisse, quod monent veteres, quodque residua gentis hujus monumenta testantur. Vero dissimile non est, ex hac figura phallica desumtum fuisse hunc Astronomorum characterem ♀, quo Venerem designant. Præterea refert Socrates, eos, qui literarum hieroglyphicarum notitiam habebant, indicasse, characterem illum designare vitam futuram, in quo consentit Rufinus: idque verum puto; sed hoc phallo, sive μορίῳ τῆς γενήσεως αἰτίῳ, apprime convenit, quippe quo mediante vita producitur, quæ nondum existit, sed tamen futura est. Vide, an huc etiam spectet illud Plut. de Is. et Os. p. 365., δοκεῖ γεννητικῷ μορίῳ τὴν φύσιν ἐοικέναι τὸ θρίον. Ad hæc, in sacris Serapidis, de cuj. templo illic sermo est, phallos frequentes in usu fuisse, ipse Socrates observat capite præced. xvi. L. v., ubi de Theophilo Alexandr. Episcopo scribit: "Serapidis vero et aliorum deorum mysteria, quam ridicula essent, ostendit, phallos per medium forum sublimes ferri jubens." Et in universum phallorum in sacris Æg. maximum usum fuisse, sicuti etiam character ille in omnibus fere Æg. monumentis conspicitur, et magna sub illo phalli symbolo latuisse mysteria, veteres omnes testantur: qua de re aliquid dicemus in artic. Φάλλος. Quod autem et Rufinus et Socrates narrant, aliis literis hieroglyphicis Æg. indicatum fuisse, finem tunc habiturum Serapidis templum, cum nota crucis apparuisset, et fictionem magnopere sapit, et sibi ipsi repugnat. Si enim character ille crucem repræsentat, ab initio conditi templi crux conspecta fuit; si vero nota crucis non apparuit, nisi cum templum Serapidis esset diruendum, quod historiæ a Rufino et Socrate narratæ congruit, character ille in templo Serapidis ab antiquo pictus, signum crucis neutiquam haberi potuit.

Σάμψυχος, Σαμψυχὸς, Σαμψοῦχος, (Σάμψυχον.) Varie enim scribitur nom.[5] Hesych., Σαμψοῦχος, πλείστη γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ, ἄλλοι δὲ μάραθον καλοῦσιν αὐτήν. Ubi Guietus et Salmas., pro μάραθον, legendum esse judicant ἀμάρακον. Quam in rem adducunt verba Dioscor. iii. 47. Σάμψυχον κράτιστον τὸ Κυζικηνὸν καὶ Κύπριον, δευτερεύει δὲ τούτου τὸ Αἰγύπτιον. καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον: et hæc Servii in Æn. i. 697.[6] "Amaracus puer regius unguentarius fuit, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, majorem ex confusione odorem creavit, unde optima unguenta Amaracina dicuntur. Hic postea in herbam Sampsychum dicitur versus, quam nunc Amaracum dixit." Plin. xxi. 11. "Amaracum Diocles Medicus et Sicula gens appellavere, quod Ægyptus et Syria Sampsuchum." Idem eod. Lib. c. 22., "Sampsuchum sive Amaracum." Columella x. 171., Nataque jam veniant hilari Sampsucha Canopo. De Amaraco Æg. loquitur Athen. xv. p. 676. Sampsuchum nom. esse Æg., testatur Plin. l. c.[7] Vide an Sampsuchum

[1] Adde Sozomen. Hist. Eccl. vii. 16. Inde lux accenditur Suidæ in v. Σταυρός.

[2] Veteres quidam existimabant, figura ista repræsentari oculum et sceptrum, eamque pertinere ad Osiridem. Quapropter Plut. de I. et Os. p. 354. scribit, regem ac dominum Osirin exprimi oculo et sceptro pictis; atque Macrob. Saturn. i. 21. pluribus verbis testatur: "Osirin Ægyptii, ut Solem esse asserant, quotiens hieroglyphicis literis exprimere volunt, insculpunt sceptrum, inque eo speciem oculi, et hoc signo Osirin monstrant."

[3] Dubitare etiam videtur Lipsius de Cruce i. 8. in notis.

[4] Abbas Pluche, idem ille, cui debetur le Spectacle de la Nature.

[5] [Ap. Aretæum de Cur. Morb. Acut. ii. 6., ut et ap. Athen. xv. p. 676., ἡ σάμψυχος. Schweigh. ad Athen. xv. p. 681.: "Non damno scripturam σάμψουχον, quam h. l. habet MS. A., pro quo etiam σαμψοῦχον cum circumflexo in penultima, ut ap. Hesych., scribi poterat. Sed probum fuit σάμψυχον, quod consentiente Epit. hic editum erat: quam eandem scripturam ambo Mssti cum editis tenent p. 676. d.: sic rursus p. 684. b. penultima nihilo minus longa, ut ibi versus docet." Penultima τοῦ Σαμψῦχος, s. Σαμψῦχον est longa in versu Nicandri Th. 616., ——— ἠδ' ἔτι πολλὰ καὶ ἄνθη Σαμψύχου, ut et in versu Meleagri ap. Salmas. de Homon. Hyl. Iatr. c. 13. Τῇ δ' ἅμα καὶ σάμψυχον ἀφ' ἠλυσίοις Ῥιανοῦ. Cod. Hesychii Marc. habet σάμψουχος. Edd.]

[6] Plura dabunt interpr. Hesych. v. Σαμψοῦχος, inprimis Alberti. Legendus omnino Salmas., de Sampsucho ejusque nomine prolixe disputans, de Homon. Hyles Iatr. c. xiii. toto.

[7] Nec dubitant alii, in quibus Caryophilus Diss. Misc. p. 191. Ægyptios sua lingua Sampsuchum appellasse * Σοφὶ, testatur scriptor appendicis ad Dioscor. p. 454. [Vide Jabl. h. v.]

dictum fuerit ⲤⲀⲘⲠⲤⲞϪⲈⲚ sampsochen, tanquam dicas herbam unguenti, vel unguentariam.[1]

[" Σάμψυχον, Sampsuchum. Est herba ramosa, perpetuo virens, per terram repens, foliis ej. calaminthæ quæ tenui folio constat, et λεπτόφυλλος appellatur: hirsutis et rotundis et odoris: radice retorrida, summo cespite leniter hærente, multifida: quam Dioscor. ait a Romanis majoranam dici. An vero idem sit sampsuchum cum amaraco, plerique dubitant. Hæc inter alia Gorr. qui ex Dioscor. et Plin., Siculis amaracum idem esse quod sampsuchum, testatur: sed Galenum, Aëtium et Paulum aliter sentire videri dicit. Hinc Σαμψύχινος adjectivum: ut σαμψύχινον μύρον, Sampsuchinum unguentum. Item verb. Σαμψυχίζω, Sampsuchi odorem repræsento, Sum odore sampsuchi. Ap. Hesych. legitur etiam Σαμψοῦχος, qui marathum ab aliis vocari tradit." H. St. De ratione sampsuchini componendi, περὶ σαμψυχίνου σκευασίας, v. Dioscor. i. 58. et Gorræum. " Σαμψύχινον ἔλαιον Aëtius iv. 42. docet conficere cocto sampsucho in duplici vase cum oleo: calfacit et valde digerit atque discutit." Gorr. Athen. xv. p. 689. Καὶ τὸ σαμψύχινον δὲ καὶ ἑρπύλλινον ἐπιτήδεια πρὸς πότον. Exemplum verbi σαμψυχίζω nondum invenimus. Sampsuchus Bauhino p. 224. Marum; Sprengelio (Hist. Rei Herb. p. 180.) Dioscoridis iii. 47. sampsuchum Origanum majoranoides. Edd.

[" Ἀμάρακος, ου, ὁ, s. Ἀμάρακον, ου, τὸ, Amaracus seu Amaracum: herbæ nomen est, quæ alio vocab. σάμψυχος seu σάμψυχον dicitur, ut Dioscor. testatur iv. 47. ubi de sampsucho loquens, καλεῖται δὲ (inquit) ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον. Itidemque Plin. xxi. 11. Amaracum Diocles medicus et Sicula gens appellavere quod Ægyptus et Syria sampsuchum. (Athen. xv. p. 681. Διοκλῆς δ' ἐν τῷ περὶ θανασίμων φαρμάκων, ἀμάρακον φησίν, ὃ σάμψυχον τινὲς καλοῦσι.) Nota autem Dioscor. illo in loco dicere neutro genere τὸ ἀμάρακον: ut Plin. quoque rursum c. 22. ejusd. libri, Sampsuchum, s. amaracum, in Cypro laudatissimum et odoratissimum, scorpionibus adversatur. Masculino autem genere ὁ ἀμάρακος dicitur a Theophr., ut a Virg. (Æn. i. 697., et fotum gremio Dea tollit in altos Idaliæ lucos, ubi mollis amaracus illum Floribus et dulci aspirans complectitur umbra. Athen. xiii. p. 608. e Chæremonis, Tragici poetæ, Œneo: Πέρσης[2] δὲ θαλερὸς ἐκτραφεὶς ἀμάρακος Λειμῶσι μαλακοῖς ἐξέτεινεν αὐχένας. Catullus in Epithal., Cinge tempora floribus Suave olentis amaraci. Pherecrates ap. Athen. xv. p. 685. ait, flores nonnullos coronarios memorans, osculo cujusdam delicatuli, qui totus flores oleret, referri dulcem halitum amaraci, Ὦ φιλῶν μὲν ἀμάρακον, Προσκυνῶν δὲ σέλινα.)

[" Unde Ἀμαράκινος, ου, ὁ, amaracinus, h. e. Qui est ex amaraco, Ex amaraco confectus, aut amaraco conditus, ut ἀμαράκινον ἄνθος, flos amaracinus, s. flos amaraci, ap. Dioscor. ii. 94., et ἀμαράκινον μύρον ap. Athen. v. (195. d.) et xii. (p. 553, d. ex Antiphane in Thoriciis, Ἀμαρακίνῳ δὲ τὰς ὀφρῦς καὶ τὴν κόμην. xv. p. 688. ex Apollonio Herophilio de Unguentis: Γίνεται δὲ μύρα κάλλιστα κατὰ τόπους,——ἀμαράκινον δὲ Κῷον καὶ Μιλήσιον. Cf. J. Poll. vi. 104. Amaracinum ap. Lat. scriptores, ut Gr. ἀμαράκινον, ponitur absolute pro unguento amaracino: Lucret. iv. 1171. ii. 846. Nihil cum amaracino sui, proverbium ap. Gellium præf. sub fin., de iis, qui nullum cum re aliqua commercium habent, vel qui nullam ex re aliqua voluptatem capiunt; sues enim amaracinum maxime fastidiunt, teste Lucret. vi. 973.) Et ἀμαράκινον ἔλαιον ap. Dioscor. i. 19., quod Plinio est Amaracinum oleum, xxi. 22., qui et unguenti amaracini meminit (xiii. 1. Ap. Athen. xv. p. 675. e. amaracina corona caput gravare dicitur, Καὶ ἀμαράκινον καὶ ἅπαντας τοὺς καροῦν δυναμένους ἢ βαρύνειν ἄλλως κεφαλὴν, περισπατέον.)

[" Et Ἀμαρακόεις, amaraco similis, Nicand. Ther. (503.), Τῆς μὲν ἀμαρακόεσσα χυτὴ περιδέδρομε χαίτη, ubi Schol. quoque exponit παραπλησία ἀμαράκῳ." H. St. Sprengel. Hist. Rei Herb. p. 95.: " Origanum majoranoides, ἀμάρακος, Theophr. i. 15." Edd.

[Coronam amaracinam a sampsuchina diversam facit Artemidorus i. 29.: Σισυμβρίου δὲ, καὶ ἀμαράκου φρυγίου, καὶ λαπάθου, καὶ ἐλενίου, καὶ ἀνεμώνης, καὶ σαμψύχου στεφάνοις ἀναδεῖσθαι, πᾶσι πονηρόν. " Ex antiquissimis Meleager (i, 12.) σάμψυχον et ἀμάρακον diversa facit in eo poemate, quo singulos poetas cum singulis floribus comparavit: Τῇ δ' ἅμα καὶ σάμψυχον ἀφ' ἡδυπνόοιο Ῥιανοῦ, Καὶ γλυκὺν Ἠρίννης παρθενόχρωτα κρόκον. Et paulo post (v. 41.), Ἐν δ' ἄρ' ἀμάρακον ἧκε, Πολύστρατον, ἄνθος ἀοιδῶν, Φοίνισσάν τε νέαν κύπρον ἀπ' Ἀντιπάτρου. Galenus quoque et Paulus Ægineta diversis capitibus de sampsucho et amaraco tractant, quod non facerent, si unum idemque esset amaracum et sampsuchum. Nicander ἀμάρακον a σαμψοῦχον hoc uno discriminat, quod amaracum in Græcia nascatur, sampsuchum externum sit. (Ther. 575.) ——μάλα δ' ἂν καὶ ἀμάρακος εἴη Χραισμήεις, πρασιῇς τε καὶ ἀνδήροισι χλοάζων. Per hæc indicat de eo se amaraco loqui, quod in areis hortorum ac pulvinis vulgo proveniebat. At sampsuchum paulo post (v. 615.) tanquam diversum ab amaraco inter remedia venenatorum ponit:—ἠδὲ καὶ ἀκτῆς Καυλοὺς ἠνεμόεντας, ἰδὲ πτερὰ πολλὰ καὶ ἄνθη Σαμψούχου. A Siculis et Cyzicenis amaracum vocari ait Dioscor., quod est aliis sampsuchum. Hoc non facit, ut revera sit idem. Ipse aliud esse aperte indicat, cum μύρον σαμψούχινον et ἀμαράκινον distinguit. Diocles ap. Athen., Ἀμάρακον, ὅ τινες σάμψυχον καλοῦσι. Exemplo id firmandum. Græcorum quidam τὸ κρίνον etiam λείριον vocarunt, auctore ipso Dioscor. et aliis multis. Nec hoc prohibuit, quin alii de narcisso dixerint. Et sane plures hanc voc. λείριον pro narcisso usurpasse constat, quam pro lilio, quod Gr. dicitur κρίνον. Aliquid tamen fortius in amaraco—— Non dubitarim, quin amaracum Gr. dictum sit, quod sampsucho Æg. respondet, sed aliud etiam quam sampsuchum hoc eodem nomine Græci vocarunt. Cyziceni, ap. quos plurimum ac laudatum nascebatur sampsuchum, id vocabant ἀμάρακον, item Siculi. Non omnis tamen alia Græcia consensit in nomine. Nam ἀμάρακον alii dixerunt parthenium—Duplex amaracum, alterum aliter vocatum parthenium, alterum sampsuchum nomine Ægypt., an Syriaco? Vix tamen censeam, Galenum et Paulum, cum sampsuchi et amaraci descriptiones separarunt, de hoc parthenio amaraco sensisse. (Sic tamen censet Gorræus.)—Sic igitur auctores conciliandi, qui modo samp-

[1] Unguentum Æg. dictum esse ⲤⲞⲨⲈⲚ s. ⲠⲤⲞϪⲈⲚ, certo novimus; non item, an ⲤⲀⲘ significarit herbam, nisi ⲤⲒⲘ et ⲤⲘⲈϨ, quas voces ea notione poni docet Lexicon, non discrepare existimentur. Caryophilus eadem de re plenius dixit in Diss. Misc. p. 241—244.

[" Gr. nomen est ἀμάρακον, Syriacum σάμψυχον. Indoles hæc nominis videtur plane Syriaca aut Æg. Nam *Σάμψυχα urbs in Ægypto, et Σάμψα in Arabia vicus, et *Σαμψαῖοι in Syria Judæa, quos ἡλιακοὺς interpretantur, et σάμψα ἥλιον, unde et Βαίσαμψα in Arab. sinu, quod Stephanus οἶκον ἡλίου exponit. Notum est, Hebr. solem dici שמש, (schæmæsch). Quod etiam ap. Arabes idem habet nom. شمش." Salmas. de Homon. Hyl. Iatr. p. 10. Cf. Reines. Var. Lectt. c. 25. p. 114., qui, ut Salmasius, docet Σάμψα Arabum esse ex Hebr. schæmæsch, pro quo et שמשא, schamscha, efferunt, quo vocabulo sol denotatur. Steph. Byz.: * Σάμψα, κώμη τῆς Ἀραβίας· τὸ ἐθνικὸν, *Σαμψηνός· *σάμψα δὲ, παρὰ τοῖς Ἄραψιν ὁ ἥλιος. *Βαισάμψα· πόλις ἐν τῷ Ἀραβικῷ κόλπῳ, περὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν, ὃ ἐστιν οἶκος ἡλίου· ὁ πολίτης, *Βαισαμψηνός. Hub. Goltzius e numo Trajani idem oppidani nom. divulgavit, ΒΑΙΣΑΜΨΗΝΩΝ, notante Berkelio. Bethsames in sacris literis vocatur. " A Σάμψα formantur et *Σαμψῖται ap. Epiphanium, ubi de Ossenis et Sampsæis: v. Catal. Hæret. Damascen." Luc. Holsten. Huc etiam pertinere videtur, auctore eodem, *Σαψὶς, quod Hesychio redditur, ὁ ἀγαθὸς δαίμων παρὰ Ἄραψι. Codex Hesychii Marcianus, teste Schow, Σαψὶς ὁ α.—Ἀράβιος. Biclius ap. Albert. ad Hesych.:—" Forte nom. illud σαψὶς originem trahit a v. Suph, vel Siph, qua Arabes serpentem varium et volantem appellare, didici ex Alcamuso ap. Bochart. Hieroz. P. ii. L. iii. c. 7. p. 395., ut adeo ex hoc Hesychii loco pateat, quod Arabes, non minus ac Phœnices et Ægyptii, draconem ἀγαθὸν δαίμονα vocaverint; cf. de his Bochart. Hieroz. P. ii. L. iii. c. 14. p. 429." Edd.]

[2] [Dalecampius: " Persicum amaracum vocat, tanquam e Persia primum advectum." " Jam de amaraco," inquit Schweigh., " qui vulgo putatur esse quam Majoranam vocare solemus, perlegi veterum auctorum loca a Bodæo Stapelio ad Theophr. p. 546. et p. 687. sq. collecta: et Cyzicenum quidem amaracum, itemque Cyprium, olim præ ceteris laudatum vidi; Persiæ, tanquam patriæ, nullam ab ullo veterum auctorum mentionem factam reperi. Ac fateor, etiam alioquin suspectam mihi esse istam scripturam Πέρσης: sub quo vocab. suspicor latere aliquem genitivum nominis, regionem aut terram nescio quam indicantis, qui genitivus a v. ἐκτραφεὶς regeretur. Quo minus audendum putavi, ipsum hoc ἐκτραφεὶς cum Grotio in εὖ τραφεὶς mutare." Edd.]

suchum idem cum amaraco, modo diversum struant. An non simile est, quod ligustrum idem cum cypro quidam volunt, alii nolunt? Diximus alio loco. Cyprus, ligustrum orientale; ligustrum, cyprus communis. Non tamen parum differunt facie et odore. Qui amaracini unguenti *σκευασίαν* descripserunt, qualis Cyzici parabatur, ubi *ἀμάρακος* nom. habuit, *ἀμαράκινον* etiam id unguentum nominarunt. Qui autem Ægypt. ejusd. unguenti compositionem literis mandarunt, *σαμψούχινον μύρον* id vocarunt, quia Æg. *σαμψοῦχον* appellabatur. Alii has diversas *σκευασίας* in libros suos transcripserunt sub titulis diversis. Quod fecisse Dioscor. clarum est: qui tamen alio loco agnoverat *ἀμάρακον* et *σάμψυχον* eadem esse, sed sola dialecto distare. Hinc Galenus, eumque secutus Paulus, ea disparant ac seorsum recensent tanquam diversa." Salmas. de Hom. Hyl. Iatr. p. 10. Edd.

[* Γοννοννία. Hesych. et Phavor.: *Γοννοννία· σάμψυχος.* E literarum serie scribendum est *γοννονία*, notante Kustero. Voce *γοννοννία*, quæ peregrina esse videtur, caret Schneideri Lex. Edd.]

*Σαμφώς. Hippomarathrum. Append. Dioscor. iii. 82. p. 455.

* Sant vel * Santh, Acacia aut Spina Æg. Quamvis hoc nom. in libris antiquis Gr. et Lat. non occurrat, meretur tamen hic attingi, quandoquidem recentiores passim nominis huj. mentionem faciunt, Hebræi autem suum שטה et Arabes شنط ab Ægyptiis videntur accepisse. In Mémoires des Missions t. ii. pt. i. p. 187. et t. v. p. 220. appellatur Santh. Sed ab aliis Sant dicitur. Audiamus Prosperum Alpinum de Plant. Æg. p. 6., hæc scribentem: "Acacia, quam Sant Æg. appellant, in Ægypti locis a mare remotis nascitur; hujusque arbores copiosissimæ in montibus Synai penes rubrum mare positis proveniunt. Sine dubio hanc arborem esse veram antiquorum Acaciam vel Spinam Æg., ex notis affirmandum est: præcipueque, quia nulla alia arbor spinosa in Æg. reperitur, quæ magis notis Acaciæ tributis respondeat. Crescunt ad mori magnitudinem, ramosque sursum latius expandunt." Quæ observatio quam sit utilis, deinde nobis patebit. Idem nom. Sant servarunt alii plures. Vanslebius p. 17. scribit Zante. Minus recte Rauwolffus in Hodoepor. P. i. p. 114., et P. ii. p. 138. et 173., scribit incolis dici Schack, Arabibus Schamuth. Corrupte quoque nom. scribitur in P. Lucæ Itiner. pr., P. i. p. 75., et ab aliis. Pococke t. i. Itiner. p. 69. et 205. habet Sount, quod accedit propius ad nom. Æg. Fuit hoc ϢⲞⲚϮ, qua voce appellantur spinæ in vers. Copt. Gen. iii. 18. Matt. vii. 16. Hebr. vi. 8. Jam vero Acacia erat Mimosa spinis geminatis distinctis, foliis duplicato-pinnatis, ut Alpinus et alii monuerunt. Hinc arbor dicitur Ἄκανθα ab Herod. ii. 96. Dioscoride i. 133., scribente, Ἀκάκια φύεται ἐν Αἰγύπτῳ, Ἄκανθα [δέ] ἐστι δενδρώδης κ. τ. λ., a P. Ægineta vii. 229. Ἄκανθα Αἰγυπτία, qui addit, dici ab aliis Arabicam, atque a Plin. xiii. 9. Spina. Missis jam reliquis, tantum hæc Servii adjungam ad Georg. ii. 119. "Acanthus arbor est in Æg. semper frondens,—Acanthus dicta, quæ spinis est plena." Ex antiq. nom. Æg. suum سنط vel شنط deinde derivasse videntur Arabes, qui hanc arborem suo sermone appellant قرظ kharad. In cod. MS. Abu' lFadli de Medicina et re Botanica, qui quondam fuit Jac. Golii, nunc servatur Upsaliæ, aperte legitur قرظ esse nom. Arab. Spinæ arborescentis, Æg. vero صنط sant dici. Hoc me docuit meus La Crozius. Non dubito, quin et Hebr. voc. שטה sive שטים denotet quoque Acaciam, contractum ex שנטה, ortumque ex Æg. ϢⲞⲚϮ. Non nescio, aliter visum fuisse viris eruditissimis, arbores שטים explicantibus de laricibus, citris, pinis, cedris. Postremam sententiam approbarunt Villalpandus, Pfeifferus, Coccejus, multi alii, in quibus etiam Vitringa t. ii. in Ies. p. 410. monens, Spinam Arab. s. Ægyptiam tam crassam non fuisse, ut columnæ et asseres Tabernaculi ex ea confici potuerint. Attamen testatur Herod. l. c. malos navium Æg. ex Spina confectos esse, et Hieron. in Comment. ad Joel. iii. 18. tam grandes esse istas arbores scribit, ut latissima ex illis tabulata cædantur. Addit Theophr. H. Pl. iv. 3., Spinam esse arborem magnitudine excellentem, quippe duodecim cubitorum, et tectis navibusque faciendis idoneam. Quibus testimoniis si observationes recentiorum periegetarum de Spinis Æg. et Arab. adjunguntur, difficultas a Vitringa aliisque obmota plane tollitur. Quotquot hactenus tentarint originem et notionem vocis שטה invenire in lingua Hebr., frustraneam navarunt operam. Quærenda multo potius est in Æg., uti supra indicavi. Ex ϢⲞⲚϮ facile natum שנטה, et ex hoc contractum שטה. Quod si verum est, ultro quisque intelligit, me non inconsulto hic dixisse de nomine patrio Acaciæ s. Spinæ Æg., de qua consuli velim Salmas. Exerc. Plin. p. 369—385., et de Homon. Hyles Iatr. c. ciii.[1]

* Sapon. Advena, vel Advenæ. Quod e Plinio discimus, qui l. vi. 30. "Inde dierum duodecim Esar, Ægyptiorum oppidum, qui Psammetichum fugerint.—Bion autem Sapon vocat, quod ille (Aristocreon) Esar, et ipso nomine advenas ait significari." Ita editio, qua utor, Dalechampii. Quæ si genuinam lectionem præ se fert, nominis huj. nec difficilem, nec longe petitam rationem reddere poterimus. Namque dialecto Sahid., vel super. Ægypti, ⲠⲰⲚⲈ dicitur *ἡ μετοικεσία*, transmigratio, in cod. MS. de Myst. Liter. p. 25.[2] ⲤⲀⲠⲰⲚⲈ vel ϨⲀⲠⲰⲚⲈ, quod idem est, per idiotismum Copt., significat homines transmigrationis, *τοὺς τῆς μετοικεσίας*. Quod Lat. non melius quam advenas exprimere possunt. Posset etiam Sapon vel Sopon exponi ϪⲰ ⲠⲰⲚⲈ, Caput transmigrationis. Erat enim urbs princeps illius regionis, quam occupaverant Sebritæ, de quibus deinde dicetur.

* Sarabaitæ. Monachorum aliquod in Æg. genus, quod ita describit Auctor sermonum ad Patres in Eremo serm. xxi. Opp. Augustini t. x. col. 1314. "Tales fuerunt illi Sarabaitæ, de quibus tertio nobis scripsit pater Hieronymus, quorum genus est omni affectu vitandum. Ipsi denique in Æg. erant in foraminibus petrarum habitantes, induti porcorum et boum pellibus tantum, cincti funibus palmarum, spinas ad calcanea portantes ad cingulum ligatas, discalceati et sanguine cruentati cavernas exeuntes, ad festum scenopegiæ pergebant Hierosolymam, et Sancta Sanctorum intrantes, paupertatem et abstinentiam prædicabant omni affectu servare, barbas postea in conspectu hominum, sine redemtione evellere festinabant, et sic acquisita fama et lucro ad propria remeabant, solitarie gaudentes et epulantes supra id quod explicare possumus." Ipse Hieron. quantum scio, Sarabaitarum nuspiam nomine meminit; sed facile apparet esse eosdem, quos in Epist. ad Eustoch. appellat Remoboth, et de quibus suo jam loco p. 229, 230. dictum est. Illi igitur vocabantur in Æg. non tantum Remoboth, ⲢⲈⲘⲞⲨⲰⲦ, sed etiam Sarabaitæ, sive ipsi hoc nom. sibi adsciverint, sive iis impositum fuerit ab aliis. De his Hieron. in Epist. indicata: "Inter hos sæpe sunt jurgia, quia, suo viventes cibo, non patiuntur, se alicui esse subjectos. Re vera solent certare jejuniis, et rem secreti victoriæ faciunt." Eorumdem mentionem facit Jo. Cassianus, qui et nominis rationem paulo accuratius exponere videtur, Collat. xviii. 7.; "emersit istud Sarabaitarum genus, qui ab eo, quod semetipsos a cœnobiorum congregationibus sequestrarent, ac sigillatim suas curarent necessitates, Æg. linguæ proprietate Sarabaytæ nuncupati sunt." Meminit eorumdem præterea Benedictus in regula c. i. Odo Cluniac. l. iii. Collat. c. xxiii. Petr. Damianus l. v. ep. 4. Isidorus de Eccl.

[1] Operam minime ludet, qui cum hisce comparet Rauwolffi Flor. Orient. p. 63,4., Th. Hasæi Syllogen Diss. et Obs. Philol. p. 170—252., O. Celsii Hierobot. pt. ii. p. 498—504., et S. H. Manger Diss. de iis, quæ ex Arabia in usum Tabernaculi fuerunt petita (Traj. ad Rhen. a. 1753.) p. 4—11., recusa in Germania, meritoque laudata a Rosenmullero in Scholiis ad Ex. xxv. 5., sed minus recte adscripta tanquam auctori S. Ravio. Cum Celsio, Shawio, ac reliquis, Sittim intelligentibus de Acacia s. Spina Æg., facit Adamson in Comm. Acad. R. Scient. Paris. a. 1773. p. 12. Vides, homines doctos nostra ætate ivisse in Hieronymi sententiam, probabilem illam, sed diu rejectam. Cf. Wahl ad Abdollatiphum p. 94—99. Partem magnam observationis Jablonskianæ repetiit Scholtzius p. 12, 13.

[2] Cf. La Crozii Lex. p. 190., item vers. N. T. Sahid. Matt. i. 11, 12, 17., ubi legitur ⲠⲰⲰⲚⲈ. Gr. *μετῴκισεν* Act. vii. 4. in ea redditur ⲀϤⲠⲞⲞⲚⲈϤ.

Offic. ii. 16. V. Mich. Le Quien Proleg. ad Jo. Damasceni Opp. §. x. p. 7. Adde Car. du Fresne Gloss. Med. Latin. v. Sarabaitæ, qui præter alia etiam hæc affert ex Glossis MSS. Sarabaitæ, renuentes aliorum disciplinam.[1] Mich. Le Quien vocab. hoc ex Syriaco sermone exponi posse putat.[2] Verum ex Cassiano audivimus, esse voc. Æg., et ex proprietate illius linguæ sic nuncupari eos, qui semetipsos a cœnobiorum congregationibus sequestrent, ac sigillatim suas necessitates curent. Vereor quidem, ne Cassianus duo nomina, monachis his imponi solita, invicem confuderit. Nam id, quod hic de Sarabaitis prædicat, vere indicatur voce Remoboth, quæ innuit viros solitarios, cœnobia vitantes, et sigillatim victitantes. Hos vero Remoboth a Sarabaitis diversos non esse, supra jam monui, et id ipsum quoque observavit du Fresne loco cit. Origo nominis non est mihi explorata. Novi ϦⲀⲢⲀⲂⲀⲒ in lingua Æg. significare tonitru, Ps. ciii. 7. Marc. iii. 17. Jo. xii. 29. et alibi; sed ex hac voce non video nom. Sarabaitarum satis commode posse illustrari.

Σάραπις. Vide brevi post v. Serapis.

Σάρι, Juncus, crescens in maribus et locis palustribus, byblo s. papyro similis. Theophr. H. P. iv. 9., de iis, quæ in Æg. nascuntur, disserens, ait, Τὸ δὲ σάρι φύεται μὲν ἐν τῷ ὕδατι περὶ τὰ ἕλη καὶ τὰ πεδία, ἐπειδὰν ὁ ποταμὸς ἀπέλθῃ· ῥίζαν δὲ ἔχει σκληρὰν καὶ συνεστραμμένην· καὶ ἐξ αὐτῆς φύεται τὰ σάρια καλούμενα· ταῦτα δὲ, μῆκος μὲν εἰς δύο πήχεις, πάχος δὲ ἡλίκον ὁ δάκτυλος ὁ μέγας τῆς χειρός· τρίγωνον δὲ τοῦτο, καθάπερ ὁ πάπυρος, καὶ κόμην ἔχον παραπλήσιον· μασώμενοι δὲ ἐκβάλλουσι καὶ τοῦτο τὸ μάσημα· τῇ ῥίζῃ δὲ οἱ σιδηρουργοὶ χρῶνται, τὸν γὰρ ἄνθρακα ποιεῖ χρηστὸν, διὰ τὸ σκληρὸν εἶναι τὸ ξύλον. Hesych. Σάριν, vel Σάρι, φυτόν τι γινόμενον ἐν τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἕλεσι. Plin. xiii. 23., Fruticosi est generis et Sari circa Nilum nascens, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique manditur modo.[3] Ex ista Sari conficiebantur Psiathi aliaque multa a Monachis et Eremitis; unde frequens junci mentio reperitur in regulis Monachorum Æg. Quoniam Sari papyro est similis, ut Theophr. l. c. observat, venit nonnunquam nomine bybli et papyri, a qua tamen differt, qua de re v. Melch. Guilland. in Comment. in Plinium de Papyro Memb. vii. p. 202, 3., ed. Amberg. 1613. Observari potest, Sari Kamisch kassaki, Turcice dici Cosacos calami vel junci fulvi. V. Demetr. Cantemer. in Hist. Impp. Osmaniadarum p. 402, not. 10., et P. ii. p. 435. ed. Germ. Quoniam in illis Copt. libris, qui in nostris manibus sunt, junci illius mentio non fit, mirandum non est, nom. illud non occurrere separatim. Sed occurrit tamen in compositione. Cum enim mare, quod vulgo appellatur rubrum, sinus nempe Arabicus, perpetuo in Copt. libris dicatur ⲪⲒⲞⲘ Ⲛ̀ϢⲀⲢⲒ, Mare Sari, cuj. exempla occurrunt Ex. x. 19. xiii. 18. xv. 4. Ps. cvi. 7. 9. 22., ego quidem existimo, Ægyptios mare illud sua lingua a junco cognominasse. Et videntur Hebræi id ab Ægyptiis accepisse, utpote qui pariter idem mare vocitare solent ים סוף, i. e. ut non pauci interpretantur, mare junceum. Ita Aben Ezra, citatus a Fagio in Ex. xiii. 18.: Dicunt nonnulli mare vocari eo nomine, quod per ej. circuitum nascuntur papyri; et R. Salomo ap. eund., Soph juncum significat, quo nomine mare illud appellatur, quod calamorum et papyrorum copia in eo nascatur. Et hanc quidem denominationem rei ipsi apprime congruere, testatur Vincent. Le Blanc Itiner. l. i. c. 8., ubi hunc in modum scribit: Juxta mare rubrum magnam arundinum copiam crescere, quibus progressu temporis procreantur insulæ, indeque ad littus laboriose appellitur. Adde Thevenot Voyage P. i. l. ii. c. 33. p. 552.[4] An eadem de causa Nilo fluvio nom. Sori vel Σίρι impositum fuerit, disquirere operæ pretium est. Vid. in v. Σίρις. ["Σάρι, sari, plantæ cujusdam nom. in Æg., v. l. e Theophr. iv. 9.: ibidem annotatur, Σάρια dici quædam exeuntia ex illa planta, quæ Sari vocatur." H. St. "Cyperus fastigiatus, σάρι Theophr. iv. 9.; culmo trigono comaque Cyperum Papyrum æquare, stolones autem e radice digiti crassitie propellere dicitur." Sprengel. Hist. Rei Herb. p. 78. "Σάρι, barbara vox," ut scribit J. Stackhousius ad Theophr., "planta affinis papyri describitur sub hoc nomine; sed nulla mentio apud synonyma Linn. nec ap. antiquos, quoad sciam." Iterum ad Theophr. P. ii. p. lxxiii.: "Σάρι, saccharum Ravennæ in Catalogo partis primæ: accuratius tamen perpendenti mihi, vix ulla videtur dubitatio Saccharum, officinarum, L. vel saltem S. biflorum, Forskål. Ægypt. hic indicari. Quod ad S. offic. dicitur, 'culmos venales circumferri, et crudos edi,' p. 15. Descriptio S. biflori ap. eund.: 'Culmus homine altior ex aquis extat;—in littore Nili limoso tanta crescit copia cum Arundine Donaci, ut penetrari non possit hæc sylva arundinacea, nisi incolæ parvos exscinderent tramites.' Ibid. p. 16. Ap. Theophr. etiam τὰ σάρια καλούμενα μῆκος εἰς δύο πήχεις· πάχος δ' ὡς ὁ δάκτυλος ὁ μέγας, τρίγωνον δὲ τοῦτο, (forsan per incuriam e similitudine culmi Παπύρου,) καὶ κόμην (paniculam) ἔχον παραπλήσιον· μασώμενοι δ' ἐκβάλλουσι τοῦτο τὸ μάσημα, i. e. manducantes caulem exspuunt crudam materiem." Edd.]

* Sauses. Monachorum erat quodpiam genus in Æg., de quo Hieron. hæc memoriæ prodidit in Epist. ad Eustoch. de cust. virgin. p. 44. "Tria sunt in Æg. genera Monachorum. Unum Cœnobitæ, quod illi Sauses gentili lingua vocant, nos in commune viventes possumus appellare." Ubi omnium primo de vera et genuina vocis istius lectione dispiciendum est. Vulgaris lectio est Sauses, quomodo voc. hanc etiam repræsentat præclara Martianæi ed. Codd. quidam manu exarati, quos ipse consului, legunt Sauhes, alii Sauches. Optimæ vero et antiquissimæ membranæ in Biblioth. Reg. Berol. exhibent Sabues. Ex quibus vera lectio erui potest, quam puto esse Sauhes, vel per transpositionem Sahues. Quantum memini, ⲞⲨⲈϨ Socium et Asseclam designat; sed locus, in quo vocab. hoc sensu reperiatur, mihi jam non occurrit. Ceteroquin ⲞⲨⲀϨ vel ⲞⲨⲈϨ signific. habet adjungendi. ⲠⲒϢⲈⲘⲘⲞ Ⲉ̀ⲐⲞⲨⲈϨ Ⲉ̀ⲢⲰⲦⲈⲚ, ὁ προσήλυτος ὁ προσκείμενος ἐν ὑμῖν, Lev. xvi. 29. xvii. 8. 10. Lev. xx. 2. ⲚⲒϢⲈⲘⲘⲰⲞⲨ Ⲉ̀ⲦⲀⲨⲞⲨⲞϨ ϦⲈⲚ ⲠⲒⲤⲖ̀. Adde xxv. 6. Unde ⲞⲨⲀϨ dicitur sequi aliquem, vel, quod idem est, se jungere alicui. Communi dialecto id dicitur ⲘⲞϢⲒ Ⲛ̀ⲤⲀ, vadere post aliquem. Ita fere in N. T. Copt. exprimitur et redditur τὸ ἀκολουθεῖν. In dialecto vero Thebaidos, vel Ægypti super., loco illius dictionis fere semper reperitur ⲞⲨⲀϨ. Quod exemplis nonnullis declarabo. Act. xii. 8. verba ἀκολούθει μοι, in versione communis dialecti redduntur ⲘⲞϢⲒ Ⲛ̀ⲤⲰⲒ, vade post me. Versio autem Theb. MS. ita habet, Ⲛ̀ⲄⲞⲨⲀϨⲔ Ⲛ̀ⲤⲰⲒ, adjunges te ad me. Versu 9. est in Gr. ἠκολούθει, quod vertit interpr. Copt. vulgatus, ⲀϤⲘⲞϢⲒ Ⲛ̀ⲤⲰϤ, ambulavit post illum. Versio Theb. habet ⲀϤⲞⲨⲀϨϤ Ⲛ̀ⲤⲰϤ, adjunxit se illi, vel adjunxit se post illum.[5] Occurrit etiam ⲞⲨⲎϨ, ueh, ut Act. xxi. 36. ⲠⲖⲀⲞⲤ ⲄⲀⲢ ⲦⲎⲢϤ ⲞⲨⲎϨ Ⲛ̀ⲤⲰϤ, ubi in Gr. est, ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ. Non temere autem dixi, voc. hanc proprie signific. habere adjungendi, utpote quod ex aliis locis colligere liceat. In Cod. MS. Ps. lx. 6. Græca hæc verba, Ἡμέρας ἐφ' ἡμέρας βασιλέως προσθήσεις, Copt.

[1] Acerbum Marci Ant. de Dominis judicium de Sarabaitis legitur in Binghami Origg. Eccl. V. iii. p. 17.

[2] Ita ante cum Bochart. P. ii. Hieroz. l. iv. c. 14. p. 550.

[3] In Hesych. vulgatum est, Σαρὶν· σαρὶν, φυτὸν κ. τ. λ. ad q. l. v. Albert. Pro [σαρὶν legendum σάριον, et pro] σαρὶν leg. σάρι, et in Plinii verbis frutectosi pro fruticosi, monet Salmas. in Exerc. Plin. p. 706.

[4] His similia ejusdemque generis alia dedit Jabl. Diss. v. de Gosen §. 10., et in Panth. Æg. P. ii. p. 151—155. Quæ sua manu libro de Gosenitide adlevit, in ed. nova cum lectore communicabo. Potest conferri Scholtzius in Repert. f. B. u. M. Lit. xiii. p. 13.

[5] In ead. vers. Sahidica, nunc ed., ⲞⲨⲀϨ eadem notione extat Act. xiii. 43., ac frequenter in libris Evangeliographorum.

interpr. sic vertit, ϨⲀⲚⲈϨⲞⲞⲨ ⲈϪⲈⲚ ϨⲀⲚⲈϨⲞⲞⲨ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲞⲨⲢⲞ ⲈⲔⲈⲞⲨⲀϨⲞⲨ. Eadem notione Matt. vi. 33. ⲚⲀⲒ ⲦⲎⲢⲞⲨ ⲈϤⲈⲞⲨⲀϨⲞⲨ ⲈⲢⲰⲦⲈⲚ, hæc omnia adjiciet vobis, Luc. xii. 31., et aliis in locis bene multis. Unde videtur esse ⲀϨⲞ thesaurus, ubi unum ad aliud adjicitur. V. Matt. xii. 35. xix. 21. et alibi. Ex his intelligitur, ⲞⲨⲀϨ, vel ⲞⲨⲎϨ et ⲞⲨⲈϨ, signific. habere adjungendi, atque vocab. eo sensu accipi, et de rebus, et de hominibus. Indicat igitur, ubi de hominibus usurpatur, aliquam societatem, sodalitatem et communionem, quæ est adjunctio unius ad alium. ⲤⲀ ⲞⲨⲀϨ, sa uah, vel ⲤⲀ ⲞⲨⲈϨ, sa ueh, ex idiotismo Copt., significabit igitur hominem sodalitatis vel communionis. Et id ipsum voc. hanc significare, luculenter indicat Hieron., scribens: Sauses lingua gentili vocant, nos in commune viventes possumus appellare. Ibidem eos opponit τοῖς Remoboth, i. e. Solitariis, vel hominibus unitatis, ut vocem illam suo loco p. 229, 230. exposuimus. Paulo post idem sic pergit: Veniamus ad eos, qui plures sunt, et in commune habitant, i. e. quos vocari Cœnobitas diximus. Quæ omnia originationem nostram egregie illustrant.

* Sapha. Chamæleon. Apul. de Herbis c. 25.

* Σαφθάς. Ita legendum censeo in catal. regum Thebæorum ap. Syncell. et in Græcis Eusebianis, pro eo, quod in vulg. edd. reperitur, Σιφωής, vel Σιφωάς. Interpretatur autem Eratosth. nomen υἱὸς Ἡφαίστου, filius Vulcani; et recte, ut alibi [1] dictum est.

* Σαφθώ. Hyoscyamus. Append. Dioscor. iv. 69. p. 467. Ita et Apul. de Herbis c. iv. Kircherus in Prodr. Copt. p. 149. ex Apul. citat saphtu, idque imperite plane explicat. Videndum tamen, an non herba ista vere appellata fuerit saphta, vel saphtas, quasi diceres Vulcanalem, vel Vulcaniam.[2]

* Σαῶφις, κωμαστής, κατὰ δὲ ἐνίους χρηματιστής. Eratosth. in catal. regum Thebæorum in Chronico Eusebii Gr. p. 21. Testatur ergo Eratosth. nom. illud non uno modo exponi posse, et duas interpretationes adfert, sicut ratione aliorum vocabulorum fecit Plut. de. I. et Os. Quod sine dubio ex diversa unius ejusdemque vocabuli pronuntiatione ortum est, quale quid etiam in Osiridis nomine Plut. observavit. De utraque Eratosthenis interpret. aliquid addamus. Ait primo, Σαῶφιν exponi posse κωμαστὴν, comessatorem. Ubi suspicari quis posset pro κωμαστὴν leg. potius esse κομήτην, crinitum, comatum, quod Epitheton ipsi Apollini suo Gr. et Rom. frequenter tribuunt. De Ganymede in Luciani Dial. Deor. Juno ait p. 131. (215), τὸν καλὸν κομήτην τοῦτον ἡ Ἴδη ἀνέθρεψε, formosum istum comatum Ida educavit. Hoc ipsum Æg. significare potuit ϪⲰ ⲞⲨϤⲰⲒ, Chouphoi. Observa autem, nom. Æg., de quo sermo jam est, diversis modis scribi. Monuit certe Perizon. Origg. Æg. c. xiv. p. 270. et seq., modo scribi Saophin, ut in Eratosth. Catal., modo Suphin, modo etiam Cheopem. Est vero ϪⲰ ⲞⲨϤⲰⲒ, qui ponit capillum vel comam. ϪⲰ vox notissima est, significat ponere, et de multiplici positione accipitur. ⲞⲨϤⲰⲒ vero dicitur crinis, coma. Ponere vero capillum est bene et ornate disponere. Ita Ovid. ii. Amor. El. viii. 1. Ponendis in mille modos perfecta capillis. Et Fast. i. 406. Pars aderant, positis arte manuque comis. Itaque Saophis vel Chaophis significaret ornandæ comæ studiosum. Sed et simpliciter potest significare κομήτην, i. e. capillos nutrientem et demittentem. Etenim Æg. ϢⲚⲞⲨ, sive, quod idem est, ϢⲰⲞⲨ est δασύς, hirsutus, pilosus, et pleonastice ϢⲚⲞⲨϤⲰⲒ, Saupboi. Ita 1 Cor. xi. 15. ϮⲤϨⲒⲘⲒ ⲆⲈ ⲚⲈⲞⲤ ⲈϢⲰⲠ ⲈⲢⲈ ϪⲰⲤ ϢⲚⲞⲨ, mulier vero, si caput ej. coma abundet. Gr. textus habet, Γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ. Sic vers. præced. 14., ⲠⲒⲢⲰⲘⲒ ⲄⲀⲢ ⲈϢⲰⲠ ⲈⲢⲈ ϪⲰϤ ϢⲚⲞⲨ, vir enim, si in capite capillum nutriat. Hanc lectionem ap. Eratosth., ut Saophis sit κομήτης, s. comatus, fateor mihi magis placere. Si vero retineatur κωμαστὴς, et illius interpretationis aliquam reddere poterimus rationem. Est autem κωμαστὴς, comessator, non tantum qui potui et crapulæ indulget, sed et qui lusibus amatoriis deditus est. Vide quæ Critici observant ad illa notissima Theocr. Eid. iii. 1. Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα. Sic et Lat., uti Apul. Apol. p. 279., Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi comessatoris, de sertis et canticis compositum. Quo sensu si et Eratosth. accepit κωμαστὴν, uti sane videtur, posset Σαῶφις exponi ⲤⲀⲞⲨⲪⲒ, Sauphi, quasi dicas osculatorium, vel qui osculis, et lusibus hujusmodi amatoriis capitur. ⲪⲒ et cum artic. indefinito ⲞⲨⲪⲒ est osculum, et Ϯ ⲞⲨⲪⲒ, dare osculum, s. osculari. V. Matt. xxvi. 48, 49. Luc. vii. 38. 45. Rom. xvi. 16. 1 Cor. xvi. 20. ⲤⲀⲞⲨⲪⲒ dicitur, qui est ad osculum, i. e. qui osculo capitur; de quo usu particulæ ⲤⲀ, et quæ idem innuit ϨⲀ, aliquoties diximus. Id ipsum Gr. significat φιλήσιος, quod cognom. fuit Apollinis a Milesiis culti. Meminit Conon Narrat. xxxiii., ap. Phot. Biblioth. p. 441., sed ibi non satis recte editum est, ἔνθα βωμὸς Ἀπόλλωνος φιλίου ἵδρυται. Leg. enim φιλησίου. Et verte ea, quæ modo præcesserant, καὶ αὐτὸν ἐφίλησεν ἐρασθεὶς Ἀπόλλων, et amore ejus captus, Apollo eum osculatus est. Hinc φιλήσιος postea cognominatus fuit. Docet hoc aperte Varro in Libris rerum Divinarum ap. Lutatium, ab aliis dictum Lactantium Placidum, Statii Scholiast. in Theb. viii. p. 283. ed. Lindenbr. "Hic cum Apollinem osculatus fuisset, comprehensus est ab eo, et accepta corona virgaque vaticinari cœpit.—Et Apollini Philesio pariter consecrata sunt templa, quæ ab osculo Branchi, sive certamine puerorum, Philesia nuncupantur." Meminit etiam Apollinis φιλησίου Macrob. Saturn. i. 17. p. 196. Ipsum philematis vocab. inter blanda puellarum cognomina reponit Lucret. iv. 1162., Simula, Silena ac Satyra est; labiosa, Philema. Sed præterea monet Eratosth., posse Saophis etiam verti Χρηματιστὴν, pecuniæ coacervandæ studiosum, vel divitias congerentem. Videtur itaque vox Æg. esse composita ex ⲀϨⲞ, quod thesaurum notat, ut jam diximus in v. Sauses p. 269., et ϤⲒ significante τηρεῖν, custodire. ⲀϨⲞϤⲒ proinde, Ahophi, est custos thesauri, vel qui thesauro sollicite incubat, pecuniæ corradendæ intentus est. Ceterum memoria tenendum, nom. illius regis, quod Eratosth. interpretatur, non uno modo scribi, ut Perizonius observat, et aliquando etiam χαῶφις. Nec sine ratione Salmas. monuit, de Ann. Clim., Ϫ literam nonnunquam nominibus præfigi ap. Ægyptios, cuj. rei exempla alibi suppeditabo. Si igitur et hic literam illam s. articulum præmittas voci, quam exposui, ⲀϨⲞϤⲒ, habebis χαῶφιν. Forsitan autem diversa illa nominis huj. scriptio ac pronunciatio interpretationi diversæ occasionem præbuit. Nam Σαῶφις innuit aut κομήτην, aut etiam κωμαστήν. Χαῶφις sonat χρηματιστήν.[3]

* Σβῶ. Doctrina. Ita Horapollo i. 38. Ἀφ' οὗ καὶ ἡ παιδεία παρ' αὐτοῖς Σβῶ καλεῖται· ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευθὲν, πλήρης τροφή. Ait ille, Sbo Æg. dici doctrinam, id vero, si interpreteris, significare plenum nutrimentum. Quod ad prius attinet, id omnino verum est. ⲤⲂⲰ enim Æg. doctrinam sonat. Inde ϮⲤⲂⲰ, dare doctrinam, i. e. docere, et ϬⲒⲤⲂⲰ accipere doctrinam,

[1] V. Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 764. Male illic, culpa typographi, legitur ⲤⲀⲪⲀϢ. In catalogo mendorum, vel ab operis, vel a correctore commissorum, scribitur nom. ⲤⲀⲮⲐⲀϢ. Iterum male. Est enim ⲤⲀⲪⲐⲀϢ.

[2] In descriptione Hyoscyami Æg., quam dedit Forskal in Flora Ægypt. Arabica p. 45., nihil omnino est, quod huic conjecturæ subveniat et opituletur.

[3] Ex his obss. poterit augeri annotatio Jabl. de nom. Σαῶφις, in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 750.

seu discere, et ⲠⲒⲢⲈϤϮⲤⲂⲰ, διδάσκαλος, doctor. Quæ omnia frequentissime in N. T. Copt. occurrunt. Cum vero idem scriptor addat, voc. hanc ⲤⲂⲰ, recte excussam, significare plenum nutrimentum, id me non intelligere, fateor.[1] Et si omnino vera est illa interpretatio, pertinet ad sacras et occultas Æg. scientias, quæ, non magis ac scriptura Hieroglyphica, Œdipum hactenus nondum invenit.

Σεβέννιον, corticosum, quod in summitate palmarum crescit. Hesych., Σεβέννιον· τὸ ἐπ' ἄκρῳ τῷ φοίνικι φλοιῶδες γενόμενον.[2] Non addit Hesych. voc. esse Æg., verum hoc res ipsa loquitur. ⲂⲈⲚⲒ enim est palma arbor. Ex. xv. 25., ubi in Gr. est, ἑβδομήκοντα στελέχη φοινίκων, Coptus habet Ⲟ̅ Ⲛ̀ϪⲀϤ Ⲛ̀ⲂⲈⲚⲒ. Adde Jo. xii. 13. ϢⲈ autem significat lignum. E quibus duabus vocibus Σεβέννιον esse compositum, id, quod Hesych. ad explicandum istud vocab. affert, satis superque testatur. Moschus in Prato c. cxx. ex vers. Lat. (t. xiii. Biblioth. Patrum p. 1109.) memorat tres Anachoretas, indutos collobiis de Sibino. Capitis huj. textum Gr. dedit Cotelerius Monum. t. ii. p. 403., sed verba allata ibi desunt. Idem Moschus c. cxxiii. εὗρον αὐτόθι γέροντα φοροῦντα ἀπὸ σεβίνου κολλόβιον. Paulus Monachus Collect. l. i. ap. Meurs. Gloss. Græcobarb. v. Σεβένινον, οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ὁ ἀββᾶς Παμβῶ, (quod nom. est Æg.) παλαιὰ πολύῤῥαφα ἐφόρουν, καὶ σεβένινα, νῦν δὲ πολύτιμα φορεῖτε. Occurrunt hæc eadem in Apoththegmatibus Patrum. V. Cotelerii Monum. t. i. p. 491. Unde patet, Monachos in Æg. ex illa palmæ cortice, quæ erat in arboris summitate, sibi vestimenta confecisse. Inde, ut obiter id moneam, nom. videtur accepisse regio quædam super. Ægypti Tabenne, cuj. incolæ Tabennesiotæ. Palladius Hist. Laus. de Tabennesiotis p. 89. ed. Meurs., Ταβέννησίς ἐστι τόπος ἐν τῇ Θηβαΐδι οὕτω καλούμενος. Ubi non inepte Meursius corrigit, Ταβέννη τίς ἐστι τόπος, ex Sozomeno iii. 13., et Nicephoro ix. 14. Videtur namque Ταβέννη dicta fuisse ⲦⲀⲂⲈⲚⲒ regio palmarum propter Monachos, qui ex palmis victitabant, et omnia, quibus utebantur, ex iisdem conficiebant. Alia dicentur inf. v. Ταβέννη. [" Σεβένιον, Id corticosum quod in summa palmula enascitur: ut v. l. exponunt ex Hesych. Adduntque, hac voce usum esse Archigenem ap. Galen. κατὰ τόπους, l. ii. (p. 183. s. 348.) Dici autem et ἐλάτην, necnon σπάθην, in palma, i. e. περικάλυμμα, fructus palmæ florentis adhuc involucrum, atque ἀμφίεσμα, Galeno, De simpl. l. viii., necnon Diosc. (i. 150.)" H. St. Vide J. A. Saraceni Schol. ad Dioscor. p. 22. Salmas. in Solin. p. 290. d. 934. d. Foës. Œcon. Hippocr. " Integumentum fructus palmarum σεβέννιον vocabant; unde σεβέννινα πλέγματα," Salmas. l. c. p. 290. • Σεβέννινος, quod in Schneideri Lex. desideratur, exstat in Paulo Monacho l. c. et in Joanne Carpathi Episc. in Narrat. de Monachis MSS. ap. Du Cang. Gloss. ad Scriptt. M. et I. Gr. Edd.]

• Σεβρῖται. Advenæ. Ita hæc vox[3] scribitur in ed. Strabonis Casaub., xvi. p. 530. (1115.), Ἡ δ' ἐν βάθει τούτων χώρα, Τηνεσὶς λέγεται· ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ παρὰ Ψαμμιτίχου φυγάδες Αἰγυπτίων· ἐπονομάζονται δὲ Σεβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες. Et xvii. p. 541. (1134.), ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες, οἱ ἀποστάντες ἐπὶ Ψαμμιτίχου, καλοῦνται δὲ Σεβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες.[4] Ad quæ verba posteriora in margine hæc nota adjecta est. 'Scripti Σεβρῖται. Vulgo Σεμβρῖται.' Et hæc tamen posterior lectio videtur præferenda. Sed et huic prætulerim lectionem, quæ Codices Plinii occupavit vi. 30., Insula in Nilo Semberritarum, reginæ paret. Unde veram hujus vocis signific., ut puto, expiscari potui. ⲂⲈⲢⲒ enim vox tritissima novum significat, ϬⲒ vero capere, accipere. Erit igitur ϬⲒⲘ̀ⲂⲈⲢⲒ, simberi, qui nova capit, puta novas sedes, uno verbo novus Colonus, vel simpliciter Colonus, qui novam regionem occupat. Et vero Strabo ait, vocem hanc signif. ἐπήλυδας, advenas. Quantum ex collatione Strabonis cum Plinio colligere potui, insulæ ipsi in Nilo sitæ nom. erat Τηνεσὶς, s. Τενεσὶς,[5] et forte etiam Semberris. Saltem insulæ ejus incolæ dicti, Semberritæ, quod et Strabo et Plinius testantur. Tenupsin vero Plinii diversam esse a Tenesi ap. Strab., etsi aliud videbatur Casaubono, res ipsa docet. Insulæ autem Semberritarum caput erat Sapon, idem fere significans, quod Semberris. V. quæ ad voc. Sapon sup. p. 263, 4. monuimus.

• Σεθῶν. Nom. regis Æg., de quo Herod. ii. 141. mirabilia narrat, sed minus vera. Nolo hic repetere, quæ de Sethone, Vulcani sacerdote et rege Æg., atque de isto Historici loco monuerunt Perizon. Origg. Æg. xiii. et Vitringa in Comment. in Ies. t. i. p. 318. 551, 2. t. ii. p. 331. Adde Vignolii Chron. S. t. ii. p. 315. qui tamen cum Usserio aliisque non eadem sentit. De orig. nominis Σεθῶν seu Σέθων Æg. non audeo quidpiam statuere, ne videar forte literarum similitudini nimium tribuere. Nota ceteroquin est vox ⲤⲎⲦ, de qua deinde dicetur. Quamvis autem reges Æg. sibi frequenter nomina deorum sumerent, valde tamen ambigo, an quispiam eorum de Typhone, malo genio, voluerit appellari.

Σείστρον. V. infra v. Sistrum.

• Σελέψιον. Urtica. Append. Dioscor. iv. 94. p. 469.

• Semberritæ, iidem qui Σεβρῖται. V. dicta ad h. v. p. 276.

• Σεμέθ. Cardamon. Nasturtium. Videantur Append. Dioscor. ii. 185. (p. 446, ubi Σέμεθ) et Apul. de Herbis c. xx. Sed ibi Cod. Voss. in Bibl. Leid. exhibet Sem.

• Σεμενουθί. Hunc titulum libro cuidam suo Ægyptiacum præfixit Horapius, cuj. sic meminit Theophilus ad Autolyc. ii. §. vi. p. 92. ed. Wolf., ὡς μέμνηται Ἀπολλωνίδης, ὁ καὶ Ὡράπιος ἐπικληθεὶς, ἐν βίβλῳ τῇ ἐπιγραφομένῃ Σεμενουθί. Ad q. l. J. Fellus, Episcopus quondam Oxon. in edit. sua adnotaverat, uti Wolfius retulit, semenouthi in ling. Æg. denotasse librum Deorum: qua obs. nihil esse verius puto. Nam certe ϪⲰⲘ Æg. est liber, ut in ipso Evangelii Matthæi initio. ⲠϪⲰⲘ Ⲙ̀ⲘⲒⲤⲒ, βίβλος γενέσεως. ⲚⲞⲨϮ porro est Deus, et in plurali Dii. Erit igitur ϪⲰⲘⲚ̀ⲚⲞⲨϮ, somennuthi, Æg. liber Deorum. In illo vero libro de Diis et Dæmonibus Æg., deque eorum cultu, ac de antiquissimis temporibus disputatum fuisse, Theophilus non obscure indicat.[6]

• Σεμεόν. Lychnis coronaria. Append. Dioscor. iii. 114. p. 457.

• Σεμεών. Gnaphalion. Append. Dioscor. iii. 132. p. 459.

• Semmeor. Chamæleon. Apul. de Herbis c. xxv., ubi MS. Voss. legit Semneor. Auctor Arabs Vaticanus, ap. Kircher. in Œdipo t. iii. p. 72., samur habet. In Append. Dioscor. iii. 12. p. 452. observatur, Crocodilion, quod figuram habet chamæleontis nigri, quodque chamæleon etiam vocatur, Æg. dici Σεσενεόρ.

Σεμνεῖον. Voc. hanc sermoni Æg. suam debere originem, mea conjectura est. Philo in lib. de Vita Contemplativa, Therapeutarum instituta et vivendi rationem edisserens, scribit, unumquemque eorum habere ædicu-

[1] Intelligere sibi videbatur D.W. Triller. Obs. Crit. p. 465., opinatus, voc. Æg. ⲤⲂⲰ apposite respondere Hebraicæ שׂבע sba seu sbo, saturitas, a v. שׂבע satiari. Assolet Medicus eruditus Ægyptiaca alia ex Hebræis illustrare. E. g. ζύθος, de qua sup. p. 76. ac seq., etsi vox Æg., magnam tamen habere affinitatem p. 198. opinatur cum שׁתה, unde שׁתי compotatio et שׁתיה potus.

[2] Sæpius Σεβέννιον sive Σεβένιον in libris veterum Medicorum inveniri, docent H. Steph. et Foës. Cf. Alberti ad Hesych. v. Σεβέννιον. Originem vocis Græcam aut ignorant, aut certe tacent omnes; de Æg. cf. Scholtzius in Repert. f. B. u. M. Lit. xiii. p. 13.

[3] A Ptolemæo l. iv. c. 8. p. 114. appellantur Σεβρίδαι, et ab Agathemero, qui eundem in recensendis Æthiopum populis, quem ille, servavit ordinem, Σεβρίδαι, Geogr. ii. 5.

[4] Iisdem verbis hæc leguntur in Eratosthenis Πηγαῖς τοῦ Νείλου, a Jo. Fello post Aratum editis p. 43., qui in notis monet p. 45., totum hunc loc. ex Strabone decerptum esse.

[5] In Cod. MS. Strabonis Mediceo, ut notavit A. Gronovius, legitur p. 1115. Τηνεσίς. Idem ille Codex præbet p. 1134. Ψαμμιτίχου, sed in loco altero Ψαμμιτίχου. De qua scripturæ varietate notavit Wesseling. ad Diod. xiv. 35. et Herod. i. 105.

[6] Repetiit hæc Scholtzius in Repert. f. B. und M. Lit. xiii. Th. s. 13, 14.

lam, quæ vocatur Σεμνεῖον. Verba ej. sunt p. 893.: Ἑκάστῳ δέ ἐστιν[1] οἴκημα ἱερὸν, ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον. Vox hæc Græcis eo sensu familiaris non est. Nam cum Hesych. vocab. hoc ita exponit, Σεμνεῖον· οἶκος ἱερὸς, videtur ob oculos habuisse illa ipsa Philonis verba, quæ citavimus. [Cf. Phavor.] De Suida vero nullum est dubium, qui Σεμνεῖον interpretatur μοναστήριον. Sed quæ ap. eum eod. artic. sequuntur pluscula, ex illo Philonis libro decerpta esse, dubio caret.[2] Vox itaque illa vix[3] alibi, quam ap. Philon. illo sensu reperiunda est. Describit autem mores et instituta hominum, qui in Æg. vitam agebant. Ac præterea suspicor, Philonem in illo lib. longe plurima, quæ Therapeutis suis tribuit, ex institutis sacerdotum Æg. depromsisse: quod verum esse, non difficulter concedet, qui librum illum Philonis cum descriptione vitæ sacerdotum Æg. quam ex Chæremone protulit Porphyrius de Abstin. iv., p. 306. sq., conferre dignatus fuerit. Habebant etiam illi sacerdotes suas ædiculas, in quibus Astronomiæ et aliis disciplinis vacabant. Et illas quidem ling. Æg. vocatas fuisse ⲤⲈⲘⲚⲒ, semni, non citra omnem rationem mihi persuadeo. ⲤⲈⲘⲚⲒ, certe σκήνωμα, aut habitationem Æg. significat. Ps. cii. 28., ubi in Gr. est, οἱ υἱοὶ τῶν δούλων σου κατασκηνώσουσι, Copt. interpr. illam sententiam ita expressit, ⲚⲒϢⲎⲢⲒ ⲚⲦⲈ ⲚⲈⲔⲈⲂⲒⲀⲒⲔ ⲈⲨⲈϢⲰⲠⲒ ϦⲈⲚ ⲞⲨⲤⲈⲘⲚⲒ, erunt in habitationibus. Videtur autem vis illius vocis esse, ut significet non amplas domos et ornatas, sed locum, ubi quis pedem suum figere potest. ⲤⲈⲘⲚⲈ enim est firmare. Hinc ⲤⲈⲘⲚⲒ locus, qui firmum præbet domicilium, aut ubi quis pedem firmum figere potest. In Scala Magna, s. Nomenclatore Copt. Arab., ap. Kircher. in Ling. Æg. restit. p. 94., legitur, ⲠⲒⲤⲈⲘⲚⲒ. Quies, cessatio. ⲠⲒⲤⲈⲘⲚⲒ idem videtur esse, quod Gr. κατάλυμα. Hinc usurpatur etiam de ὑποποδίῳ, scabello, s. loco, in quo quis pedem collocare, et quiescere potest. Ita Matt. v. 35. verba ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ interpr. Æg. reddidit, ⲬⲈ ⲪⲘⲀⲚⲤⲈⲘⲚⲒ ⲚⲦⲈ ⲚⲈϤϬⲀⲖⲀⲨⲜ ⲠⲈ. Sic et Ps. xcix. 5. προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, interpr. Copt. vertit, ⲞⲨⲰϢⲦ ⲘⲪⲘⲀ ⲚⲤⲈⲘⲚⲒ ⲚⲦⲈ ⲚⲈϤϬⲀⲖⲀⲨⲜ. Colligitur ex his, ⲤⲈⲘⲚⲒ esse domicilium, sed frugale, ad solam necessitatem comparatum, κατασκήνωμα, quale describit Philo, et sacerdotibus Æg. tribuitur. Eod. nomine vocantur tentoria, Ps. lxxviii. 51. Vero non ita dissimile videbitur, ab hoc nomine etiam nom. Nasamonum posse derivari. Erant hi Cyrenæorum vicini, ut veteres Geographi[4] memoriæ prodiderunt. Videntur illi, ut alii illius tractus populi, in tentoriis habitasse, et inde nom. traxisse. Namque ⲚⲀⲤⲈⲘⲚⲒ dici possunt homines tentoriorum, vel in tentoriis, aut in exiguis frugalibus habitationibus, degentes. Ap. Polluc. commemorantur Λίβυες οἱ σκηνῖται, iv. c. 10. segm. 74. Et Hebræis aliqua regio Africæ eadem de causa dicitur סכות Succoth, 2 Chron. xii. 3. Gr. interpretes hic verterunt Τρωγοδύται, vel, quod idem est, Τρωγλοδύται, ita dicti, quod in speluncis habitarent. V. Schindleri Lex. Pentaglot. p. 1215, 16., et inprimis Bocharti Geogr. S. P. I. l. iv. c. 29.[5] Sunt igitur סכיים Hebr. ii, qui Gr. Σκηνῖται. Quod utrumque exprimit Æg. ⲚⲀⲤⲈⲘⲚⲒ, Nasemni. Gr. flexerunt in Νασαμῶνες. Ceterum nemo miretur, Nasamonum nom. a me ex sermone Æg. exponi, quod adeo absurdum non est, cum plerarumque illarum gentium notitia per Ægyptios pervenerit ad Græcos. Eod. modo rem instituit Bochartus, qui harum gentium nomina ex lingua Æg. explicanda esse censet Geogr. P. I. l. iv. c. 30., ubi sub finem capitis hanc rationem addit: Saltem ex Herodoto constat, plerosque Libyæ incolas ad Tritonidem usque amnem Ægyptiis usos moribus, cum multo aliter viverent, qui trans Tritonidem degebant.

* Σεμοῦρα. Lychnis sylvestris. Append. Dioscor. iii. 115. p. 457.

* Σεμφρουκράτης. Nom. regis Theb. in Æg., quod Eratosth. interpretatur ὅ ἐστιν Ἡρακλῆς Ἀρποκράτης, ap. Euseb. Chron. Gr. p. 22. Facile intelligitur, nom. hoc compositum esse ex duobus nominibus Numinum Æg., Σὲμ et Φρουκράτης. Σὲμ est illud numen, quod Gr. interpretantur Ἡρακλέα, Herculem, etsi in scribendo Æg. nomine ap. auctores Gr. aliqua deprehendatur varietas. V. v. Χών. Φρουκράτης porro est illud numen, quod appellari solet Harpocrates. In Anthol. L. ii. c. 22. Epigr. 4., vocatur *Ἀμφικράτης. [Cod. Vat. Ἀλφικράτη. Jacobs. edidit Ἀρποκράτην. Edd.] Ἦν τιν' ἔχῃς ἐχθρὸν, Διονύσιε, μὴ καταράσῃ Τὴν Ἶσιν τούτῳ, μηδὲ τὸν Ἀμφικράτη. Hic vocatur Φρουκράτης. V. v. Arpocrates p. 38., et Vignolii Chron. S. t. ii. p. 758.

* Σεμφώς. Vide infra v. Πεμφώς.

* Σεναῦφις Δεύτερος. Ita Eratosth. in Catal. regum Thebæorum ap. Euseb. Chron. Gr. p. 21. ⲤⲚⲞⲨϮ in Copt. libris duos significat. ϮⲤⲚⲞⲨϮ et ϮⲘⲀϨ ⲤⲚⲞⲨϮ secunda, δευτέρα. Nam utrumque occurrit. ⲤⲚⲞⲨϮ etiam construitur cum nominibus mascul. generis ⲘⲠⲒⲀⲂⲞⲦ ⲤⲚⲞⲨϮ, Ex. xvi. 1. ⲤⲚⲀⲨ secundus, vel uti vulgo exprimitur ⲠⲒⲘⲀϨ ⲤⲚⲀⲨ. Sed ⲤⲚⲀⲨ, et cum nota mascul. generis ⲠⲒⲤⲚⲀⲨ, tantumdem valet, quantum ⲠⲒⲘⲀϨ ⲤⲚⲀⲨ, sicuti ϮⲘⲀϨ ⲤⲚⲞⲨϮ et ϮⲤⲚⲞⲨϮ æquipollent. Nihil vero impedit, quominus ex analogia linguæ Æg. ⲤⲚⲞⲨϤ vel ⲤⲚⲀⲨϤ adjecta in fine litera Ϥ, nota generis mascul., dicatur δεύτερος, secundus, quemadmodum adjecta Ϯ nota fœmin. generis ⲤⲚⲞⲨϮ frequenter admodum dicitur δευτέρα. Ita occurrit 2 Cor. viii. 10. et ix. 2., ubi ⲒⲤϪⲈⲚ ⲤⲚⲞⲨϤ pro ἀπὸ πέρυσι ponitur. ⲤⲚⲀⲨϤ vero vel ⲤⲚⲞⲨϤ euphoniæ causa a Græcis vix aliter efferri potuit, quam per Σεναῦφις. Idque re ipsa δεύτερον sonat. Qua de causa autem regi huic nom. δευτέρου inditum fuerit, prolixe disquirere operæ pretium non censeo. Ap. Romanos cognom. Secundi non infrequens fuisse, satis omnibus constat. Et ap. Græcos forsitan reperientur Δεύτεροι, etsi tamen hujusmodi nominis nunc non meminerim. Eratosth. vero celebrem inter antiquos Polyhistorem B, i. e. secundum, cognominatum fuisse, cum in disciplinis omnibus secundas partes tenuisse videretur, a veteribus memoriæ proditum legimus. V. Epitome Strabonis L. i. p. 5. (t. ii. Geogr. min. Huds.) et Marcianus Heracleota in Periplo, p. 63. (t. i. ejusd. operis.) Sed quæ fuerit causa, ob quam rex Æg. tale nom. acceperit, Eratosth. ipse non explicuit; quare conjecturis incertis indulgere desino. Non possum tamen dissimulare, Marshamum, qui ex Syncello Catal. Eratosth. in Canonem suum Chronicum transtulit, nom. illud regis Æg. p. 20. ex-

[1] Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ ἱερὸν κ. λ. legitur in edit. Mangeij t. ii. p. 475.; et ap. Euseb. H. E. ii. 17., Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ ἐστὶν οἴκημα ἱερὸν κ. λ.

[2] Cf. Kuster. ad Suid. v. Σεμνεῖον.

[3] Voc. Σεμνεῖον, quantum novi, Græci veteres ignorarunt. Hesych. et Suid. eandem e Philone habuisse videntur. [Phot. Bibl. p. 276., ubi μοναστήρια καὶ σεμνεῖα, e Philone, notante Albertio. Cf. H. Steph. Thes. iii. p. 753. c. "Philo usurpat de loco, in quo monachi τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦνται, quod et μοναστήριον. Suidas: Σεμνεῖον· τὸ μοναστήριον, ἐν ᾧ μονούμενοι οἱ ἀσκηταὶ τὰ τοῦ σεμνοῦ βίου μυστήρια τελοῦσι. Methodius in Chronico: Μάρκος ὁ εὐαγγελιστὴς πολλὰ μοναστήρια συνεστήσατο, ἅπερ σεμνεῖα τότε προσηγορεύθησαν. Balsamon ad Can. xii. Consilii ii. Nicæni p. 519.: Ὥσπερ ὁ δημόσιος οὐ πολυπραγμονεῖται ὑφ' ἑαυτοῦ, οὕτως οὐδὲ τὰ ἱερὰ σεμνεῖα ἢ ἡσυχαστήρια, μοναστήριά τε, καὶ λοιπὰ ὑπό τινος τῶν τοῦ δημοσίου φροντιστῶν ἀνακριθήσεται." Suicerus Thes. Eccles. "Ehrwürdiger geheiligter Ort-Tempel, besonders Tempel der σεμναὶ Θεαί, d. i. Furien." Schneiderus Gr. Germ. Lex. Edd.] Ab Alexandrinis propagata est, ut vocabula Ecclesiastica plura, ad Christianos alios, commemorantes σεμνεῖα, i. e. monasteria, sed alio sensu, quam hodierno. V. Suicerum t. ii. Th. Eccl. p. 947, 8., et Bingham. V. iii. Orig. Eccl. p. 136.

[4] Strabo xvii. p. 1193—95., Steph. Byz. v. Νασαμῶνες, ibi Berkelius et Holstenius. Junge Oudendorp. ad Lucanum ix. 439.

[5] Dissentit Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1748, 49.

pressisse Sensaophis: unde conjicio in Syncello[1] nom. illud ita legi Σενσαῶφις, quod forte non de nihilo est. Quodsi res ita se habeat, legendum putaverim Σενεσαῶφις, vel Συεσαῶφις, quorum posterius voc. Æg. ϬⲚⲈ ϪⲰϤ exacte refert, prius euphoniæ Gr. consulit. Est autem ϬⲚⲈ ϪⲰϤ, ut vocab. hoc explicem, qui alii cuipiam subjectus est. ϬⲚⲈ ϪⲰ Æg. dicitur, subjicere se, vel subjici et subjectum esse, proprie caput alicui flectere vel inclinare, quæ locutio, ex ritu Æg. antiquo, ut videtur, orlunda, in Copt. libris est frequentissima. E. g. Ps. xxxvii. 7. ⲘⲀϬⲚⲈ ϪⲰⲔ ⲘⲠϬⲤ, inclina caput tuum Domino, i. e. uti Gr. habet, ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ, subjice te Domino. Ps. xlvii. 3. ϨⲀⲚⲖⲀⲞⲤ ⲀϤⲐⲢⲞⲨϬⲚⲈ ϪⲰⲞⲨ, ⲚⲀⲚ, fecit ut populi nobis capita sua inclinarent, ubi in Gr. est, Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, subjecit nobis populos. Coloss. iii. 18. ⲚⲒϨⲒⲞⲘⲒ ⲘⲀⲢⲞⲨϬⲚⲈ ϪⲰⲦⲈⲚ ⲚⲚⲈⲦⲈⲚϨⲀⲒ, mulieres inclinetis capita vestra (subjectæ sitis) maritis vestris. Erit igitur Σενεσαῶφις, ϬⲚⲈ ϪⲰϤ, qui caput suum inclinat, qui alii cuipiam est subjectus. An forte Rex ille nom. istud ex eo accepit, quod, etsi regium nomen servaret, alius tamen cujusdam imperia pati cogeretur, et cum nomine esset primus, re ipsa tamen, auctoritate et potestate secundus esset? Dispiciant alii.[2]

* Σενδιονώρ. Sideritis, Heraclea. Append. Dioscor. iv. c. 33. p. 464. Cf. Plin. xxv. 5. Cum herba hæc Gr. dicatur Ἡράκλεια, quæ Æg. Σενδιονὼρ audiisse traditur, in hac voce reperiuntur vestigia nominis Æg. Herculis, a quo herbam hanc Gr. denominarunt. Æg. habuerunt numen, quod Sem, vel Som, vel Chon Gr. efferri solet, quodque ipsi Herculem interpretantur. Vide inf. v. Χών. Huj. nominis vestigia apparere in Sendionor, unusquisque videt.[3] Confirmari hoc ex eo potest, quod, sicut annotavit auctor append. ad Dioscor., Prophetæ s. Magi Sideritin vocare soliti fuerint γόνον vel αἷμα Τιτάνου, ubi legendum videtur Τιτάνων, Titanum, i. e., gigantum, quos creditur Hercules interemisse, cum cœlo propugnaret, teste Macrob. Saturn. i. 20. Obiter notabo, voc. Σενδιονὼρ videri melius convenire lapidi, quem etiam vocant ἡρακλεώτην et σιδηρίτην, quia ferrum ad se attrahit. V. Ælian. H. A. x. 14. Namque in Σενδιονὼρ non modo occurrunt vestigia nominis Σὲμ, Herculis, verum et ϢⲎⲒ, quomodo Æg. lapidem passim nuncupant. Occurrunt etiam hac in voce vestigia Hori, in ωρ, ubi nota, quæ Plut. habet de Is. et Os. p. 670. ed. Steph. τὴν σιδηρίτιν λίθον, ὀστεον Ὥρου καλοῦσι. Verum hisce diutius non immorabor.

* Senites est genus Iaspidis, sic appellatum in Æg., ut testatur Plin. xxxvii. 9. Ratio denominationis me prorsus latet. [Harduinus legit Tenites. Edd.]

Serapis, vel uti Gr.[4] efferunt, Σάραπις, numen Æg. maximum et sanctissimum, cuj. tamen, ante Alexandri M. tempora, scriptores Gr. et Romani mentionem non faciunt. Sunt, qui existiment, deum hunc esse advenam, et a Ptolemæo demum, sive is fuerit Lagides, sive ex posteris quis alius, una cum sacris, e Sinope Pontica in Ægyptum delatum fuisse. Hanc præcipue ob causam operæ pretium esse duxi, in origines huj. numinis, in ej. sacra, eorumque veram rationem, ac denique in nom.[5] accuratius inquirere. Vix nunc habeo, quæ addantur dictis in Panth. Æg. l. ii. c. 5. et l. iv. c. 3. [" Σάραπις, Persica tunica: v. in Σαράγης. Fuit et Deus quidam Æg. dictus Sarapis. Quinctiam Platonis cognomentum fuisse perhibetur." H. St. Vide Suidam in voce. Hesych. v. Σάραπις: Καλεῖται δὲ καὶ ὁ Πλάτων οὕτως. " Forte scrib. καλεῖται δὲ καὶ ὁ Πλάτων, Σαράπους. V. Diog. Laert. in Pittaco p. 55. E quo loco apparet, non Platonem, sed minorem Pittacum Σαράποδα dictum, vel Σάραπον, διὰ τὸ πλατύπουν εἶναι, unde πλάτων dici potuit." Valesius. " Scripserat Hes. ὁ Πλούτων. Plut. de Is. et Os., οὐ γὰρ ἄλλον εἶναι Σάραπιν, ἢ τὸν Πλούτωνά φησι: eadem legas ap. Cyrill. contr. Julian. p. 361." Menag. in D. Laert. iii. 5. p. 137. a. Edd.

[* Σαραπιεῖον. s. * Σαραπεῖον, Templum, in quo Sarapis colebatur. Schneiderus in Lex. hoc vocab. habet, sed nulla stabilivit auctoritate. Vox occurrit ap. Eunap. de Vit. Philos. p. 74. ed. 1568.: Τῷ τε Σαραπείῳ κατελυμήναντο, καὶ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπολέμησαν: iterum p. 74., Τοῦ δὲ Σαραπείου μόνον τὸ ἔδαφος οὐχ ὑφείλοντο. Edd.

[* Σαράπιοι. Hesych.: Σαραπίους· τὰς μαινίδας. Περγαῖοι. Jensius pro μαινίδας recte, ut videtur, reponit μαινάδας. Edd.

[* Σαραπιὰς s. Σεραπιὰς an huc pertineat, viderint alii. " Σεραπιάς, άδος, ἡ, Herba, quam et ὄρχιν et τρίορχιν appellari scribit Paulus, iv. 25. Aëtius vero, l. xv. in descriptione emplastri διὰ σεραπιάδος, duo nomina simul conjunxit, σεραπιάδα τρίορχιν appellans. Gorr. Quidam porro codd. σαραπιάδα habent, cum α in prima quoque syllaba." H. St. Dioscor. iii. 142.: Ὄρχις ἕτερος, ὃν Σεραπιάδα ἕτεροι, ὡς καὶ Ἀνδρέας, διὰ τὸ πολύχρηστον (πολύσχιστον) τῆς ῥίζης. Cf. Plin. xxvi. 10. Sprengelio Hist. Rei Herb. p. 189. est Orchis Morio. Edd.]

Serin. De intybo ita Plin. xx. 8. " In Æg. Cichorium vocant, quod sylvestre sit. Sativum autem Serin, quod est minus et venosius." De seride v. Dioscor. ii. 160, ubi Appendix p. 446. hæc habet: οἱ δὲ πικρίδα, Αἰγύπτιοι ἄγον, Ῥωμαῖοι ἰντιβοὺμ ἀγρέστεμ. Wilkins. Diss. de ling. Copt., post adductum Plinii locum hæc addit p.

[1] In ed. Georgii Syncelli Paris. p. 104. et Veneta p. 83. legitur Σινσαῶφις. Nec discrepat Cod. MS., quem sua in Bibliotheca asservat mihique utendum concessit J. Meerman, haud magis nobilitate generis et honoribus, quam præclara eruditione perillustris.

[2] Cf. quæ dedit Jabl. in Vignolii Chron. 8. t. ii. p. 751.

[3] Eandem obs. repetiit Jabl. l. c. p. 739.; sed quam eruditos omnes assensu suo comprobaturos, vix opinor.

[4] Nec Romani semper Serapis scribebant, nec Græci Σέραπις. In lapidibus literatis ap. Reines. Cl. 1. n. 137., SARAPI ISIDI, Gruter. xxii. 7. 9. SARAPIDI, Gudium xlix. 10. ISIS SARAPIS, Murator. lxxiv. 3. ISI SARAPI. Marmora Gr. sæpius præbent Σέραπις. In antiquis inscriptt. ap. Sponium Misc. Erud. Antiq. p. 340 et 356., quam posteriorem repetiit Murator. cxxiv. 3., ubi Isis et Σέραπις commemorantur, Donium p. 22., Murator. lxxv. 1., in cuj. epigr. versu penult., pro ΠΡΕΣΒΙΣ ΤΗΝ ΜΑΚΡΩΝ κ. λ. leg.

(ΟΥ)

ΠΡΕΣΒΙΣ ΤΩΝ ΜΑΚΑΡΩΝ ΟΛΥΜΠΩΣ ΣΚΗΠΤΡΟΝ ΕΧΟΥΣΑ,

censuit J. H. Hultman in notis MSS., exemplo meo Muratoriano adjectis. In Museo Soc. Scient. Zeelandicæ servatur gemma perantiqua, cui inscriptum, ΕΙΣ ΖΕΥΣ ΣΕΡΑΠΙΣ. Nec desunt exempla in libris Gr. Pausanias, qui passim alibi Σάραπις, in Corinthiacis p. 193. scribit Σέραπις. Norunt omnes Σεραπεῖον. An quis umquam dixerit Σαραπεῖον, non jam mihi redit in memoriam. [* Σαραπεῖον bis occurrit ap. Eunap. de Vit. Philos. p. 74. ed. 1568. Zonaras p. 1631.: Σαραπεῖον· τὸ τῆς Σαράπιδος ἱερόν. Schneiderus in Lex.: " Σαράπις, ιδος, ὁ, Σαραπιεῖον, s. Σαραπεῖον, τὸ, Serapidis templum." Herodian. ap. Hermann. Gramm. Gr. p. 307.: Ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες Σεραπεῖον, ὡς Ἀσκληπιεῖον· οὐ γάρ ἐστιν ὅμοιον· ἔθει Ἀσκληπιεῖον μὲν εὑρῦμεν, Σεραπεῖον δὲ οὔ, ἀλλὰ * Σεραπίδειον λόγῳ τοιούτῳ· ὅσα ἐπὶ τῆς γενικῆς διὰ τοῦ δος κλίνονται, ταῦτα καὶ ἐπὶ τοῦ κατηχητικοῦ σχήματος τὸ δ φυλάξει. Ἔστιν οὖν Σέραπις, Σεράπιδος, διὰ τοῦτο καὶ * Σεραπίδειον εὑρῦμεν καὶ Ἶσις Ἴσιδος· * Ἰσίδειον οὖν εὑρῦμεν, ὡς καὶ Εὐριπίδης ἀπὸ τῆς Θέτιδος * Θετίδειον εἶπε· Θετίδειον αὐδᾷ. " Codex, ut edidimus, κατηχητικοῦ, sine accentu. Sponte se offert κατηχητικοῦ: quanquam eo magis de huj. verbi usu dubitari potest, quod vix alibi occurrit. (Bastius, quem vide, ad Gregor. Cor. p. 651. bene reponit κτητικοῦ.) Euripides Androm. v. 19.: Θεσσαλὸς δέ νιν λεὼς Θετίδειον αὐδᾷ, θεᾶς χάριν νυμφευμάτων. Hinc codicis scriptura corrigenda. Præterea etiam et Σεραπίδειον et Ἰσίδειον scribendum. Ac sane hoc rectius formatum quam * Ἴσειον, unde * Ἴσεια, festi Cereris dies, quum ap. alios, tum ap. Diod. Sic. i. 14., ubi vide Wesseling. Ἀσκληπιεῖον, in Cod. properispomenon est; ap. Suid. in Ἀσκληπιάδης proparoxytonon." Hermann. Edd.] Atque hæc eo pertinent, ut intelligatur, non sine fide codicum antiquorum ac bonorum aut Sarapis in libris Lat. protinus mutandum esse, aut Σέραπις e contextu Gr. ubique ejiciendum. Cf. Ernesti ad Tacit. Hist. iv. 81. In amuleto plumbeo est quoque ΕΙϹ ΖΕΥϹ ϹΕΡΑΠΙϹ, ap. Zoëga l. c. p. 174.

[5] De nominis origine multi multa, etiam Plut. de Is. et Os. optime monens p. 559. ed. nov., peregrinum esse, non Gr. E sententia Jabl. pt. ii. Panth. p. 255,6., Serapis dicebatur Æg. ϪⲎⲢ—ⲎⲠⲒ Sar-api, tanquam columna, in qua gradus Nili adscendentis accurate distingui et explorari possunt. Adjungam verba Zoëgæ ad Num. Æg. Imp. p. 80, 81.: " Si post tot, quæ parvo sane cum fructu e vocabulorum etymis disputavit Jablonskius, novam vocis Serapidis originem proponere licet e vernaculo Æg. sermone petitam, conjicio deum mortuorum veteribus dictum fuisse ⲀϪⲰⲢⲀⲠⲒⲤ, i. e. Patrem sive dominum tenebrarum: unde factum aliis Sarapin, aliis Theraphin nemo mirabitur, qui ad peregrinarum vocum consuetam corruptionem animum advertere solitus fuerit. Si vero ita, Sarapis vel Serapis nomen est Osiridis, qui a Babye cæsus descendit ad inferos."

110.: Hodie ap. Coptos ⲤⲈⲢⲒⲚⲞⲨ vocatur, et Petroselinum denotat. In Scala Coptica Kircheri legitur p. 196. ⲠⲒⲀⲚⲎⲚⲞϢⲈⲢ Endivia (vel intybus) Sylvestris. [" Σέρις, εως, ἡ, Intybi genus, s. cichorii. Columella viii. 14. docet anseribus serendum esse genus intybi quod Græci σέριν appellant. Leg. Dioscor. (ii. 160.) qui et accus. σέριδα habet." H. St. Sprengelius Hist. Rei Herb. p. 185.: " Cichorium Intybus, σέρις ἀγρία θριδακωδεστέρα, Dioscor. ii. 160.: Cichorium Endivia, σέρις κηπευτὴ στενόφυλλος, ib." Didymus in Geoponicis xii. 28.: Σέρεις (ita legendum, auctore Salmasio, pro σέρις, ut Niclas edidit), τουτέστι τρώξιμα ἐν ὄξει βαπτόμενα καὶ ἐσθιόμενα στομάχῳ κατάλληλα. " Acetariorum nom. proprium factum τῶν σερίδων, quæ τρώξιμα Græcis appellata sunt. Glossæ: Acetaria. τρώξιμα. Aliæ Glossæ capite de oleribus: Atriplex. ἀδράφαξ. Escaria. τρώξιμα. Intelligit σέριδας. Aliud Glossarium: Τρώξιμα· λάχανον, acetaria. Glossæ nostræ ἀνέκδοτοι distinguunt τρώξιμα ἀπὸ τῶν σερίδων, et σέρεις vertunt intyba, τρώξιμα vero escaria, quod in aliis etiam editis habetur. Sed scaria vocantur pro escariis in antiquissimo Cod.: Τρώξιμα· scaria. Inde hodieque scariola vocamus intyba erratica et agrestem serim. Inde troximel Arabibus intybum sylvestre. Sic escaria et acetaria eadem, quæ Gr. τρώξιμα et σέρεις. Quæ coctæ edebantur et aceto intingebantur ad stomachum bonum faciendum, ut testis est Dioscorides. Itaque acetaria non tantum de crudis oleribus, sed etiam de coctis dicta, quæ ex aceto edi mos erat. Atqui hæ sunt σέρεις, quæ proprie appellata acetaria. Sed cruda etiam mandebantur, et propterea appellata acetaria. Nam et Plin. diserte dicit acetaria in herbis appellari, quæ absque ignis opera semper essent parata." Salmas. in Solin. p. 898. Edd.

[Suidas: Σέρρεις· εἶδος λαχάνων, τὰ παρ' ἡμῖν Σείρικα λεγόμενα, αἱ πικρίδες παρ' ἄλλοις, ἢ μᾶλλόν τ' ἀληθέστερον εἰπεῖν, Μακεδονήσια. " Alii σέρεις per simplex ρ," Kust. De v. * Μακεδονήσια, seu potius * Μακεδονίσια, silent H. Steph. et Schneiderus. Μακεδονίσιον autem est, herbæ genus, Itali vocant Apium Macedonicum; Græcis veteribus * σμυρνίον et Μακεδονικὸν σέλινον." Achmes cap. ccvi.: Εἰ δὲ ἴδη ὅτι ἤσθιε σέλινον, ἢ μακεδονίσιον, εἰ μὲν νοσεῖ, εὑρήσει ὑγείαν, εἰ δὲ μὴ, εὑρήσει μέτριον ἀγαθόν. Myrepsus de Antidotis cap. xxvii., Ἀδιάντου, μακεδονισίου, γρανοσόλου. Hesych.: Ἀβαρύ· ὀρίγανον, μακεδονίσια. Sic glossam citant Meurs. et Car. Du Fresne in Glossar. Vulgo Μακεδονία. Alias simpliciter Μακεδόνες legi posset, notante Albertio. Certe de Macedonica dialecto intelligit H. Steph. Ind. et Sturz. de Dial. Maced. et Alexandr. p. 34=clxii. De v. ὑόσερις vide H. Steph. Thes. iii. 1149. Edd.]

* Σέσελις. Caucalis. Append. Dioscor. ii. 169. p. 446.

* Σεσενεάρ. Vide v. Semmeor.

* Sephardea. Vox Hebr. צפרדע occurrit Ex. viii. 1. et seq., sed quam nonnulli volunt fuisse Æg. Plerique interpretes ranam vertunt. Aben Ezra vero vult צפרדע esse voc. Æg., eaque designari crocodilum. Hæc sunt verba ej.: Sepharda est piscis Æg., qui vocatur Arab. Altemsach (vel Timsach), qui ex flumine egressus rapit homines. V. Gaulmin. in notis ad vitam Mosis l. i. c. xi. p. 256. Verum est, quod illic affirmat Aben Ezra, Crocodilum Arab. dici Altimsach, s. Thimsach, quod et Gaulminius aliunde probat, et confirmatur a Bocharto Hieroz. P. ii. l. v. c. 2. p. 655. Sed Arabes sine dubio voc. hanc acceperunt ab Ægyptiis, quorum Terra crocodilos gignit et alit. Illi autem animal hoc regioni suæ proprium, hanc ipsam ob rem, dixerunt ⲘⲤⲀ Amsa et ϨⲀⲘⲤⲀ Hamsa: de quo vid. inf. v. Χάμψαι. Ceterum צפרדעים ap. Mosem non crocodilos innuere, sed ranas, multis Bochartus comprobavit l. c. cap. 1 et 2.[1]

* Σέσωστρις. Nom. regis, vel potius regum, in historia Æg. abunde notum. De celebratissimo Sesostri nemo expectabit, ut hic dicam, post Perizon. Orig. Æg. c. 8. 9. 16., Vignolium t. ii. Chronol. S. p. 117. sqq., et plures alios. De etymologia nominis tantum pauca velim. Potest fortasse nom. regis Æg. exponi ϬⲤ ϪⲞⲨϢⲦ ⲈⲢⲎ, Sois, vel Sis-sust-ere, Dominus intuens in solem, vel, monente La Crozio meo, ϬⲤ ⲞϢⲦ ⲢⲎ, Sois vel Sis-ostre, ut significetur Dominus adorans solem; quod fere eodem redit.[2] Ex eo intelligi quoque potest, cur nonnulli Amenophin s. Memnonem, de quo antehac p. 26 et seq. dictum est, vocarint Σέσωστριν, uti auctor nobis est Pausan. Attic. c. 42. p. 101.

* Σέχνουφις videtur nom. Æg. doctoris Heliopolitani, cuj. fuit discipulus Plato, testante Clem. Alex. l. 1. Strom. p. 303. (356. ed. Potteri). Opinor, esse eam voc. compositam ex ⲤⲀϦ et ⲚⲞⲨϤⲒ, de quibus sup. p. 75. 112. dixi.[3]

* Σήθ. Stella caniculæ. V. infra v. Σωθίς.

* Σήθ. Ita Æg. cognominatus fuit Typhon. Epiphanius adv. Hæres. t. ii. p. 1093. ed. Petavii, ὡς τῇ μὲν τῷ ὄνῳ εἰς ὄνομα τοῦ Σὴθ, δῆθεν τοῦ Τυφῶνος τελετὰς ἐργάζονται. Plutarchus huj. cognominis istam rationem suppeditat de Is. et Os. p. 367. Διὸ τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶ καταδυναστεῦον, ἢ καταβιαζόμενον. Et p. 371. καὶ τοὔνομα κατηγορεῖ τὸ Σὴθ, αὖ (f. ὃ) τὸν Τυφῶνα καλοῦσι· φράζει μὲν τὸ καταδυναστεῦον καὶ καταβιαζόμενον, φράζει δὲ πολλάκις ἀναστροφὴν καὶ πάλιν ὑπερπήδησιν. Adde p. 376.[4] Æg. ⲤⲎⲦ significabat infra. Hinc ⲠⲈⲤⲎⲦ, et quidem in compositione ⲤⲀ ⲠⲈⲤⲎⲦ, vel, quod idem est, ⲈⲠⲈⲤⲎⲦ, deorsum, frequenter in Copt. libris occurrit. Inde est ⲤⲀⲠⲈⲤⲎⲦ descendere, i. e. venire deorsum. V. quæ scripsi in Panth. l. v. c. 11. §. 24. Ex eo Montfaucon. quondam præsenti mihi explicabat locum Stephani Byz. cuj. hæc sunt verba, Ψιττάχεμμις κώμη τῆς Αἰγυπτίας. Putabat enim, Steph. esse deceptum, aut non recte intellexisse, quæ alicubi legerat; ψιτταχέμμιν non esse vicum in Æg., sed totam Ægyptum infer. Certe ⲠⲈⲤⲎⲦ ϪⲎⲘⲒ Æg. sonat Ægyptum inferiorem, cui respondet ψωχέμμις ap. eund. Steph., qui tamen et hanc vult fuisse oppidulum Ægypti; sed ⲠϢⲰⲒ ϪⲎⲘⲒ lingua Æg. designat Ægyptum superiorem, quam obs., ut jam monui, debeo Montfauconio. Quid autem sibi velit Plut., quando addit, Σὴθ Æg. etiam significare ἀναστροφὴν et ὑπερπήδησιν, id me non satis intelligere, nec ex ling. Copt. illustrare posse, fateor. Nolo hic prætermittere, quamvis l. c. huj. conjecturæ ingeniosæ jam a me facta fuerit mentio, La Croze, cum aliquando de hoc vocab. mecum dissereret, me monuisse, ⲤⲎϪ dici pullum asini, notum vero esse, cum aliunde, tum ex illo Epiphanii loco, quem modo adduxi, Typhonem sub imagine Asini fuisse repræsentatum.[5] Ex hac obs. alia lux nascitur Plutarcho, qui, voc. Σὴθ explicans, memoriæ prodidit, hoc Æg. significare ἀναστροφὴν καὶ ὑπερπήδησιν. Forsan enim respicitur ad ϬⲞⲤϪⲈⲤ, quod Æg. est saltare. V. Matt. xiv. 6. xi. 17. In omni vero saltatione solet esse et ἀναστροφὴ et πήδημα, ut etiam Lucian. monuit in lib. de Saltatione. Ceterum, omnium atque singulorum rationem accuratam et perspicuam reddi non posse, nemo mirabitur, qui paucitatem monumentorum Copticorum cogitaverit.[6]

[1] Interprr. recentiores tantum non omnes צפרדעים intelligunt ranas, sed plerique originem vocis silentio prætermittunt. Reliqui aut Bochartum sequuntur ducem, aut ducunt ex Hebr. צפר saltitavit atque Arab. ردغ limus, quasi dicas saltantes in limo. Scribit Grotius ad Ex. viii. 2. " Est et hic Æg. vox צפרדעים. Genus est ranarum, aut ranis simile, Ægypto proprium, ut alibi rubetæ. Manet nom. ap. Arabas, extrita r litera." Præter ϪⲢⲞⲨⲢ, temere hoc a quibusdam advocatum, non novi aliud nom. Copt., quo appellatur rana.

[2] Cf. Jabl. de Memnone Gr. et Æg. p. 39.

[3] Paria dedit Kocher Misc. Obs. Crit. Nov., t. iii. p. 147,8. Cf. Panth. Æg. P. i. p. 101,2.

[4] In altero Plutarchi loco aut pro ἀεὶ rescribendum οἱ, aut otiosum istud adverbium prorsus delendum est, judice Squirio p. 104., quia Æg. Typhon aliis quoque nominibus, Βέβων et Σμὺ, innotuit. In altero loco ὃ pro αὖ placuit etiam Squirio, Marklando et Wyttenbachio p. 520.

[5] Ex eo illustrabitur Ælian. H. A. x. 28., ad q. l. A. Gronov. verba Plutarchi haud neglexit.

[6] Originem vocis ΣΗΘ non assecutos esse La Croz. et Jabl., existimat F. S. de Schmidt de Sacerd. et Sacrif. Æg. p. 214., censetque cum Σὴθ " comparandum Set-Sot et Sot-Set, frequentativum Coptorum vocabulum, qualia in horum lingua plurima occurrunt, percussionem, cladem, destructionemque significans, Deut. ix. 21. Gen. xiv. 5. 7. Num. xiv. 45." Notum est verbum ϬⲈⲦϬⲞⲦ, vel ϬⲈⲦϬϢⲦ, ut alibi scribitur. An exinde Typhon dictus sit Σὴθ, non ausim affirmare.

* Σῆs Æg. significasse σωθῆναι, quondam vulgo existimabatur. Rectius dixissent omnes ὅσης, quod est ipsum Æg. ⲞⲨϪⲈ. Vide plura v. Μωϋσῆς, p. 155. sq.

* Schesch, שש.[1] Hac voce, quæ in Sacro Cod. V. T. frequenter occurrit, Hebr. Byssum vocare solent. Doctores Judaici, quorum testimonia collegit Spencerus de Leg. rit. Hebr. iii. p. 55., fatentur, voc. istam non esse origine Hebr., sed Ægypto natales debere. Et profecto ita se res habet. Βύσσος enim in omnibus Æg. monumentis, quæ supersunt, vel mihi saltem innotuerunt, semper vocatur ϢⲈⲎⲤ. Inde Hebr. sine dubio fecerunt suum שש, natum ex veloci Æg. vocis pronunciatione, qua factum, ut Ⲏ veluti non audiretur, ac si Æg. quoque dixissent ϢⲈⲤ aut ϢⲈϢ: cujusmodi quid in linguis omnibus, quando præsertim vocabula velocius efferuntur, contingere videmus.[2]

* Schaätnes. Vox Levit. xix. 19. occurrens, quam quidam habent pro Æg. Verba Mosis ita sonant: Statuta mea observabitis; e jumentis tuis ne committas duo genera, agrum tuum ne conseras duobus generibus, et vestimentum duorum generum שעטנז (Schaätnes), vertunt vulgo, varie contextum, vel ex lana et lino contextum, non ascendat super te. Vertitur etiam: Non indues vestem mixtim contextam, e lana et lino simul. Interprr. Alex. habent ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον. Ita et Deut. c. xxii. 11. Voc. hanc Talmudistæ, et cum illis multi alii, habent pro Hebr., voluntque esse compositam ex שוע lenire, טוה nere, et נז torquere filum. V. notas Drusii, Pfeifferi Dub. Vex. in Levit. xix. 19.[3] et inprimis Buxtorfii Lex. Talmud. art. שעט col. 2483. et 2484. Drusius sic exponit in notis majoribus: Dico ego, quod habeat significationem rei הנכלל consutæ et שזור rei intortæ, quando una res cum alia retorquetur ad conjungendum eam. Bocharto illa compositio ex tribus radicibus incommoda visa est, quare alio modo voc. hanc exponit, radices ex ling. Arab. atque Hebr. conquirendo. Verba ej. apponere operæ pretium est, ex Hieroz. P. i. L. ii. c. xlv. col. 486 et 487. שעטנז Levit. xix. 19. "Quod quid sit, ne ignoremus, ita explicatur in repetitione Legis Deut. xxii. 11. Non induetis שעטנז צמר ופשתים יחדו saatnez, lanam et linum simul. Ergo lana et linum in eod. panno aut vestimento simul commixta Hebr. vocantur saatnez. De origine vocis Hebræi multa nugantur, quæ consulto prætereo, quia nullam habent veri speciem. Videtur esse composita ex שעט saat et נז nez. Ad prius alludit Arabum ساط vel شاط sata, quod miscere est, proprie res liquidas, sed et alia quævis, puta, opes, greges, et similia significat. Et נז Hebr. textum reddunt." Quam Bocharti explic. pro virili confirmare nititur Jo. Spencerus de Leg. Hebr. rit. ii. 21., qui existimat, illud saltem liquido apparere, prohiberi hic a Legislatore diversorum contexturam. In hunc sensum Castellus eand. vocem ex Arab. deducit, sed ex aliis tamen radicibus, ut significet commixturam diversorum generum. Sed nescio, an hæc hactenus omnibus sint satisfactura. Alii idcirco voc. hanc peregrinam judicant, uti Buxtorfius observat in Lex. Talmud. l. c. Si autem sit peregrina, vix alia esse poterit, quam Æg., uti non male pronuntiat Pfeifferus. Et ita censet Grotius, cuj. obs. adscribere non pigebit. "Est hic vox, nisi fallor, Æg. שעטנז, quam Hebr. interpretantur ex lana et lino. Sic Romani credidere, si Flaminica inventa esset, tunicam laneam lino habuisse consutam, ob eam causam piaculum esse commissum. Docet id Servius ad ultimum Æneidos." Quam obs. Grotii atro calculo notat Spencerus p. 397., hanc rationem afferens: Judæo vetitum erat tunicam e lana et lino contextam, Flaminicæ vero tunicam laneam, lino consutam, gerere; more (nisi me fallat opinio) ab Ægyptiis hausto, apud quos lana quid impurum habita est, et omnibus ministerio alicui sacro operam dantibus interdicta. Pro Æg. voce pariter Schaätnes habent Mercer., Mayerus, D. Varenius, a Pfeiffero adducti, et ipse Pfeifferus, cuj. expositionem adscribam. "Ebr. non esse constat. Ergo Æg. erit. Nam queis cum alias Ebræi nuper conversati? In Lingua Copt. habet sua vestigia. Nam ⲤϪⲀϮ σὰτ vel ⲠⲒⲤϪⲀϮ πισὰτ,[4] est netum filatum. Cf. Scal. Copt. in Kircheri Ling. Copt. restit. p. 122. Quod ad vocem alteram componentem adhuc ambigo. Lana enim (quam explicatio Deut. xxii. 11. requirere videtur) ⲤⲞⲢⲦ, σόρτ, (ϢⲈⲎⲤ, σχὲνς, autem, quod quodammodo ad נז accedit, sericum) dicitur. Judicent tamen eruditi, annon נז possit lucem capere ex Copt. ⲎϪⲤ, i.e. illi, vel juxta ipsum, ut innuatur vestis, cui netum filatum est intextum, vel ⲈⲎϪϪⲤ præstantius scil. sericum; Ling. Copt. restit. p. 410." Hæc Pfeifferus, qui in cognitione linguæ Copt. paucos, aut potius nullos, progressus fecerat, quique ultra profecisse non videtur, quam quod Coptica, literis Gr. scripta, plerumque legere nosset, et ex solo literarum sono judicium ferret. Unum verum vidit, voc. hanc esse Æg. Est autem admodum probabile, vestem byssinam et laneam, seu mixtam ex lino et lana, Æg. appellatam fuisse ϢⲞⲚⲦⲎⲈⲤ, aut nomine consimili, ex quo Hebr. levi mutatione שעטנז fecerunt. Quam conjecturam meam La Crozio non displicuisse, lætus recordor.[5] Opus igitur non est, ut vocem, qua Moses utitur, credamus compositam vel e verbo Arab. et Hebr., quod Bochartus ac plures cum eo statuunt, vel e verbo Æthiop. ጸዐጠ miscuit, diversa combinavit, et voce Hebr. sive Chald. נז.

* Σίδη. Hesych. Σίδη. Θεόφραστος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς φησὶν εἶναι τὴν σίδην, φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ. Locus Theophr. extat H. P. iv. 11., ubi v. notas Bodæi p. 461. Æolice vel Dorice dicitur Σίβδη, ap. Callim. H. in Lav. Pall. v. 28., ad q. l. legatur E. Spanh.[6] [De planta a Theophr. memorata silent et H. Steph. et Schneideri Lexica, alteram tantum huj. vocabuli significationem pro malo Punica, et malo Punico notantia. Bene Hesych. l. c. post Theophrastum distinguit inter Σίδην et Ῥοιὰν, sed fallitur, putans Theophrastum de illa planta quasi Nilotica dixisse, cum revera ei locum habitandi dederit paludem circa Orchomenum. Dixerat Theophrastus, ut videtur, et de Sida Orchomenia, quam a malo Punica s. ῥοιὰ distinxit, et de altera Sida, quam Niloticam vocare nobis liceat; sed Niloticæ Sidæ historia in Theophrasti libris, quales hodie habemus, non apparet. Athen. xiv. p. 651.: Λέγεται δέ τι καὶ φυτὸν σίδη

[1] Comparandus Rosenmuller in Scholiis ad Gen. xli. 42., et Ex. xxv. 4.

[2] Vix hodie quispiam erit, qui vocis Hebr. שש originem Æg. in dubium vocet. Si cui tamen Jabl. observatio de causa omissæ literæ Ⲏ in voce Hebr. minus satisfaciat, forte magis placebit Forsterus, de Bysso antiq. p. 47—49. monens, Æg. lignum vel arborem sua lingua vocasse ϢⲈ; in vocibus compositis inter utramque collocasse literam Ⲏ; hanc voci, cui præfigeretur, addidisse signific. adjectivam, quæ dicitur, ut in ϢⲈⲚ̀ⲤⲒϤⲒ lignum cedrinum, ϢⲈⲚ̀ϪⲀⲖⲞⲖⲒ lignum uvæ sive vitis, proprie arbor uvea; ϢⲈⲎ̇Ⲥ esse vocem compositam ex ϢⲈ, Ⲏ nota adjectivi, et ⲈⲤ, quam fructum gossypii vel lanam xylinam suspicatur significasse; Hebræos vero, neglecta nota adjectivi dixisse ϢⲈⲈⲤ et scripsisse שש; eosdemque primis Reipublicæ suæ temporibus hac voce usos esse, sed post Salomonis regis ætatem בוץ.

[3] Opp. Phil. t. i. p. 139.

[4] ϢⲈⲎⲤ ⲈϤⲤϪⲀϮ est βύσσος κεκλωσμένη, byssus torta, in vers. Copt. Ex. xxv. 4. xxvi. 1.

[5] Forsterus etiam suspicatur, byssum lana pictam appellatam esse Æg. ϢⲞⲚⲦⲎⲈⲤ, byssinum complicatum s. fimbriatum, atque hanc voc. respondere Hebrææ שעטנז, cum exacte exprimat mixturam ex lana et פשתים seu xylino. Adi eruditum librum de Bysso antiq. p. 92—100., ubi plura, ad hanc legem pertinentia. Forsterum sequitur in notis ad Lev. xix. 19. Dathius, hunc vero Rosenmullerus in scholiis ad eund. loc. Quod raro fit, in explicanda voce שעטנז a Jabl. dissentit Scholtzius in Repert. f. B. und M. Litt. t. xiii. p. 30, 31., opinaturque, secutus alios, originem ej. in Æthiopia et Chaldæa esse quærendam.

[6] Cf. Alberti ad Hesych. v. Σίβδαι et Σίδη. Non videtur vox origine Gr., sed peregrina, forte Æg. Quæ tamen ej. sit notatio, tacet Jabl., tacent alii, nec ego dicam.

ὅμοιον ῥοιᾷ, γινόμενον ἐν τῇ περὶ Ὀρχομενὸν λίμνῃ ἐν αὐτῷ τῷ ὕδατι, οὗ τὰ μὲν φύλλα τὰ πρόβατα ἐσθίει, τὸν δὲ βλαστὸν αἱ ὕες, ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος ἐν τετάρτῳ Περὶ Φυτῶν· γίνεσθαι λέγων κἀν τῷ Νείλῳ ὁμώνυμόν τι αὐτῇ ἄνευ ῥιζῶν. Ad Athenæi loc. manifeste respexit Hesych. l. c., confundens Orchomeniam Sidam cum altera illa Nilotica ab Athenæo memorata. Ingeniose conjecit Toupius Emendatt. in Hesych. t. iv. p. 78.: "Addit Hesych., ἐν τῷ Νείλῳ, in aqua forsan, nisi legendum Μινυείῳ: Hesych., Ὀρχομενόν· πόλις Βοιωτίας, ἣν Μινύειον καλοῦσιν." "Cf. de h. l. difficultatibus quæ disputavit Bodæus ad Theophr. p. 461., et qui ab eo laudatur Hieron. Mercurialis Var. Lectt. ii. 4." Schweigh. Dalecampius, per Niloticam Sidam, ut ex ejus Lat. interpretatione, Athenæo affixa, patet, Στρατιώτην (Sprengelio Hist. Rei Herb. p. 182. Pistia Stratiotes vocatur) intelligit, nec male: nam de hac Stratiota Dioscorides scribit, χωρὶς ῥίζης ζῆν, ut de sua Nilotica planta Athenæus habet, ἄνευ ῥιζῶν. Dioscor. iv. 102.: Στρατιώτης, ὁ ἐπὶ τῶν ὑδάτων φυόμενος, οἱ δὲ ποτάμιον στρατιώτην καλοῦσιν· ὠνόμασται δὲ διὰ τὸ ἐπινήχεσθαι τοῖς ὕδασι καὶ χωρὶς ῥίζης ζῆν. Plin. xxiv. 18.: "Celebratur et a Græcis Stratiotes, sed ea in Æg. tantum et inundatione Nili nascitur, aizoo similis, ni majora haberet folia." E. Spanhemius ad Sidam Orchomeniam refert Callim. H. in Lav. Pall. 28.: Ὦ κῶραι, τὸ δ' ἔρευθος ἀνέδραμε, πρώϊον οἵαν Ἢ ῥόδον ἢ σίβδας κόκκος ἔχει χροΐαν. Sed eum falli syllabæ quantitas evincit. "Σίδη, penult. longa, est malus Punica, item malum Punicum, quod etiam σίβδη. At σίδη, penult. brevi, est herba lacustris in Orchomenio lacu Bœotio frequens. Σίδιον vero est mali Punici putamen, e quo pueri ranunculas fingebant, vide Suid. v." Maltbeius ad Morelli Lex. Gr. Prosod. p. 886. Nicander Th. 72. de malo Punica, Αὔτως τετρήχοντα ταμὼν ἀπὸ κλήματα σίδης, (Bentleius legit ex edit. vet. τε τρήχοντα.) Alexiph. 489., Βρύκοι δ' ἄλλοτε καρπὸν ἅλις φοινώδεα σίδης Κρησίδος: at de Orchomenia sida idem dixit Ther. 887.—ἠὲ σίδας Ψαμαθηΐδας, ἅς τε Τρόφεια Κῶπαί τε λιμναῖον ὑπεθρέψαντο παρ' ὕδωρ, Ἧιπερ Σχοινῆός τε ῥόος Κνώποιό τε βάλλει. (Ψαμαθηΐς, a Psamathe, fonte ap. Thebas Bœotias.) Bentleius corrigit ψαμαθηΐας pro ψαμαθηΐδας. Corrigit quoque ἢ σίδας pro ἠὲ σίδας, ex Alex. 489., (l. c.) et 622. Κύπρον τε βλαστεῖα νεανθέα, πολλάκι σίδης. Sed vir magnus plane confundit σίδην, malum Punicam, i. q. ῥοιὰν, cum σίδῃ, Theophrastea planta, (de qua Nicander h. l. loquitur), nihil mutaturus, si ad Scholiastæ verba animum attendisset: Ἡ δὲ σίδη, φυτόν ἐστιν, ὃ κατὰ Θεόφραστον ἐν Ὀρχομενῷ φύεται ἐν ὕδατι, ῥίζα ὄν—Ἔχει δὲ κόκκους ἐρυθροὺς ὁμοίους ῥοιᾶς, στρογγυλωτέρους δέ. Confitendum est tamen Epicharmum in versu, quem Plutarchus Sympos. V. 8. 2. servavit, penult. σίδης, mali Punici, brevem fecisse: Οὕνεκεν ὀψίγονοί τε Σίδαι καὶ ὑπέρφλοια μῆλα. Ad hunc vers. fortasse respexerunt Hesych. et Phavor.: Σίδαι· ῥοιαί. Cf. Sturzius ad Empedoclis Carmina p. 625. Σίδιον, ut E. Maltbeius post Morellum censet, prima brevi: sic Aristoph. Nub. 881., Κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει, πῶς δοκεῖς; At in Luciani versu Tragodop. t. iii. p. 653. σίδια, prima longa, (notante Blomfield. ad Callimachi loc. cit.): Ὑοσκύαμον, μήκωνα, βολβοὺς, σίδια. "Planta hæc," inquit J. Stackhous., "inter ignotas. Bod. p. 462. Certe tamen Nymphææ affinis planta. Nom. forsan e pericarpio, cuj. forma instar pomi M. Granati (σιδίου): de Butomo, Equiseto, aliisque fluviatilibus in hoc capite sermo est; operæ pretium erit in ipso Lacu Orchomeni plantas investigare." Sprengelius Hist. Rei Herb. p. 94. Nymphæam albam interpretatur. J. Stackhousius not. in Plant. Sprengel. ad Theophr. P. ii. p. lxxiii.:—"Minuta, et, ut videtur, accuratissima (Theophr.) descriptio: pericarpium membranis cinctum albis, calix 4-phylla; grana similia Punici granati non conveniunt Nymphææ nostrati."

[Quod ad alteram vocis σίδη signific. attinet, 1. Punica malus, Nic. Alexiph. 486. Βρύκοι δ' ἄλλοτε καρπὸν ἅλις φοινώδεα σίδης Κρησίδος, Ther. 72. Αὔτως τε τρήχοντα ταμὼν ἀπὸ κλήματα σίδης: 2. Ipsum malum Punicum vocatur σίδη ab Hippocrate, "de Morb. Mul. i. (p. 246. 31.) ῥοφέειν δὲ σίδης οἰνώδεος τὸν χυλὸν, de Nat. Mul. (p. 220. 14.) σίδας οἰνώδεας ἐκχυλώσας, paulo post autem dicit ῥοιὴν γλυκείην." H. St. Hesych.: Σίδαι· ῥοιαί. In Callimachi versu supra cit., pro σίδης, occurrit σίβδης, Æolice, s. Dorice, auctore E. Spanhemio, (Hesych.: Σίβδαι· ῥοιαί. Σιβδία· σιδία.) Sed, teste Hesych., Æoles non σίβδη, sed ξίμβρα s. ξίμβα usurpabant: Hesych., Ξίμβραι· ῥοιαὶ Αἰολεῖς: Hesych. Ῥίμβαι· ῥοιαὶ μεγάλαι, ἄμεινον δὲ διὰ τοῦ ξ, Ξίμβαι. (Ut nobis quidem videtur, * ῥίμβαι est falsa lectio pro vera ξίμβαι: Kusterus tamen ῥίμβαι agnoscit, ab Hebr. רמון, rimmon, quod significat malum granatum, derivans.) In aliorum dialecto * σίλβη dicebatur: Hesych., Σίλβαι· ῥοιαί: * Σιλβία· σιδία. (Vox σίλβη, quam omisit Schneiderus, in alio sensu occurrit, pro "edulio quodam delicato ex hordeo, sesamo, et papavere," H. St. Hesych.: Σίλβη· εἶδος πέμματος, ἐκ κριθῆς, σησάμης, καὶ μήκωνος. Cod. Hesychii Marc. habet, πεμμ. κρ. sine ἐκ. Ubi voc. σίλβη invenerit Hesych., nescimus. Tacent commentatores ejus.) In aliorum dialecto * στίδη appellabatur; Hesych., * Στίδιον· κόκκος ῥοιᾶς. 3. Erotianus, quod notatu dignum est, σίδην de cortice mali Punici exposuit: Σίδας· τοῦ τῆς ῥοιᾶς λέμματος. Exemplum vocis hoc sensu usurpatæ nondum vidimus, quanquam Schweigh. ad Athen. xiv. p. 650. sic scripsit: "Σίδαν non totum malum Punicum, sed solum corticem dici solitum esse tradunt alii: v. Bodæum p. 392." Imo cortex dici solet σίδιον. V. infra v. σιδίη. Athen. xiv. 650.:—Σίδας δὲ ὅτι τὰς ῥοιὰς καλοῦσι Βοιωτοὶ, Ἀγαθαρχίδης ἐν ἐννεακαιδεκάτῃ τῶν Εὐρωπιακῶν οὕτως γράφει· Ἀμφισβητούντων Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς περὶ τῆς χώρας, ἣν καλοῦσιν Σίδας, Ἐπαμινώνδας δικαιολογούμενος ἐξαίφνης ἐκ τῆς ἀριστερᾶς μεταλαβὼν κεκρυμμένην ῥοὰν, καὶ δείξας, ἤρετο αὐτοὺς, τί καλοῦσι τοῦτο; τῶν δ' εἰπόντων ῥοάν· ἀλλ' ἡμεῖς, εἶπε, σίδαν. ὁ δὲ τόπος τοῦτ' ἔχει τὸ φυτὸν ἐν αὐτῷ πλεῖστον, ἀφ' οὗ τὴν ἐξ ἀρχῆς εἴληφε προσηγορίαν· καὶ ἐνίκησε. Vide Casaub. et Schweigh. "Σίδη traditur præterea esse nom. urbis Pamphyliæ, necnon Bœotiæ: lege Ptol. Strab. Steph. et de Sida Bœotiæ lege historiam, quam refert Athen. xiv." H. St.

[Hinc adj. * Σίδειος (qua carent H. St. et Schneideri lexica). Suid. Σίδειος καρπὸς, malum Punicum.

[Hinc Σιδόεις, "ut σιδόεν καρπεῖον ap. Nic. pro σίδης καρπὸς, Alexiph. (276.), Ἢ καί που σιδόεντος ἀπὸ βρέξαιο κάλυμμα Καρπείου, de cortice, s. putamine mali Punici," H. St. Schneiderus omisit σιδόεις.

[* Σιδίη, ης, ἡ, (vocabulum Schneidero ignotum.) Malus Punica, Mali Punici cortex. Hippocr. de Nat. Mul. p. 214, 36. et ii. de Morb. Mul. p. 277, 5. Σιδίην ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψήσας. An huc spectat Erotianus? Σίδης (f. l. σιδίης)· τοῦ τῆς ῥοιᾶς λέμματος. Σίδη enim nusquam dicitur de cortice. Bodæus p. 392. reponit σίδια, pro σίδας, ut quædam exempl. habent.

[Σίδιον, ου, τὸ, Cortex, s. Putamen mali Punici, Lat. Malicorium. Glossæ Labbeanæ: Σίδιον· malicorium. Plin. xxiii. 6.:—"Hic cortex ex acerbis (malis Punicis) in magno usu: vulgus coria maxime perficere illo novit; ob id Malicorium appellant medici." Dioscor. i. 153. Τὰ λέπη τῆς ῥόας, ἅ τινες Σίδια καλοῦσι. Alciphro Epist. iii. 60.: Ὁ δὲ τῶν ῥοιῶν τὰ περικάρπια, ἃ Σίδια ἡμῖν τοῖς Ἀττικοῖς προσαγορεύειν ἔθος, ἀπέγλυφε τοῖς ὄνυξιν, εἴ που τι τῶν κόκκων ἐπιδράξασθαι δυνηθείη. Hesych.: Σίδια· τὰ τῶν ῥοιῶν λεπτὰ (f. l. λέπη, s. λέπυρα, s. λέμματα). Σίδαι γὰρ, αἱ ῥοιαί· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ πάντων χλωρῶν. Fructuum cortex adstringens σίδιον ab Hippocrate dicitur, grana vero κόκκωνες, Morb. Mul. i. 243. Idem de Superfœt. p. 52., v. 44. μίξας σίδιον, κηκίδα: de Ulcerib. p. 514. v. 36., 'Sicca vero sint, flos aeris, myrrha,' σίδιον αὖον, 'malicorium siccum.' Aretæus de Cur. Morb. acut. ii. 2., Ἔπειτα ἀκακίη ἐμπάσσεται λείη, καὶ σίδια. Suidas:—Σίδια· τὰ λέπυρα τῶν ῥοιῶν. τὰ παιδία ἐκ μὲν τῶν δερμάτων περιέτεμνον τροχοὺς καὶ ἁμάξας. ἐκ δὲ τῶν ῥοιῶν, ὅταν καταφάγωσι τὰ ἐντὸς, ἐκ τῶν λεπύρων βατράχια γλύφουσιν. ἢ σιδίων, τῶν ῥοιῶν. Ἀριστοφάνης· Κἀκ τῶν σιδίων βατράχους ἐποίει, πῶς δοκεῖς; λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν βουλομένων δεῖξαι εὐφυΐαν ἔχειν. (Aristoph. Nub. 881.) Σίδια ῥοιᾶς, Geoponica xvi. 8. xvi. 9. xvii. 15. Sed vox σίδιον occurrit in alia signific., de qua silent H. St. et Schneideri Lexica; interdum enim usurpabatur pro grano ipso, vel acino mali Punici. Suid. Hesych., Phot.: Σιδίῳ· κόκκῳ ῥοιᾶς. Hesych.: Στίδιον· κόκκος ῥοιᾶς.

[Hinc Σιδιοειδὴς, έος, ὁ et ἡ. "Qui est colore malicorii, Qui colorem malicorii repræsentat; ad pallorem autem refertur: sic Gal. ap. Hippocr. σιδιοειδεῖς exp. ὠχρὰς ὡς σίδιον." H. St. Hippocr. de Morb. xii. 3. et de Int. Aff. xxxi. 3., xxxiv. 7.

[Σιδιόεις. "Affertur et σιδιόεις pro puniceo, in v. l.

ἀμαρτύρως," H. St. Agnoscit Schneiderus in Lex., sed nulla auctoritate stabilivit. Edd.]

* Simacus, portitor literarum velocissimus. Liberatus Breviar. c. xxiii. scribit: 'Per Portitores Literarum velocissimos pedestres, quos Æg. Simacos vocant.' Dicti forte sunt a singulari et molestissimo labore, quem perferebant, qui hoc munere fungebantur. ⲙ̀ⲕⲁϩ Æg. est πόνος, et quidem labor gravis et molestus, qualis Israëlitarum in Æg., in quorum Hist. vox illa sæpius occurrit, Ex. i. 11. 14. c. ii. v. 11. ⲉ̀ⲧⲁϥϯϩⲑⲏϥ ⲇⲉ ⲉ̀ⲡⲟⲩⲙ̀ⲕⲁϩ, in Gr. est κατανοήσας δὲ τὸν πόνον αὐτῶν, adde iii. 7. Erat autem certe labor horum portitorum molestissimus. Comparari namque merito possunt cum Hemerodromis Gr., qui ex C. Nepotis Vita Miltiadis omnibus satis noti, et de quibus alia veterum testimonia diligenter congessit Balth. Stolberg. Diss. de Augariis Vet. c. ii. in Exerc. Gr. Ling. p. 160 et seq. Nescio, an ex pristino illo instituto Æg. fluxerit mos, qui etiamnum servatur Alexandriæ in Æg., ubi hujusmodi portitores literarum publicis sumtibus aluntur. Memoratu digna, quæ hanc in rem refert Vauslebius, quæque ex ej. relatione Itineris Ægypt. Gallica p. 211, 12., hic adscribam: "Le 23 de ce mois je vis revenir un More d'une course qu'il avoit faite, pour montrer sa vigueur, et qu'il avoit assez de force pour être mis au nombre des Porteurs de Lettres d'Alexandrie au Caire. Cette course de celuy qui prétend être fait Messager d'Alexandrie, consiste en ce qu'il doit porter sur ses épaules un feu allumé dans un panier de fer, fait en forme d'un grand réchaut, qui est fiché au bout d'un bâton de la hauteur d'un homme, et auquel sont attachés plusieurs cercles de fer, du poids de 36 rotols; et avec ce fardeau, il doit faire une course de vingt sept milles sur le chemin de Rosette, et revenir le même jour à la ville avant le coucher du soleil; ce qui fait en tout 54 milles, toujours chargé du même fardeau; et s'il en vient à bout, il est non seulement reçu parmy les Messagers, mais il gagne encore la gageure que les autres ont faite contre luy: Et au contraire, si les forces luy manquent, il perd sa vigueur, et il n'est pas reçu dans leur corps. Celuy que je vis revenir, ce jour là, et qui avoit achevé sa course avec gloire, parce qu'il avoit encore deux heures du soleil de reste, gagna une gageure de 3 piastres, fut reçu dans le corps des Messagers, et amassa de plus huit piastres de ceux qui étoient les spectateurs de son glorieux retour." Similia referuntur de quibusdam regum Persiæ Ministris, quos illi sermone vernaculo vocant Schaler. V. Thevenot Voyages P. ii. p. 354, 5., et Chardinii Itiner. t. iv. p. 137, 8., et alibi. Ex his intelligi potest, quænam portitorum illorum fuerit conditio, ut ab ⲙ̀ⲕⲁϩ labore molesto denominari merito potuerint. Est autem ab ⲙ̀ⲕⲁϩ labor, ⲙ̀ⲕⲁϩ laborare, ærumnosum esse, quod et dicitur ϣⲉⲡ ⲙ̀ⲕⲁϩ, Gen. xlix. 15. E quo sequitur, Simacos recte explicari posse ϭⲓⲙ̀ⲕⲁϩ, Simcah, et adjecta terminatione Latina Simcaos, vel euphoniæ causa Simacos, πονοῦντας, moleste laboriosos. Utinam tamen suppeterent Codd. MSS. Liberati. Reperiretur forsitan lectio, ex qua sensus erui posset adhuc commodior. Citra consensum vero librorum MSS., in fingendis peregrinis vocibus, ingenio indulgere, aut potius abuti velle, præsertim ubi non adest certum aliquod, cui superstruere possis, fundamentum, periculosæ plenum opus aleæ esse arbitror.

Σινδὼν, Lat. etiam Sindon. Hebr. scribunt סדין. V. interprr. ad Judic. xiv. 12. Ita Æg. dicebatur linteum tenuissimum, e quo conficiebantur tunicæ interiores, quibus involvebantur etiam mortuorum cadavera. Etym. M. Σινδὼν vel, ut scribit, Σιδὼν, putat nom. traxisse a Sidone[1] urbe, in qua nempe Sindones textæ fuerint. [p. 713, 34. Σιδονία κάλυπτρα Æschylus Suppl. 128. 139. Edd.] Sed merito illam etymologiam rejecit Bochart. Geogr. S. P. ii. l. ii. c. 14. Esse namque voc.[2] Æg., nititur testimoniis veterum. Pollux, vii. c. 16. s. 72. de lineis vestibus agens, Sindonem etiam commemorat hunc in modum: Σινδὼν ἔστιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον, εἴρηται δέ που καὶ τελαμὼν σινδονίτης. Herod. quo loco condituram et sepulturam Æg. describit, ii. 86. postquam modum condiendi corpora explicuisset, hæc addit: Λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι. Quæ verba sic reddenda esse censet Steph. Le Moyne ad Var. Sac. p. 302., Involvunt totum corpus dissectis loris sindonis byssinæ. Ibid. vir ille eruditus, cuj. mentionem Le Moyne fecit, adfert hoc Martialis Epigr. xvi. lib. 2. Quid torus a Nilo, quid sindone cinctus olenti? Ostendit stultas quid nisi morbus opes? quod sic explicat: Æger iste toro et lecto Nilotico jacebat, et fasciis e sindone paratis ad vulnera sua vincienda utebantur. Aliter autem, quod dissimulare nolim, verba hæc, ex vetustis libris, legit et interpretatur Petr. Scriverius in animadd. quas vide. Palladius in Vita Serapionis p. 104. ed. Meurs.: Σεραπίων τις ὀνόματι γέγονεν τῷ γένει Αἰγύπτιος, ἐπίκλητος Σινδόνις· παρεκτὸς γὰρ σινδονίου οὐδέποτε οὐδὲν ἄλλο περιεβάλετο. Hic tamen et alibi Sindon alio sensu accipitur, quam ap. Herod. V. P. Lucam in Itiner. iii. P. ii. p. 271. Æg. vestimentum illud linteum dixerunt ϣⲉⲛⲧⲱ, quod in Copt. libris sæpe occurrit. Sic Marc. xv. 46. vox ista Copt. semel iterumque ab interpretibus Æg. pro Gr. σινδὼν ponitur. Vid. et reliquos Evangelistas in historia sepulturæ Domini. Et ne quis putet, interpretes Æg. ideo tantum his in locis voc. istam adhibuisse, quia in Gr. σινδὼν legitur, iidem etiam ὀθόνιον solent per idem istud vocab. reddere, uti Jo. xix. 40. Nam, quod in Gr. legimus, ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις, Copti interprr. ita expresserunt, ⲁⲩϭⲓ ⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲏⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲕⲟⲩⲗⲱⲗϥ ⲛ̀ϩⲁⲛϣⲉⲛⲧⲱ ⲛ̀ⲓⲁⲩ. Itaque ὀθόνια verterunt ⲛ̀ϩⲁⲛϣⲉⲛⲧⲱ ⲛ̀ⲓⲁⲩ, i. e. vestimenta linea, quod alias dicunt ⲛ̀ϩⲱⲃⲥ ⲛ̀ⲓⲁⲩ, vestimentum lineum, quomodo iidem ὀθόνην verterunt Act. x. 11. xi. 5., et χιτῶνα λινοῦν Lev. vi. 10. xvi. 4., item ἱμάτιον στυππύϊνον, Lev. xiii. 47. 59. Ex omnibus autem locis, ubi ϣⲉⲛⲧⲱ occurrit, satis apparet, proprie intelligi vestimenta, vel tunicas interiores, ex lino, bysso, aut consimili materia confectas, quibus aut vivi, aut mortui amiciebantur, etsi nonnunquam illius Sindonis latius etiam pateat significatio. Voc. hanc retinuerunt Copti in hodiernum usque diem, in communi vitæ usu, quamvis illi lingua soleant uti Arabica, Ægyptiacæ fere plane rudes et ignari. Intellexi hoc ex Epist. Du Ber-

[1] Ita quoque Seberus ad Polluc. l. c. et alii. Hebr. סדין nimium abit ab urbis nom. צידן. Σινδὼν vero et סדין ejusd. originis vocabula esse, vix in dubium vocatur. Relandus, præeunte Golio ad Alferganum p. 77., nom. arcessivit a Sind, regione Indiæ, cuj. incolarum meminit Hesych., Σίνδοι· ἔθνος Ἰνδικόν· ἔστι δὲ πόλις ἐπὶ Σινδικῆς λιμὴν λεγομένη. Pro Ἰνδικὸν Is. Vossius ad Scylacis Periplum mavult Σινδικόν. Sic et alii, quos citat Alberti. Cf. etiam Wesseling. ad Herod. iv. 86. Multi originem vocis quærunt in Arabia. Schultens. ad Prov. vii. 16. xxxi. 4., et Schrœderus de Vestitu cet. ad Ies. iii. 23., ducunt a سدن, laxavit, demisit vestem. A tantis viris ego quidem juvenis non audebam discedere in Disputatione Historico-Critica ad Historiam sepulcri et sepulturæ I. C. p. 17. Nec discessit Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1721., ita tamen, ut סדין mallet referre ad Arab. istud verbum, non significatu laxandi, sed velandi, qui superest in سَدَن velum.

[2] Voc. esse Æg., monet Forsterus de Bysso antiq. p. 66., sed primum scribit: "Est enim ϣⲑⲏⲛ, Shthen, quod vestem, inprimis laxam, splendidam, fimbriatam significat." Deinde adjungit: "Vestes antiquorum ex lana non egebant fimbria,—at linteæ vel ad minimum margine erant complicato. Æg. complicare vel plectere dicunt ϣⲱⲛⲧ, shont, unde postmodum vestes linteæ et xylinæ fimbriatæ, vel complicatæ vocatæ fuero ϣⲉⲛⲧⲱ, shento, qua voce Coptus utitur interpr. Scripturæ pro Sindone; unde et orta ipsa vox Gr. Σινδών." Cf. Scholtzius in Repert. l. c. p. 14., et Altmannus t. iii. Obs. in Libros N. T. p. 648. Nom. Æg. esse, monent quoque Braunius de vest. Sacerd. Hebr. t. i. p. 148., et Munthe in Obs. e Diod. Sic. ad Matt. xxvii. p. 95., sed ejusd. notationem repetunt de urbe Sin, quæ est Pelusium in Æg. [Cf. Schleusneri Lex. N. T. Edd.]

natii e Soc. Jesu ad Patrem Fleurian, quæ extat T. ii. des Nouveaux Mém. des Missions, ubi P. i. p. 6. hæc occurrunt, digna quæ hic transcribantur: "Quand les Gouverneurs d'Egypte (envoyez par les Empereurs Grecs) mangeoient, ils forçoient quatre Egyptiens, de soutenir la Table, & s'essuyoient la main à leur barbe, affront le plus insupportable qu'on pusse leur faire. Tout ce que ces malheureux purent obtenir, c'est, qu'en cet état, et pour sauver leurs barbes, ils se mettoient une serviette sur les épaules. En mémoire de cette humiliante sujettion, ils portent encore aujourdhuy sur les épaules une espece de serviettes, qu'ils appellent Sonto." Est Sonto sine dubio ϢⲈⲚⲦⲰ. Pertinet huc locus Isidori Etym. xix. 26.: Anobaladium (l. Anaboladium, Gr. ἀναβολάδιον) amictorium lineum fœminarum, quo humeri operiuntur, quod Gr. et Lat. Sindonem vocant. [" Σινδὼν, όνος, ἡ, Sindon, Amictus ex lino, Linteum tenue. Herod. ii. p. 78. meæ edit. (ii. 95.) οἱ δὲ κώνωπες, ἢν μὲν ἐν ἱματίῳ ἐλιξάμενος εὕδῃ ἢ σινδόνι, διὰ τούτων δάκνουσι, διὰ δὲ τοῦ δικτύου οὐδὲ πειρῶνται ἀρχήν. Ap. eund. σινδόνος βυσσίνης alicubi legitur, (ii. 86.) Gal. μὴ γυμνὸς κομιζέσθω, ἀλλ' ἐπιβεβλημένος σινδόνα μὴ ψυχρὰν, ἢ ἕτερον ἐπίβλημα. Qui locus non male convenit cum illo Marci, c. xiv. (51.) περιβεβλημένος σινδόνα ἐπὶ γυμνοῦ. Existimatur autem dicta σινδὼν quod primum in Sidone urbe fieri cœperit. A Martiale dicta est Tyria propter vicinitatem urbium Sidonis et Tyri, (iv. 19.) Item σινδὼν ἱστίον, ap. Alciphr. (i. 12.) τὴν τοῦ ἱστίου σινδόνα ὑπερπετάσαντες." H. St. Alciphr. Ep. 66. l. iii.: Ὡς γὰρ ἀφικόμην, * ξυρεῖσθαι τὴν γενειάδα βουλόμενος, ἀσμένως τε ἐδέξατο, καὶ ἐφ' ὑψηλοῦ θρόνου καθίσας, σινδόνα καινὴν περιθεὶς, πρᾴως εὖ μάλα κατέφερέ μοι τῶν γνάθων τὸ ξυρὸν, ἀποψιλῶν τὸ πύκνωμα τῶν τριχῶν. "Mappula nominata est σινδὼν, ut in Epigr. Phaniæ, Anal. ii. p. 53. vi." Bastius Epist. crit. p. 180. ed. Lips. 1809. "Sindon," ut ait Schleusnerus, "genus vestis talaris, e sindone, h. e. lino fere zylino, subtiliter texto, confectæ, qua in Oriente et fœminæ, maxime æstate et interdiu et noctis tempore uti solebant, et qua involvebantur ac induebantur quoque homines mortui." De veste lintea, qua corpus mortui involvebatur, legitur σινδὼν ap. Herod. ii. 86., Matth. xxvii. 59. καὶ λαβὼν τὸ σῶμα ὁ Ἰωσὴφ, ἐνετύλιξεν αὐτὸ σινδόνι καθαρᾷ. V. Chifletium de Linteis sepulcralibus Christi c. 5., Fischerum de Vitiis Lexicorum N. T. Prolus. iii. p. 74. sq., et Casauboni Exercitt. Antibaron. p. xvi. 65. p. 524. Crates Cynicus legitur (Diog. Laert. vi. 90.) ab Astynomis Atheniensium notatus esse, quod amictus incesserit σινδόνι, veste linea, quum pallia reliquorum civium essent lanea. (Cf. Artapanus in Hist. Jud. ap. Euseb. P. E. 9. 27. p. 434.) "Plura genera sindonum ex India in Ægyptum importabantur, et fuere variæ ratione pretii, textrinæ, materiæ, coloris, et loci. 1. Εὐτελεῖς et 2. πολυτελέσταται σινδόνες memorantur a Theophr. iv. 9., factæque erant e lana arborea insulæ Tylos in Arabico sinu, itemque in India. 3. Εὐήτριοι σινδόνες occurrunt ap. Strab. xv. p. 1016. ed. Almelov., Ἐκ δὲ τῆς αὐτῆς αἰτίας ἐρίοις (δένδροις) καὶ ἐπανθεῖν ἔριον· ἐκ τούτου δὲ Νέαρχός φησι τοὺς εὐητρίους ὑφαίνεσθαι σινδόνας· τοὺς δὲ Μακεδόνας ἀντὶ κναφάλων αὐτοῖς χρῆσθαι καὶ τοῖς σάγμασι σάγην (σαγῇ). Has texturæ eximiæ sindones disertis verbis e lana arborea factas, hic videmus, in India. 4. Διαφορώτατοι σινδόνες, pretiosissimæ sindones e regione circa Gangem et quidem ex emporio ejusdem nominis cum flumine afferebantur, unde et Gangeticæ fuere dictæ: quamque exacte hæc omnia usque in nostram ætatem iisdem locis sint propria, quilibet facile videbit, qui merces Indicas, in Angliam quotannis allatas ex oris Gangeticis inspicere voluerit. Arrian. in Peripl. p. 36. sequentia de emporio Γάγγης profert: Δι' οὗ φέρεται τό τε μαλάβαθρον καὶ σινδόνες αἱ διαφορώταται αἱ Γαγγιτικαὶ λεγόμεναι. ("Muslins, the best still made in Bengal and Masulipatan," Guil. Vincent, in Notis MSS.) 5. Lintea sindon, ab Ausonio et Isidoro memorata. 6. Βυσσινὴ σινδὼν, jam Herodoto dicta ii. 86. Et Josephus Antiq. iii. 8., dum loquitur de tunica sacerdotis, vocat eandem, λίναιον ἔνδυμα διπλῆς σινδόνος, qua re videtur genus quoddam telæ intelligere, e duplici bysso factæ, vel, ut ipse interpretatur, e solo zylino stamen et trama erant. 7. Παντοῖα σινδὼν, ap. Arrian. in Periplo p. 29. legitur, ubi enumerat Barygazam e Tagaris delatas merces: Ὀθόνιον πολὺ χυδαῖον, καὶ σινδόνων παντοῖα, καὶ μολόχινα, καί τινα ἄλλα. Idem de Sindone varia intelligendum, quod supra de othonio vario diximus: plura ej. scilicet intelligi posse genera; videlicet sindones pictas acu, radio, vel pigmentis, vel etiam sindones pluribus loris vel fimbriis cinctas; unde ab antiquis distinguebantur pro numero fimbriarum in monolores, dilores, trilores, pentelores, etc. Jam vero Pollux sindonem ait sua ætate fuisse περιβολαῖον δίκροσσον καλουμένον, bifimbriatum amiculum; unde colligo, Sindones παντοίας aut varias fuisse ob fimbrias versicolores et limbos picturatos, aut ob picturam totius vestis variam. 8. Μολόχιναι σινδόνες ex Ozene et Tagaris Barygazam comportabantur, (teste Arriano l. c. et Peripl. p. 27., Καὶ σινδόνες Ἰνδικαὶ, καὶ μολόχιναι, καὶ ἱκανὸν χυδαῖον ὀθόνιον). Quæ de othoniis molochinis monui, eadem et de sindone molochina observata esse volui; sc. forte eam fuisse coloris malvacei viridis; sed nil affirmare ausim: quia et forte intelligi possit sindon cincta limbo facto e lapillis molochiticis, vel etiam tota consita figuris e molochite factis. 9. Μαργαριτίδες σινδόνες. Idem Arrian., p. 34. Peripli, memorat, easque refert allatas ex Ἄργαλα, vel Ἄγαρα: Φέρονται γὰρ ἐξ αὐτῆς Σινδόνες Μαργαριτίδες λεγόμεναι. Salmas. in Solin. p. 826. vult has esse easdem cum Constantini Manassis πέπλοις καταμαργάροις, vestes sc. intelligit margaritis consitas. Verum si mihi liceret hic a magni viri opinione discedere, mallem intelligere per σινδόνες μαργαριτίδες, vestes zylinas pictas pigmentis in cortina ita, ut tamen ocelli manerent albi, colore non imbuti, candore et oblonga figura margaritas imitante; quales et nostra ætate ap. nos plures sunt obviæ. 10. Tyria, 11. Indica, 12. Gangetica Sindon, a locis unde petebatur vel a colore, quo imbuta fuit, nomen habuit. Martialis l. iv. sequentia habet de Endromide: 'Ridebis ventos hoc munere tectus et imbres: Non sic in Tyria sindone tectus eris:' unde colligi potest, Tyriam sindonem fuisse maxime tenuem, et forte ad illos Petronii pertinuisse, ventos textiles, nebulasque lineas. Indicæ sindones sunt Arriano dictæ p. 28., uti et Gangeticæ p. 36., et hæ quidem fuere maximi pretii, διαφορώταται." J. R. Forsterus de Bysso Antiq. p. 87—91. Hesych.: Σινδοὺς χιτῶνας· σινδόνας.

[Σινδονίτης, ὁ. H. St. obiter tantum notat. Photius: Σινδονίτης· χιτών. Strabo xv. p. 1047. b.: Τοὺς δὲ πολιτικοὺς σινδονίτας κατὰ πόλιν ζῆν. J. Pollux iv. 181. et vii. 72.: Τελαμὼν σινδονίτης. EDD.

[* Σινδονῖτις, ἡ. In Schneideri Lex. affertur ἀμαρτύρως.

[* "Σινδόνη, ἡ, a σινδὼν, hinc * Σινδονίσκη, ἡ, dimin. Plutarch. vii. p. 343." Schneideri Lex. Galenus Gloss. Hippocr.: Λάσιον· σινδόνην. EDD.

[* Σινδόνιον, τό. Hac voce caret Schneideri Lex. Palladius in Vita Serapionis p. 104. ed. Meurs.: Παρεκτὸς γὰρ σινδονίου οὐδέποτε οὐδὲν ἄλλο περιεβάλετο. Etym. M. p. 804, 23.: Φώσσων· σινδών. Φωσσώνιον· λινοῦν τι, ἤτοι σινδόνιον. J. Pollux vii. 73.: Ἐν δὲ τῷ πέμπτῳ τῶν Σαπφοῦς μελῶν ἔστιν εὑρεῖν, Ἀμφὶ λάβροις λασίοις εὖ ἐπύκασε, καὶ φασὶν εἶναι ταῦτα σινδόνια ἐπεστραμμένα. EDD.

[* Σινδονοφορέω (σινδὼν, φορέω), sindonem gesto. Strabo p. 1038. c.: Διονυσιακὸν δὲ καὶ τὸ σινδονοφορεῖν, 1039. b.

[* "Σινδονοειδής, Eustath." G. Wakefieldius ad oram Hederici.

[* Σινδονυφής, ὁ, ἡ. Philoxenus ap. Athen. ix. p. 409. e.: Ἐκτρίμματα λαμπρὰ σινδονυφῆ. EDD.]

* Sirbonis vel Serbonis, Lacus in finibus Ægypti et Phœniciæ, inter Casium montem, urbemque Ostracinem, Gr. Σιρβωνὶς et Σερβωνίς. V. Cellarii Geogr. antiq. Africæ p. 26. A mari lacus ille ducit ad id, quod a veteribus vocari solet ἔκρηγμα, quasi dicas eruptionem; quod Cellarius veterum testimoniis probat, Diod. S. xix. 64., αὐτὸς παρῆλθεν ἐπὶ τὸ καλούμενον ἔκρηγμα, et Strab. xvi. p. 759., καὶ αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀπὸ Γάζης λυπρὰ πᾶσα, καὶ ἀμμώδης. Ἔτι δὲ μᾶλλον ἐφεξῆς τοιαύτην ὑπερκειμένην ἔχουσι [1] τὴν Σιρβωνίδα λίμνην παράλληλον πρὸς τῇ θαλάττῃ

[1] In editis plerisque, etiam Almelov. p. 1102., legitur hic ἔχουσι, sed in cod. MS. Medic. ἔχουσα, ut ad oram libri mei A. Gronovius notavit: quæ lectio videtur præferenda. In eod. cod., pro Κασίῳ, scribitur h. l. et deinde Κάσσιῳ. Minus recte, judicio Salmasii ad Spartiani Hadrian. c. 14. Cf. Wesseling. ad Antonini Itiner. p. 152.

μακρὰν δίοδον ἀπολίπουσαν μεταξὺ, μέχρι τοῦ ἐκρήγματος καλουμένου. — τὸ δ' ἔκρηγμα συγκέχωσται. Meminit idem huj. ἐκρήγματος l. i. p. 50. Plin. v. 13. istud ἔκρηγμα vocat emersum.[1] Ceterum, quia in fabulis Æg. iste Sirbonis lacus traditur domicilium esse Typhonis, in quo occultatur,[2] forte id occasionem præbuit alii fabulæ, quam Plut. commemorat de Is. et Os. p. 353., quod nempe Typhon in lucem prodierit nec justo tempore, nec loco consueto, ex utero materno, verum præmature, latere matris suæ disrupto. Quod ad lacum ipsum attinet, ej. descriptionem jam dedimus e Strab. De eodem Diod. ita loquitur i. 30. "In medio cavæ Syriæ et Ægypti lacus est, latitudine perquam augustus, sed profunditatis admirandæ; longitudo ad CC stadia excurrit; nomen ei Serbonis. Si qui imperitia loci propius accedunt, periculis insperatis involvuntur. Strictior enim cum sit alveus, fasciæque similis, et vasta fabulosi littoris crepidine undique circumfusus, quando Austri perpetuo flant, magna vis arenæ ingeritur, quæ superficiem aquæ obscurat, paludisque aspectum ita terræ assimilem facit, ut omnino discerni nequeat. Ideo multi, natura loci non præcognita, cum totis ibi exercitibus absorpti periere, cum a vero itinere aberrassent." Quod ipsum confirmat xvi. 46. "Interea Persarum rex—signa versus Ægyptum profert. Ad magnam vero paludem (Sirbonidem), ubi, quæ barathra vocantur, occurrunt, per imperitiam locorum exercitus partem amittit." Ubi Diod. lectorem ad l. i. remittit. Et certe illic monet, c. 30., campos circa lacum Sirbonidem appellari barathra. Strabo xvi. p. 526. (1109), ubi de Mari Mortuo in Palæstina quædam dixerat, hæc addit, quæ ad lacum Sirbonidem spectare videntur: Ἐν δὲ ταῖς καλουμέναις Ταριχείαις, ἡ λίμνη μὲν ταριχείας ἰχθύων ἀστείας παρέχει, φύει δὲ δένδρα καρποφόρα μηλέαις ἐμφερῆ· χρῶνται δ' Αἰγύπτιοι τῇ ἀσφάλτῳ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν. Hæc, inquam, videntur ad lacum Sirbonidem spectare. Nam loquitur de ταριχείαις, quas fuisse in Æg., et plures numero, et celebres, satis constat. V. Steph. Byz. v. Ταριχέαι, ibique notas Berkelii et Holstenii. Ac sigillatim Ταριχειῶν Πηλουσίων [Ταριχηΐων τῶν Πηλουσιακῶν, in ed. Wesseling.,] mentionem facit Herod. ii. 15. Et vero Sirbonidem lacum fuisse prope Pelusium ad orientem, veteres omnes docent. Præterea Strabonem vidimus tradere, Æg. lacus huj. bitumine uti ad condienda mortuorum suorum corpora. Sed idem hoc, ut verum fatear, scrupulum mihi injecit. Testatur enim conceptis verbis Diod. S. xix. 99., bitumen, ex Mari Mortuo Palæstinæ, in Ægyptum transportari, et ad mortuorum condituras vendi. Non memini, me apud alium quemdam scriptorem de bitumine lacus Sirbonidis quidquam legisse. Itaque eam in rem pluribus adhuc inquirendum esse puto. De Lacu Sirbonide porro et hæc observa Aristidis verba e sermone Æg. fol. 94. a. ed. Gr. Flor. Ἡ δ' αὖ Σερβωνὶς λίμνη περιφανῶς ἔξω τῶν ὅρων τούτων ἐστίν. Ὑπερελθόντι γὰρ Πηλούσιον, καὶ τῶν ὅρων τῶν συγκλειόντων τὴν Αἴγυπτον θάτερον, ἐστὶ πρὸς Ὀστρακινὴν βαδίζοντι. Ἥπερ ἐστὶ μέση μάλιστα τῆς ἀσπάρου (lege ἀσπόρου vel ἀσπάρτου) τῆς Ἀραβικῆς· εἰ μὲν οὖν καὶ εἰς ταύτην ἐκ τῶν ἄνωθεν τόπων ἔρχεταί τοῦ Νείλου τις ἀπόῤῥους, οὐδὲν δέομαι λέγειν· ὅτι δ' ἐκφεύγει τοὺς ὅρους τοῦ Ἐφόρου, δῆλον ἐξ ὧν εἶπον. Videtur Serbonis esse nom. Æg. compositum ex ϪΕΡ, spargere, dispergere, et ΒϢΗ, fœtidum, quibus accedit terminatio Gr. Est igitur Serbonis lacus, qui spargit fœtorem, quemadmodum lacus Asphaltites in Palæstina, de quo idem testantur Diod. S. xix. 98., et plures alii, veteres ac recentiores.[3]

* Σίριος, nom. regis Theb., quod Eratosth. interpretatur υἱὸς κόῤῥης, addens, ὡς δὲ ἕτεροι, ἀβάσκαντος. Salmasii explicationem, de Ann. Clim. p. 567., jam alibi[4] commemoravi et rejeci, quoniam nom. Σίριος non tantum Gr. ab Eratosth. vertitur υἱὸς, sed υἱὸς κόῤῥης, filius maxillæ. ϢΗΡΙ in omnibus Copt. libris significat filium; atque in vers. Copt. V. et N. T. ȮϪΙ (ΟΥȮϪΙ) dicitur de maxilla. Esset igitur ϢΗΡΙ ȮϪΙ ad literam υἱὸς κόῤῥης. Quam vero ob rem rex Thebæorum Æg. fuerit dictus filius maxillæ, divinari non possum præ defectu monumentorum historicorum, aut etiam, cur ἀβάσκαντος, ab invidia vel a fascinatione tutus et immunis; quod postremum sitne prioris tantum illustratio, an vero interpretatio nova et diversa, nunc quidem intactum relinquo. Aliorum autem esto judicium de mea conjectura, ex qua ap. Eratosth. pro υἱὸς κόῤῥης l. υἱὸς κόρης; filius virginis, h. e., filius opinione et expectatione citius natus e matre, quæ adhuc nuperrime pro virgine habebatur, cujusmodi filii etiam Gr. παρθένιοι vocantur. Esset igitur Σίριος Æg. ϢΗΡΙ ΙΗϹ (sic enim leg., non ϢΗΡΙ ΙΗⲀ, ut vitio typographico extat ap. Vignol.) filius festinans. Sed hæc satis.

* Siris est Nili nom. antiquissimum, et, ut puto, origine Æg. Occurrit ap. Dionys. Perieg. 223., Plin. v. 5., et Steph. Byz. v. Συήνη. Intelligitur ex iisdem scriptoribus, nom. Siris maxime in usu fuisse ap. Æthiopes, ad Syenem usque et fines Ægypti habitantes. Auctoritate magnorum virorum inductus, ipse quoque[5] olim existimabam, nom. Siris et Hebr. שיחור esse unum idemque. Nunc alia sum sententia. Neque mihi placent viri eruditi, qui opinantur, Sirin et Osiridem s. Osirin esse vocabula ejusd. originis ac significationis.[6] Etsi Nilus potissimum ab Æthiopibus nomine Siris appellaretur, videtur tamen hoc nom. esse origine Æg., et forsitan derivandum a v. ϢⲀΡΙ, quæ juncum significat. Sed de his omnibus dixi plura in Panth. Æg. l. iv. c. 1. §. 3. sq.

* Σιριφθὰ vel Σιριφθάς. Vide infra v. Σιφωάς.

* Σιστοσιχερμῆς est nom. proprium regis Theb., quod Eratosth. interpretatur Ἡρακλέος κράτος. Videtur scriptura nominis ap. Syncellum corrupta, neque cum ea in concordiam posse redigi interpretatio Eratosth. Hinc nata fuit conjectura mea, pro Σιστοσιχερμῆς legi debere * Ἐρτοσιχερμῆς quam exornare conabar in Annotatt. ad Eratosth. Catal., quas A. des-Vignoles inseruit t. ii. Chronol. S., p. 761—763. De priori nominis parte Ἐρτοσὶ s. Ἐρτωσὶ dixi etiam supra p. 71, 72. Pars posterior χερμῆς videtur esse ⲈⲢⲀⲰⲀϨⲒ, et accedente articuli instar litera Ϫ, ϪⲈⲢⲀⲰⲀϨⲒ.[7] Recte ergo Ἐρτοσιχερμῆς vertitur Gr. Ἡρακλέους κράτος vel Ἡρακλῆς κραταιός.

Sistrum, Gr. Σεῖστρον, genus crepitaculi, Ægyptiis proprii, quo in sacris Sacerdotes eorum utebantur. Quare Sacerdotes Isidis, et in universum Sacerdotes Æg., nobis a veteribus describuntur ut Sistrati. Hinc Martialis xii. Ep. 29., Linigeri fugiunt calvi, sistrataque turba. Cf. Anonymus ap. Suid. v. Ἀγείρει, et Σεῖστρον, cuj. sunt hæc verba: ὁ δὲ λαθεῖν θέλων, ξυρεῖται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ γένειον, καὶ στολὴν Αἰγυπτίαν ἀναλαβὼν, ἣν οἱ Ἴσιδος θεραπευτῆρες ἤσθηνται, καὶ σεῖστρον ἐπισείων, καὶ πόλιν ἐκ πόλεως

[1] Cf. Casaub. ad Strab. i. p. 114., et Wesseling. ad Diod. S. t. ii. p. 368.
[2] Herod. iii. 5., Schol. ad Apollon. R. ii. 1215., Eustath. ad Dionys. Perieg. 253.
[3] Comparentur, quæ scripsit Jabl. Panth. Æg. P. iii. p. 64—66. 104—107. Quæ autem ille in hoc Glossario disputat, ea in compendium redegit et descripsit Scholtzius l. c. p. 12. De orig. nominis Serbonis aliter judicasse videtur Chr. Muller Sat. Obs. p. 148. qui conferri vult Arab. صربان, ἰρβὰν, et cum sibilo σιρβὰν, actionem occultandi et demergendi insinuans. De notione vocum ΒϢΗ et ϪΕΡ sive ϪϢΡ v. Lex. La Croz. p. 14. 164. 170.
[4] In Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 747. [5] In not. ad Eratosth., t. ii. Chron. Vignol. p. 765.
[6] Postquam viri in republica litteraria principes, Scaliger de Emend. Temp. p. 370., Seldenus de Diis Syr. i. 4. p. 147., et qui sunt eorum similes perpauci, docuissent, nomina Nili et Osiris esse synonyma, docti homines quam plurimi eandem opinionem amplexati sunt, etiam Millius Diss. sel. p. 194., et Georgius ad Fragm. Liturg. Copt. p. 321., qui et Nilum a שיחור non diversum autumant. Contrarium tuetur Mullerus Sat. Obs. c. 2. et 4., de nomine Siris prolixe inprimis disputans. Quem si audias, Siris dicitur quoque Giris, Gir, Geir, Gris, Nigris, Niger, nominibusque istis omnibus inest nota nigredinis, a v. שחר, vel חר sive חרה, quod in plerisque linguis Orientalibus, et ap. ipsos Æthiopes, significat arsit, æstuavit, adustus fuit. Mitto reliqua, quæ ap. ipsum leguntur.
[7] Cf. La Crozii Lex. p. 3.

ἀμείβων καὶ τῷ θεῷ ἀγείρων. Ex quibus apparet, Sistrum fuisse sacerdotibus Æg. proprium, interque ipsorum instrumenta sacra locum habuisse. Sed et alii, quando Isidis quædam sacra celebrabant, Sistra movebant. Sic Tibull. L. i. El. iii. 24. Non minus tamen ipsis Diis Æg., quam ipsorum sacerdotibus attribuitur, præcipue vero Isidi. Eam igitur sic Ovid. affatur, L. ii. Amor. El. xiii., Per tua Sistra precor, per Anubidis ora verenda. Valerius Flaccus Argon. L. iv. v. 416., ——— hæc procul Io Spectat ab arce Phari, jam divis addita, jamque Aspide cincta comas, et ovanti persona Sistro. Manilius Astron. L. i. extr. Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina Sistro. Et certe in vet. Æg. monumentis Isis non raro conspicitur manu sua Sistrum gerens, et veluti quatiens. Sistrum ita describit Apul. Met. xi. p. 240. (759, 760, ed. Oudend.): Dextra quidem ferebat æreum crepitaculum, cujus per angustam laminam, in modum balthei recurvatam, trajectæ mediæ paucæ virgulæ, crispante brachio tergeminos ictus (trigeminos jactus) reddebant argutum sonorem. Quæ Apuleii verba, ex ipsis Sistrorum imaginibus, non raro obviis, facile illustrari poterunt. Addendum est huic Apuleii descriptioni, virgulas, quæ Sistrum transeunt, et, concusso Sistro, tinnitum sonorum edunt, referre speciem aspidum Isidi sacratarum, et in summo Sistro conspici felem, cui tamen nonnunquam vultus humanus affingitur. Hæc omnia ad sacra Isidis a sacerdotibus referebantur, et mysticis rationibus nitebantur. Quæ sic exponit Plut. de Is. et Os. p. 376. *Ἐμφαίνει δὲ καὶ τὸ σεῖστρον, ὅτι σείεσθαι δεῖ τὰ ὄντα καὶ μηδέποτε παύεσθαι φορᾶς, ἀλλὰ οἷον ἐξεγείρεσθαι καὶ κλονεῖσθαι καταδαρθάνοντα, καὶ μαραινόμενα. Τὸν γὰρ Τυφῶνα φασὶ τοῖς σείστροις ἀποτρέπειν καὶ ἀποκρούεσθαι, δηλοῦντες, ὅτι τῆς φθορᾶς συνδεούσης καὶ ἱστάσης, αὖθις ἀναλύει τὴν φύσιν καὶ ἀνίστησι διὰ τῆς κινήσεως ἡ γένεσις. Τοῦ δὲ σείστρου περιφεροῦς ἄνωθεν ὄντος, ἡ ὄψις*[1] *περιέχει τὰ σειόμενα τέτταρα. Καὶ γὰρ ἡ γεννομένη καὶ φθειρομένη μοῖρα τοῦ κόσμου περιέχεται μὲν ὑπὸ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, κινεῖται δὲ ἐν αὐτῇ πάντα καὶ μεταβάλλεται διὰ τῶν τεττάρων στοιχείων, τῇ δὲ ἁψῖδι τοῦ σείστρου κατὰ κορυφὴν ἐντορεύουσιν αἴλουρον, ἀνθρώπου πρόσωπον ἔχοντα. Κάτω δὲ ὑπὸ τὰ σειόμενα, πῇ μὲν Ἴσιδος, πῇ δὲ Νέφθυος πρόσωπον, αἰνιττόμενοι τοῖς μὲν προσώποις γένεσιν καὶ τελευτήν.* In sequentibus docet, Felem referri ad Lunam, ejusque rei rationes indicat. Plura vide ap. Vigener. notis in Philostr. Imag. t. i. p. 64, 5, Aug. Mich. Chausse, Cabinet Romain, qui et figuras Sistri exhibet P. iii. num. xv. xvi. xvii. Quales figuræ etiam occurrunt in Leonardi Augustini Gemmis et Sculpturis P. i. num. 214., in Begeri Thes. Brandenb., in Pignorii Tab. Is., et in aliis Antiquitatum collectionibus.[2] Sistri vocab., quod etsi proprie de solis Æg. numinibus, sacris et sacerdotibus adhibetur, creditur tamen vulgo non esse Æg., sed Gr.[3] Dictum enim *σεῖστρον* existimatur a verbo *σείειν*, quia concutiebatur et commovebatur, ut sonum ederet argutum, uti vel ex Plutarchi et Anonymi ap. Suidam verbis, modo citatis, satis intelligitur. Isidori etymologia, qui Sistrum de Iside inventrice appellatum scribit, Etym. ii. 21., prolixa confutatione non eget. Si vox Sistrum non est originis Æg., quæ res mihi adhuc dubia manet, quamvis reliquiæ vet. linguæ Æg., quæ supersunt, non ferant suppetias ad istam vocis originem Æg. illustrandam; quodnam tunc fuerit crepitaculi huj. Æg. sacri nom. vere Æg., quantum memini, a nemine veterum traditur. Non videtur aberrare a vero, quod Mat. Veys. La Croze observavit, meque docuit, Æg. sermone suo proprio instrumentum hoc appellasse ⲔⲈⲘⲔⲈⲘ, quæ vox proprie crepitaculum significat, vel instrumentum Musicum, quod, pulsatum aut commotum et quassatum, sonitum edit. ⲔⲒⲘ enim est movere, et concutere, Ps. xxi. 7. Act. xii. 7. Inde ⲔⲈⲘⲔⲈⲘ ab interprr. Coptis reddi solet vox Gr. *τύμπανον*, Ex. xv. 20. Ps. cxlix. 3. Ps. cl. 4. *Τυμπανιστὴς* vero, vel *τυμπανίστρια*, pulsans tympana, iisdem audit ⲢⲈϤⲔⲈⲘⲔⲈⲘ, Ps. lxviii. 25. *Τύμπανον* Æg. memorat Clem. Alex. Pædag. ii. 4. p. 164. Aut forte verum Sistri nom. Æg. fuit ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ. Nam 1 Cor. xiii. 1., ubi in Gr. est *χαλκὸς ἠχῶν*, Copt. reddidit Ⲛ̇ⲞⲨϨⲞⲘⲦ ⲈϤⲤⲈⲚⲤⲈⲚ. Ex quo loco intelligitur, ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ proprie[4] accipi de tinnitu æris, adeoque Sistrorum, quæ ex ære erant confecta. De sonitu Tubarum Ex. xix. 16. quoque legitur. Et ipsa hæc vox ad formam vocis Gr. *σεῖστρον* propius accedit. Est vero, uti et ⲔⲈⲘⲔⲈⲘ, eo modo formatum, ut veluti sonum instrumenti crepitantis imitetur. [Cf. H. St. Thes. iii. p. 756, a. EDD.]

* Sittim, arboris species, cuj. sæpe mentio in V. T., et quæ illic dicitur שטים. Sunt, qui vocem velint esse Æg. originis: nec immerito. Scripsi de ista voce, mense Augusto a. 1741., epist. ad Clodium Lipsiensem, et de vocibus quibusdam aliis Hebraico-Æg. Cf. autem, quæ supra monui in v. Sant vel Santh p. 260—263.

* *Σιφωὰς, ὁ καὶ Ἑρμῆς, υἱὸς Ἡφαίστου*, nom. regis Theb., ex interpretatione Eratosth. ap. Euseb. Chron. Gr. p. 23., et Syncellum p. 124. Dicebatur quoque *Ἑρμῆς*, non Mercurius, ut male vertitur, sed Æg. ⲈⲢ—ⲘⲈϨ, Ermeh, quod nom. sup. p. 68. explicui. De altero nomine *Σιφωὰς* dixi sententiam in annot. ad Eratosth. Catal., in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 763, 4. Recte monebat Salmas. de Ann. Clim. p. 567., nom. corrupte scribi *Σιφωὴς* s. *Σιφωὰς*: existimabat autem legendum *Σιριφθὰ*, cum *φθὰ*, vel potius *φθὰς*, Æg. appellaretur Vulcanus, et ϢⲎⲢⲒ lingua ipsorum significaret filium; unde ϢⲎⲢⲒ ⲪⲐⲀϢ bene verti poterat *υἱὸς Ἡφαίστου*, filius Vulcani. Quoniam vero *Σιριφθὰς* nimium recedit a vulgari lect. *Σιφωὰς*, malim legere *Σαφθὰς*, et hoc nom. ex idiotismo linguæ Æg. interpretari *τὸν πρὸς Ἥφαιστον*, vel *τὸν Ἡφαίστου*, nempe *υἱὸν*, ut vox integra sit composita ex ⲪⲐⲀϢ, et particula ⲤⲀ, de cuj. usu antea jam [p. 269. 272.] monui. Erat forte Saphthas, dictus etiam Hermes, non diversus a rege Arminou, cuj. meminit Censorinus de D. N. c. 19., et qui alibi Armais appellatur.[5]

* *Σκῆτις*, Scetis, desertum Æg. in Heptanomo, seu Æg. media, qua Libyam spectat, quam incoluerunt Anachoretæ Christiani, qui et huic loco id nom. indiderunt. Palladius Hist. Laus. p. 38. ed. Meursii, in Vita Macarii Ægyptii, *Εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐνδοτάτω, τὴν καλουμένην Σκήτην*, et p. 43., *Τὸ ἕλος τῆς Σκήτεως, ὅ ἐστιν ἐν τῇ πανερήμῳ*, iterum in Vita Pauli Phermensis p. 61., *Ὄρος ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐστὶν ἀπάγον ἐπὶ τὴν Σκήτην, τὴν ἔρημον, ὃ καλεῖται φέρμη*, et p. 62., *Πρεσβύτερος τῆς Σκήτεως*, iterum-

[1] Pro *ὄψις* legendum est *ἁψὶς*, cum Baxtero, Bentleio, Marklando, Squirio, qui in ipsum textum recepit p. 151., et Wyttenbachio.—Pro *γεννομένη* alii *γινομένη*, alii rectius *γιγνομένη*.

[2] De vario Sistrorum Æg. genere et usu cum multi multa scripserint, quæ repetere nihil attinet; tantum monebo, eruditos interprr. Antiquitatum Herculanensium, Le Pitture Antiche d'Ercolano, plura de Sistris monuisse lectu digna, t. ii. p. 310, 311. 318. t. viii. p. 12. Scribunt autem Venuti et Amadutius t. iii. veterum Monumentorum Matthaeiorum p. 49.: "Medicei Tablini Sistrum omnium ornatissimum descripsit jam Jos. Blanchius, nosque et Matthaeianum, et Gualdinum, et Strozzianum ad viam Aureliam repertum, et Herculanense, et Vaticanum suspectæ antiquitatis designavimus in nostra ad Bandinium Epistola, quæ in Florentinas Ephemerides [Novelle Letterarie di Firenze del 1773.] inlata fuit." In quibusdam etiam monumentis antiquis aliis vere non conspici Sistrum, observat J. Winkelmann in Præf. ad descriptionem Musei Stoschiani, et in Geschichte der Kunst des Alterthums z. 75. Quæ triumvirorum, Antiquitatis studio maxime celebrium, observatio si vera est, operæ pretium faciet, qui, post Bacchinum, Tollium, Pignorium, Fabrettum, Montfauconium pluresque alios, denuo accurate inquirat in originem Sistrorum et usum ap. Ægyptios.

[3] Quos ego quidem novi, scriptores omnes veteres ac recentiores Gr. vocis Sistrum originem agnoscunt, præter unum Papiam, cuj. verba, citata ab Elmenhorstio ad Apuleii Metamorph. p. 759., hæc sunt: Sistrum lingua Æg. est tuba, cum qua Isis describitur. Sed Glossatoris, qui vixit seculo xi. circiter medio, auctoritas non est tanti.

[4] De propria ista vocis ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ notione dubito. Videtur significare sonum quorumque instrumentorum Musicorum. *Σάλπιγγος ἦχος* Hebr. xii. 19. Coptice redditur ⲠⲤⲈⲚⲤⲈⲚ Ⲛ̇ⲦⲈⲞⲨⲤⲀⲖⲠⲒⲄⲄⲞⲤ, pro quo in vers. Sahid. ⲞⲨϨⲢⲞⲞⲨ Ⲛ̇ⲤⲀⲖⲠⲒⲄⲜ. Nec video, quæ sit similitudo vocabulorum ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ et *σεῖστρον*.

[5] Plura dabit Vignolius t. ii. Chronol. p. 771. sq.

que in vita Ptolemæi p. 83. Nom. hoc deserto videtur impositum a Christianis de vitæ suæ genere austero, cui illic assuefiebant. Quam in rem operæ pretium duco adscribere verba La Crozii, in literis ad me datis ita scribentis: In fine duorum Codicum Syriacorum, ap. Assemanum t. i. Bibliothecæ Orientalis p. 563. 569., observatur, Desertum Scetes significare trutinam cordis, nimirum ϢΙϨΗΤ.[1] Æg. certe ϢΙ est mensurare et ponderare, eademque vox significat mensuram et stateram sive trutinam. Quamvis plerumque statera seu trutina plenius soleat dici ⲘϢⲒ, Lev. xix. 36. Ps. lxi. 9. Apoc. vi. 5., hoc tamen est a v. ϢΙ, frequenter in Copt. libris occurrente.[2] Cor dici ϨΗΤ, notissimum est.[3] De ejusd. loci nomine Arab. scribit C. Sicard, in les Nouveaux Mém. des Missions t. ii. p. 63.: J'appris en chemin faisant, que la Plaine de Sceté est nommée par les Arabes Chaihat. Videtur idem locus indicari nomine Scatina, de quo Renaudot. Hist. Patriarch. Alexandr. p. 143. scribit: "Fuisse tunc ait Severus sexcenta Monasteria in Æg., tam virorum quam fœminarum, præter ea quæ in agris erant, Scatina dicta, quæ vox quid significet, ignoramus." Ad hanc terminationem magis accedit vetustior Gr. pronuntiatio in verbis Ptolemæi Geogr. iv. p. 259. ed. Bas., Καὶ ἐν τῇ Σαιθιακῇ χώρᾳ Σκιαθίς. Cassianus Collat. vi. 1. etiam loquitur de eremo Scithi.[4]

• Σκινφή. Rhododendron. Append. Dioscor. iv. 82. p. 468.

• Σκυνιόσοχος, Τύραννος, Rex Theb., in Eratosth. Catal., ex ed. Scalig. p. 23. Alii legunt, Ἀγκούνιος Ὄχυ τύραννος. Me in his nihil videre, candide fassus sum,[5] et adhuc fateor.

Σμάραγδος. Quamvis hodie nulli ex Æg. afferantur Smaragdi, dubitari tamen non potest, quin Ægyptus quondam hoc lapidum pretiosorum genere abundaverit, fuerintque Smaragdi Ægyptii præ multis aliis celebrati: quod idoneis veterum et recentiorum testimoniis prius comprobabo, quam de orig. nominis dicam. Plin. xxxvii. 5. loquitur de Smaragdis Æg., qui prope Copton, oppidum Thebaidos, ex cautibus eruuntur, aliosque memorat Æthiopicos, acriter virides, itinere trium dierum a Copto inventos. Solinus Polyhist. c. 15. testatur, Asiaticam Scythiam esse Smaragdis patriam, præcipuumque esse honorem Scythicis, addit tamen, esse et Smaragdos Ægyptios. His junge Theophr. de Lapid. p. 25., cuj. hæc verba sunt: οἱ περιττοὶ σπάνιοι καὶ ἐξ ὀλίγων τόπων, οἷον—ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἐκ τῶν Καταδούπων, καὶ Συήνης πρὸς Ἐλεφαντίνῃ πόλει—ἥτε Σμάραγδος, καὶ ἡ Ἴασπις.[6] Præterea Geographus Nubiensis p. 18. monet, non procul ab urbe Asvan, i. e., Syene, ad latus Nili meridionale esse montem, in cuj. radicibus extat fodina Smaragdi in deserto ab ædificiis remoto, nec reperiri in toto terrarum orbe Smaragdum, qualis in hac fodina, quæ fossoribus est perfrequens, et ex qua deinde in loca quælibet distrahitur. Similia leguntur ap. alios scriptores Arab., de quibus Herbelot in Biblioth. Orient. p. 141. et 580.[7] Atque ita quidem veteres. Videamus de scriptoribus recentioribus. Scribit Chardin t. ii. Itin. Pers. p. 239.: "Dans les Poëtes Persans les Emeraudes de vieille roche sont appellées Emeraudes d'Egypte, et on tient, qu'il y en avoit une mine en Egypte, qui est à présent perduë." Et iterum p. 69, 70.: "J'ajoute à ce chapitre, que les Persans font une distinction entre les Emeraudes, comme nous faisons entre les Rubis. Ils appellent la plus belle sorte, Emeraudes d'Egypte, la sorte suivante, Emeraudes vieilles, et la troisième, Emeraudes nouvelles. Avant la decouverte du nouveau monde les Emeraudes leur venoient de l'Egypte, plus hautes en couleur, à ce qu'ils prétendent, et plus dures, que les Emeraudes de l'Occident. Ils m'ont fait voir plusieurs fois de ces Emeraudes, qu'ils appellent Zemeroud Mesri, l'ancien nom de l'Egypte, et aussi Zemeroud Asvani, d'Asvan, ville de la Thébaide, nommée Syene

[1] Plura forte La Crozius alibi annotaverat, quandoquidem Jabl. ad oram paginæ MS. scribit: "Adde ibi [in Assemanni Bibl. Or. t. i. p. 563.] notas MSS. B. La Crozii, margini exemplaris sui, nunc mei, alletas." Quod exemplum ubi cum maxime servetur, me fugit. [2] Adi La Crozii Lex. p. 129, 130. [3] Eadem repetiit Scholtzius l. c. p. 14.

[4] In fragmento Theb. ap. Mingarell., in Æg. Codd. Reliq. p. cclxxv., fit mentio montis ϢΙΗΤ. Monet vir doctus p. cclxxvi., eund. montem Memphitice vocari ϢΙϨΗΤ, diversumque esse a deserto, quod a Palladio aliisque Σκῆτις vocatur, quemadmodum etiam alibi ϢΙΗΤ, mons, in quo monasterium Macarii Abbatis, et ⲤⲔⲨⲐⲎⲤ s. ⲤⲔⲨⲐⲒⲤ, desertum, dictum vulgo Scetis, aperte distinguuntur.

[5] In Vignolii Chronol. t. ii. p. 760.

[6] Omitti non debet Strabo xvii. p. 1170. Ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ (prope Copton et Apollinis urbem s. vicum) καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλά ἐστι, καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν, τῶν Ἀράβων ὀρυττόντων βαθείας τινὰς ὑπονόμους. Notavit autem A. Gronov. in margine exempli mei, verba καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν in Cod. MS. Medic. uncinis [ ] includi. Nec tacendus Epiphanius, cuj. liber de xii. Gemmis in Rationali summi Sacerdotis Hebr. primum integer e cod. Vat. Latine ex antiqua vers. editus est Romæ a. 1743. Scribit autem p. 11, 12., "Sunt et alii Smaragdi—in India—in Æthiopia:" et p. 14—19., "Est enim (mons) introrsus in Mari Rubro, quod sic appellatur, in ipso gressu (ingressu) regionis Indorum;—Smaragdinum vero sic vocatur insula modica, ex adverso sita Beronicæ, in qua portus est Indiæ dirigens ad Thebaidem;—contigua est autem Beronicæ, quæ sic appellatur, regioni Elephantinæ, nec non et Telmi, [Talmi, quæ urbs Æg. memoratur in Antonini Itin. p. 161.] quæ nunc a Blemis obtinetur. Corruerunt autem montis huj. metalla, suntque metalla alia in ipsorum Barbaria Blemmiorum juxta Telmeos in montibus constituta, quæ nunc effodientes Barbari Smaragdos incidunt." Quæ sunt in isto Epiphanii testim. de Smaragdis Æg. obscuriora, illustrare conatus est F.Fogginius in notis, essentque intellectu faciliora, si Græca non desiderarentur. Nam quæ C. Gesnerus, Petavius, et Hillerus ediderunt, sunt tantum epitome libri, a Fogginio vulgati: quod J. A. Fabric. Biblioth. Gr. vii. p. 424, 5. non perspexit, Caveum immerito reprehendens, quia opusculum de Lapidibus inter inedita Epiphanii retulerat.

[7] F. S. de Schmidt in Opusculis, quibus res antiquæ præcipue Æg. explanantur, p. 351. monet, in diario Paris. (Journal des Sçavans, Juin 1758.) citari Arabem, qui ipse dicat se lustrasse has Smaragdi fodinas Æg., octo dierum itinere a Kous dissitas. Unum adjungam testimonium, sed valde locuples, scriptoris Arab., nati in Æg., et qui aut habitavit, aut certe in urbe Cahira sæpe commorabatur, seculo xiii. circiter medio. Scribit enim Teifaschi in lib. MS. de Gemmis c. iii., locum, unde affertur Smaragdus, cuj. nom. in Cod. Florent. scribitur الزمرد, esse in limitibus Ægypti et Æthiopiæ prope Syenem, esse ibi montem quendam, qui pontis figuram referat; in isto ponte esse fodinas, unde effodi et educi Smaragdos, rel. Addit deinde, indicasse sibi præfectum fodinarum in Æg., jussu Sultani iisdem præpositum, in fodina Smaragdi primum esse conspicuum lapidis quoddam genus, Talc dictum, deinde fodiendo inveniri pulverem mollem, rubri coloris, in quo habeatur Smaragdus. Testatur etiam Teifaschius c. iv., nasci eisdem in locis, in quibus Smaragdus, de quo dixerat, atque una cum eo inveniri, sed minori copia, gemmam الزبرجد, quæ sit species Smaragdi. Verba Arabica e Codd. MSS. primus attulit, Latine vertit et docte illustravit Ravius in Spec. Arab., continente descriptionem et excerpta libri Achmedis Teifaschii de Gemmis et Lapidibus pretiosis, p. 93—100. Quantam Collega optimus ab omnibus eruditis iniret gratiam! si loco speciminis, quod juvenis admodum a. 1784. edidit, integrum Teifaschii librum vulgare non procrastinaret, notisque suis eximiis exornare: cuj. mihi, dum hæc scribo, spem fieri vehementer lætor. Dum hæc analecta typorum machinis imprimuntur, ad me perfertur liber, inscriptus, Ægyptus auctore Ibn al-Vardi, et hoc anno ex apographo Escorialensi primum Halæ Arabice ed. a C. M. Fraehn, in quo scriptor p. 40. testatur, in infima montis Alaki, in Nili plaga australi eminentis, parte inveniri Smaragdi fodinam, qualis non est alia in tota ista regione. Junge notas ad istum locum p. 97, 98. Non una de causa operæ pretium facturus mihi videor, si addidero, quæ his diebus Ravius noster, Vir omni liberali doctrina et humanitate politus, ut annotatio p. 315. emendaretur atque illustraretur, ad me scripsit. En ejus verba: "الزمرد. Vitiose expressum ex parum accurata scriptione speciminis mei: legendum الزمرد, vel sine articulo زمرد. Memini Typothetas, cum articulum ejusque puncta delere debuissent, sola puncta delevisse, unde natum est vocabuli hoc monstrum. Ceterum testibus, qui docent Smaragdos in Ægypto inveniri, addere liceat duos auctores perquam idoneos, Macrizium in tractatu MSS. de mineralibus et fodinis (v. catal. Bibl. L.B. p. 487. n. 1923) qui diserte ait: الزمرد مصري ويوجد ببلاد الهند بمعادن ذهب Smaragdus Æg. est, inveniturque etiam in India in fodinis auri, et Ebn Haukal celebrem Geographum, qui tradit Smaragdos utriusque nominis, et زمرد et زبرجد inveniri in Æg. in medio deserto ad austrum Nili, ed. Ouseley, p. 53."

par les anciens geographes."[a] Brevi post, p. 70, 71., significat Chardin, minus certa ac vera sibi videri ea, quæ a Persis acceperat, sed forte Smaragdos ex India per Mare Rubrum allatos primum Ægyptiis esse, et ab his deinde aliis venditos. Audiamus igitur testem alium, eumque profecto, si quis ullus, valde idoneum, Prosp. Alpinum, l. iii. rerum Æg. c. 4. sic scribentem. "Quod Smaragdi pretiosissimi omnium in Ægypti Provincia, Gait vocata, effodiantur, omnibus, qui Æg. habitant, notissimum est. Itaque in Gait, sub Ægypto meridiem versus posita Provincia, vel regno, ubi olim Inarum regnasse ferunt, Smaragdorum puteus est, quem Bir el Smerud vocant." Sequuntur alia, quæ illic legi malim.[1] Est quoque operæ pretium de Smaragdis Æg. consulere Maillet, Descr. de l'Egypte P. ii. p. 59—73, et Pococke, Obss. on Egypt, l. ii. c. 3. p. 89. Quandoquidem ergo, fide et auctoritate scriptorum veterum ac recentiorum, Ægyptus sit locus natalis plurimorum et præstantissimorum Smaragdorum, vix equidem dubito, quin et nom. ipsorum sit origine Ægypt., quod ab Ægyptiis transiit ad Arabes, Gr. et Romanos, levi tamen mutatione et varietate scripturæ. Ap. auctores Lat. invenitur Smaragdus et Zmaragdus, quemadmodum Smyrna et Zmyrna. Smaragdus est in usu vulgari, atque defenditur a Prisciano l. i. p. 564. ed. Putsch. Zmaragdus malunt alii, inter quos Pierius ad Virg. Æn. vii. 648., atque Broukh. ad Tibull. [i. 1. 51.] ii. 4. 27., idemque [et P. Burmannus sec.] ad Propert. l. ii. El. 13. 43. ["Dausqu. et Manut. in Orthogr. et alii magni nominis critici e vet. lapidibus et Lat. veteri consuetudine, zmaragdus scribi malunt; imo in omnibus vocibus ab sm incipientibus s in z mutari, ut Zmyrna, Zmintheus, etc. His nos quoque subscribimus: neque tamen alteram scriptionem non probamus, longo usu probatam, et defensam a Prisciano." Forcellinus. Cf. Burm. ad Petron. c. 55. p. 273. et ad Ovid. Met. ii. 24. Edd.] Sed ea differentia scriptionis minus ad etymologiam facit, quam quæ locum habet in lingua Gr. Nam appellatur Σμάραγδος et Μάραγδος. Posterius e Menandri fragm. ap. Athen. iii.[2] protulit H. Steph. Ind. Thes. Gr. p. 1416., hanc scribendi formam approbans. Ap. Herod. ii. 44. pro vulgato Σμαράγδου e Cod. Medic. Gronovius reponebat Μαράγδου.[3] Plerique tamen scriptores reliqui utuntur Σμάραγδος. Quæcumque præferatur scriptio, mihi nunc perinde est, ne vix quidem putanti, quempiam hodie probaturum vocis derivationem vel a μαράσσω s. σμαράσσω, quibus H. Steph. attribuit signific. lucendi, splendendi, vel a μαρμαίρειν, rutilare, quæ etymologia placuit Athenæo, Eustathio, aliisque, vel a σμαραγεῖν, [lucere,] ut vult Etym. M., qui tamen fluctuasse videtur.[4] Multo minus probanda est opinio eorum, qui vocis originem quærunt in lingua Hebr. In Cod. V. T. Smaragdus appellatur ברקת Ex. xxviii. 17., s. ברקת Ezech. xxviii. 13., ubi interprr. Alex. habent Σμάραγδος, et recte omnino, sed male Ex. xxviii. 9. et xxxv. 27., in quibus locis occurrit nom. שהם, quo potius Sardonyx significatur. Non novi aliud Smaragdi nom. Hebr., e quo voc. Gr. et Lat. commode possit derivari.[5] Vix igitur aliud superest, quam ut existimemus, natales vocis Σμάραγδος quæri oportere in vet. ling. Æg.: quorsum inprimis tota hæc de Smaragdis disputatio spectabat. In vers. Copt. Ex. ll. cc. et Apoc. iv. 3. xxi. 19. legitur ⲤⲘⲀⲢⲀⲄⲆⲞⲤ, semel ⲤⲘⲀⲢⲀⲄⲦⲞⲤ, Ex. xxviii. 9.[6] Alia de origine vocis leguntur in Relationibus Missionariorum Danicorum in India, Continuat. xlvi. p. 1258. in notis. ["Μάραγδος, ου, ὁ, gemma, quæ et σμάραγδος appellatur, Smaragdus: sed rectius μάραγδος dicitur sine s: nominata enim est παρὰ τὸ μαρμαίρειν, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν, propterea quod pellucida sit. Ita Athen. l. iii. (p. 94.) hoc afferens ex Menandro exemplum, Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει καὶ σάρδια." H. St. Σάρδια, intellige λιθίδια, ut e Platonis Phæd. docuit H. St. in v. "Σμάραγδος, ου, ἡ, Smaragdus. In v. l. annotatur dici et masculino genere; sed feminini duntaxat affertur exemplum, e Suida, de smaragdo Polycratis Samii, Τῆς σμαράγδου τῆς ἐμβληθείσης εἰς τὸ πέλαγος εὕρεσις." H. St. "Μαράσσω, affertur pro Splendeo; indeque esse dicitur ὁ μάραγδος λίθος, sed nullo id exemplo probatur, nulla auctoritate." H. St. "Σμαράσσω, pro μαράσσω, Luceo, Splendeo; unde Σμάραγδος esse dictum putatur: ut Μάραγδος (nam et hoc invenitur) a μαράσσω." H. St. Etym. M. p. 720, 54.: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερον σμαραγῶ, καὶ σημαίνει τὸ λάμπω· ἐξ οὗ καὶ σμάραγδος ὁ λαμπρότατος λίθος· παρὰ τὸ μαίρω τὸ λάμπω, ὃ μέλλων, μαρῶ· κατὰ παραγωγὴν, μαράσσω· πλεονασμῷ τοῦ σ̄, σμαράσσω· καὶ ῥηματικὸν ὄνομα, σμάραγος καὶ σμάραγδος. Μαράσσειν nusquam, quod sciamus, occurrit in sensu lucendi, sed Erotianus habet: Μαράσσει· ψοφεῖ.[7] * Σμαραγῶ, luceo, Lexica H. St. et Schneideri non agnoscunt. Habent tamen μαίρω, quod Etym. M. l. c. exponit per λάμπω: "Μαίρω, affertur pro lucco, quod potius μαρμαίρω." H. St.

[A v. μαίρω, luceo, derivandum est Σμᾶρις, ιδος, ἡ. "Pusillus quidam piscis: aliqui mænidas esse putant. Gaza ap. Aristot. (H. A. viii. 30.) vertit Cerrum piscem e mænarum genere. v. l." H. St. "Smaris, Σμαρὶς, quæ et Μαρὶς Athenæo (p. 313.) piscis marinus, a μαίρω, luceo, nempe ob colorem candidum. Nam eadem est ac Mæna candida: Σ præmissum, quomodo dicitur μικρὸς et σμικρὸς, μαράσσω et σμαράσσω, μάραγδος et σμάραγδος." G. I. Vossius Etym. L. L. Attica forma est σμαρίς. Plin. xxxii. 10.: "Mulieribus lactis copiam facit glauciscus e jure sumtus, et smarides cum ptisana sumtæ, vel cum fœniculo decoctæ:" xxxiii. 11., "Spondylus, smarides, stella, spongia:" c. 10., "Prosunt et smarides illitæ." Cf. Dioscor. ii. 30. Prior syllaba corripitur: Epigr. Phani. 7.,——ἢ σκάρον, ἢ σμαρίδα: (ubi vide Jacobsii Animadvv. viii. 172.) Ovid. Halieut. 120. "Fecundumque genus Mænæ, Lamyrosque, Smarisque." Hesych.: Σμαρίδες· γραῖες καὶ ἰχθύδια μικρὰ ἄριστα· οἱ δὲ, τὰς μαινίδας. Hesych. ad Athenæi locum vii. p. 313. a. respexit: Σπεύσιππος δὲ, ἐν δευτέρῳ Ὁμοίων, ὅμοιά φησιν εἶναι τῇ μαινίδι βόακα καὶ σμαρίδας, ὧν μνημονεύειν καὶ Ἐπίχαρμον ἐν Γᾷ καὶ Θαλάσσᾳ οὕτως· Ὄκχ' ὁρῇ βῶκας πολλοὺς καὶ μαρίδας. Ἐπαίνετος δ' ἐν Ὀψαρτυτικῷ φησί· Σμαρίδα, ἣν ἔνιοι καλοῦσιν Κυνὸς Εὐνά. Sicut Speusippus similes esse mænidibus smarides, dixit: sic eosdem pisces junxit Aristot. H. A. viii. 30.: Μεταβάλλει δὲ καὶ ἡ Μαινὶς, ὥσπερ εἴρηται, καὶ ἡ Σμαρίς. "De utroque pisciculorum genere consuli possunt quæ e variis virorum doctorum

[1] Comparandus Michaëlis P. i. Spicilegii Geogr. Hebr. p. 199—201, et de Schmidt l. c. p. 349—352. Addam verba Joannis de Laet l. i. de Gemmis et Lapidibus c. s. p. 37.: "Observatum quin etiam a gemmario inprimis celebri, in Ægypto ad oppidum Cairo clanculum ab Æthiopibus Smaragdos venales adferri, unde proclive opinari, haud longe ab illa urbe reperiri: nam quum ille narret, se ab agresti homine aliquot extra urbem emisse, qui se protinus surripuerit, non est verisimile ex India commercio quæsitos."

[2] Verba Menandri, Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει, exstant ap. Athen. iii. p. 94., qui addit, ἀπὸ δὲ τοῦ σ λεκτέον. παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν ὠνόμασται, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν. Vide ad ista verba notas Schweighæuseri p. 131.

[3] Sed minus recte, ut monent Wasse ad Thucyd. iv. 13., et Wesseling. ad Herod. l. c.—Orpheus περὶ λίθων xvi. 5. p. 342. memorat αἰγλήεντα Μάραγδον, ubi Gesnerus nullam notavit lectionis varietatem.

[4] Jablonskio igitur neque placuissent observationes Lennepii et Scheidii in Etym. L. Gr. i. 531, 532.

[5] Quis credat, Gr. Σμάραγδος s. Μάραγδος ductum esse ex Hebr. ברקת? Ita tamen, permutatione scilicet facillima literarum ב et M, ק et Γ, ת et Δ admittenda, censuit Braunius l. c. p. 653—656.

[6] Ne quid diffitear, origini Æg. vocabuli Smaragdus non parum officiunt observata de usu literarum Ⲅ et Ⲇ in libris Copt. p. 58 et 61. Accedit, interpretes Coptos ad exemplum Alexandrinorum uti voce ⲤⲘⲀⲢⲀⲄⲦⲞⲤ sive ⲤⲘⲀⲢⲀⲄⲆⲞⲤ istis etiam in locis, ubi de Sardonyche sermo fit, non autem de Smaragdo. Equidem fateri non erubesco ignorantiam originis, nisi hæc forte Arabica rectius dicatur. ["Aliquis existimet σμάραγδος esse ab Arab. זמרד, quod idem notat; sed contra vocem eam Arabes accepere a Græcis." G. I. Voss. Etym. L. L. Edd.]

[7] [De h. l. sic scripsit Adr. Heringa, a Franzio laudatus. "Quorsum hæc referenda sint, haud temere affirmaverim: quoniam tamen præcedens μαράσσει ad l. ii. de Morb. Mul. p. 684. 55., conjectura ductus refero ad eundem libellum, p. 658. 28., Ἢν ἀγχιστεῦσιν αἱ μῆτραι, ἡ γαστὴρ αἴρεται, καὶ ψοφῇ, καὶ σμαραγῇ. Nec tamen putem Erotianum μαράσσει legisse pro σμαραγεῖ: sed ipsius glossam sic refingendam duco: Σμαραγεῖ· ψοφεῖ. Ita Hesych.: Σμαραγεῖ· ἠχεῖ, ψοφεῖ. Quod vero emendatio nostra ordini literarum repugnat, nihil curo: vide quæ de hac re c. i. monui. De vocis vero ἀγχιστεῦσιν vera scriptura, quæ jam per multa sæcula incerta fuisse videtur, nihil in præsentia, quod moneam, succurrit: vide, si libuerit, Erotianum, cuj. tamen locus mihi valde obscurus est, nec verum attigisse puto Foesium, qui πρησθῶσιν emendat." Edd.]

scriptis prudenti (ut solet) delectu annotavit Camus ad Aristot. p. 775. et p. 494.," Schweigh.

[Wetstenius N. T. t. ii. p. 844. ex Epiphanio affert, *Σμάραγδος, οὗτος καλεῖται καὶ πράσινος*, e Psello de Lapid., *πρασοειδής*. De *σμάραγδος* masculino genere H. Steph. l. c. dubitat. Lat. smaragdus femin. genere occurrit ap. Lucan. x. 121. Crebra maculis distincta smaragdo, ubi al. leg. crebro. Claudian. de vi. Consul. Honor. 563. Inter Erythræas surgentia colla smaragdos. Etiam Ovid. Met. ii. 24. In solio Phœbus claris lucente smaragdis, al. e Mss. leg. clara smaragdo.

["A nom. *Σμάραγδος* est adj. *Σμαράγδινος, ὁ* et *ἡ*, Smaragdinus, E smaragdo factus. Item *σμαράγδινος λίθος*, Apocal. iv. (3. *ὅμοιος ὁράσει σμαραγδίνῳ, λίθος* non additur, sed subintelligi debet,) pro smaragdo." H. St. *Σμαράγδινον*, smaragdinon, nomen est Emplastri, cujus descriptio habetur ap. Celsum v. 19., ita dictum ob summam viriditatem.

["Ab eodem est et verbum *σμαραγδίζω*, Smaragdum colore refero, Smaragdi colorem refero, s. imitor. Sic *Ἶρις* dicitur *σμαραγδίζειν* a Basilio et ab Aretha." H. St. *Σμαραγδίζοντα ζῶα*, Diod. S. ii. 52. Cf. Salmas. in Solin. p. 778., b, c.

[* *Σμαραγδίτης, ὁ*. Plin. xxxvii. v. "Mons juxta Calchedonem, in quo legebantur (smaragdi,) Smaragdites vocatus est." *Σ. λίθος*, Esth. i. 7.

[* *Σμαραγδώδης*, Smaragdo similis, Schol. Nic. Ther. 443. H. v. ignorat Schneideri Lex.

[* "*Σμαραγδεῖος*, Ad smaragdum pertinens, Hel. Æth. 118." G. W. in Notis MSS.

[* "*Σμαράγδιος*, Myth. p. 38." Idem. Utrumque vocabulum ignorat Schneideri Lex.

[* *Σμαράγδιον*. Marc. Anton. de Rebus suis iv. 20.: *Σμαράγδιον γὰρ ἑαυτοῦ χεῖρον γίνεται, ἐὰν μὴ ἐπαινῆται; τί δὲ χρυσὸς, ἐλέφας, πορφύρα, μαχαίριον, ἀνθύλλιον, δενδρύφιον;* Edd.]

* *Σμὺ* est cognom. Typhonis, quod Plut. de Is. et Os. p. 376. sic explicat: *ὁ δὲ Τυφὼν, ὥσπερ εἴρηται, Σὴθ, καὶ Βέβων, καὶ Σμὺ ὀνομάζεται, βίαιόν τινα καὶ κωλυτικὴν ἐπίσχεσιν, ὑπεναντίωσιν, ἢ ἀναστροφὴν ἐμφαίνειν βουλομένων τῶν ὀνομάτων.* Cognomina Typhonis *Βέβων* et *Σὴθ* recte haberi Æg., sup. p. 51. 289, 290., observavi. Et fas est credere, *Σμὺ* esse quoque nom. Æg., a Plut. explicatum, sed ita tamen, ut veram interpretationis istius sententiam non potuerim assequi. Conjecturam meam de orig. huj. cognominis repetenda e v. Æg. ϢOU, significante id, quod est tenue, subtile admodum et minutum, factam in Panth. Æg. l. v. c. 11. §. 25., hic non repetam. Meliora et solidiora nemo hactenus me docuit, quæ libenter audire, et sequi etiam, paratum me semper futurum ibidem testificabar. Mihi quidem deinde in mentem veniebat voc. ϢЄUUO; quo designatur peregrinus, hospes, advena, Ps. xviii. 45. xxxviii. 12. Rom. xvi. 23. Act. vi. 5., sed non audebam ad Typhonem referre. Nec placet, cuj. antehac mentionem facere neglexi, sententia Bocharti, nom. *Σμὺ* derivantis e sermone Hebr., Geogr. S. l. i. c. 1., nimirum e nom. Semi, qui erat unus de tribus Noachi filiis.

* Smun, vel Smin, Copt. ϢUOYH aut ϢUIH, nom. Numinis Æg., non diversi ab Esmuno, de quo jam p. 72. dixi.

* Smun et Smin, sive Schmun et Schmin, fuit nom. duarum urbium in Æg., sic dictarum de Numine cognomine, cuj. modo facta fuit mentio. Altera istarum urbium vulgo dicitur Panopolis, altera Hermopolis magna. Plura qui velit, adeat Panth. ii. c. 7. s. 13.

* *Σοβέλ*. Chamæleon niger[1] sic Æg. appellabatur, teste auctore Appendicis ad Dioscor. iii. c. 11. p. 452.

* *Σοβέρ*. Nomen Æg. Tragii, sed diversi ab altero Tragio, quod tantum in Creta insula nasci scribit Dioscor. iv. 49. V. Append. ad ejusd. lib. iv. c. 50. p. 465.

* Sohar, סהר, carcer. Occurrit ista vox in solo Geneseos libro, et quidem c. xxxix. 20—23. xl. 3. 5., ubi historia Josephi narratur. Cum igitur alibi non inveniatur, illic autem sermo sit de rebus Æg., non male judicarunt interprr. quidam, esse eam peregrinam, neque a vero aberrasse videntur, qui haberent pro Æg. His dudum præiverat Aben Ezra, scribens: Nescimus, utrum vox sit Æg. Probabile est, ut Vitringa ac post eum alii docuerunt, Mosem in scribendis annalibus usum fuisse monumentis historicis antiquioribus, sive scidulis Patriarcharum, atque in iis reperisse vocem peregrinam סהר; quæ cum non satis nota esset Hebræis omnibus, Moses ipse adjungebat interpretationem, per quam vox intellectu difficilis explicaretur. Postquam enim Gen. xxxix. 20. commemorasset בית הסהר domum Sohar, addidit מקום אשר אסירי המלך locus, ubi vincti, sive captivi, regis custodiebantur. Qualis profecto vocabuli סהר illustratio minus necessaria recte putaretur, si fuisset illud origine Hebr. V. Bochartum P. i. Geogr. S. l. i. c. 15. et Hottingerum adv. Morinum p. 46. De etymologia tamen diversæ sunt virorum doctorum sententiæ, quas vide ap. Cartwrightum aliosque interpretes Geneseos, et Clodium Lex. Hebr. sel. p. 352, 3. Meum non est, in rebus hujusmodi obscuris certi quid definire. Id tamen monuisse non abs re fuerit, voc. hanc, si sit Æg., uti esse[2] videtur, e sermone Æg. luculenter posse explicari. CϢHϨ enim Æg. denotat vincire, ligare, Ps. cvi. 10. Act. xvi. 25.[3] Unde UⲀ ǸCϢHϨ, locus vinctorum, uti interprr. Copti hanc ipsam rem expresserunt Gen. xxxix. 20. 22. xl. 3. Similiter Paraphrastæ Chald., Jonathan et Onkelos, voc. סהר vertunt domum vinctorum. ⲀPЄϨ porro, vox admodum trita et communis, significat et custodire et custodiam. Erit igitur CϢHϨⲀPЄϨ sonhareh, ex quo facile conflari potuit Sohar, custodia vinctorum.[4] Est autem observatu dignum, interpretes Coptos in vertendo nomine סהר non presso pede secutos fuisse interpretes Gr. Alex., qui dederunt *ὀχύρωμα* munimentum.

Σολεχήν. Chalcidius in Timæum Platonis §. cxxiv. ed. Fabr. scribit: Cum hanc eandem stellam *ἀστροκύνον* quidam, Ægyptii vero *σολεχὴν* vocent. Pro voce priori, Lindenbrogius legit *ἀστρόκυνα*, Fabricius mavult *ἄστρον κυνός*. De posteriori vocab. Fabric. observat, illud in ed. Paris. scribi *σολεχὺν*, in ed. vero Leid. Meursii *σολεχὴν*, ipse autem censet, legendum esse *σῶθιν*, propter testimonia, quæ illic affert, et nos etiam apponemus in artic. *Σῶθις*, ubi vocem hanc interpretari conabimur. Itaque in ista Fabricii emendatione libens acquiesco.[5]

["*Ἀστρόκυνος*, Canis sidereus, quem Ægyptii Solechyn vocant, ut tradit Cœl. Rhodig. (xvii. 27.), dicens inde Cynicum annum vocatum esse." H. St. Thes. i. p. 593. Vera lectio est *σῶθις*, et *ἀστροκύων*, ut vidit Jos. Scaliger de Emend. Temp. iv. p. 247. ed. 1729., ubi citat Horapoll. i. 3.: *Ἶσις δὲ παρ' αὐτοῖς ἐστὶν ἀστὴρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροκύων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ὅτε μὲν μείζων, ὅτε δὲ ἥσσων ἀνατέλλων, καὶ ὅτε μὲν λαμπρότερος, ὅτε δὲ, οὐχ οὕτως· ἔτι δὲ καὶ διότι κατὰ τὴν τούτου τοῦ ἄστρου ἀνατολὴν, σημειούμεθα περὶ πάντων τῶν ἐν τῷ ἐνιαυτῷ μελλόντων τελεῖσθαι· διόπερ οὐκ ἀλόγως (καὶ) τὸν ἐνιαυτὸν, Ἶσιν λέγουσιν.* D. Hœschel.: "Hæc lectio (*ἀστροκύων*) Ms. Cod. Aug. vera est, *ἀστρῷος κύων*." Voce *ἀστροκύων* caret Schneideri Lex. Edd.]

* *Σόμι*. Absinthium. Append. ad Dioscor. iii. 26. p. 453. A scriptore Arab., ap. Kircher. Œd. t. iii. p. 77. Sumi vocatur. Videtur autem hoc Absinthium distinctum esse ab Absinthio marino, de quo Dioscor. scribit iii. 27.: *Πλεῖστον ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει γεννᾶται, καὶ ἐν Ταφουσίρει τῆς Αἰγύπτου· ᾧ ἀντὶ θαλλοῦ οἱ Ἰσιακοὶ*

[1] Rauwolffi Flora Orientalis p. 103.

[2] Præiverat Drusius, in notis majoribus scribens: "Videtur esse voc. Æg., cuj. ideo explicationem post subjungit." Monet autem Grotius, quod hic additur, carcerem istum fuisse locum, ubi vincti erant regis captivi, id non tam ad explicandam voc. Sohar, quam ad distinguendum istum carcerem ab aliis carceribus, positum videri. Grotium alii imitati sunt.

[3] Adde Lex. La Croz. p. 99.

[4] Jabl. sequitur Scholtzius l. c. p. 14. Michaëlis vero in Suppl. Lex. Hebr. p. 1721, 22., auxilium pro illustranda voce סהר petit ex Arabum سهر vigilavit, ut בית הסהר sit domus excubiarum, prætorium. Nec tamen sibi aliquid superesse dubii dissimulat, ortum e differentia literarum س et ס.

[5] Fabricii conjecturam Jabl. Panth. P. ii. p. 37. comprobavit. Liceatne per leges artis Criticæ, *σολεχὴν* mutare in *σῶθιν*, cum tanta sit vocabulorum peregrinorum discrepantia, equidem dubito.

χρῶνται. Similia dedit Plin. xxvii. 7.: Est et Absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taposiri Ægypti. Huj. ramum Isiaci præferre solenne habent. Cf. xxxii. 9. E sententia Pignorii, repræsentatur Isis in Tabula Bembina s. Isiaca, Seriphium vel Absinthium marinum manu prætendens. V. ipsam Tabulam et Pignorii expositionem p. 14.

* Σομφία. Helleborus albus. Append. Dioscor. iv. 150. p. 473. Fortasse in hac voce supersunt vestigia nominis, quo Hercules Æg. appellabatur, ⲬⲞⲨ. Cf. Panth. ii. 3. §. 4. Favet autem huic conjecturæ, quod scriptor istius Appendicis l. c. adjungat, Helleborum album a Prophetis s. Magis vocari γόνος Ἡράκλειος, genituram Herculeam sive Herculis.[1]

* Sopoëp. Aristolochia. Apul. de Herbis c. 19., ubi alii legunt Sophoph. In cod. MS. Voss., quem in Biblioth. Leid. evolvebam, sic legitur: Ægyptii Sopoëp. Camemelos. Opites. In Append. ad Dioscor. iii. 6. p. 451. scribitur Σοφοέφ. Auctor Arabs ap. Kircher., t. iii. Œdip. p. 72., habet Saphseph, et Hebr. interpres Avicennæ ap. eund. ספסף.

* Σουιτέμψον Æg. vocabatur Thlaspi, s. Thlaspidium, teste auctore Appendicis ad Dioscor. ii. 186. p. 446.

* Σοὺν est nom. Æg. Viticis. Vid. Append. Dioscor. i. 135.[2]

* Σουρόν. Quæ de ista voce scripsi in lib. de Remphah Æg. Deo §. 10. p. 49. sq., nolo hic repetere.[3]

* Σουφλώ. Append. Dioscor. iii. 31. p. 453. ait, sic Æg. vocari Stichadem s. Stœchadem, quæ gignitur in insulis Galliæ, e regione Massiliæ sitis dictisque Stœchadibus, quæ numerantur tres a Plin. iii. 5., Prote, Mese et Hypea, i. e., Πρώτη, Μέση et Ὑπαία. A Plinio non differt Mart. Capella vi. p. 206. Legitur illic in editis: Tres Stœchades, quarum hæc sunt nomina singularum, prima Themista, secunda Pomponiana, tertia Hypea. De h. l. a me consulti La Crozius et Hemsterh., respondebant ambo, verba Capellæ sic in integrum esse restituenda: prima Prote, Mese secunda etc., quandoquidem in Cod. MS. est Prothemisto.[4] Sed hoc obiter.

* Σοῦχος, Crocodili quædam species. Damascius in V. Isid. ap. Phot. Cod. ccxlii. p. 557. ed. Hœsch. p. 1048. scribit: Ὁ Σοῦχος δίκαιος· ὄνομα δὲ Κροκοδείλου, καὶ εἶδος ὁ Σοῦχος· οὐ γὰρ ἀδικεῖ ζῶον οὐδὲν, Suchus justus; nom. autem est et species Crocodili; animal enim nullum lædit. Insignis est in hanc rem locus Strabonis, testis oculati, xvii. p. 558. [1165, 66.] scribentis: Κροκοδείλων δὲ πόλις ἐκαλεῖτο (urbs Arsinoë) πρότερον, σφόδρα γὰρ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ τιμῶσι τὸν Κροκόδειλον, καὶ ἔστιν ἱερὸς παρ' αὐτοῖς (Æg.) ἐν λίμνῃ καθ' αὑτὸν τρεφόμενος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσι· καλεῖται δὲ Σοῦχος· τρέφεται δὲ σιτίοις, καὶ κρέασι, καὶ οἴνῳ, προσφερόντων ἀεὶ τῶν ξένων, τῶν ἐπὶ τὴν θέαν ἀφικνουμένων·—εὕρομεν δὲ ἐπὶ τῷ χείλει κείμενον τὸ θηρίον· προσιόντες δὲ οἱ ἱερεῖς, οἱ μὲν διέστησαν αὐτοῦ τὸ στόμα, ὁ δὲ ἐπέθηκε τὸ πέμμα, καὶ πάλιν τὸ κρέας· εἶτα τὸ μελίκρατον κατήρασε· καθαλόμενος δὲ εἰς τὴν λίμνην, διῇξεν εἰς τὸ πέραν.[5] Crocodilos Æg. appellare solebant χάμψας, uti Herod. memoriæ prodidit, et infra a me dicetur. Σοῦχος vero videtur fuisse peculiaris aliqua Crocodilorum species, quod satis luculenter Damascius l. c. docet. E Strabone autem haud immerito colligitur, Suchos proprie appellatos fuisse Crocodilos mansuetos, a Sacerdotibus in urbe Arsinoë veluti sacros nutriri solitos: quale quid etiam in urbe Ombo fieri consuevisse, Ælianus scriptum reliquit de N. A. l. x. c. 21.[6] Nec aliter Bochartus rem cepit. Nam Crocodilorum nomina exponens, de Sucho hæc observat, Hieroz. p. ii. l. v. c. 18. "Secundum est Σοῦχος.—Durat hodieque nomen. Nam Crocodilus Copt. Σοῦχι, Suchi vocatur, quasi κολυμβήτην dixeris, i. e. natatorem, s. urinatorem. Hebr. enim שחה, Talmudicis סחה, Arab. سوخ vel صوخ est natare, vel urinari. Nomen ab argumento inditum. Quippe in Arsinoite Nomo Crocodilopolitani Crocodilum quendam sic appellabant a se certis ritibus consecratum et cultum," cet. Ubi illud probo, quod vir eruditus Σοῦχον pro aliqua Crocodilorum specie habeat. Non certe hoc nom. fuit commune quorumcunque Crocodilorum. Ceterum in Copt. libris ⲤⲞⲨⲬⲒ occurrere pro Crocodilo, non facile crediderim; quamvis in Scala Coptico-Arab. Kircheri p. 171. legatur ⲠⲒⲤⲞⲨⲬⲒ (Pi-suchi) Crocodilus, atque idem dubia ej. fide testetur Wilkins. diss. de ling. Copt. p. 111.[7] Cum autem Bochartus Σοῦχον exponeret natatorem s. urinatorem, id non e ling. Æg. hausit, verum ex Hebr. et Arab. Quare vix ac ne vix quidem dubito, quin aliud omnino Σοῦχος Æg. significaverit, tametsi de vera significatione nihil certi possim afferre.[8]

* Σοφό. Sampsuchum. Append. Dioscor. iii. 47. p. 454. Frequens hoc fuisse in Æg., docet Hesych. Ipsum Sampsuchi nom. fuisse Æg., auctor est Plin. xxi. 2. Vide supra v. Σάμψυχος p. 259, 260.

* Σόχαρις est nom. alicuj. Numinis Æg., ut testatur Cratinus junior ap. Hesych. in loco valde depravato v. Παμφύλης, ubi ἡ Αἰγυπτώδης Σόχαρις. [Cod. Marc., Σόχαρ.., Edd.] Eundem locum sup. tetigi p. 192, 3. Si recte se habeat scriptura Σόχαρις, erat forte cognom. Isidis, significans, eam præesse generationi hominum et animalium, et compositum ex artic. ⲤⲀ et v. ϢⲀⲒⲢⲒ concubitus. Quam aliasque conjecturas proposui in Panth. Æg. v. 7. §. 7. Postea in mentem veniebat, an huc pertineret ⲤⲰⲞⲨϨⲒ, quod est Ovum. Notum est Ovum mysticum Orphicorum, sine dubio desumtum ex Æg. Theologia. V. Euseb. iii. Præp. Evang. p. 69. ed. R. Steph. c. xi. p. 115. Nolo tamen diffiteri, esse ovum ovo similius, quam sunt voces ⲤⲰⲞⲨϨⲒ et Σόχαρις. Suspicabar autem in Pantheo, nom. Σόχαρις esse depravatum. Si enim legeretur Σόραχις, huic fortasse aliquid lucis accederet e lingua Æthiop., in qua vocab. hoc significat vesperam et tenebris vespertinis occultantem. V. Morini orat. inaug. de Linguarum original. utilitate p. 34, 35. Mihi tamen hic tenebras superesse, non invitus fateor.

* Σταμενεμῆς nom. est regis Theb. quod illustrare nequeo, cum ne quidem interpretationem ejusdem adjecerit Eratosth.; ut ad huj. Catalog. jam significavi in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 761.

* Στεμφίν. Polygonon, s. Proserpinaca. Append. Dioscor. ad L. iv. c. 4. p. 462., ubi multa alia ej. nomina recensentur, etiam Æg. Θεφίν, de quo dixi suo loco p. 88. Ap. Apul. de Herb. c. 18. vocatur Stemphim s. Stemphin.

Στεφάνη. Eo nomine Thymum appellari Æg., scribit auctor Appendicis ad Dioscor. iii. 44. (454.) [" Στεφάνη dicitur a quibusdam ὁ θύμος, ut habetur ap. Dioscor. Eodem auctore (iv. 147.) στεφάνη dicta est aliquando ἡ δάφνη Ἀλεξάνδρεια (Sprengelio Hist. Rei Herb. p. 192. Ruscus Hypophyllum), quia ex ea victores coronarentur." H. St. Thes. iii. p. 1027, g. Explicatio est H. Stephani ipsius; nam Dioscorides habet nil nisi verba, οἱ δὲ στεφάνην καλοῦσι. Edd.]

* Στοῖχος est nom. proprium regis Theb. quod ab Eratosth. explicatur ἄρης ἀναίσθητος. Sic enim vulgarunt Scaliger aliique, et verterunt, Mars absque sensu. Sed male. Non me pœnitet conjecturæ in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 743 et 744., ubi pro ἄρης legi volebam ἄρις, i. e., monente Suida, ὁ μὴ ἔχων ῥῖνα, qui nares non habet, sensu odoratus caret, non bene sapit, cui deest acumen ingenii et judicandi sagacitas. Idcirco

[1] Idem observatum a de Schmidt in Opusc. Æg. p. 109.

[2] In Nothis Dioscoridis p. 445 ed. Saraceni legitur Σούμ. Quod rectius videtur. Pro αἷμα ἴδιον ibid. reponendum αἷμα Ἴβεως.

[3] Monuit aliquid Almelovenius in Add. ad notas in Strab. p. 1329.

[4] Ita etiam Martianum Capellam emendavit Wesseling. ad Anton. Itin. p. 513.

[5] Pro ἐπέθηκε legitur in Cod. MS. Medic. ἐνέθηκε, et pro κατήρασε, quod Casaubono suspectum fuisse videtur, idem Codex præbet ἐνέχεεν, ut in exemplo meo A. Gronovius notavit.

[6] Cf. Herod. ii. 69.

[7] Mutaritne sententiam Jabl., dubium fit, argumento annotationis in Panth. P. ii. p. 71. In Lex. La Croz. p. 97. nom. Crocodili ⲤⲞⲨⲬⲒ, auctoritate Scalæ Kircherianæ, locum obtinuit.

[8] Almelov. ad Strab. xvii. p. 1166. pro Σοῦχος leg. censet Σοῦχις, cum sit terminatio in is Ægyptiis admodum familiaris; existimatque, hoc genus Crocodilorum accepisse nom. a v. Hebr. סכה, antrum, spelunca, quoniam in paludibus non tantum, sed etiam in antris ac speluncis alebatur. Nec aliter Ez. Spanh. de V. et P. N. p. 150. Vide tamen Michaëlis Supplem. Lex. Hebr. p. 1748, 49.

illustrationis ergo ab Eratosth. additur *ἀναίσθητος*, sensu carens. Dicitur odor ⲤⲐⲞⲒ in vers. Copt. Luc. i. 10. Jo. xii. 3. 2 Cor. ii. 15. ϪⲰ significat ponere, Ps. xviii. 34., et sæpe alibi. Erit igitur ⲤⲐⲞⲒϪⲰ, *Στοῖχος*, ponens odorem, odore carens, qui non sentit.

• *Συήνη*, Syene, urbs antiquissima et celeberrima in Æg., Arab. jam dicta اسوان Asvan s. Assevan. Nom. varie olim scriptum fuit. Hebr. dicebatur סונה. Ez. xxix. 10. xxx. 6. ubi ממגדל סונה vertendum, a Migdolo Syenen usque,[1] non vero, ut fieri assolet, a turri Syenes. Litera ה in fine vocis סונה est paragogica localis, quam vocant Grammatici. Vastaretur tota Ægyptus, ab urbe Migdol usque ad Syenen. Opponuntur hic duæ urbes Æg., altera septentrionalis, altera australis. מגדל est eadem urbs, quæ Gr. vocatur *Μαγδωλὸς* s. *Μάγδωλος*, memorata a Steph. Byz. et Geographis aliis, ac diu ante hos ab Herod. ii. 159.[2] Gr. nom. urbis Syenes non eod. semper modo scribitur; ap. plerosque quidem Historicos ac Geographos *Συήνη*, consentientibus etiam codd. MSS.; rarius *Σοήνη*, in cod. Alex. versionis *τῶν* LXX. Ez. xxix. 10.; item *Σουήνη* in eod. cod. Ez. xxx. 6.[3] Ista scripturæ varietas usu nobis venire potest, in originem nominis inquirentibus, de qua plerique Geographi tacent, magis de situ urbis et antiquitatibus soliciti. Quæ Leo Africanus in Descript. Africæ p. 727. de alia Ægypti urbe Asna, non ita procul ab Asvan dissita, his verbis commemorat: Asnam antiquitus Senam vocitarunt, quæ nominis immutatio ab Arabibus dimanavit, quorum idiomate Sena rem fœdam ac turpem significat. Asnam igitur appellarunt, h. e., pulchram et elegantem, quod situ peramœno juxta Nilum ab Africæ parte constructa sit; hæc, inquam, mihi in memoriam vocarunt nom. Ægypt. urbis Syenes, cui hæc ipsa verba apprime convenire videntur, nec minus nom. ab Ægyptiis impositum. ⲤⲞⲨⲈⲚ enim Æg. egregium, pretiosum, pulchrum sonat, et inprimis de lapidibus pretiosis adhibetur. Ps. xix. 10. verba *ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολὺν* a Coptis interprr. ita versa sunt, Ⲉ̀ϨⲞⲦⲈ ⲠⲒⲚⲞⲨⲂ. ⲚⲈⲘ ⲠⲒⲰⲚ Ⲉ̀ⲚⲀϢ ⲈⲚⲤⲞⲨⲈⲚϤ. Vocem *μαργαρίτην* Matt. xiii. 46. similiter reddunt. Sic et de Nardo legitur Jo. xii. 3. In qua explicatione confirmor a Vanslebio, qui in Itin. Æg. p. 18. observat, Isvan i. e. Syenen a Coptis appellari Sovan. ⲤⲞⲨⲈⲚ vero literis Lat. vix aliter exprimi potest, quam per Souan. Quam bene autem Syenæ nom. hoc conveniat, colligi potest ex Leone Africano, ubi situm urbis Asuan ejusque commoda recenset p. 728. Quibus addi potest observatio Herbeloti Biblioth. Orient. v. Asuan. Possit *Συήνη* etiam explicari ϬⲒⲚ Ⲉ̀ⲚⲈϨ, vel ϬⲒⲚ ⲞⲨⲈ̀ⲚⲈϨ, terminus seculi sive mundi, nempe Æg. Est enim Syene, respectu Æthiopiæ,[4] *ἀρχὴ τῆς Θηβαΐδος*. Quem in modum *Τάφραι*, quæ ab altero latere Ægyptum claudebant, exponi possunt ⲦⲀⲪⲈ Ⲉ̀ⲚⲈϨ, caput s. initium seculi, de quo deinde dicetur. Herod. ii. 30. hosce terminos statuit, hinc a meridie, et illinc a septentrione Ægypti. Nominat quidem Elephantinem, sed illa a Syene disterminatur tantum Nilo fluvio, qui inter utramque urbem medius fluit, quod diserte testantur Aristides et Strabo, laudati a Berk. in notis ad Steph. Byz. p. 340., ubi adjunguntur testimonia Vitruvii ac Pomponii Melæ.[5]

• Sylitho. Bulbus Scylliticus. Ita Apul. de Herbis c. 42. A scriptore Arabe, in Œdipo Kircheri t. iii. p. 74. appellatur Slitha. Plura de illa herba vide ibid.

• *Συμφαιφοῦ*. Lilium. Testis est auctor Append. ad Dioscor. iii. 116. p. 457. Nom. Æg. Lilii commune videtur fuisse ϨⲢⲎⲢⲒ. *Τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ* Matt. vi. 28. Coptus vertit, ⲚⲒϨⲢⲎⲢⲒ Ⲛ̀ⲦⲈ ⲦⲔⲞⲒ. Ne quis autem cogitet, sermonem hic esse de Liliorum specie peculiari, agresti nempe; etiam Luc. xii. 27., ubi in Gr. textu legitur, *τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει*, Coptica versio habet, Ⲛ̀ⲚⲒϨⲢⲎⲢⲒ ϪⲈ ⲠⲰⲤ ⲤⲈⲀⲒⲀⲒ. Adde Ex. xxv. 31. Potuerunt tamen Lilio alia fuisse nomina ap. Ægyptios, sicuti ap. Græcos florem illum modo *κρίνον*, modo *λείριον* nuncupatum fuisse, novimus. Forte etiam nom. istud, quod in Append. Dioscor. affertur, fuit mysticum, prophetisque et sacerdotibus inprimis usitatum. Præcedunt enim illic hæc verba, *Προφῆται αἷμα Ἀρέως, Ὀσθάνης αὔρα κροκοδείλου*, quæ verti solent, Magi Martis sanguinem (vocant), Osthanes auram Crocodili. Videntur ea ad Ægyptios pertinere, propter mentionem Crocodili. In *Συμφαιφοῦ* quidem vestigia *τοῦ Ἀρέως* reperire mihi videor. Quamvis Æg. non haberent Numen peculiare, Martis nomine dictum, tamen cum Marte Gr. potest comparari illud Æg. Numen, quod Gr. Herculem solent interpretari. Quamobrem stella Martis ab Ægyptiis vocatur stella Herculis. Vide Panth. iii. 6. §. 2. et 4. Jam vero Numen hoc, Hercules, lingua Æg. videtur fuisse dictum ϪⲰⲘ, quod nom. Gr. efferebant *Χῶν*, *Σὲμ* et *Σόμ*. Cf. quæ dixi in Diss. vii. de Terra Gosen §. 3., in notis ad Eratosth. catal. p. 739., potissimum in Panth. ii. 3. §. 3. ac seq. Id ipsum nomen opinor latere in priore parte vocis *Συμφαιφοῦ*. Si liceret legere *Συμσναιφοῦ*, haberemus voc., quo Prophetas sive Magos significasse Lilium, auctor istius Appendicis testatur. Nam ⲤⲚⲞϤ est sanguis, in permultis locis versionis Copt. Pentateuchi, Psalmorum et N. T. Erit igitur *Συμσναιφοῦ*, *αἷμα τοῦ Ἀρέως*, sanguis Herculis, vel, quod idem est, Martis.

• Synechon. Apium rusticum. Apul. de Herbis c. viii.

• *Σύσθαμνα*. Ricinus. Append. Dioscor. iv. 164. p. 474.

Σύριγξ et *Σύριγγες*. Vide peculiarem meam ea de re Dissertationem MSS.[6]

[1] Dudum alii hanc verborum Hebr. interpretationem probarunt, a quibus non dissentiunt Wesseling. ad Anton. Itin. p. 171., Venema ad Ez. xxix. 10. p. 145., Michaëlis Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1726. Observatio autem de usu *τοῦ* ה paragogici facit, ut haud necesse sit existimare, particulam עד usque ante סונה deficere, ut visum est Wesselingio, viro summo, a quo numquam discedo, nisi amor veri postulet. Miror magis, Dathium Hebraica Ezech. xxix. 10. vertisse, a Migdole et Syene, atque xxx. 6., a Magdolo et Sevene. [2] Tu tamen lege, quæ ad Herod. loc. a Wesselingio notata sunt.

[3] In lapide antiquo ap. Pocockium nom. scribi *Σοήνη*, monet Forsterus Epist. ad J. D. Mich. p. 35. Lat. codd. editi emendatiores exhibent Syene, sed MSS. variant. V. not. ad Anton. Itiner. p. 164.

[4] Hinc dicitur Syene *πόλις Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας* a Steph. Byz. cuj. exemplo meo sua manu adscripsit Petr. Burmannus: " *μεταξὺ Αἰγ.* emendatur in Diction. Geogr. Loyd." An sic recte emendetur, dubito; et qui non nesciat scribendi rationem, quam Steph. tenet, mecum dubitabit. Si quid mutandum sit, malim, *Συήνη, πόλις μέση Αἰγ. καὶ Αἰθ.*, quod est in MSS.

[5] Locis, a Berk. citatis, addatur alius Strabonis xvii. p. 1135. quo teste Syene et Elephantine fuere *ὅροι τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας*.—Posteriorem Jabl. conjecturam de orig. nominis repetiit, sed non sine vitio, Scholtzius in Repert. f. B. u. M. Litter. t. xiii. p. 14, 15. Novam proposuit Forsterus l. c. his verbis: " Erat certe (Syene) prima Ægypti habitatio versus Æthiopiam, unde et nom., idem significans, habuit ⲤⲞⲀⲒ ⲚⲞⲨⲎϨ, prima habitatio." In fragmento Vitæ Matthæi Abbatis Sahidico, ap. Mingarell. p. cclviii. mentio est urbis Æg. ⲤⲎⲚ. Dubius hærebat eruditus editor, intelligeretne Syenem, an Cynem, an aliam quampiam urbem. Quid miri? Etsi enim mulier, civis urbis Sne, habitasse dicitur Babylone, urbe Ægypt., ex eo tamen situs urbis alterius toto definiri nequit.—Quæ plura alia de Syene dici possent e Geographis veteribus ac recentioribus, Strabone, Dionysio Per. et ad eum Eustathio, Cellario, Wesselingio ad Anton. Itiner. p. 164,5., Michaëlis in notis ad Abulfed. p. 97, 98. in Suppl. ad Lex. Hebr. et P. ii. Spicil. Geogr. Hebr. p. 39—42., atque aliis, cum non admodum huj. sint loci, silentio premam.

[6] Est, quod doleamus, dissertationem hanc inter Opuscula Jabl. MSS., quæ mihi Ruhnkenius edenda commendavit, non inveniri. Aliqua tamen ex parte damnum istud resarcietur perlegendis doctis observationibus in Panth. Æg. P. iii. p. 175—181. Immo vero credibile fit, integram istam Dissert. a Jabl. insertam esse libro eruditissimo de Memnone Gr. et Æg. p. 63—69. Quæ illic de antiqua origine, forma, usu vario, numero, hodiernaque Syringum conditione prope Thebas Ægypt., docte disputantur, nemini non placebunt; at vero minus certa videbitur multis origo nominis *Σύριγγες* Ægyptiaca, ducta nempe e v. ϪⲎⲢⲒ—Ⲛ̀—ⲤϦⲀⲒ, Seri-en-schai, Ex. xxiii. 24. columnam significante, eamque inscriptam *στήλην* cum *ἐπιγραφῇ*. Voc. *Σύριγξ* esse origine Gr., cum aliis volt Hemsterh. in Lennepii Etym. L. Gr. p. 941. Quæ habent Hesych. et Suid. vv. *Σύριγξ*, *Σύριγγες*, *Σύριγγας*, et docti homines in notis,

Σφίγξ, Sphinx. Abunde notæ sunt Sphinges, quarum caput et manus erant puellæ, corpus canis, ungues leonis, cauda draconis, alæ autem avis, si his ornatæ essent, uti pinguntur Sphinges Gr., non omnes Æg. Hinc[1] Ausonius Id. ii. 40.—Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella. Solebant Ægyptii collocare Sphinges lapideas ad aditum[2] templorum, ut testatur Strabo xvii. p. 805. [1158]. In monumentis Æg. antiq. perfrequenter conspiciuntur figuræ Sphingum, quod Pignorius in Expos. Tabulæ Isiacæ et alii ostendunt.[3] Si vera scribit Diod. S. iii. p. 167. c. 25. Sphinges circa Troglodyticam et Æthiopiam existebant, forma his non absimiles, quæ arte pictorum exhibentur, nisi quod hirsutie tantum differant. Ut igitur origo Sphingum quærenda videtur in Æg., ita etiam nom. Σφίγξ non Gr. esse censeo cum Vossio Etym. L. L. aliisque plurimis, sed Æg., quamvis veram denominationis rationem hactenus ignorem, atque conjecturas leviores vix audeam afferre, et id eo minus, quoniam ipse La Crozius meus, ea de re a me consultus, ignorantiam suam fassus fuit.

Σχοῖνος videtur plerisque vox Gr., significans juncum, funem, juncis textum. Sequuntur illi scriptorem Etymologici M. v. Σχοινίον. Quandoquidem Ægyptii calamis et funibus intervalla locorum dimetiebantur, σχοῖνος fuit certum mensuræ genus ap. eosdem, ut jam supra p. 164. sq. docui. Adjungam verba Suidæ, v. Σχοῖνος, ut simul castigem ἀβλεψίαν eruditissimi Kusteri. Scribit Suidas, Σχοῖνος, μέτρον γεωργικόν· ὥς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱστοριῶν. Kusterus autem, existimans respexisse Suid. ad loc. Herod., qui exstat Libro 1, pro ἐν τῇ δευτέρᾳ forte scribendum esse ἐν τῇ πρώτῃ opinabatur, eo tempore immemor verborum Herodoti ii. 106.[4] de Ægyptiis testantis, quosdam agrum metiri σχοίνοισι. Cum autem Græci, de Æg. mensura loquentes, semper voc. σχοῖνος adhibeant, videntur significare, eam Ægypto suam debere originem, et Ægyptiis propriam esse.[5] Fatendum tamen est, interpr. Coptos voc. σχοῖνος et σχοινίον, quoties in libris S. Codicis occurrunt, semper reddere voce alia Æg., nempe ΝΟϨ et ΝΟϨ ΝΡΩϢ. Quare certi quidpiam constituere vix ausim; quamvis Herodotus, Strabo aliique scriptores Gr. hunc in modum de Schœnis Æg. loquantur, ac si Ægyptii illa ipsa voce usi fuissent.

* Σωθις, s. Σῶθις, ut alii scribunt, est nom. Æg. stellæ, quæ Lat. appellatur Canis s. Canicula; et ej. fit crebra mentio in libris veterum scriptorum, Plut. de Is. et Os. p. 359. 375,6., de solertia Anim. p. 974. Horapoll. i. 3. Chalcidii in Tim. Plat. c. 124. Porphyrii de Antro Nymph. c. 24. p. 264. Observabant Bochartus Hieroz. P. i. p. 691. et Wilkins. de ling. Copt. p. 111., Canem Æg. vocatum fuisse ΟΟΘΙϹ vel ϹΙΩΙΘΙ, sed fallebantur, in errorem ducti a Kirchero. Scribit autem Plut. de Is. et Os. p. 375., Σωθὶ Αἰγυπτιστὶ σημαίνει κύησιν ἢ τὸ κύειν, graviditatem vel utero gestare. Quæ interpretatio non repugnat linguæ Copt., in qua ΟϮ est uterus, et cum nota generis fœmin. Ͳ—ΟϮ, atque ϬΙ est accipere. Erit igitur ϬΙ—ΟϮ, si-oti, quæ accipit utero, h. e., utero gestans, gravida. Si ις in vocab. Σωθις tantum est terminatio Gr., intelligitur cur idem sidus caniculæ etiam dictum fuerit Σηθ, ut testatur Vettius Valens in cod. MS. V. Salmas. de Ann. Clim. p. 615. Si autem nom. Æg. fuit Σωθὶ vel Σωθὲ, aliunde id ducendum videtur. Conferri possunt, quæ paucis monui in commentatione de Remphah §. x., et copiose in Panth. iii. 2. [" Viri eruditi Canem denotare aiunt ap. Coptos. Sit ita, per me licet: aliter tamen veteres Ægyptii, si Plutarchum audiamus, de Is. et Os., Σωθὶ σημαίνει κύησιν ἢ τὸ κύειν, in quo nihil est, quod ad voc. κύων pertineat proprie et jure suo. Quod subjicit ibi auctor, διὸ καὶ παρατροπῆς γενομένης τοῦ ὀνόματος, Ἑλληνιστὶ κύων κέκληται τὸ ἄστρον, ὅπερ ἴδιον τῆς Ἴσιδος νομίζουσιν, lusus ingenii est, quo rem ipsam tangit, non vocabuli indolem." J. C. De Pauw ad Horapoll. i. 3. ubi, Ἶσις δὲ παρ' Αἰγυπτίοις ἐστὶν ἀστὴρ, Αἰγυπτιστὶ καλούμενος Σῶθις, Ἑλληνιστὶ δὲ Ἀστροκύων, ὃς καὶ δοκεῖ βασιλεύειν τῶν λοιπῶν ἀστέρων, ὅτε μὲν μείζων, ὅτε δὲ ἥσσων ἀνατέλλων. Edd.]

* Σῶς, Ποιμὴν, Pastor, interprete Manethone ap. Fl. Josephum contra Apion. i. p. 445. Sed de h. v. dicetur infra ad v. Ὑκσώς.

* Σωφειρά, Ophir, cuj. regionis mentio est frequentior in V. T. Campum latissimum disputandi de situ Ophiræ ut ingrediar, opus non est, post operam ea in re navatam ab Huetio, Bocharto, Relando, et plurimis aliis. Pauca tantum monere velim de nomine, quo appellatur in versione V. T. Alex., ubi tamen magna est lectionis varietas in codd. MSS. Scribitur enim illic nom. Σωφαρὰ, Σωφηρὰ, Σωφειρὰ, Σωφιρὰ, Σωφεὶρ, Σωφὶρ, Σοφεὶρ, Σουφὶρ, Σουφεὶρ. Vide 1 Reg. ix. 28. x. 11. 2 Chron. viii. 18. ix. 10. Job. xxii. 24. xxviii. 16. Ies. xiii. 12.[6] Fl. Josephus Ant. viii. 6. §. 4. vocat Σωφίραν, ubi in MSS. etiam legitur Σώφειραν et Σόφιραν. Non ergo erat, cur in Suida Σουφεὶρ, ut pro Σουφεὶς citra dubitationem legendum, mutatum vellet Kusterus in Ὀφεὶρ vel Ὠφεὶρ. Similiter nulla de causa Σουφεὶρ ap. Hesych. sollicitabant Scaliger et Guyetus.[7] Nomen Indiæ Copt. est ϹΟΦΙΡ, ut Kircherus

non admodum huc pertinent. [Suid.: Σύριγξ· ἡ ἰσχιμάνης διώρυξ. Καὶ τούτους κελεύει Σύριγγα βαδίσαι ὑπὸ τὴν λάρνα τρήσασθαι. Phrynichus Σοφ. Προπαρ. in Bekkeri Anecd. Gr. p. 64.: Σύριγξ· ὑπόγειον ὄρυγμά ἐστιν ἰσχίμανες, καὶ ἐν Θήβαις δὲ ταῖς Αἰγυπτίαις αἱ σύριγγες τυπῶνται ἀεὶ τῇ κατασκευῇ. "Σύριγγες dicuntur etiam concavi sub terra meatus, s. cavernæ in terra longæ in modum fistulæ s. canalis. Aristoteles de Mundo, Πνεῦμα παρεξωσθὲν εἰς μυχίους σύριγγας γῆς, Spiritus qui aberrans insinuarit se in abstrusos quosdam terræ et cæcos meatus." H. St. Thes. iii. p. 1138., c. Ammian. xxii. 15. (al. c. 39.): " Sunt et syringes subterranei quidam, et flexuosi secessus." Id. xvii. 7. (al. c. 15.): " Aut in cavernis minutis terrarum, quas syringas Græce appellamus." Edd.] Syringes autem, de quibus modo dicebam, ab Arabibus hodie appellari dicuntur biban al molouc, vel bab al molouc, h. e., portæ regum, ut etiam explicant Pococke, Bruce et Browne; sed minus bene, judicio eruditissimi Silvestre de Sacy, cuj. hæc verba sunt. " Il est indubitable que les habitans actuels de l'Egypte n'entendent pas ce nom autrement que les voyageurs que j'ai cités; mais je crois qu'il y a là une méprise. ΒΗΒ (bâb) en Copte signifie une caverne. Cela me persuade que les Coptes nommoient autrefois ces excavations, les cavernes des rois, ΝΙΒΗΒ ΝͲΕ ΝΙΟΥΡΟ (nibâb anda niouro). Les Arabes, entendant prononcer le mot bâb, qui, dans leur langue, signifie porte, l'ont conservé, et ont dit bâb al molouc. Ensuite ils ont employé indifferemment le singulier bâb ou le pluriel bibân: et ainsi s' est formée la dénomination actuelle. Strabon s' est servi du mot σύριγγα, qui est précisement l'equivalent du Copte ΝΙΒΗΒ." V. Obs. sur l'Orig. du nom donné aux Pyramides d'Egypte p. 42, 43. Quæ cultissima viri egregii observatio non parum confirmat ea, quæ de Syringibus Æg. Jabl. l. c. commentatus est.

[1] Consilio Jablonskii, de Sphinge Æg. dicturi, non tam apta erant verba Ausonii, aut etiam Scholiastæ ad Eurip. Phœn. 46. p. 609., Τὴν Σφίγγα ἱστοροῦσι παρθένου μὲν ἔχειν πρόσωπον, χεῖρας δὲ καὶ πόδας λέοντος, καὶ στῆθος, πτερὰ δὲ ὄρνιθος, λέγοντες θυγατέρα εἶναι Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, quam Æliani de N. A. xii. 7. Τὴν Σφίγγα μέντοι τὴν διφυῆ Αἰγύπτιοί τε χειρουργοὶ γλύφοντες, καὶ Θηβαῖοι μῦθοι κομπάζοντες, δίμορφον ἡμῖν πυρέται δεικνῦναι, συμπλάσαντες τῇ τε τοῦ παρθενικοῦ, καὶ τῇ τοῦ λεοντώδους σώματος χρόαν αὐτήν. Relegenda observatione Jabl. de Sphingo et origine nominis Æg., sed ei et amico prorsus ignota, redeo in memoriam eorum, quæ scripsit Zoega l. c. p. 140—144., ubi multa docte disputantur, lectu perdigna, sed hic non repetenda. Hoc tantum unum attingam. Scribit vir eruditus: " Vera et prima vocis (Sphinx) significatio nos latet, neque constat a quo hominum genere primum usurpata sit. Frustra quæsivi in Copt. lexicis Sphingis vocab. Græci in sua lingua invenisse credunt, non plane improbabili etymo." At vero in Addendis p. 401. hæc adjungit: " Subvenit posthac conjectura, φίξ, vel Βίξ, quod antiquissimum est Sphingis vocab., ob euphoniam postea in σφὶγξ mutatum, esse Copt. ΦΙ—ΙϨ, ὁ δαίμων, quod apprime consentit cum reliquis, quæ de Æg. Sphinge disputavi." Habes conjecturam, si non probabilem, at certe vero non magis dissimilem, quam est La Crozii suspicio, in Thes. Epist. t. iii. p. 169., ubi vox Σφὶγξ ducitur ex ϹΦΡΆΝϢ, interpres s. propheta. [De v. σφὶγξ s. φὶξ vide H. St. Thes. iii. p. 1184. c. Idem in Ind. v. Βίξ: "Βίξ, i. q. σφίγξ. Hes. enim βίκας esse σφίγγας. Lycophr. (1465.) τὴν σφίγγα vocat φίκιον τέρας." Cf. Classical Journal, No. xxiv. p. 413—5. Edd.]

[2] Cf. Squire ad Plut. de Is. et Os. p. 21.

[3] Vide le Pitture Antiche d'Ercolano t. iii. p. 305, 306. 336., et t. vii. p. 380.

[4] Eund. Kusteri errorem castigavit Wesseling. ad Herod. loc.

[5] Σχοῖνος voc. Persicam esse, ductam fortasse ab اساني asani, quies, opinatur Relandus pt. ii. Diss. Misc. p. 235,6., auctoritate Athenæi iii. 34. et Callimachi ap. Plutarch. de Exilio p. 602.—Alia plura ad illustrandam hanc voc. dabunt interpretes Hesychii, t. ii. p. 1333., Biel pt. iii. Novi Thes. Philol. p. 407—409., Ernesti ad Gloss. S. Hesychii p. 262,3., Surita et Wesseling. ad Anton. Itiner. p. 152., ubi fit mentio mansionis Æg., dictæ Pentaschœno.

[6] In Jobi tamen locis Cod. Alex. habet Ὠφίρ. E Cod. MS. Palatino Ὠφὶρ adscriptum est exemplo editionis Argentorat. a. 1526. manu viri docti, ut videtur, Jo. Fred. Gronovii.

[7] Cf. Alberti ad Hesych. v. Σουφείρ.

et alii docent. Videntur ergo interpretes Alex. nom. Sophiræ accepisse ab Ægyptiis, ut vocabula quædam alia, de quibus antea diximus, et quorum usus deinde invaluit ap. Coptos recentiores. Quamvis enim concederetur, Coptos nom. Sophir non ex vet. lingua Æg., sed ex usu recentiorum ipsorumque interpretum Alex., retinuisse et Indiæ dedisse, quod scribit Reland. diss. de Ophir §. vi. (Diss. Misc. pt. i. p. 171.), exinde tamen non consequeretur, ut iidem interpretes Alex. nom. Sophir non potuerint accipere ab Ægyptiis antiquioribus.[1]

* Σωφοβί. Erythrodanum s. Ereuthodanum, Lat. Rubia. Ita Append. ad Dioscor. iii. 160. p. 460.

* Ταβέννη est nom. regionis in Æg. super., palmarum feracis, unde et nom. accepisse videtur. Nam ⲂⲈⲚⲒ significat palmam, et ⲦⲀⲂⲈⲚⲒ regionem palmarum. Cf. dicta v. Σεβέννυτον p. 274,5., quæ hic nolim repetere. Potius adjungam, Tabennen fuisse insulam in Nilo, ut testatur Sozomen. iii. 14.[2] Idem apparet ex Nouv. Mém. des Missions t. i. p. 157,8. t. v. p. 222. t. vii. p. 41. Videtur esse *The Isle of Dooms* in Pocockii Itin. p. 84. De eadem insula sine dubio loquitur Strabo xvii. p. 563. (1174.) Ἔστι δὲ (ἐν τῇ Θηβαΐδι, cuj. brevi ante facta mentio) καὶ νῆσος ἡ μάλιστα ἐκφέρουσα τὸν ἄριστον (φοίνικα), μεγίστην τελοῦσα πρόσοδον τοῖς ἡγεμόσι.[3]

* Τάνις nom. est urbis celebris in Æg. infer. cuj. aliquoties in Literis Sacris mentio occurrit. Hebr. scribunt צען, Tzoan s. Tsoan. Erat urbs hæc tempore Asaphi ac deinde admodum celebrata, tanquam metropolis ac regia, ut patet e Ps. lxxviii. 12. 43. Ies. xix. 11. 13. xxx. 4. Ez. xxx. 14., sed et diu ante eorum ætatem, docente Mose Num. xiii. 22. Interpretes Alex. istis in locis pro צען habent Τάνις, quod nom. est urbis, Gr. Latinisque scriptoribus, de Æg. agentibus, valde notum. Νομὸς * Τανιτικὸς memoratur Herod. ii. 166., Nili στόμα Τανιτικὸν Diod. S. i. 33. Junge Strab. xvii. p. 802. 813. (1154. 1167.) qui scribit, Εἶτα τὸ Τανιτικὸν στόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι· καὶ ὁ * Τανίτης νομὸς, καὶ πόλις ἐν αὐτῇ [αὐτῷ, rectius in Cod. Medic.] μεγάλη Τάνις. Similiter Τάνις dicitur Steph. Byz. πόλις μεγάλη Αἰγύπτου. Lat. nomen modo scribunt Tanis, modo cum aspiratione Thanis, monente Surita [ac Wesseling.] ad Anton. Itin. [p. 153.] Verbo attingam errorem Golii aliorumque, qui urbes Æg. Tanis et Tennis easdem esse opinabantur, bene tamen distinguendas. Tanis, metropolis Æg. antiqua, sita erat ad Nili ostium Taniticum; Tennis s. Tennesis est insula in lacu, cui idem nom., sed scriptoribus vetustis non ita cognita. Quam observationem, ut multas alias, me debere La Crozio, gratus affirmo.[4] Castigandus quoque est error Fl. Josephi de B. J. iv. 9. §. 7., צען accipientis de Memphi, cum tamen ipse alibi Ant. Jud. i. 8. §. 3. rectius intelligat Tanin. In vers. Copt. Pentateuchi servatur nom. ⲦⲀⲚⲒⲚ, sed in MS. interpretatione Ps. lxxviii. legitur ϪⲀⲚⲎ, quæ vox aut significat urbem mollem s. delicatam, ut ϪⲀⲚⲎ sumitur Matt. xi. 8., aut potius urbem humilem, dejectam, depressam, qua notione similive vocabulum occurrit Luc. iii. 5. Lev. xiii. 31, 32. 34. pro Gr. ἔγκοιλον (das eingefallen ist) et xiv. 37. ϨⲀⲚϪⲈⲚⲀⲨ pro κοιλάδες. In eadem MS. versione libri Psalmorum cxii. 6. et cxxxvii. 6. τὰ ταπεινὰ redduntur ⲚⲒ ϪⲀⲚⲈⲨ. Totam hanc Ægypti partem humilem et depressam fuisse omnes testantur. E multis tantum laudabo Herod. ii. 4., et Diod. S. i. 31 et 36. qui τὴν ταπεινότητα τῆς χώρας Ægyptiacæ commemorat. Idem igitur nomine Tanis significaretur, quod Sallustius de Italia dixit ap. Servium in Æn. iii. 522., Italia plana ac mollis.

* Tanobus. Hoc nomine appellatur monasterium aliquod Thebaidis, de quo loquitur Hieron. in præf. Regulæ Pachomii: Aiebat enim, quod in Thebaidis et in monasterio Metanoeæ, quod de Tanobo in pœnitentiam, felicis (l. felici) nominis conversione, mutatum est, rel. Nempe ⲚⲞⲂⲒ in quam plurimis locis versionis Copt. Pentateuchi ac N. T., etiam in Liturgiis Copt., significat peccatum, et ⲈⲢⲚⲞⲂⲒ peccare. De usu præfixi ⲦⲀ s. ⲐⲀ jam sæpius dictum est. Itaque ⲦⲀⲚⲞⲂⲒ erit locus peccatorum, in quo quis ducitur pœnitentia criminum ante commissorum. Idem locus, mutato antiquo nomine, deinde dicebatur Μετάνοια, locus resipiscentium, μετανοίας χώρα, ut loquitur Euseb. Hist. Eccl. vi. 34.

* Ταῦα nom. urbis Æg., cuj. meminit Steph. Byz. v. Ταῦα. De situ nihil certi habeo, quod dicam, neque etiam de origine nominis Ægyptiaca. Cum tam ingens fuerit numerus vicorum et urbium in Æg., teste Diod. S. i. 31., qui loquitur de 18. millibus, quin imo de pluribus 30. millibus regnante Ptolemæo Lagi; mirum profecto non est, omnium vicorum et urbium nomen non posse etymologice illustrari situmque accurate definiri. Novimus tamen, in Anton. Itin. Tava s. Taua collocari inter urbes Cyno et Andro, nec ita longe abfuisse ab urbibus Tanis, Thmuis, aliisque ibidem memoratis. Si in Geographicis tuta satis esset fides historica Xenophontis Ephesii iv. p. 56., crederem urbem Taua fuisse sitam in via, quæ ducebat Leontopolin. Vix enim dubito, quin, pro Διελθόντες μὲν δὲ ταῦτα ἐπὶ Λεοντὼ ἔρχονται πόλιν, legi debeat scripseritque Xenophon, Διελθόντες μὲν δὲ Ταῦα ἐπὶ Λεοντὼ ἔρχονται πόλιν.[5] Erat vero Leontopolis sita prope amnem Busiriticum, nec longe ab urbe Athribe, ut docent Geographi antiqui. V. Cellarii Geogr. Afric. p. 20, 21.

* Τάφνη s. Τάφναι, urbs Æg. distans a Pelusio xvi. millibus passuum. Ita nomen constanter scribitur ab interpretibus Alex. V. T., quorum magna merito censetur auctoritas in rebus Ægypti Geographicis nominibusque urbium propriis indicandis. V. Jer. ii. 16. xliii. 6, 7, 8. xliv. 1. Ez. xxx. 18., quibus in locis habet textus Hebr. תחפנחס Tachpanhes. Vocatur eadem urbs Δάφνη a Steph. Byz., sed nugante, eam sic dictam fuisse παρὰ τῶν ἐκεῖ πολλῶν φυομένων δαφνῶν, de magna laurorum ibi crescentium copia. Δάφναι Πηλουσίαι est in Herod. ii. 30. In Itin. Anton. appellatur Daphno. Cf. Cellarii Geogr. Afric. p. 38.[6] Aliquando secutus ductum scripturæ Hebr. תחפנחס, Taphnas s. Daphnas interpretabar aut Tapheneh ⲦⲀⲪⲈⲚⲈϨ æternam, sic enim urbs ob munimenta fortia dici potuit, cum certo

[1] Nom. Sophiræ e ling. Copt. a LXX. interpretibus sumtum esse, suspicatur quoque Michaëlis in Spicil. Geogr. Hebr. pt. ii. p. 199, 200., de Ophir prolixius disputans a p. 184., atque intelligens auri divitem Arabiam.

[2] Pro vulg. Ταβέννη νήσῳ τῆς Θηβαΐδος ap. Sozomen. in codd. MSS. legitur ἐν Ταβεννήσῳ τῆς Θ., quod, post Tillemont. t. vii. p. 678, probavit Mingarellius not. ad Æg. cod. reliq. p. clxxxii.; dubitans, an locus, ubi Pachomius monasterium fundavit, umquam Æg. dictus sit ⲦⲀⲂⲈⲚⲚⲎ, quin potius ⲦⲀⲂⲈⲚⲚⲎⲤⲈ̀. Reliqua autem, a viro docto illic adjecta, prætereo.

[3] Observationem de Tabenne, non tamen laudato auctore, repetiit Scholtzius in Repert. f. B. u. M. Lit. t. xiii. p. 15. Idem dictum velim de v. Τάνις.

[4] Errantis Golii comes fuit Michaëlis in Spicil. Geogr. Hebr. pt. i. p. 258., sed meliora deinde doctus. V. ipsius Annott. ad Abulfedæ Descript. Æg. p. 119—123., et Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2121,2., ubi plura alia de urbe Tanis. Etymologias nominis Hebraicas non is probat, sed Ægyptiacam, a Forstero illustratam in Epist. ad ipsum scriptis p. 32. Zoega scribit, Tanin dictam esse de situs amœnitate Ⲧ—ⲈⲚⲈⲤⲈ ἡ χαρίεσσα. Videtur ergo cum aliis permutare Tanis ac Tennis sive Tennesis.—Jabl. scrinia compilavit Scholtzius p. 15.

[5] Elegantissima conjectura hæc est, probata etiam duumviris summis, Hemsterhusio in Misc. Obs. Crit. vi. p. 295,6. ac Wesselingio ad Hieroclis Synecdem. p. 723. Nom. urbis Ταῦα etiam Diodoro S. xvi. p. 506., ubi editum εἰς τινα πόλιν, reddendum suspicatur Hemsterh. Sed lege annot. Wessel. t. ii. p. 76. In Hieroclis Synecd. p. 725. junguntur Diospolis, Sebonutus, Onuphis, Taua, Cleopatra, Cyno et Bousiris.

[6] Cf. Wesseling. ad Itiner. p. 163., et ad Herod. ii. 30. Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2365 vix dubitandum existimat, תחפנס s. תחפנחס esse eandem urbem, quam Gr. Δάφνας Πηλουσίας appellant; etyma Æg., quæ habent alii, prudentem se prætermittere scribit, citatque Scholtzium in Repertorii t. xiii. p. 6., sed qui sua pæne omnia debet hisce Jablonskianis. Malebat scire Michaëlis, quibus literis Copticis nom. urbis in versione locorum Jeremiæ et Ezechielis scribatur. Cui tamen desiderio non ante poterit satisfieri, quam versio istorum librorum Copt. integra e latebris eruatur.

satis constet, fuisse locum s. castellum munitissimum, aut Tapenese[1] ⲦⲀⲠⲈⲚⲈⲤⲈ cornu amœnum, quandoquidem Æg. promontoria munita nuncupare solebant cornua, cujusmodi erat Ἀγνοῦ κέρας, a Strab. memoratum xvii. p. 801. [1153.], situm prope urbem Bolbitinen, vulgo hodie dictam Rosette. Sed nunc malo interpretari ⲦⲀⲪⲈ ⲈⲚⲈϨ Taphe-eneh, i. e., caput vel principium seculi. Nos diceremus initium mundi, vel terræ. Sic responderet urbi Syenæ, quæ Ægyptum claudit versus Æthiopiam, uti suo loco p. 330. notavimus; quemadmodum Taphnæ Ægyptum claudebant versus Syriam et Arabiam. Tota Ægyptus porrigitur a Daphnis usque ad Syenen. Quocirca Psammetichus, teste Herod. l. c., præsidia collocabat, Elephantinæ quidem adversus Æthiopes, Daphnis vero adversus Syros et Arabes. Elephantine autem non ita longe remota erat a Syene, ut supra p. 330. jam monui. Præteriri tamen non debet sententia C. Vitringæ, Theologi inprimis docti, in opere posthumo de Geogr. S. c. vii. p. 40. scribentis: "Occurrit etiam in loco citato Ezech. תחפנחס Tachpanes —, Jer. xliii. 7. Jer. xliv. 1., ubi omnia fere loca recensentur in inferiori et superiori Ægypto sita. Tachpanes sunt Daphnæ Pelusiæ, locus amœnus subjectus Pelusio, dictus ab uxore regis Jeroboami. Dedit enim Pharao filiam suam Taphnes Jeroboamo. Hebr. non potuerunt aliter scribere, quam תחפנחס. Litera ה usum habuit vocalis ap. Hebræos veteres, et usurpata loco η Gr. Legerunt תחפנחס Taphnes, vel Tephnes, et 1 Reg. xi. (19, 20.) scribitur sine ה, תחפנס. Alibi ab Ezech. aliter punctatur." Opusculum hoc non tam esse elaboratum et perpolitum, ut sunt viri magni Obss. S. et præclarus ille in Ies. Commentarius, mirari desinet, qui sciat, Geographiam S. ab eo haud esse conscriptam, ut in manus eruditorum publice traderetur, sed hoc tantum consilio, ut ab auditoribus in usum privatum calamo exciperetur. Quamobrem neque hic disputabo, quid censendum sit de origine nominis urbi Tachpanhes inditi, quam Vitringa exponit.

* Τεβουνί. Instrumentum Musicum Æg., cuj. meminit Joseppus, s. Josephus, vetus scriptor Christianus, in Hypomnestico, s. libello sacro memoriali, v. 144. Scribit autem ille: Ἐν Αἰγύπτῳ τὸ Βυνὶ ὄργανόν τι ἐναρμόνιον, ᾧ χρῶνται οἱ ἱεροψάλται ἐν τοῖς κώμοις * πλεκτριζόμενοι. Primus ea verba e cod. MS. Cant. protulit Th. Gale in notis ad Jamblich. de Myst. p. 215., et recte observavit, verba ista desumta esse ex epist. Porphyrii ad Anebonem Ægyptium. Edidit Galeus τὸ Βυνὶ, ut in MS. legebatur, sed monuit legendum τε Βουνί. Integer Josephi liber primum in lucem editus est ab eximio Polybistore J. A. Fabricio, subnexus volumini ii. Cod. pseudepigr. V. T. Leguntur illic verba citata p. 330. In textu Gr. dedit Fabricius τὸ Βονὶ, sed in vers. Lat. Buni. Dubium vix ullum mihi est, quin una voce scribi debeat Τεβουνὶ, et nomen instrumenti Musici Æg. ex ipsa horum lingua explicari. Trigonorum instrumentorum Musicorum non rara ap. veteres mentio occurrit. Vide Athen. xiv. p. 636. coll. l. iv. p. 157. et 182., Suid. in v. Σαμβύκαι, Hesych., qui scribit: Τρίγωνον· εἶδος ὀργάνου ψαλτηρίου, pro quo malim ψαλτήριον, ἢ φυτὸν ἐν Αἰγύπτῳ. Mart. Capella appellat Panduram. Ap. eum sic fatur Harmonia de Nupt. Phil. ix. p. 313. ed. Grot., Panduram Ægyptios attentare permisi. Fortasse repræsentatur in lapide ap. R. Pococke in the Description of the East, V. i. Tab. lxi., et in monumentis vetustis ap. Montfauc. Antiq. Expl. ii. 116. et 140., atque alibi. Ex eo genere erat Τεβουνὶ, instrumentum trigonum, non prorsus dissimile lyræ vel citharæ, quatenus illius chordæ consimili modo pulsabantur plectro, nobis vulgo dictum ein Harpe. Voc. τεβουνὶ esse origine Æg., admodum probabile fit ex iis, quæ ex Porphyrio affert Josephus l. c. Videtur literis Copt. scribendum ϮⲞⲨϢⲒⲎⲒ. Gen. xxxi. 27., ubi Alex. habent κιθάρας, interpr. Copt. dedit ⲞⲨϢⲒⲎⲒ, et citharœdus vocatur Apoc. xiv. 2. ⲢⲈϤⲈⲢ ⲞⲨϢⲒⲎⲒ. Quod autem scriptor Gr. voc. ϮⲞⲨϢⲒⲎⲒ efferat τεβουνὶ, non insolens videbitur, siquidem constat, literas ν et ου sæpe cum β permutari. Qui Æg. dicuntur ⲢⲈⲘⲞⲨϢⲦ, ab Hieronymo vocari Remoboth, sup. p. 229, 330. vidimus. Quæ observatio si forte aliis minus arridet, arrisit tamen Montfauconio, quando cum eo de loco Joseppi ap. Galeum ante plures annos Lutetiæ Paris. sermones miscebam, atque La Crozio, literis, a. 1735. ad me datis, significanti, se observationem meam de ⲦⲈⲂⲞⲨⲚⲒ valde probare, talemque esse arbitrari, ut nihil ei opponi possit.[2]

* Τίαλος, Lilium. Ita Append. ad Dioscor. iii. 116. p. 457., de quo loco alia monui, cum diceretur p. 331,32. de v. Συμφαιφού.

* Τιβούς. In Append. Dioscor. iv. 102. p. 469. de herba Stratiote legimus, Αἰγύπτιοι Τιβοὺς (καλοῦσιν), Προφῆται αἷμα αἰλούρου. Si vocem hanc Æg. etymologice consideres, Τιβοὺς, vel forte rectius Τιβοὺς, proprie significat στρατιώτην. Nam ϮⲞⲨⲂⲈ est pugnare contra, unde Ἑρμοτυβιεῖς dicti sunt μάχιμοι, milites in Æg., quemadmodum vocem istam loco suo p. 69. exposui.[3]

* Τιθραμβὼ fuit Hecatæ nom. Æg., testante Epiphanio p. 1093., cuj. hæc verba sunt: Ἄλλοι δὲ τῇ Τιθράμβω, s. Τιθραμβὼ, Ἑκάτῃ ἑρμηνευομένῃ, ἕτεροι τῇ Νέφθυϊ, ἄλλοι δὲ τῇ Θερμούθι τελίσκονται. Sic enim verba legenda videntur. Vix alius quisquam istius nominis mentionem fecit. Optime tamen e ling. Æg. potest illustrari. ⲘⲂⲞⲚ, Embon vel Ambon, quod alibi scribitur ⲈⲘⲂⲞⲚ, significat iram, furorem iræ. Itaque ϮⲘⲂⲞⲚ, Ti-ambon, designat graviter iratam, ira furentem, et ϮⲐⲢⲎ ⲘⲂⲞⲚ, Ti-thra-embon s. Tithrambon, exponi potest aut ira furens, aut etiam aliis furorem indens. Reliqua, huc pertinentia, legi possunt in Panth. Æg. i. 5.

* Titothos. Cyclaminus. Apul. de Herbis c. 17. Dicebatur quoque Æg. Θέακε, uti ante p. 88. vidimus.

* Totaphoth, טוטפת, quæ vox in libris Mosaicis occurrit Ex. xiii. 16. Deut. vi. 8. xi. 18. Non eodem ubique modo eam reddunt interpretes vet., s. Græci, s. Orientales, Syrus et Arabs, ut apparet ex Origenis Hexaplis, a Montfauconio ed., atque e Bibliis Polyglottis. Multum quoque diversæ sunt eruditorum recentiorum sententiæ de vocabuli significatione, ejusdemque origine, quæ ab aliis refertur ad טוף, Chald. טוף, spectare, aspicere, ab aliis ad טפף s. טפטף, notione multum aspiciendi, ab aliis ad טפף, ligare, ab aliis ad Arab. طفف, agilis fuit. V. Buxtorfii Lex. v. טפף p. 869. 870. Schultens. in Clavi Dialectorum p. 320., Hackmanni Præcidanea Sacra p. 92—112., et Schrœder. de Vest. Mul. Hebr. p. 127. E locis Mosaicis modo citatis colligi potest, טוטפת fuisse frontalia, s. amuleta et phylacteria in fronte gestari solita, vel in universum ornamenta quædam capitis et brachiorum, quasi memorialia. Cf. præter eruditos istorum locorum interpretes, Fullerus Misc. 5. 7. et Witsius in Ægyptiacis i. 9. §. 3. ii. 9. §. 7. ac seq. Vocis istius mentionem hic faciendam putavi, quod eruditi quidam eam e ling. Æg. derivandam esse censeant. Jos. Scaliger vocem hanc in universum Ægypto deberi existimavit. Bochartus Geogr. S. P. i. l. 1. c. 15. scribit. "Talmudici, quos citat Kimchius in Lexico, טוטפות pro frontalibus volunt esse voc. semi-Æg. Compositionis tamen ratio mihi haudquaquam probatur." Equidem is non sum, qui litem istam componere audeam. Non tamen ita absurdi sunt Judæorum magistri, quando vocabuli natales in Æg. quærunt. Dummodo enim certum satis esset, voc. Totaphoth Æg. esse originis, compositionis ratio facilis dari posset, inprimis si non tantum fuerint ornamenta frontis, sed et brachiorum. Sermone Æg. manum dici ⲦⲞⲦ, pervulgatum est. Deinde ⲪⲰⲦϨ significat aliquid sculpere, affabre effingere. Ex. xxv. 7., ubi in Gr. legitur λίθους εἰς τὴν γλυπτὴν, Copt. interpr. dedit ϨⲀⲚⲰⲚⲒ ⲈⲠⲒⲪⲰⲦϨ.

[1] Placuit hæc nominis notatio Forstero Epist. p. 52,53.
[2] V. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 189. coll. t. i. p. 206. Cf. F. S. de Schmidt de Sacerd. et Sacrif. Æg. p. 170—172.
[3] Eadem dabit Scholtzius l. c. p. 15.

Vers. 11. ejusd. cap. Gr. ποιήσεις κυμάτια χρυσοῦ στρεπτὰ κύκλῳ redduntur Coptico ⲈⲔⲈⲐⲀⲘⲒⲞ Ⲛ̀ϨⲀⲚϨⲞⲠⲦ (v. 24. scribitur Ⲛ̀ϨⲀⲚϨⲞⲦⲠ) Ⲛ̀ⲚⲞⲨⲂ ⲤⲨⲪⲰⲦϨ Ⲙ̀ⲠⲈⲤⲔⲰϮ. Sic etiam vers. 18. ποιήσεις δύο χερουβὶμ χρυσοτορευτὰ Copt. exprimuntur ⲈⲔⲈⲐⲀⲘⲒⲞ Ⲛ̀ⲬⲈⲢⲞⲨⲂⲒⲘ Ⲃ̅ Ⲛ̀ⲚⲞⲨⲂ Ⲙ̀ⲪⲰⲦϨ. Cf. Ex. xxxii. 4. 16., inprimis Lev. xxvi. 1. Est itaque ⲪⲰⲦϨ quidquid sculptum, cælatum et ex pretioso metallo artificiose elaboratum est. Foret igitur ⲦⲞⲦⲪⲰⲦϨ sculptile manus, vel monile in manu aut in brachio gestandum. Sed ea de re judicium penes eruditos esto.[1]

* Τοιγαραμός. In Catal. regum Thebæorum, uti in Eusebianis Scaligeri editus est, hæc verba aut potius verborum monstra leguntur: Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ϛ' Τοιγάραμος ἄμαχος χειρὶ Μεμφίτης, ὁ ἑρμηνεύεται Τίσανδρος. In Syncello, e quo Scaliger ista descripsit, Goarus postmodum sic eadem vulgavit: Θ. Α. ἐβ. ϛ' Τοῖγαρ Ἄμαχος Μομχειρὶ, οὗτος ἑρμηνεύεται τῆς ἀνδρὸς περισσομέλης. De h. l., uno omnium difficillimo, et sine controversia admodum corrupto, tam in vocibus Æg., quam in Gr. earundem interpretatione, satis ample dixi in Annott. in Eratosth., quas A. des-Vignoles inseruit Chronol. 8. t. ii. p. 741—743. E conjectura mea, verba Æg. ita constitui possunt, Τοιγαρὰμ ἄχος μονχειρὶ, Græca vero hunc in modum legi, οὗτος ἑρμηνεύεται σώσανδρος περισσομελής. Nom. Τοιγαρὰμ fortasse erit Æg. ⲦⲞⲨϪⲈⲢⲈⲘ, compositum e præfixo Ⲧ atque duabus vocc. ⲞⲨϪⲈ servare et ⲢⲰⲘⲒ homo, pro quo in compositione scribi solet ⲢⲈⲘ. Est igitur ⲦⲞⲨϪⲈⲢⲈⲘ ὁ σώζων ἀνθρώπους, vel brevius * σώσανδρος, quod nom. Gr. scriptoribus non ignotum est. Si pro ἄχος μονχειρὶ scriberetur ἀπὼς vel ἀπὼφ μονσχφειρὶ, hoc foret Æg. ⲈⲠⲰⲪ ⲘⲞϨ Ⲛ̀ϢⲪⲎⲢⲒ, gigas admiratione plenus, s. prorsus admirabilis, procera nempe corporis statura; qualis homo dicitur * περισσομελὴς a Manethone Ægyptio Apotelesm. iv. 464. Observationibus meis, l. c. vulgatis, hanc unam nunc adjungo. Potest forte servari ἄχος, et, cum reliquis verbis, Æg. exprimi ⲀϪⲰ ⲘⲞϨ Ⲛ̀ϢⲪⲎⲢⲒ, Lat., Magus rerum mirabilium plenus, vel admodum mirabilis. In vers. Copt. N. T. Magus dicitur ⲀϪⲰ Act. viii. 9., et in cod. MS. Danielis i. 20., quamvis alibi retineatur ⲘⲀⲄⲞⲤ, Matt. ii. 1. 7. 16. Neque dubium est, quin nom. Magi ap. Ægyptios valde fuerit honestum, uti ap. Persas, eo appellantes Sacerdotes et Philosophos. In Ægypto artes Magicæ a Sacerdotibus colebantur, ut vel e libro Mosis secundo satis patet. Ad illarum cognitionem non admittebantur alii præter sacerdotes ac viros honoratiores, ipsosque reges. Cujusmodi artes Magicæ efficiebant, ut earum periti haberentur rerum mirabilium auctores, et populum in sui admirationem raperent. Hæc explicatio minus abit a scriptura Syncelli, sed non in universum ei respondet Gr. Eratosth. interpretatio, nisi forte περισσομελὴς exponatur de admirabili corporis proceritate et robore membrorum.

* Totihioc.[2]

* Τοῦκιν. Fumaria. Append. Dioscor. iv. 110. p. 470. Dicebatur etiam Fumaria s. Capnus ab Ægyptiis κνῖζ, ut idem testatur.

* Τοῦρκον. Periclymenum. Append. Dioscor. iv. 14. p. 462.

Τροχίλος vel Τροχῖλος,[3] Trochilus, est nom. avis Æg., de qua Plin. viii. 25.: "Hunc (crocodilum) saturum cibo piscium, et semper esculento ore, in litore somno datum, parva avis, quæ Trocilos ibi vocatur, rex avium in Italia, invitat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum ejus assultim repurgans, mox dentes, et intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quam maxime hiantes." Ejusdem meminit Plin. x. 74. Etsi dissentit Harduinus. ["Diversus est," inquit, "a regulo nostro trochilus peregrinus s. Niliacus. Valde vereor ut verba, Rex Avium in Italia, Pliniana sint, ac non glossema potius sapiant alicujus conjectoris, translatum ex L. x. 74. ubi trochilum nostratem regem avium Plinius interpretatur." Edd.] Comparetur Ælian. N. A. iii. 11., qui et de Trochilo viii. 25. hæc narrat: Ὁ μὲν τροχίλος ὄρνις ἐστὶ τῶν ἑλείων εἷς· καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν ἀλᾶται, καὶ ὅ τι ἂν τύχῃ παρεκλέγων, βόσκεται· τρέφει δὲ αὐτὸν καὶ κροκόδειλος κ. λ. Addit xii. 15.: Οὐ πρὸς πᾶν τὸ τῶν τροχίλων γένος ἐστὶ τῷδε τῷ θηρίῳ ἔνσπονδα· (πολλὰ δὲ αὐτῶν γένη καὶ ὀνόματα, τραχέα δὲ, καὶ ἀκοῦσαι ἀντίτυπα, καὶ διὰ τοῦτο ἐῶ αὐτὰ) μόνον δὲ τὸν καλούμενον κλαδαρόρυγχον ἑταῖρον καὶ φίλον ἔχει.[4] Memoratu dignum est, quod de isto avium genere legitur in Vanslebii Itin. Ægypti, Gallice scripto, p. 77, 78.: "Ce que Pline dit du Trochile, a besoin d'éclaircissement, car on pourroit demander cent ans durant en Egypte, quel est cet oyseau, qu'on n'en pourroit jamais apprendre. Voicy donc ce qu'en dit Beitar: 'Quand le Crocodil est saoul de la proye, qu'il a devorée, il sort hors de l'eau, & se met à dormir au soleil, & parce qu'il luy reste toujours de la vilenie entre les dents, dont il s'engendrent des vers, un petit oiseau semblable au Tectari, entre dans sa gueule, mange cette villenie, & les vers même, s'il y en trouve; et lorsque le Crocodile sent, qu'il n'a plus rien dans sa gueule, il la ferme, pour manger l'oiseau aussi: mais la Nature ayant pourveu à sa sureté, en luy donnant deux epines fortes audessus de sa tête, & le Crocodil se sentant piqué, il la rouvre incontinent, alors l'oyseau s'enfuit.' Je m'informais de plusieurs Mores, s'ils connoissoient un oiseau, qui avoit deux epines sur la tête, & ils me repondirent, que non; il me dirent bien, qu'il y avoit en Egypte le Saksak, que j'ay veu moy même fort souvent, qui est toujours autour du Crocodile, parce qu'il se nourrit des restes de la viande, qu'il trouve entre les dents. Il se peut faire donc, que le Saksak des Mores et l'oyseau dont parle Beitar, soit le Trochilos de Pline."

* Τυβὶ, Tybi, nom. mensis quinti Æg. respondens diebus postremis Decembris, sed inprimis Januario Romanorum. Dies enim sextus Januarii erat undecimus mensis Tybi, ut alio loco a me observatum est. Hac ratione facile in concordiam redigi possunt veterum testimonia. Scribit Plin. vi. 23. circa finem: Ex India renavigant mense Ægyptio Tybi incipiente, nostro Decembri: aut utique Machiris intra diem sextum. Schol. in Arati Phænom. p. 39. ed. Felli hæc habet: λέγει δὲ τὸν Τυβὶ, ὅς ἐστι κατὰ Ῥωμαίους Ἰανουάριος· τότε γὰρ σφοδρός ἐστιν ὁ χειμών. Adde p. 40. et 53., atque Arriani Peripl.

[1] De veterum interpretatione vocis טוטפת diligenter egit Mich. Suppl. Lex. Hebr. p. 1009—1011. Conjecturam Jabl. adjecto huj. nomine, commemorat Scholtzius l. c. p. 15, 16., sed improbat, et alia adjungit, quæ tamen ipse Jabl. h. l. in medium attulerat.

[2] Huic voci in codice meo nihil a Jabl. adscriptum invenitur. Frustra diu, non diffiteor, quæsivi, unde eam Glossario suo Jabl. adjecisset. Tandem tamen habere mihi videor certam viam atque rationem, qua verum investigare et consequi possim, præeunte Mingarellio in notis ad Æg. cod. reliq. p. ciii., cuj. hæc verba sunt. "Quidquid esculenti residuum erat monacho, aut superfluum, illud ad Totihioc reportare debebat, i. e., ut S. Hieron. primo Pachomianæ Regulæ capitulo interpretatur, ad Præpositum domus suæ. Æg. enim sine dubio habenda hæc vox est, si recte tamen a librariis scripta ad nos pervenit; nam litera illa s. aspirationis nota, h, in Gr. versione, qua Hieronymo tradita fuit, esse non potuit. Quibusnam vero e vocibus nom. hocce componatur, an ex ⲦⲞⲦ (nam ϮⲦⲞⲦ in Act. xiii. 11. valet præesse), et ex ⲎⲒ, domus, et ϨⲒⲰⲔ, peritiores inquirent. Quidquid autem de hac derivatione statuendum sit, tribus Pachomianæ Regulæ capitulis mirifice nostrum hocce illustratur." Hæc Mingarellius. Ego quidem nihil rectius novi.

[3] [Τρόχιλος penult. brevi. Aristoph. Av. 79. Τρέχω 'πὶ τρίχας. B. τρόχιλος ὄρνις οὑτοσί: Acharn. 875., Νάσσας, κολοιὼς, ἀτταγᾶς, φαλαρίδας, Τροχίλως, κολύμβως. B. ὥσπερὶ χειμὼν ἄρα 'Ορνίθιας, ἐς τὴν ἀγορὰν ἐλήλυθας. Vide Morelli Lex. Gr. Prosod. Edd.]

[4] De Trochilo sua habent Aristot., Ælian., alii, ex Herodoto, quem vide ii. 68., ibique Wesseling. et Valcken. [Plutarchus X. 79. ed. Reisk., Oppianus, H. St. Thes. iii. p. 1670, b. 2. Aristoph. Acharn. 875., et Av. 79. ubi Beckii Commentarius:—"Non modo eam avem, quæ etiam βασιλεὺς τύραννος dicitur (Zaunkönig), sed etiam littoralem avem (Strandvogel) ita dici, docuit Schneider. Lex. Gr. ii. p. 541. Buffono etiam τροχίλος non est, qui Francogallis dicitur Le Roitelet, sed Le Troglodyte, cui ista agilitas propria est, quæ h. l. trochilo tribuitur. v. Not. Francog. Interpr. Avv. in Brumoëi Th. Gr. xii. p. 228. Itaque incertum tamen esse monet etiam Wiland. quæ avis h. l. intelligatur." Edd.]

Mar. Erythr. p. 5. t. i. Geogr. Huds.[1] Passim istius mensis scriptores Gr. vet. meminerunt, eumque Τυβὶ nominarunt. Ita Clem. Alex. Strom. i. p. 408., epigr. Gr. Anthol. l. i. c. xci. 1. Τυβὶ δὲ πορφύρεον βουληφόρον εἵμα τιταίνει.[2] Præsertim commemorandus est Plut., in cuj. lib. de Is. et Os. plus una vice nom. Τυβὶ occurrit, p. 371., ubi dies septimus mensis Τυβὶ dicitur ΑΦΙΞΙΣ ΙΣΙΔΟΣ ΕΚ ΦΟΙΝΙΚΗΣ, adventus Isidis e Phœnice, et p. 366., quo in loco post verba, Τῇ δὲ ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα, excidisse nom. mensis Τυβὶ, suspicabar in Misc. Berol. t. vii. p. 386—390. In libris Copt. scribitur nom. huj. mensis ⲦⲰⲂⲒ. Ita certe inveni in cod. Evangeliorum membranaceo, scripto a Michaële, Episcopo Damiatensi, asservatoque in Biblioth. reg. Paris.[3] Nec multum a vero aberraturum me opinor, si existimem, nom. mensis decimi Hebr. טבת, quod semel tantum legitur in cod. Hebr. V. T., Esth. ii. 16., et Hebræi tempore primum seriori a Græcis accepisse videntur, esse origine Æg., et a Τυβὶ non diversum. Testis huc in re admodum locuples mihi est Hieron., in comment. in Ezech. c. 29. scribens: Porro juxta lxx. decimus mensis, qui Hebr. appellatur טבת, et ap. Ægyptios Τυβὶ, ap. Romanos Januarius dicitur. Quidquid enim alii de origine nominis Hebraica טבת afferunt, si ab Æg. discedas, id quidem merito minus probabile judicabitur.[4]

Τυφλῖνος, ἰχθὺς Νειλώειος, καὶ ὄφεως εἶδος, teste Hesych. v. Τυφλῖνος, qui brevi post scribit, Τυφλῶνες, εἶδος ὄφεων, et antea voc. Κωφίας exponit ὄφεως εἶδος, ὁ καὶ Τυφλίας, pro quo legendum suspicor Τυφλῖνος, uti in altero loco pro Τυφλῶνες rescribendum Τυφλῶπες ex Æliani N. A. viii. 13., et Nicandri Ther. 393. [492.], ubi Schol. explicat Τυφλῖνος.[5] ["Neque illud analogiæ repugnat, neque hoc improbandum," D'Arnaud. Lectt. Gr. p. 130. Aristot. H. A. viii. 24. τοῖς τυφλίνοις ὄφεσιν, pro quo vi. 13. αἱ τυφλῖναι ὄφεις, (sic Æl. l. c.) quod, H. Stephano suspectum (Thes. iii. 1703, g.) præfert Sylburgius. Routhius ad Hederici oram: "Τυφλώψ, serpens quidam, Epiphan. Hær. 60. cap. ult." V. Schneid. ad Aristot. H. A. vi. 13. EDD.] Si vox origine est Æg. ut videtur, ej. tamen etymologiam non minus ignoro, quam alii Græcam.

Τυφῶν, Typhon, celebre Ægypti Numen, sed maleficum, cuj. meminerunt Herod., Diod. S., Plut., plures alii. Nomen non est Hebr. aut Gr., sed Æg., ⲐⲎⲞⲨ—Ϥ—ϨⲰⲞⲨ, Theu-ph-hou, significans ventum malignum, nocivum, vel ⲐⲎⲞⲨ—ⲪⲰⲎ, Theuphon, ut Typhon sit ventus evertens, sive pervertens, vel etiam ⲐⲎⲞⲨ—ⲪⲞϨ, Theu-phoh, ventus corruptor. Sed de hac re et aliis ad Typhonem Æg. pertinentibus copiose dixi in Panth. v. 2.[6]

* Tzephon, Hebr. צפן, pars nominis urbis, quæ Ex. xiv. 2. 9. vocatur Baal-Tzephon, ab interpretibus Alex. * Βεελσεπφῶν, aut Βεελσεφῶν, quod habetur in cod. Alex., et ap. Euseb. in Onomastico. Sita erat e regione urbium Migdol ac Pihachiroth. Ab aliis habetur pro Heroöpoli, ab aliis pro Sues s. Arsinoë. Plura dicam in nova multumque aucta editione Dissertationum de Terra Gosen diss. v. §. ix. p. 59. Hic tantum pauca de orig. nominis adjungam. Qui צפן putant Hebr. vertuntque Septentrionem s. Boream, referunt ad צפן occultavit, vel ad צפה speculatus est, non tamen rationem denominationis idoneam afferunt. Quidni potius dicam, צפן esse Æg. ϢⲀϤⲈ, ἔρημος, desertum, sicuti κατ' ἐξοχὴν vocabatur desertum istud, quod Israëlitæ eo tempore ingressi sunt, Ex. v. 1. viii. 27, 28. xiii. 18.[7]

* Tzoan s. Tsoan. Cf. dicta p. 339, 340. v. Tanis.

* Ὑκσώς. Voc. hanc nobis e ling. Æg. explicat Manetho, ipse Ægyptius, e cuj. libro secundo Ægyptiacorum Fl. Josephus hæc profert contra Apionem i. §. 14. p. 445.: Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος ΥΚΣΩΣ, τοῦτο δέ ἐστι βασιλεῖς ποιμένες· τὸ γὰρ ΥΚ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ ΣΩΣ ποιμήν ἐστι, καὶ ποιμένες, κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται ΥΚΣΩΣ. Τινὲς δὲ λέγουσιν, αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι. Ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι, διὰ τῆς τοῦ ΥΚ προσηγορίας, ἀλλὰ τοὐναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας. Τὸ γὰρ ΥΚ πάλιν * Αἰγυπτιστὶ, καὶ τὸ ΑΚ δασυνόμενον, αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. Καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται, καὶ παλαιᾶς ἱστορίας ἐχόμενον. Hæc Manethonis verba, non uno nomine memorabilia, ab Eusebio Præp. Evang. x. 13. cum aliqua lectionis varietate repetita, nec ab editoribus Josephi satis illustrata, quod tamen fieri oportuerat, nunc e consuetudine ac lingua Æg. historiaque breviter interpretari conabor. Ait Manetho, populum quendam, quem Israeliticum fuisse significat, in vet. Æg. monumentis vocari ΥΚΣΩΣ, vocemque hanc ex duabus compositam esse, ΥΚ et ΣΩΣ. Ad priorem vocem ΥΚ quod attinet, eam affirmat Manetho καθ' ἱερὰν γλῶσσαν significare regem. Antequam vero eam e ling. Æg. illustrem, monebo, nom. Ὑκσώς, mea quidem sententia, longe rectius alicui homini convenire, quam toti populo. Docet id ipsa illa τοῦ ΥΚ interpretatio, quam Manetho e sermone Æg. suppeditat. Quis enim de universo populo dixerit, eum esse regem? Existimo nomine ΥΚΣΩΣ designari illustrem aliquem in gente Hebr. virum, et ipsum forsitan Mosen, ut deinde plenius ostendetur. Quo observato, pergendum est ad interpretationem vocis ΥΚ, quam cum dicat Manetho significare Æg. regem, caute id accipiendum est. In linguæ Copt. monumentis omnibus, quæ ad manus nostras pervenere, vocis istius vestigia nulla occurrunt. Sed neque Manetho affirmat, ΥΚ generatim Æg. sonare regem. Tantum ait, voc. hanc significare regem καθ' ἱερὰν γλῶσσαν, lingua sacra. Quæ autem hæc erit alia, quam allegorica, symbolica, hieroglyphica, sacerdotibus propria? Aperte distinguitur a dialecto communi, κοινῇ διαλέκτῳ, quæ ap. Ægyptios omnes in vita communi et civili erat usu recepta. Similiter Manetho ap. G. Syncellum in Chronogr. p. 40. loquitur de quibusdam columnis Æg., inscriptis ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασιν, ubi pro ἱερογραφικοῖς legi malim ἱερογλυφικοῖς. Huc pertinere videtur Plut. de Is. et Os. p. 632., commemorans Sacerdotum τὸ συμβολικὸν καὶ μυστηριῶδες, et Spartian. in Antonino Caracallo t. i. Script. Hist. Aug. p. 721.: Unde, quamvis Græci vel Ægyptii eo genere, quo fœminam hominem, etiam Lunam Deam dicant, mystice tamen Deum dicunt. Certum magis est, recte huc referri verba ipsius Manethonis ap. Joseph. l. c. p. 445., memorantis urbem καλουμένην ἀπό τινος ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν, pro quo deinde p. 460., ἔστι δ' ἡ πόλις Αὔαρις κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν * Τυφώνιος. Porphyrius V. Pythag. c. ii. testatur, Ægyptios habuisse γραμμάτων τρισσὰς διαφορὰς, * Ἐπιστο-

[1] Josep. in Hypomnestico c. 27., ubi comparantur menses Hebr., Æg., Maced., et Rom., hæc nomina conjuncta leguntur, Τηβὴθ, Τύβυ (pro Τυβὶ), Αὐδιναῖος, Ἰανουάριος. Vide ad istum locum, quæ Fabric. notavit p. 50. In Menologio, quod Matthæi Anecd. Gr. V. i. p. 86. edidit, mensis Τιβὶ, sic enim illic scribitur nom., videtur assimilari Januario.

[2] Græca interpretatur Grotius, t. i. Anth. Gr. p. 355.: Tyby magistratus tyrio producit in ostro.

[3] Cf. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 153. Thebaice scribitur ⲦⲰⲂⲈ. V. Georgium in præf. ad Fragm. Evang. Jo. Gr.-Copto-Theb. p. 134.

[4] Eandem de origine vocis טבת sententiam tuetur Mich. Suppl. Lex. Hebr. p. 999, 1000., Hieronymi item testimonio utens, sed minus accurate citato. Nom. Hebr. Græce scribi Τιβὴθ, Τηβὴθ, Τιβηθὶς, Τιβαὶθ, monet Fabricius in Menologio, p. 16.

[5] Comparentur Alberti aliique ad Hesych. vv. Κωφίας, Τυφλῖνος, et Τυφλῶπες.

[6] Forsterus Epist. ad Mich. p. 29. testatur, Typhonem Æg. esse ϪⲰⲪⲰⲎ. Dubium tamen est, an ϪⲰ idem significet, quod ⲐⲎⲞⲨ, i. e. ventum. V. Jabl. pt. iii. Panth. p. 97. Frustra ϪⲰ ista notione quæres in Lex. La Croz.

[7] Quod modo dixi de incerta vocis ϪⲰ significatione, dubiam quoque facit Forsteri l. c. conjecturam, Baal-Tzephon esse Heropolin, supra occidentalem μυχὸν maris Arab. sitam, in desertis, prope lacus amaros, Typhoni sacram, tempore Mosis vel paulo post deletam, deinde restitutam appellatamque Hebr. עיר הרס Ies. xix. 18., et quondam Baal-Tzephon dictam de nomine Typhone, ϪⲰⲪⲰⲎ, cum Hebr. pro Ϫ usi sint litera צ. De verbis Iesaiæ quæ supra notavi p. 95 et 96., nolo repetere. An vero Ἐρυθρὴ βῶλος in Herod. ii. 3. sit eadem urbs, quæ Baal-Tzephon et Heropolis, non satis exploratum videtur. V. Diod. S. i. 59. Heropolin Typhoni sacram fuisse, doceatne Steph. Byz., in dubio item est. Certe non erat, cur Forsterus pro Ἡρὼ, πόλις Αἰγυπτία, scriberet Ἡρῶος π. Α. Vulgatum defendit mos Æg. et Anton. Itin. p. 170. c. n. Wessel. Plenius dicitur Ἡρώων πόλις a Strabone l. ii. p. 140, l. xvii. p. 1193.

λογραφικῶν, καὶ Ἱερογλυφικῶν, καὶ Συμβολικῶν, et Clem. Alex. Strom. v. p. 555, 6. [657.] Ægyptiis triplicem hanc literarum formam adscribit, τὴν Ἐπιστολογραφικὴν, τὴν Ἱερατικὴν, τὴν Ἱερογλυφικὴν, ubi plura alia adjunguntur huc spectantia. Neque omittendum est, Diod. S. i. p. 51. loqui de cippis ἐπιγραφὴν habentibus Αἰγυπτίοις γράμμασι, τοῖς Ἱεροῖς λεγομένοις, p. 72. de Sacerdotibus, pueros duo literarum genera docentibus, τά τε Ἱερὰ καλούμενα καὶ τὰ κοινοτέραν ἔχοντα τὴν μάθησιν, et l. iii. p. 145. de Æg. literis Hieroglyphicis.[1] Hinc intelligi potest, quid sibi velit Fl. Josephus, l. c. p. 446. addens: Ἐν ἄλλῃ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανεθὼν τοῦτο φησὶν ἔθνος, τοὺς καλουμένους ποιμένας, αἰχμαλώτους ἐν ταῖς Ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι. Conferri possunt, quæ hic illic monui in Panth. Æg., præsertim in Proleg. §. lvii. et seq. Multo tamen magis consulendus Guil. Warburton in erudito libro, The divine Legation of Moses demonstrated, iv. 4. vel etiam in Essai sur les Hieroglyphes des Egyptiens t. i. p. 74. sq., 163. 174. sq. Nunc e diverticulo in viam redeundum. ΥΚ, vel Æg. scriptum, ut puto, ϨⲒⲔ, proprie significat Magum. Act. viii. 11. αἱ μαγεῖαι Coptis audiunt ⲚⲒⲘⲈⲦϨⲒⲔ, unde apparet ϨⲒⲔ esse Magum et ⲘⲈⲦϨⲒⲔ Magiam. In eod. cap. v. 9. pro μαγεύων versio Copt. habet ⲈϤⲞⲒ Ⲛ̀ⲀⲬⲰ existens Magus. Et sane concretum τὸν μάγον Copti semper reddere solent ⲀⲬⲰ, etsi abstractum τὴν μαγείαν transferant ⲘⲈⲦϨⲒⲔ. Versio autem Æg., dialecto Thebaidis composita, hoc etiam in loco, Gr. μαγεύων expressit ⲈϤⲢ̇ϨⲒⲔ. Quod etiam analogia linguæ postulat. Si enim ⲘⲈⲦϨⲒⲔ est μαγεία, ϨⲒⲔ μάγον esse omnino oportet. Hinc quoque φαρμακεία veneficia Apoc. ix. 21. dicuntur ⲪⲀϦⲢⲒ ⲚϨⲒⲔ. Cum igitur Manetho affirmet ΥΚ, s. Copticum ϨⲒⲔ, significare regem, sed καθ' ἱερὰν γλῶσσαν, lingua Æg. sacra, animadvertendum porro est, ap. Ægyptios haud secus, quam ap. Persas et Chaldæos, Magiam in magno honore et sacerdotibus maxime propriam fuisse, ut jam in antecedentibus p. 349. ad voc. Τοιγαραμὸς observavi. Quin imo reges Ægyptios didicisse Magiam, et e Magorum numero fuisse, Judæorum magistri tradunt. V. Gaulminii notas ad Vit. Mosis p. 133. Ex iis, quæ Manetho ait, colligi posse videtur, Sacerdotes et Scribas sacros per Magum allegorice et hieroglyphice Regem designasse. Sed hoc accuratius expendendum aliis relinquo. Hæc ipsa vero expositio e mente Æg. egregie convenit Mosi, quem fuisse Magum, Æg. monumenta referebant. V. Justinum xxxvi. 3. Præter hanc τοῦ ΥΚ interpretationem de rege, affertur etiam alia a Josepho e libris Manethonis, significare nempe ΥΚ Æg. lingua αἰχμάλωτον, captivum. Dubium non est, quin Manetho respexerit ad voc. Æg. ϦⲰⲔ vel ϦⲎⲔ, quæ significat cingere, præcingere, ζωννύειν, περιζώννυσθαι. Ea notione utrumque vocabulum Copticum occurrit Gen. xxii. 3. Lev. viii. 7. 13. xvi. 4. Num. xxii. 21. Luc. xii. 35. 37. Singulatim istæ voces usurpantur de armis, quibus quis se ipsum cingit, Num. xxxi. 3. 5. xxxii. 17. 21. 30. 1 Petr. iv. 1. 1 Tim. i. 18. et alibi. Hinc idem nom. tribuitur quoque armaturæ. Πανοπλίαν Eph. vi. 11 et 13. Coptus interpretatur ⲘⲠⲒϦⲰⲔ ⲦⲎⲢϤ. In MS. Doxologia quadam Martyrologica Copt. scriptum reperio de Philopatore Mercurio, ⲀϤϮϨⲒⲰⲦϤ ⲚⲒϦⲰⲔ ⲦⲎⲢϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲚⲀϨϮ, induit totam armaturam fidei. Est igitur ϦⲎⲔ et ϦⲰⲔ se armare, arma induere, armis se cingere. Non tantum Æg., sed Gr. quoque ac Latini notionem cingendi transtulerunt ad eos, qui arma sumunt. Τὸ ἐνδῦναι τὰ ὅπλα veteres dixisse ζώσασθαι, scribit Pausanias Bœot. ix. 17. Hinc εὔζωνοι sunt armis instructi in vers. Alex. Ies. i. 14. iv. 13. Alia dabit H. Steph. Thes. L. Gr. t. i. p. 1409. ac sq.[2] Ap. Latinos accingi ense et armis, cingi gladio, similesque locutiones sunt pervulgatæ; verum etiam appellantur cincti, qui arma sumunt militiæque nomen dant. E multis unum sufficiet exemplum. Scribit Plin. Epist. vii. 25.: Sunt plures cultu pagano, quos cinctos et armatos diligenter scrutatus invenies. Fieri potest, ut Æg. ab initio quidem Hebræos a vitæ genere, quod coluerunt, nuncuparint Pastores, postea vero, cum iidem Pastores arma cepissent, vocarint Pastores cinctos sive armatos. Dubio certe caret, Hebræos in deserto fuisse armatos, non item, an armis cincti ex Æg. egressi sint. Unus est locus, e quo id affirmari posse videatur, Ex. xiii. 18., ubi Israelitæ dicuntur egressi חמשים. Quam variæ fuerint vet. et recentiorum interpretationes vocis Hebr., docent Drusius, Grotius, et alii ad istum locum, etiam Fullerus Misc. v. 2. Alex. vertunt πέμπτῃ γενεᾷ, sed Aquila ἐνωπλισμένοι, et Symmachus καθωπλισμένοι, atque vulgatus Latinus armati. Vide Origenis Hexapla, a Montfauconio ed. Nec aliter R. David Kimchi, Hieron., Lutherus, et plurimi alii. Cum his facit Pococke in notis ad Portam Mosis p. 54., vertentis, agmine composito, acie instructa, monentisque ap. Arabes خميس significare exercitum, s. aciem, quæ, quoniam quinque partibus componitur, sic poterat appellari a خمسة quinque. Cum de hac rebusque aliis consuluissem Albertum Schultens, eximium illud Literarum Orientalium decus et præsidium, verbis humanissimis sic respondit. "Possit versio Aquilæ et Symmachi defendi ex Arabismo. Sententia Pocockii non plane contemnenda videtur. Aut conferri poterit Arabum حمس, crudus, durus, vehemens fuit in omni re, deinde fortis ac strenuus fuit in bello. Sic enim explicatur in Camuso et alibi."[3] E dictis intelligimus, potuisse Hebræos ab Ægyptiis appellari pastores armatos, atque eo facere notionem verbi ϦⲎⲔ seu ϦⲰⲔ. Sed idem illud verbum non adeo usurpatur de vinculis, quibus captivi vinciuntur ac constringuntur. Solent enim Copti hac in re adhibere voces ⲤⲰⲚϨ et ⲘⲞⲢ vel ⲘⲎⲢ, ut patet ex omnibus S. Codicis locis, in quibus vinciendi, ligandi, captivandi, vel captivorum mentio occurrit. Quæ omnia cum mecum perpendo, non parum in ea confirmor sententia, quæ jam dudum menti meæ etiam invitæ obrepsit, Manethonem, quamvis esset genere Æg., Sacerdotumque in ordinem allectus, Gr. tamen potissimum literis innutritum fuisse, linguæ autem patriæ Æg. et antiquitatum gentis suæ vix mediocriter peritum. Vivebat in Æg. infer., in qua eo jam tempore lingua Gr. prævalebat, cum pauci omnino invenirentur, qui avitas Sacerdotum Æg. scientias excolerent. Quod si cui mirum et paradoxon videbitur, mirari is desinet, ubi meminerit, Strabonem tempore Augusti Imperatoris, cum studiose in antiquas res Æg. inquireret, comite Ælio Gallo, Ægypti Præfecto, neminem plane potuisse invenire, priscis Sacerdotum artibus ac scientiis imbutum, Chæremonem vero quendam, scientias istas falso venditantem, eruditioribus ludibrio fuisse. V. notabilem Strabonis locum xvii. p. 554. editionis, quam ipse Casaub. curavit (p. 1159. ed. Almel.) Quando igitur Manetho ΥΚ interpretatur αἰχμαλώτους, captivos, non tanta ej. ap. me fides est et auctoritas, quanta videtur aliis, reclamante usu linguæ Copticæ. Neque enim huc pertinere videtur ϨⲰⲔⲒ,

[1] Cf. Wesseling. ad Diod. t. i. p. 65. 91. 176., et ad Herod. ii. 36., quo teste, Ægyptii διφασίοισι γράμμασι χρέωνται, καὶ τὰ μὲν αὐτῶν, ἱρὰ, τὰ δὲ, δημοτικὰ καλέεται.—Præterea quæ monuit Georgius in præf. ad Fragm. Jo. Theb. p. 33, 34.

[2] Ζώννυσθαι exponitur καθοπλίζεσθαι ab Hesychio aliisque. Cf. Alberti ad vv. Εὔζωνοι, et Ζώννυσθαι.

[3] Legantur Schultens ad Prov. iv. 17., Haitsma in Curis ad Ex. p. 86—89. 196., et Mich. in Suppl. Lex. Hebr. p. 835—838. coll. p. 822, 823., qui pro חֲמֻשִׁים mutatis vocalibus legi vult חֲמִשִּׁים, vertitque quinquageni, in cohortes quinquagenarias divisi. Quidquid eligatur, opus non est conjectura critica Houbigantii p. 85., opinantis, literam unam trajectam esse legendumque וּמְחֻשִׁים, ex חוש vel חשה, festinare, quod extat Jud. xviii. 9., ut profectionis festinatio illa significetur, de qua dictum est Ex. xii. 11. Quod addit ille, ex hodierna scriptura חמשים sententiam duci, vel probabilem, vix posse, nec vero ullum veterum potuisse interpretum, non facile omnibus persuadebitur.

quod Ps. xxxii. 9. ponitur pro constringere veluti vinculis. Progredior nunc ad alteram vocis ΥΚΣΩΣ partem, nempe ΣΩΣ, quæ pastorem designat, teste Manethone. Qua in voce, etsi multis negotium facessere videtur, parum re ipsa est difficultatis. Quamvis enim in vers. Copt. Pentateuchi Mosaici et Librorum N. T. frustra vox ista quæratur, ibidemque pastor dicatur ⲘⲀⲚⲈⲤⲰⲞⲨ, reperitur tamen in Fragmentis, quæ dialecto Thebaidis sive Sahidica sunt conscripta, et in Bibliothecis quibusdam extant. Deprehendi eam in Dictionario Coptico-Arabico, in Biblioth. Reg. Paris., quod exhibet vocabula Coptica ex Evangelio Joannis, adjuncta interpretatione Arabica. Eo in cod. MS. inter vocabula e cap. x. Evangelii Joannei est etiam ⲠϢⲰⲤ, quod translatio Arabica reddit pastorem. Postea La Crozius nactus est apographum Fragmenti capitis x. Evangelii Joannis, eadem dialecto Thebaica, e cod. MS. Biblioth. Bodl. Oxon., quod mecum sua pro benevolentia communicavit. In illo autem Fragmento ita legitur vers. 2., ⲠⲈⲦⲚⲎⲨ ⲆⲈ ⲚⲦⲞϤ ⲈⲂⲞⲖ ϨⲒⲦⲚ ⲠⲢⲞ ⲚⲦⲞϤ ⲠⲈ ⲠϢⲰⲤ, qui vero ingreditur per portam, est ipse pastor. Et sic iterum vers. 7, 11., ac quoties in Gr. ejusdem capitis textu prostat ποιμήν. Unde haud dubie constat, ΣΩΣ, vel Copt. scriptum ϢⲰⲤ, Æg. vere pastorem significasse.[1] Observari meretur, Euseb. Præp. Evang. x. 13. ubi citat locum Josephi, pro Σὼς p. 294. ed. R. Steph., dedisse Οὐσσώς. Scribit enim: Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος Ὑκουσσώς: iterum, Τὸ δὲ Οὐσσὼς ποιμήν ἐστι, et sic porro. Lectionem hanc non putem aspernandam esse. ⲞⲨ enim est articulus indefinitus, qui substantivis cum masculini, tum fœminini generis promiscue additur. ⲞⲨϢⲰⲤ igitur vere est ποιμήν. Vix aliter Æg. in continua quadam oratione dicerent, quam ϨⲒⲔ ⲞⲨϢⲰⲤ, vel ϦⲎⲔ ⲞⲨϢⲰⲤ. Proinde varians hæc lectio non est de nihilo. Si autem ea recte se habeat, novum ex ea capi possit argumentum, quo pateat, nom. hoc non toti populo impositum esse, sed uni alicui viro in gente Hebr., nempe Mosi. ⲞⲨ enim articulus nunquam cum plurali, sed semper cum singulari tantum numero jungitur. Cum autem Ὑκσως, uti explicuimus, significet aut magum pastorem, aut pastorem armatum, utrumque illud ad Mosen, e sententia Æg., potest referri. Erat certe pastor, non tantum ex gente pastorum Israelitarum oriundus, sed qui etiam pastoris provinciam in Midiane ap. socerum suum gessit. Dicitur Moses προδιδασκόμενος εἰς ἡγεμονίαν, ποιμενικὴ γὰρ κ.τ.λ. ap. Clem. Alex. Strom. i. p. 415. Inprimis legatur Philo de V. Mosis p. 612. [90, 91.] Eo forte respicit Herod., narrans ii. 128., imperasse Ægypto reges quosdam improbos, qui templa deorum occluderent et populum ad exstruendas Pyramides cogerent, atque has Æg. vocari Pyramides Pastoris Philitionis, Ποιμένος Φιλιτίωνος. Annon hic latet[2] Pastor Philistæus s. Palæstinus, id est, Judæus? Cum vero addat Herod., imperasse istos reges per cvi. annos, videndum, an hoc sit regnum Heracleopolitarum, quod Manetho ap. Euseb. p. 15. affirmat durasse c. annos. Heracleopolin vero esse Gosen, terram Israelitarum in Æg., alibi docui. Habebatur idem Moses pro Mago s. Sacerdote Æg., et credebatur disciplinis sacris Æg. ita imbutus, ut cum Magis auderet decertare, ac tot tantaque ederet miracula. Addantur superius dicta p. 359., et interpretes eruditi Actuum xii. 22., ubi Moses dicitur παιδευθεὶς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, et δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις. Quis denique neget, Mosen tractasse arma, ducem totius exercitus Hebr. fuisse tempore liberationis e servitute Æg. atque in deserto, et victoriam sæpe de hostibus reportasse? Si quis vero Ὑκσως accipere malit de pastoribus armatis, et istud referre ad universum populum, non ego quidem præfracte refragabor, ea tamen lege, ut intelligantur Hebræi, in Æg. diu viventes, indeque tandem egressi, non autem Arabes, quod vult Marshamus Can. Chron. p. 100—106. et 319—325., quem confutarunt Perizonius Origg. Æg. c. xix., Buddeus Hist. Eccl. V. T. t. i. p. 358. et seq. aliique plures.[3]

Ὕσσωπος, Hyssopus, Hebr. אזוב. Satis constat inter omnes, unam eandemque plantam triplici isto nomine designari, atque nugari Etym. M. et ceteros, eum secutos, quando vocem aiunt esse origine Gr. Estne igitur Hebr.? Ita censent plerique, qui de Hyssopo prolixe egerunt, Salmas. de Homon. Hyles Iatr. c. xix., Bochart. P. I. Hieroz. l. ii. c. 5., Ol. Celsius P. I. Hierobot. p. 407—448., alii. Mihi quidem videtur voc. Æg., quod ab Ægyptiis primum ad Hebræos transiit, ab his ad Gr. ac Romanos. Non provocabo ad vers. Copt. Ex. xii. 22. Lev. xiv. 4. 6. 51, 52. Num. xix. 6. 18. Ps. li. 9. Jo. xix. 29. Hebr. ix. 19., quibus in locis reperitur ϨⲨⲤⲰⲠⲞⲚ aut cum artic. ⲞⲨϨⲨⲤⲰⲠⲞⲚ,[4] quandoquidem haud nescio, videri posse interpretes Coptos ad literam secutos Gr. Ὕσσωπος, quod habent lxx. et scriptores N. T., adeoque non esse voc. Æg.[5] Dicam ergo potius, Hyssopum fuisse plantam in Æg. crescentem, non modo memoria recentiori, testibus peregrinatoribus omnibus, sed etiam temporibus remotissimis. Sacerdotes Æg., quibus nefas erat quidquam comedere et bibere aliunde invectum, solebant Hyssopum tusam cum pane sumere, ut ex Chæremone refert Porphyr. de Abst. iv. 6. Notabilis magis est usus Hyssopi in primo Paschatis festo, ab Hebræis celebrato, antequam Ægyptum relinquerent, Ex. xii. 22. Existimo igitur, Mosen in scribenda historia retinuisse nom. plantæ antiquum, in Ægypto nascentis, idque ipsum nom. deinde datum esse eidem plantæ, etiam in Palæstina crescenti, quod nemini dubium est. Si quis autem ex me quærat vocis Æg. etymologiam, haud vereor confiteri ignorantiam.[6] [Ὕσσωπος, ου, ἡ, vel Ὕσσωπον, ου, τὸ, herba notissima. Nic. Ther. 872. Ἄλλοτε δ' ὕσσωπός τε, καὶ ἡ πολυγούνος ὄνωνις. Cf. Dioscor. iii. 30., qui duo ejus genera facit, montanum, Sprengelio Hist. Rei Herb. p. 179. Teucrium Pseudhyssopum, (cf. Columm. Ecphras. i. 14. p. 67.), et hortense, Sprengelio ibid. Hyssopum officinale, neutrum tamen describit. De Teucrio Pseudhyssopo Sprengelius ibid. p. 44. interpretatur Hippocr. Morb. iii. 490. Herba est, quæ cum nostro hyssopo nomen tantum habere commune creditur, baccas producens, corymborum specie; optima proveniens in Tauro

[1] Fragmentum Codicis Oxon., de quo Jabl. h. l. et in Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 188. loquitur, editum est Oxonii a. 1799, sed verba commatis secundi paulo aliter distinguuntur. Idem obtinet in edit. ejusdem Fragmenti e Cod. Naniano ap. Mingarellium in Æg. Codd. reliq. p. 34. Ubique tamen servatur ⲠϢⲰⲤ. In Fragmento alio Thebaico, ibid. p. 341., legitur ϢⲰϢ. Est tamen vox eadem, monentibus Tukio ac Mingarellio.

[2] Ingeniosæ huic conjecturæ minus favet auctoritas plurium codd., in quibus pro Φιλιτίωνος legitur Φιλίτιος, quod Gronov. probavit, et Wesseling. in textum recepit.

[3] Præter scriptores, qui aut Chronologiam illustrarunt, aut Historiam s. communem s. ecclesiasticam, adi Vitringam t. i. Comm. in Ies. p. 549, 550., e cuj. commentatione pererudita de regno Æg. p. 554—552., etsi auctore non laudato, non pauci deinde alii sua sumsere. Forsterus Epist. p. 9. pastores cinctos, i. e. reges ϦⲎⲔ—ϢⲰⲤ exponit de Amalecitis, gente nomadica, Arabibus origine, vitæ genere pastoribus. Partem aliquam observationis Jabl. dedit Scholtzius in Repert. t. xiii. p. 17, 18., adjectis verbis, Hactenus Jablonskius, suamque adjunxit sententiam, e qua ⲨⲔϢⲰⲤ essent armati pastores, hi vero Amelecitæ s. Arabes. Vidimus autem ipsum Jabl. satis ample dixisse de pastoribus armatis. Ne longior sim, unum præterire nolo, lectu dignam esse concertationem altercationemque, amicam tamen illam, ut decet eruditos, de pastoribus Hebr. regibus Æg., aut veris aut fictis, quæ Boivinum inter et Banierum intercessit, cuj. mutuæ disputationis argumentum præcipuum legitur in Hist. Acad. Reg. Inscript. et bonarum Lit. Paris. t. iii. p. 21—35. In explicanda voce Ὑκσως, sive Ὑκούσσως, ut est ap. Euseb., in longe alia discedit Bryant in Obs. on the ancient History of Egypt p. 160. sq., de quo forte alias pluribus.

[4] In versione Sahid. scribitur ⲞⲨϨⲨⲤⲤⲰⲠⲞⲤ, Jo. xix. 29.

[5] Non aliter La Crozius videtur judicasse, cum voc. ϨⲨⲤⲰⲠⲞⲚ in Lex. omitteret.

[6] Uberrime de Hyssopo commentatus est Blasius Caryophilus Pt. i. Diss. Misc. p. 185—256. Intelligit Origanum, et non uno argumentorum genere evincere studet, nom. esse Æg., ad Asianos primum translatum, postea a Nicandro ac Dioscoride usurpatum, non item a Theophrasto, qui vocat ὀρίγανον.

Ciliciæ, in Pamphylia, et Smyrnæo agro. Plin. 25, 11. 26, 11. a med. et 12. Lat. Hyssopum, et Hyssopus, i, f.: Columella vii. 5., "Remedio sunt hyssopus, et sal æquis ponderibus contrita." "Ὕσσωπον ὑγρὸν, medicamenti nom., quod e sordida lana præparatur, ut habetur ap. Paulum vii. 17., quo loco omnes ὕσσωπον habent, cum tamen οἴσυπον legendum videatur. Qui error non illic tantum admissus est, sed multis aliis locis ap. auctores tam Gr. quam Lat. Notandum Nicolaum Sect. 3. de Unguentis per ὕσσωπον ὑγρὸν, i. e. hyssopum humidam, intelligere œsypum veteribus Græcis dictam; vocat autem ita œsypum non tantum Nicolaus, sed et Paulus aliquot locis, et hanc appellationem officinæ medicorum in hunc usque diem retinuerunt. Non est itaque ut errore aliquo acciderit quod multis in locis recentiorum Græcorum medicorum ὕσσωπος ὑγρὸς scribatur, ut plerique censent, sed relinquenda in contextu verborum hæc lectio tanquam legitima, sic enim ipsi lanam succidam appellarunt, non ut veteres consueverunt, œsypum: dictorum et illud fidem facit quod Nicolaus Sect. 3. de unguentis meminerit hyssopi cerati, quod ὕσσωπον κηρώτην vocat, quod idem est cum medicamento illo ex œsypo composito, quod Græci veteres aliquando οἴσυπον φάρμακον, aliquando οἴσυπον κηρώτην, ut L. 14. Meth. medendi Galen. et interdum οἴσυπον *κηρωτοειδῆ, interdum etiam οἴσυπον ὑγρὸν nominant; quæ sane omnes appellationes a forma medicamenti, quod liquidi cerati instar paratur, sunt deductæ. Componendi rationem et modum tradit Paul. vii. 17. Quod itaque alii Græci οἴσυπον κηρώτην, idipsum Nicolaus ὕσσωπον κηρώτην appellat." Gorræus.

[Ὑσσωπίτης. "Hinc ὑσσωπίτης οἶνος, Hyssopites vinum, quod conficitur e contusis hyssopi foliis, ap. Dioscor. (v. 50.) et Columell. xii. 35." H. St. Plin. xiv. 16. Edd.]

Φαλλός. Hoc nomine Gr. appellant simulacra membri virilis, aut statuas, quæ membra hujusmodi habent appensa, inusitatæ magnitudinis, quibus illi in sacris utebantur. Hesych. Φαλλός· τὸ ξύλινον αἰδοῖον ἀνδρικόν. Idem, Φάλικα, (corrigunt eruditi Φαλλικὰ) ᾠδὴ πεποιημένη εἰς τὸν Διόνυσον, τοῦ φαλλοῦ ᾀδομένου. An hic legendum[1] ἀγομένου, i. e. quando Phallus portatur et circum gestatur? Idem, Φαλλικὸν (ita corrigunt vv. dd.) ὄρχημά τι, οἱ δὲ, μέλος, ἄλλοι, ᾠδὴν αὐτοσχέδιον ἐπὶ τῷ Φαλλῷ ᾀδομένην. Lucian. de Dea Syria p. 887. (c. xvi. p. 463.), Φαλλοὺς Ἕλληνες Διονύσῳ ἐγείρουσι· ἐπὶ τῶν καὶ τοιόν δέ τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. Καλέονται δὲ τάδε νευρόσπαστα. Respicit Lucian. ad Herod. ii. 48. Præcipue tamen Phallus dicebatur membrum virile effictum, et in pompa sacra portari solitum. Sacra istiusmodi Phallica fere ap. omnes gentes usitata fuerunt, quæ hisce imaginibus et simulacris vim naturæ genitricem et fœcunditatem, cui omnia debentur, symbolice adumbrare voluerunt. Videtur autem mos ille primum Ægyptiis usitatus fuisse, et ab his ad alias deinde gentes dimanasse. Cf. Hospinianus de origine Festorum, V. i. Opp. p. 116. sq.[2] Testatur id historicorum antiquissimus Herod. ii. 48., ubi loquens de Festo aliquo Bacchi, i. e. Osiridis, ita scribit, Τὴν δὲ ἄλλην ἀνάγουσι ὁρτὴν τῷ Διονύσῳ οἱ Αἰγύπτιοι, πλὴν χοίρων[3] κατὰ ταὐτὰ σχεδὸν πάντα Ἕλλησι· ἀντὶ δὲ φαλλῶν, ἄλλα σφί ἐστι ἐξευρημένα ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαστα, τὰ περιφορέουσι κατὰ κώμας γυναῖκες, νεῦον τὸ αἰδοῖον, οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος. Προηγέεται δὲ αὐλὸς, αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. Διότι δὲ μέζον τε ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ κινέει μοῦνον τοῦ σώματος, ἔστι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος. In sequentibus putat, Melampodem sacra hæc Phallica ab Ægyptiis accepta in Græciam intulisse. Originem sacrorum Phallicorum Diod. S. a fabula Osiridis et Typhonis decantata et trita repetit i. c. 22., Τὸ δὲ αἰδοῖον ὑπὸ μὲν Τυφῶνος εἰς ποταμὸν ῥιφῆναι λέγουσι, διὰ τὸ μηδένα τῶν συνεργησάντων αὐτὸ λαβεῖν βουληθῆναι· ὑπὸ δὲ τῆς Ἴσιδος οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων ἀξιωθῆναι τιμῶν ἰσοθέων. Ἔν τε γὰρ τοῖς ἱεροῖς εἴδωλον αὐτοῦ κατασκευάσασαν, τιμᾷν καταδεῖξαι, καὶ κατὰ τὰς τελετὰς καὶ τὰς θυσίας τῷ θεῷ τούτῳ γινομένας, ἐντιμότατον ποιῆσαι, καὶ πλείστου σεβασμοῦ τυγχάνειν. Διὸ καὶ τοὺς Ἕλληνας, ἐξ Αἰγύπτου παρειληφότας — τιμᾷν τοῦτο τὸ μόριον ἔν τε τοῖς μυστηρίοις καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ τούτου τελεταῖς τε καὶ θυσίαις, ὀνομάζοντες αὐτὸ φαλλόν. Idem eod. Lib. c. 88., Καθόλου δὲ τὸ αἰδοῖον οὐκ Αἰγυπτίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους καθιερωκέναι κατὰ τὰς τελετὰς, ὡς αἴτιον τῆς τῶν ζώων γενέσεως· τούς τε ἱερεῖς τοὺς παραλαβόντας πατρικὰς ἱερωσύνας κατ' Αἴγυπτον, τούτῳ τῷ θεῷ πρῶτον μυεῖσθαι. V. quoque Plut. de Is. et Os. p. 358., Nonni Συναγωγὴν Ἱστοριῶν p. 139. ed. Eton., et Euseb. Præp. II. c. i. p. 50. Idem Euseb. c. ii. p. 54. addit, ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν ἔφησαν τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος ἀναζητοῦσαν, τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ μὴ δυναμένην εὑρεῖν, καταδεῖξαι τιμᾷν ὡς θεὸν, καὶ ἀναθεῖναι κατὰ τὸ ἱερὸν ἐντεταμένον. Alia de Phallis Æg. vide supra p. 258, 9. v. Saleb. Perspicitur ex iis, quæ attulimus, Phallum Æg. symbolum fuisse virtutis genitricis et fœcunditatis, quæ naturæ inest, eumque hac de causa in summa veneratione fuisse et cultu religioso ornatum. Nec minus ex illis testimoniis intelligitur, usum phallorum ab Ægyptiis pervenisse ad Græcos. Ego vero existimo, non modo rem, sed cum re vocabulum etiam ex Æg. transiisse in Græciam. Certe non videtur vox φαλλὸς commode e ling. Gr. explicari posse. At lingua Æg. nobis suppeditat, unde vocabuli illius rationem satis facilem reddere possimus. Nempe ⲀⲖⲞⲨ et cum signis masculini generis ⲠⲀⲖⲞⲨ vel ⲪⲀⲖⲞⲨ puerum significat. Ita nomine paulo verecundiori videntur veteres Ægyptii appellasse primo quidem simulacra illa νευρόσπαστα, quæ Herod. l. c. describit, et deinceps quosvis phallos, sive imagines membrorum virilium, in templorum parietibus aut alibi depictas, vel alio modo effictas. Videtur hoc confirmari ex hisce Clem. Alex. verbis, quæ reperiuntur Strom. v. p. 670., Ἐν Διοσπόλει τῆς Αἰγύπτου, ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ καλουμένου πυλῶνος, διατετύπωται παιδίον μὲν γενέσεως σύμβολον. Erat igitur puer symbolum generationis, non minus quam phallus. Nescio, an non eo etiam pertineat, quod Lactantius scriptum reliquit Instit. i. 21.: Isidis Ægyptiæ sacra sunt, quatenus filium parvulum, vel perdiderit, vel invenerit. Et quibusdam interjectis: Deinde puer producitur, quasi inventus. Observa, hæc Lactantii verba tangere inventionem Osiridis. Et ille vocatur puer, cum alioquin sit maritus Isidis. Auguror itaque per puerum, ⲪⲀⲖⲞⲨ, Ægyptios κατ' εὐφημισμὸν, hic subinnuisse phallum, cuj. in sacris Isidis plurimum usum fuisse, ex superioribus constare potuit. Et forsitan eodem respicit Plut. de Is. et Os. p. 365., cuj. verba ita sonant, Ἱστορεῖται δὲ καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐκ Ὄσιρις, ἀλλὰ Ἀρσαφὴς, ἐν τῷ ἄλφα γράμματι λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος. Itaque Osiris ille, qui erat puer Isidis, et qui inveniebatur, dicebatur Arsaphes, quod nomen sermone Æg., teste Plut., significat ἀνδρεῖον, i. e. membrum virile. Nihil verius. Nam ϪⲪⲈ est γεννᾷν, generare. ⲈⲢϪⲪⲈ igitur est τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον (sc. μόριον), uti Diod. et Euseb. membrum illud vocant. De nom. Ἀρσαφὴς comparentur, quæ supra p. 38, 39. dixi. Hinc igitur Gr. φαλλὸς et φαλός: nam et ipsos antiquitus pueros sic vocasse e quibusdam vestigiis colligi potest. Eust. in Il. A. p. 84. καὶ πάλλαντες δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὥς φησι Φιλιστίδης ἐν συγγενικοῖς. Hes., * παιλλὸς, ἄῤῥην νήπιος. [Etym. M. παῖλλος. Edd.] Inde παλλάκιον, μειράκιον, teste eod. Hes. ["Φαλλὸς, οῦ, ὁ, Penis ligneus, vel coriaceus, s. Lignum oblongum in summo habens penem ligneum, aut coriaceum. Quidam interpr. ficulneum veretrum, sequentes expositionem Gr. qua dicitur esse σύκινον αἰδοῖον: sed suspectum esse potest σύκινον ne pro σκύτινον irrepserit." H. St. Suidas: Φαλλοί· μόρια δερμάτινα, ἢ ξύλον ἐπίμηκες, ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον. Φαλλός· αἰδοῖον σύκι-

[1] Isti conjecturæ non admodum favent, quæ ap. Hesych. sequuntur v. Φαλλικόν.

[2] De φαλλαγωγία s. περιφαλλία legantur Scholia ac notæ ad Lucian. l. l., Wesseling. ad Herod. et Diod. ll. cc., Elmenhorst. et Herald. ad Arnob. adv. Gentes v. p. 176, 7., interpretes eruditi Antiqq. Herculanensium t. ii. p. 149—151. iii. 275—277. iv. 72. vi. 380—382. 397, 8. Unum adjungam. Ab Ægyptiis videntur Brahmanes, ut ritus plures, ita quoque accepisse cultum phallorum in honorem Shivæ, qui a Baccho non diversus est. Vid. P. a S. Bartholomæo in Systemate Brahmanico ex monumentis Musei Borg. Velitris p. 188, 9.

[3] Gronovius e cod. Medic. dedit χορῶν chororum, servatum a Wesseling., etsi in notis probante χοίρων porcorum.

νον· ὕστερον δὲ ἐκ δερμάτων ἐρυθρῶν, σχῆμα αἰδοίου ἔχων ἀνδρείου· καὶ τοῦτο ἑαυτοῖς περιθέμενοι ἔν τε τοῖς τραχήλοις, καὶ μέσοις τοῖς μηροῖς, ἐξωρχοῦντο, τιμὴν τῷ Διονύσῳ ἐν τοῖς Διονυσίοις ἄγοντες. Schol. Luciani de Dea Syr. iii. p. 468., loquens de his φαλλοῖς: Λυπηθεὶς δὲ ὁ Διόνυσος, ὅτε ὁ ἐραστὴς αὐτοῦ ἔθνησκε, αἰδοῖον ξύλινον ἐκ συκίνου ξύλου πελεκήσας, κατεῖχεν ἀεὶ πρὸς μνήμην τοῦ Πολυΰμνου. Biset. ad Aristoph. Lys. 771.: Φαλλὸς δὲ, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἄνω προείρηται (Acharn. 243.), καὶ τὸ ξύλον ἐπίμηκες, ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον ἐξηρτημένον, καὶ αὐτὸ τὸ αἰδοῖον, καὶ πέος. Recte ergo φαλλὸς exponitur et αἰδοῖον σύκινον, et αἰδοῖον σκύτινον: nam proprie est ξύλον ἐπίμηκες, σύκινον, ἔχον ἐν τῷ ἄκρῳ σκύτινον αἰδοῖον. Cf. Theocr. Epigr. 4. Edd.

[" Φαλλοβατέω, ῶ, Super phallum incedo, phallo insideo, quod e Luciano affertur." H. St. Hoc verbum, quod in Luciano nondum invenimus, Schneiderus quoque agnoscit. Edd.

[* Φαλλοβάτης, οὐ, ὁ, Priapi conscensor. Lucianus de Dea Syria iii. p. 476.: Φαλλοβατέων μὲν δὴ πέρι τοσαῦτα ἀρκέει. Edd.

[Φαλλοφορέω, ῶ. " Budæus affert ex Athenæo (x. p. 445. b. Οὗτος δὲ καὶ κωμῳδίας ἐποίει, καὶ ἄλλα πολλὰ, ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῶν ποιημάτων, ἃ ἐξῆρχε τοῖς μετ' αὐτοῦ φαλλοφοροῦσι), addens φαλλοφορεῖν videri esse i. q. διονυσιάζειν, i. e. liberalia festa agere." H. St.

[Φαλλοφόρος, ὁ, ἡ. " Φαλλοφόροι, Phalli gestatores, de quibus lege Erasm. in Chil. Pro actoribus quibusdam theatricis, quibus similes prope essent ἰθύφαλλοι, Budæus affert ex Athenæo." H. St. Locus est xiv. p. 622. c. e Semo Delio: Οἱ δὲ φαλλοφόροι, φησὶ, προσωπεῖον μὲν οὐ λαμβάνουσι, προπόλιον (f. προβόλιον) δὲ ἐξ ἑρπύλλου περιτιθέμενοι, καὶ παιδέρωτας ἐπάνω τούτου ἐπιτίθενται, στέφανόν τε δασὺν ἴων καὶ κιττοῦ· αὐνακάς τε περιβεβλημένοι, παρέρχονται, οἱ μὲν ἐκ παρόδου, οἱ δὲ κατὰ μέσας τὰς θύρας, βαίνοντες ἐν ῥυθμῷ, καὶ λέγοντες—εἶτα προτρέχοντες ἐτώθαζον οὓς ἂν προέλοιντο, στάδην δὲ ἔπραττον· ὁ δὲ φαλλοφόρος ἰθὺ βαδίζων, καταπλησθεὶς αἰθάλῳ. Edd.

[* Φαλληφόρος, al. φαλλοφ. Hinc

[* Φαλληφόρια, τὰ, Festum Priapo s. Baccho celebrari solitum. Plut. de I. et Os. p. 355. e.: Τὴν τῶν Παμυλίων ἑορτὴν αὐτῷ (Ὀσίριδι) τελεῖσθαι, φαλληφορίοις ἐοικυῖαν. Edd.

[* Φαλλαγώγια, τὰ, idem. Cornutus c. xxx. 8. Edd.

[Περιφαλλία, τὰ, idem. " Περιφαλλία, Hes. πομπὴ Διονύσῳ τελουμένη τῶν φαλλῶν." H. St. Hoc vocabulum Schneideri Lex. non agnoscit. V. Meurs. Gr. Fer. p. 227., (Opp. t. iii. p. 946.), et D'Aubignac Prat. du Theatre t. iii. p. 76. Cod. Ven. περι. φαλλία, pro περισφαλλία, corrupte. Edd.

[Φαλλικὸς, ἡ, ὀν. " Φαλλικὸν ᾆσμα, carmen ad phallos pertinens; Carmen extemporaneum, quod in honorem Bacchi super phallis canebatur. Quidam ap. Aristoph. (Acharn. 261.) ᾄσομαι τὸ φαλλικὸν, interpr. Cantabo fescenninos versus. Pollux (iv. 100.) scribit etiam φαλλικὸν esse ὄρχημα Διονύσῳ." H. St.

[Φαλῆς, s. φάλης, ητος, ὁ, i. q. Φαλλὸς, Nomen Priapi. Tantum obiter notat H. St. Hesych. v. φαληρίς: Φάλης· δερμάτινον αἰδοῖον. Cf. Toupii Emendd. in Hesych. iv. p. 274. Theocr. Epigr. 4. de Priapi statua: Τήναν τὰν λαύραν, τῶς αἱ δρύες, αἰπόλε, κάμψας, Σύκινον εὑρήσεις *ἀρτιγλυφὲς ξόανον, Τρισκελὲς, αὐτόφλοιον, *ἀνούατον· ἀλλὰ φάλητι Παιδογόνῳ δυνατὸν Κύπριδος ἔργα τελεῖν. Dio Orat. xxxiii. p. 31., Κατακαίειν ἐπὶ φαλήτων συκίνων ἑκκαίδεκα. Suidas, ex Aristoph. Schol. Acharn. 263., quem vide: Φαλῆς, ὡς Ἑρμῆς· Φαλῆς, Φαλῆτος· ὥσπερ Ὅμηρος ἥρμοσε κατάπληξιν τῇ φυγῇ, καὶ ἑταίραν αὐτῆς ἔφησεν εἶναι, Θεσπεσίη ἔχε φύζα, εἰπὼν, φόβου κρυόεντος ἑταίρη· οὕτω καὶ ὁ Κωμικὸς ἐκεῖθεν λαβὼν τὰς ἀφορμὰς, Διονύσῳ Φαλῆν ἑταῖρον εἶναί φησι· ἀκόλουθα γὰρ Διονυσιακῷ πότῳ τὰ ἀφροδίσια. Schol. Aristoph. l. c.: Περισπωμένως δὲ τὸ Φαλῆς ἀναγνωστέον ὡς Ἑρμῆς· οὕτω δὲ Ἀττικοί, παρὰ Δωριεῦσι δὲ βαρυτόνως· Ὁ δ' αὖ φάλης *κατακυπτάζει· οὕτω Σώφρων ἐχρήσατο. Biset. ad Lysistr. 771.: Φαλήτων· τινὲς μὲν φαλῆς φαλῆτος λέγουσιν, ὡς Ἑρμῆς Ἑρμῆτος· τινὲς δὲ, φάλης, φάλητος, φάλητες, φαλήτων, ὃ καὶ φαλλὸς λέγεται. Eustath. ad Od. Λ. p. 50. 52. τὸν φάλητα interpretatur αἰδοῖον ἀνδρός. Cf. Hesych. vv. Ἐπὶ Φιληνίου, Ἰλάων, Λόμβαι. Edd.

[* Τριφάλης, Suid.: Τριφάλης, τριφάλητος, ὄνομα κύριον παρὰ Ἀριστοφάνει. Aristophanes scilicet Comœdiam scripsit, cui nom. Τριφάλης. Cf. Hesych. vv. Ἰλάων, Ἑρμῆς τρικέφαλος, et Suid. vv. Τῶν τριῶν κακῶν ἕν. Varro, ab ipso forte Aristophane titulum accipiens, unam e suis Satyris Menippeis inscripsit, Triphallus περὶ ἀρρενότητος, e qua fragmentum recitat Non. c. ii. n. 484. et Charis. l. i. p. 61. Putsch. Cf. Priap. Carm. 82. v. 9. et A. Gell. ii. 19. Ad Aristophanis Fabulam respexisse videtur Lucianus Fugit. c. 32. Ὑποδ. Ἔστι τί, ὦ 'γαθὲ, Τρικάρανος βιβλίον. Ἑρμ. Οὐδὲν ἄτοπον, ἐπεὶ καὶ Τριφάλης τῶν κωμικῶν εἷς sc. λόγος, aut pro εἷς lege ἐστί, cum M. du S. Est inter Theopompi Comœdias deperditas Τρικάρανος, ac vix dubitandum est, quin Varro, cuj. inter titulos Tricipitina est, ad hanc Gr. appellationem respexerit, notante Gesnero. Edd.

[* Φαλλίονες s. Φαλλίωνες. Suid.: Φαλλίονες δὲ εἰς τιμὴν τοῦ Διονύσου οὕτω καλούμενοι, ἀπὸ τῶν φαλλῶν τοῦ Διονύσου· *Πολλίωνας δὲ ὕστερον αὐτοὺς παραφθείραντες τὸ ὄνομα ὀνομάζουσι. Edd.

[* Φάλληνος. Œnomaus Euseb. v. 36. Φάλληνον—Διωνύσοιο κάρηνον. " Horum sacrorum (an scelerum) auctorem Græci laudare possunt Apollinem suum, qui sciscitantibus Methymnæis respondebat,—Μεθύμνης ναέταις πολὺ λώϊον ἔσται Φάλληνον τιμῶσι Διωνύσοιο κάρηνον. Conservavit Oraculum istud Theodoretus, x. ad Græcos, e Porphyrio: quo loco idem Porphyrius disputarat contra hujusmodi ritus, ut qui maxime officerent animarum puritati." Th. Galeus ad Jambl. de Myst. p. 195. Edd.

[* Ἐπίφαλλος, Modus, qui cum saltatione tibiis canebatur. Hoc voc. Lexica H. St. et Schneideri non agnoscunt. Athen. xiv. p. 618. c.: Αὐλήσεων δ' εἰσὶν ὀνομασίαι, ὥς φησι Τρύφων ἐν δευτέρῳ Ὀνομασιῶν, αἵδε· Κῶμος, βουκολιασμὸς, γίγγρας, τετράκωμος, ἐπίφαλλος, χορεῖος, καλλίνικος, πολεμικὸν, ἡδύκωμος, *σικιννοτύρβη, *θυροκοπικὸν, τὸ δ' αὐτὸ καὶ κρουσίθυρον, κνισμὸς, μόθων· ταῦτα δὲ πάντα μετ' ὀρχήσεως ηὐλεῖτο. Eadem fere ex Athenæo tradit Eustath. ad Il. φ'., notante Meursio in libro, cui Titulus, Orchestra, Opp. t. v. p. 212. c. Edd.

[" Ἰθύφαλλος, ου, ὁ, interdum dicitur τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον, penis erectus: interdum τὸ ποίημα τὸ ἐπὶ τῷ ἱσταμένῳ φαλλῷ ᾀδόμενον, carmen quod in arrectum penem cantabatur, teste Hesych. cui ἰθύφαλλοι sunt etiam οἱ ἐπίορκοι (si tamen ita scripsit) καὶ ἀκολουθοῦντες τῷ φαλλῷ γυναικείαν ἔχοντες στολήν. (Pro οἱ ἐπίορκοι, quod et Photius habet, Suidas dicit, οἱ ἔφοροι τοῦ Διονύσου. Toupius Emendd. in Hesych. iii. p. 462. legit οἱ ὑπορχούμενοι: ὑπορχεῖσθαι τῷ φαλλῷ, ad phallum saltare: v. Harpocrat. loco mox laudando.) Pausanias per diphthongum scribit εἰθύφαλλος, teste Eustath. (Οδ. Λ. p. 1413. 39.) esse dicens non solum αἰδοῖον, ᾠδὴν ὑπόκενον, qualis est ἴθυμβος etiam teste Hesych., sed etiam τὸν πρόχειρον εἰς συνουσίαν: ut ἰθύφαλλος etiam sit cui semper tentigine penis surrigitur. (Hesych. Εἰθύφαλλον· τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον· Δημοσθένης δὲ νεανίσκους τινὰς ἀσελγεῖς, τοὺς Εἰθυφάλλους εἴρηκεν. Cf. Demosth. p. 1261, 17. 1262, 6. 1263, 5. ed. Reisk.) Ælius quoque Dionysius, teste eodem Eust., per diphthongum scribit, dicens et ipse esse αἰδοῖον ἐντεταμένον et ᾆσμα Διονυσιακὸν Ἀθήνῃσι, necnon ἑταιρικὸν ᾆσμα, h. e. φίλον ταῖς ἑταιρίσι: quas et ἀνασεισιφάλλους dici φερωνύμως in comœdia, utpote ἀνασειούσας τὸν φάλητα, quod est αἰδοῖον ἀνδρός. Similia referunt Harpocration et Suidas. Ille enim dicit, ἰθύφαλλον proprie dictum fuisse τὸ ἐντεταμένον αἰδοῖον, ut ap. Cratinum in Archilochis: hic autem, ἰθυφάλλους vocatos fuisse τοὺς εἰς μηροὺς μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς τραχήλοις ἐπ' εὐθείας δεσμουμένους, ἐξ ἐρυθρῶν δερμάτων: qua de re et in Φαλλὸς idem Suidas. Dixerat vero idem ἰθυφάλλους nominari τοὺς ἐφόρους Διονύσου καὶ ακολουθοῦντας τῷ φαλλῷ γυναικείαν στολὴν ἔχοντας: item ποιήματα ἃ ἐπὶ τῷ ἱσταμένῳ φαλλῷ ᾔδετο μετ' ὀρχήσεως: quemadmodum Harpocrat. quoque ἰθυφάλλους fuisse ait ποιήματά τινα ἐπὶ τῷ φαλλῷ ᾀδόμενα, in exemplum afferens hæc ex Hyperide verba, οἱ τοὺς ἰθυφάλλους ἐν τῇ ὀρχήστρᾳ ὀρχούμενοι. Sic ap. Athen. l. vi. (p. 253. e Duride Samio) Athenienses Demetrium Macedonum regem ἐδέχοντο οὐ μόνον θυμιῶντες καὶ στεφανοῦντες καὶ οἰνοχοοῦντες· ἀλλὰ καὶ προσόδια καὶ χοροὶ καὶ ἰθύφαλλοι μετ' ὀρχήσεως καὶ ᾠδῆς ἀπήντων αὐτῷ. Ubi tamen et de ipsis hominibus intelligi potest qui surrectos penes gestabant in collo aut inter femora et saltabant Bacchanalibus: ut et l. iv. ap. eund. (p. 129. d.) εἰσῆλθον ἰθύφαλλοι καὶ *σκληροπαίκται, καὶ τινὲς καὶ θαυματουργοὶ γυναῖκες εἰς ξίφη κυβιστῶσαι. Plura de his ipsis ithyphallis vid. ap. eund. Athen. l. xiv. (p. 622.) ex Semo Delio: quonam videlicet usi fuerint habitu, pompa, carmine. Inde Ἰθυφαλλικὸν μέτρον dicitur τὸ τροχαϊκὸν δίμετρον βραχυκατάληκτον,

quoniam eo utebantur ἐν τῇ ἰθυφάλλου πομπῇ, ut testatur Schol. Hephæstionis. (p. 35, 7. ed. Gaisf., ubi lege notas, p. 40, 5. 47, 8. 83, 6. J. Pollux iv. 53.: Διθύραμβοι, ἰθυφαλλικὰ, *ὠσχοφορικά. Vide Vossii Instit. Poet. iii. 18. Casaub. ad Athen. vi. p. 253.) H. St. Λέξεις ῥητορικαὶ ap. Bekkerum Anecd. Gr. p. 246.: Εἰθύφαλλοι· εἶδος ᾠδῆς ὠρχημένης· ἔστι δὲ καὶ αἰδοῖον δερμάτινον, καὶ τελετή τις περὶ τὸν Διόνυσον καὶ τῇ κωκυτοῖ ἀγομένη. Edd.

[Hinc adj. *Ἰθυφάλλιος, quod in Schneideri Lex. affertur ἀμαρτύρως. Ἰθυφάλλια sc. ᾄσματα, ludicra carmina in honorem Priapi, ap. Dionys. de Struct. c. iv. p. 48. ed. Schæf. Τοιαῦτά ἐστι τὰ Πριάπεια, ὑπό τινων δὲ ἰθυφάλλια λεγόμενα. Edd.

[Ἀνασεισίφαλλοι. Vide H. St. iii. p. 756. c. Wakefieldius ad oram Hederici; "Eustath. Il. 1453. Od. 778." Edd.

[*Φελλός. Ad φαλλὸς pertinere videtur φελλὸς, de quo Meursius Græc. Fer., Opp. t. iii. p. 971. d.:—"In Bacchi honorem ab Atheniensibus agitabatur: Suidas v. φελλά: Καὶ ἑορτή τις περὶ τὸν Διόνυσον, Φελλὸς καλουμένη: et initium erat, τῶν Διονυσίων: Schol. Aristoph. Nub." Scholiastæ locus, ad quem respexit Suidas, occurrit ad v. 71.: —Ἐκ τοῦ Φελλέως· Τόπος οὕτω καλούμενος ἐν Ἀττικῇ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τὸν Διόνυσόν ἐστί τις ἑορτὴ τοῖς Ἀθηναίοις Φέλλος καλουμένη, ᾗ τις τῶν Διονυσίων ἄρχεται. Λουκιανὸς δὲ ἐν τῷ περὶ τῆς Συρίης θεοῦ φαλλούς, φησιν, Ἕλληνες τῷ Διονύσῳ ἐγείρουσιν, ἐπὶ τῶν καὶ τοιόν δέ τι φέρουσιν· ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας, καλέεται δὲ τάδε νευρόσπαστα· καὶ *παρακατιὼν δὲ, Ἐν τοῖς προπυλαίοις τοῦ Συρίης θεοῦ ναοῦ, φαλλοὶ ἑστᾶσιν οὓς Διόνυσος ἐστήσατο. H. l. φελλὸς et φαλλὸς de una eademque re usurpantur. Clem. Alex. Protrept. 4. (p. 42.): τοῦ *Μορύχου Διονύσου τὸ ἄγαλμα Ἀθήνησι γεγονέναι ἐκ τοῦ *Φελλάτα καλουμένου λίθου. Suid. Μόρυχος· ἐπίθετόν ἐστι τοῦ Διονύσου. V. Hesych. v. φελλάντας. Edd.

[Φελλαγωγία. (Hac voce caret Schneideri Lex.) "Erat quædam πανήγυρις ap. Romanos, teste Suida, quem vide." H. St. Locus est: Φελλαγωγία· πανήγυρις ἐπιτελουμένη παρὰ Ῥωμαίοις, ἐν ᾗ διέβαλλον αὐτούς. Edd.]

*Φαμενὼθ,[1] Phamenoth, mensis Æg. respondens maxime Martio Rom. [Schol. Arati Phæn. v. 462., et teste Routhio in ora Hederici sui, Clem. Alex. Strom. i. 21. p. 408. Edd.] In illum ingruebat æquinoctium vernum, adeoque mensis ille annunciabat solem, magnum Æg. deum, ad istos jam redeuntem.[2] Suspicatus igitur sum, an non Φαμενὼθ Æg. sonuerit ⲪⲀⲘⲈⲚⲞⲨϮ, i. e. annuncians Deum. ⲀⲘⲈ est annunciare, ut v. Ἀμένωφις, p. 29., observatum est, atque ⲚⲞⲨϮ significat Deum,[3] ut norunt omnes.

*Φαμένωφις, Memnon Gr. Nomen servavit Pausan. Attic. p. 101., ita scribens, Ἔστι γὰρ ἔτι καθήμενον ἄγαλμα ἠχεῖον [pro vulg. Ἠλεῖον,] Μέμνονα ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί· ἀλλὰ γὰρ οὐ Μέμνονα οἱ Θηβαῖοι λέγουσι, Φαμένωφα δὲ εἶναι τῶν ἐγχωρίων. Non discrepat Phamenophis ab Amenophi, de quo ante p. 26—30. a me abunde dictum est. Nimirum litera Φ, præfixa nomini ⲀⲘⲈⲚⲞⲨϤⲒ, tantum est nota generis masculini.

Φάνης est notissimus Orphei et Orphicorum deus, qui eum fingunt πρωτόγονον, ex æthere et nocte productum. Vide loca Orphicorum allata a P. Leopardo Emend. xii. 2., et T. Cantero Var. Lect. i. 26. Adde Eschenbachii Epigenem Orphicum p. 64. 82. 92 ac seq., et R. Bentleii Epist. ad Jo. Mill., subnexam Chronographiæ Jo. Malalæ. Recte omnino, si quid judico, observavit Bentl., voc. Φάνης e Gr. lingua originem minime habere, etsi Gr. illud ἀπὸ τοῦ φαίνειν ducere consueverint. Horus ex Orpheo, ap. Etym. M. v. Φάνης, rem ita explicat, Τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο. Sed Orpheus nomina hæc sine dubio e Theologia Barbarica, et sigillatim ex Æg. desumsit. Pleraque enim ab Ægyptiis Orpheum accepisse, et in Theologiam suam transtulisse, ab omnibus agnoscitur. Phanetis etiam mentionem fieri in Theologia Æg. invenio. Ita Ausonius Epig. xxviii. Αἰγύπτου μὲν Ὄσιρις ἐγὼ, Μυστῶν δὲ Φανάκης. Quod idem Epigr. xxix. ita Latine interpretatus est, Ogygia me Bacchum vocat, Osirin Ægyptus putat, Mystæ Phanacen nominant. In quibus versibus pro Φανάκης reponendum esse Φανήτης, et in Latinis Phaneten, nemo negaverit, qui loca veterum de celeberrimo Orphicorum Phanete attente expenderit. Ægyptii itaque Phaneten volebant esse ipsum Osirin. Id Ausonius indicat, et Orpheus ipse in versu illo, quem legimus ap. Diod. S. i. c. 11., Clem. Alex., Euseb. Præp., Julian., aliosque, Ὃν δὴ νῦν[4] καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον. Ibi per Διόνυσον, more Græcis perquam familiari, intelligi Osirin Æg., res ipsa haud obscure loquitur. Sed quid Φάνης, si vox illa Ægyptiis debeatur, horum sermone designabit? Existimo, Φάνης esse Æg. ⲪⲈⲚⲈϨ, i. e. αἰῶνα. Convenit hoc 1. cum Theologia veterum fere omnium Gentilium, in qua plurima τοῦ αἰῶνος mentio. 2. Id quoque observandum, ex opinione Orientalium, τὸν αἰῶνα ex æthere, vel nocte, in lucem editum fuisse, quod de Phanete suo fabulantur Orphici. Phœnicum Theologia, teste Sanchoniath. ap. Euseb. Præp. i. 10. p. 34., tradebat, γεγενῆσθαι ἐκ τοῦ κολπία (Spiritu Dei) καὶ γυναικὸς αὐτοῦ βάαυ (בהו), τοῦτο δὲ νύκτα ἑρμηνεύειν, αἰῶνα καὶ πρωτόγονον θνητοὺς ἄνδρας, οὕτω καλουμένους. 3. si ipsam sigillatim Æg. Theologiam adeamus, et illic αἰῶνα reperiemus, qui ab indigenis alio nomine quam ⲪⲈⲚⲈϨ, Φάνης, insigniri non potuit. Pseudo-Hermes in Dialogo Asclepio, inter Opera Apuleii, ex Æg. Theologia hæc profert p. 82.: Æternitas Dominus Deus primus est. Secundus est mundus. Homo est tertius. 4. Et illum αἰῶνα Ægyptii quidem eundem putabant cum Osiride, sicuti Phanetem Orpheus et Ausonius pariter non alium, quam Osiridem agnoscunt. Damascius in V. Isidori ap. Suid. in vv. Διαγνώμων, et Ἡραΐσκος, Οὕτω διέγνω τὸ ἄρρητον ἄγαλμα τοῦ αἰῶνος ὑπὸ θεοῦ κατεχόμενον, ὃν Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν, Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν ὁμοῦ κατὰ μυστικὴν θεοκρασίαν. Vide de h. l. etiam Photium Biblioth. Cod. ccxlii. p. 558. ed. Hœsch. Idem Damascius ap. Suid. v. Ἐπιφάνιος, Τῶν ἀμφὶ τὸν Ὄσιριν τελετῶν ἦν Ἐπιφάνιος, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ Αἰῶνος ὑμνουμένου θεοῦ. Neque illud 5. prætermittendum est, quod Nonnus Æg., auctor antiquitatis omnis, ac præcipue Theologiæ veterum non mediocriter peritus, Dionysiac. l. xii. sub init. Αἰῶνα et Φάνητα pro iisdem habere videtur. Vide eum p. 213. ed. Gr. Falckenb., et compara versum hunc 9., Καὶ μακάρων τίνι τοῦτο γέρας μνηστεύεται αἰών, cum vers. 16. ac seq., ———αἷς ἔνι κεῖται Εἰν ἑνὶ θέσφατα πάντα, τά περ πεπρωμένα κόσμῳ Πρωτογόνοιο Φάνητος ἐπέγραφε μαντιπόλος χείρ. Plura vide in Diss. MS. de Phanete.[5]

*Φαραὼ, Pharao, Hebr. פרעה, nom., quo in V. T. omnes fere Ægypti reges insigniri solent; e quo recte colligitur, nom. fuisse istud non uni vel alteri proprium, sed appellativum et commune omnibus. Africanus voc. hoc, Æg. sermone, designari regem, auctor est. Verba ej. ap. Euseb. Chron. Gr. ed. Scalig. p. 20. ista leguntur, Φαραὼ, οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ἑρμηνεύουσι. Scribit Syncellus Chronogr. p. 63. ed. Par. (p. 50. ed. Ven.) cunctorum regum Ægypti nom. commune et appellativum fuisse Pharao, et rarissime propria eorum

[1] Partem huj. animadversionis de v. Φαλλὸς iteravit Scholtzius, sed aperte significans, se sua Jablonskio debere, p. 22, 23.

[2] Scribit Plut. de Is. et Os. p. 508. ed. Ox., Τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Φαμενὼθ μηνὸς ἑορτὴν ἄγουσιν, ΕΜΒΑΣΙΝ ΟΣΙΡΙΔΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΗΝ ὀνομάζοντες, ἔαρος ἀρχὴν οὖσαν. Anthol. Gr. t. i. p. 355., Ἄρεος ὅπλα φέρει Φαμενὼθ ἐπίκουρα μαχηταῖς, Armigeras Phamenoth vocat ad fera bella cohortes, ut Grotius interpretatur. Ab aliis appellatur Φαμενώθ, monente Fabric. in Menologio p. 22. 26. Minus recte.

[3] Etsi huic originis suspicioni opem ferre videtur Joseppus in Hypomnestico c. xxvii. p. 50., nom. mensis Æg. scribens Φαμενυθί, repugnat tamen nom. ⲪⲀⲘⲈⲚⲰⲐ, quod legitur in Menologio Copt. adjecto codici Evangeliorum in Biblioth. Paris. V. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 134. Recte ergo Plut. et alii Φαμενώθ. Est item Φαμενὼθ in Menologio ap. Matthæi An. Gr. V. i. p. 86.

[4] Sic legitur ap. Macrob. Saturn. i. 18. et alios, sed Ταῦτικά μιν κ. Φ. in Diod. l. c.

[5] Non ea ad me pervenit. Alibi vulgatam esse, non jam recordor. Pauca de Phanete legas in Panth. Æg. Pt. i. p. 128. De verbis Suidæ v. Φάνης notavit vir doctus in Obs. Misc. Crit. V. ii. p. 11, 12.

occurrere nomina in Libris Divinis, cet. Ita et ante Euseb. Josephus,[1] et post eum Hieron. et alii, quorum testimonia observavit Leo Allatius in Hexaëmeron Eustathii Antiocheni p. 280, 81. Quibus adde Isidor. Orig. vii. 6. Fuerunt eruditi, qui veteribus, id memoriæ prodentibus, fidem denegarent, aut rem in dubium vocarent. Sed frustra. Nihil sane verius. Idque ex eo intelligi satis potest, quod reges Ægypti omnes, in Codice S. memorati, nom. illud gesserint. Idem ex stylo Scriptorum Sacrorum, loquentium de Pharaonibus, confirmari vel maxime potest. Consuli possunt, quæ ea de re monui in Diss. de Terra Gosen iv. §. iii. p. 59., ubi in notis hæc notavi: Æg. communi dialecto ⲪⲞⲨⲢⲞ regem significat, et dialecto Thebaidis, quæ est antiquissima, ⲠⲢⲢⲞ, quasi dicas Parro, vel quod Ægyptiis plane idem est ⲪⲢⲢⲞ; Pharro. Quibus quod addendum nunc sit, non occurrit.

* Φαρμουθὶ, Pharmuthi, mensis Æg. qui cum Aprili Romanorum fere congruit. [Arati Schol. Phænom. v. 264., Τοῦ Φαρμουθὶ μηνὸς, ὅς ἐστι παρὰ Ῥωμαίοις Ἀπρίλλιος, ὅτε καὶ τοῦ θερίζειν ὁ καιρὸς παρ' Αἰγυπτίοις. Clem. Alex. Strom. i. 21. p. 408., notante Routhio. Edd.] Josephus Antiq. ii. 14. §. 6. auctor est, interfectionem primogenitorum in Æg. contigisse isto mense. Quod si verum esset, atque probari posset, illo jam tempore menses Æg. ordinatos fuisse, elegans dari ratio posset, ob quam mensis ille Æg.[2] φαρμουθὶ audiverit. Id enim Æg. sermone sonat lethalem, vel letiferum, quia nimirum mensis ille omnibus Ægyptiorum in hominibus et pecoribus primogenitis lethalis et exitialis fuit. V. plura in Calendario Æg. MS.[3]

* Φάρος, Lat. Pharus. Insula quædam prope Alexandriam, continenti adjacens, in qua turris ædificata erat[4] in salutem navigantium. Utraque et insula et turris nom. Phari habuit. V. Steph. Byz. v. Φάρος. Adde de Insula illa Strab. xvii. p. 544, 5.[1141.], Ammian. xxii. 16., Eustath. in Hom. Od. Δ. p. 1500., eundemque in Dionys. Perieg. p. 45., et inprimis Salmas. in Solin. p. 379. ed. Paris. ac Prideaux Hist. des Juifs t. iii. p. 14—16. Nomen insulæ huj. deducunt nonnulli a Pharo quodam, Menelai, vel, ut alii volunt, Helenæ et Paridis nauclero aut gubernatore navis, qui illic ex morsu serpentis perierit. V. Steph. Byz. et Eustath. l. c. atque Etym. M. v. Φάρος. Sed notum est vulgo, Græcos fabularum talium plenos esse. Alii nominis istius veram significationem e Gr. sermone eruere satagunt. Ita Etym. M., Φάρος—παρὰ τὸ φῶ, τὸ φαίνω, φάρος, παρὰ τὸ φαίνεσθαι αὐτὴν πρὸ τῆς Αἰγύπτου· ἔχει δὲ καὶ ἄλλον λόγον, καὶ ἐπὶ τοῦ προφαινομένου τοῖς πλέουσι πύργου, ἤτοι παρὰ τὸ φῶς ἀνάπτειν τοῖς πλέουσιν· ἢ παρὰ τὸ φάω· οἷον,—φάε δὲ χρυσόθρονος ἠώς. Pariter alii quoque, et veteres et recentiores Critici. Verum Phari nom. est antiquissimum, cuj. Homerum jam meminisse videmus Od. Δ. 355., adeoque insulæ illi non a Græcis, verum ab ipsis Ægyptiis impositum, quare nonnisi ex eorum lingua merito explicandum erit. Neque etiam difficile est, e ling. Æg. nominis illius rationem reddere. Nempe Pharus ab antiquo specula fuit, et locus munitus, φυλακὴ, qui ab Ægypto peregrinos arceret. Id vero Æg. dicitur ⲀⲢⲈϨ et cum artic. masculini generis ⲪⲀⲢⲈϨ. Testem locupletem habeo Strab. qui l. xvii. p. 545. [1142.] ita scribit de Pharo. "Enimvero primi Æg. reges, suis contenti opibus, nec importata aliunde magnopere desiderantes, omnibus exteris navigantibus eo infensi erant; maxime Græcis, qui ob soli penuriam populari atque appetere aliena solebant, ideoque muniverunt locum hunc præsidio imposito," ἐπέστησαν φυλακὴν τῷ τόπῳ τούτῳ. Itaque locus ille nom. videtur accepisse a custodia Ægypti, quod est, uti dixi, ⲪⲀⲢⲈϨ. Eadem vox etiam speculam potest designare, quia in specula custodes solent esse constituti. Et ita vox Æg. usurpatur Ps. lxxvii. 4. Quod Num. xxiii. 14. in Gr. est, καὶ παρέλαβον αὐτὸν εἰς ἀγροῦ σκοπιὰν, interpretes Æg. transtulerunt, ⲞⲨⲞϨ ⲀϤⲞⲖϤ ⲈϨⲢⲎⲒ ⲈϪⲈⲚ ⲞⲨϢⲀⲚⲀⲢⲈϨ; ubi observa ⲪⲀⲢⲈϨ et ϢⲀⲚⲀⲢⲈϨ, si vim vocum spectes, idem significare. Et vero tradunt antiqui, Pharum fuisse σκοπιὰν, speculam. Dionysius certe Perieg. ita Pharum describit v. 258, 9., ἧχί περ ἄκραι Φαίνονται σκοπιαὶ Παλληνίδος Εἰδοθεείης. H. e., interprete Prisciano p. 503. in Poëmatiis Veteribus Pithœi, Et Pharos Idotheës scopuli Pallenidos alti. Eustath. ad illa Dionysii verba hæc commentatur p. 45.: Ὅτι σκοπιὰς τῆς Εἰδοθέας λέγει τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Φάρον, ἢ τὸν *Ἀντίφαρον, ὑψηλὸν ὄντα καὶ αὐτὸν, ὃς λέγεται τάφος Ὀσίριδος καὶ Εἰδοθέας τῆς τοῦ Πρωτέως. etc. Vide et eund. in Hom. Od. Δ. p. 1500.

* Phaselus, navis breviculæ genus, qua Ægyptii in Nilo flumine utebantur, [voluptatis causa, cujusmodi Veneti Gondolas vocant. Virg. Georg. iv. 287. 'Nam qua Pellæi gens fortunata Canopi Accolit effuso stagnantem flumine Nilum, Et circumpictis vehitur sua rura phaselis.' Ubi Servius: Phaselis, brevibus phaselis, quibus utuntur, cum stagnaverit Nilus. Nonio 13, 7. Faselus est navigium Campanum, nec tantum minoris generis, sed omnino etiam grandioris. Voc. φάσηλος Strabo usurpavit, teste G. J. Vossio Etym. L. L. Edd.] V. Cellarium in Thes. Fabri. Vocem ipsam Ægyptiis, eorumque sermoni vindicare allaborat Jac. Hasæus Diss. de צלצל, Biblioth. Brem. Cl. v. Fasc. iv. p. 589, 590. Testimonia, quibus vir ille eruditus ostendere conatus est, ipsam voc. Phaseli Ægypto deberi, accuratius expendi merentur. Quæ vero ipse attulit, ad voc. illam, quam credit Æg., illustrandam et explicandam, non sermonem Æg., sed Hebr. spectant, et ab Ægyptio, linguæ suæ probe gnaro, intelligi haud possent. Quod pariter de aliis etymologiis vocum Æg., illic occurrentibus, dictum volo.

[* Φάσηλος, phaselus, faselus, fasellus, faseolus, an huc pertineat, viderint alii. Aristoph. Pac. 1144., Ἀλλ' ἄφαυε τῶν φασήλων, ὦ γύναι, τρεῖς χοίνικας. Vide Athen. ii. p. 56., et Isidor. Origg. xvii. 4. et 10. "Quidam in duo genera dividunt, majus et minus: majus putant esse quod nos dicimus fava; minus, quod appellamus fagiuoli. De

[1] Testatur Josephus Ant. viii. 6. 2., omnes Æg. reges per annos amplius trecentos et mille Pharaones dictos esse; nom. esse Æg., et significare regem; eos a pueritia nomine alio usos, sed reges creatos dein vocatos Pharaones, ut ipsorum potestas lingua patria significaretur. A Josepho ex parte dissentit Bochartus Geogr. l. ii. c. 26. G. Jameson in Spicil. Antiq. Æg. p. 3, 4., et non pauci alii existimant, nom. פרעה esse origine Hebr. vel Arab. Vix hodie aliquis erit, qui neget, natales vocis in ipsa Ægypto quæri oportere. ⲞⲨⲢⲞ est rex, hinc cum artic. ⲠⲒⲞⲨⲢⲞ, ⲠⲞⲨⲢⲞ et ⲪⲞⲨⲢⲞ, Theb. ⲠⲢⲢⲞ ac ⲪⲢⲢⲞ sive ⲪⲈⲢⲢⲞ. Cf. Picques in Jordani Hist. vitæ La Crozii p. 292, 3., et Michaëlis in Suppl. Lex. Hebr. p. 2038. In Herod. ii. c. iii. nomen scribitur Φερῶν, ad q. l. vide Wesseling. Erat ab initio nom. appellativum, ut vocant, deinde factum veluti proprium, inditumque Æg. regibus omnibus, quorum tamen aliqui a ceteris cognomine quodam discernebantur. Cujusmodi exempla in annalibus veterum populorum extant plura, laudata a Picquesio l. c. et Relando P. i. Diss. Misc. p. 224.

[2] Coptice scribitur ⲪⲀⲢⲘⲞⲨϮ et ⲪⲀⲢⲘⲞⲨⲐⲒ. V. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 134. Anthol. Gr. t. i. p. 335., Εἰαρινῷ Φαρμουθὶ ῥόδον πρωτάγγελός ἐστι. Interprete Grotio, Prata rosis index veris Pharmuthi colorat. In lapide literato ap. Donium Inscript. Antiq. p. 23. legitur ΑΠΡΙΛΙΩΝ ΦΑΡΜΟΥΘΙ.

[3] Comment. de Calendario Æg., manu Jabl. scripta, mihi tradita non est. Aut fallor, aut quæ in ea de Pharmuthi mense scripserat, inserta leguntur Miscell. Berol. t. vii. p. 426—428.

[4] Monumentis Ægypti præstantioribus annumeratur Pharus Alexandriæ, et huic altitudo 180. cubitorum adscribitur ab Abulfeda in Descript. Æg. p. 7., ad q. l. vide notas Michaëlis p. 38. Observat Plut. de Is. et Os. p. 504. ed. Ox., Pharum, quam Homerus cursu unius diei ab Alexandria abesse canit, nunc partem esse Ægypti, cet. Quæ docti homines de verbis Homeri disputarunt, Vossius, Palmerius, alii, legas in Semleri notis Germ. ad Plut. l. p. 249. Præstantior autem est Diss. Montfaucon. de Pharo Alexandriæ, in Comment. Acad. Inscr. et Lit. t. vi. p. 576—582., de vocabuli Φάρος origine Æg. non dubitantis. Eadem de origine nominis Φάρος dedit Scholtzius in Repert. l. c. p. 23., item de Φάσις, quæ vox illustrabitur p. 379, 380. Multis de Pharo Alexandriæ egit Ibn el-Vardi in Ægypto p. 41, 42., observavitque, vix quidpiam huic operi simile et tam admirabile in toto terrarum orbe inveniri; Phari altitudinem esse trecentorum cubitorum Raschaschicorum; in summa ej. parte dici fuisse speculum, in quo naves procul et adhuc iter mensis absentes possent conspici; Pharum et Pyramides ab iisdem exstructas esse, rel. Nemini arridebit, ut opinor, sententia Hasæi, in Bibl. Brem. Cl. v. p. 588., nom. Pharus ducentis ex artic. Æg. ⲪⲀ et voce Hebr. ראש caput, notione promontorii et rupis.

hoc minore intelligunt illud Virg. Georg. i. 227.;—Viciamque seres, vilemque phaselum, et Colum. x. 377. Et gravis atriplici consurgit longa fasellus. Adde l. ii. 10. et Pallad. in Septembr. tit. 12." Forcellinus. Glossæ: Faseoli. λοβοί. Λοβοὶ proprie siliquas notant. Phaseolus vulgaris Linnæi. Edd.

[* Φασήολος, ὁ, agnoscit Schneiderus. Exemplum huj. formæ ap. Gr. scriptt. nondum invenimus, sed ap. Columellam occurrit l. ii. 2., "Milium et panicum hoc tempore demetitur, quo faseolus ad escam seritur. Edd.

[* Φασίολος, ὁ. Dioscor. ii. 130. J. Poll. i. 247., Φασίολοι, φακή, κύαμοι. "Passiolus pro eo legas (omnibus fere locis) in antiquis Plinii codd. Et videtur ita scripsisse Glossarum auctor, ut e vett. membranis Salmasius (in Solin. p. 724.) observavit, et ordine ipso literarum liquet; sic enim scriptum fuit, Passiolus. λοβός. Passim. πανταχοῦ. Passio. πάθος." G. J. Vossius Etym. L. L. Voce φασίολος, detorta ab antiquo Gr. φάσηλος, Græci auctores recentiores passim usi sunt: φάσηλοι, faseolus, vel fasiolus, ut φάσκωλος, fasceolus. Edd.

[* Φασήλιον, faseolus. Hoc voc. quo carent H. St. et Schneideri Lexica, usurpavit Archelaus ap. Epiphan. Hær. 66. c. 28., teste doctissimo Routhio in ora Hederici sui. Edd.]

Φᾶσις, Phasis, Colchidos fluvius celeberrimus. Nom. hoc Bochart. Geogr. S. P. i. l. iv., c. 31. p. 327., e Syrorum sermone exponendum putat: Et Phasidis vocabulum pro rivo vel flumine mere Syrum est. Sic Psalmo Syro xlii. 2. אל פצדא דמיא (al phaside demoio) ad rivos aquarum. Ad Hebr. linguam recurrit Otto Verbrugge, Orat. de situ Paradisi p. 16. ita scribens. "Pischon nom. habet a פוש; i. e. excrescere et se diffundere, quod sæpe ultra ripas vagaretur. Est autem idem fluvius, qui Phasis." Sed nescio, an id Phasidi conveniat, quod sæpe ultra ripas vagetur. Saltem idoneis testimoniis id comprobandum erat. Aliud fere colligere licet ex iis de Phaside veterum testimoniis, quæ Relandus attulit in Diss. de Paradiso, Misc. Diss. t. i. Posthabitis igitur conjecturis hisce parum verosimilibus, nemo, opinor, mirabitur, si ego vocis huj. interpretationem ex Æg. sermone tentavero. Veterum enim consensu constat, Colchos ortu Æg. fuisse, adeoque linguam patriam aliquamdiu saltem conservasse. Quo semel posito, consequi omnino videtur, ex illa lingua vocabula Colchorum celebriora ducenda potissimum esse. Cuj. rei specimen, ex ipso huj. celeberrimi in Colchide fluvii nomine capere possumus. Phasin quippe Æg. sermone sonuisse putem ΦⲀCIⲀI, levem. Est enim ⲀCIⲀI, et cum artic. masculini generis, ΦⲀCIⲀI, levis et levitas. V. 2 Cor. iv. 17. Matt. xi. 30. Act. xxvii. 38. Et hanc quidem levitatem in Phaside veteres magnopere celebrant. Testem huj. rei adduco oculatum, Arrianum, cuj. in Periplo Ponti Euxini ad Traj. Imp. hæc sunt verba p. 8., Geogr. Huds. t. i. "Fluvii huj. aqua præter ceteros, qui mihi quidem noti sunt, et levis imprimis, atque colore mutabilis. Levitatem autem illius vel statera quis deprehendat, vel ex eo, quod mari innatat, nec cum eo commiscetur." [De hoc fluvio vide Apoll. R. ii. 401., Pindarum Isthm. ii. 61., (Eurip. Androm. 648.), Æsch. Prom. Solut., Dionys. Perieg. 691. Hesych.: Φᾶσις· ποταμὸς Κόλχων: Lex. Reg. Ms., Φᾶσις—ποταμὸς ἐνδότερον τῆς Σκυθίας, οὕτω καλούμενος. Ad Phasin relegare, proverbialiter dictum ap. Athen. ix. p. 387.: Τοσαῦτά σοι περὶ τῶν φασιανικῶν ὀρνίθων ἔχω λέγειν· οὓς ἐγὼ διὰ σὲ ὥσπερ οἱ πυρέσσοντες περιφερομένους εἶδον· σὺ δὲ κατὰ τὰς συνθήκας ἂν μὴ αὔριον ἀποδῷς τὰ ὡμολογημένα, οὐκ * ἐξαπατήσεως δημοσίᾳ σε γράψομαι, ἀλλὰ τὸν Φᾶσιν οἰκήσοντα ἀποπέμψω. Cf. Athen. i. p. 6. d. "Notum olim priusquam Magnes in subsidium venisset, dum Phœnices Pleiadum adhuc suspectu in cursu regundo niterentur, navigationem pleramque omnem intra mediterraneum stetisse: Plato dixit in Phædone ævi sui homines οἰκεῖν μέχρις Ἡρακλείων στηλῶν ἀπὸ Φάσιδος ἐν σμικρῷ τινὶ μορίῳ, ὥσπερ περὶ τέλμα μύρμηκας: neque enim hinc ultra Phasin, aut illinc ultra Herculis columnas tetendit ἡ πλεομένη θάλασση, ut veteres vocant: de Phaside versus proverbialis, Εἰς Φᾶσιν, ἔνθα ναυσὶν ἔσχατος δρόμος, atque e regione ἅπτεσθαι Ἡρακλέος στηλᾶν usurpat Pindar. Olymp. 3. et subjungit, τὸ πόρσω Δ' ἐστὶ σοφοῖς ἄβατον, Κἀσόφοις· οὐ μὴν διώξω, κεῖνος εἴην." J. Windetus in lib., cui titulus Στρωματεὺς ἐπιστόλικος, de Vita functorum Statu, Lond. 1663. Edd.

[" Φασιανὸς, οῦ, ὁ, Phasianus, avis. Affertur et Φασιανικὸς ex Athen. Sic autem vocata est hæc avis a fluvio Colchidis, cui nom. Phasis. Est vero et urbs Scythiæ eodem nomine, ut testatur Schol. Aristoph. Acharn. In iisdem Aristoph. Acharn. (726.) φασιανὸς pro sycophanta παρὰ τὴν φάσιν, ut tradit idem Schol." H. St. Φασιανὸς in Aristoph. Acharn. 726. pro sycophanta, per lusum verborum inter τὸ φαίνειν nomen deferre, et τὸν Φᾶσιν, fluv., ut Φασιανικὸς Av. 68., Ἐπικεχοδὼς ἔγωγε Φασιανικός. Schol. Aristoph. Nub. 109. Φασιανούς· οἱ μὲν ἵππους, οἱ δὲ ὄρνεα· ἔνιοι δὲ ἵππους χάραγμα ἔχοντας φασιανοῦ, ὡς ἀλεκτρυόνος—οἱ δὲ περὶ Ἀρχίλοχον, ὀρνίθων γένος. De Phasianis avibus lege Athen. ix. p. 387, f. Voc. φασιανικὸς, quod H. St. agnoscit, rejecit Schneiderus: habet tamen Athen. l. c., φασιανικοῦ ὄρνιθος, φασιανικῶν ὀρνίθων, et e Speusippo, secundo Similium, hæc profert: Φασιανὸν δὲ οὗτοι κεκλήκασιν αὐτὸν, καὶ οὐ φασιανικόν: cf. lib. xiv. p. 654. Hesych.: Φασιανοί· ὄρνεις ποιοί· οἱ δὲ τοὺς Ποντικοὺς φασιν. [Cod. Ven., φασιαναὶ, ο.—πονтισμοὺς φ. Edd.] Thom. M. p. 885., Herodian. in Fragm. p. 466. (ubi v. Sallier.) J. Poll. vi. 52. Suidas: Φασιανοί· οἱ οἰκήτορες τοῦ τόπου· καὶ Φασιανοὶ κατάλογοι, οἱ ἀπὸ τοῦ Φάσιδος, παρὰ Μενάνδρῳ. Steph. Byz.: Φᾶσις, πόλις τῆς Αἴας, πρὸς τῷ Φάσιδι ποταμῷ ἐν Κόλχοις· ἐκτίσθη δὲ ὑπὸ Μιλησίων. Τὸ ἐθνικὸν ἔδει * Φασίτης, ὡς * Ὀασίτης, * Μεμφίτης, ἢ * Φασιάτης, πλεονασμῷ τοῦ α, ὡς καὶ λέγεται. Τὸ ἐθνικὸν (κτητικὸν) * Φασιάτης, καὶ * Φασιάτικὸς (Φασιανικὸς), καὶ Φασιανός. Ἀριστοφάνης ἐν Ὁλκάσι. Καὶ Φασιανὴ θηλυκὸν, καὶ Φασιανὸν νάπος οὐδετέρως. Ἔστι καὶ ἄλλος ποταμὸς Φᾶσις, ἐν τῇ Ταπροβάνῃ. Tertium quoque Phasin ad Mæotidis ostium commemorat Orpheus Argon. v. 1050., notante L. Holst. Φασιανὸν λίνον ob tenuitatem commendatur a Xenoph. de Venat. ii. 4. Cf. J. Poll. v. 26. Sturzii Lex. Xenoph. vv. Φασιανοὶ, et Φᾶσις. Τατύρας, ὁ, *Τάτυρος, ὁ. "Τατύρας, Phasianus, vide Athen." H. St. Forte Æg. hoc est Phasiani nomen. Athen. ix. p. 387., d.: Ἀρτεμίδωρος δὲ ὁ Ἀριστοφάνειος ἐν ταῖς ἐπιγραφομέναις Ὀψαρτυτικαῖς Γλώσσαις, καὶ Πάμφιλος ὁ Ἀλεξανδρεὺς ἐν τοῖς Περὶ Ὀνομάτων καὶ Γλωσσῶν, Ἐπαίνετον παρατίθεται λέγοντα ἐν τῷ Ὀψαρτυτικῷ, ὅτι ὁ φασιανὸς ὄρνις Τατύρας καλεῖται. Πτολεμαῖος δ' ὁ Εὐεργέτης, ἐν δυοκαιδεκάτῃ Ὑπομνημάτων, τέταρτον φησὶν ὀνομάζεσθαι τὸν φασιανὸν ὄρνιν. Athen. xiv. p. 654., b.: Πτολεμαῖος ὁ βασιλεὺς, ἐν τῷ δυοκαιδεκάτῳ τῶν Ὑπομνημάτων περὶ τῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ βασιλείων λέγων, καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ζώων τρεφομένων, φησίν· Τά τε τῶν φασιανῶν, οὓς τετάρους (τατύρους) ὀνομάζουσιν, οὓς οὐ μόνον ἐκ Μηδείας μετεπέμποντο, ἀλλὰ καὶ νομάδας ὄρνιθας ὑποβαλὼν, ἐποίησε πλῆθος, ὥστε καὶ σιτεῖσθαι· τὸ γὰρ βρῶμα πολυτελὲς ἀποφαίνουσιν. In priore loco, pro τέταρτον, quod in τέταρον mutat Schweigh., τάτυρον bene conjecit Dalec., unde habet ed. Cas. 3. Edd.]

* Φαωφὶ, nom. mensis, quod Copt. scribitur ΠⲀΟΠΙ vel ΠⲀϢΠΙ. De eo supra p. 195—197. dictum fuit. [Arati Schol. Phænom. v. 462., Τῷ Φαωφὶ μηνὶ, ὅς ἐστιν Ὀκτώβριος.]

* Phepere. Saxifraga. Apul. de Herbis c. 97.

* Φερφρά. Equisetum. Append. Dioscor. iv. 46. p. 465.

* Φθάς. Neque hic repetam, neque retractabo, sed augebo, quæ in Panth. Æg. l. i. c. 2., copiose scripsi de numine Phthas, ab Ægyptiis summa religione culto, a Gr. Latinisque vulgo habito pro Vulcano, et de origine nominis Æg. Nimirum Phthas erat numen, cui attributa vis ac potestas decernendi omnia, definiendi et constituendi s. ordinandi. Ea notione adhibentur ΘⲀϢ, ΘΗϢ et ΘⲰϢ, unde ὁρίζων Hebr. iv. 7. vertitur ϤΘⲰϢ. Verbo autem ΘⲀϢ præfigitur articulus notissimus Φ. Nom. hoc cum sit peregrinum, nihil miri est, librarios in eo scribendo sæpius a vero aberrasse. Auctor Clementinorum Homil. ix. §. 6. scribit, Αἰγύπτιοι δὲ ὁμοίως πράξαντες, καὶ τὸ πῦρ ἰδίᾳ διαλέκτῳ Φθαὲ καλέσαντες, ὃ ἑρμηνεύεται Ἥφαιστος, οὗ τῷ ὀνόματι καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος βασιλεύσας προσαγορεύεται. Recte autem monuit Cotelerius, pro Φθαὲ legi oportere Φθάς. Idem nom. jure redditum fuit Ciceroni de N. D. iii. 22.: Secundus (Vulcanus) in Nilo natus, Phthas, ut Æg. appellant, quem custodem esse Ægypti volunt. Male illic quondam edebatur Opas. Eod. in loco pro in Nilo natus rescribendum videtur Nilo natus. Non nascebatur Vulcanus Æg., s. Phthas, in Nilo, sed Nilo patre, cuj. ille dicitur

filius, prognatus erat, quod aliunde novimus.[1] Suidas idem numen etiam vocavit Ἀφθᾶς. Scribit enim, in litera A, quod addo, ne quis opinetur, esse vitium librariorum, Ἀφθᾶς, ὁ Διόνυσος· τὸ ᾱ ἐπιτατικὸν, ὡς ἄσταχυς· καὶ παροιμία, ὁ Ἀφθᾶς σοι λελάληκεν· ἦν δὲ χρησμολόγος. Iterum in v. Φθᾶς ait, Οἱ δὲ Ἀφθᾶς φασιν ὡς σταφὶς, ἄσταφις, σταχὺς, ἄσταχυς. Existimabam quondam, Suidam hæc ex corruptis codd. hausisse, quoniam ipse τὸ ᾱ redundare satis clare agnoscit. Nunc vero, re accuratius considerata, quidpiam Ægyptiaci hic latere suspicor. Cum enim Æg. pro ⲪⲐⲀϢ ⲀϤϪⲰⲘⲘⲞⲤ ⲚⲀⲔ, Φθᾶς σοι λελάληκεν, artic. ⲀϤ disjungendo, eleganter scribere soleant, Ⲁ ⲪⲐⲀϢ ϪⲰⲘ-ⲘⲞⲤ ⲚⲀⲔ, quod re ipsa plane idem est, hanc elegantiam non intellectam fuisse erroris causam mihi persuadeo. Quod addit Suid., ex auctore suo, quem non nominat, Aphthan hunc fuisse vatem, χρησμολόγον, ac futura veluti prædixisse perhibet, non parum explicationem nostram nominis Φθᾶς confirmat. Quando adjungit Suid., esse Φθᾶς nom. Bacchi, intelligi debet Bacchus Æg., i. e. Osiris vel Sol, cui illud nom. ⲪⲐⲀϢ recte omnino tribuitur, cum sit Sol rex cœli et astrorum, summusque rerum omnium gubernator et ordinator habeatur. Hinc Jamblichus de Myst. Æg. S. viii. c. 3. testatur, Ammonis, Osiridis et Phthas diversa nomina unius numinis fuisse, et per varia ista nomina indicari distinctas virtutes ac potestates luculenter agnoscit. Eo igitur sensu Ἀφθᾶς s. Φθᾶς dici potuit Bacchus a Suida, quod Kusterus non videtur animadvertisse.[2] Quæ vero Kircherus Prodr. Copt. c. 6. affert de ⲪϮ ad illustrandum nom. Φθᾶς, vix ea digna sunt, quibus legendis tempus perdatur. Vide sis Wilkins. de ling. Copt. p. 108.[3] ab errore ipsum non immunem. Neque audeo assentiri Morino in Mém. de l'Acad. R. des Inscript. et Belles Lettres t. i. p. 46, 47., nomina Φθᾶς et Πataïκὸς esse ejusd. originis. Vero magis videtur similis virorum eruditorum conjectura, Gr. Vulcani nom. Ἥφαιστος factum esse ex Æg. Φθᾶς, qui est ὁ Ἥφαιστος παρὰ Μεμφίταις, ut scribit Suid. Cf. Euseb. Præp. iii. c. 22., et Jamblich. l. c.

* Φρῆ, Sol. Vox Æg. notissima, iisdemque sacratissima, quæ in Gemmis Abraxeis sæpius occurrit. De ead. extat ænigma ap. Martian. Capellam ii. p. 47. Plura observata invenies in Diss. viii. de Terra Gosen §. 4., et in Panth. ii. c. 1. §. 8. Adde Montfaucon. Palæogr. Gr. p. 179.

* Φρουρῶν nom. regis Theb., quod Eratosth. explicat Νεῖλος, Nilus. Vide, quæ a me dicta fuere in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 764, 5., sed præsertim in Panth. Æg. iv. 1. §. 9., ubi satis docuisse mihi videor, nom. Æg. fuisse Ⲫ—ϨⲢⲞⲨⲢ, et Nilum sic dictum de descensu aquæ, s. de aquis cessantibus agrosque derelinquentibus.

* Φυλάκονον. Clematis. Append. Dioscor. iv. 7. p. 462.

Φῶσων. Genus aut Lini, aut vestimenti Æg. Pollux vii. 16. p. 738., Ἔστι δὲ ὁ φώσων Αἰγύπτιος, ἐκ παχέος λίνου, ἧπου δὲ καὶ ἡμιφωσώνιον. Ab Ægyptiis transiit usus huj. vocis ad Græcos, qui illam ut Gr. adhibent et explicant. Etym. M.: Φώσσων σινδών· φωσσώνιον, λινοῦν τι, ἤτοι σινδόνιον· ἢ καὶ τὸ ἱστίον τῆς νεὼς πεφυσημένον, ὡς παρὰ Λυκόφρονι. Ἄφλαστα καὶ φώσσωνας ὀργυιωμένους—ἢ προσώπου τι ἐκμαγεῖον· λέγεται δὲ οὕτω καὶ ὁ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται ὠράριον. Similia fere habet Suid. v. Φωσώνιον, qui et addit, φώσωνος τοῦ ἀρμένου. Sic et Hesych., Φώσσων τὸ λινοῦν ἄρμενον.[4] E quibus apparet φώσωνος nomine venisse vela navium, oraria, sudaria, et quæcunque e lino crassiori confici solerent. Solent voc. hanc etiam e Gr. lingua ducere. Ita Eustath. in Il. p. 1151, ἐκ δὲ τῆς φύσης καὶ ὁ φώσων· ἐπεὶ φυσώμενος πληστιστίῳ ἀνέμῳ ἐνεργεῖ. Eustathium sequitur H. Steph., et alii. Sed bene monuit Pollux, voc. hanc ab Ægyptiis acceptam esse. Et id omnino verum puto. Significat autem φώσων, vel uti Æg. scribendum credo, ϤⲰⲒ-ϢⲰⲚ, vestem ex pilo confectam. ϤⲰⲒ est crinis, pilus, atque ϢⲰⲚ et ⲈⲢϢⲰⲚ, quod posterius usu tritius et vulgatius est, vestimentum[5] aut quodcumque expanditur, vel quo aliquid tegitur. Talia sunt cilicia, quæ Æg. etiam dicuntur ⲚⲒⲤⲞⲔ ⲘϤⲞⲒ, Apoc. vi. 12. Cf. Itinerarium Rauwolffii p. 133, 4., P. Lucæ Itiner. tert. P. ii. p. 258. Ceterum, utraque hæc vox ϢⲰⲒ et ϢⲰⲚ, e quibus composita est φώσων, etiam conjunctim occurrit, ut 1 Cor. xi. 15. ϪⲈ ⲈⲦⲀⲨϮ ⲘⲠⲒϤⲰⲒ ⲚⲀⲤ ⲚⲦϢⲈ-ⲂⲒⲰ ⲚⲞⲨⲈⲢϢⲰⲚ, Quia datus ei est capillus loco velaminis, Ex. xxvi. 7. ⲈⲔⲈⲐⲀⲘⲒⲞ ⲚϨⲀⲚⲈⲢϢⲰⲚ ⲘϤⲰⲒ, Facies vela ex pilis; qui locus expositioni meæ valde est accommodatus. Ex his igitur intelligi potest, φώσων significasse primitus et proprie Æg. vestimentum, aut velum, aut quicquid hujusmodi esset ex pilis confectum, ἐσθῆτας ἐκ τριχῶν πεποιημένας, ut Josephus ait de B. J. i. 24. §. 3. Sed postea usus obtinuit, ut ita vocarentur etiam, quæ ex lino, sed paulo crassiori confecta essent. [Cf. H. St. Thes. iv. p. 259. EDD.]

* Χαϊά, ultimus, lingua Æg. Eus. Renaudot. Hist. Patriarch. Alexandr. in Chaite ii. p. 325. ex Jacobitarum libris observat: "Aiunt etiam illum ab eo tempore non se Michaëlem in publicis literis appellasse, sed Chaia; quæ, inquiunt, vox ultimum significat, quasi testatus præpostera illa humilitate, ultimum se esse Ecclesiæ filiorum, quod sacras ej. leges transgressus esset, illiusque bona vendidisset." Hactenus recte Renaudotus. Nam ϦⲀⲈ, et cum artic. masculini generis ⲠⲒϦⲀⲈ, re ipsa Æg. ultimum significat, estque ea vox in Copt. libris minime infrequens. Quare se ipsum non parum fefellit vir eruditus, quando istam ἐπίκρισιν addidit: "Talis ferme sensus esse potest, nisi mendum est in Codice, legendumque, Kaïal, ut sæpe id nom. scribitur, quod inter alia multa Œconomum et Dispensatorem sig-

[1] Ernesti cum Davisio in textum recepit Phthas, etsi Opas habent libri fere omnes; sed in Nilo natus retinuit, quæ lectio debetur Victorio, pro qua rectius antea, Nilo natus, monente Gronovio, Critico perfecto.

[2] De notatione nominis Φθᾶς et loco Suidæ potest conferri Scholtzius l. c. p. 24.

[3] Potius legendus J. Kocherus in Misc. Obs. Crit. Nov. t. ii. p. 130—132., et La Crozius t. iii. Thes. Epist. p. 160.—Post inventam nuper Inscriptionem Roset., in qua Ptolemæus Rex quinquies, lin. 4, 8, 9, 37, 49., dicitur ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, nonnulla de numine isto Æg. ejusque nomine monuere triumviri eruditissimi. Quamvis vix me contineam, quin integras eorum adscribam observationes, argumentum tamen earum præcipuum paucis tantum indicabo. Ameilhon, in Eclaircissemens sur l'Inscript. Grecque du monument trouvé à Rosette p. 31., nom. Gr. Ἥφαιστος ex Æg. ducendum opinatur. Monet Silvestre de Sacy, in Epist. ad Chaptalium de Inscr. Æg. Roset. p. 22—24., in monumento Gr. legi ΦΘΑ, in Æg. ⲪϮ, quod est compendium vocis ⲪⲚⲞⲨϮ, Sahid. ⲠⲚⲞⲨϮⲈ, Copti vero recentiores pronunciant abnoudi s. abnouda, significatque Deum. Observat deinde vir doctus, cum scribatur hic Φθᾶ, Jabl. minus recte nomen istud antiquum, ut et Φθᾶι, mutasse in Φθᾶς; præterea, Ἥφαιστον in monumento Roset. aperte distingui a Φθᾶ, cum hoc non soli Vulcano proprium nom. fuerit, sed commune Deorum omnium. Litera autem Σ cum non pertineat ad antiq. voc. Æg., sed a Græcis addita sit, etymologiam a La Crozio Jablonskioque commendatam probari non posse, Sacyus existimat. Tacendæ denique haudquaquam sunt animadversiones Viri Amplissimi Akerblad, cuj. amicitia mihi tam est jucunda, quam honorifica. Monet autem ille, in Epist. de Inscript. Æg. Roset. p. 54, 55., pro Φθᾶ illic Æg. scriptum videri ϤⲦⲀ, nec aliter iis in locis Inscriptionis Æg., ubi in Gr. legitur Ἥφαιστος: colligit ex eo, Ἥφαιστον et Φθᾶ esse unum idemque numen, quæ est opinio pervulgata: addit, Gr. ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ exprimi una voce Æg. ϤϮⲀⲘⲈⲒ s. ϤϮⲀⲘⲀⲒ; adjungit, non convenire quidem linguæ Copt. recentioris rationi, ut scribatur ⲪⲐⲀⲘⲀⲒ, quo significetur is, qui diligitur a Phtha s. Vulcano, etsi ⲘⲀⲒⲪⲐⲀ pro eo, qui amat Phthan, recte dicitur, sed tamen primum non repugnare indoli linguæ, et differentiam linguæ veteris ac recentioris non valde mirandam esse. Adscribenda hæc putavi, ut cum Jablonskianis ab harum rerum peritis compararentur.

[4] Cf. vv. dd. ad Hesych. v. Φώσσων, et ad Lucian. Lexiph. p. 320., ubi φωσώνια.

[5] Proprie videtur ⲈⲢϢⲰⲚ vestimentum laneum, cum opponatur lineo, in vers. Copt. Lev. xiii. 47. In definienda etymologia Scholtzius p. 24. ejusd. sententiæ est.

nificat, quasi per ironiam et frigidum acumen, in æquivoco ludens œconomiam illam suam sibi exprobraret." Quæ certe scripturus non fuisset vir eruditus, si eam habuisset linguæ Copt. notitiam, quam et in illa Patriarcharum Alex. Historia, et principue in Collectione Liturgiarum Orientalium, præ se fert. Dudum jam hunc Renaudoti errorem notavit La Crozius, in illa Diss., qua causam Jobi Ludolfi adversus Renaudot. tuitus est. Verba adscribo. Mr. Renaudot, qui n'a pas entendu ce mot commun dans la langue Egyptienne, soupçonne, qu'il faut lire Kaial. Cependant le mot Chaë, que les Cophtes prononcent Chaia, signifie véritablement ultimus, le dernier. Dans la 1 Ep. aux Corinthiens xv. 45. ⲠⲒϦⲀⲈ ⲀⲆⲀⲘ (pichaë Adam) est mis pour le Grec, *ὁ ἔσχατος Ἀδάμ*. V. l'Europe sçavante T. x. P. ii. p. 253.

* *Χάμψαι*. Ita Æg. sermone dicebantur Crocodili, teste Herod. ii. 69. *Καλέονται δὲ οὐ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι*. Eaque vox etiamnum in Copt. libris occurrit. Lev. xi. 29., ubi in Gr. est, *ὁ κροκόδειλος ὁ χερσαῖος*, in vers. Copt. legitur ⲈⲘⲤⲀϨ ⲚⲦⲰⲞⲨ. Alibi nomen scribitur ⲘⲤⲀ et ϨⲀⲘⲤⲀ. Crocodilus itaque sermone Æg. dicitur Amsah, quod est Herodoti *χάμψα*, si nempe aspirationem demseris. In vocabulario Copt. Gr. Biblioth. Reg. Paris., quo vocabula Dialecti Theb., vel, ut hodie nuncupatur, Sahid., Græce redduntur, scriptum reperii, ⲔⲢⲞⲔⲞⲆⲈⲒⲖⲞⲤ ⲠⲈⲘⲤⲀϨ. Unde intelligitur, testimonium illud Herodoti veritati prorsus consonare.[1] V. quæ supra p. 287. v. Sephardea scripsi. Ab hac Crocodili voce Æg. nomen videtur accepisse urbs, vel insula in Nilo, supra Elephantinen quondam sita, * *Ταχομψὼ*, memorata Herodoto ii. 29. Ap. Steph. Byz. legitur *Ταχεμψὼ*, quam lectionem utique præferendam putem. Sic etiam scribitur ap. Melam i. 9. p. 66. Ptolemæus, forte e vitioso Codice, eandem appellat * *Μετακομψὼ*, Geogr. iv. 5. Significat autem *Ταχεμψὼ* vel ⲦⲀⲘⲤⲀϨ Civitatem, vel Insulam Crocodilorum.[2]

* *Χαναάθ*. Vox huic similis in textu Hebr. occurrit Gen. l. 2, 3, ubi חנט significat aromatibus condire. Vid. Leigh Crit. S. v. fol. 78., et Clodii Lex. Hebr. sel. p. 194, 195. Gr. Interpr. reddidit *ἐνταφιάσαι*. Voc. in textu Hebr. occurrentem, חנט, quia rem designat, in totum ab Ægyptiis tractam, et quia hoc sensu nuspiam in S. S., præterquam in illo loco, legitur, multi habent pro Æg. Gerhardus Harmon. Evang. cap. ccvii. fol. 2084. scribit: "Gen. l. 2. de hac unctione usurpatur verbum חנט, condire aromatibus, defunctorum corpora, quod in hac significatione nuspiam alibi in scripturis occurrit, ideo plerique statuunt, illud mutuatum esse ab Ægyptiis, et in formam Hebr. redactum." Ceterum, quandoquidem lxx. interpr., in Æg. scribentes, et rerum Æg. non mediocriter periti, voc. חנט reddiderunt *ἐνταφιάσαι*, Æg. interpres eandem voc. Gr. transtulit ⲔⲰⲤ et ⲔⲈⲤ. Pariter Matt. xxvi. 12., ubi in Gr. est, *πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με*, Coptus habet ⲈⲠϪⲒⲚⲔⲞⲤⲦ. Nec aliter Jo. xii. 7. xix. 40. In quibus locis omnibus ⲔⲰⲤ et ⲔⲈⲤ non significat sepelire, vel sub humum condere, sed *ἐνταφιάζειν*, quo vocabulo comprehenditur conditura corporum, et totus apparatus ad sepulturam. Sepelire Æg. dicunt, ⲐⲰⲘⲤ, ⲐⲞⲘⲤ, et ⲐⲈⲘⲤ. *Ἐνταφιάζειν* vero ipsis est ⲔⲰⲤ, ⲔⲞⲤ, et ⲔⲈⲤ. Idque ipsum sine dubio designatur per חנט in loco Genes. citato. Neque tamen idcirco abnuerim, voc. חנט esse similiter vere Æg. Significatur enim hac voce ritus, qui in universum ab Ægyptiis tractus est. Quin imo sermo est de ritu Æg., et in ipsa Æg. peracto. Quis dubitaverit, quin Israëlitæ, quemadmodum fieri consuevit, uti rem, ita cum re vocab. quoque ab Ægyptiis acceperint. Putare quis non immerito possit, חנט esse ab Æg. ϢⲈⲚⲦⲞ. Ita vocantur non modo linum tenue et vestes ex lino confectæ, verum etiam, et quidem *κατ' ἐξοχὴν*, fasciæ lineæ et byssinæ, quibus cadaver conditum et aromatibus unctum involvebatur. Vide p. 297. sq. v. *Σινδών*. Erat autem hæc cadaveris involutio ultima quasi pars, et ultimus actus *τοῦ ἐνταφιασμοῦ*. Hinc Athanasius in vita B. Antonii, Opp. t. ii. p. 482.: "Solent Ægyptii pie defunctorum, atque inprimis sanctorum Martyrum corpora funerare et linteis involvere." Palladius Hist. Laus. c. x. p. m. 912., *ὃν ἐνταφιάσας ἐγὼ καὶ ὀθόναις τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου ἑλίξασα, καὶ ἀποθεμένη*. Herod. ii. 86., postquam modum condiendi corpora explicuisset, ista addit, *Λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι*. Quæ verba, ut v. *Σινδὼν* jam monui, vertenda censet Le Moyne ad Var. S. p. 302., Involvunt totum corpus dissectis loris sindonis byssinæ. Eratque illa cadaveris obtectio et involutio operosa valde et artificiosa, uti testantur, qui hodie corpora illa in Æg. tractarunt. Potuit sane ab hoc postremo actu, totus *ἐνταφιασμὸς* appellari *σινδονισμὸς*, idque verosimiliter putamus designari per חנט.[3]

* Channah, Hebr. כנה. Occurrit Ps. lxxx. 16., ubi Psaltes ait: Visita vitem hanc et Channan כנה ex Æg. traductam. De voce ista ita And. Müllerus Gloss. S. p. 10. Unicum huj. vocis exemplum in toto corpore librorum V. T. apparet. Hinc interpretes omnigenas conjecturas de sensu ej. afferunt. Vid. Bochart. Geogr. S. p. 67. Is vero Æg. voc. esse suspicatur, et quia Assaphus de exitu Æg. loquitur, et quia hedera, Æg. *χενόσιρις*, h. e. *φυτὸν Ὀσίριδος* dicta fuit, auctore Alexarcho ap. Plut. de I. et Os. Adeoque Channa Assaphi, et XEN Æg. PLANTAM, vel fruticem, qualis et vitis est, significabit. Confirmant hoc ipsum Æg. linguæ rudera. Ibi namque arbor ΣΧΗΝ dicitur, et Tamariscus ΣΧΕΝΟCΙ, Cedrus vero CXENSIVI. Hactenus Müllerus. De Alchannah Æg. v. Rauwolffii Itiner. p. 60, 61., Ed. Brown Itiner. p. 148, 9., P. della Valle t. ii. p. 235, 6. Sed de illa non videtur sermo esse Ps. lxxx.[4]

* Chanothus.[5] Nom. hoc explicandum hic duxi, quia video, id ab eruditis pro corrupto haberi. Th. Reinesius in judicio de Collectione Chemicorum Gr. reperiunda in Biblioth. Ducali Gothana (in Fabricii Biblioth. Gr. V. xii. p. 754.) de Salmutho scribit: Nominat Chanothum, cuj. verum nom. est Chemis, s. Chimes, a quo etiam ars appellata est Chemica. Ego in illo Salmuthi loco, quem respicit Reinesius, Comment. ad Panciroli Nova Reperta, Tit. vii. p. 346, 7., Chanothi nom. non reperio, etsi non dubitem, quin in suo codice id repererit vir doctissimus. Et tanto minus ea de re possum dubitare, quia in isto nomine agnosco typum genuinum vet. Æg. sermonis. Nom. hoc veteribus Ægypti incolis satis notum ac familiare fuit, cumprimis postquam religio Christiana ap. eos prævaluisset. Æg. nomen scribendum esse putem ϢⲈⲚⲞⲨϮ, idque interpretor *θεοσεβῆ*, cultorem Dei, quam vocis huj. interpretationem ante plures annos probavit calculo suo La Crozius, quod videre est in ej. Thes. Epist. t. iii. p. 169. Video nunc, virum doctissimum id jam antehac observasse in scripto aliquo adv. Renaudot. V. l'Europe

[1] Similia dedit Jabl. Panth. p. iii. p. 70., et post eum Scholtzius in Repert. l. c. p. 24, 25. De nomine Crocodilorum Æg. *Χάμψαι* pauca dederunt Zoega l. c. p. 11. et Michaëlis Suppl. Lex. Hebr. p. 1429. in notis. Voc. *Χάμψαι* non Æg. originis esse, sed Arabicæ, contendit Wilkins. de L. Copt. p. 101. Repugnare ei videtur Herod. Et est vero admodum simile, Arabes nomen, quo Crocodilus appellatur, accepisse ab Ægyptiis, quorum regio inprimis alebat Crocodilos. Cf. Silvestre de Sacy Obs. de origine nominum, Pyramidibus datorum, p. 7, 8.

[2] *Κροκοδείλων πόλις* dicta Herodoto ii. 148., ubi alia Valcken. Ap. Steph. *Ταχομψὸ* legi vult Holstenius, cum ipse Ethnicographus deinde scripserit, *Χεμψὼ*, de ead. insula locutus, male primam syllabam *Τα* pro artic. accipiens. Idem hoc placuisse Salmasio, quod tamen carpitur a Gronovio, monet Rycquius in notis MSS., quas castigationibus Holstenii p. 358. adlevit.

[3] Obs. hanc de חנט, item proximam de כנה, in compendium redegit Scholtzius l. c. p. 25.

[4] Voc. כנה esse Æg., certum videbatur Colomesio Obs. Sacr., Op. p. 603., et Caryophilo Diss. Misc. p. 191., non item plerisque aliis.

[5] Quæ hic leguntur de vocc. Chanothus s. Channtus, *Χάρων* et *Χίμμις*, quantum ad summas rerum, repetita sunt a Scholtzio p. 5. 25, 26.

sçavante t. xi. P. i. p. 63. Æg. id nom. pronuntiant Schenuda, vel Schanuda, Arabes vero Chanuda. Ex eorum scriptis, quæ sæpe res Chemicas attingunt, corruptum est nom., uti illud a Salmutho profertur, Chanothi. In Cod. MS. Copt. Bibliothecæ Coislin. Paris. in Monast. Benedict. S. Germ. olim reperi Fragmenta Catecheseos Sanutii, ubi Æg. scribitur nom. illud ϢⲈⲚⲞⲨϮ, ⲠⲈⲚⲒⲰⲦ ⲀⲂⲂⲀ ϢⲈⲚⲞⲨϮ, Pater noster, Abbas Schanudi vel Schanuti. Quo tempore Sanutius ille vixerit, neque ex auctoris ipsius fragmentis pauculis mihi visis, neque ex aliorum testimoniis de eo comperire potui. Occurrunt tamen in historia Ecclesiæ Coptorum nonnulli nomine eo insignes. Cairi visitur templum dedicatum Amba Scinude, i. e. S. Senodio. Vansleb Voyage d'Egypte p. 244. Non procul ab Akmin, vel Panopoli, habetur Monasterium S. Sennodii, cuj. meminit Grangier dans le Voyage d'Egypte p. 92. Pocockio dicitur p. 79., Embeschanda, in cuj. vicinia is putat sitam fuisse Crocodilopolin. Vansleb Voyage d'Egypte p. 370. scribit: Je partis de Tahta pour le celèbre Monastere de Saint Sennode, surnommé le Blanc, eloigné d'une bonne demie journée de Tahta. V. et p. 372. Non possum ergo definire, quis fuerit Catecheseos illius auctor; suspicor autem, eum esse satis antiquum. In Renaudoti Hist. Patriarch. Alexandr., quinquagesimus quintus ponitur Sanutius seu Chenoudi, de quo nomine hæc p. 301. notat Renaudot. "Varie hoc nomen ap. Ægyptios scribi solet; in Copt. quidem libris, ut in Catalogo Kircheriano Σενόδιος, Senodius: alii aliter: Arabice vulgo scribunt Chenuda." Catalogus Kircheri, quem, nisi me fallit memoria, in restit. Ling. Copt. edidit, ad manum nunc non est. Sed si illic nomina Patriarcharum Coptice scripta efferuntur, quod meminisse mihi videor, non dubito, quin illic legatur ϢⲈⲚⲞⲨϮ. Gessit idem quoque nom. Sanutii, vel Chenuda Patriarcha Alexandrinus, quem ordine numerant sexagesimum quintum, de quo vid. idem Renaud., qui et p. 410. aliquid de h. nom. observat. In Biblioth. Orient. Assemani, t. ii. p. 354., is ipse appellatur Senuthius, quod quam proxime ad scriptionem et genuinam pronunciationem Copt. nominis ϢⲈⲚⲞⲨϮ accedit. Inter antiquiores Æg. reges, ab Artapano videas referri, ap. Euseb. Præp. ix. 26., aliquem * Παλμανώθην, cuj. nom. plane id ipsum significasse puto, quod Chanothus, nempe ⲠϨⲀⲖⲘ̀ⲚⲞⲨϮ, Phalmanuthi, quod pariter interpretor cultorem Dei. Nam in dialecto Theb. ϨⲈⲘϨⲀⲖ id ipsum designat, quod dialecto communi ϢⲈⲘϢⲈ, colere, σέβειν. Uti vero ex ϢⲈⲘϢⲈ, abjecta priori syllaba, fit ϢⲈⲚⲞⲨϮ, ita consimiliter ex ϨⲈⲘϨⲀⲖ, abjecta syllaba priori, fit ϨⲀⲖⲘ̀ⲚⲞⲨϮ, cultor, vel magis proprie servus Dei.

Potuit ex iis quæ dicta sunt, satis perspici, Chanothum, Chenouda, Sanutium, Σεννόδιον, nam hæc omnia unum sunt nom., esse originis Æg. Doctissimus tamen Assemanus nom. hoc Syris quoque non inusitatum esse observat, idque Syriacum esse, atque imberbem designare pronuntiat, t. iii. p. 477. V. Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 186. In quod pluribus inquirere aliis relinquo.[1]

Χαρῶν. Quæ Gr. Romanique de Charonte Inferorum Portitore fabulantur, nota omnibus et trita sunt. Ea vero omnia cum nomine Charontis ex Ægypto pervenisse ad Græcos, auctor est Diod. S. i. 92. Cadavera enim mortuorum ap. Ægyptios navi vecta transmittebant Lacum, ut ait Diod., et portitor illius navis lingua Æg. dicebatur Charon, πρωρεὺς, ὃν Αἰγύπτιοι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον ὀνομάζουσι Χάρωνα. De Charonte illo fabulosa multa hodieque referunt Ægyptii ex incrustatis Arabum traditionibus, e quibus id saltem intelligitur, Lacum, de quo loquitur Diod., esse Lacum Mœridis, et sermonem esse de illis cadaveribus, quæ in Labyrinthum deportabantur, illic sepelienda. Plura de traditionibus istis lectu non indigna reperiuntur in Pauli Lucæ Itin. sec. t. ii. c. 6. p. 50., Itin. tert. p. 2., præcipue p. 18. V. etiam la Relation de Vansleb, p. 257. 267—269., et les Nouv. Mém. des Missions t. ii. p. 262,3. Æg. sermone ϪⲀⲢϢ̂ silere et silentium significare, certum est, eoque sensu in Copt. libris frequentissime occurrit.[2] Hoc autem Charonti illi Æg., portitori mortuorum, egregie convenire, et officio ipsi attributo optime congruere existimabat olim La Crozius, cum ea de re mecum sermones consereret.[3] Et mihi etiam conjectura ej. improbabilis visa non est. Suspicor tamen, in fabula Charontis latere nescio quas veterum Ægyptiorum de Aärone, Mosis fratre, primo Hebr. summo sacerdote, traditiones. Sed nihil definio. Perpendi meretur in Herbeloto artic. Carun, ut intelligatur, quomodo nomina illa Hebr. consueverint corrumpi. Meminit Aäronis e scriptoribus Ethnicis Justinus xxxvi. 2., sub nom. Aruæ. [" Χαρωνῖται Plutarcho, qui Orcini Suetonio: utrumque vide, hunc in Augusto (c. 35.), illum in Anton." (c. 15.) H. St. " Orcinos senatores ap. Sueton. Aug. c. 35. Χαρωνῖτας etiam ab inferorum illo portitore vocat Plut. in Anton. p. 922. c., et pulcre explicat, nempe eos, qui Senatoriam dignitatem invaserant post mortem Cæsaris, quam ex illius Commentariis et Actis se habere dicebant, nundinationis illius et fraudis principe Antonio: qua de re multum queritur in Philippicis Tullius. Maneat ergo Orcinum esse, qui statum suum debet Orco s. morti alterius. Gothofredus * Χαρωνιανοὺς vocari monet a Theophilo §. 2. Instit. de sing. Reb. per fideic." Gesnerus Thes. L. L. Edd.

[" Χαρώνειον, vel χαρωνεῖον, (χαρώνιον) necnon χαρώνειος θύρα, Porta, per quam ad supplicium abducebantur, qui damnati erant. V. Pollucem (viii. 104., Τοῦ δὲ νομοφυλακίου θύρα μία, χαρωνεῖον ἐκαλεῖτο, δι' ἧς τὴν ἐπὶ θανάτῳ ἀπήγοντο: Hesych. Χαρώνιον· θύρα μία τοῦ νομοφυλακίου, δι' ἧς οἱ κατάδικοι τὴν ἐπὶ θανάτου ἐξήγοντο. Cf. Suid., et Zenob. p. 166.) Item Χαρωνεῖα in vulg. Lexicis, e (Diog.) Laertio in Zenone et geographis, Barathra quædam et Plutonia fœdos odores exhalantia. Galenus, Πολλάκις δ' ἀπὸ τοῦ πνεύματος μόνον κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλάβη γίνεται, καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις. Quidam vocem Gallicam charongue hinc deductam esse putarunt." H. St. " Charonium i. q. χαρώνειον s. χαρωνεῖον: nom. ex eo, quod loca ejusmodi Charontis ostia ac portus crederentur, quæ et Romani Deorum manium s. inferorum ostia nominant." G. J. Vossius Etym. L. L. " Qualis erat Phrygiæ regio, Charonia dicta, ap. Strab. xii.: meminit Gal. c. 2. de nat. hum. t. 2. l. 7. de U. P. l. i. in 1 Epid. in proœm. et exponit per βαροδμεῖα, gravem odorem spirantia, lib. de util. resp. c. 4. ita ut vel unica inspiratione homines moriantur, quasi acutissime strangulati. Aret. i. 7. (Ἐν χαρωνίοισιν αἱ πνίξιες σὺ σωμάτων πάθεϊ ὀξύνται γίγνονται, ἀλλὰ καὶ μιῇ εἰσπνοῇ θνήσκουσι ἄνθρωποι, πρὶν τὸ σῶμα κακόν τι παθέειν.) Foes. p. 675." Castelli Lex. Medic. Plinius ii. 93.: " Charoneæ scrobes, mortiferum spiritum exhalantes." Χαρώνιον, cum ι pro ει, usurpavit Olympiodorus Comm. in Platonis Gorg., notante doctiss. Routhio in ora Hederici sui. J. Poll. iv. 127., χαρώνιοι κλίμακες: 132., αἱ δὲ χαρώνιοι κλίμακες, κατὰ τὰς ἐκ τῶν ἑδωλίων καθόδους κείμεναι, τὰ εἴδωλα ἀπ' αὐτῶν ἀναπέμπουσι. Cf. Cœl. Rhodig. Antiq. Lectt. viii. 8. Edd.]

* Chasmanni, quorum mentio est Ps. lxviii. 32., יאתיו חשמנים מני מצרים, Venient Chasmannim ex Æg. Ubi quia Chasmanni dicuntur venturi ex Æg., eruditis non paucis suspicio oborta est, nom. ipsum originis etiam esse Æg. V. Pfeifferi Crit. Sacr.[4] in h. l. Vox illa alibi non occurrit. Et hic etiam nonnisi conjecturis indulgere licet. Satis probabiliter tamen voc. e ling. Hebr., aut affini Arabica, ducunt. V. Pfeiff. l. c., et Vitringæ Expos. Ps. lxviii. subjunct. ej. commentario de

[1] Quod si cui volupe sit, adeat is Mingarell. ad Æg. cod. reliq. p. cclxxii. et Georgium in præf. ad Fragm. Ev. Jo. cliv—clxxi., in notis ad ipsum Fragm. p. 295., et ad Liturgica Fragm. p. 391. Quos qui consulat, observationem Jabl. facili negotio aut illustrabit, aut confirmabit, aut etiam emendabit.

[2] Exempla dedit La Crozius in Lex. p. 114. E multis unum adjungatur, quod extat Ps. xxxix. 3.

[3] Eandem vocis Χαρῶν originem Æg. La Crozius ore ac scripto communicavit cum Bayero, quem memoria fefellerat, opinantem, esse hoc voc., e mente La Crozii, compositum ex ϦⲀ et ⲢⲞⲎ. V. Thes. Epist. t. iii. p. 43. coll. t. i. p. 41.

[4] T. i. Op. Phil. p. 320, 321.

Miraculis Christi p. 651. ed. Germ. Mihi meliora et probabiliora nunc non succurrunt.[1]

* Χείρ. Crocodilion, herba. Append. Dioscor. iii. 12. p. 452.

* Χέμμις, Panopolis, urbs in Æg. super. cuj. meminit Herod. ii. 91. Χέμμις, vel Χεμμὼ, μεθερμηνευομένη Πανὸς πόλις, ap. Diod. S. i. 18. V. et Plut. de Is. et Os. p. 356., ubi pro Χέννιν legendum esse Χέμμιν, recte monet Holsten. ad Steph. Byz. p. 355.[2] Hodie vocatur Akmin, vel Achmin.[3] Vox Æg. non respondet Græcæ Πανόπολις. Nam constat, Æg. Panem, numen religiosa veneratione cultum, patrio sermone Mendem appellasse, ut suo loco observavimus. Illius vero in nom. Χέμμις vestigia nulla apparent. Putabam aliquando latere in nomine huj. urbis reliquias nominis Chami, qui forte Æg. Pan fuerit. Sed in Copt. libris nom. urbis scribitur ϢUIH, unde Gr. formarunt suum Chemmis, Arabes autem Achmin vel Akmin. Plura monui in Panth. Æg. l. ii. c. 7. §. 5. 10. 11. 13., et alia dicam ad v. Χημία.

* Χέμμις erat quoque nom. insulæ mirabilis et natantis in Æg. infer. Scribit de ea Herod. ii. 156., Νῆσος ἡ Χέμμις καλευμένη, ἔστι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατέῃ κειμένη παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱρὸν, λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων αὕτη ἡ νῆσος εἶναι πλωτή. Addit, se tamen eam neque innatantem vidisse, neque motam; sed hoc audiisse se mirabundum, si quæ est insula vere natans. Ad quæ postrema Historici verba non satis attenderunt, qui fidem ipsius reddere dubiam conarentur, eumque fabulas ad posteritatis memoriam propagasse scriberent, quanquam exempla alia insularum natantium afferuntur a Seneca Quæst. Nat. iii. 25., Plinio ii. 95., Theophrasto H. P. iv. 13., aliisque scriptoribus, tam veteribus, quam recentioribus. Sed id nunc non ago. Pauca hæc debebam honori præstantioris Historici; quem qui non magni faciat, dignus est ira omnium Musarum. Ejusd. Chemmis mentio facta est ab Hecatæo ap. Steph. Byz. v. Χέμμις, Mela i. 9., et Eustathio ad Hom. Od. K. p. 1644., sed qui eam appellat *Ἔχεμις. Non parum miror, eruditissimum Th. Gale, p. 149. adscripsisse Herodoto. "Quæ autem hic dicitur insula Chemmis, non recte sic dicitur. Nam Chemmis et urbs et insula alibi ponitur ab ipso Herodoto. Adde, quod codex Arch. [Archiepiscopi Cantab., G. Sancroft] legat Ἔχεμις, quam quidem lectionem secutus est Eustath. ad Od. K. Sane Steph. in Χέμμις scribit huj. insulæ nom. per β, itaque ap. Hecatæum reperisse se testatur." Diversæ utique sunt Chemmis, de qua Herod. ii. 91., urbs sita in Æg. super., et Chemmis insula in Æg. infer., de qua ii. 156., sed ex eo non consequitur, utramque eod. plane nomine haud potuisse appellari.[4] Sunt autem istiusmodi exempla plura in Geographia Æg. aliarumque regionum, quæ afferre nihil attinet.

Χέννιον. Avis Æg. species. Ex Hesychio discimus, avem fuisse minoris magnitudinis. Sic enim ille, Χέννιον, ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον ταριχευόμενον. Addit, καὶ εἶδος ἰχθύος. Athen. auctor est ix. p. 393. esse Chennion exiguam coturnicem, τῶν δὲ καλουμένων Χεννίων, μικρὸν δ' ἐστὶν ὀρτύγιον. Ibidem adfert hæc e Cleomenis ad Alexandrum Epistola, Χέννια ταριχηρὰ μύρια, itidemque istos Hipparchi ex Iliade Ægyptia versus, Οὔ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν, οἷον ἔχουσιν Χέννια τίλλοντες ——— Adfert præterea ad locum illum Is. Casaub. in Animadv. p. 674. versus hosce Epigrammatis Gr.,[5]—Ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλημένοι ἁλμυρὰ πάντα Χέννια, καὶ τυροὺς, χηνὸς ἄλιστα λίπη. Vid. et Bochart. Hieroz. P. ii. l. i. c. 15. p. 107., ubi eadem loca videbis citata. Has videtur et Clem. Alex. designare, quando loquens de sacerdotibus Æg., castimoniæ operam dantibus, ὀρνιθείοις τε ὡς κουφοτάτοις χρῶνται, Strom. vii. p. 850. Coturnicum salitarum mentionem etiam facit Herod. ii. 77. V. et de coturnicibus Æg. Marshami Canon. p. 147. Ceterum monere hic oportet, Æg. propria sua lingua aliud vocab. habuisse, ad designandam coturnicem, nempe ΟΥUΘCIϢϮ ÙΠΗΡΙ. Ita enim constanter interpretes Scripturæ Ægyptii reddunt Gr. ὀρτυγομήτραν. V. Ex. xvi. 13. Num. xi. 31, 32. Ps. cv. 40. Ὀρτυγομήτρα vero, teste Hesych., est coturnix, sed magnitudine præstans, Ὀρτυγομήτρα· ὄρτυξ ὑπερμεγέθης. V. Bochart. P. ii. Hieroz. l. i. c. 14. p. 93.[6] Et forte peculiare nom. fuit speciei coturnicum minoris, quod Gr. efferunt Χέννιον. Quæ etsi ita sint, nolim tamen negare, lectionem Athenæi vulgatam mihi suspectam videri. Legerem libenter, si liceret, τῶν δὲ καλουμένων Χεννίων, μικρὸν δ' ἐστὶν ὀρνίθιον, quemadmodum Hesych. ait, Χέννιον esse ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον. Existimarem autem, intelligi aliquam locustarum speciem, quippe quæ sermone Æg. ϢϪϾ Sche dicuntur. Vox illa in versione Bibliorum V. et N. T. Copt. sæpius occurrit. Erat autem Locusta olim cibus non infrequens. Utque gustus ej. esset tanto gratior, sale condiri solebat. Ab eo integra in Africa natio nom. Acridophagorum accepit, qui animalculo illo quovis tempore vescebantur, sive cum sale sive aliter condito, uti scribit Agatharchides de Mari rubro, in Huds. Geogr. min. V. i. p. 43. Plin. vi. 30. Pars quædam Æthiopum locustis tantum vivit, fumo et sale duratis in annua alimenta. Adde Diod. S. iii. 29. Alia dabit Bochart. Hieroz. P. ii. p. 490,1., ubi observat ex Paraphrasi Jonathanis in Ex. x. 19., et recentioribus scriptoribus, etiam Ægyptios locustis sale conditis vesci consuevisse. Th. Shaw, Voyages de la Barbarie t. i. p. 333., Les Sauterelles salées et frites approchent du goût des écrevisses d'eau douce.——On trouve dans Ludolfe (Comment. Hist. Ethiop. p. 185. etc.) une dissertation ingenieuse, ou il tâche de prouver, que les Shellowim, ou les Cailles, que les Israëlites mangeoient dans le Desert, n'étoient qu'une espèce de Sauterelles. Mais le Psalmiste, qui les appelle de la volaille, ayant aile Ps. lxxviii. 27. detruit entièrement cette opinion. Vide et iter Maundrelli p. 82, 83. ed. Germ., qui id sine dubio habuit a Ludolfo. V. p. 81. De Persis, sinum Persicum accolentibus, Chardin t. ix. p. 227. De aliis gentibus magis ad Orientem sitis Dampier t. ii. p. 128,9., t. iii. p. 31, 32., Jacobus à Vitriaco Hist. Hieros. c. 53. p. 1075. ait: "In hac autem eremi solitudine, nonnisi locustas cum melle B. Joannes edebat. Est autem in partibus Syriæ plerisque consuetudo, adveniente locustarum multitudine, eas colligendo et congregando, ad victum reservare." De Nasamonibus Eustath. in Dionys. Perieg. 209., ἐσθίουσι δὲ ἀττεσλάβους, πρὸς ἥλιον ξηράναντες, εἶδος δὲ ἀκρίδος ὁ ἀττέλαβος.[7] [" Χέννιον, Avicula quædam muria condiri solita. Item, Piscis conditanei genus. Plerique χέννιον scribunt ex Athenæo (ix. p. 393.) v. l. Vide Hesych., ap. quem est itidem Χέννιον, duplici ν." H. St. Edd.]

* Χενόσιρις. Hedera. Plut. de Is. et Os. p. 365., καὶ παρ' Αἰγυπτίοις λέγεται Χενόσιρις ὁ κιττὸς ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, ὥς φασι, φυτὸν Ὀσίριδος. De h. l. ita Salmasius scribit ad Golium in Epist. p. 167.: " χὲν Æg. erat Planta, est et Coptis, unde χενόσιρις φυτὸν Ὀσίριδος, χενχέρης φυτὸν ἡλίου." In quibus vir ille eruditissimus a vero non aberravit. ϢЄ enim est lignum quodcumque, etiam arbor. Sed inprimis ϢϢΗΗ vox propria est ad designandam arborem. Adhibent autem Æg. voc. illam ϢϢΗΗ non modo ad desig-

[1] Præter interpretes Psalmi lxviii. recentiores, de חשמנים docte disputavit Michaëlis Spicil. Geogr. Hebr. t. i. p. 275., ad Abulfedæ Descript. Æg. p. 105,6., et in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 972,3. Cuj. sententia si vera est, Chasmannos s. Chasmonæos fuisse incolas urbis aut nomi in super. Ægypto, cui nom. Aschmunein, verisimilior fit origo nominis Ægyptiaca.

[2] Plutarcho Χίμμιν reddiderunt Squire et Wyttenb. p. 461. In Herod. codd. MSS. est Χίμμις et Χίμις. In Diod. S. Χίμμις malunt alii, sed Χεμμὼ Wesseling., qui ad istum Herodotique locum legatur. Adde Albert. ad Hesych. v. Κίμμις.

[3] Item Echmim ab Abulfeda in Descript. Æg. p. 17. ad quem plura Michaëlis in notis p. 78—83.

[4] Cum Jablonskianis comparentur omnino obss. Wesselingii ad Herod. p. 180.

[5] [Vide Brunckii Analecta t. ii. p. 411. num. xxi. Edd.]

[6] Cf. not. ad Hesych. v. Ὀρτυγομήτρα.

[7] שלוים Ex. xvi. 13. non esse coturnices, sed locustas, quibus passim in Oriente vescebantur homines, monet Wesseling. ad Diod. t. i. p. 195. coll. p. 70. Plura qui volet, adeat interpretes Matth. iii. 4., et viros eruditos, ad istum locum laudatos a Wolfio ac Kœchero. Attamen coturnices quoque fuisse cibum frequentem in Oriente, docet Diod. S. i. 60. Adderem recentiorum testimonia, Alpini, Hasselquisti, aliorum, nisi ea occupasset Rosenmullerus in Schol. ad Ex. xvi. 13. Nec monere ille neglexit, præeunte Niebuhrio, coturnicem adhuc ab Arabibus سلوى appellari.—Vix est, ut dicam, Jablonskiana de voce. Χίννιον et Χενόσιρις sua fecisse Scholtzium in Repert. xiii. 26, 27.

uandam arborem proceram, sed et generalius ad significandum φυτόν. Sic Ps. i. 3. Gen. xxii. 13. ἐν φυτῷ Σαβὲκ, ab Ægyptiis translatum legimus ϦⲈⲚ ⲞⲨ ϢϢⲎⲚ ϪⲈ ⲤⲀⲂⲈⲔ. Dialecto Sahidica, vel Thebaidis ϢⲎⲚ scribitur. Locus citatus Gen. xxii. 13. in lib. de Mysteriis literarum MSS., conscripto dialecto Sahid., ita laudatur, aut potius eo sic alluditur, ⲠⲈⲤⲰⲞⲨ ϨⲰⲰϤ ⲚⲦⲀϤ ϢⲀⲀⲦϤ ⲚϬⲒ ⲀⲂⲢⲀϨⲀⲘ ⲈϤⲘⲎⲢ ϨⲚ ⲚⲈϤ ⲦⲀⲠ ⲘⲠϢⲎⲚ ⲈⲦⲞⲨⲘⲞⲨⲦⲈ ⲈⲢⲞϤ ϪⲈ ⲤⲀⲂⲈⲔ, p. 46. E quo nunc facile intelligitur, ϢⲎⲚ sive ϢϢⲎⲚ ⲞϢⲒⲢⲎ, vel, quemadmodum legimus in Plut., Χενόσιρις, revera Æg. significare φυτὸν Ὀσίριδος. Si tamen ad indolem sermonis Æg. attendamus, et id quivis colliget, rectius nom. illud Æg. Σχενόσιρις ap. Plut. scribi.[1]

* Chertom, s. Chartom. Vox, quæ in Cod. S. occurrit ad designandum Sacerdotem aut Philosophum, contemplationi et forte etiam magicis artibus deditum. Moses voce hac utitur, ubi sermo est de Magis Æg., Ex. vii. 11. ויעשו גם־הם חרטמי מצרים, Et fecerunt similiter Chertomim (vel Magi) Ægyptii. Daniel vero eandem vocem adhibuit, ubi loquitur de Sapientibus Chaldæorum et Babyloniorum. Dan. i. 20., dicitur Daniel sapientior et doctior fuisse על־כל־החרטמים, super omnes Chertomim. Gen. xli. 8. rursus dicitur Pharao vocasse את־כל־חרטמי מצרים, omnes Chertomim Ægypti. Quia igitur Moses, loquens de sacerdotibus et Philosophis Æg. voce ista semel iterumque usus est, viri quidam eruditi existimarunt, eam originis quoque Æg. esse. Cf. Cartwright ad Gen. xli. 8. Præivit illis eruditus Judæorum magister Aben Esra, eumque sequuntur e recentioribus viri doctissimi. V. Pfeiff. Crit. S. in Ex. vii. 11.[2] Gaulminius in notis ad Vit. Mosis i. p. 179. ita judicat: Hebræi, Æg. voc., quæ ἱερογραμματέα notat, ad linguæ suæ formam detorserunt. Sed, quod pace tanti viri dictum sit, mihi ita non videtur. Γραμματέα interpretes Scripturæ Æg. constanter vertunt ⲤⲀϦ, qua ipsa etiam voce videntur Æg. ἱερογραμματεῖς designati fuisse. Non deessent ceteroquin conjecturæ satis probabiles, quibus virorum eruditorum sententiæ aliquam conciliare possem auctoritatem. Nam ⲈⲢ significat esse, et ⲦⲞⲘⲦ vel ⲦⲰⲘⲦ Æg. vet. dixerunt ecstasin. Quando Act. x. 10. dicitur de Petro, eum fuisse in ἐκστάσει, Æg. interpr. habet, ⲀϤϢⲰⲠⲒ ⲞⲨⲦⲞⲘⲦ ⲈϨⲢⲎⲒ ⲈϪⲰϤ. V. etiam xi. 5., et xxii. 17. Esset itaque[3] ⲈⲢⲦⲞⲘⲦ, Ertomt, et cum aspiratione Chertomt, vir qui contemplationi totus deditus est, et frequentes ecstases habet. Fuisse tales inter sapientes quondam Ægypti, non est, quod dubitem; quemadmodum e relationibus recentiorum scimus, esse inter Brahmanes, et Japanensium Philosophos, qui talem vitam colunt, et ab ea vivendi ratione nom. traxerunt. Verum hos Philosophos ap. Ægyptios alio nomine insignitos omnino fuisse, mihi quidem certo persuadeo. Erant illi Arpedonaptæ, de qua voce suo loco p. 38. pluribus disserui. Alia, quæ mihi sese offerunt, libenter tacebo, præter hoc unum. Observari potest, ⲈⲢϪⲰⲘ, Ersom, vel, ut etiam pronunciari solet, Erthom, dici patratorem miraculorum aut operum stupendorum. Ex ista voce, accedente nempe aspiratione, ut in multis aliis vocabulis, nasci potuit Chertom, sive Chartom. Nemo ignorat, ⲈⲢ frequentissime habere signific. faciendi, patrandi, et ϪⲰⲘ usurpari de miraculo Matt. vii. 22. xi. 20. ac seq. xiii. 58. xiv. 2. Act. viii. 10. 13. xix. 11.[4] Cum tamen omnia rei momenta accurate perpendo, judicare cogor, voc. Chertom originis esse non Æg., sed peregrinæ: LXX. certe interpretes, qui in Æg. vivebant, quosque et linguæ et antiquitatum Ægypti peritos inprimis fuisse, multis indiciis perspicitur, in eadem videntur fuisse sententia. Etenim Gen. xli. 8. voc. חרטום reddiderunt ἐξηγητὴν, sacrorum interpretem. Interpres vero Æg. adhibuit voc. hanc patriam ⲠⲒⲤⲪⲢⲀⲚϢ, quæ etiam in versione Danielis legitur. Exodi vero vii. 11. et Danielis i. 20., iidem LXX. interpretes voc. חרטום verterunt ἐπαοιδὸν, incantatorem, hominum genus, quo Ægyptus etiam abundavit. Novimus autem e vers. Æg. utriusque illius loci, Ægyptios incantatores vernaculo sermone dixisse ⲚⲒⲢⲈϤϬⲒϢⲎⲘ. Unde ego conjicio, voc. Chartom ex aliis linguis populorum Orientalium esse petitam, sed tum temporis notam omnibus et usu frequenti tritam. Nil itaque mirum, si illius origines viri eruditi e reliquiis sermonis Persici vel Arabici eruere annitantur. Qua de re consuli potest D. Millii, viri doctissimi, Diss. de חרטמים, quæ est inter selectas ab eo editas numero viii.[5] Mihi quidem præ reliquis interpretationibus omnibus, a viro erudito allatis, cum primis placet illa Hydii, qui in libro de Relig. Vet. Pers. p. 379. originem vocis quærit in Pers. ling. qua خردمند Chardamand, pro quo alibi خردمند Chiradmand, in genere Sapiens, vel Philosophus designatur. Erat igitur Chartom vel Chertom, qui postea in religione Zoroastris Magus dici consuevit.[6]

* Χημία. Ita Æg. ipsi patriam suam Ægyptum appellant. E Græcis id ipsum observavit jam Plut. de I. et Os. p. 364., Τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ χημίαν καλοῦσιν, καὶ καρδίᾳ παρεικάζουσι. Hieron. Quæst. Hebr. in Gen. ix. 18.: "Unde in præsenti loco (οἱ LXX.) Cham transtulerunt, pro eo, quod est HAM, a quo et Ægyptus usque hodie Æg. lingua HAM dicitur." Adde eund. in Gen. xli. 2. Ap. Isidorum, Origg. vii. 7., legitur KAM. Lectionem, quam præ se ferunt Codd. Plutarchi, confirmant luculenter ipsi Æg. libri, in quibus terra eorum nunquam nomine Ægypti designatur, sed constanter ϪⲎⲘⲒ, Chemi s. Chami, audit. Ita enim semper ii patriam suam vocant. Quoties in Gr. textu mentio fit Ægypti, ipsi voc. hanc non retinere, sed semper ϪⲎⲘⲒ reddere solent.[7] E quo conjicere pronum est, vocabulum Ægypti, non Ægyptiis ipsis deberi, sed Græcis proprium esse. Observa autem, dialecto super. Ægypti, s. Thebaidis, Ægyptum[8] dici ⲔⲎⲘⲈ, cui videtur respondere Hieronymi HAM, et Isidori KAM. Veram autem nominis huj. originem videmur petere posse ex Psalte Divino, qui Ps. cv. 22. Ægyptum vocat terram Chami, uti ex historia et genealogia Patriarcharum, post diluvium viventium, pluribus perspicitur. Plut. tamen l. c. vult voc. ϪⲎⲘⲒ habere significationem nigredinis et caloris. Quod ab indole sermonis Æg. utique alienum non est. Nigrum enim lingua Æg. dicitur ϪⲀⲘⲈ Lev. xiii. 37. Matt. v. 36. Apoc. vi. 5. 12. ϦⲘⲞⲘ vero et ϦⲞⲘ calorem et calidum designat, Act. xxviii. 3. Ps. xxxviii. 3. Jac. ii. 16. Marc. xiv. 54. 67. Forte eo pertinet, quod veteres aiunt, Ægyptum prius dictam fuisse χώραν τῶν μελαμπόδων, Ægyptum

[1] Σχινόσιρις Plutarcho redditum est in Proleg. ad Panth. Æg. p. cxxxiv. Junge Caryophilum Diss. Misc. p. 191. Vocis ϢϢⲎⲚ exempla sunt plura, etiam in Lex. La Croz., ubi quoque Sahid. ϢⲎⲚ, sed nullo adjecto testimonio. Veram lectionem esse Χαιόσιρις, significare videtur Bryant, Obs. on the ancient History of Egypt p. 166.

[2] Opp. Phil. t. i. p. 117.

[3] Cf. Jabl. in Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 762,3.

[4] Priorem conjecturam rejecit, sed hanc probavit Scholtzius l. c. p. 18, 19.

[5] Est in nova Diss. Misc. editione xiii. p. 411—423.

[6] Post longiorem disputationem, origini vocis חרטם Persicæ suum tandem adjecit calculum Michaëlis Suppl. ad Lex. Hebr. p. 920—925. Est tamen explicatu facilius, qua via voc. Æg. pervenerit ad Persas ac Chaldæos, populos ætate recentiores, quam a Persis ad Ægyptios jam tempore Mosis. Difficultatem vidit Michaëlis p. 925.; an solverit, vix audeo definire.

[7] Nec aliter Ægyptus vocatur in Monum. Roset., ubi perfrequenter ϪⲎⲘⲒ sive ⲔⲎⲘⲒ. Monuit id Akerblad in Epist. ad Sacyum p. 33—37., dixitque alia, quæ ad hoc Ægypti nom. illustrandum pertinent.

[8] Res certa est ac nota. Si quis tamen exempla cupiat, inveniuntur plurima in vers. N. T. Sahid., Matt. ii. Act. ii. vii., alibi, item in fragmento codicis Theb. ap. Mingarell. p. cccxl.

vero, Beli Filium, Libyes nepotem, eam de suo nomine Ægyptum cognominasse. Ita Eustath. in Hom. Il. A. p. 37.'[1]

* Χημίς. Elaphoboscum. Append. Dioscor. iii. 80. p. 455.

* Χηνώ. Atractylis. Append. Dioscor. iii. 107. p. 456.

* Χνοῦβος Γνεῦρος. Est hoc nom. regis Thebæi, de quo Eratosth. in Catal. num. xii. p. 748., Χνοῦβος Γνεῦρος, ὅ ἐστι χρύσης, χρυσοῦ υἱὸς, cuj. loci explicationem, uti in Vignolii Chronol. S. t. ii. edita est, compendii causa subjungam. "Locum hunc tentavit Salmas. de Ann. Clim. p. 566., In regibus Thebæorum, inquit, χνοῦβος, vel χνουβὶς redditur χρυσῆς et χνουβσιρὶ, χρυσοῦ υἱός. Sic enim legendum. Perperam ap. Scaliger. scribitur χνοῦβις χνεῦρος. Nam σηρὶ vel σιρὶ est filius. Hæc ille. Quod jam ad primam vocem attinet, χνοῦβος, de ea ambigendum certe non est. ⲚⲞⲨⲂ Æg. est aurum.[2] Accedit χ articuli instar, ὁ χρυσός.—Est itaque ϪⲚⲞⲨⲂ proprie aurum (ita ibi legi debet). Existimo tamen usu invaluisse, ut ϪⲚⲞⲨⲂ idem significaret, quod ⲚⲚⲞⲨⲂ, vel ⲈⲚⲚⲞⲨⲂ aureus," etc. Et deinceps, "Legerem itaque in Eratosth. χνοῦβος χρυσοῦς, i. e., χνοῦβος significat aureum. Et forsitan regi illi Ægyptio, cuj. nom. Eratosth. interpretatur, ab Anubide Numine, impositum fuit nom., quod tamen revera aureum sonat. Quod vero attinet ad sequentia, Γνεῦρος χρυσοῦ υἱὸς, Salmasius ea ita corrigit χνουβσιρὶ, χρυσοῦ υἱός. Quibus, quoniam nunc nihil occurrit verosimilius, quod addam, non habeo."

* Χνούη. Tuba Æg. ab Osiride inventa. Ita nos docet Eustath. ad Il. Σ. p. 1139., Δευτέρα, ἡ στρογγύλη (σάλπιγξ) παρ' Αἰγυπτίοις, ἣν Ὄσιρις εὗρε, καλουμένη φασὶ Χνούη· χρῶνται δ' αὐτῇ πρὸς θυσίαν, καλοῦντες τοὺς ὄχλους δι' αὐτῆς. Ait igitur Eustath., esse Tubam Æg. inflexam vel recurvam, cuj. imaginem vide ap. Bartholin. de Tibiis p. 403. ed. Amstel. Addit Eustath., Osiridem eam invenisse, et vocari, uti quidam perhibent, χνούη. Idem instrumentum videtur subinnuere Apul. Miles. xi. p. 261. (772.) "Ibant et dicati magno Serapi tibicines, qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi Deique modulum frequentabant." Ubi tamen non tubicinum, sed tibicinum mentionem fieri videmus, tanquam sermo esset, non de Tuba, sed de Tibia, ut usus Tibiæ in festo Osiridis Herod. ii. 48. meminit. Et certe, quæ Eustath. de Tuba Æg. memoriæ prodidit, eadem Jul. Poll. de Tibia refert iv. 10. 77., Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις, πολύφθογγος αὐλὸς, Ὀσίριδος εὕρημα, ἐκ καλάμης κριθίνης. Idem initio illius cap. 74., Μόναυλος εὕρημα μέν ἐστιν Αἰγυπτίων. Tibiarum Æg., ex arundine confectarum, meminit etiam Solinus Polyh. c. xi. Ipse Eustath. in Il. Σ. p. 1157. hunc in modum scribit, Παρὰ γοῦν 'Αλεξανδρεῦσιν ἦν μόναυλος κάλαμος Ὀσίριδός φασιν εὕρημα. Et quibusdam interjectis, Καὶ ὅτι καὶ νεβροῦ κῶλα ἐποιοῦν αὐλοὺς, οἱ Θηβαίων ἦσαν εὕρημα, τῶν κατ' Αἴγυπτον, ἴσως, ἐπεὶ καὶ Ἰόβας ὁ τοῦτο ἱστορῶν Λίβυς ἦν. Quæ videtur Eustath. desumsisse ex Athen. iv. p. 175.: Ἰόβας μὲν—Αἰγυπτίους φησὶ λέγειν τὸν μόναυλον Ὀσίριδος εἶναι εὕρημα, καθάπερ καὶ τὸν καλούμενον φώτιγγα πλαγίαυλον, ubi tamen etiam πλαγίαυλος tibia obliqua Osiridis inventum perhibetur. Utriusque huj. tibiæ et μοναύλου, s. tibiæ simplicis et rectæ, et πλαγιαύλου, s. tibiæ obliquæ et recurvatæ effigiem puto exhiberi in monumento antiquo ap. Gruter. p. xxvii. Tibiam rectam exhiberi etiam existimo in marmore ap. P. Lucam in Itiner. postr. t. i. p. 282. Πλαγίαυλον, quia illi inest κώδων, Tubæ propria, Eustath., in loco sub initium citato, et alii Græci videntur nonnunquam σάλπιγγα tubam appellare. Sic etiam Pollux, ubi de Tuba disserit, iv. 11. 86. ait: "Est etiam quidam Tubæ cantus, Pompis sacris dicatus, adhibitus ab Æg. et Argivis, Tyrrhenis itidem et Romanis, quando rem sacram faciunt, et sacrificant." Plut. etiam de Is. et Os. p. 646. ed. Steph. observat inter Ægyptios Lycopolitas et Busiritas in sacris a tubarum usu in universum abstinere. Quibus Ælian. Abydenos addit, N. A. x. 28., Σάλπιγγος ἦχον βδελύττονται Βουσιρῖται καὶ Ἄβυδος ἡ Αἰγυπτία, καὶ Λύκων πόλις. Strabo pro Tuba tibiam dixit xvii. p. 560. (1169.) Ἐν τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ᾠδὸν, οὔτε αὐλητὴν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. Similiter Demetr. Phalereus, s. auctor libri elegantissimi de Elocutione, eodem respiciens, memorabilem hunc Æg. ritum §. 71. refert. In Æg. sacerdotes Deos celebrant, septem vocales pronunciando continuo. Loco Tibiæ et Citharæ, literarum harum sonus auditur, ob suavitatem vocis, quam in se habent. Si quis loca omnia a me citata conferat, inveniet facile, unum idemque instrumentum in sacris Æg. adhiberi solitum, modo Tibiam, modo etiam Tubam vocari, quantumvis Ægyptii vocabulo proprio, ad designandam Tubam, plane caruisse videantur. Certe quoties in N. T., aut in vers. Gr. V. T., vocc. σάλπιγξ, tuba, et σαλπίζειν, tuba canere, occurrunt, occurrunt autem sæpissime, interpretes Æg., in locis omnibus, quos vidi, verba hæc Gr. retinent, neque ea per alia, sibi vernacula, vertunt. Matth. tamen vi. 2. ubi in Gr. habemus, μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου, legimus in vers. Copt. ⲘⲠⲈⲢ ⲈϢⲦⲀⲠ ϦⲀϪⲰⲔ, e quo intelligitur, Æg. dixisse σαλπίζειν ⲈϢⲦⲀⲠ, quasi dicas clangere cornu. Existimo igitur Ægyptios τὴν σάλπιγγα Tubam habuisse pro instrumento Gr., sibi peregrino, adeoque vocem illam Gr. in versione sua retinuisse. Sed quia tamen semel et forte iterum clangorem tubæ τὸ σαλπίζειν reddidere ⲈϢⲦⲀⲠ canere cornu, suspicor ipsos habuisse instrumentum, quod patrio suo sermone ⲦⲀⲠ appellare consueverunt. Erit autem illud haud dubie πλαγίαυλος, quippe obliquum et ad instar cornu recurvatum. Itaque tibiam Æg. curvam, non ut volebat Eustath., Χνούη, sed Ταπ appellatam fuisse, monumenta gentis huj. antiqua fidem faciunt. Sine dubio, Χνούη erat μόναυλος, Tibia simplex et recta, quæ κατ' ἐξοχὴν Tibia appellari potest, cuj. iconem, uti jam observavi, cernere licet ap. Gruter. Sed videtur ap. Eustath. legendum esse Χωνούη pro Χνούη. Certe αὐλὸς in Copt. libris semper appellatur ϪⲰ, aut ⲤⲎⲂⲒ ⲚϪⲰ, 1 Cor. xiv. 7., quemadmodum tibia canere ϪⲰ et ⲈⲢϪⲰ, et tibicen ⲢⲈϤϪⲰ, Matt. ix. 23., Apoc. xviii. 22., οὐὴ hic puto eandem esse voc., quam Horapollo i. 29. expressit οὐαιὲ, et quam suo loco p. 190. explicuimus. Nempe ⲞⲨⲎ, ⲞⲨⲈⲒ, ⲞⲨⲎⲞⲨ, Æg. dicitur longus et longinquus. Itaque Horapollo οὐαιὲ exponebat φωνὴν μακρόθεν, vocem quæ e longinquo auditur. Erit igitur ϪⲰ ⲚⲞⲨⲈⲒ,

[1] A nigredine dici potuisse Ægyptum, docuit Perizonius in Origg. Æg. c. 1.; defenditurque hic adversus Jameson. a Dukero in notis. Forsterus in Epist. ad J. D. Michaëlis p. 36—38. negat, Ægyptum nom. Chamiæ habuisse a Chamo, Noachi filio, cum potius sic dicta fuerit ob nigredinem soli. ϪⲀⲘⲈ et Theb. ⲔⲀⲘⲈ significat nigrum. Steph. et Suid. Μελαμβόλον nom. Ægypti fuisse asserunt. Hom. Od. Δ. 358. Nili aquam vocat μέλαν ὕδωρ. Nilum ipsum alii appellant Μέλαν. Erat quoque aliud Ægypti nom., Ἑρμοχύμιος ap. Steph., Ἑρμοχύνιος ap. Hesych., sed utrumque mutandum in Ἑρμοχήμιος, monente Forstero. Ab eo non longe recedit Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 804—806., sed pro חם Ps. lxxviii. 51. cv. 23. 27. cvi. 22., legi vult חם vel חם, ut nom. Hebr. ad Æg. ϪⲎⲘⲒ propius accedat. Adscribam verba Didymi Taurinensis, vero nomine Thomæ Valperga, in Literaturæ Copt. Rudimento, Parmæ a. 1783, p. 8, 9. 11.: "Ægyptus haud dubie est terra Cham (חם, حام) Coptis ϪⲎⲘⲒ dicta, et Plutarcho Χημία. Est autem חם calens, adustus, atque adeo fuscus, niger, Copt. ϪⲀⲘⲎ, ut חום Gen. xxx. plus semel est φαιὸς, ej. plane coloris, qui Arab. الحممة. Nam חום et חמם, communicata significatione,—non modo calescendi, sed et nigredinis notionem habent."—Ipsa Jablonskii verba, nec tamen integra, lectori apposita sunt a Scholtzio p. 27, 28.

[2] Minus accurate Renaudot. scripsit, v. ϪⲚⲞⲨⲂ aurum adhuc Coptice significari. Non enim sic aurum vocant, sed ⲚⲞⲨⲂ, nisi præfigatur articulus; observante Mingarellio ad Æg. codd. rel. p. cclxxiv.

ⲬⲰⲎⲞⲨⲎ, tibia quæ e longinquo auditur. Testatur enim Pollux, tibiam Æg. fuisse πολύφθογγον sonoram, quæ audiri e longinquo potuerit. Et sane testatur Eustath. in articuli huj. initio adductus, Ægyptios per tibiam vel tubam populum ad sacra vocasse, ut igitur Tibia ipsis vicem campanæ præstiterit. Tibias Æg. sacras memorat Synes. de Provid. i. p. 66., et Claudian. de iv. Cons. Honorii v. 574,5. Aut ⲬⲰⲎⲞⲨⲈⲒ possumus etiam interpretari Tibiam longam, quod re ipsa longa esset. Hujusmodi tibiis in Templis uti inter sacra moris erat. Testis est Marius Victorinus Art. Gramm. i. p. 2487. ed. Putschii: Spondeus e duabus longis—dictus à tractu cantus ej., qui per longas tibias, in templis, a supplicantibus (ita lego) editur. De Othone Imperatore in vita ej. refert Xiphilinus p. 67., eum dixisse: Quid me oportebat longis tibiis (μακροῖς αὐλοῖς) canere? Et forte ap. Ægyptios Tibia illa singulatim hoc cognom. accepit, ut distingueretur ab alia longe minori, de qua Pollux iv. 10. 82. Γίγγλαρος δὲ μικρός τις αὐλίσκος Αἰγύπτιος, μονῳδίᾳ πρόσφορος, de quo suo loco p. 56.

* Χνοῦς. Scolymus. Append. Dioscor. ii. 16. p. 452.

* Χοιὰκ nom. Mensis, qui fere respondet Decembri Romanorum. Et ita Schol. Arati in Phæn. v. 300. 314. p. 40. et 41. ed. Ox. vel 35. ed. Morel., ubi tamen minus emendate χοιὰχ legitur. Gr. semper[1] scribunt χοιὰκ, uti Lat. Chœac. In Copt. etiam libris[2] legitur ϪⲞⲒⲀⲔ. Si Menses Æg. semper fuissent fixi, uti a tempore Augusti Imp. evaserunt, voc. hanc interpretarer ϪⲞⲀⲒⲔ, i. e. Encænia terræ. ϪⲞ enim s. ϪⲰ esse terram, in hisce nostris observationibus sæpe monendum fuit, et monuimus ea de re lectorem in Diss. viii. de Terra Gosen §. 5. ⲀⲒⲔ porro est ἐγκαίνια, renovatio. V. Joan. x. 22. Est autem December, sive Choiac in Æg. quædam terræ renovatio, nam in eo mense primitiæ frugum ex terra in Æg. prodire incipiunt. Unde in Epigr. Gr. de Mensibus Æg. Χοιὰκ σπειρομένων σταχύων δείκνυσι γενέθλην. Sed fateor tamen, quod jam monui, non tantum in Gr., sed etiam Æg. libris nom. hoc scribi non χοαὶκ, sed χοιὰκ, et præterea menses Æg. ab initio non fixos, sed vagos fuisse, omnes hodie norunt. Cum mensibus nomina primum inderentur, Chœac videtur non in Decembrem, sed in aliud omnino anni tempus incidisse. Itaque interpretationem allatam ipse non affirmo probandam.

* Χομοεφθά, nom. regis Theb. in Æg., quod Eratosth. in Catal. interpretatur κόσμος φιλέφαιστος. Verba Eratosthenis levi emendatione indigent, quam nobis suppeditat Salmas. de ling. Hellen. p. 391. ita scribens: "Huic proximum est Æg. ϪⲰ, quod est θέσις, vel κόσμος, unde nom. Æg. vel Thebæi regis χωμαεφθά. Quod Eratosth. Gr. vertit κόσμος * φιλήφαιστος. Nam Φθὰ est Vulcanus, e quo Ἥφαιστον fecere Gr." Idem de Ann. Clim. p. 567., hæc, quæ jam audivimus, fere repetit: Inde alterius regis Thebæorum nom. χωμαεφθὰ, i. e. interprete Eratosth., κόσμος φιλήφαιστος. Et verum est. Prave editur χομοεφθά. In explicatione Catalogi illius Eratosth., Chronol. S. t. ii. p. 760. de explicatione Salmasii hæc addidi. "Satis bene Salmas. nom. hoc explicuit. Nam primo ϪⲰ lingua Æg. dici terram ad num. xxvii. jam monuimus. ⲘⲈⲒ porro et ⲘⲀⲒ, præcipue in compositionibus est amare. Sic Deus dicitur frequentissime in Copt. libris ⲘⲀⲒⲢⲰⲘⲒ, φιλάνθρωπος. Superest φθὰ, vel rectius φθὰς, quod nom. esse Vulcani Æg., testantur veterum plurimi. Apparet jam ex his, nom. Æg. scribendum sic esse χωμαιφθὰς, vel, quod idem est, χομαιφθάς. Idque Gr. plane sonat κόσμον φιλήφαιστον."

* Χόνουφις. Legitur hoc nom. Æg. in Plut. de Is. et Os. p. 354., qui etiam narrat de Genio Socratis p. 578., Agetoridem venisse Memphim ad Χόνουφιν τὸν προφήτην, ac petiisse, ut, si quid de tabula ærea in Alcmenæ sepulcro condita intelligeret, sibi interpretaretur. Forte non discrepat Χόνουφις ap. Clem. Alex. i. Strom. p. 357. Dicitur enim eo præceptore in Æg. usus esse Eudoxus Astronomus. Nec alius * Ἰχόνουφις ὁ * Ἡλιουπολίτης in Æg., de quo Diog. Laert. viii. §. 90. Ratio nominis potest intelligi e dictis de v. Ὄνουφις p. 185. Æg. est ⲬⲈⲚⲞⲨϤⲒ in dialecto Memphit., Theb. ϢⲈⲚⲞⲨϤⲒ, atque præfixa nota generis masculini Ⲡ—ϢⲈⲚⲞⲨϤⲒ. Recte ergo idem nom. scribitur a Plut. in Solone p. 92. * Ψένωφις. Significat autem cultorem boni (dæmonis), vel cultorem Dei.[3]

* Χονθήρ. Nom. est regis Theb. in Eratosth. Catal.: Ἐβασίλευσεν Χονθὴρ ταῦρος, τύραννος. Apponam hic quoque ea, quæ de interpretatione Eratosth. jam monui in lib. cit. p. 758,9. "Videntur hic repræsentari tres voces, una Æg., duæ Gr., quæ Æg. explicent. Dixeris voc. Χονθὴρ proprie significare Taurum, per Taurum vero symbolice designari Tyrannum. Quæ locutio nec ipsi Scripturæ S. inusitata est. V. Ps. xxii. Quamdiu in hac sententia et ego fui, interpretatio Eratosth. hæcce non parum negotii mihi facessivit. Tandem vero deprehendi, ταῦρος, quam initio cum aliis credideram voc. Gr., partem facere Ægyptiacæ, et cum antecedente in unam esse contrahendam. Sic nempe locus hic legendus est, Χουσθερταῦρος, Τύραννος. ϪⲰ nempe Terram Æg. significat.—ϢⲐⲈⲢⲦⲰⲢ porro est ταράσσειν, perturbare, Act. xv. 24. xvii. 8. Gal. i. 7. Certum itaque est, ϪⲰ ϢⲐⲈⲢⲦⲰⲢ Æg. dici Terræ perturbatorem. Deprehendi etiam in libris Copt., illis præsertim, qui dialecto Theb. conscripti sunt, ϢⲞⲨ esse syllabam ἐπιτατικὴν, quæ significationem verbi intendit augetque, sicut fere ap. Græcos ἐπί. Sic igitur ϢⲞⲨ—ϢⲐⲈⲢⲦⲰⲢ, recte vertetur insignis perturbator. Hoc vero Eratosth. interpretatus est Τύραννον.

* Χωκορτή. Malva hortensis. Append. Dioscor. ii. 144. p. 445.

Χών. Ita Æg. appellasse Numen quoddam suum, quod Gr. Herculem interpretantur, auctor est Etym. M. v. Χῶνες: Τὸν Ἡρακλῆν φασὶ κατὰ τὴν Αἰγυπτίων διάλεκτον Χῶνα λέγεσθαι. Paulo aliter, et quidem[4] corruptius, nom. hoc exprimit Hesych., ap. quem legimus Γιγγῶν, οἱ δὲ Γιγῶν, Πάταικος, ἐπιτάταικος, Τραπέζιος, οἱ δὲ Αἰγύπτιων Ἡρακλέα. In Eratosth. Catal. regum Theb., num. xxvi. occurrit Σεμφρουκράτης, quod ille interpretatur Ἡρακλῆς Ἀρποκράτης, ubi, quod in notis ad illum Catal., non ita pridem editis, monere oblitus sum, plane scribendum est Σεμφουκράτης. Nam Φουκράτης et Ἀρποκράτης omnino unum idemque est, quod alibi pluribus doceo. Itaque in nomine hoc mentio Harpocratis utique occurrit. Superest, ut syllaba residua Σὲμ significet Herculem Æg., idque prorsus verum est. Ex illo Eratosthenis loco corrigendus alius, quod jam monui, qui occurrit num. V., ubi rex quidam Theb. vocatur Πεμφῶς, idque explicatur Ἡρακλείδης. Dixi, legendum esse Σεμφῶς, id enim significat Herculis sobolem. Plura vide in notis citatis, Chronol. S. t. ii. p. 739, 740. Si jam lectionem Etym. M. et Eratosth. secum invicem contuleris, intelliges fuisse Æg. numen aliquod, quod ipsi sermone patrio dixerunt Χὼν, vel Χὼμ, vel Σὲμ, et quod Gr. interpretati sunt Herculem. Æg. sine dubio nom. illius Numinis sic exprimendum est, ϪⲞⲘ sive ϪⲰⲘ, quod virtutem et potentiam significat. Nemo est, qui non

[1] In Anthol. Gr. t. i. p. 355, Χοιὰκ σπειρομένων σταχύων δείκνυσι γενέθλην, Chœac spicigero conspergit semine sulcos, ex interpretatione Grotii. In inscriptione, quæ est in crure Memnonis sinistro insculpta, dicitur Artemidorus, a. xv. Hadriani Imperatoris, audiisse Memnonem mense ΧΟΙΑΚ. V. Jabl. de Memn. p. 90. Nollem, nomen mensis omissum esset in Pocockii Inscript. p. 83. Non tamen perpetua est hæc nominis scribendi ratio; docente Fabricio in Menologio p. 22. 26.

[2] Thes. Epist. La Croz. t. iii. p. 133. Dicitur Theb. ⲔⲞⲒⲀⲔ, teste Georgio in Præf. ad Fragm. Jo. p. liii.

[3] Comparandus Kocherus in Misc. Obs. Crit. Nov. t. ii. p. 147., ipse Jabl. Panth. pt. i. p. 100—102., et, in quibusdam ab eo dissentiens, Gregorius in Præf. ad Fragm. Jo. p. clvi, clvii., qui ⲬⲈⲚⲞⲨϤⲒ interpretatur nuncium Dei, τὸν προφήτην, ut explicat Plut., in quo pro Χόνουφις sine dubio legendum Χόνουφις affirmat.

[4] Posse tamen vulgatum Γιγῶν in Hesych. defendi, observat Jabl. Panth. pt. i. p. 188.; cuj. animadversionis, hæc scribens, immemor fuisse videtur.

intelligat illico, quam bene nom. hoc Herculi congruat. Sed præterea interpretem nominis luculentum habeo Macrobium, qui, Saturn. i. 20., Sacratissima, inquit, et augustissima Ægyptii Herculem religione venerantur. Ipse creditur et gigantes interemisse, cum cœlo propugnaret, quasi Virtus Deorum. Paulo ante Deum illum dixerat Deum virtutem regentem. Id vero plane ϪⲰⲘ, vel paulo plenius ϪⲰⲘ Ⲛ̇ⲚⲞⲨϮ designat. Vix erat, cur dubitaret Wilkins. de Ling. Copt. p. 111, 112., unde hæc vox derivanda esset, an a ϪⲞⲘ, fortitudo, robur, an a ϪⲒⲚ, deliciæ, benignus, an a ϨⲰⲚ, jubere, præcipere. Primum enim unice verum est. Plura de num. isto ejusque nom. Æg. attuli in Dissert. vii. et viii. de Terra Gosen, atque in Panth. ii. c. 3. §. 3 et 4. [" Χῶνες, gens Italica, ab Hercule nom. hoc sortita, quem Æg. vocabant Χῶνα: vide Etym." H. St.]

Ψάγδας. Nom. alicujus unguenti Æg. Vox hæc ap. auctores nonnunquam Sagdas scripta reperitur. Clem. Alex.: *Τούτων δὲ τῶν μύρων ἄπειροι διαφοραί· βρένθιον, καὶ μετάλλιον, καὶ βασίλειον, πλαγγόνιόν τε καὶ Ψάγδας Αἰγυπτίας*, Pæd. ii. p. 207., ubi legendum esse *Ψάγδας Αἰγυπτία*, Heinsio non invitus assentior. [ψ. *Αἰγύπτιος*. Scalig. in Locos controversos R. Titii, iv. p. 90. EDD.] Galenus Lex. Hippocr. p. 104. ed. Steph. *Ψάγδας, εἶδος τι μύρου.* Athen. celebriora unguenta percensens, huj. etiam oblitus non est. Possunt ap. eum xv. p. 690. aliquot veterum [1] loca, in quibus Psagdas, ceu unguenti aliqua species, commemoratur, legi. In his etiam est locus Eubuli, *Αἰγυπτίῳ Ψάγδαν ἴτρις λελουμένη*, quem sic emendari posse, Casaub. existimat, *Αἰγυπτίῳ Ψάγδᾳ νίτρῳ λελουμένη*, ut sensus sit, Ægyptio Psagda uncta, et nitro lota. Verum nisi fallor, rem acu tetigit La Crozius, in cuj. Miscellaneis manu exaratis hæc deprehendi: *Ψάγδης*, genus unguenti Æg., ut videtur. Eubulus *ἐν στεφανοπώλισιν, Αἰγυπτίῳ Ψάγδανι τρὶς λελουμένη.* Sic legendum videtur ap. Athen. p. 690. E. Commemorat vero Athen. in sequentibus etiam *τὴν λεγομένην Σάγδαν*, ceu speciem unguenti, a priori distinctam, p. 691., quæ tamen est ipsissima *Ψάγδας*. Hesych., *Σάγδας, εἶδος μύρου, ἢ Ψέγδας*, ubi, ut bene observant viri eruditi, pro *Ψέγδας* legendum est *Ψάγδας*.[2] Et sane communiter ap. scriptores legitur *Ψάγδας*. Meminit huj. unguenti etiam Hesych. v. *Ψάδας*, ubi pariter *Ψάγδας* rescribendum esse, recte monuerunt viri eruditi. [" Videtur Athenæus, quæ de unguentis bis commemorat, ea fere omnia ad verbum e vetustioribus quibusdam Grammaticis descripsisse, et ex alio quidem hæc, quæ sub nomine *ψάγδης* hic adposuit, ex alio vero ista, quæ pag. seq. sub nom. *σάγδας* tradit. Et in nonnullis quidem veterum poetarum testimoniis diversas lectiones secuti erant hi Grammatici, quorum scrinia Philologus noster compilavit. Scilicet dicebatur et *ψάγδας* et *σάγδας*, quemadmodum *ψίττακος* et *σίττακος, σώχειν* et *ψώχειν*: v. Hesychii interpp. ad vocc. *Σάγδας, Σίττακος*, et *Ψαδάς*." Schweigh. ad Athen. l. c. J. Poll. vi. 104., *Σάγδας δὲ Αἰγύπτιον ἦν μύρον.* EDD.]

Est ceteroquin vox hæc, quod auctores allati jam bene observarunt, origine Æg., cuj. proinde e gentis illius sermone vera significatio peti debet. Ex illo etiam ratio reddi potest, quamobrem modo *Σάγδας*, modo *Ψάγδας* scriptum reperiatur. Etenim Π voci *Σάγδας* additum, nihil aliud est, quam nota generis mascul., quæ proinde omitti recte potest, sicut ap. Græcos artic. *ὁ*. Dicitur *ὁ Θεὸς*, et *Θεός*. Est autem ⲤⲞϪⲈⲚ Æg. *μύρον*, unguentum, et cum nota mascul. generis ⲠⲤⲞϪⲈⲚ, Matt. xxvi. 7. 12., Luc. vii. 37, 38. 46., Joan. xi. 2. et alibi. Equidem *Σάγδας* et *Ψάγδας*, literis Gr., non *Σάγδας*, sed potius *Σαγὴν*, vel *Σάγη*, et *Ψάγη* scribendum erat. Sed voc. hanc, in Æg. sæpius auditam, Græci, et omnium primi poëtæ, ut versibus consulere possent, corruperunt, ac paulatim corrupta pronunciatio invaluit. Cum vero Gr. scirent, unguentum in Æg. dici *Σάγην*, vel *Πσάγην*, aut ut corrupte pronunciabant, *Σάγδαν* et *Πσάγδαν*, eo nomine unguentum Æg., ceu peculiarem aliquam unguenti speciem, designarunt.[3] [" *Ψάγδας*, unguenti genus quoddam, ut tradit Galen. in libello quem inscripsit *τῶν Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξήγησιν*. Est certe hoc vocab. ex eorum numero quæ ad hanc *γλωσσῶν* appellationem pertinent. Esse enim *γλωσσηματικὸν* manifestum est: et quidem sonus ipse barbarum quiddam habere videtur. Sed ap. Hes. duplex est huj. vocis scriptura. Scribitur enim *ψαδάς*: cui subjungitur, *Ψαγδῆς, μύρον ποιόν*. Quem locum mendo non carere arbitror, omissa videlicet particula *ἢ* quam Hesych. inter diversas scripturas interjiceret, quæcunque illæ essent. Haud scio autem an voces istas ex *Ψακαστὸν* detortas esse suspicandum sit. Nam et *μύρον* quoddam dicitur *ψακαστὸν*, nimirum quod alio nomine *στακτὸν* appellatum postea fuit: ut tradit Eustath." H. St.—Schneiderus in Lex.: " *Ψάγδας, ἡ*, s. *ψαγδάς, ἡ*." Salmas. in Solin. p. 497. e: " *ὁ σάγδας*." * *Ψάγδαν, ανος, ὁ*. Eubul. ap. Athen., * *Ψάγδα, ἡ*. *Ψαγδῆς, ὁ*, Hesych. *Ψάγδας, ψαγδῆς, μύρον ποῖον*. Athen. xv. p. 690. e: *Ψάγδης Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσι· Φέρ' ἴδω τί σοι δῶ τῶν μύρων· ψάγδαν φιλεῖς; Εὔπολις δ' ἐν Μαρικᾷ·—ψάγδαν ἐρυγγάνοντα· Εὔβουλος δ' ἐν Στεφανοπώλισιν· Αἰγυπτίῳ ψάγδανι τρὶς λελουμένη.* " Commodius *ψαγδᾶνι* penultima circumflexa hic scriptum foret; certe in *ψάγδανι* etiam penultima producta usum esse poetam metrica ratio docet. Quod autem h. l. post *ψάγδης* in editis libris (nescio an et in MS. A.) interpungebatur oratio, quasi nominativus casus *ψάγδης* esset, id perperam factum nobis visum erat. Cum enim in poetarum Atticorum testimoniis, qui de h. v. adferuntur, accusativus casus *ψάγδαν* formetur, nominativus casus *ἡ ψάγδα* fuerit, genitivus *τῆς ψάγδης*. Itaque jungenda ista judicavi, *ψάγδης Ἀριστοφάνης*, sc. *μέμνηται*, vel *μνημονεύει*, ut paulo ante, *Βρενθίου δὲ μύρου μνημονεύει*." Schweigh. Iterum Athen. pag. seq.: *Τῆς δὲ λεγομένης σάγδας (μύρον δ' ἐστὶ καὶ τοῦτο) Ἐπίλυκος ἐν Κωραλίσκῳ·—Βακκαρίς τε καὶ σάγδας ὁμοῦ· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Δαιταλεῦσι, καὶ ἐν Μαρικᾷ Εὔπολις Σάγδαν ἐρυγγάνοντα λέγων. ὅπερ ὁ Θυατειρηνὸς Νίκανδρος ἐπὶ τοῦ ἄγαν χλιδῶντος εἰρῆσθαι ἀκούει.* " Breviter Epitoma, *Μύρον δὲ καὶ ἡ * σάγδα· Εὔπολις, Σάγδαν ἐρυγγάνοντα.* Jam a recto casu *ἡ σάγδα*, genitivus *τῆς σάγδης*, non (ut hic scribitur) *σάγδας*, formari debebat; sicut pag. præc. *τῆς ψάγδης*. In recto quidem casu etiam * *σάγδας* dicebant, ut mox Epilycus, et Pollux vi. 104. Sed hac sub forma videri poterat masculini generis esse nom., cuj. secundus casus *τοῦ σάγδου* vel *τοῦ σάγδα* esset. At in exoticis nominibus, variis atque variis inflexionibus uti licuerat Græcis hominibus: unde etiam in tertio casu *ψάγδανι* dixisse Eubulum supra vidimus." Schweigh. 2. In alio sensu vox occurrit ap. Athen. xv. p. 691. pro suffimenti genere quodam: *Θεόδωρος δὲ θυμίαμά τί φησιν αὐτὸ εἶναι.* 3. Sagda, æ, f., gemmæ species. Plin. 37. 10.: " Sagdam Chaldæi adhærescentem navibus inveniunt, prasini coloris." (Cf. Solin. c. 50. Isid. Origg. xvi. 7.) " Nomen huj. gemmæ cum unguento commune, quod Sagda dicebatur, vel Psagda: nam utrumque nom. idem. Forte lapis a colore hujusmodi unguenti, quod erat viride, sic appellatus: sic Myrrhites, qui myrrhæ colorem habet: sic * Libanochrus, quæ thuris: et lapis * Stactachates, qui stactæ: Aromatites, myrrhæ coloris, et odoris." Salmas. in Solin. p. 497., d. V. Marbodeus c. 36. EDD.]

* *Ψιττάχεμμις, κώμη τῆς Αἰγυπτίας*, teste Steph. Byz., qui nom. gentile * *Ψιτταχεμμίτης* adjungit in v. *Ψιττάχεμμις*, et iterum in v. * *Ψωχέμμις*, quod est itidem nom. oppiduli Æg. De utroque isto loco Ethnicographi mecum

[1] H. Steph. Ind. Thes. L. Gr. p. 193.

[2] *Ψάγδας*, pro quo alii *Ψαγδᾶς* malunt, in textum recepit Alberti, cuj. et aliorum legendæ annotationes, item ad v. *Ψαδάς*, ubi tamen servatum, *Ψαδάς· Ψαγδῆς· μύρον ποιόν.* Conjecturam de verbis Eubuli ap. Athen. l. c. repetit La Croz. ad v. Æg. ⲤⲞϪⲈⲚ p. 97., sed illic, vitio operarum, male *χιλουμένη*. [Sic in vet. membranis scribitur, et sic in suo Codice repererat Natalis Comes, teste Schweigh. EDD.]

[3] Memphitice vocab. scribebatur ⲤⲞϪⲈⲚ. Litera Ϫ, qua Græci carent, aliquando saltem per literas *γδ* expressa est. Litera Ⲟ in Græcia ipsaque Ægypto pronunciata interdum veluti Ȣ. Factum hinc, ut literæ Ȣ et Ⲱ multis in vocibus Æg. permutarentur. Pro ⲤⲞϪⲈⲚ Sahid. scribitur ⲤⲞϬⲚ̇ in Jo. xi. 2. Cf. Mingarell. in Æg. cod. rel. p. xli. xlii. Legitur item in vers. Sahid. Matt. xxvi. 7 et 12.

olim Parisiis agens Montfaucon., putabat[1] Ψιττάχεμμις significare τὴν Αἴγυπτον τὴν κάτω, Ægyptum infer., ΠΕΣΗΤ enim est κάτω, Ψωχέμμιν vero esse τὴν Αἴγυπτον τὴν ἄνω, Ægyptum super., quia ΠΩΙΙ re ipsa est ἄνω. Notissima quidem est Ægypti divisio in superiorem et inferiorem; sed videtur sententiæ viri doctissimi obstare, quod Steph. scripserit Psittachemmin ac Psochemmin esse vicos, κώμην et πολίχνιον in Æg. Non erant igitur duæ partes generales totius Ægypti. Vidimus sup. p. 295—297., eodem Chemmis nomine fuisse urbem in Thebaide, atque insulam in Æg. infer. Memini quoque de pago Chemmis legere quidpiam in Heliodori Æthiop. Itaque suspicor, vicos istos, Stephano commemoratos, non ita procul dissitos fuisse, quorum alter Chemmis superior, alter Chemmis inferior cognominatus fuerit. Est vix ulla regio, in qua istiusmodi desint exempla; ut quisque abunde novit ex Geographis veteribus et recentioribus.

* Ψονθομφανὴχ, vel Ψοθομφανὴχ, novum nom. a Pharaone rege datum Josepho, et sine dubio Æg., Gen. xli. 45., ubi in textu Hebr. legitur צפנת פענח. De eo pluribus disputavi p. 207—216. v. Psonthomphanech.

* Ψώρα. Cum interpretes Alex. Deut. xxviii. 27. voc. Hebr. גרב transtulerint Ψώραν ἀγρίαν, sermo autem illic sit de morbi genere, Ægyptiis proprio, existimat Harenbergius Misc. Lips. Nov. V. i. p. 207., esse voc. Gr. e sermone Æg. indubie depromtam, eique respondere voc. Hebr. צרע. Observa tamen, interpretem Æg. Græca hæc Ψώραν ἀγρίαν sic reddidisse ΟΥΧΕΡΧΙ ǸΑΓΡΙΟΝ. Quod profecto observationem viri eruditi plane enervat.

* Ψωχέμμις, πολίχνιον Αἰγύπτου, oppidulum Æg. De origine nominis dixi proxime ad v. Ψιττάχεμμις. Monet Steph. Byz., Artemidorum libro viii. Geographicorum ejusd. Psochemmis meminisse.

* Ὠκεάμης, Oceames, nom. Nili antiquissimum in Æg., Diod. S. i. 19. p. 22. Τὸν δὲ ποταμὸν ἀρχαιότατον μὲν ὄνομα σχεῖν Ὠκεάμην, ὅς ἐστιν Ἑλληνιστὶ Ὠκεανός. Si vera ille narrat, quod suo loco jam relinquo, videtur Ὠκεάμης fuisse cognom. aliquod Nili, aut epitheton, quo forte in hymnis sacris Æg. nonnunquam utebantur, ut vim huj. sui fluvii et beneficia significarent. Ὠκεάμης enim commode exponi potest ΑϨΟ ǸΜΗ, Ahoame, vel Aho-amme, i. e., thesaurus aquæ, quia fluvius ille, ex divite suo penu, quotannis, stato tempore, tantam aquæ copiam depromebat, ut exinde pars magna Ægypti fertilior ac lætior redderetur. Gr. id reddiderunt Ὠκεανόν. Nam Ὠκεανὸς vere est thesaurus aquarum, in quem fluvii omnes relabuntur et refunduntur. Eo fortasse sensu Ὠκεανὸς vocatur a Steph. Byz. ὁ ποταμὸς ὁ περιέχων τὴν γῆν. Videntur Gr., ob faciliorem enunciationem, literas M et N permutasse.[2]

Ὧρος, Ὦρος, Ὧρος, nam diversimode editum legitur, est nom. numinis, religiose ab Ægyptiis culti. Dicitur vulgo[3] filius Osiridis et Isidis. Gr. vero eund. Apollinem interpretantur et solent appellare. Scribit Herod. ii. 144., in Æg. regnasse Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι, et c. 156., Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὧρος. Diod. S. i. 25. p. 30. narrat, Horum dici ultimum deorum, qui, post parentis sui Osiridis ab hominibus translationem, in Æg. regnavit, additque, τὸν δὲ Ὧρον μεθερμηνευόμενόν φασιν Ἀπόλλωνα ὑπάρχειν. Similiter Plut. de I. et Os. p. 375. monet, Gr. Ὧρον appellare Apollinem. Macrobius Saturn. i. 21. observavit, ap. Ægyptios Apollinem, qui est sol, vocari Horum; sed huj. nominis originem ignotam sibi fuisse ostendit, cum adjungeret, ex eo et horas xxiv., quibus dies et nox conficitur, nomen accepisse. In veteri inscriptione, de qua Cuperus Harpocr. p. 156., legitur, ΜΕΓΑΣ ΩΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΡΠΟΚΡΑΤης. Quisque per se intelligit, ος in fine vocis Ὧρος esse terminationem a Græcis adjectam, indeque Lat. dixisse Horus. Nemo veterum scriptorum aut recentiorum eruditorum dubitabat de origine nominis Ægyptiaca, in qua tamen indicanda non idem sentiebatur. Salmas. de Ann. Clim. p. 595. Horum sic dictum vult ab Æg. ΟΥΡΟ, quod interpretatur dominum. Wilkins. de L. Copt. p. 103. scribit, Ὧρος esse voc. Æg. derivatam a ΡΗ sol, ΟΥΡΟ rex, quasi imperet mundo. Ego quidem puto, nom. Æg. scriptum fuisse ΩΡ, cuj. rei varia reperio indicia. Novimus, Ægyptios frequenter nomina deorum suorum sibi imposuisse, eaque etiam gessisse, postquam Christo nomen dedissent, ut e vitis et actis Monachorum Æg. perspici satis potest. Palladio Hist. Laus. c. 87. ed. Herv. commemoratur etiam Pior, quod est ipsissimum numinis, de quo agimus, nom. cum præfixo artic. ΠΙ—ΩΡ. Nom. Abbatis Pior occurrit quoque in Apophthegm. Patrum ap. Coteler. t. i. Monum. Eccl. Gr. p. 643., sed pro quo simplex Ὧρ p. 709., ut et ap. Sozomen. Hist. Eccl. vi. 28. Ap. Pallad. l. c. c. 138. mentio fit virginis sacræ, cui nom. Τάωρ, Æg. ΤΑ—ΩΡ, ἡ τοῦ Ὧρου, quæ Horo est sacra, s. quæ est Hori. Optime quondam legebatur ap. Fl. Joseph. l. i. contra Apionem §. 26., ὥσπερ Ὧρ εἷς τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων, pro quo nunc male editum est Ὧρος.[4] Existimo ΩΡ Æg. significasse ornatum s. decus, unde ΩΡϤ vel ΟΡϤ est κόσμιος, ornatus, decorus.[5] Horus nempe symbolum erat mundi, et quidem per beneficia solis ac lunæ egregie ornati et cultu eximio conspicui. Nisi malis, Horum antiquitus dictum fuisse ΕΡ—ΟΥΗΡ, hinc postea factum per compendium ΟΥΗΡ, Gr. pronunciatum Ὧρ. De qua postrema etymologia, rebusque aliis ad Horum attinentibus, uberrime dixi in Panth. Æg. ii. 4.[6]

* Ὠχεῖ. Atriplex. Append. Dioscor. ii. 145. p. 445.

Atque hæ sunt voces Æg., quæ mihi quidem, spatio plurimorum annorum, occucurrerunt in legendis relegendisque scriptoribus antiquis, tam Divinis, quam humanis, Hebr., Gr., atque Latinis. Quæ ap. eos a me inventa fuerant vocabula, e sermone Coptico illustrare conabar, si non felici semper successu, quod vereor, attamen studio assiduo rem literariam adjuvandi. Errores meos si alii corrigant, et certiora ac meliora doceant, mihi profecto facient gratissimum. Nullus etiam dubito, quin a me, etsi diligente veterum scriptorum lectore, non paucæ voces Æg. fuerint omissæ, quas aut ipse forsitan deinde potero adjungere, aut ab aliis adjungi vehementer cupio.

[1] Guil. Bonjour, idem monenti, adstipulatur Georgius præf. ad Fragm. Evang. Jo. p. xxviii. in not., sed qui aut suo in cod. Steph. invenisse Ψιττάχεμμις, aut sic legi voluisse videtur.

[2] Quæ de vocis Ὠκεάμης origine Æg. dixit Jabl., et ex eo sumsit Scholtzius in Repert. Bibl. et Orient. Lit. t. xiii. p. 11., nituntur ea lectione vulgata in Diodori verbis. At vero pro Ὠκεάμην illic fide codicum Ὠκεανὸν edidit Wesseling., hancque lectionem in notis defendit. Vide, quæ Vir Cl. præterea adscripsit Diodoro i. 12., et Herod. ii. 23. In numo Commodi Æg. ΩΚΕΑΝΟϹ est Nilus, e conjectura Pellerin. vel magnum mare, ut vult Zoëga p. 245. Num. Æg. Imp.

[3] E multis unum adjungo testimonium, quia novum est. In Gr. Inscript. Ros. bis memoratur ΩΡΟΣ Ο ΤΗΣ ΙΣΙΟΣ ΚΑΙ ΟΣΙΡΙΟΣ ΥΙΟΣ, p. 13 et 17. ed. Ameilhon.

[4] Havercampus, laudandus magis a cognitione usuque veterum nummorum, quam artis Criticæ, pro antiquo Ὧρ Josepho t. ii. p. 460. obtrusit Ὧρος, non fide codicum Gr., qui repugnant, sed vet. interpretis Lat., quod ipse monet. Estque lectionis germanæ mutatio eo minus ferenda, quia Historicus Judæus illic ipsa Manethonis, sacerdotis Æg., verba citavit. Sed sæpius in mutandis, non emendandis, nominibus propriis Æg. a Lat. interprete se decipi editor Josephi passus est. Comparentur, quæ brevi post not. (6) dicam.

[5] La Crozius Lex. p. 119., sed ubi quædam excidisse videntur.

[6] In Gemma antiqua Æg., literis Gr. inscripta, Horus dicitur ΟΡ, et ΦΡΙ (ΦΡΗ) ΟΥΡΙΤ sol custos, interprete Bonjourio ap. Gregorium in notis ad Litur. Fragm. p. 391, 2. Quod majoris est momenti, monet Akerblad Epist. ad Sacyum p. 34., nomen Hori, Coptice scribi solitum ϨΩΡ, ut intelligitur e nominibus propriis, ϨΩΡ, ΠΙϨΩΡ, ϨΩΡϹΙΗϹΙ, quod postremum, significans Horum filium Isidis, se invenisse in Martyrologio Coptico, quondam in Biblioth. Vat., nunc in Paris. asservato, testatur p. 45.; observat igitur, nom. Hori in Roset. Inscript. Æg. scribi ΟΥΡ vel ΩΡ.—Alia, ad Horum pertinentia, legantur in Schmidtii Opusc. Æg. p. 105—108. 122.

TEWATERI AUCTARIUM

VOCUM PAUCARUM, RECTE AUT SECUS PRO ÆGYPTIACIS HABITARUM.

Nemo facile erit, ut spero et confido, qui non magnopere laudet assiduam operam, conquirendis atque illustrandis vocabulis Æg., per tot tam diversos veterum scriptorum libros ubique sparsis, a Jabl. præclare navatam. Quis autem miretur, aut ej. diligentiam fugisse voces pauciores vere Æg., aut silentio esse prætermissas alias intactasque relictas, etsi dudum a viris erud., bene vel male, Ægyptiacis annumeratas. Igitur scribo ego quidem auctarium paucarum istius generis vocum; sed quod ut alii e scriptoribus, maxime veteribus Gr., velint adaugere, vehementer opto. Sciens prætereo nomina plura propria, hominibus urbibusque et vicis indita, sine dubio Æg., sed quorum origo aut admodum incerta est, aut mihi saltem penitus incognita. Lectori cuique attento, sive Historicorum, qui res Æg. attingunt, inprimis Herod., Diod. S. et Fl. Josephi, sive Geographorum, Strabonis, Steph. Byz. aliorumque, sive Periegetarum recent., qui per Æg. fecerunt iter; tali igitur lectori difficile non erit, opus Jabl. meumque appendicem exemplis novis cumulate amplificare. Curandum mihi erat, ne auctarium in nimiam excresceret molem, tædiumque pareret lectori benigno.

Ἀθῆναι, urbs Athenarum, et *Ἀθηνᾶ*, Minerva. Monet Berkel. ad Steph. Byz. p. 42., "opus non esse, ut diu in enodanda nominis *Ἀθῆναι* etymologia desudemus, cum unicuique, imo et pueris, sit notissimum, nom. accepisse *παρὰ τὴν Ἀθηνᾶν*, quoniam Minerva—præ ceteris Diis Deabusque ibidem culta fuerit." Hactenus bene. Dubium vix est, quin nomina *Ἀθῆναι* et *Ἀθηνᾶ* eand. habeant originem. Sed quam? Tacet Berkelius. Disputant eruditi alii. V. Muncker. et van Staveren ad Fulgent. Myth. ii. 2. p. 667., viros doctos in Pitture Ant. d'Ercolano, t. vi. p. 17, 18., et Albert. ad Hesych. v. *Ἀθῆναι*, qui adjungit: "Sed verius ex Æg. ling. illud Deæ nom. arcessi, norunt docti." Videtur nom. ductum e Neitha s. Netha, inverso nempe literarum ordine. Æg. veteres a dextra in sinistram literas scripsisse, testatur Herod. ii. 36. Neitha credebatur eadem, quæ Lat. Minerva, Gr. *Ἀθηνᾶ*. Cf. supra p. 161, 2., item annotationem de v. *Ἄστυ* p. 40., ac Schmidtii diss. de Colonia Ægyptiorum Athen., in Comment. Societ. Antiq. Londin. V. i. p. 238—259. Consentit Barthélemy t. xxxii. Comm. Acad. Inscript. p. 232. Originem Æg. haud displicuisse Hemsterh. ac Valckenaerio probe novi. Nec dissentiebat Ruhnken. meus, ut e colloquio intellexi. Wesseling., quo præceptore optimo in Antiquitatis Gr. studio uti mihi contigit, rem minus certam exploratamque existimabat.

["*Ἀθηνᾶ, ᾶς, ἡ*, Minerva, Pallas. Proverbialiter *Ἀθηνᾷ τὸν αἴλουρον*, s. *συγκρίνεις*, dicitur *ἐπὶ τῶν κακῶς συγκρινόντων τὰ κρείττονα τοῖς ἥττοσι διὰ μικρὰν ὁμοιότητα*, veluti si quis ob glaucos oculos felem Minervæ compararet, inquit Suidas (v. Zenobium et Diogenianum). Eadem Dea vocatur etiam *Ἀθηναία*: quod vocab. præcedente antiquius esse creditur: annotat enim Eustath. (Od. Γ. p. 1456, 50. Cf. Eustath. ad Il. A. p. 84.) ex veteribus, *ὡς ἐπειδὴ ἤρξαντο Ἀθηναῖαι γυναῖκες λέγεσθαι ἀντὶ ἀστῶν καὶ Ἀττικῶν* (qua de re inf. in *Ἀθηναῖος*) *τότε ἤρξατο ἡ Παλλὰς λέγεσθαι τρισυλλάβως Ἀθηνᾶ*. Atque adeo docet non a poetis solum ita nominari, verum etiam a prosæ scriptoribus, afferens e Demosth. Orat. in Aristocr. *οἱ σύμμαχοι ἀριστεῖον τῇ Ἀθηναίᾳ ἀνέθεσαν*. ("*Ἀριστεῖον τῇ Ἀθηνᾷ*, i. e. symbolice dictum pro *τῇ τῶν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, οἱ σύμμαχοι* sc. *τοῦτον τὸν στέφανον ἀνέθηκαν*." Reisk. p. 616, 3. Lege *Ἀθηναίῃ* ex Eustathii loco.) Et ex Plat. Euthyd. *Ἑρκεῖος Ζεὺς καὶ φράτριος, καὶ Ἀθηναίη φρατρία*. (31. p. 82. ed. Routhii, qui sic edidit, de Eustathii loco nihil monens, *Ζεὺς δ' ἡμῖν πατρῷος μὲν οὐ καλεῖται, ἕρκειος δὲ, καὶ φράτριος, καὶ Ἀθηνᾶ φρατρία*. Platoni *Ἀθηναίη* ex Eustath. l. c. restituendum esse, monet Porson. p. lvii. ad Xen. K. A. vii. 3. 39.) Videtur tamen hoc *Ἀθηναίη* præsertim esse Ionic. potiusquam Attic. et pro *Ἀθηνᾶ* seu *Ἀθήνη* ita dici ut *σεληναίη* pro *σελήνη*: præsertim quum ap. Herod. i. (19. et sæpe alibi) legatur. Ap. Hom. certe frequens est, qui Il. α. (200.) dicit etiam, *ἔγνω Παλλάδ' Ἀθηναίην*. (Fallitur H. St. Formæ huj. productæ usus Ionicis scriptt. cum Atticis vetustioribus communis: v. Schæf. ad L. Bos. Ellips. p. 534. s. 577. 849. 923. et ad Gregor. Cor. p. 394. Porsonus p. lvii. ad Xen. Anab. vii. 3. 39., *Σύνθημα δ' εἶπον Ἀθηναῖοι*:—"Rem acu tetigisse censeo Binghamum, qui Minervæ nom. tesseram fuisse suspicatur: *Ἀθηναίαν* enim plane dant MSS. Par. Eton. Neque obstat forma vocis, quæ forsan *ποιητικωτέρα* cui videri posset, quin eam Xenophon usurparit: v. sup. ad L. v. p. 421. Sed et Aristophanes hoc vocab. non dedignatus est Av. 829. *Τί δ' οὐκ Ἀθηναίαν ἐῶμεν Πολιάδα*; 1652. *Ἐπίκληρον εἶναι τὴν Ἀθηναίαν δοκεῖς*. Eq. 760. *Τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ*." Adde Pac. 271. *ὦ πότνια δέσποιν' Ἀθηναία*. Cf. Sturzius de Dial. M. et A. p. 173. unde discas, hujusmodi formas paragogicas adeo in citeriorem Græcitatem transiisse.) Dores *Ἀθαναίαν* dicunt. Theocr. (xv. 80.) *Πότνι' Ἀθαναία, ποῖαί σφ' ἐπόνασαν ἔριθοι*; veneranda Minerva. (xxviii. 1. *Ἀθανάα*, unde contr. *Ἀθανᾶ, Ἀθηνᾶ*.) Appellatur et *Ἀθήνη*: pro quo *Ἀθάνα* dicunt Dores. Hom. Il. δ. (439.) *γλαυκῶπις Ἀθήνη*, Il. ε. (1. 61. 121. 256. 840. 856.) et rursum Il. ε. (908.) *ἀλαλκομενηῒς Ἀθήνη*. Itidemque alibi sæpe. Dicta autem hoc nomine putatur quasi *Ἀθήλη*, quod ubera non suxerit, utpote e capite Jovis prognata. (v. Eustath. ad Il. A. p. 83.)

["Ut vero ad *Ἀθηνᾶ* redeam, tradit Hesych. ex Megaclide, ita vocari etiam *εἶδος αὐλοῦ*, genus quoddam tibiæ: ut et J. Poll. iv. (77.) ubi etiam nominis rationem affert, quoniam nimirum eo inprimis Nicopheles Theb. usus fuerit *εἰς τὸν τῆς Ἀθηνᾶς ὕμνον*. (MSS. *νόμον*, notante Kuhnio, qui hæc loca indicavit: J. Poll. iv. 66. *Νόμοι δ' αὐτῶν, Διὸς, Ἀθηνᾶς, Ἀπόλλωνος*: Hesych. *Ἁρμάτειον μέλος· ἔνιοι δὲ τὸν τῆς Ἀθηνᾶς νόμον, ἄλλοι τὸ ταχὺ, ἀπὸ τοῦ ἅρματος*: pro *ἀπὸ* in Cod. Marc., teste Schow, legitur *ἐπί*. Plato in Cratylo c. 31. *Νῦν μοι ἔδοξας ὥσπερ τοῦ τῆς Ἀθηναίας νόμον προαύλιον στομαυλῆσαι*. V. Plutarch. de Musica vol. x. p. 673. Wyttenb.) Porro ab *Ἀθηνᾶ* seu *Ἀθήνη*, quatenus Deæ nom. est, deriv. est *Ἀθήναιον*, signif. *τὸ ἱερὸν τῆς Ἀθηνᾶς*, Templum seu fanum Minervæ, ut *Ἥραιον, Ἀπολλώνιον, Ποσειδώνιον, Διονύσιον, Δημήτριον*, dicitur Templum seu fanum Junonis, Apollinis, Neptuni, Bacchi, Cereris. (*Ποσειδάνειον* autem Doricum est) Herod. v. (95.) *τὰ ὅπλα ἀνεκρέμασαν πρὸς τὸ Ἀθήναιον τὸ ἐν Σιγείῳ*, suspenderunt in fano Minervæ quod in Sigeo est. Ceterum quoniam poetæ Gr. in Athenæo sua carmina antiquitus recitabant, ut Latini in templo Apollinis et Musarum, inde factum ut Athenæon pro auditorio seu diatriba usurpari consuerit: cuj. usus exemplum ex Hieron. habemus: Omne Athenæum (inquit) scholasticorum vocibus consonabat. (Lamprid. in Alex. Sever. c. 35. "Ad Athenæum, audiendorum et Gr. et Lat. rhetorum vel poetarum causa,

frequenter processit." Aurel. Vict. de Cæs. c. 14. "Ludum ingenuarum artium, quod Athenæum vocant, constituere." Loquitur Aurel. de Athenæo Romæ constituto ab Adriano ad similitudinem Athenarum, quod quidam putant fuisse in Capitolio.) Rursum 'Αθήναιον dictum fuit promontorium quoddam, quod ibi Minervæ fanum esset, ut ex Strabone (p. 88. et 355. ed. Falc., et Plin. iii. 5. et Steph. Byz.) discimus, e quo refert Eustath. ὅτι περί που τὴν τῶν Καμπανῶν πρόκειται πρὸς τῷ Ποσειδωνιάτῃ κόλπῳ τὸ 'Αθήναιον ἀκρωτήριον, ἐν ᾧ 'Αθηνᾶς ἱερόν. Item 'Αθηναΐς hinc deriv. videtur, signif. oleam, quoniam ej. plantæ inventio ad τὴν 'Αθηνᾶν refertur. 'Αθηναΐς, inquit Etym., ἡ ἐλαία· καὶ 'Αθηναία, ἡ ἀγριελαία: pro quo 'Αθηναῒς Hesych. habet 'Αθῆναι. ('Αθηναῒς φυλὴ J. Poll. viii. 109.) Sed et 'Αθηνογέρων hinc nominari dicitur qui in senectute literis operam navare incipit: quia Minervæ studiis præesse credebatur. Item et propria nomina sunt hinc derivata: nimirum 'Αθηνόδωρος et 'Αθήναιος, et 'Αθηνίων, de quibus v. Suid.

[" 'Αθῆναι, nom. urbis Atticæ clarissimæ, denominatæ παρὰ τὴν 'Αθηνᾶν, ut Serv. ap. Virg. (G. i. 12.) annotavit: notum enim est, eam præ ceteris Diis Deabusque cultam in ea urbe fuisse, et cognominatam πολιάδα ac πολιοῦχον, quasi tutatricem urbis seu arcis, in qua et fanum ei extructum erat. Hesych. teste 'Αθηναῖ dicitur non solum τὸ ἄστυ, verum etiam ἐλαία: quod tamen parum credibile videtur: ideoque rectius ap. Etymol. scribi existimo 'Αθηναΐς, ἡ ἐλαία, oliva. Civis 'Αθηνῶν urbis nominatur 'Αθηναῖος, et fœm. genere 'Αθηναία. Masculinum, passim obvium est, non itidem fœmininum, cuj. aliqua subjungam exempla. Pherecr. 'Αθηναίαις αὐταῖς τε καὶ ταῖς συμμάχοις. Cantharus Τηρεῖ, Γυναῖκ' 'Αθηναίαν, καλήν τε κἀγαθήν. Itidem Diphilus Themistoclis filiam appellat 'Αθηναίαν ξένην. Philemon quoque ita usurpasse comperitur et Pindarus, teste Suida. Phrynichus tamen * ἀνάττικον esse vult hanc voc., miraturque cur Pherecrates, quum sit Atticissimus, ea usus sit. Itidem Megaclides ap. eund. Suid. tradit, 'Αθηναίους quidem dici viros Athenienses, mulieres autem non itidem 'Αθηναίας, sed 'Αττικὰς, s. 'Ατθιδὰς, idque αἰδοῖ τῆς πολιούχου 'Αθηναίας, nimirum ἵνα μὴ τὴν ἄγαμον αἱ γαμούμεναι τῇ προσηγορίᾳ καταισχύνωσι. Alii vero qui 'Αθηναίας dicere vetant, τὴν ὁμωνυμίαν αἰτιῶνται ἣν ἐπιδέχονται πρὸς τὴν θεὸν, utpote quæ 'Αθηναία nominatur. (V. Schol. Aristoph. ad Av. 829. Eust. ad Il. A. p. 84.) Steph. quoque annotat, non solitas fuisse nominari 'Αθηναίας, sed ἀστάς: non quoniam 'Αθηναῖαι vocari nequirent, sed quod viros etiam ipsos ἀστοὺς appellabant: quia primi Athenienses invenisse τὰ ἄστη et τὰς πόλεις memorantur, unde et τὴν ἀκρόπολιν suam proprio nomine πόλιν nuncuparunt. (Eustath. ad Il. A. p. 119.: Νῦν δὲ τοῦτο ἰστέον, ὅτι τὴν παρὰ τῷ Ποιητῇ ταύτην Θήβην, πληθυντικῶς ἄλλοι Θήβας φασί· καί εἰσι καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα διφορούμενα κατ' ἀριθμόν· 'Αθήνην γὰρ τὴν πόλιν καὶ 'Αθήνας εὑρίσκομεν, καὶ Κρήτην καὶ Κρήτας, καὶ ἀκρωτήριον Μάλειαν Μαλείας, καὶ ἄλλα διάφορα. "Urbes et oppida, quæ plurali numero efferuntur, hanc habent appellandi rationem ab origine, quia e pluribus vicis natæ sunt: v. Aristot. Politic. l. i." Salvin. ap. Politum ad Eustath. "Ratio cur Athenæ in plurali numero diceretur, est, quia, ut Steph. Byz. tradit, Theseus undecim oppidorum populos in unum coegit, unaque curia, et Magistratu Athenis constituto, congregavit, et ob id festum συνοικίων, h. e. contuberniorum, in honorem Minervæ instituit, quod et Plut. in Theseo narrat. Eadem est ratio nostræ Venetiarum urbis, quæ ex multis parvis insulis in eam magnitudinem majestatemque coaluit." Forcellin. in Lex. v. Athenæ.) Ab eodem 'Αθῆναι sunt præterea tria (quatuor) adverbia, et verbum unum. Adverbiorum quod ordinem alphabeticum sequendo primum occurrit, est 'Αθήναζε, Athenas: signif. motum ad locum. Xen. in Polit. Athen. πλεῖν ἐπὶ δίκας 'Αθήναζε. Sic Plato, ἥξειν προθύμως 'Αθήναζε. Secundum (et tertium,) quo motus de loco significatur, est 'Αθήνηθεν, ἐξ 'Αθηνῶν. (et * 'Αθηνόθεν, qua forma utitur Cerealius Epigr. iii. 3. Κεῖται δ' ἀμφήριστος, 'Αθηνόθεν, εἴτ' ἀπὸ Νείλου Ἦν γένος.) Tertium (quartum) habet signific. in loco, 'Αθήνησι, Athenis. ἐν 'Αθήναις. Athen. l. xiv. ἐδίδαξε δ' 'Αθήνησι τὰς κωμῳδίας τὰς ἑαυτοῦ. Et alibi, ἔθος ἐστὶν 'Αθήνησι, moris est Athenis. Verbum autem inde derivatum, est 'Αθηνιάω, ῶ, (Athenurio) Athenas appeto. 'Αθηνῶν ἐπιθυμῶ. Meminit ej. Luc. in Pseudologista, (c. 12.) sed rejiciendum docet ut parum usitatum." H. St.—Gregor. Cor. de Dial. Attica p. 165. (cf. p. 648.): Τῶν αὐτῶν δὲ καὶ τὸ εἰς 'Αθήνας 'Αθήναζε πορεύομαι λέγειν, καὶ (τὸ) ἐν 'Αθήναις 'Αθήνησι σοφιστεύω, καὶ τὸ ἐξ 'Αθηνῶν 'Αθήνηθεν ἔρχομαι, καὶ τὸ εἰς οἶκον οἴκαδε, ἐξ οἴκου οἴκοθεν, ἐν οἴκῳ οἴκοι. Apollonius περὶ ἐπιῤῥημάτων ap. Bast. ad Gregor. p. 167.: Μόνως τὰ διὰ τοῦ ζε (ἐπιῤῥήματα) τὴν εἰς τόπον σχέσιν σημαίνει, ἔραζε, θύραζε, * 'Αφίδναζε, * Θήβαζε, οὐκ ἀπιθάνως, τοῦ ζ καὶ τοῦ δ ἰσοδυναμοῦντος σχεδὸν, κλύζω κλύδων, κνίζων κνίδης (κνίζω κνίδη,) ἕζω ἕδος. Cf. Schol. Ven. ad Il. Γ. 29. Lex. S. Germ. Rhetor. Sophist. ap. Bekkeri Anecd. Gr. p. 352.: 'Αθήναζε Πλάτων ἐν 'Οδυσσείᾳ. Παρμενίδῃ· τὸ μέντοι ἐν τῷ περὶ ψυχῆς ἐπίστασιν ἔχει ὡς ἡμαρτημένον· φησὶ δ' (ἐν) τούτῳ. Καὶ γὰρ οὔτε τῶν πολιτῶν Φλιασίων οὐδ' εἷς (οὐδεὶς) πάνυ τι ἐπιχωριάζει τὰ νῦν 'Αθήναζε· καὶ τὸ παρ' 'Αντιφῶντι δὲ ἐν τῷ περὶ ἀνδραποδισμοῦ λόγῳ ἐπίστασιν ἔχει ὡς ἡμαρτημένον τὴν σύνταξιν· γράφει δὲ οὕτως. 'Επειδὴ γὰρ ἀπῴκεις τὴν 'Αθήναζε, καὶ ἀπαλλάγην τῆς κληρουχίας. "Voces ἐν 'Οδυσσείᾳ quid h. l. sibi velint, expecto qui me doceat," (an legendum, ἐν Πολιτείᾳ?) "Parmenides Platonis quod nemo ignorat sic incipit: 'Επειδὴ 'Αθήναζε οἴκοθεν ἐκ Κλαζομενῶν ἀφικόμεθα. Nec minus nota sunt verba e Phædonis initio citata. Fischer. ad. h. l.: 'Significat ἐπιχωριάζειν commorari, et 'Αθήναζε est Athenis; nam Priscian. 18. p. 721: Illi (Attici) ἐπιχωριάζει εἰς 'Αθήνας καὶ ἐν 'Αθήναις: et nos, Habitat Romæ et habitat Romam.' Antiphontis locum jam Ruhnken. Opusc. (Lug. Bat. 1807.) p. 248. publici juris fecit." Bastius ad Gregor. p. 880. Schæferus ad Gregor. p. 168. " 'Αθήνηθεν, syllabæ penultimæ talium vocum nonnulli iota subscripserunt: Schol. Ven. ad Il. viii. 304. 'Αρίσταρχος, * Αἰσύμηθεν, καὶ ἡ Ζηνοδότου, καὶ ἡ 'Αριστοφάνους, repugnante Heynio T. v. p. 469." Thom. M. p. 14.: 'Αθήναζε κάλλιον, ἢ εἰς 'Αθήνας. 'Αθήνηθεν, οὐκ ἐξ 'Αθηνῶν. 'Αθήνησιν, οὐκ ἐν 'Αθήναις. Cf. Zonaras p. 60., Mœris p. 27., et Sturzius Lex. Xenoph. Edd.

[* 'Αθήναια, τὰ (ἱερά.) Minervæ festum, postea Παναθήναια adpellatum, ut ostendit Meursius libro singulari de Panathenæis c. ii. "Harpocratio: Πρὸ τούτου δὲ 'Αθήναια ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Ἴστρος ἐν τρίτῃ τῶν 'Αττικῶν. Suidas: Τὰ δὲ Παναθήναια, πρότερον 'Αθήναια ἐκαλεῖτο. Pausan. in Arcad.: Οὐχὶ ἔτι δὲ τὰ παρ' 'Αθηναίοις Παναθήναια τεθῆναι πρότερα ἀποφαίνομαι· τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι 'Αθήναια ὄνομα ἦν. Invenioque eo nomine ap. Schol. ad Aristoph. Av.: Τῇ 'Αθηνᾷ, Πολιάδι οὔσῃ, πέπλος ἐγίνετο παμποίκιλος, ὃν ἀνέφερον ἐν τῇ πομπῇ τῶν 'Αθηναίων." Sed et τὰ Χαλκεῖα itidem 'Αθήναια vocabantur, notante eod. Græc. Fer., Opp. t. iii. p. 785., quia nimirum in Minervæ honorem celebrabantur. Suidas Χαλκεῖα· ἑορτὴ 'Αθήνησι δημώδης, καὶ ἀρχαῖα πάλαι, ἃ τινες καὶ 'Αθήναια καλοῦσιν. (Pro πάλαι Kusterus malit πάνυ, sed ante Kust. sic emendarat Meursius Græc. Fer. v. Χαλκεῖα.) Edd.

[" Παναθήναια, τὰ, Panathenæa: festum et sacra Athenis olim ab Erichthonio Vulcani filio instituta, postea a Theseo renovata.[1] Is enim, ut in vita ipsius Plut.

[1] [Fallitur H. St. "Τὰ Παναθήναια alii Erichthonio adscripserunt auctori. Hyginus in Henioco. 'Alii anguina tantum crura habuisse Erichthonium dixerunt, eumque primo tempore adolescentiæ ludos Minervæ Panathenæa fecisse, et ipsum quadrigis concurrisse, pro quibus factis inter sidera dicitur collocatus.' Apollodor. iii. (14. 7.) de Erichth.: Καὶ τῶν Παναθηναίων τὴν ἑορτὴν συνεστήσατο. Sed ea tunc 'Αθήναια appellata. Nam quæ postea vocata sunt Παναθήναια, ea certe instituit Theseus. Pausan. viii. 2., Τούτῳ γὰρ τῷ ἀγῶνι 'Αθήναια ὄνομα ἦν, Παναθήναια δὲ κληθῆναί φασιν ἐπὶ Θησέως, ὅτι ὑπὸ 'Αθηναίων ἐτέθη συνειλεγμένων ἐς μίαν ἁπάντων πόλιν. Inde lux verbis his Harpocrationis: Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ 'Εριχθόνιος ὁ 'Ηφαίστου, καθά φησιν 'Ελλάνικός τε, καὶ 'Ανδροτίων, ἑκάτερος ἐν πρώτῃ 'Ατθίδος· πρὸ τούτου δὲ 'Αθήναια ἐκαλεῖτο, ὡς δεδήλωκεν Ἴστρος ἐν τρίτῃ τῶν 'Αττικῶν. Et verbis hisce Suidæ: Ἤγαγε δὲ τὴν ἑορτὴν πρῶτος 'Εριχθόνιος ὁ 'Ηφαίστου· τὰ δὲ Παναθήναια πρότερον 'Αθήναια ἐκαλεῖτο. Harpocrationis verba ita accipiebat Jos. Scaliger, quasi diceret, Auctorem τῶν Παναθηναίων Erichthonium fuisse; sed ante Erichthonium 'Αθήναια vocata, non Παναθήναια. Falso, longeque a mente veterum scriptorum. Παναθήναια non sunt ante appellata, quam Theseus universos Atticæ populos in unam civitatem cogeret. Tum demum, a coactis in unam Athenarum civitatem universis, tanquam omnibus communia, appellationem illam acceperunt. Plut. in Theseo: Καταλύσας οὖν τὰ παρ' ἑκάστοις πρυτανεῖα, καὶ βουλευτήρια, καὶ ἀρχὰς, ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα πρυτανεῖον, καὶ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἵδρυται, τὸ ἄστυ, τήν τε

refert, postquam Atticæ incolas *εἰς ἓν ἄστυ συνῴκισε, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε τέως σποράδας ὄντας καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον, κατέλυσέ τε τὰ παρ' ἑκάστοις πρυτανεῖα καὶ βουλευτήρια καὶ ἀρχὰς, ἓν δὲ ἐποίησεν ἅπασι κοινὸν πρυτανεῖον καὶ βουλευτήριον· τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε, καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν.* Id enim festum et ea sacra communiter celebrabant illi Atticæ incolæ, qui ex diversis oppidis municipiisque in unam urbem unamque civitatem a Theseo fuerant coacti. Ante vero nominata fuisse *Ἀθήναια*, Ister tradidit Atticorum l. iii., i. e. Minervæ sacra, Minervalia, ut quæ in honorem Minervæ agitarentur: *Παναθήναια* autem, *διὰ τὴν τῶν πάντων τῆς Ἀττικῆς οἰκητόρων εἰς ἓν Ἀθηνῶν ἄστυ συνοίκισιν*, ut jam dictum est: Suida quoque cum schol. Aristoph. scribente fuisse *ἑορτὴν ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γινομένην συνοικισμῷ*: cum enim *συναγαγεῖν τοὺς δήμους εἰς ἄστυ*. Porro duplicia fuere *Παναθήναια*: alia annua, alia quinquennalia, annuis celebriora; quamobrem et *μεγάλα Παναθήναια* vocabantur: ut ap. Isocr. *μικρὸν πρὸ τῶν μεγάλων Παναθηναίων*. Item in argumento orat. Demosth. in Mid. annotatur, *Παναθήναια* fuisse *μικρά τε καὶ μεγάλα*: quorum hæc quidem solita fuisse *τελεῖσθαι κατὰ πενταετηρίδα*, at *τὰ μικρὰ κατὰ τριετηρίδα*. Ibid. subjungitur, *ἐν τοῖς μεγάλοις* consuevisse fieri *γυμνάσιά τινα, καὶ προβάλλεσθαι ἀφ' ἑκάστης φυλῆς ἕνα γυμνασίαρχον, λαμβάνοντα χρήματα εἰς τὸ γυμνάζειν τοὺς ἐπιτελέσοντας τὴν ἑορτὴν, καὶ δώσονται τούτων δαπάνας τοῖς τῆς ἑαυτοῦ φυλῆς.* Inde igitur est quod Xen. in Symp. (i. 2. cf. Αθ. iii. 4.) dicit, *ἦν γὰρ Παναθηναίων τῶν μεγάλων ἱπποδρομία.* Et Demosth. Pro Cor. (c. 34.) *ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι.* Eum qui his ludis vicisset, præmium asportasse ferunt olei amphoram et coronam oleaginam plexam. Sunt qui Quinquatria seu Quinquatrus interpretentur, ut quæ et ipsa in Minervæ honorem agitarentur: videntur tamen ea Romæ fuisse anniversaria. V. Fastos Ovid. (iii. 809.) Porro *παρὰ τὰ παναθήναια* dicitur *Παναθηναϊκὸς*, Panathenaicus: ut *Παναθηναϊκὴ πομπὴ* ap. Thuc. (i. 20.) Pompa Panathenæi^a^ ducta vel duci solita. Et *Παναθηναϊκὰ ποτήρια*, Pocula quibus Panathenæorum festo utebantur: quorum quæ maxima erant, erant *δίχοα*, et his majora, ut est ap. Athen. xi. (494. f.—495. b.:—*Ποσειδώνιος ὁ φιλόσοφος ἐν ἕκτῃ καὶ τριακοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, ὡς οὕτω καλουμένων τινῶν ποτηρίων μέμνηται, γράφων οὕτως· Ἦσαν δὲ καὶ ὀνύχινοι σκύφοι, καὶ συνδέσεις τούτων, μέχρι δικοτύλων· καὶ Παναθηναϊκὰ μέγιστα, τὰ μὲν δίχοα, τὰ δὲ καὶ μείζονα.— Κράτης δ' ἐν δευτέρῳ Ἀττικῆς διαλέκτου, γράφει οὕτως· Οἱ χόες, πελίκαι, καθάπερ εἴπομεν, ὠνομάζοντο· ὁ δὲ τύπος ἦν τοῦ ἀγγείου, πρότερον μὲν τοῖς Παναθηναϊκοῖς ἐοικὼς, ἡνίκα ἐκαλεῖτο πελίκη.*) Item *Λόγοι Παναθηναϊκοὶ* extant, Isocratis et Aristidis, habiti eo festo." H. St. Athen. v. 199. d., de Ptolemæi Philadelphi Dionysiaca Pompa e Callixeno: *Ἀμφορεῖς Παναθηναϊκοὶ δεκαέξ.* Simonidis Epigr. lxxv. (p. 381. ed. Gaisf.): *Καὶ Παναθηναίοις στεφάνους λάβε πέντ' ἐπ' ἀέθλοις Ἑξῆς, ἀμφιφορεῖς ἐλαίου.* In Panathenæis enim singulæ olei amphoræ singulis dabantur victoribus. Cf. Pindari Schol. ad Nem. x. 65. et Meursius de Panathenæis c. xi., Opp. t. ii. p. 571. Et hoc est quod Panathenaicum oleum vocant, sc. illud quo donabantur Panathenæorum victores, ex oleis Minervæ sacris, quæ *μορίαι* dicuntur. Athen. xv. 688. f., ex Apollonio Herophilio de Unguentis: *Τὸ δὲ Παναθηναϊκὸν λεγόμενον, ἐν Ἀθήναις.* Plin. xiii. 1.: "Panathenaicum suum (oleum) Athenæ perseveranter obtinuere." Edd.]

Αἴγυπτος, Ægyptus. De origine istius nominis multi multa, sed non parum diversa. Satis erit, unum consuluisse Perizon. Origg. Æg. c. i. [Cf. Abeli Hist. Monarch. et J. P. Heinii Diss. S. ii. 6., qui Ægypti nom. ex Ai-Caphtor derivant, approbante Cupero. Edd.] Esse voc. Æg. ⲎⲒϪϢⲪⲐⲀϢ, Ægophthash, domus mundana Vulcani, vult Forster Epist. ad Mich. p. 8. Mullerus, in præf. ad Sat. Obs. Phil. p. 2, 3., jubet conferri جوبة, lacus, palus, unde, mutata *b* in *p*, natum est *γυπτ*, cui si præfigatur ⲎⲒ, Coptice domus, integram vocem *Αἴγυπτος* habebis. Alia dedit Didymus Taurinensis (Valperga) in Rudimento Literaturæ Copt. p. 8—11., lectu digna, sed longiora, quam quæ hic describantur. Ægyptios patriam suam appellasse ϪⲎⲘⲒ, dictum est p. 405. Immo vero, quoties in Gr. Inscript. Roset. nom. *Αἴγυπτος*, legitur toties ϪⲎⲘⲒ in Ægyptiaca, monente Akerblad in Epist. ad Sacyum p. 33.

["*Αἴγυπτος*, Ægyptus: nom. et fluvii et regionis, denominatæ ab Ægypto filio Beli, ut ex Charace refert Steph. Fluvius, idem est qui Nilus, cuj. meminit Hom. Od. ξ. (257.) canens, *Πεμπταῖοι δ' Αἴγυπτον ἐϋῤῥείτην ἱκόμεσθα.* Et alibi, (versu seq. et Od. ρ. 427.) *Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας ἀμφιελίσσας.* Verum quod ad præcedentem locum attinet, *Αἴγυπτον* nomine ibi potest accipi etiam regio, et per *ἐϋῤῥείτην* intelligi Riguam, seu Pulchris aquis riguam. Nam ita a Nilo exundante rigatur ut pluviis non indigeat: unde merito *ποταμῖτις* olim nominata fuit, alio nomine dicta etiam Aeria, ut Steph. tradit et Gell. xiv. 6. (Fallitur H. St., ut et Spondanus, a Barnes. his verbis merito castigatus:—"Patet ex masculino epitheto Ægyptum hic non dici de terra, sed de fluvio: præterea hoc epitheton semper de fluvio ap. Hom. dicitur:" Il. ε. 34. *Ναίε δὲ Σατνιόεντος ἐϋῤῥείταο παρ' ὄχθας.* Eustath. *Δηλοῖ δὲ, ὡς καὶ πρὸ τούτων, καὶ ὅτι Αἴγυπτος καὶ ὁ Νεῖλος ἐκαλεῖτο· φησὶ γάρ· "Αἴγυπτον ἐϋῤῥείτην ἱκόμεσθα·" καὶ, "Στῆσα δ' ἐν Αἰγύπτῳ ποταμῷ νέας."* Pausan. ix. 40. *Ὅμηρος—τοῖς ἀρχαίοις ἐχρήσατο ὀνόμασιν—, καθότι καὶ Αἴγυπτον τὸν ποταμὸν εἶπεν, οὐ Νεῖλον.* Vide Od. γ. 300. δ. 581. ubi Eustath. *Αἴγυπτον, ὅ ἐστι Νεῖλος—ὃν Ὅμηρος μὲν οὕτω καλεῖ· Ἡσίοδος δὲ, ὡς ἂν νεώτερος, Νεῖλον ἤδη καλούμενον οἶδεν αὐτόν.* Respexit ad Hesiodi Theog. 338. ubi v. Tzetzam; cf. Arrian. Exped. Alex. v. 6. p. 203. Apollon. Lex. Hom. Hesych. et Grammat. S. Germ. ap. Bekkeri Anecd. Gr. p. 361. *Αἴγυπτος· ὁ Νεῖλος ποταμός· ἀφ' οὗ καὶ ἡ χώρα ὑπὸ τῶν νεωτέρων Αἴγυπτος ἐκλήθη.* Certe Genes. xv. 18. et Judith. i. 9. Nilus fluvius *ποταμὸς Αἰγύπτου* dicitur. Eustath. ad Od. ρ. 426. *Αἴγυπτος μὲν ἁπλῶς ἡ χώρα ἢ καὶ ἡ πόλις εἴη· ὁ δὲ μετὰ προσθήκης Αἴγυπτος ποταμὸς, τὸν Νεῖλον δηλοῖ.*) Inde *Αἰγύπτιος*, Ægyptius, Oriundus ex Ægypto. Hom. Il. ρ. (fallitur; versus enim occurrit in Odyss. ρ. 432. et ξ. 263.) *Αἰγυπτίων ἀνδρῶν περικαλλέας ἀγρούς.* Ubi nota *ἀνδρῶν*, quod in prosa frequentius omittitur: ut quum dicunt *Αἰγυπτίων βασιλεῖς*. Rursum *Αἰγύπτιος* cum aliis etiam substantivis junctum reperitur: ut quum proverbio dicitur *Αἰγύπτιος πλινθοφόρος*, Ægyptius laterum bajulator, quoniam *διαβάλλονται οἱ Αἰγύπτιοι ὡς (ἀεὶ) ἀχθοφόροι (ὄντες)*, Suid. (Hoc proverbio usus est Aristoph. Av. 1133. ubi vide Schol. Suidas v. *Ἄραιτο*, ex Aristoph. Ran. 1406. *Ὡς οὐκ ἂν ἄραιντ' οὐδ' ἑκατὸν Αἰγύπτιοι· πολλαχοῦ δὲ ὡς ἀχθοφορούντων Αἰγυπτίων μέμνηται.* "Notum est ex Herodoti Euterpe, ut plerique reges assidue coegerint eos cæmenta portare ad exstruendas præcipue pyramides." Bergler. Et *Αἰγυπτία κληματὶς* ap. Suid. *ἐπὶ τῶν ἰσχνῶν καὶ ὑπομήκων, ὁποῖος ἦν Ζήνων ὁ Κιττιεύς.* Diog. Laert. in Zenonis Vita: *Ἰσχνὸς ἦν, ὑπομήκης, μελάγχρως· ὅθεν τις αὐτὸν εἶπεν Αἰγυπτίαν κληματίδα· καθά φησι Χρύσιππος ἐν πρώτῳ παροιμιῶν.* Huc respexit Suid. Proverbium autem hoc,

πόλιν Ἀθήνας προσηγόρευσε, καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. Antea *Ἀθήναια* vocabantur, ut liquet e Pausan. Ergo, quod ex Istro dicit Harpocrat., *πρὸ τούτου Ἀθήναια καλεῖσθαι*, non significat id, quod putat Scalig., ante Erichth. vocata fuisse *Ἀθήναια*, ea sc. quæ sub Erichth. *Παναθήναια*, qua quidem interpretatione nihil a fide, aut a veritate est alienius. Sed significat seu Ister, seu Harpocratio, antequam *Παναθήναια* vocarentur, nuncupata eadem *Ἀθήναια*. Id demum est *τὸ πρὸ τούτου*, quod Suid. dicit *πρότερον*, videlicet *πρὸ τούτου τοῦ ὀνόματος Παναθηναίων*, nec potest ullo modo ad Erichth. referri. Sed qui *Παναθήναια* instituta fuisse ab Erichth. dixerunt, ii ex temporum suorum consuetudine sunt locuti, quando jam inde a Theseo *Παναθήναια*, non, ut ante Theseum, jam inde ab Erichthonii temporibus, *Ἀθήναια* nominabantur. Hinc Suid.: *Παναθήναια· Ἀθήνησιν ἑορτὴ ἐπὶ τῷ ὑπὸ Θησέως γενομένῳ συνοικισμῷ· πρῶτον ὑπὸ Ἐριχθονίου, τοῦ Ἡφαίστου, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς· ὕστερον δὲ ὑπὸ Θησέως συναγαγόντος τοὺς δήμους εἰς ἄστυ.* Politus ad Eustath. vol. ii. p. 592. Cf. Scalig. in Euseb. Chron. dcclxxxix., et Jo. Meurs. Panathen. c. 2. 3. Apollodori loco laudato addit Meursius, "Vocat Apollodor., pro sui ævi adpellatione, *Παναθήναια*, quæ tunc temporis *Ἀθήναια* indigetata: idem facit Diod. S. iv. (60.), *Τὸν δὲ Μίνως υἱὸν Ἀνδρόγεων μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας κατέστησε, Παναθηναίων συντελουμένων, Αἰγέως βασιλεύοντος.*" Alii non Erichthonium, sed Orpheum auctorem faciunt: Theodoret. Therap. i., *Καὶ τῶν Διονυσίων, καὶ τῶν Παναθηναίων, καὶ μέντοι καὶ τῶν Θεσμοφορίων, καὶ τῶν Ἐλευσινίων, τὰς τελετὰς Ὀρφεὺς, ἀνὴρ Ὀδρύσης, ἐς τὰς Ἀθήνας ἐκόμισεν.* Edd.]

notante Kustero, ideo in homines graciles et longos dicebatur, quod Ægyptiæ clematides essent longæ et tenues, ut testatur Plin. xxiv. 15.) Et Αἰγύπτιος δικαστὴς, de judice integro atque incorrupto, ut annotat Cæl. Rhod. xii. 46. (xxiii. 14.) Et ap. Hesych. Αἰγυπτία ἐμπολὴ, ὁ ῥῶπος, καὶ τὰ ἐκεῖθεν φορτία, varii generis merces, et sarcinæ ex ejusmodi mercibus, ut Αἰγυπτία ἐμπολὴ hic idem sit quod sup. Αἰγυπαία ἐμπολή. Affert autem id ex Eurip. Item Αἰγύπτιον ἔλαιον, Oleum Ægyptium: (Major unguentorum atque oleorum pars ap. celebriores veterum auctores Ægyptiorum cognomina sibi vindicavit propter myrrhæ copiam, notante Gorræo. Hippocrates, ut Gal. in Exegesi scribit, quatuor eorum genera recenset, de quibus hæc sunt sigillatim notanda.) quod ipsi κίκι et κίκινον ἔλαιον appellant. Et Αἰγύπτιον ἔλαιον λευκὸν, quod ex liliis paratur, indeque * κρίνινον et σούσινον ἔλαιον nominatur. ("Eo utitur sæpe Hippocr. l. i. περὶ γυναικ. et λευκὸν simpliciter dicitur l. ii." Gorr.) Itid. Αἰγύπτιον μύρον, unguentum Æg., confectum e flore spinæ Æg. alioque nomine dictum μετώπιον. ("Sunt qui Hermolaum et Ruellium secuti, Galenum erroris insimulent quod metopium idem fecerit cum unguento Æg., propterea quod Didymus ap. Athen. xv. 689. b. unguentum Æg. stacten faciat, metopiumque a Dioscor. et Paulo, valde ab Æg. diversum ponatur. Sed meo quidem judicio stacte et unguentum Æg. non parum inter se differunt: etenim unguentum hoc ex pluribus commixtis, puta cinnamomo, myrrha, et aliis constabat, ut patet e Theophr. de Odoribus: erat vero stacte, unguenti genus omnium simplicissimum, ut ibid. docet Theophr., quam ex sola myrrha constitisse tradit Athen. xv. c. 15. Dioscor. ipsius myrrhæ pinguitudinem fuisse scribit: neque contrarium innuit ipse Athenæi locus, ubi tantum asserere videtur Didymus, unguentum Æg. fuisse ab Achæo pro stacte expositum, sed eo loci potius, interrogantis instar de illo ambigere videtur." Gorr. Athenæi verba sunt hæc:—Τοῦ δ' Αἰγυπτίου μύρου μνημονεύων Ἀχαιὸς ἐν Ἄθλοις φησίν· * Ἰσάργυρόν τ' ἐς χεῖρα Κυπρίου λίθου Δώσουσι κόσμον, χριμάτων τ' Αἰγυπτίων. Μή ποτε, φησὶν ὁ Δίδυμος, τὴν καλουμένην στακτὴν λέγει, διὰ τὴν σμύρναν, ἣν εἰς Αἴγυπτον καταγομένην κομίζεσθαι πρὸς τοὺς Ἕλληνας. Ubi Schweigh. "Æg. unguenti, cum id genus aliis, meminit Antiphanes ap. Athen. p. 553. d. et Anaxandrides ibid. e. et mox xv. 690. a.: frequens ejusd. mentio ap. Theophr. de Odor." Cf. l. ii. 66. d. iii. 124. b.) Et Αἰγύπτιον μύρον λευκὸν, quod paratur liliis et aromatibus, ideoque * κρινόμυρον nuncupatur, dictum alioquin et σούσινον μύρον et Μενδήσιον, ("Eo sæpe utitur Hippocr. in tota γυναικείων πραγματείᾳ, et lib. de Superfœt. appellatur εὐῶδες, idem et μύρον λευκὸν simpliciter dicitur l. i. περὶ γυναικ. Eo vero antiquitus mulieres utebantur nimium cutis candorem occulere volentes: appellabant autem, etiam alio nomine παιδέρωτα, ut auctor est Pausan." Gorræus.) Gal. ap. Hippocr. Αἰγυπτίου σκύτους seu δέρματος nomine accipiendum ait τὸ εὔτονόν τε καὶ μαλακόν. (3. de Fract. t. 29.) Eidem ap. eund. Αἰγυπτία στυπτηρίη est ἡ σχιστὴ καὶ τριχῖτις. (Franzius p. 416. edidit, Αἰγυπτίην στυπτηρίαν· ἣν δὴ καὶ Σχίστην καὶ Τρισχίστιν ὀνομάζομεν: Ald. τρισχιστήν: Gorræus, σχιστὸν καὶ τρίσχιστον. Cf. Hippocr. de Ulcer. x. 3. 4. xii. 11. Ap. Aretæum Acut. i. 9. describuntur Αἰγύπτια καὶ Συριακὰ ἕλκεα, fœda quædam tonsillarum ulcera in Æg. et Syria frequentia, unde Ægyptia et Syriaca ulcera vocantur. Αἰγυπτία "nom. est medicamenti stomatici, quod habetur ap. Paul. vii. 14.: constat melle, oleo, resina Terebinthina et croco liquefactis in cacabo: illius usus est in reliquiis inflammationum sub finem discutiendis. Est et Αἰγυπτία pessi nom., cuj. compositionem Paulus explicat vii. 24.: constat melle, resina Terebinthina, butyro rosaceo vel susino, croco, quibus inflammatio abest æruginem addunt. Est etiam huj. nominis Emplastrum Cephalicum Andromachi, quod describitur ab Aëtio xv. 13. Constat cera, spuma argenti, thymiamate, lana succida usta, aristolochia, thure, squamma æris, stomomate, myrrha, opopanace, et oleo Sicyonio vel antiquo; eximiam habere inquit discutiendi et emolliendi vim, et ulcera maligna ad cicatricem perducendi. Describitur paulo aliter a Gal. l. vi. κ. γένη, c. 8. et 9. ex diversis auctoribus, atque etiam c. 12. ex Damocrate. Αἰγυπτία præterea nom. liquidi collyrii est ap. Gal. κ. τοπ. iv. 7. ad callos et oculorum albugines. Est et Αἰγυπτία, auricularis cujusd. compositionis nom., descriptæ a Gal. κ. τοπ. iv. 1. Est et medicamenti nom. ad nervorum vulnera, quod a Gal. describitur κ. γένη iii. 9. ibidemque ex variis auctoribus multiplex." Gorr. Αἰγύπτιον γῆρας. Lex. Rhetor. Sophist. ap. Bekkeri Anecd. Gr. p. 361. Αἰγύπτιον γῆρας: Σοφοκλῆς· Πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν, Ἔπειτα φοινίξαντα γογγύλων μόρον, Ἔπειτα γῆρας λαμβάνεις Αἰγύπτιον. Αἰγύπτιον· ὄνομα ἐθνικὸν, καὶ κύριον τοῦ Ἰθακησίου γέροντος: cf. Hesych. An Sophocles respexit ad Homeri loc. Od. β. 15.? Τοῖσι δ' ἔπειθ' ἥρως Αἰγύπτιος ἦρχ' ἀγορεύειν, Ὃς δὴ γήραϊ κυφὸς ἔην, καὶ μυρία ᾔδη.) Sed et Αἰγυπτία, Ionice Αἰγυπτίη, dicitur pro Αἰγυπτία χώρα, Æg. regio: i. e. ipsa Ægyptus: sed ap. poetas præsertim. Ab hoc porro Αἰγυπτία, vel ab Αἰγύπτιος etiam, est possessivum Αἰγυπτιακός. Athen. iv. (150.) τρίτη δέ ἐστιν ἰδέα δείπνων Αἰγυπτιακὴ, Ægyptiaca, Ap. Æg. usitata. Idem Athen. (xiii. 560.) xiv. (616.) citat Αἰγυπτιακὰ cujusd. Lyceæ Naucratitæ (et l. iii. 83. Asclepiadis, et l. i. 34. xi. 470. xv. 679. 680. Hellanici, et l. iv. 150. Lyncei Samii) i. e. libros conscriptos de Ægypto et rebus Ægyptiacis. (Plut. de Fluviis c. xvi. citat Thrasyllum ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.) Præterea ab Αἴγυπτος sunt duo adverbia. Primum, quod qualitatem signif., est Αἰγυπτιστὶ, Ægyptiace, Æg. more. Theocr. (xv. 48.) οὐδεὶς κακοεργὸς Δαλεῖται τὸν ἰόντα παρέρπων Αἰγυπτιστί, i. e. Æg. astu, (Pro παρέρπων Valck. ad Theocr. Adoniaz. p. 356. reposuit παρειπών:) traduntur enim Æg. fuisse callidi et versuti: unde et αἰγυπτιάζειν pro πανουργεῖν dicitur, ut paulo post docebo. (Et Αἰγυπτιστὶ, Æg. lingua, Herod. ii. 46. Καλέεται δὲ ὅ, τε τράγος καὶ ὁ Πὰν Αἰγυπτιστὶ, Μένδης: 156. Αἰγυπτιστὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὧρος.) Alterum adverbium est locale, nimirum Αἴγυπτόνδε, In Ægyptum. Hom. (Od. ρ. 426.) Αἴγυπτόνδ' ἰέναι δολιχὴν ὁδόν. Insuper ab Αἰγύπτιος sunt duo verba. Primum est Αἰγυπτιάζω, neutralem habens signific.: declarat enim Ægyptios imitor: ut quum dicitur aliquis Αἰγυπτιάζειν τῇ φωνῇ, In loquendo aut dicendo Ægyptios imitari, Æg. linguam æmulari. (Lucian. Philops. c. 31. Ἐγὼ δὲ προχειρισάμενος τὴν φρικωδεστάτην ἐπίῤῥησιν, αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, συνήλασα κατᾴδων αὐτὸν εἰς τινὰ γωνίαν σκοτεινοῦ οἰκήματος: Conviv. c. 18. Καὶ ἀνάπαιστα συγκροτῶν διεξῆλθεν, αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ.) Item Αἰγυπτιάζειν dicuntur qui Ægyptios dolis et astu æmulantur, seu Qui Æg. astutia et versutia utuntur, Qui dolose et callide agunt ut Ægyptii: nam Æschylo teste, Δεινοὶ πλέκειν τοι μηχανὰς Αἰγύπτιοι: unde et Theocr. dixit παρέρπειν Αἰγυπτιστὶ in l. c. Meminit huj. significationis Suidas Αἰγυπτιάζειν exponens πανουργεῖν et κακοτροπεύεσθαι: quo sensu et Κιλικίζειν dicitur, ut docui init. t. ii. col. 5. b. (Aristoph. Thesm. 920. Οἴ μ', ὡς πανοῦργος καὐτὸς εἶναί μοι δοκεῖς, Καὶ τοὐδέ τις ξύμβουλος· οὐκ ἔτος πάλαι Ἠγυπτιάζετ'· ἀλλ' ὅδε μὲν δώσει δίκην. "Αἰγυπτιάζειν hic est vox anceps: tam enim significare potest de Ægypto quædam garrire, vel loqui, quam Æg. versutiam et fraudulentos mores imitari." Kuster. Schol. Aristoph. ad Nub. 1128.: Αἰγυπτιάζειν· τὰ ὕπουλα πράττειν. Hesych.: Αἰγυπτιάζων· κακοτροπευόμενος. Eust. ad Il. 741, 21. Od. 1494, 10. Hesych.: Αἰγυπτιασμένη κατάστασις· οὕτως ἐλέχθη ὑπὲρ Ἰώνων. Pro Αἰγυπτιασμένη Cod. Hesychii Marc., teste Schow, habet Αἰγυπτιασμένος. G. Wakefieldius ad oram Hesychii pro κατάστασις legit κατάκαυσις. Certe Hedericus in Lex.: "Αἰγυπτιάζω, aduro." Αἰγυπτιάσαι Eustath. ad Od. p. 1484. interpretatur ἐπικαῦσαι, adurere. Etym. M. p. 29. 23.: Αἰγυπτιάζειν· τὸ πανουργεύειν καὶ * σκυθρωπεύεσθαι: p. 29. 18. Αἴγυπτος—σημαίνει παρὰ τῷ Θεολόγῳ τὴν ἁμαρτίαν, ὡς ἐντεῦθεν, Αἴγυπτον τὴν σκυθρωπὴν καὶ * διώκτριαν ἁμαρτίας. * Αἰγυπτιαστὶ, Joseph. c. Apion. i. 14.) Alterum verbum ab Αἰγύπτιος derivatum, est Αἰγυπτιόω, active significans, Ægyptium reddo, seu Æg. modo nigrum atrumve reddo: sunt enim Ægyptii ex ardore solis nigriores. Meminit huj. significationis Hes., Αἰγυπτιῶσαι exponens μελᾶναι, denigrare, atrum reddere. Sic certe accipitur in senario hoc, Χρόαν δὲ τὴν σὴν ἥλιος λάμπων φλογὶ Αἰγυπτιώσει, (Αἰγυπτιάσει ap. Eust. ad Od. p. 1484. 27.) cutem tuam sol splendens suis flammis Ægyptiam reddet, i. e. atram seu nigram more Ægyptiorum perustorum solibus." H. St. Berkelius ad Steph. Byz. v. Αἴγυπτος p. 56.:—"Salmas. in Hesychii loco scribendum censet, Αἰγυπτῶσαι· μελᾶναι, quod proprie significaret, Nigrum reddere, uti solum Ægyptium est; nam non potest formari tale verbum ab Αἰγύπτιος, sed ab Αἴγυπτος, et tali forma etiam ap. Phavorinum (et Etym. M. p. 30. 18.) legitur: Αἰγυπτῶσαι· μελᾶναι καὶ ἐπικαῦσαι, verum, si scribendum

esset Αἰγυπτιῶσαι, libenter concederem illud ab Αἰγύπτιος formari debere." Verb. Αἰγυπτιόω in Lex. suum recepit Schneider. Salmas. in Solin. p. 936. b.:—" A colore tincturæ, quæ ibi primum reperta est, Φοίνικας Græci appellavere, ut Λίβυας et Μαύρους a colore vultus, quod nigri essent. Etenim Λίβυς antiqua lingua Gr. niger, ut et Μαυρός. Sic Αἰθίοψ nom. quoque Gr. idem significans. Sed et Αἴγυπτος." "Ægyptium," ut ait Scalig. ad Fest., "vocabant nigrum s. fuscum: Glossæ, Ægyptium. φαιόν. In quo secuti sunt Græcos, qui Αἰγύπτιον, μέλαν vocabant. Græci cum scirent ab ipsis Ægyptiis Nilum שחור vocari, h. e. μέλαν, ἰσοδυνάμῳ verbo suo αἰγύπτιον reddiderunt. Sic quum scirent Edom ἐρυθρὸν Græce reddi, ab eo τὴν θάλασσαν ἐρύθραιαν appellaverunt sinum Arabicum." Fallitur H. St., derivans adv. Αἰγυπτιστὶ ab Αἴγυπτος. Imo descendit ab * Αἰγυπτίζω, quod verbum prætermittere non debuerant Lexicographi. Sic a * Πελοποννησίζω derivatur * Πελοποννησιστὶ, et Dorice Πελοποννασιστί. Apollon. περὶ ἐπιῤῥημάτων MS. ap. Bast. ad Greg. Cor. p. 91.:

Τὰ διὰ τοῦ στὶ ἐκφερόμενα (ἐπιῤῥήματα) ἄμεινον ἡγητέον ἀπὸ ῥημάτων παρῆχθαι, ἢ καὶ συνυπάρχειν τὰ ῥήματα, καὶ ταῦτα πάντα εἰς ζω περατούμενα, καὶ καθὼς ἀπὸ μιᾶς συζυγίας τῶν ῥημάτων μία σχεδὸν καὶ ἡ συζυγία τῶν ἐπιῤῥημάτων. Εὔλογόν τε καὶ τὸ διηλλαγμένον τοῦ ἐπιῤῥήματος συνδιηλλάχθαι τῷ πρωτοτύπῳ. Οὐ γὰρ πιθανὸν παρὰ τὸ Ἕλλην τὸ ἑλληνιστὶ, μᾶλλον δὲ παρὰ τὸ ἑλληνίζω. Παρὰ γοῦν τὸ Θρᾷξ (Cod. τω δραξ) πάλιν διάφορον κατὰ τὴν κατάληξιν ὂν, οὐκ ἂν τὸ αὐτὸ παρακολουθήσειεν θρᾳκιστὶ, παρὰ δὲ τὸ θρᾳκίζω τῆς αὐτῆς πάλιν ἐχόμενον συζυγίας. Οὕτως ἔχει παρὰ τὸ δωρίζω δωριστὶ, καὶ * αἰολιστὶ, βαρβαριστὶ, * μηδιστὶ, * συριστὶ, * σκυθιστὶ, καὶ ἐπεὶ ἅπαξ τὸ ἰάζω συνεκόπη ἐκ τοῦ ἰωνίζω, ἣν καὶ τὸ συνὸν ἐπίῤῥημα συμμετειληφὸς τοῦ πάθους ἰαστὶ, καὶ σαφὲς ὅτι πάλιν τὸ * ἰωνιστὶ τῷ ἰωνίζω παρέκειτο. * Αἰγυπτιογενὴς, ὁ, ἡ, s. * Αἰγυπτογενὴς (γένος). Æschylus Pers. 34. Σουσισκάνης, Πηγασταγὼν Αἰγυπτογενής. Blomf.: "Sic Ald. Turn. Pors. Med. Barocc. Mosq.: ceteri Αἰγυπτιογενὴς, synecphonesi Atticis ignota: Suppl. 31. Ἐσμὸν ὑβριστὴν Αἰγυπτογενῆ." Αἰγυπτιογενὴς tamen Schol. ad Pers. habet: utrumque agnoscit Schneiderus in Lex. Æschylus Suppl. 1060. Ὁ μέγας Ζεὺς ἀπαλέξαι Γάμον αἰγυπτογενῆ μοι, (pro ἀπαλέξαι Turn. habet ἀπαλλάξαι.) * Ægyptilla, gemma nigri et cœrulei coloris, sic vocata, quod frequens in Æg. reperiatur, Plin. xxxvii. 10. Isidor. Origg. xvi. 11. Αἰγύπτης ad Αἴγυπτος nihil pertinere videtur. "Αἰγύπτης Hes. σίντης, ἀσκαλαβώτης, Noxius, Stellio. Ita enim reponit Varinus pro Ἀγύπτης, consentiente etiam serie alphabetica." H. St. Cod. Hes. Marc., teste Schow, habet: Αἰγύπτης· σύντης, ὁ καλοβάτης. Lex. Rhetor. Sophist. ap. Bekkeri Anecd. Gr. p. 361.: * Αἰγύπτης· συβώτης, νομεύς. Voc. αἰγύπτης ignorat Schneideri Lex. Edd.]

* Ἀμβρὴς, nom. libri cujusd. sacri. Scribit Horapollo i. 38., Ἔστι δὲ παρὰ τοῖς ἱερογραμματεῦσι (loquitur de Scribis Sacris Æg., qui dicuntur ζωὴν καὶ θάνατον διακρίνειν) καὶ βίβλος ἱερὰ, καλουμένη Ἀμβρὴς, δι' ἧς κρίνουσι τὸν κατακλιθέντα ἄῤῥωστον. Editum καὶ βίβλος, ἱερὰ καλ. Ἀ., haud posse defendi, bene monuit de Pauw p. 323., addens, Ἀμβρὴς haud dubie voc. Æg. esse. Præiverat Mercerus, p. 185. scribens, nom. esse Æg., quantum conjicere licet. Non memini voc. ⲀⲘⲂⲢⲎⲤ alibi legere. Neque extat in Lex. La Crozii. Nihilo tamen minus recte habetur Æg., teste Horapolline, qui dicitur a Suida, Φαινυβύθεως, κώμης τοῦ Πανοπολίτου νομοῦ, γραμματικὸς, διδάξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, τῇ ἐν Αἰγύπτῳ. Ad integrum Horapollinis locum recte attendentibus, facilis nobis possit oriri suspicio, ex Ἀμβρὴς factum esse verb. Ἀμβρίζειν, ab Hesychio expositum θεραπεύειν ἐν τοῖς ἱεροῖς. Sed intercedunt Pauwius et Albertius, [cui "ἀμβρίζειν pro ἀβρίζειν positum" videtur, "ut ἄβοαι, vel ἅβραι potius, sunt θεραπαῖναι." G. quoque ad ἅβρα referendum censet. H. St. in Indice Thesauri hanc vocem agnoscit, nihil præter Hesychii locum afferens. Edd.]

* אנכי, Ego, non esse voc. Hebr., sed origine Æg., deinde ab Hebræis civitate donatam, existimabat Hannerus Obs. Crit. §. 19., testante Blumbergo l. c. p. 17, 18., qui tamen addit, nondum se posse induci, ut ei suffragia sua transcribat. Inscriptionis Phœniciæ Oxon., quam post Barthelemium, t. xxx. Comment. Acad. Inscr. Paris., et Swintonum, t. liv. Act. Acad. Scient. Londinens., nova interpretatione a. 1802, illustravit Akerblad, vox prima est אנך, de qua idem p. 14. scribit: "Voc. אנך nihil aliud est, quam אנכי Hebr.; sive quod Phœnicii anoc pronunciaverint, more Æg., a quibus hanc vocem accepisse Hebræos ipsi Rabbini testantur; sive quod *jod* illud finale hic fuerit omissum." Idem significare videtur La Crozius Lex. v. ⲀⲚⲞⲔ.

* Arapotes. Plin. v. 10.: qui lacus, Marea, antea Arapotes nominabatur. Erat forte nom. Æg. ⲀⲢⲈϨ—ⲠϨⲞⲦⲠ, Areh-phot, custodia occidentis. Vide annot. sup. p. 132. ex Epist. Forsteri p. 13.

* Ἄρνουφις videtur nom. Æg. hominis, quem Dio Cassius t. ii. p. 1183. appellat μάγον Αἰγύπτιον, testaturque, Mercurium aërium ab eo artibus quibusdam magicis invocatum esse ita, ut tempore Marci Aurelii Imp. exercitus largiori pluvia recrearetur.

* Astaroth, Jud. ii. 13. est vox Æg. ϮⲤⲨⲢϢⲦ, Venus; si credas Blumbergo in præf. ad Fundam. L. Copt. p. 23.

* Azazel. Vox explicatu difficilior, Lev. xvi. 8. "Quid obstat, quin hariolemur esse (voc.) Æg.?" Marshamus Can. Chr. p. 205. Sed vide, præter interpretes, S. Ravium in not. ad Shawii Itin. p. 400.

* Borith. Scribit La Croze ad Jabl. t. iii. Thes. Ep. p. 172.: "Cogita quæso, an vox ברית, Jeremiæ ii. 22. et Malachiæ iii. 2., non tibi videatur præ se ferre vestigia quædam Ægyptiasmi." Multa de vocc. de origine Æg. nihil, Michaëlis in Commentt. Societati Sc. Goetting. per annos 1758—1762. prælectis, diss. vii., et in Suppl. Lex. Hebr. p. 229—232.

Βύσσος, linum xylinum. Forsterum si audias, de Bysso Antiq. p. 9. 48, 49. Ægypto debet vox originem, composita ex ⲈⲤ et artic. Ⲡ, mutata litera Æg. Ⲡ in Gr. B. Phœnicium vero nom. putat Michaëlis in Suppl. Lex. Hebr. p. 161., Persicum vel Arabicum Relandus Diss. Misc. P. i. p. 212. ["Βύσσος, ου, ἡ, Lini quoddam genus ap. Indos, teste Polluce vii. (75. Byssi Indicæ meminit Philostr. Vit. Apollon. ii. 20.: Στολὴν δὲ εἶναι τοῖς μετὰ τὸν Ἰνδὸν λίνου φασὶν ἐγχωρίου, καὶ ὑποδήματα βύβλου, καὶ κυνῆν, ὁπότε ὕοι· καὶ βύσσῳ δὲ τοὺς φανερωτέρους αὐτῶν φασιν ἐστάλθαι· τὴν δὲ βύσσον φύεσθαι δένδρου φασὶν, ὁμοίου μὲν τῇ λεύκῃ τὴν βάσιν, παραπλησίου δὲ τῇ ἰτέᾳ τὰ πέταλα· καὶ ἡσθῆναι τῇ βύσσῳ φησὶν ὁ Ἀπολλώνιος, ἐπειδὴ ἔοικε φαιῷ τρίβωνι· καὶ ἐς Αἴγυπτον δὲ ἐξ Ἰνδῶν ἐς πολλὰ τῶν ἱερῶν φοιτᾷ ἡ βύσσος. H. l. Philostr. byssum confundit cum gossypio. Vide Strab. xv. p. 447. e Nearcho, et Eustath. ad Dionys. 1116. Arethas in Apocalypsin c. 57., ad Strabonis loc. respiciens, Τοιοῦτον γὰρ ἡ βύσσος φλοιὸς δένδρου Ἰνδικοῦ, εἰς λίνον κατειργασμένη. Hieron. in Ezech. c. 27.: Byssus in Ægypto quam maxime nascitur.) "Ex quo τὰ βύσσινα φάρη, maximo habita in pretio. Teste enim Plin. xix. 1. Asbestino lino principatus in toto orbe datur: proximus byssino, mulierum maxime deliciis circa Elim in Achaia genito. Cuj. scripula quaternis denariis, ut auri, quondam permutata se reperisse ait." (Fallitur Forsterus de Bysso Antiq. p. 5., affirmans Plinium solum hæc de Bysso circa Elim in Achaia genita habere; byssum enim Eleam cum bysso Hebræa comparat Pausan. in Eliacis, et flavedine differre dicit, quæ major sit in Hebræa. Vide Pausan. v. 5. vi. 26. Theocr. ii. 73., ἐγὼ δέ οἱ ἁ μεγάλοιτος Ὡμάρτευν, βύσσοιο καλὸν σύροισα χιτῶνα.) "Hesych. tamen βύσσον esse ait χρῶμα ἀντὶ τῆς ὕσγης παραλαμβανόμενον, qui βύσσινα quoque exponit πορφυρᾶ, purpurea, (et βύσσινον· πορφυροῦν), ut Suidas etiam βύσσον significare ait βαφὴν ἐκ πορφύρας, et βύσσινον· τὸ βύσσῳ βεβαμμένον. Sed perperam uterque; nec enim coloris genus est, sed delicatissimi lini et diversi a purpura, ut e Luca etiam patet (xvi. 19.), ὁ πλούσιος ἐνεδιδύσκετο πορφύραν καὶ βύσσον. (Prov. xxxi. 22., Ἐκ δὲ βύσσου καὶ πορφύρας ἐν αὐτῇ ἐνδύματα.) Sic. Exod. xxv. (4. Καὶ ὑάκινθον, καὶ πορφύραν, καὶ κόκκινον διπλοῦν, καὶ βύσσον κεκλωσμένην, καὶ τρίχας αἰγείας), et xxvi. (1. Δέκα) αὐλαίας ἐκ βύσσου κεκλωσμένης, (καὶ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου χερουβὶμ), aulæa ex byssino stamine (31. Καὶ ποιήσεις καταπέτασμα ἐξ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου κεκλωσμένου, καὶ βύσσου νενησμένης.)" H. St. Apocalyps. xviii. 16. ἡ περιβεβλημένη βύσσινον καὶ πορφυροῦν, sc. ἔνδυμα s. ἱμάτιον, quod sæpe omittitur. Excerpta e Moschopulo MS. in Agapetum ap. Fabric. Bibl. Gr. xii.

p. 306.: *Βύσσος· τὸ κόκκινον βάμμα, ὅπερ λέγουσι ἰδιωτικῶς ἀληθινὸν, καὶ λέγεται ἀπὸ τοῦ βύειν τοὺς ὄσσους, ἤγουν τοὺς ὀφθαλμούς· λέγεται δὲ καὶ τὸ κόκκινον ἔνδυμα, βύσσος.* Etym. M. et Zonaras: *Βύσσος· εἶδος βοτάνης, ἐξ οὗ καὶ τὰ ἀπ' αὐτῆς βαπτόμενα ἱμάτια, βύσσινα λέγονται.* Phavor. et Zonaras: *Βύσσινον· κόκκινον.* Hesychii et Suidæ interpretationem non probant Sopingius, G. J. Vossius Etym. L. L., Jo. Croïus Obss. in N. T. p. 115. et Kusterus, "quoniam *βύσσος*," ut aiunt, "non est coloris, sed lini genus," et "aliud est byssus, aliud purpura, ut e veteribus scriptoribus satis constat: male ergo ista Suidas confundit." His similia scripsit Hoffmannus, qui in Lex. Universali Lucæ locum attulit, et subjungit: "Unde colligitur a purpura vestem byssinam distinctam fuisse, quod notandum contra veteres Grammaticos, qui byssinum colorem purpureum interpretati sunt." "Hesych., Suid., et Etym. M.," ait Forsterus de Bysso p. 3., "byssum de colore purpureo intelligunt, sed certe falluntur: id probabile videtur, temporibus quo vixere, byssum pro colore usurpatam fuisse." "Byssus de colore purpureo," inquit Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 219., "etiam exponitur a quibusdam, a flore byssi vel lini, qui purpurei coloris est." "Vestes mollissimæ ac tenuissimæ," ut scribit Pitiscus Lex. Antiqq. Rom., "ex illa lini specie pretiosissima conficiebantur, et hæ, quoniam pretiosissimæ, et, ut dixit Plin. xix. 1., mulierum deliciæ erant, ideo ferme purpura tegebantur, quæ res veteres grammaticos in errorem impulit, ut byssinum colorem purpureum interpretarentur." "Purpuream alicubi nasci, aut succum fundere purpureum, quo inficiantur, et tingantur alia, legere non memini, præterquam apud Grammaticos, quos de his rebus decidentes facile nemo ferat. Sic *Βύσσον· χρῶμα*, colorem (purpuræ) explicat Hesych., et Suidas, *Βύσσῳ βεβαμμένον*, bysso tinctum. Bisetus in Aristoph. de amorgide, *ὅ ἐστιν εἶδος χρώματος, ὅμοιον βύσσῳ.* Notatus hic error ab H. Steph. et Æmilio Porto." Ol. Celsius in Hierobot. t. ii. p. 178. Sed omnes hi critici hodierni in magno versantur errore, cum Grammatici veteres sic exponendo minime errent. Verum vidit Bochart. Geogr. S. P. ii. l. i. c. 14. p. 415.: "Amorgina (*ἀμόργινα*) pro purpureis ideo sumi suspicor, quia colore purpureo plerumque imbuebantur; qua ipsa de causa byssus quoque pro purpura usurpatur." Byssinæ vestes non "purpura tegebantur," ut censet Pitiscus l. c., sed inficiebantur. "Aliud est, quod intactum præterire sit religio," inquit Bochart. ibid. P. i. l. iii. c. 4. p. 156., "byssinas sc. vel e bysso vestes, quod genus est lini tenuissimi, purpureum colorem non raro imbibisse: unde in Scriptura toties (vide loca ab H. Steph. supra laudata) byssus et purpura, vel purpura et byssus pro purpurea bysso per figuram *ἓν διὰ δυοῖν*: atque inde factum, ut byssus pro purpura sumeretur, et byssinus pro purpureo." Cf. Schleusner. Nov. Lex. Gr. Lat. in N. T. Inducebantur autem bysso varii colores. 1. Purpureus. Hunc cocci mixtura elegantiorem fieri, docet versus Empedoclis ap. Plut. de Def. Orac. c. 41.: *Ἄλλα γὰρ ἄλλοις οἰκεῖα καὶ πρόσφορα, καθάπερ τῆς μὲν πορφύρας ὁ κύαμος* (f. l. *χυλὸς*), *τῆς δὲ κόκκου τὸ νίτρον δοκεῖ τὴν βαφὴν ἄγειν μεμιγμένον· βύσσῳ δὲ γλαυκῆς κρόκου καταμίσγεται, ὡς Ἐμπεδοκλῆς εἴρηκε.* Empedoclis versus corruptus est, quem ita citat Ol. Celsius l. c., *Βύσσῳ δὲ γλαύκοιο κρόκου καταμίσγεται ἄνθος.* De croco ad tincturas usurpato vide Spanh. ad Callim. H. in Apollin. 83. Sturzius ad Empedoclis Carm. 293. legit, *Βύσσῳ δὲ γλαυκῇ τὸ κρόκου καταμίσγεται ἄνθος*, "*ἄνθος*, h. e. color, necessarium videbatur ut adderetur, et poterat illud nom. facile absorberi a seq. *ὡς*." Idem Sturzius in Addendis malit, *Βύσσῳ δὲ γλαυκῇ κόχλου καταμίσγεται αἷμα*, ut *κόχλος* sit murex, ut in Naumachii monitis nuptialibus v. 62., *Εἵματα δ' εἰναλίης ἐρυθαίνεται αἵματι κόχλου.* Sed fortasse rectius scripsisset, *Βύσσος δὲ γλαυκῷ κόκκου καταμίσγεται ἄνθει*, vel *Βύσσῳ δὲ γλαυκὸν κόκκου καταμίσγεται ἄνθος. Κρόκου, κόχλου*, an *κόκκου* legas, Plutarchi et Empedoclis sensus dubio procul est, purpuram s. byssum mixtura cocci s. conchylii elegantiorem fieri. Plin. ix. 38. de purpurarum succo: "Buccinum Pelagio admodum alligatur, nimiæque ejus nigritiæ dat austeritatem illam nitoremque, qui quæritur, cocci: ita permistis viribus alterum altero excitatur aut astringitur." ix. 41. "Quin et terrena miscere, coccoque tinctum Tyrio tingere, ut fieret hysginum." Plin. xxvii. 10.: "Glaucion granum habet crocei coloris:" recte ergo *γλαυκὸς κρόκος* ap. Empedoclem. Cinnamus Hist. Jo. et Man. Comnenorum p. 36. "Venienti (novæ Imperatrici) obviam effusæ sunt tum aliæ illustrissimæ matronæ, tum et Alexii quondam conjunx, induta byssina veste, ceterum auro et purpura ornata. Sed ob colorem in byssino purpureum et nigricantem cum atrata videretur, quænam illa esset lugubri et magnifico habitu, percunctata circumstantes est." 2. Color niger bysso inducebatur. Plut. de Is. et O. c. 39.: *Οἱ ἱερεῖς ἄλλα τε δρῶσι σκυθρωπὰ, καὶ βοῦν διάχρυσον ἱματίῳ μέλανι βυσσίνῳ περιβάλλοντες, ἐπὶ πένθει τῆς θεοῦ δεικνύουσι.* Byssum candor maxime commendabat. Apocalyps. xix. 8., *Ἵνα περιβάληται βύσσινον καθαρὸν καὶ λαμπρόν*: 14., *Ἐνδεδυμένοι βύσσινον λευκὸν καὶ καθαρόν.* Themist. Or. xiii. p. 301.: *Καὶ εἶδον ἐγὼ ἔναγχος ἐν τῷ ἄστει τοῦ Ἀντιόχου ἄνδρας ἐκ Σούσων καὶ Ἐκβατάνων ἀφιγμένους σὺν κηρυκείοις, καὶ γράμματα ἀρχαῖα βύσσῳ λευκῇ ἐνειλιγμένα.* Tertull. de Cult. Fem. c. 13., Vestite vos serico probitatis, byssino sanctitatis, purpura pudicitiæ. Eucher. Instruct. i., Byssus castitatis vel continentiæ candor. "Quæritur autem non immerito, num byssus natura nascatur alba, an arte candor ei concilietur, ut communi lino? Braunius, p. 131., 'Byssus natura est alba et candidissima.' Sic Rabbini. A. Ezra Ex. xxv. 5. 'Tenuis est et alba et non tingitur.' At Pausanias de bysso nondum laborata: *Ἡ δὲ βύσσος ἡ ἐν τῇ Ἤλει, λεπτότητος μὲν ἕνεκα, οὐκ ἀποδεῖ τῆς Ἑβραίων, ἐστὶ δὲ οὐκ ὁμοίως ξανθή.*" (Vide Philostrati loc. supra laud.) "Alii colorem ipsi aureum tribuunt. Casaubonus Animadv. ad Athenæum p. 173. 'Byssi color ut auri, sub flavi genere continetur.'" (Jul. Scalig. Exerc. 325, 13., 'Byssinum aureo proximum statuunt a bysso lini genere: nunc quoque e sericis crudis quiddam simile texunt.' Antonius Thylesius byssum ait coloris fuisse pene aurei.) "Rectissime Bodæus: 'Variat color byssi pro ratione soli in quo nascitur,' Comment. ad Theophr. p. 426." Ol. Celsius l. c. "Lapidi asbesto byssi vel lini appellationem veteres applicuerunt, quod et ipse in fila contorqueri et texi possit: hinc autem factum, ut materia illa, quæ minera est, pro bysso vel lino accepta sit a multis. Sed distinguit evidentissime Plin. xix. 1., dum lino asbestino principatum in toto orbe adscribit, proximum byssino." Ol. Celsius l. c. Cum serico byssum aliquando confudisse Gr. et Lat. scriptores, res est manifesta, ut Strabo xv. p. 987. ed. Falc., e Nearcho: *Τοιαῦτα δὲ καὶ τὰ σηρικὰ, ἔκ τινων φλοιῶν ξαινομένης βύσσου.* Cf. Eustath. ad Dionys. 1116. et Salmas. in Solin. p. 212. a. Eucher. ad Salon. c. 3., Byssus genus serici grossioris pariter et fortioris. De bysso plura vide infra ad v. *σηρικὸν* et *βόμβυξ*. Dicitur non modo *ἡ βύσσος*, byssus, sed et *τὸ βύσσον*, byssum, quanquam Lexicographi hanc formam non agnoscant. Suidas: *Βύσσινον· τῷ βύσσῳ βεβαμμένον.* Sic locum citat Vossius Etym. L. L. nescimus qua auctoritate fretus; Kusterus enim edidit, *Βύσσινον· βύσσῳ βεβαμμένον*, de lectionis varietate nihil monens. Diserte tamen Steph. Byz. v. *Βυσός*: *Τὸ μέντοι βύσσος θηλυκὸν βαρύνεται, ἀφ' οὗ καὶ βύσσινον.* Gloss. MS. in Proph. ap. Bielium in Lex., *Τῷ βύσσῳ· τῷ βυσσίνῳ.* Isidor. Origg. xix. 27.: "Byssum genus est quoddam lini nimium candidi et mollissimi, quod Græci papatem vocant." In v. papatem mendum est: lege Papaverem: Græcis enim *μήκων* non solum notat papaver, sed etiam textum byssinum s. lineum. Hesych.: *Μήκωνες· τὰ τῆς πίννης περιττώματα* (*τριχώματα*), *καὶ τῶν ὁμοίων, καὶ μέρος, καὶ ὕφασμα βύσσινον.* A pinnarum capillitio et molli lanositate tenuis vestis *μήκων* appellata; nam et nebatur ejusmodi pinnarum vellus, et vestes ex eo texebantur. Inde vestis papaveraca ap. Lucilium et Plin. Vide Salmas. in Solin. p. 792, 3. et Vossium Etym. L. L., et nos infra ad v. *μήκων*. "*Βύσσινος*, Byssinus, qui ex bysso est, *ὁ ἐκ βύσσου*, ut *προσκεφάλαια βύσσινα παραλουργῆ* ap. Athen. vi. (255., et 257., *τῶν βυσσίνων προσκεφαλαίων*.) Sic *βυσσίνη σινδὼν* ap. Herod. ii. 86. et *βύσσινον φάρος* (Sophocles) ap. Plut. (*περὶ Ἀρετῆς κ. Κακίας* c. 2.) Æschylus Sept. c. Theb. 1041., *Κόλπῳ φέρουσα βυσσίνου πεπλώματος*, Pers. 129. *Βυσσίνοις δ' Ἐν πέπλοις πέσῃ λακίς.* Eurip. Bacch. 819. *Στεῖλαί νυν ἀμφὶ χρωτὶ βυσσίνους πέπλους.* Plut. de Pythiæ Orac. c. iv.: *Τί γὰρ, εἶπεν, ὦ ξένε, κωλύει ταὐτὸ εἶναι καὶ λεπτὸν, καὶ πυκνὸν, ὥσπερ τὰ σηρικὰ καὶ τὰ βύσσινα τῶν ὑφασμάτων, ἐφ' ὧν καὶ Ὅμηρος εἶπεν· Καιροσέων δ' ὀθονῶν ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον, ἐνδεικνύμενος τὴν ἀκρίβειαν καὶ λεπτότητα τοῦ ὕφους, τῷ μὴ προσμένειν τὸ ἔλαιον, ἀλλ' ἀποῤῥεῖν καὶ ἀπολισθαίνειν τῆς πυκνότητος, οὐ δίησι*, (lege cum Wyttenb., *οὐ διείσης*.) "Ap. Plut. in Apophth.

(T. 1. Pt. ii. p. 691. ed. Wyttenb.), Parysatis ἐκέλευε τὸν (πρὸς) βασιλέα μέλλοντα μετὰ παῤῥησίας διαλέγεσθαι, βυσσίνοις χρῆσθαι ῥήμασι, admonens libertatem in loquendo temperandam esse lenitate quadam, et asperitatem mollitie; nisi potius βυρσίνοις legendum, ut quidam habent Codices, ut velit regem a verbis liberioribus ad scuticas et flagra devenire, i. e. verbera: fuit enim Parysatis animo iracundo et fero vindictæque cupidissimo, ut patet ex historiis. Cœl. Rhodig. xii. 39. (xxiii. 7.) βυσσίνους λόγους esse ait Verba quæ sublimitatem habent ac nitorem, ut Phileph. quoque βυσσίνοις ῥήμασι in illo Plut. loco interpr. Gravibus atque ornatis verbis." H. St. Byssina verba sunt, ut exponunt Ol. Celsius Hierobot. t. ii. p. 177., Gesnerus Thes. L. L. h. v., et Forsterus de Bysso p. 46., mollia, blanda, mulcendis regum auribus apta; mollitia enim omne byssi genus excellebat. Aristoph. Nub. 911. Ῥόδα μ' εἴρηκας (ubi Reiskius male conjecit εἶρκας, ab εἴρω, necto,) Rosas mihi nexuisti, Proverbium ad eos, qui dicunt quæ grata sunt: cf. Schol. et Suid. v. ῥόδον. Lucianus Herc. Gall. c. 4. t. iii. p. 84.: Οὕτω γέ τοι καὶ τοῦ Νέστορος ὑμῖν ἀποῤῥεῖ ἐκ τῆς γλώττης τὸ μέλι, καὶ οἱ ἀγορηταὶ τῶν Τρώων τὴν ὄπα τὴν λειριόεσσαν ἀφιᾶσιν εὐανθῆ τινα· λείρια γὰρ καλεῖται, εἴγε μέμνημαι, τὰ ἄνθη. Respicit ad Hom. Il. γ. 152. De H. St. errore v. M. Maittaire ad Plut. Apophtheg. p. 98. Edd.]

["Βυσσοφαρεῖ Hes. exp. μεγαλοφαρεῖ, forsan tamen sonat potius βύσσινον φάρος ἐνδεδυμένῳ." H. St. Sopingius pro βυσσοφαρεῖ reponit βυσσοβαρῆ, Hesych., Βυσσοβαρῆ· μεγάλα, ἀπὸ τῶν καταφερομένων εἰς βυθὸν διὰ τὰ βάρη. Kusterus glossam hanc sic refingit: Βυσσοβαρεῖ· μεγαλοβαρεῖ. Edd.

[Sub v. βύσσος, lini genus, H. St. ponit βύσσος· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, pro quo Suid. habet μύρτον in Κριθή, Schol. Aristoph. ad Pac. 965.: Πρὸς τὴν κριθὴν παίζει, ὅτι τὸ τῶν ἀνδρῶν αἰδοῖον κριθὴν ἔλεγον, τὸ δὲ γυναικεῖον, βύσσον. Marcus Argentarius in Epigr. Anal. t. ii. p. 266., βύσσῳ τοῦτο περισκεπάσω (τοῦτο sc. πέος, quod ostendebat feminæ). Sic edidit Jacobsius; Albertius tamen ad Hesych. scribit βυσσῷ: "Βυσσὸς," inquit, "vel idem est cum Hesychii βυττὸς" (Βύττος· γυναικὸς αἰδοῖον), "vel cum βυθὸς, pro quo sup. βυσσός." Βύττος Salmasio ad Tertull. de Pallio p. 123. est i. q. Μύττος. "Μυττὸς Hesych. τὸ γυναικεῖον μόριον," H. St. Sic, notante Salmas. ibid., βύρμηξ μύρμηξ, βύσταξ μύσταξ, μολγὸς βολγὸς, Lat. bulga, βέλλειν μέλλειν, βεμβράδες μεμβράδες, μῆκα βῆκα, unde becum pro corneo rostro, βάσκα μάσχα Lat. masca, βάμβα βάμμα. "Satyricum signum, pudendum subrectum instar Satyrici. Hinc Mœtinum, et signum subrectum pro eodem in Lucillii versu, Nam quid Mœtino, subrectoque huic opus signo? Perperam autem Mœtino pro Mœtuno scribitur: nam Muttunus, vel Muttonus verum ej. nom. Gr. μυττὸς, et μυττὼν μυττῶνος (Voc. *Μυττὼν H. St. non agnoscit,) unde hic muttonus et muttunus. Tertulliano, Sterculius et Muttunus. Ita legit in Lucillio auctor Glossarum: Muttonus. Προβασκάνιον ὡς Λουκίλλιος. Sed μυττὸς Græcis τὸ γυναικεῖον significat, non τὸ ἀνδρεῖον, quum tamen muttunum et muttonum ex eo Latini pro virili tantum usurpent. Hesych., Μυττός· τὸ γυναικεῖον. Numen erat Πριαπῶδες, Muttuni Tuttuni nomine, Romanis matronis cultum, quod utriusque obscœni appellationem videtur habuisse. Male ap. Festum scribitur Mutini Titini, pro Muttuni Tutuni. Arnobius iv. 'Etiamne Tutunus, cuj. immanibus pudendis, horrentique fascino, vestras inequitare matronas, et auspicabile ducitis, et optatis.' Ita vetustissimus liber Regiæ Bibliothecæ, non Mutunus, ut vulgo legitur. Paulo post vetus idem liber habet: 'Supplices, hoc est, uno procumbimus, atque est uno.' Quæ cum inquinatissima sint, sic constat emendanda: 'Supplices Mutuno procumbimus, atque Tutuno.' Sic duplex ejusdem Dei nom. Mutunus, Tutunus. Ex utroque obscœno videtur appellatio composita. Μυττὸς Siculum, vel Æolicum pro μυστὸς de pudendo muliebri. Inde μυττὼν μυττῶνος, et Lat. muttonus. Ποσθὴ et ποσθὼν, qui ingens habet virile, Æolice ποθθὼν ποθθῶνος, inde Lat. Puttunus et Tuttunus: nam t et p invicem permutabant tam Æoles, quam veteres Latini. Utriusque igitur sexus pudendum habuit hoc numen, vel certe utriusque pudendi simulacrum eodem sacello consecratum. Ideo promiscue muttunum, muttoniumque pro virili usurparunt; et fortasse in versu Lucillii utrumque designatur, 'Nam quid mœtuno subrectoque huic opus signo?' Nam mœtunum pro muliebri posuit; subrectum signum pro virili. Utrumque ἀντὶ τοῦ προβασκανίου ap. veteres, et arcendo fascino in usu fuit." Salmas. in Solin. p. 220. Ceterum ad voc. Βύττος pertinere videtur Σάβυττος. "Σάβυττος ap. Hesych. de quodam tonsuræ s. rasuræ forma, s. de pudendo muliebri," H. St. Hesych.: Σάβυττος· εἶδος ξυρήσεως εἰς καλλωπισμὸν, πότερον δὲ τοῦ πώγωνος, ἢ τῆς κεφαλῆς, ἄδηλον· τινὲς δὲ, τὸ γυναικεῖον. Photius: Σάβυττος· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι καὶ βύεσθαι, ὡς καὶ σάθη (Cod. D. σάττη, recte). Σαβύττης· ξυρήσεως εἶδος. Pro Σαβύττης Schleusnerus Cur. Nov. in Phot. reponit Σάβυττος. Photius alibi pro Σάβυττος habet Σάβυττα s. Σαβύτη: Σάραβον· τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον οἱ κωμικοὶ καλοῦσι, καὶ Σάκτην (Hesych. σάκαν, sed Suidas quoque habet σάκταν), καὶ Σάβυτταν (Cod. D. σαβύτην: Suidas, σάμβυτον,) καὶ σέλινον (Suid. σέληνον), καὶ ταῦρον, καὶ ἕτερα πολλά. Edd.

[Schneiderus in Lex.: "Βύσσος—die Seide von Pinna marina, πίννη." "Sed usus ille huj. vocabuli, qui multas sæpe confusiones peperit," notante Schweigh. ad Athen. iii. p. 89. c., "nonnisi recentiorum quorundam inventum est, leviter corrupta et perperam accepta ista ap. Aristot. scriptura deceptorum." "Quod me pene fugerat, ad pinnæ lanam," ut scribit Bochart. Hieroz. L. ii. c. 45. P. i. p. 490., "multi referunt Aristot. H. A. v. 15., Αἱ δὲ πίνναι ὀρθαὶ φύονται ἐκ τοῦ βύσσου ἐν τοῖς ἀμμώδεσι, καὶ βορβορώδεσι, quæ Gaza ita reddidit, Pinnæ erectæ locis arenosis cœnosisque e bysso i. e. villo, s. lana illa pinnali proveniunt. Scaliger quoque, Pinnæ surrectæ enascuntur e bysso in sabuletis et cœno. Et Rondeletius, Pinnæ e bysso proveniunt." (Villebrunius, quem merito castigat Schweigh. l. c., Mais les pinnes s' attachent droites par leur byssus.) "Sed Gesnero id suspectum est. 1. Quia pinnarum villus non appellatur byssus uspiam, sed lana, aut vellus. 2. Sive byssum, aut lanam appelles, ex eo villo pinna non provenit, sed potius villus e pinna. 3. Byssus pro lino femininum est" (sed vide loca supra laudata): "itaque dicendum fuisse ἐκ τῆς βύσσου, non ἐκ τοῦ βύσσου. 4. Proinde, mutato accentu, legendum contendit ἐκ τοῦ βυσσοῦ, i. e. e fundo maris proveniunt" (Camus in sua Historiæ Animalium Aristot. ed. p. 272., Les pinnes naissent droites du fond de la mer), "qui fere pinnarum naturalis est locus. 5. Inde est, quod Athenæus (l. c.), hunc ipsum locum Aristotelis referens, pro ἐκ τοῦ βύσσου habet ἐκ τοῦ βυθοῦ, e fundo. Et de pinna dicit Oppian. Hal. ii. 186., Ὄστρακον αὖ βυθίας μὲν ἔχει πλάκας, Testa quidem profundas maris plagas obtinet. Et Nicand. Alex. 391. quædam editiones sic legunt, Κνώδαλα φυκιόεντα, βαθοὺς ἅτε βόσκεται ἅλμης, Animalia in alga degentia, quæque pascuntur in fundo maris, i. e. pinnæ et conchæ reliquæ, quas recenset continuo post." (Falsa est hæc lectio, de qua silet Schneiderus, qui sic edidit, Ὅσσα τε πετρήεντος ὑπὸ ῥόχθοισι θαλάσσης Κνώδαλα φυκιόεντας ἀεὶ περιβόσκεται ἀγμούς. Scholia: Καὶ ὅσα κατὰ τοὺς φυκιόεντας ἀγμοὺς, ὅ ἐστιν αἰγιαλοὺς, περιβόσκεται κνώδαλα, κωβιοὶ, καὶ τὰ τοιαῦτα.) "Quibus rationibus cum videatur vir doctissimus etiam ab invitis assensum extorquere, miror, cur Casaubonus ὁ μέγας (ad Athen. l. c.) inter utramque hanc sententiam hæreat ita suspensus, ut nesciat cui se addicat. Ego ut rem certam assero, Græcos vetustiores nihil scripsisse de lana pinnæ, nec ejus meminisse unquam ante Jubam et Androsthenem, quos pares, aut suppares fuisse putaverim. De ea saltem ap. Ctesiam nihil extabat, nec ap. eos, qui scripserunt de rebus Alexandri, quos Strabo, et Diodorus diligenter evolverant. Nec ante Procopium Græcorum ullus est, quod sciam, qui vestis meminerit ex ea materia confectæ. Sed Talmudici doctores, qui Babylone degebant, de mercibus Indiæ sui temporis potuerunt citius et certius edoceri, quam Græci." V. Salmas. ad Tertull. de Pallio p. 218—20. Fallitur Salmas., ibi dicens, "Lanam nemo unquam byssum appellavit, aut appellatam legit." Isidor. Origg. xix. 22.: "Byssina candida ex quodam genere lini grossioris; sunt et qui genus quoddam lini byssum esse existimant." Locum in mendo cubare recte suspicatur Forsterus de Bysso p. 4., cui reponendum videtur, 'Sunt et qui genus quoddam lanæ byssum esse existimant.' "Isidorus enim jam observaverat byssum esse confectam ex quodam genere lini: hæc præterea correctio fit magis probabilis, si consideres verba J. Pollucis vii. 17., Καὶ μὴν καὶ τὰ βύσσινα, καὶ ἡ βύσσος, λίνου τι

εἶδος παρ' Ἰνδοῖς· ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τὶ ἔριον γίγνεται." Sed Pollucis verba, (quæ male accepit Ol. Celsius l. c.) notante Salmas. ibid., non ad byssum, quam Pollux in sequentibus a lana aperte distinguit, sed ad eriozylon s. gossypium referenda sunt. "Uno eodemque capite," inquit, "tractat Pollux de bysso, de eriozylo, et de bombyce: illi capiti male titulus factus est ab imperitis, περὶ βυσσίνων, quasi sc. et bombycina byssinorum nomine censeantur, aut gossypina, quod absurdissimum est." Philostratus tamen, cuj. locum integrum supra attulimus, dubio procul byssum confundit cum gossypio. Conr. Gesnerus, Salmasius, Bochartus, et Schweighæuserus dicunt pinnarum lanam aut comam nusquam appellari byssum. At Hesychius v. μήκων vestem ex illa lana confectam βύσσινον ὕφασμα appellavit: vide nos supra. Edd.]

* Gossypium, linum xylinum. Nomen servavit Plin. xix. 1.: "Superior pars Ægypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui Gossipion vocant, plures Xylon, et ideo lina inde facta Xylina. Parvus est, similemque barbatæ nucis defert fructum, cujus ex interiore bombyce lanugo netur. Nec ulla sunt eis candore molliitiave præferenda. Vestes inde sacerdotibus Ægypti gratissimæ." Compositum e tribus vocibus Æg., ⲔⲰⲤ sepulcrum, ϢⲈ arbor vel lignum, ⲠⲒⲈⲤ byssus, unde Cossepies, deinde scriptum Gossipion, proprie significans sepulcri arborem byssinam, vel arborem ferentem byssum sepulcralem, ['quia sindones byssinas, in fascias concisas Ægyptii in condiendis corporibus adhibebant.'] Ea est sententia Forsteri l. c. p. 71. ["Interiorem gossypii lanuginem vocat bombycem, quam sequior ætas inde bombacem dixit. Verba illa desunt Plinianis exemplaribus, "Similemque barbatæ nucis defert fructum." Sed habent tantum, Parvus est, cujus ex interiore bombyce lanucetur. Forte, lana netur. Pro illis autem, Nec ulla sunt eis candore, mollitiave præferenda, sic iidem libri exhibent, Nec nulla sunt cum candore molliore pixfora. Quæ depravatissima esse omnes vident. Ego sic emendanda esse video, Nec ulla sunt cum candore molliora et spissiora. Quæ indubitatissima correctio est. Non solum mollitie et candore præcipua lana xylina, sed etiam spissa est. Τὸ πάχος eidem quoque tribuit Pollux: Ἤδη δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοις ἀπὸ ξύλου τι ἔριον γίγνεται, ἐξ οὗ τὴν ἐσθῆτα, λινῷ ἄν τις μᾶλλον φαίη προσεοικέναι, πλὴν τοῦ πάχους, ἐστὶ γὰρ παχυτέρα. Ita legendum ac distinguendum. Lineæ similem esse vestem dicit, quæ ex gossypii lanugine texitur, nisi quod sit spissior. Ergo præter candorem et mollitiem lini peculiare habet τὸ πάχος gossipium, quod non inest lino. Hoc est, quod dicit Plinius." Salmas. in Solin. p. 209. Edd.

[Huc referenda est vox * Gossampinus, * Gossimpinus, s. * Gossympinus, de qua Plin. xii. 10. et 11. "Tyli insulæ excelsiore suggestu lanigeræ arbores alio modo, quam Serum. His folia infœcunda: quæ, ni minora essent, vitium poterant videri. Ferunt cotonei mali amplitudine cucurbitas, quæ maturitate ruptæ ostendunt lanuginis pilas, ex quibus vestes pretioso linteo faciunt. Arbores vocant gossampinos, fertiliore etiam Tylo minore, quæ distat X. M. pas. Juba circa fruticem lanugines esse tradit, linteaque ea Indicis præstantiora." "Libri," ut ait Salmas. in Solin. p. 211., "habent gossympinon. Puto esse, gossypinon. Manifesto confundit fruticem gossypion, quod in Ægypto nascitur Arabiam versus, cum istis arboribus Indicis et Arabicis ἐριοφόροις. Nam et frutex ille etiam ἐριοφόρος, et in nuce lanam fert. Theophrastus, unde habet illa, nihil de arborum nomine dicit. Quod habetur in lemmate capitis, De gossampinis et arboribus, ex quibus vestes fiunt, hoc suppositum et spurium. In Indice Ms. ita scribitur: 'Arbores, Persici maris. Insularum arbores. Gorsidinum arbor. Chynas arbos.' At in ipso textu scriptum est, 'Arbores vocant gossympinon.' Omnino legendum, gossypinon. Idem est, quod gossypion vocavit l. xix. 1. (l. c.) de erioxylo. Nec res certe multum diversa, nisi quod ibi arbores lanam gerunt, hic frutex est." Edd.

[* Cyna. Plin. xii. 11. (Juba tradit) "Arabiæ arbores, ex quibus vestes faciant, cynas vocari, folio palmæ simili." Index Manuscriptus ap. Salmas. in Solin. p. 211. habet Chynas. "Arab. cinan est velum; cina est velum sponsæ, si forte ad has voces pertineat. Sed cyna quoque, vel potius cynea est canis fluviatilis, pellis; sicut enim a γαλέη ἡ galea, sic a κυνέη κυνῆ cynea." M. Martinius Lex. philolog. Edd.]

* Damanhur nom. est plurium urbium in Æg., teste Abulfeda in Descr. Æg. p. 8. Cujus originem esse Æg., suspicatur Michaëlis in notis p. 44., adjungens, admonitum se esse a Woide, nom. Coptice scribi oportere Tamanhur, ⲦⲀ sive ⲐⲀ multis præfigi vocabulis, ⲘⲀ significare locum, indeque fieri, ut varia nomina Geographica a ⲘⲀ incipiant, et ϨⲞⲨⲢ habere notionem tremendi; ergo Manhur esse posse locum horroris. Invenisse se nominis Æg. Damanhur etymologiam fere certam exploratamque, Woideanam vero, a Michaëlis memoratam, nullo pretio æstimandam esse, per literas mecum communicavit Akerblad, cuj. annotationem exoptamus omnes. Existimat Michaëlis, urbem Damanhur, cujus l. c. meminit Abulfeda, non esse Hermopolin parvam, quod volunt Sicardus et d'Anvillius, sed Menelaum, de qua Strabo xvii. p. 1155.

* Etham, locus ad mare Arab. Nom. in Hebr. Codice scribitur אתם, ab interprr. Alex. Ὀθὼμ, Ex. xiii. 10. Creditur esse Æg., scriptumque ⲀⲦⲒⲞⲘ, et significare τὸ πέρας τῆς θαλάσσης, terminum maris. Ita Forster in Epist. p. 31., Niebuhr Descript. Arabiæ p. 408., Rosenmuller in Schol. ad Ex. l. c. Quibus omnibus lumen prætulerat Jabl. de Gosen p. 58., ubi plura suo exemplo adscripsit, quæ in nova libri editione invenientur.

* Ἔλβωνθις, nom. urbis inter Æg. et Cyrenen, teste Steph. Byz., ad quem nihil notarunt interpretes. E conjectura Semleri in notis Germanicis ad Plut. de I. et Os. p. 251., Elbonthis est nom. Æg. ejusd. urbis, quæ Gr., appellatur Ἐλεφαντίνη. Multa de Elephantine narrat Herod. ii. 28—32., adjungens c. 32., nonnulla se accepisse a Cyrenæis.

* Ἔμβης. In lapide literato ap. Gruter. p. cccxiv. 2. Η ΙΕΡΑ ΤΑΞΙC ΤωΝ ΠΑΙΑΝΙCΤωΝ ΤωΝ ΕΝ ΡωΜΗ ΔΙΟC ΗΛΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΙΔΟC—ΕΤΕΙΜΗCΑΝ ΕΜΒΗΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΠΑΤΕΡΑ ΤΗC ΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗC ΤΑΞΕωC κ. λ. Vix dubium est, quin Embes nom. Æg. debeat haberi. Forte significet Sacerdotem et Prophetam Æg. consecratum Besæ, de quo numine supra p. 52.

* Ἐριχθόνιος nom. est Regis Athen. sed gente Æg. Qua de causa originem in lingua Æg. quæsivit Schmidtius in Comment. Soc. Antiq. Londin. V. i. p. 246.

* Ἑρμοχοίνιος. Hesych. interpretatur γῆν, additque, Ægyptum ante sic dictam esse. Steph. Byz. v. Αἴγυπτος habet Ἑρμοχύμιος, quod defendit Berkel. Aliis aliter visum est in notis ad Hesych. Conjectura Reiskii si probaretur, legentis Ἑρμοσχοίνιος, non foret difficile ad judicandum, cur isto nomine Ægyptus quondam appellata sit. Cf. dicta ad vv. Ἑρμῆς, et Σχοῖνος, p. 68. 335. Comparentur dicta p. 406.

Ἔρπις, Vinum. Usus ea voce est Lycophr. 579., Ἔρπιν τε ῥέζειν, ἠδ' ἀλοιφαῖον λίπος. Ante eum usa quoque est Sappho, poëtria Lesbia, ap. Athen. ii. 8. p. 148. ed. nov., Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρπιν, θεοῖς οἰνοχόησεν. Ubi malim ἔρπιν. [In Schneideri Lex. legitur ἔρπις: qua auctoritate fretus, ἔρπις malit Noster, nescimus. Edd.] Qui voc. Gr. dicerent, a vero aberrasse, dudum monuit H. Steph. Thes. i. p. 1259., secutus Eustath. ad Od. ι. p. 360. scribentem, Ἔστι δὲ ἔρπις Αἰγυπτιστὶ ὁ οἶνος καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων οἶδε. Lycophroni, de Ægypto loquenti, adscripsit Tzetzes, Αἰγύπτιοι ἔρπιν καλοῦσι τὸν οἶνον, et hoc Hipponactis attulit, Ὅπου τὸν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει. Cf. Schweigh. ad Athen. p. 273, 274., et La Crozius in Lex. p. 21., veterum scriptorum non immemor, observansque ⲎⲢⲠ passim de vino usurpari. ["Sappho vinum vocavit ἔρπιν, quod Coptitæ appellant πεηρπ, pe herp," notante L. Picquesio, ap. Potterum ad Lycophr. 1428. Edd.] Rariores quondam in Æg. fuisse vineas, satis certum videtur, non item, an omnino defuerint. V. Athen. i. p. 126. sq., ibi notas, Wesseling. ad Diod. t. i. p. 19. et Valcken. ad Herod. p. 120. Testatur Abulfeda in Descr. Æg. p. 7., Alexandriam esse sitam in insula arenosa, quæ tota est vineis hortisque obsita, et p. 23., urbem Esne sive Asna, veterum Latopolin ex sententia d'Anvillii, habere palmas et vineas. Ad quem utrumque locum legendæ annotationes Michaëlis p. 40. et 99. Alexandriam affluere uvis, testatur quoque Ibn al-Vardi in Ægypto p. 40. In numo Hadriani Herackopolitano

figura stolata insidet monti, e quo vitis provenit. V. Zoëga l. c. p. 130.

* זית, oliva, quæ vox frequentatur in Cod. Hebr., sed habetur Æg. ϪⲰⲒⲦ a Jablonskio, in Thes. Epist. La Croz. t. i. p. 184. Vide tamen Mich. Suppl. ad Lex. Hebr. p. 611, 12.

* תבה, arca, Ex. ii. 3. 15., et alibi. Forsterus in Mantissis p. 113—115. originem vocis repetit ex ⲂⲀⲒ—ϪⲞⲒ vel ⲂⲎⲦ—ϪⲞⲒ, ut significetur navis e ramis s. foliis palmæ parata; quale genus navigii Nilotici adhuc in usu est, teste Pocockio. Ap. Strab. xvii. p. 562. [1173.] prò Πάκτων, quam dicit naviculam e scytalidibus compactam ita, ut textilis videatur, Παίθων rectius legi, Forsteri est conjectura. Scholtzius, in Repert. Lit. B. et Or. t. xiii. p. 28, 29., voc. Hebr. opinatur ducendam ex Æg. ⲐⲎⲂⲒ, quæ invenitur Ex. ii. 3, 5, 6., vel ab ϨⲎⲠ abscondere, unde ⲦϨⲎⲠ absconditorium, vas abscondendis rebus vel personis ad earum conservationem idoneum. Didymus Taurinensis (Valperga) p. 68. dubitat, an ⲐⲎⲂⲒ, Θίβη, fiscella plexa in modum arculæ, voc. Æg. sit, an Gr. Adde Albert. ad Hesych. v. Θήβα (Θήβη,) κιβώτιον. Locum mihi in memoriam revocavit Wyttenb., plura dicturus in Comment. ad Plut. de Isid. p. 359. E.

* Iannes et Iambres, nomina propria hominum Æg., servata a Paulo 2 Tim. iii. 8. Eandem rem putant plerique narrari a Mose Ex. vii. 11., sed ipsa Magorum nomina illic reticeri, non tamen ignota Judæis antiquis et aliis. Præter Wetstenium et reliquos interpretes loci Paulini legantur Jabl. de Remphah §. vi. p. 26, 27., van Goens in Diatr. de Cenotaphiis p. 130, 131. 138, 139., et in notis ad Porphyr. de Antro Nymph. p. 98, 99. Ego paucis de origine nominum, in quibus tamen scribendis non consentiunt Judæi et Christiani, neque etiam codd. MSS. Epistolæ Paulinæ. Pro Ἰαννῆς est in vers. Copt. ⲒⲀⲚⲚⲎⲤ. Servatur in eadem ⲒⲀⲘⲂⲢⲎⲤ. In fragmentis versionis Sahid., nuper vulgatis, locus Pauli desideratur. Duo codd. Gr., Augiensis et Boernerianus, præbent Μαμβρῆς, ceteri Ἰαμβρῆς. Hæc igitur lectio retinenda. Originatio Hebr., a van Goens memorata, valde dubito, an cuiquam placitura sit. Credibile magis fit, nomina esse Æg. Scripserat in literis ad Blumbergum, eo monente in præf. ad Fund. L. Copt. p. 27, 28., Ludov. Picques, esse Iannes nom. Æg. ϪⲀⲚⲈ, gratiosum significans, Iambres vero ducendum ex ⲀⲘⲂⲢⲎⲤ, quod librum sacrum notat, cuj. interpretes Æg. Magi se profitebantur. Paria de nom. Iambres dedit de Schmidt de Sacerd. Æg. p. 136.

* Κασιῶτις s. Κασσιῶτις, ut scribit Ptolemæus, nom. est regionis, inter Gazam et Pelusium sitæ, ubi celebre templum Διὸς * Κασίου, et urbs, * Κάσιον dicta. Vid. Surita ac Wesseling. ad Anton. Itin. p. 152. Isti regioni recte datum nom. terræ desertæ, Æg. ϪⲀ—ϪⲀⲒⲈ, Chadsaie, vel ⲔⲀϨⲒ—ϪⲀⲒⲈ, et omisso Ⲓ, ⲔⲀϨ—ϪⲀⲒⲈ, Kahdsaie; observante Forstero in Epist. ad Mich. p. 17.

* כסלחים, Casluchæi, Gen. x. 14. Bocharti sententiam, Colchos, gentem ortu Æg., intelligentis, Geogr. iv. c. 31. non probat Michaëlis, Spic. Geogr. P. i. p. 276., sed qui sint, adhuc se ignorare fatetur. De aliorum interpretatione plura illic adduntur. Forsterus l. c. nom. exponit de regione prope Pelusium, dicta terra deserti paludosa, lutosa, Æg. ϪⲀ—ϪⲀⲒⲈ—ⲖⲞⲒϨⲒ. Non displicuit id Rosenmullero in Scholiis.

* כפתרים, Caphthoræi, Gen. x. 13. 1 Chron. i. 12. Deut. ii. 23. Jer. xlvii. 4. Amos. ix. 7. Magnum est sententiarum divortium in explicando isto nomine Caphthor. Intelligitur vel Cappadocia, vel Creta, vel Cyprus, vel quæ alia regio aut insula. Post Bochartum, Calmetum, in diss. de origine Philistæorum, et Swintonum, de Inscriptt. Citicis et Numis Samaritanis p. 78—85., nemo uberius de Caphthor dixit, quam Michaëlis in Spic. Geogr. i. p. 292—308., et in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1338—1340. Suspicatur autem, esse nom. Æg. Favet conjecturæ Forsterus Epist. p. 17, 18., cui videntur Caphthoræi circa Tamiathim s. Damiathen habitasse, sic dicti de ⲔⲀϨ—ⲠⲈⲦⲞⲎⲢ, terra Hori, vel quæ ad Horum spectat, et quæ est Horo, i. e. soli, sacrata.

* כנים Ex. viii. 12—14. Ps. cv. 31. Intelliguntur vulgo pediculi. Ita Fl. Josephus ii. Ant. 14. 3. Quam sententiam Bochartus inprimis ornavit, Hieroz. pt. ii. l. iv. c. 18. Rectius tamen, ut videtur, culices, σκνῖφες. Interprr. Alex., Philo Alexandr. t. ii. p. 97., Origenes, Ægypti incola, t. ii. p. 139., et Hieron., rerum Æg. valde peritus, t. i. p. 1540., habent σκνῖπες, s. σκνῖφες, sciniphes, ciniphes, cyniphes. Lectu dignæ sunt animadversiones Michaëlis in Supp. Lex. Hebr. p. 1200—1206. Junge Rosenmullerum in Scholiis ad Ex. viii. 12. Cum dialecti Orientales omnes penitus ignorent voc. כנים, Æg. esse, ambo suspicantur. Non nego. Observatu tamen dignum est, in vers. Copt. inveniri ⲖⲈⲖⲎⲘ s. ⲖⲈϨⲖⲈⲘ, vocem Hebrææ כנים plane dissimilem.

Κίκερος, ὁ χερσαῖος Κροκόδειλος, Hesych. interprete. Utrum nom. ductum esset a Copt. ϪⲀⲢⲞⲨⲔⲒ, an aliunde, dubitavit Bochart. Hieroz. t. i. p. 1063. Alberti in subsidium advocat Æg. Κικι, de quo vide sup. p. 110. sq.

* Kolzom, Arab. قلزم, parvum oppidum ad litus maris Arabici in latere Æg., unde totum mare accepit nom. Maris Kolzom. V. Abulfedam Descr. Æg. p. 7. cum notis Gagnierii, vel p. 30. ed. Michaëlis, qui in notis p. 117. observat, plane incertum esse, Græcæne an Arabicæ, an neutrius, i. e. Æg., originis sit.

* Κοπτῶ, pro quo alii minus recte Κοπτὸς, nomen urbis Æg. notum magis, quam est ejusdem notatio. In verbis Plutarchi de I. et O. p. 462. ed. Oxon., ὅπου τῇ πόλει μέχρι νῦν ὄνομα Κοπτῶ. Ἕτεροι δὲ τοὔνομα σημαίνειν οἴονται στέρησιν· τὸ γὰρ ἀποστερεῖν, ΚΟΠΤΕΙΝ λέγουσι, videtur aliquid difficultatis inesse. Στερεῖν et ἀποστερεῖν dicitur Æg. ϢⲞⲚϨ vel ϤⲎⲔ. V. Lex. La Croz. p. 132. 142. Vox κόπτειν aut huic similis iisdem non in usu erat. Conjectura Marklandi, scripsisse Plut. κόπτειν Ἕλληνες λέγουσι, dubito, an satisfaciat Criticis, consilioque et toti orationi scriptoris, ab aliis forte in errorem ducti. Semlerus in notis Germanicis ad eund. Plut. locum p. 212. nom. Κοπτῶ ducit e vocibus Æg. ϪⲰ s. ⲔⲰ, terra, regio, et ⲪⲐⲀϢ, Vulcanus. E Cophtho ait Gr. deinde fecisse Αἴγυπτος. Nomine Coptorum non veteres Ægyptios, sed indigenas eorum posteros, religione Christianos, ab Arabibus intelligi, recte monet Michaëlis ad Abulf. p. 100. At vero Coptos non dictos esse de Κοπτὼ, celebri Thebaidos emporio, quod Arabes قفط, appellant, observat Renaudot. t. i. Litur. Orient. p. 115., confirmatque Valperga l. c. p. 8., cum Copti non vocentur a قفط, sed a قبط, alia litera media, unde قبطي Ægyptius, et قبطية Ægyptia. Quibus in vocibus nominis Αἰγύπτου mutatum censet γ in ق, π in ب, et amissum αι, ut Thalmudicis גיפטית lingua Coptica, Æthiopibus ግብጽ est Ægyptus.

* Kus, urbs Æg., quam Abulfeda p. 17. vocat قوص. Videtur non diversa ab Apollinopoli parva, de qua Strabo xvi. p. 1128. xvii. p. 1170. Ita post d'Anvillium, Michaëlis, qui p. 76. adjungit. "Kus nom. est Æg. et antiquum, quod unde fluxerit, non habeo dicere. De Hebr. nom. כוש plane non cogitandum, refragante etiam orthographia."

* Cytis est Arabiæ insula, in qua Troglodytæ prædones eruerunt Topazium, teste Plin. xxxvii. 32. qui eandem collocat ad fauces Maris Rubri, vi. 34. Appellatur Ἰυθίτης a Ptolemæo iv. 8., ubi forte Κύθις legendum existimat Forsterus in Mantissis Æg. p. 121. 123, 124. nom. ducens a ⲔⲰϮ, quærere. Eadem opera illustrare vult et emendare hæc Plinii verba: Topazin enim Troglodytarum lingua significationem habere quærendi. Pro Topazin scribere debuerat Cytin. Lingua vero Troglodytarum erat Æg., vel affinis ejusdem dialectus, quam Romani pro lingua peculiari habebant. ["Hæc insula Cytis quoque legitur Chytis, inter Emendationes ex aliis Plinii Editionibus." Forsterus l. c. Edd.]

* Lehabim, להבים, Gen. x. 13., de quibus Geographi, inprimis Michaëlis Spicil. pt. i. p. 262—267. Intelligit nomnm Libyæ, s. partem Ægypti occidentalem, de qua Strabo xvi. p. 1160. Assentitur Forsterus Epist. p. 15. De origine nominis abeunt in diversa. Alter quærit in

Hebr. לָהָב, flamma, vel Arab. لوب, sitire; alter putat Æg., atque nomum Libyæ, extra fines Ægypti situm, hacque multo altiorem, dictum esse ⲈⲖ—ⲞⲨⲎϨ, alta habitatio. Incerta ea sunt; sed fabulosa, quæ alii de nomine Libyæ præbent.

* Leviathan, לִוְיָתָן, Job. iii. 8. xl. 20. Ps. lxxiv. 14. Ies. xxvii. 1., et alibi, de quo Th. Hasæus dissertationem eruditam conscripsit. Sitne intelligendus Crocodilus, quæ sententia probabilior, an Balæna, an Draco, an Orca, an quod aliud animal marinum portentosæ magnitudinis, non hic mihi disputandum, de origine nominis tantum agenti. Hebr. vel Arabicum plerisque videtur. Consulantur Schultens et Vitringa ad l. c. Ægyptium suspicabatur Hasæus l. c. p. 109., et in Thes. Epist. La Croz. i. 147, 8., ubi expetit, ut La Crozius suam de ista voce sententiam exponat. Quid responderit, haud scio. Jablonskius autem in eod. Thes. p. 184. opinionem Hasæi in dubium vocat, additque de La Crozio: "Memini te ante hos sex septemve annos veriorem aut potius verissimam nominis huj. originationem mihi explicuisse." Sed quam, non addit, nec aliunde mihi innotuit. Nom. Leviathan non esse Æg., aperte affirmat Jabl. p. 52. huj. Glossarii. Contra tamen Michaëlis in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1429. scribit: "Derivationem attingere vix audeo, nomen enim reliquis dialectis sororiis ignotum, peregrinum esse possit, an forte Ægyptium; quis enim negare sustineat, præter illud, quod vix dum attuli (Χάμψαι), alia quoque Ægyptiis domestici monstri nomina fuisse?" In monumentis Æg., adhuc vulgatis, non memini invenire nom. Leviathanis aut simile, de Crocodilo positum.

* Ludim, לוּדִים, Gen. x. 13. 1 Chron. i. 11. Ex eruditis obss. Michaëlis pt. i. Spic. Geogr p. 256—260., Suppl. Lex. Hebr. p. 1417., et Forsteri Epist. p. 13, 14, unam leviter attingo. Non debent intelligi Lydi, eodem fortasse nomine dicti Jer. xlvi. 9. Ezech. xxvii. 10., xxx. 10, neque Lydæi, populus a Semo ortus, Gen. x. 22., sed colonia Æg., habitans in regionibus, quas Æg. quondam appellabant Auases, s. Oases, dictaque Æg. ЄⲖⲞⲨⲎϨϪⲆⲒЄ, Elouehdsaie, i. e., alta s. elata habitatio deserti. Conjecturam Forsteri de loco habitationis τῶν לוּדִים non rejicit Michaëlis, sed legi vult לחים, quia Oases Æg. in hunc usque diem Elvachath الوحات dicuntur.

* Lychnos nom. Æg. Pelusii, e sententia Forsteri Epist. p. 16. 33, 34., scribendum ⲖⲞⲒϨⲒ—ⲚⲞⲨⲎϨ, vertendumque Luti habitatio. Testem appellat Hieronymum, Epist. li. p. 161. t. iv. p. 84. ed. Martian. scribentem: "venit Pelusium, visitatisque fratribus, qui in vicina eremo erant, et in loco, qui dicitur Lychnos, morabantur." Lychnos et Pelusium unam eandemque fuisse urbem, haudquaquam his verbis docetur, sed ad locum, cui nom. Lychnos, forte monasterium in vicino deserto, prope Pelusium situm, adiisse Hilarionem, fratres visitaturum. Cf. Michaëlis pt. ii. Spic. Geogr. p. 36.

Μανέρως. Mignotus in Comm. Acad. Inscript. V. xxxvi. p. 95—100. de Μανέρως prolixius disputavit, ut ostenderet, voces Μανέρως et Λῖνος eandem habere significationem. Cantilena nempe appellabatur Λῖνος, non de aliquo, cui nomen Linus, sed de v. Phœnicia לנה lamentatio, orta e verbo לון sive לין, quod in Hiphil habet notionem murmurandi, conquerendi, ejulandi. De voce altera scribit. "L'ancien mot Egyptien manar ou maner, que les Grecs ont rendu μανέρως, ne signifioit qu'un avertissement ou un signal. Dans les langues orientales ניר, נור, ou נהר, signifie aussi conseil, souvenir, avertissement, signal; de-là le nom encore en usage dans tout l'Orient מנאר ou מנארת, pour designer le lieu d'où l'on donne le signal et l'avertissement pour la prière. Le Cantique, qui n'avoit été composé, suivant plusieurs Egyptiens, que pour faire souvenir l'homme de sa mortalité, pour l'avertir de ce qu'il seroit un jour, pour l'instruire et lui conseiller d'user sobrement et avec modération des biens et des plaisirs de la vie, a pu à juste titre être appelé manar ou maner." In Lex. Croz. has similesve voces non inveni. Forte alibi prostant. Quod si verum, digna est hæc interpretatio, quæ accuratius indagetur.

* Manfalut, nom. oppiduli in latere Nili occidentali. Abulfeda p. 23. vocat منفلوط. Nom. varie scribitur. "Quod Græcum urbi nom. fuerit, non constat: sed hoc, quod nunc habet, non dubiam prodit Copt. originem. Est, ut ita dicam, Memphis Loti. Sic ipsi Copti explicant, exilium Loti, forte melius, portum securum Loti," rel. Verba sunt Michaëlis not. ad Abulfed. p. 101—103.

* Messil, nom. Copt. urbis Æg., dictæ Fovva ab Abulfeda, ab aliis paulo aliter, nomenque habentis a bonitate malorum Punicorum, aliorumque pomorum. Ita Michaëlis not. ad Abulfedam p. 47, 48., addens e Messil factum esse Gr. Μέτηλις. Hujus meminerunt Steph. Byz. et Geographi alii. La Crozius Lex. p. 42. scribit: ⲘЄⲖЄϪ, Mesil, Phueh, urbs Ægypti.

* Michoë, Troglodytice. Scribit Plin. vi. 29.: "Troglodytice, quam prisci Michoën, alii Midoën dixere." Est illa vox Æg., nam Troglodytæ erant vicini ex parte Ægyptiis, et partem versus Arabicum sinum tenebant. ⲘϨⲆⲨ Mehau est σπήλαιον vel τρώγλη, ⲞⲨⲎϨ habitatio: itaque Mehaueh, quod Lat. et Græci vix aliter efferre potuerunt quam Michoë, erat habitatio speluncæ, i. e. exacte Troglodytice." Legis verba Forsteri Epist. p. 7, 8.

* Migdol, urbs Æg., cuj. fit mentio Ex. xix. 2., ac sæpius alibi. Græci vocant Μάγδωλος. Hinc in Anton. Itin. p. 171. Magdolo, ubi quondam male Magdolon. Opus tamen non est, ut cum viro erudito in annott. MSS. Μαγδολὸς ap. Steph. Byz. mutetur in Μαγδωλῷ. Migdol ob collium frequentiam Æg. dicebatur ⲘЄϢΘⲆⲖ, multitudo collium. Cui etymologiæ favere Copt. interpretem, qui præbet ⲘЄϢΘϢⲖ, censet Forsterus Epist. p. 29. In vers. Copt. invenitur ⲘЄϢⲦϢⲖ. Quæ tamen scripturæ differentia parum conjecturæ, si ea probanda esset, obstaret.

* מִצְרַיִם, Ægyptus. Frequentius scribitur numero duali, aliquoties tamen et מָצוֹר. Prætermissis ceteris omnibus, quæ monuere Bochart., Reland., Mich. pt. ii. Spic. Geogr. p. 157—160., et Suppl. Lex. Hebr. p. 1542, 43, tantum monebo, e sententia Forsteri Epist. p. 8. esse voc. Æg., scriptam ⲘЄϢϢⲎ—ⲢⲎ, quæ significet agrum solis. Pro nom. Hebr. habet cum aliis Jabl. de Gosen diss. vii. §. 1. Dubitat Michaëlis, sitne origine Hebr., an Arab., an Æg. Wahl ad Abdollatiphum p. 20, 21., ortum censet ex ⲘЄⲦⲞⲨⲢⲞ, regnum. Pro sua opinione Forsterus citare potuerat Fl. Josephum, 1 Ant. vi. 2. testantem, suo adhuc tempore Ægyptum ab indigenis vocatam esse * Μέστρην, Ægyptios * Μεστραίους. Huc fortasse etiam facit nom. primi regis Heliopolitani in Ægypto * Μεστραΐμ, ap. Syncellum p. 52. 53. 21. Dicitur is Mestres a Plinio xxxvi. 8., ut fide codicum MSS. Harduinus edidit, cum antehac legeretur Mitres, qui in solis urbe regnabat. Cf. Vignolii Chronol. S. t. ii. p. 716, 717. 765. Unum tamen Forstero officere videtur. Quoties in Cod. V. T. nom. מצרים occurrit, nunquam id servarunt interpr. Copti, scribentes ⲬⲎⲘⲒ. Verum id est. Interpretes tamen Gr., iique Alex., retinuerunt Μεσραῒν vel Μεσράϊμ.

* Moloch, nomen idoli. An Æg.? Sic visum est Mullero Gloss. S. p. 12. et Blumbergo l. c. p. 23., monentibus, ⲘⲞⲖⲞⲬ Æg. esse Martem, qui Israelitis, vix Ægypto egressis et ad idololatriam Æg. redeuntibus, notus fuerit. Præiverant Kircherus Prodr. Copt. p. 147. t. i. Œdipi p. 328. ii. p. 415., et Hottingerus Biblioth. Orient. p. 313. Ab iis non dissentit Beyerus in Additam. ad Selden. de Diis Syris p. 243. Sitne Moloch numen idem, quod aut Jupiter, aut Mars, aut Saturnus, aut sigillatim Saturnus cœlestis, nunc quidem nihil ad me. Præter interpretes S. Codicis V. et N. T., legi possunt Seldenus l. c. Syntagm. i. c. 6. toto, Beyerus Addit. p. 242—262., Michaëlis Suppl. Lex. Hebr. p. 1231. 1514. Numen Ammonitarum fuisse, ex 1 Reg. xi. 7. certo novimus; non item, an quoque Ægyptiorum veterum, et circa tempora Mosis. Nom. Moloch Æg. habitum non est a La Crozio et Jabl. Nec legitur ⲘⲞⲖⲞⲬ in vers. Copt. Lev. xviii. 21. xx. 2. sq., sed ⲆⲢⲬⲰⲚ, ut Alex. habent ἄρχων. Servatum est quidem ab interpr. Copt. utroque, Memphitico et

Sahidico, Act. vii. 43.; sed huic consequens nequaquam est, ut vox Æg. debeat existimari, cum interpretes reliqui omnes, quod sciam, eandem retinuerint, non tantum in Act., sed etiam in V. T. locis plerisque. Recte ergo Schol. ad Lev. xviii. 21. τὸ Ἑβραϊκὸν, Μολὸχ ἔχει, καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ἑρμηνευταὶ τοῦτο τεθείκασι.

Mumia. Significatio ususque vocis notior est, quam origo. Ducitur e ling. Arab., Pers., Armenica. Huj. rei non meminissem, nisi Wahl in not. ad Abdollatiphum p. 225. in auxilium advocasset Copt. UOYH, perseverare, durare, perpetuo manere. Si verbum Æg. esset UOYU, me perlubente conjectura comprobaretur. Notatu dignum hoc Ciceronis Tusc. Q. i. 108.: Condiunt Ægyptii mortuos, et eos domi servant; Persæ etiam cera (موم) circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora.

* Naphthuchaei, נפתחים, Gen. x. 13. 1 Chron. i. 11. qui fuerint, et unde dicti, id in controversia est. Legantur Bochart. iv. Geogr. c. 29. et Michaëlis pt. i. Spic. Geogr. p. 267—270., Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1663, 4. Nom. esse Æg., ambo agnoscunt, ducuntque e Νέφθυς, de qua Jabl. in Panth. atque supra in Glossario p. 160, 1. Non longe abit Forster Epist. p. 15., sed addit, voc. XUI vel XΩ non raro terram significare, nom. igitur fore HEYΘHOYXΩ, terram ventosam, Nephtheucha, intelligi vero debere terram desertam Ægyptum inter et Arabicum sinum.

* Necho, nom. proprium regis aut forte regum plurium Ægypti, adjectum communi ipsorum nomini Pharao, 2 Reg. xxiii. 29. 2 Chron. xxxv. 20. Jer. xlvi. 2., alibi. Hebr. scribitur נכו, Gr. Νεκὼς et Νεκὼ ab Herod. ii. 158, 159. iv. 42., Νεχαὼ in Fl. Josephi Ant. x. 5, 6., et ap. interpretes Alex., Νεχαὼς Josephi de B. J. v. 9. 4. Nom. esse origine Hebr., opinantur Leusdenius, Simonis, alii. Male. Rectius habetur Æg. Vid. Michaëlis ad Jerem. l. c. et Suppl. ad L. H. p. 1639., monens, Alexandrinos, linguæ rerumque Ægyptiarum peritiores, sapienter sua in interpretatione retinuisse Νεχαώ. Notationem nominis nescire me fateor. Conjecturis valde incertis equidem nolo indulgere. Fieri tamen potest, ut e rebus, ab isto rege gestis, quas Herod. narrat, et Vignolius Chronol. ii. p. 133—148. docte illustrat, lux clarior aliis affulgeat.

* Νεὲλ Æg. sermone patrio vocabatur Rhinocorura s. Rhinocolura, si fides Epiphanio Hær. xlvi. (lxvi.) c. 83. p. 703., scribenti, Ῥινοκόρουρα γὰρ ἑρμηνεύεται Νεέλ· καὶ οὕτω φύσει οἱ ἐπιχώριοι αὐτὴν καλοῦσιν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἑβραΐδος ἑρμηνεύεται, κλῆροι. Videntur οἱ ἐπιχώριοι distingui ab Hebræis, atque adeo intelligi Ægyptii. Petavius in animadv. p. 270. monet, Epiphanium in nomine Νεὲλ ante oculos habuisse Hebr. נחל, cum Alex. עד־נחל מצרים Ies. xxvii. 12. vertissent ἕως Ῥινοκορούρων. Verba Epiphanii non neglexit Ikenius, ut ostenderet, non significari Nilum, sed exiguum flumen sive torrentem ad Rhinocoluram, in mare mediterraneum labens. Scripserat Millius diss. de Nilo et Euphrate Terræ Sanctæ terminis, insertam Diss. Misc. p. 183—220. De Nilo aliter judicabat Ikenius t. ii. Diss. p. 95—138. Causam deinde suam tutatus est Millius in Disputatione Exegetica, a. 1746. ed. Respondit Ikenius in Symbolis Literariis t. iii. p. 222—225. 388—519. Opposuit ei Millius a. 1749. Dissertationem Exegeticam secundam de Nilo Terræ S. termino. De re eadem disceptarunt Mullerus Sat. Obs. c. 9. et Michaëlis in Suppl. L. H. p. 1626—1628. Nemo eorum præteriit testimonium Epiphanii. Omnes fere Νεὲλ ex נחל illustrandum censuere. Attamen Michaëlis not. ad Abulfedæ Descr. Æg. p. 68, 69., ita scribit: "Si quis de nomine antiquo et Ægyptio (Neel aut Nechel) urbis certi quid docuerit, quod forte e linguæ Copt. monumentis antiquioribus fieri possit, non ingratum geographiæ et historiæ studiosis facturum putem."

Νεῖλος, Nilus. Cujus est originis? An Gr.? Servius ad Virg. Georg. iv. 291. Nilum dictum vult a trahendo νέαν ἰλύν. Quod et Plut. de I. et Os. p. 103., cum not. Squirii, his verbis dicit, nec tamen notationem quærens. Cf. Etym. M. p. 602. [9. Zonaras p. 1392. Phavorinus, Tzetzes ad Lycophronem 119., cum Mulleri nota, Eustath. ad Dionys. 222. EDD.] An Hebr. a נחל? Ea plerorumque est sententia, virorum etiam in republica literaria principum, in quibus Wesseling. ad Diod. i. 63. An Arabicæ? Placuit id Ikenio l. c. p. 103., Mullero l. l. p. 2—4., aliis. An vero rectius dicitur nom. vere Æg.? Jabl. ducit ex HEI—ΩAHI, ut significetur fluvius certo et determinato tempore adscendens. V. Panth. pt. ii. p. 156. sqq. Non discordat Georgius ad Fragm. Liturg. p. 321. Cum sit tantum ad nostram usque ætatem opinionum divortium, quis miretur, Scaligerum in notis ad Festum p. 14. scripsisse: "Cur Nilum vocarint, non magis mihi liquet, quam cur Istrum Danubium, Eridanum Padum, Ararim Sagonam." Arabicum nomen esse contendit Abdollatiphus in Memorab. Æg. p. 107, 108., ed. Tubing. Aliorum testimonia, ad Græcam nominis originem attinentia, consulto præteribam. Nollem tamen, verba Heliodori essent omissa, Æthiop. ix. p. 444. testantis, Nilum celebrari Ægypti superioris servatorem, inferioris patrem et opificem, νέαν ἰλὺν δι' ἔτους ἐπάγοντα, καὶ Νεῖλον ἐντεῦθεν ὀνομαζόμενον.

[Quod ipsum Nonnus Panopolitanus optime expressit, Νεῖλον ἐφημίξαντο φερώνυμον, οὕνεκα γαίης Εἰς ἔτος ἐξ ἔτεος πεφορευμένος ὑγρὸς ἀκοίτης Χεύματι * πηλώεντι νέην περιβάλλεται ἰλύν. Quid quod et Dionys. Perieg. 228. Οὐ γάρ τις ποταμῶν ἐναλίγκιος ἔπλετο Νείλῳ, Οὔτ' ἰλὺν βαλέειν, οὔτε χθονὸς ὄλβον ἀέξειν. Schol., Καίτοι καὶ ἄλλῳ τρόπῳ τὸ Νεῖλος ἠτυμολόγηται, παρὰ τὸ νέαν, ἤτοι ἐνιαυσίαν, ἄγειν ἰλὺν κ. τ. λ. "Νεῖλος, ου, ὁ, Nilus, Ægypti Fluvius," [1] H. St., qui et ipse dicitur ὁ Αἴγυπτος,

[1] [Plurima Nili Lat. et Gr. scriptoribus perhibentur et celebrantur nomina. Nos, omissis reliquis, in præsenti de iis tantum agemus, quæ ad Orientales linguas pertinent.

[* Σῖρις, Æthiopicum Nili nom. Nilus, in Æthiopia, dum illam peragrat, ab illius regionis incolis vocatur Siris; idem vero, ubi Syenen attigit, et ad fines Ægypti pervenit, nomen jam multo clarius atque celebrius Nili consequitur. Dionysius Perieg. 221., Ἔνθεν πιοτάτοισι κατέρχεται ὕδασι Νείλου, Ὅς δήτοι Λιβύηθεν ἐπ' ἀντολίην πολὺς ἕρπων, Σῖρις ὑπ' Αἰθιόπων κικλήσκεται· Οἱ δὲ Συήνης Ἐνναέται στρεφθέντι μετ' οὔνομα Νεῖλον ἔθεντο. Steph. Byz.: Συήνη πόλις Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας ἐπὶ τῷ Νείλῳ, μεθ' ἣν ὀνομάζεται Σῖρις. Cf. Festus Avienus v. 334. et Priscianus v. 210. "Similia de hoc fluvio notant Plin. v. 9. et Solin. c. 32.," inquit Jabl. Panth. Æg. iv. i. p. 145. Sed fallitur vir doctus; nam, teste Salm. in Solin. p. 298. a., "Libri omnes Solini Nigris hic legunt, non Siris; nec aliter in Plinio legisse videtur, ubi hodie scriptum est Siris. Libri Pliniani eo loco scribunt Giris. Legendum esse Nigris, tum ex hoc Solino, tum magis ex ipso Plinio patet: nam Nigrum appellatum Nilum, ubi Æthiopiam ab Africa dispecit, paulo ante tradidit."—Iterum Salmas. p. 299. a. "Nigrin vocari, priusquam Nilus vocetur, Solin. et Plinius affirmant, Dionysius Sirin. Vitruvius Dyrin ait nominari, postea Nigrum. Ita enim scribit: 'Ex monte Atlante Dyris, qui ortus ex septentrionali regione, progreditur per occidentem ad lacum Heptabolum, et mutato nomine dicitur Niger.' Ita libri. Gr. Νίγειρ, h. e. idem qui et Nigris et Niger Plinio: hunc eundem Nigrum Vitruvius Meroen circumcingere scribit, et ubi pervenit ad cataracten, inter Elephantinen et Syenen, Nili nom. assumere, quæ Solini sententia est, ut omnino constet hic scribendum esse, 'quo Nigris vocatur.' Excerpta Solini legunt, ut in scriptis codicibus Plinii legitur, 'quo Giris vocatur.' In Tabula Peutingeri Giris quoque vocatur: 'Fluvius Girin.' Et post aliquantum intervallum: 'Hoc flumen quidam Grin vocant, alii Nilum appellant; dicitur enim sub terra Æthiopum in Niloticum ire lacum.' Sed patet eo loco legendum esse, Quidam Nigrin vocant. Sic Girin et Nigrin eundem faciat. Ergo Nigris, Giris, Diris, et Siris idem fluvii nomen. Certe confundunt hæc nomina scriptores, immo potius hæc flumina cum Nilo. Nigris tamen est, qui Ptolemæo Νίγειρ. Giris autem, vel Diris, vel Siris, qui eidem Ptolemæo Γεὶρ, magnus et ipse fluvius, qui per Garamantas Æthiopas fluit, et sub terram absconsus Nubam paludem efficit. Hic sine dubio Giris dicitur auctori Tabulæ, et aliis Siris, propter affinitatem horum elementorum. Fortasse et Gris. Ut nihil ibidem mutandum sit in illis: 'Hoc flumen quidam Grin vocant.' Nam ut Νίγειρ aliis est Nigris, sic Γεὶρ Gris. Hebræi Nilum vocabant שחור, Schicor, quod Æthiopes lingua sua dixerunt Schichri, ut monuit Scaliger. Hinc Σῖρις, Siris, et Giris, vel etiam Diris corrupta." Eustath. ad Dionys. 222.: Τὸ δὲ Σῖρις, οἱ μὲν βάρβαρόν φασιν εἶναι ὄνομα, ἤτοι Αἰθιοπικὸν, κατὰ τὸν Διονύσιον· διὸ οὐδὲ χρῶνται λέγοντες ζητεῖν Ἑλληνικὴν ἐτυμολογίαν αὐτοῦ, ὡς οὐδὲ τῆς Ἰταλικῆς Σίριδος· πόλις δὲ ἡ Σῖρις ἐκείνη. "Venit mihi aliquando in mentem," inquit Jabl. Panth. Æg. iv. 1. p. 151., "posse nomen hoc derivari a v. Sari. Est autem aliqua junci species, olim in Ægypto sic nominata." (Vide Jablonskium sup. ad voc. Σάρι.) "Ab eadem Copti Sinum Maris Arabici, quem vulgo Mare Rubrum vocant, dixerunt Mare Sari, i. e. junceum, quemadmodum Hebræi, ab Ægyptiis edocti, mare idem simili nomine ים סוף, Mare junceum appellant. Nam mare hoc magna junci s. sareos copia abundat. Quemadmodum vero mare illud a junco, et ap. Ægyptios et ap. Hebræos, nomen traxisse certum est, ita, cum eadem plane hic suppetat ratio, fluvius Nilus dici pariter potuit Fluvius junceus: nam et in eo magna reperitur junci copia." * Μέλας. "Quem-

vide nos sub hac voce. Hesiod. Theog. 337. Τηθὺς δ' Ὠκεανῷ ποταμοὺς τέκε δινήεντας, Νεῖλόν τ', Ἀλφειόν τε, καὶ Ἠριδανὸν βαθυδίνην. Ubi vide Schol. "Du temps d'Homère le fleuve d'Ægypte n'avoit pas encore le nom

de Nil, et n'étoit connu que sous le nom d'Ægyptus.— Ce nom de Nil, qui n'a pas été connu d'Homère, l'a été du temps d'Hésiode; et c'est un argument qu'on peut ajouter à ceux qu'on a d'ailleurs, pour prouver qu'Hésiode vivoit

admodum Nilus Hebræis ob nigricantes aquas, et quia terram humectando reddit nigram, Sichor s. Sior, h. e. Niger dictus est; ita et Græcis eadem de causa vocatus est Μέλας, Plutarcho et Eustathio testibus, indeque et veteribus Latinis Melo appellatus." G. I. Vossius Orig. Idolol. ii. 74. p. 346. Plut. de Fluviis c. xvi.: Νεῖλος ποταμός ἐστι τῆς Αἰγύπτου, κατὰ πόλιν Ἀλεξάνδρειαν. ἐκαλεῖτο δὲ τὸ πρότερον Μέλας, ἀπὸ Μέλανος τοῦ Ποσειδῶνος. V. Eustath. ad Dionys. 222. Hesych.: Μέλας· βαθύς, ἢ ποταμός. V. Hesychii Interpretes, Serv. ad Æn. i. 745. iv. 246. Georg. iv. 291., Fest. vv. Alcedo, Alumento, et Melo. * Νοῦς. Hesych.: Νοῦς· ποταμός. Horapollo i. 21.: Νείλου δὲ ἀνάβασιν σημαίνοντες, ὃν καλοῦσιν Αἰγυπτιστὶ Νοῦν, ἑρμηνευθὲν δὲ σημαίνει νέον, ποτὲ μὲν λέοντα γράφουσι, ποτὲ δὲ τρεῖς ὑδρίας μεγάλας, ποτὲ δὲ οὐρανὸν καὶ γῆν ὕδωρ ἀναβλύζουσαν. * Nuchul. Pomponius Mela iii. 9. "In Hesperiorum finibus fons est, quem Nili esse, aliqua credibile est: Nuchul ab incolis dicitur, et videri potest non alio nomine appellari, sed a barbaro ore corruptus." Ad q. l. ex Anonymo, qui solet Æthico subjungi, hæc laudat Is. Vossius: 'Fontem Dara nominant, ceteri vero accolæ Nuchul vocant.' Verum Nuchul ille, ut observat Jablonskius, a Geographis locatur in Mauritania, longissime a fontibus et fluentis Nili, etsi veteres quidam, decepti forte etiam nomine Nuchul, in illa regione fontes Nili quærendos esse, nugarentur. * Ὠκεάνης s. * Ὠκεανός, Diod. S. i. 12.: Τὸ δ' ὑγρὸν ὀνομάσαι λέγουσι τοὺς παλαιοὺς Ὠκεάνην, ὃ μεθερμηνευόμενον μὲν εἶναι τροφὴν μητέρα, παρ' ἐνίοις δὲ τῶν Ἑλλήνων Ὠκεανὸν ὑπάρχειν ὑπειλῆφθαι· περὶ οὗ καὶ τὸν ποιητὴν λέγειν, Ὠκεανόν τε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα Τηθύν· οἱ γὰρ Αἰγύπτιοι νομίζουσιν Ὠκεανὸν εἶναι τὸν παρ' αὐτοῖς ποταμὸν Νεῖλον, πρὸς ᾧ καὶ τὰς τῶν θεῶν γενέσεις ὑπάρξαι. Pro ὠκεάνην ambo Cl. Fl. ὠκέαμην, "quod sine controversia ex altero ortum, etsi leviter vitiatum." Wesseling., qui addit. "Forte Pherecydes suum Ὠγηνὸν inde extudit ap. Clem. Alex. Stromat. vi. p. 741. et Origen. vi. in Cels. p. 664. a.: a Pherecyde accepit Lycophron, studiosissimus tenebrarum sectator, v. 231." Ægyptiorum opinioni, Nilum suum pro oceano censentium, occasionem dedisse videntur Homerus et veterum illi, quibus Ὠκεανὸς ingens fluvius fuit visus, sicuti docent Schol. in Eur. Orest. 1377., notante Wessel. Quod ad nom. * Ἀετὸς attinet, v. Diod. S. i. 19., ubi Wessel.: "Forte et hinc lux accendetur Ammiano xxii. 15. 'Nilus æstuans inundatione ditissima ad Cataractas, i. e. præruptos scopulos, venit, e quibus præcipitans ruit potius, quam fluit: unde Atos olim accolas usu aurium fragore assiduo deminuto,' etc. Videtur enim obiter Aeti titulum tetigisse, et, Unde Aetos olim et accolas, scripsisse. Sed hanc conjecturam, neque enim alio eam loco habuerim, doctiores considerent." * Τρίτων, Lycophr. 118. et 576. (ubi v. Tzetz.) Apollon. R. iv. 269. Cf. Plin. v. 9. An Nilus ὁ Τρίτων dictus sit a Tritone, Africæ fluvio, alii viderint. Inter veteres enim fuerunt, qui in Libya Nili fontes quæsiverint. De hoc fluvio vide Herod. iv. 178. Eustath. ad Dionys. 267. et Meursius de Regibus Atheniensium, Opp. t. i. p. 583. Tzetzes ad Lycophr. 847.: Τινὲς δέ φασιν, ἐν Λιβύῃ εἶναι τὰς πηγὰς τοῦ Νείλου, ὡς Δοῦρις, ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο ἀληθές. Strabo vi. p. 397. ed. Falc., Ὁ Νεῖλος ἐν τῇ Λιβύῃ μικρὸν πρὸ (ἀπὸ) τῶν πηγῶν: "Sequitur Jubam, qui, teste Plinio v. 9. fontes Nili in Mauritania esse scripserat, et inde per Libyam eum ad Æthiopas et Meroën deducebat, quæ sententia non solum a Plinio et suo imitatore Solino, sed etiam a Dione Nicæo ap. Xiphilinum, a Pausania in Atticis, a Duri Samio, antiquo auctore, qui de Libycis scripserat, ab Ammiano Marcellino L. xxii., Vitruvio viii. 1., et aliis, approbata est." Palmerius. Jam inter omnes constat Nilum oriri in Nubia. "Pausanias ipsum Euphratem Nilum postea fieri contendit in Corinthiacis: Εὐφράτην ὄντα ἐς ἕλος ἀφανίζεσθαι, καὶ αὖθις ἀνιόντα ὑπὲρ Αἰθιοπίας, Νεῖλον γίγνεσθαι. Nempe totum Erythræum et Indicum mare lacum esse crediderunt veterum nonnulli, quæ mira fuit imperitia." Nic. Lloyd. * Ἀστάπους, * Ἀσταβόρας, et * Ἀστασόβας. Plinius v. 9. "Nilus medios Æthiopas secat, cognominatus Astapus, quod illarum gentium lingua significat aquam e tenebris profluentem. Insulas ita innumeras spargit, quasdamque tam vastæ magnitudinis, ut quanquam rapida celeritate, tamen dierum quinque cursu non breviore transvolet: circa clarissimam earum Meroën, Astaboras lævo alveo dictus, hoc est ramus aquæ venientis e tenebris; dextero vero Astasopas, quod lateris significationem adjicit: nec ante Nilus quam se totum aquis concordibus rursus junxit, sic quoque etiamnum Nigris, ut ante, nominatus, per aliquot millia, et in totum Homero Ægyptus, aliisque Triton." (Salmas. in Solin. p. 297. d., pro latentis, e libris reponit lateris, adeo ut Astapus sit aqua e tenebris profluens Æthiopica lingua; Astaboras, ramus aquæ venientis e tenebris; Astasopas, latus aquæ venientis e latebris. Hæc videant, inquit, qui Æthiopicam callent.) Hæc eadem Melæ sententia est, quem sequitur Plinius. "Hic e desertis Africæ missus, nec statim navigari facilis, nec statim Nilus est: et cum diu simplex suusque descendit, circa Meroën late patentem insulam in Æthiopia diffinditur, alteraque ex parte Astaboras, altera Astasapas dictus est: ubi rursus coit, ibi nomen hoc capit." In Solino p. 43. a. legitur: Dextero alveo Astusapes, lævo Astabores. "In vetustissimo Regio," ut ait Salmas. l. c., "Astosapes, et ad oram Astapes: scribendum Astasobas, et mox Astaboras: ita enim Græce dicuntur, Ἀστάπους, Ἀσταβόρας, et Ἀστασόβας. Astaboram alii non brachium Nili, sed alium amnem, qui in Nilum influat, esse tradunt, ut et Astapum, et Astasobam. Æthicus noster nondum editus vocat Astroborim, et de eo sic habet: 'Hic Astroboris a Nilo elongans efficit circulum immensum, qui circulus includit magnitudinem terrarum, in qua est civitas metropolis, quæ Meroe appellatur. A divisione Nili, vel separatione Astroboris usque ad Meroën oppidum millia cclx.' Multa alia de Nilo ibi legas, quæ nusquam alibi visuntur." Strabo xvi. p. 1096. xvii. p. 1116. ed. Falc. "Astaboram et Astapum et Ptolemæus commemorat, sed quod vult Eratosthenes cingere eos Meroen, longe aliter Ptolemæus. Heliodorus non multum ab Eratosthene dissentit L. x. p. 460. ed. 1619., ubi de Meroe scribit: Ἡ γὰρ δὴ Μερόη μητρόπολις οὖσα τῶν Αἰθιόπων,——τό τ' πόρευμα ἐκπεπταμένων. Hæc mentem istius loci aperiunt. Astapum autem Heliodorus non nominat, sed Asasobam, qui est Eratosth. Ἀστοσάβας, et ita in Heliodoro lego. V. Plin. v. 9. (l. c.) et Vitruv. viii. 2." Casaub. Strabo xvii. p. 1162.: Ἄνωθεν δ' ἐκ τούτου ταῖς συμβολαῖς τῶν ποταμῶν τοῦ τε Ἀσταβόρα, καὶ τοῦ Ἀστάποδος, καὶ τοῦ Ἀστασόβα. Eustath. ad Dionys. 226.: Ἕτεροι δέ φασι—ἐμβάλλειν εἰς αὐτὸν ἀπὸ τῆς ἕω δύο ποταμοὺς περιλαμβάνοντας νῆσον εὐμεγέθη καὶ ὀνομαστὴν τὴν Μερόην· ὧν ὁ μὲν Ἀσταβόρας, ὁ δὲ Ἀστάπους καλεῖται. Plinius l. c., "Astapus Æthiopum lingua significat aquam e tenebris profluentem," nec a Plinio dissentit Diod. S. i. 37.: Οἱ δὲ περιοικοῦντες τὴν νῆσον——οὐκ ἐτόλμησαν ἐπάξαι προσαγορίαν. Nomina Nili, quæ Plinius recitat, sic emendat et explicat Fr. Junius ad Gen. x. 7. "Dicitur Nilus in Æthiopia tribus nominibus, Chascapusch, i. e. e tenebris profluens: tum, qua Meroen alluit, lævo alveo, Chascabora s. Chaschavora, fons aut rivus e tenebris aquas fundens; dextro autem alveo, Chascatzaphes, i. e. e tenebris exundans, quia Nilus in tenebris subterraneis ante mersus in Æthiopia, quasi redivivus emergit illis partibus." Respicit, quantum ad initia, notante M. Martinio Lex. philolog., ad חשך, quod Hebr. Chald. et Syr. est obtenebrari, et quantum ad fines, ad hæc tria, רבה, augeri, crescere; et בור, fons, puteus; et צפה, fluor, exundatio. * Φρουρῶν. Eratosth. Catal. Regum Thebæorum Ægypti num. xxxvii.: Θηβαίων ἐβασίλευσεν Φρουρῶν, ἤτοι Νεῖλος. "Constans autem est Catalogi illius mos, ut primo ponatur regis cujusque nom. Æg., et deinde ejus interpretatio Gr. addatur. Itaque Phruron Ægyptiis idem significat, quod Gr. Nilus. Autumo Φρουρῶν nom. fuisse Nili, quo eum Ægyptii in Sacris illo compellabant tempore, quo agris jam decedebat, illiusque aqua sensim quotidie deficiebat. Hoc enim sane φρουρῶν Ægyptiis innuit. ϨΡΟΥΡ, Hhrur, vocem Ægyptii usurpant de aquis subsidentibus, deficientibus, et cessantibus, sicuti de aquis diluvii, jam decrescentibus adhibetur, Gen. viii. i. 7., et de aquarum impetu cessante. Ps. lxxxix. 9. neque minus de re quacunque desinente, uti Num. xi. 2. (ubi verba ⲀϤ-ϨΡΟΥΡ ṄⲬⲈ ⲠⲒⲬⲢⲰⲘ, vertenda sunt, cessavit ignis,) et xvi. 48. Si voci huic addas notam generis masculini, habebis Ⲫ-ϨΡΟΥΡ, quod Græci aliter exprimere non possunt, quam Φρούρ, et si denique adjicias terminationem Gr., enascetur φρουρῶν, quod in Catal. Eratosthenis legimus. Nilus proprie dicebatur hicce fluvius ab adscensu, quando se in agros effundebat. Phruron a descensu, quando eosdem derelinquebat. Sed videtur nom. hoc posterius nonnisi in Sacris quibusdam adhibitum, auditumque fuisse. Illud tamen regi Theb., forte tempore Nili ex agris Æg. descendentis nato, imponere placuit. Symbolum huj. Phruronis, sive Nili descendentis cernitur in Tabula Bembina, prope finem Segmenti secundi, in Figura GG. Edit. Amstel. Exhibetur illic rana loto flori insidens. Nam lotus (vide supra l. ii. c. vi. §. 9.) proveniebat in campis uliginosis Ægypti infer., postquam Nilus illis jam decesserat. Et eodem tempore, (Ovid. Met. 1. 422. xv. 375. Horapoll. i. 25.) ex limo adhuc semihumido, progigni ranas existimabant Ægyptii. Et memorabile omnino est, quod cum ϨΡΟΥΡ, uti observavimus, Æg. dicatur aqua subsidens, ac sensim deficiens, iidem ranam vocarint ⲬΡΟΥΡ, quæ fere vox eadem est, et nonnisi adspiratione a priori differt. Sed hac de re forte aliquando plura ad Tabulam Bembinam." Jabl. Panth. Æg. iv. 1. p. 159—161. Quod ad Nili septem ostia attinet, nomina sunt, teste Herod. ii. 17., Πηλούσιον, Κανωβικόν, * Σεβεννυτικόν, * Σαϊτικόν, * Μενδήσιον, * Βολβίτινον, * Βουκολικόν. Ὁ Νεῖλος ἀρξάμενος ἐκ τῶν Καταδούπων, ῥέει, μέσην Αἴγυπτον σχίζων, ἐς θάλασσαν· μέχρι μέν νυν Κερκασώρου πόλιος ῥέει εἷς ἐὼν ὁ Νεῖλος· τὸ δὲ ἀπὸ ταύτης τῆς πόλιος, σχίζεται τριφασίας ὁδούς· καὶ ἡ μὲν πρὸς ἠῶ τρέπεται, τὸ καλέεται Πηλούσιον στόμα· ἡ δὲ ἑτέρη τῶν ὁδῶν πρὸς ἑσπέρην ἔχει· τοῦτο δὲ Κανωβικὸν στόμα κέκληται· ἡ δὲ δὴ ἰθέα τῶν ὁδῶν τῷ Νείλῳ ἐστὶ ἥδε· ἄνωθεν φερόμενος, ἐς τὸ ὀξὺ τοῦ Δέλτα ἀπικνέεται· τὸ δὲ ἀπὸ τούτου, σχίζων μέσον τὸ Δέλτα, ἐς θάλασσαν ἐξίει, οὔτε ἐλαχίστην μοῖραν τοῦ ὕδατος παρεχόμενος ταύτῃ, οὔτε ἥκιστα ὀνομαστήν· τὸ καλέεται Σεβεννυτικὸν στόμα· ἔστι δὲ καὶ ἕτερα διφάσια στόματα ἀπὸ τοῦ Σεβεννυτικοῦ ἀποσχισθέντα, φέροντα ἐς θάλασσαν· τοῖσι οὐνόματα κέεται τάδε· τῷ μὲν Σαϊτικόν αὐτέων, τῷ δὲ Μενδήσιον· τὸ δὲ Βολβίτινον στόμα καὶ τὸ Βουκολικὸν οὐκ ἰθαγενέα στόματά ἐστι, ἀλλ' ὀρυκτά. Pro Κανωβικόν, Σαϊτικόν, et Βουκολικόν, alii habent * Ἡρακλεωτικόν, * Τανιτικόν, et * Φατνιτικόν. Diod. S. i. 33.: Ἐξίησι δ' εἰς τὴν θάλασσαν ἑπτὰ στόμασιν, ὧν τὸ μὲν πρῶτον ἀπὸ τῆς ἕω κεκλιμένον καὶ πρῶτον, καλεῖται Πηλουσιακόν, τὸ δὲ δεύτερον, Τανιτικόν, εἶτα Μενδήσιον, καὶ Φατμικόν, καὶ Σεβεννυτικόν, ἔτι δὲ Βολβίτινον, καὶ τελευταῖον Κανωβικόν, ὃ τινες Ἡρακλεωτικὸν ὀνομάζουσιν. "Ostiorum hunc ordinem probant Strabo xvii. p. 1153., Plin. v. 10., Ptolemæus Geogr. iv. p. 116.; alii aliter, de quibus Chr. Cellarius G. A. iv. p. 21. Quod autem Nostro Φατμικόν, s., ut Codd. edunt, Φατμιτικόν, id Straboni Φατνικόν, Plinio Phatniticon, s., quod in scriptis invenit Salmas. in Solin. p. 339., Phatmiticon, Ptolemæo Παθμητικόν, veteri ejus interpreti Ulmensis editionis Patmiticon. Unde Φατμιτικόν h. l., aut certe Φατνιτικόν, verius censeo: ad quam formam τὸ Νείλου στόμα Φαγνιτικὸν in L. xx. 76., quod neque H. Valesio in Ammian. xxii. 15. latuit, corrigendum." Wesseling. Edd.]

après Homère." Dacier. ap. Clark. ad Odyss. γ. 300. V. Eustathii loc. supra ad voc. *Αἴγυπτος* laud. Eurip. in Archelao ap. Valck. Diatr. p. 30.: *Νεῖλον λιπὼν κάλλιστον ἐν γύαις ὕδωρ, Ὃς ἐκ μελαμβρότοιο πληροῦται ῥοαῖς Αἰθιοπίδος γῆς, ἡνίκ' ἂν τακῇ χιὼν, Τέθριππ' ὀχοῦντος ἡλίου κατ' αἰθέρα.* Euripides hac in re Anaxagoræ præceptoris dicitur sententiam sequutus Diodoro Sic. i. p. 46., ubi Helenæ initium adfertur. Increscentis in Ægypto Nili causam Æschylus etiam quæsivit in nivibus Æthiopiæ solis ardore liquefactis. Idem Æschylus Suppl. 886. *Ὅς ἐρωτᾷς· ὁ μέγας Νεῖλος ὑβρίζοντά σε ἀποτρέψει—Ἐν ἄϊστον ὕβριν.* " Mira est emendatio Scalig. *Ὦ ἔρως γοᾶς ὁ μέγας. Νεῖλος κ. τ. λ.*" Butler. Unde hæc duxerit Butlerus, nescimus. Jos. Scalig., teste Valck. Diatr. p. 53., sic emendabat in margine libri sui, quem servat Leidensis Bibliotheca, ne litera quidem adjecta, *Ὁ ἔρως γᾶς, ὁ μέγας Νεῖλος.* " Quæ perdocta magni viri correctio nititur," ait L. C. V., " ut puto, Æg. veteri traditione, quam nobis Heliodorus conservavit Æth. ix. p. 423. et 424.: *Θεοπλαστοῦσι τὸν Νεῖλον Αἰγύπτιοι,—ἀντίμιμον οὐρανοῦ τὸν ποταμὸν σεμνηγοροῦντες* (*Ὃς ἀντὶ Δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον—ὑγραίνει*, Eurip. Helenæ v. 2.)—*ἃ δὲ ἐκθειάζουσιν ἐκεῖνα· τοῦ εἶναι καὶ ζῆν ἀνθρώπους ὑγρᾶς τε καὶ ξηρᾶς οὐσίας σύνοδον μάλιστα νομίζουσιν·—καὶ τὴν μὲν ὑγρὰν τὸν Νεῖλον, θατέραν δὲ τὴν Γῆν τὴν αὐτῶν ἐμφαίνειν·—πρὸς δὲ τοὺς μύσταις Ἶσιν τὴν γῆν, καὶ Ὄσιριν τὸν Νεῖλον καταγγέλλουσι·—ποθεῖ γοῦν ἀπόντα ἡ θεὸς, καὶ χαίρει συνόντι.* Hæc minime protrita miror omissa Jabl. de Nilo agenti Panthei Æg. iv. 1. ubi conferri poterit p. 168. accedant ista Philostrati de V. A. vi. c. 1. de Indo et Nilo: *Ποταμοὶ ἀμφοῖν ὅμοιοι· περαίνουσι γὰρ τὰς ἠπείρους ἐν ὥρᾳ ἔτους, ὁπότε ἡ γῆ ἐρᾷ τούτου,* nempe *τοῦ περαίνεσθαι*, cujus sensum turpem cogitabat Sophista." (Fallitur vir doctus; Jablonskius enim totum Heliodori locum protulit p. 173.) *Νεῖλος* vocabatur *Αἰγύπτιος Ζεὺς*, ob inundationem loco pluviarum, et ob fœcunditatem et *τὸ ζωογόνον*. Pindarus Pyth. iv. 99. *χρόνῳ Ὑστέρῳ νάεσσι πολεῖς ἀγαγὲν Νείλοιο πρὸς πῖον τέμενος Κρονίδα*, ubi divinitas ejus exprimitur, ut filius Saturni, et *Ζεὺς* Ægyptius. Schol. *Τέμενος Νείλου Διὸς τὴν Λιβύην φησὶ, ἤτοι τὸν Νεῖλον ἀντὶ τοῦ Διός φησιν· ἐπειδὴ παρὰ τοῖς Αἰγυπτίοις τιμᾶται ὡς Θεός· καὶ Παρμένων, Αἰγύπτιε Ζεῦ Νεῖλε· ἀναλογεῖ γὰρ τοῖς τοῦ Διὸς ὄμβροις τὸ τοῦ Νείλου ὕδωρ.* Parmenonis versus ab Athenæo v. 203. c. citatur. Quod Nilo Ægyptii festum celebrent, *καὶ ᾄδουσι τὰς ᾠδὰς, ἃς τῷ Διὶ ᾄδουσιν, ὡς τοῦ Νείλου καὶ τοῦ Διὸς ἔργον ποιοῦντος*, ex Aristæneto Historico refert Nonnus *Συναγωγῇ Ἱστοριῶν* ad *β. Στηλιτ.* Gregor. p. 168. sq. c. 25. " Hinc Nilo Fluvio, non secus atque aliis Diis, a superstitiosa Æg. gente Templa erecta, Sacerdotesque consecrati fuerunt. Ab eo nom. habuit urbs olim non incelebris Nilopolis, in qua et Templum fluvio huic dedicatum visendum erat; et extant passim Nummi, nomine Nilopolitarum signati." Jabl. Panth. Æg. iv. i. p. 170. Et urbs ipsa, et Templum Nilo in ea dedicatum, *Νεῖλος* dicebatur, si Stephano Byz. fides sit habenda: *Νεῖλος· πόλις Αἰγύπτου· Ἑκαταῖος ἐν περιηγήσει αὐτῆς· καὶ ἱερὸν Νείλου ποταμοῦ· τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως, Νειλοπολίτης· εἰ δὲ ἡ πόλις μόνη κέκληται (Νεῖλος), ὀφείλει ἕπεσθαι τῷ κτητικῷ τοῦ ποταμοῦ· Νειλαῖος, ὡς Ἀπολλώνιόν φησιν.* Sic sane verba ista accepit Caussinus ad Horapollonis Hieroglyph. p. 238. ed. Pauw.: " *Νεῖλος* tria significat, fluvium, urbem, et templum, *Νεῖλος, πόλις Αἰγύπτου, καὶ ἱερὸν Νείλου.*" Sed verum vidit Berkelius, cui legendum videtur in Steph. B., *Νειλούπολις· πόλις Αἰγύπτου*: " liquet hoc evidenter," inquit, " e gentili addito, *Νειλοπολίτης.*" Ptolemæo iv. 5. dicitur *Νειλούπολις*, Eusebio Hist. Eccles. vi. *ἡ τοῦ Νείλου καλουμένη πόλις*, quod recte Rufinus Nilopolis vertit. Ap. Goltzium in Numo legitur, ΝΕΙΛΟΠΟΛΙΤΩΝ. Per Stephani B. verba, *ἱερὸν Νείλου ποταμοῦ*, nihil aliud intelligi debet, quam quod tota Nilopolis esset quasi Nili Templum. In hac enim urbe visendum erat Nili Templum, et cives ejus fortasse adeo huic superstitioni addicti erant, ut urbs ipsa merito appellaretur Nili Templum. " De Nili fontibus tanquam remotissimis et impervestigabilibus proverbium fecit Pindar. Isthm. vi. 31., *Μυρίαι δ' ἔργων καλῶν Τέτμηνθ' ἑκατόμπεδοι ἐν σχερῷ κέλευθοι, Καὶ πέραν Νείλοιο παγᾶν, Καὶ δι' Ὑπερβορέους.*" Ritterhus. ad Oppiani Cyneg. ii. 85. Fallitur vir doctus. Per Nilum et Hyperboreos intelligendi sunt terrarum fines: ' Latissime fama rerum,' inquit Poeta, ' ab Æacidis gestarum sparsa est per orbem terrarum, usque ad extremum Austrum et Septentrionem.' Phasis et Nilus ap. veteres poetas sunt extremi navigandi fines. Pindarus ipse Isthm. ii. 61., *Ἀλλ' ἐπέρα ποτὶ μὲν Φᾶσιν θερείαις, Ἐν δὲ χειμῶνι πλέων Νείλου πρὸς ἀκτάς.* Ita terrarum fines aliquando fuisse declaratos, constat quoque ex Herod. iv. 45., *Οὐδ' ἔχω συμβαλέσθαι, ἐπ' ὅτευ μιῇ ἐούσῃ γῇ, οὐνόματα τριφάσια κέεται, ἐπωνυμίας ἔχοντα γυναικῶν, καὶ οὐρίσματα αὐτῇ Νεῖλός τε ὁ Αἰγύπτιος ποταμὸς ἐτέθη, καὶ Φᾶσις ὁ Κόλχος· οἱ δὲ Τάναϊν ποταμὸν, τὸν Μαιήτην καὶ Πορθμήϊα τὰ Κιμμέρια λέγουσι.* Eurip. Androm. 651., *ἣν χρῆν σ' ἐλαύνειν τήνδ' (ὁδὸν) ὑπὲρ Νείλου ῥοὰς Ὑπέρ τε Φᾶσιν.* Cf. Strab. ii. p. 108. et Plin. iii. init., et Heynium ad Pindari loc. Ortum Nili investigare frustranei laboris conatus olim habitus est, unde in Proverb. abiit, Nili caput quærere, quod usurpatur de re supra humanas vires ardua. Quam sententiam primus videtur prodidisse Herodotus, qui scribit, neque Ægyptiorum neque Afrorum quenquam a se repertum, qui fateretur, se scire Nili ortum. Hunc alii secuti sunt. Ap. Lat. scriptores vox Nilus usurpatur pro fossis s. canalibus, quibus aqua in locum aliquem deducitur: cujus generis erant ii, qui aquam in privatas domos derivabant, et qui spectaculis circumdari solebant. Cic. Q. Fr. Epist. ult. l. 3.: " Imagines istæ, et palæstra, et piscina, et Nilus, multorum Philotimorum est." Id. de Legg. ii. 1.: " Ductus vero aquarum, quos isti Nilos et Euripos vocant, quis non, cum hæc videat, irriserit?" Cf. Salmas. ad Solin. p. 638. b. 659. g. et Casaub. ad Ælium Lampridium p. 153. ed. Par. 1620. " Ut ad hasticos redeamus, non ineptum foret, eo vocabulo equestres ludos intelligere, quorum nunc usus est multiplex, et sæpe hastis concurritur, et dicuntur vulgo clostra, quod claustris obsepiantur temporariis, sicuti veteribus Euripos s. Nilos, ut in Legibus Cicero scribit, circumducere moris fuit." Cœl. Rhodig. Lectt. antiq. xxi. 18. An hæc huj. vocabuli notio in ullo scriptore Gr. reperiatur, nescimus. Euripi differunt a Nilis, quod hi majusculi essent, Euripi exiliores. Ap. Strab. xvi. p. 1100. ed. Falc. vox Nilus peculiari sensu dicitur de fluviatili regione quadam in Arabia: *Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ ποταμία τις Ἴσιδος λεγομένη, καὶ ἄλλη τις Νεῖλος, ἄμφω καὶ λίβανον καὶ σμύρναν παραπεφυκότα ἔχουσαι.* *Νεῖλος* ap. poetas est filius Oceani et Terræ, qui Nilo fluvio nom. suum imposuit. Hesiod. Theog. 337. l. c. De eo sic scribit Cic. de Nat. Deor. iii. 16., " Alter (Hercules) traditur Nilo natus, Ægyptius, quem aiunt Phrygias literas conscripsisse:" c. 22., " Vulcanus secundus in (ex) Nilo natus, Phthas, ut Ægyptii appellant, quem custodem esse Ægypti volunt:"—" (Mercurius) quartus Nilo patre, quem Ægyptii nefas habent nominare:" c. 23., " (Dionysum) secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse. " (Minerva) secunda orta Nilo, quam Ægyptii Saitæ colunt." Schol. ad Apollon. R. iv. 269.: *Ὁ δὲ Νεῖλος οὕτω τοπρότερον ἐκαλεῖτο, Τρίτων· μετωνομάσθη δὲ ἀπὸ Νείλου τοῦ Κύκλωπος, τοῦ Ταντάλου, βασιλεύσαντος τῆς χώρας, ὡς Ἕρμιππός φησιν.* Eustath. ad Dionys. 222.: *Τινὲς Νεῖλόν φασιν ὠνομάσθαι ἀπὸ Νείλου τινὸς ἀπογόνου Ἄτλαντος, βασιλεύσαντος τῶν ἐκεῖ· ἄλλοι δὲ, ὅτι Μέλας πρότερον καλούμενος, μετεκλήθη Νεῖλος ἀπό τινος Νείλου βασιλικοῦ παιδὸς, ἐκεῖ ῥίψαντος ἑαυτόν· τινὰς μέντοι, ἀπό τινος Νειλασίου κεκλῆσθαι οὕτως αὐτὸν εἰπόντας, οὐκ εὖ λέγοντας ἀπελέγχει ὁ Ἀῤῥιανός.* Schol. Apollon. R. iv. 276.: *Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ μετὰ τὸν Ἴσιδος καὶ Ὀσίριδος Ὧρον βασιλέα γεγονέναι Σεσόγχωσιν* (*Σέσωστριν* Schol. MSS.) *λέγει· ὥστε γίγνεσθαι ἀπὸ τῆς Σεσογχώσιδος* (*Σεσώστριδος* ibid.) *βασιλείας μέχρι τῆς Νείλου ἔτη δισχίλια φ̄, ἀπὸ δὲ τῆς Νείλου βασιλείας μέχρι τῆς πρώτης ὀλυμπιάδος ἔτη υλϛ̄. ὡς εἶναι τὰ πάντα ὁμοῦ ἔτη δισχίλια ἐννακόσια, λϛ̄.* V. Larcher. Chronolog. Herodot. t. vii. p. 367. ed. nov. Wesseling. ad Diod. S. i. 63.: " Dicæarchus (l. c.) Nilum inter et Sesonchosin, qui Sesostris, annos interserit bis mille quingentos; quod, si numeri bene habeant, veri fidem exsuperat, ut recte J. Perizon. Origg. Æg. 18.; id melius, quanquam non satis accurate, quod a Nilo ad Olymp. i. annos 433. computat: vixit enim ex utriusque sententia post bellum Trojanum, a quo prima Olympias annis 408. abest." De Nilo, Vulcani patre, vide Diogen. præf. seg. i. De alio Nilo hæc habet Philostratus Heroic. iii. 4.: *Αἰθίοπα μὲν γὰρ γενέσθαι Μέμνονα, δυναστεύσαντα ἐπὶ τῶν Τρωϊκῶν ἐν Αἰθιοπίᾳ· ἐφ' οὗ καὶ τὸ Ψάμμιον ὄρος ἀναχωσθῆναι λέγεται ὑπὸ τοῦ Νείλου.* Era-

tosth. in Catal. Regum Thebæorum Ægypti, num. xxxvii., Θηβαίων ἐβασίλευσεν Νεῖλος Φρουρῶν, ἤτοι Νεῖλος. Cf. Marshamum Can. Chron. sec. x. et notam nostram ad v. Φρουρῶν. Secundum alios scriptores Nilus fluvius nom. accepit a Rege, cui nomen

[* Νειλεύς. Diod. S. i. 19.: Τελευταίας δὲ τυχεῖν αὐτὸν (τὸν Νεῖλον) ἧς νῦν ἔχει προσηγορίας ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος Νειλέως: 63., Ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγραφαῖς οὐδὲν αὐτῶν ἔργον παντελὲς οὐδὲ πρᾶξις ἱστορίας ἀξία παραδέδοται, πλὴν ἑνὸς Νειλέως· ἀφ' οὗ συμβαίνει τὸν ποταμὸν ὠνομάσθαι Νεῖλον τὸ προτοῦ καλούμενον Αἴγυπτον· οὗτος δὲ πλείστας εὐκαίρους διώρυγας κατασκευάσας, καὶ πολλὰ περὶ τὴν εὐχρηστίαν τοῦ Νείλου φιλοτιμηθεὶς, αἴτιος κατέστη τῷ ποταμῷ ταύτης τῆς προσηγορίας. Scribitur non modo Νειλεὺς, sed et Νηλεύς: vide Tzetzæ loc. infra ad v. Νειλῷος laudatum. Sed Νηλεὺς est fortasse Dorica forma pro Νειλεύς: nam idem Tzetzes ad Lycophr. 119., de etymologia vocis Νεῖλος loquens, habet hæc: Τὰ ει δίφθογγα οἱ Δωριεῖς εἰς η τρέπουσιν, οἷον πλειῶν πληῶν, μειῶν μηῶν. Cf. Etym. M. v. Νειλέως, p. 602, 23. A Νειλεὺς, si Tzetzæ fides l. c., descendit adj. Νειλεῖος.

[* Νειλὼς Græcis in usu fuisse, patet ex adjectivis Νειλώειος, Νειλωῒς, Νειλῷος, Νειλώτης, Νειλῶτις. Sic Apollon. R. ii. 516. Μινωΐδας ἔφλεγε νήσους, ubi Scholia: Μινωΐδας δὲ τὰς Κυκλάδας νήσους λέγει, ὅτι Μίνως θαλασσοκρατήσας ἐβασίλευσε τῶν Κυκλάδων νήσων, ἐξελάσας τοὺς Κᾶρας. Sic ab ἥρως descendit ἡρώϊος, ἡρῷος.

[* Νειλίς. Plin. v. 9. "Nilus originem, ut Juba rex potuit exquirere, in monte inferioris Mauritaniæ non procul Oceano habet, lacu protinus stagnante, quem vocant Nilidem." In lacu Nilide pisces reperiri ait alabetas, coracinos, siluros, crocodilum quoque, et eo argumento probatum ostendit ex hoc lacu ortum habere Nilum, quia omnes illi pisces Nili familiares. Addit Plinius: "Inde ob argumentum hoc Cæsareæ in Iseo dicatus ab eo spectatur hodie." Ita scribit Salmas. in Solin. p. 295. c., expunctis verbis, Nili ortus creditus. "Ait Nilidem lacum Cæsareæ in Iseo ab Juba dedicatum fuisse, ob hoc argumentum, quod Nili origo credatur esse. Intelligit simulacrum, vel picturam illius lacus a Juba fuisse dicatam in templo Isidis apud Cæsaream, urbem Mauritaniæ." * Νείλιον (* Νείλιος male scribitur in Forcellini Lex.) Plin. xxxvii. 8.: "India et has generat, et Nilion, fulgore hebeti ac brevi, et cum intueare, fallaci: Sudines dicit et in Syvero Atticæ flumine nasci: est autem color fumidæ topazii, aut aliquando melleæ: Juba in Æthiopia gigni tradit, in littoribus amnis, quem Nilum vocamus, et inde nomen trahere." Hoc vocabulum ignorat Schneideri Lex.

[Νειλαῖος, αία, αῖον. "Νειλαίη μοῦσα in Epigr.," H. St., sc. Leonidæ. Alex. xvii. ed. Meineke: Θύει σοι τόδε γράμμα γενεθλιακαῖσιν ἐν ὥραις, Καῖσαρ, Νειλαίη Μοῦσα Λεωνίδεω, i. e. Alexandrinus poeta Leonidas. Athen. vii. p. 312. a.: Νειλαῖοι δέ εἰσιν ἰχθύες (ubi Νειλῷοι MS. Ep.). Vox extat in Steph. Byz. v. Νεῖλος. Ælius Spartianus de Severo p. 70.: "Jucundam sibi peregrinationem hanc propter religionem Dei Serapidis, et propter novitatem animalium vel locorum fuisse." Palatinus habet, Animalium belleorum, e qua lectione Salmas. feliciter eruit, Animalium Nileorum, vel Nilæorum. "Nam etiam alibi," inquit vir doctus, "Nilæum pro Niliacum legimus e veteri scriptura, et Steph. Byz. Νειλαῖος a Nilo fluvio κτητικὸν deducit." A Νειλαῖος derivatur

* Νειλαιεὺς, uti a Κρηταῖος Κρηταιεύς. Leonidas Alex. xxvi.: Δῶρον ὁ Νειλαιεὺς πέμπει ἀοιδοπόλος. Hoc vocab. prætermisit Schneider.

[* Νειλεῖος, εία, εῖον, a Νειλεὺς formatum. Vide Tzetzæ loc. infra ad v. Νειλῷος. A Gr. Νειλεῖος descendit Lat. Nileus. Ovid. Met. v. 187., At Nileus, qui se genitum septemplice Nilo Ementitus erat. * Νειλόεις, όεσσα, όεν, (quod non agnoscit Schneiderus) occurrit ap. Zonaram p. 1392.: Νειλόεν νᾶμα· τὸ τοῦ Νείλου, ubi Cod. A. Νειλῶεν. "An pro Νειλῷον, quod malim pro Νειλόεν, (quanquam sic etiam Phavor.), donec reperiatur locus?" Tittmann.

[* Νειλώειος. Hesych.: Τυφλῖνος· ἰχθὺς Νειλώειος. Hoc vocabulum ignorat Schneideri Lex. Νειλωῒς, ΐδος, ἡ. "Νειλωΐδες πυραμίδες, Niloticæ pyramides, in Epigr." H. St., Anal. iii. p. 219. no. 318. * Νείλιος (Schneidero ignotum) Eustathii et Tzetzæ loca mox laudanda nobis conservarunt. V. supra v. Νείλιον. * Νειλώϊος, (Schneidero ignotum). V. Tzetzæ loc. * Νειλῷος. Schweigh. ad Athen. p. 312. l. c.: "Possessivi nominis forma Νειλῷοι, quam habet h. l. Codex Epitomæ" (pro Νειλαῖοι, quod edidit Schweigh.), "nescio an sequiori ævo propria fuerit. Holstenius quidem ad Steph. Byz. p. 221. e Tzetzæ Chiliadibus (x. c. 300.) eam citat, quasi vix alibi occurrentem." Non sic scripsisset vir doctus, si Berkelii notam legisset. Νειλῷος, quod mirum est, prætermisit Schneider. Νειλῷος cum Schweigh., an Νειλῶος cum H. Stephano, scribendum sit, ambigi potest. Omnibus adjectivis iota subscribi debet, ut videtur, in quibus Attici id non pronunciabant, sed ῶϊ in ῷ contrahebant. V. Piers. ad Mœr. p. 300. Valck. Epist. ad Roverum p. lxviii. Bast. ad Gregor. Cor. p. 719. Gaisford. ad Poet. Min. Gr. p. 408. Fischerum ad Wellerum i. p. 119. Sic πατρώϊος, Attice πατρῷος: μητρώϊος, Attice μητρῷος: ἡρώϊος, Attice ἡρῷος: Νειλώϊος, Attice Νειλῷος. Gregor. Cor. de Attica Dialecto p. 177.: Ἀδιαιρέτως τινὰς τῶν λέξεων προφέρουσιν, οἷον πατρῷος ἀντὶ τοῦ πατρώϊος: cf. p. 441. et p. 630. 673. 687. Ceterum Horapollinis Hieroglyphicorum titulus est, Ὡραπόλλωνος Νειλῴου Ἱερογλυφικά. Per Νειλῴου intelligendus est Alexandrinus. (Suidas: Ὡραπόλλων, Φαινυβύθεως, κώμης τοῦ Πανοπολίτου νομοῦ, γραμματικὸς, διδάξας ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.) "Ad urbem Nilopolin in Nomo Heracleopolitano perperam referunt quidam; raro enim vel nunquam forte ita dictus est Urbis istius civis." Pauw. Recte: nam, teste Steph. Byz., τὸ ἐθνικὸν τῆς πόλεως, Νειλοπολίτης. "Si autem sola urbs vocata fuerit Nilus," ut addit Steph. Byz., "non addito vocabulo πόλις, tunc sequendum est possessivum fluvii, quod est Νειλαῖος, uti perhibet Apollonius." Sed fallitur Pauw. præf. p. ii., Νειλῷος accipiens pro Ægyptius, et egregie fallitur Caussinus p. 238., cui Horapollo "dictus Niliacus" videtur "non communi nomine quasi idem esset ac Ægyptius, ut nonnulli voluerunt, sed a Nilo urbe Ægypti." Dubio procul Ὡραπόλλων Νειλῷος est Horapollo Alexandrinus, ut Νειλαίη Μοῦσα Λεωνίδεω, Alexandrinus poeta Leonidas, ut Νειλαιεὺς ἀοιδοπόλος, Alexandrinus, Νειλογενοῦς Λεωνίδεω, Alexandrini. Plut. de Is. et O. v.: Πιαίνειν δοκεῖ καὶ μάλιστα πολυσαρκίαν ποιεῖν τὸ Νειλῷον ὕδωρ πινόμενον. "Νειλῷα ταρίχη, Niliaca salsamenta ap. Luc." H. St. Lucian. iii. Navig. 259.: Ἀλλ', ὦ 'γαθὲ, πρὸς τῆς Ἴσιδος, κἂν τὰ Νειλῷα ταῦτα ταρίχη τὰ λεπτὰ μέμνησο ἡμῖν ἄγειν ἀπ' Αἰγύπτου, ἢ μύρον ἀπὸ τοῦ Κανώπου, ἢ Ἶβιν ἐκ Μέμφιδος· εἰ δὲ καὶ ἡ ναῦς ἐδύνατο, καὶ τῶν πυραμίδων μίαν. Νειλῷα, festi dies ap. Heliodorum ix. p. 423., quos Nili restagnationis tempore comissando, piscando, navigando hilares consumebant Ægyptii: Diod. Sic. i. 36.: Οἱ δ' ὄχλοι πάντα τὸν τῆς πληρώσεως χρόνον ἀπολελυμένοι τῶν ἔργων, εἰς ἄνεσιν τρέπονται, συνεχῶς ἑστιώμενοι, καὶ πάντων τῶν πρὸς ἡδονὴν ἀνηκόντων ἀνεμποδίστως ἀπολαύοντες: cf. Ælian. H. A. x. 43. et Libanius Orat. pro Templis ap. Valesium ad Eusebii Vitam Constantini iv. 25. De hoc festo tacet Meursius in Græc. Fer. "Eustath. ad Od. δ. p. 1500. 5.," ut ait Berkel. ad Steph. Byz. l. c., "tria localia a v. Νεῖλος format: Τοπικὰ δὲ παράγωγα Νείλου, ὅτι οὐ μόνον Νείλιος καὶ Νειλῷος, ἀλλὰ καὶ Νειλώτης, δῆλον ἐκ τοῦ, Οἱ δὲ Νειλῶται ἰχθύες δηλαδή τινες, γλυκεῖς εἰσιν, ὃ κεῖται παρὰ τῷ Δειπνοσοφιστῇ. Facetosi admodum sunt Jo. Tzetzæ versus, quibus plurima Nili derivativa complectitur, Chil. x. 300.:

Νειλώους δ' εἶπον ῥύακας ἐπιστολῶν νῦν λόγους,
Νειλώων, Νειλωΐων δὲ γράφειν ῥευμάτων δέον,
Καὶ σὺν αὐτοῖς Νειλίων δὲ διὰ γραφῆς ἰῶτα,
Ὡς ἐκβληθέντος ἐν αὐτοῖς τοῦ ω τῶν Νειλωΐων.
Νειλείων τοῦ Νηλέως δὲ, καὶ δίφθογγον Νειλέως·
Ὡς ἐκ Νηλεὺς καὶ τοῦ Νειλεὺς * διφθογγογράφει γράφων.

Varia derivativa hic versiculi exhibent, sed Νειλῷος potissimum est in usu. Eustath. ad Dionys. p. 109., Περὶ τὰ Νειλῷα στόματα κ. τ. λ. Proclus ad Armenios de Fide: Ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον, ἢ ἐξ οὐκ ὄντος γίνεται, ὡς ὁ οὐρανὸς μὴ πρότερον ὢν, ἢ ἐκ τοῦ ὑπάρχοντος ἀλλοιοῦται, ὡς τὸ Νειλῷον ῥεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μετεβλήθη." Per Tzetzæ Νειλῴους ῥύακας intelligendæ sunt S. Nili Epistolæ, ut apparet e præfixo in MSS. Epigrammate, notante L. Holstenio.

[* Νειλώτης, ου, ὁ, Nili incola. Wakefieldius ad oram Hederici: "Eustath. Od. 173, 32." Athen. vii. 309.: Οἱ δὲ Νειλῶται κορακῖνοι, ὅτι γλυκεῖς καὶ εὔσαρκοι, ἔτι δὲ ἡδεῖς, οἱ πεπειραμένοι ἴσασιν. Huc respexit Eustath. ad Od. δ. p. 1500, 5. l. c. * Νειλῶτις, ἡ. Oraculum ap. Euseb. Præp. Evang. ix. p. 242.: Οἱ τὸ καλὸν πίνον-

τες ὕδωρ Νειλώτιδος αἴης. Æschylus Prom. 838.: Οὗτός σ' ὁδώσει τὴν τρίγωνον ἐς χθόνα Νειλῶτιν. Quam vocem Latine expressit Martial. x. 6., Picti tunica Nilotide Mauri, et Lucan. x. 142. Nilotis acus. * Νειλογενής, ὁ, ἡ, (γένος). Leonidas Alex. viii. ed. Meineke: Οὐράνιον μίμημα γενεθλιακαῖσιν ἐν ὥραις Τοῦτ' ἀπὸ Νειλογενοῦς δέξο Λεωνίδεω, i. e. Alexandrini. Macrob. Saturn. i. 16.: Argutus Niligena, et gentis accola numerorum potentis. * Νειλοθερής, έος, ὁ, ἡ, (θέρω). Æschylus Suppl. 73. τὰν ἁπαλὰν Νειλοθερῆ παρείαν. Schol.: Τὴν ἐν τῷ Νείλῳ θερισθεῖσαν, ὅ ἐστι, βλαστήσασαν ἐν Αἰγύπτῳ· ἀπὸ τῶν σταχύων δὲ ἡ μεταφορά. "* Εἰληθερῆ conj. Schutzius auctoremque adducit Hesychium, Εἰληθερῶν· ἡλιαζόμενος. Εἰληθερήσαντες· ἐν ἡλίῳ θαλφθέντες. Εἵλη· ἡ τοῦ ἡλίου αὐγή, ἡ θερμασία. Εἰληθερεῖν· ἐν ἡλίῳ θερμαίνεσθαι. At in edit. sec. reposuit * Νειλοθαλῆ, quæ est etiam Pearsoni (Casauboni) conjectura, sed mihi lectio vulgata sufficit." Butler. * Νειλορύτος, (quod Schneiderus, nescimus cur, omisit). Leonidas Alex. xxv.: Ἠτριά μοι βύβλων χιονώδεα σὺν καλάμοισι Πέμπεις, Νειλορύτου δῶρον ἀπὸ προβολῆς. "Toupius volebat προχοῆς pro προβολῆς, ut Νειλόρυτος προχοὴ sit ostium Nili: at est Νειλόρυτος προβολὴ, promontorium, quod Nilus alluit: h. l. omnino pro Ægypto positum." Meineke. * Νειλιακός. Hoc vocab. ignorat Schneideri Lex. In titulo Horapollinis Hieroglyphicorum pro Ὡραπόλλωνος Νειλῴου Codex Morellii habet, Νειλιακοῦ. Certe e Gr. Νειλιακὸς fluxit Lat. Niliacus, in Martiale frequenter occurrens. Ovid. de Ar. Am. 3. 318. Niliacis carmina lusa modis.

* Νειλωτικός. Exemplum huj. vocis e Gr. scriptore depromtum nondum vidimus. Martial. vi. 80. Nilotica tellus, Lucan. ix. 130. Nilotica rura, Seneca Quæst. Nat. 3. c. 25. a med. Nilotica aqua. * "Νειλαγάθια, τὰ, Cosmas. Indicopl. p. 149. eine Nilfrucht." Schneider.

* Νειλομέτριον, τό. Heliodorus Æth. ix. p. 445. ed. Bourdelot., (qui totum Strabonis xvii. p. 1157. ed. Falc. locum descripsisse videtur): Οἱ δὲ τήν τε φρεατίαν τὸ Νειλομέτριον ἐδείκνυσαν, τῷ κατὰ τὴν Μέμφιν παραπλήσιον. Fuit puteus quidam in Nili ripa e saxo quadrato constructus, in quo et maxima et minima et mediocria Nili incrementa adnotabantur: nam putei aqua cum Nilo pariter crescebat et decrescebat. Erant in putei pariete notæ quædam insculptæ incrementorum, et perfectorum et aliorum. Hæc itaque observantes Ægyptii incrementa cognoscebant. Vide Tabulam Bembinam, cujus Segmentum secundum auspicatur Figura, in qua Nilometrium exhibetur. Cf. Jablonskius Panth. Æg. iv. i. p. 173. * Νειλοσκοπεῖον i. q. Νειλομέτριον. Diod. S. i. 36.: Διὰ δὲ τὴν ἀγωνίαν τὴν ἐκ τῆς ἀναβάσεως τοῦ ποταμοῦ γινομένην, κατεσκεύασται Νειλοσκοπεῖον ὑπὸ τῶν βασιλέων ἐν τῇ Μέμφει· ἐν τούτῳ δὲ τὴν ἀνάβασιν ἀκριβῶς ἐκμετροῦντες οἱ τὴν τούτου διοίκησιν ἔχοντες, ἐξαποστέλλουσιν εἰς τὰς πόλεις ἐπιστολὰς, διασαφοῦντες πόσους πήχεις ἢ δακτύλους ἀναβέβηκεν ὁ ποταμὸς, καί ποτε τὴν ἀρχὴν πεποίηται τῆς ἐλαττώσεως. Cod. Vat. pro Νειλοσκοπεῖον habet Νειλοσκόπιον, quæ est forma recentioris Græcitatis. Edd.]

* Ξόϊς nom. insulæ et urbis in nomo Sebennytico, teste Strabone xvii. p. 1154. Meminit Plut. de I. et O. p. 508. ed. Ox. Steph. Byz. e Strabone recte emendarunt Holsten. et Berkel. Ξόϊς est quoque in Hieroclis Synecdemo p. 724. Alibi scribitur Ξοῦϊς, Ζόϊς, aut magis depravatum. De origine Æg. vix ambigitur; quæ autem sit, non docetur. In numo Hadriani fit mentio nomi * ΞΟΙΤης. Edidit primus Belley t. xxviii. Comm. Acad. Inscr. p. 542., repetiit Zoëga in Num. Æg. Imp. p. 116., addidit tamen numum similiter inscriptum, ante anecdotum. [Xoites nomos, Plin. v. 9. Edd.]

* Ὀσσανσώτειρα. Sic cognominatam Æg. Cleopatram e numis affirmat Scalig. ad Euseb. Chron. p. 267. Tantum virum incaute alii secuti sunt. Neque vox est Æg.; neque ita legitur in numis, sed ΘΕΑΝ ΣΩΤΗΡΑ, vel ΘΕΑΝ ΣΩΤΕΙΡΑ. Comparetur Spanhem. de V. et P. N. p. 385. 409., cujus fonte hortulos suos irrigavit Le Moyne t. ii. Var. Sacr. p. 129, 130.

* Οὐαφρῆ est cognom. regis Æg., etiam Pharaonis dicti, in vers. Gr. Ier. xliv. 30., Hebr. scribitur חָפְרַע, pro quo Michaëlis malit חָפְרֵעַ. Diu ante eum idem placuit Scaligero ad Euseb. p. 82. Communi Pharaonis nomine solo appellatur Jer. xxxvii. 5. 7., Ezech. xxix. 3. Intelligitur rex idem, qui dicitur Ἀπρίης ab Herod. ii. 161, 162. 169. iv. 159., et Diodoro Sic. i. 68., ubi notavit Wesseling. Vide eund. ad Herod. p. 186., sed inprimis Viguolium Chronol. t. ii. p. 148—150. Cognomen regis Ægyptiacum non una ratione pingitur, Οὐαφρῆ, Οὐαφρὴς, Οὐάφρις, Vaphres, Ephrée, Waphris. Longius recedit Φρὴν, quod habent Aquila et Theodotion, sed forte culpa librariorum, ut suspicatur Montfaucon. Quando retinetur Οὐαφρῆ, quod est in Gr. interpretatione Jeremiæ, item ap. Clem. Alex. Strom. i. p. 395., haud contemnenda est Jabl. conjectura, Æg. Pharaonem istum vocasse ΟΥΗΒ—ΦΡΗ, litera Β in hoc nomine, ut euphoniæ consuleretur, absorpta a sequente litera Φ. Vide Diss. viii. de Gos. §. 4. in not., et Panth. P. i. p. 304. Hophra igitur esset Sacerdos Solis; cujusmodi cognomen dignitati regiæ in Ægypto haudquaquam repugnat.

Πάκτων, genus navigii Æg., Strabo xvii. p. 1173. [Διέβημεν δὲ εἰς τὴν νῆσον ἐπὶ πάκτωνος· ὁ δὲ πάκτων διὰ σκυταλίδων πεπηγός ἐστι σκαφίον, ὥστ' ἐοικέναι * διαπλοκίνῳ· ἑστῶτες δ' ἐν ὕδατι ἢ καὶ σανιδίοις τισὶ προσκαθήμενοι, ῥᾳδίως ἐπεραιώθημεν οὐ δεδιότες· ἀκίνδυνα γάρ ἐστιν ἂν μή τις * ὑπέργομον ποιήσῃ τὸ πορθμεῖον.] Quæ lectio si vera est, vocabuli origo me fugit. E Forsteri conjectura si legitur Παίθων, explicationem non tam esse difficilem, monui p. 432. E cod. Medic. varietatem lectionis exemplo meo Gronovius non adscripsit. [Cf. H. St. Thes. iii. 271. c. "Strabonis descriptio," ait Schefferus de Milit. Nav. iv. 1. p. 261., "facit, ut credam singulare ibi genus indicari, nec aliis in locis cognitum aut usitatum; cur enim alias tam diligenter descripsisset? et certe structura ipsa docet, quæ nescio quomodo mihi videatur convenire cum ista coriaceorum, quibus veteres Ægyptii, Herodoto testante, usi sunt in Euphrate." Mirum est originem vocis, quæ Græcismum redolet, Forsterum et Tewaterum fugisse, præsertim cum Strabo ipse eam a v. πήγνυμι, unde πηκτὸς s. πακτὸς, derivatam esse indicet, (ὁ πάκτων διὰ σκυταλίδων πεπηγός ἐστι σκαφίον): post Strabonem H. Stephanus l. c., Salmasius, et Schneiderus in Lexico hanc etymologiam sequuntur. Ut nobis quidem videtur, πάκτων est nom. navigii ab Alexandrinis Græcis sic vocati. "Pacton scapha est e pluribus composita fustibus, vel lignis inter se alligatis. Πακτὼν i. q. πηκτών: πακτὰ et πηκτὰ, τὰ ἐκ πολλῶν ξύλων πεπηγμένα: unde πακτῶσαι, et πηκτὰ δωμάτων, fores e pluribus asseribus compactæ. Hyginus ap. Charisium (p. 108. ed. Putsch.): 'Ab Actio navigantes stadia xl. veniunt ad Isthmum Leucadiensium; ibi solent iteris minuendi gratia remulco, quem Græci πακτῶνα dicunt, navem traducere.' Hæc corrupta sunt. Nec enim remulcus i. q. Gr. πακτών. Navis trahitur remulco, at πακτὼν, genus naviculæ, vel scaphæ. Omnino scribendum, 'Remulco, quam Græci πακτῶνα dicunt navem, traducere,' i. e. navem quam Græci πακτῶνα dicunt, remulco traducere. Vox remulcus Græca est * ῥυμουλκός; unde ῥυμουλκεῖν, τῷ ῥυμῷ ἕλκειν de navibus, quæ fune trahuntur. Auctor Peripli Maris Erythræi, Καὶ ῥυμουλκοῦσιν αὐτὰ σταθμοῖς ἤδη τεταγμένοις, i. e. remulco trahunt. Sic ῥυμὸς, remus. Ita lorum tubæ vocarunt, teste Servio. Sic ματτύη, mattea, et similia sexcenta. Sisenna remulca dixerat pro remulcus ap. Nonium: 'Si quæ celeriter solvi poterat, in altum remulca retrahit.' Nonius legebat in verbis Sisennæ, Remulcare trahit. Et remulcare dictum interpretatur, quasi molli tractu ad progressum mulcere, quod ineptum est. Remulcare non aliud posset ibi significare quam remulco trahere, ῥυμουλκεῖν. Sed verum est eo loco legendum, Remulca retrahit, aut, Remulcans trahit, h. e. ῥυμουλκῶν. Latini videntur codicarias (s. caudicarias) appellasse, quos Græci πακτῶνας. Varro de Vita Populi Romani l. iii.: 'Quod antiqui plures tabulas conjunctas codices dicebant, a quo in Tiberi naves codicarias appellamus.' Immo codicariæ e codicibus junctæ pluribus, quæ sunt σκυταλίδες, et similes διαπλοκίνοις, quæ e papyro texebantur. Ratellos, vel radellos hodie vocamus hujusmodi codicarias naves, vel pactones." Salmas. in Solin. p. 785. Ante Salmasium Malaspina ad Cic. Epist. 9. l. v. Attic. Hygini locum ap. Charisium censuerat ita constituendum, 'Remulco, quam Græce πάκτωνα dicunt navem, traducere,' quoniam remulcus et πάκτων diversa sint. Non idem censuit veterum Glossarum auctor, qui, πάκτων· remulcus, notante Wesselingio Obss. i. 28. "Quidquid sit de nomine Gr.," ut ait Gesnerus Thes. L. L. v. Remulcus, (ap. Hyginum) intelligi videtur fossa per Isthmum ducta, adhibitis quocunque modo funibus, vel hominum manu vel jumentorum nisu tractis, transmissas brevi itinere naves circumnavigationem procur-

rentis peninsulæ compendi factam." Salmas. scribit *πακτὼν*, at Glossæ, H. Steph., Schneiderus, et Wesselingius rectius *πάκτων*. Edd.]

* Πάρεμφις, urbs Ægypti, cujus meminit Steph. Byz. v. [Πάρεμφις· πόλις Αἰγύπτου· ὁ πολίτης, * Παρεμφίτης. Edd.] In numo Caii occurrit nom. ΠΑΡΕΜΦΙΤΩΝ, monente Holstenio. De numine Remphah, ⲢⲎⲨⲪⲈ, urbem dictam esse conjecit Jabl. de Remphah p. 81. Eandem forte Abulfeda in Descr. Æg. p. 9. appellat Farama, pro quo Copti aiunt Baramus, monente Michaëlis in notis p. 48.

Πηλούσιον, Pelusium, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ accepisse nom., Strabo scribit xvii. p. 1155, et vulgo creditur. Aliter Kocherus t. ii. Misc. Obs. Crit. p. 138., cujus hæc verba sunt. "Parum fit verisimile, antiquam sane Ægypti urbem Gr. nomine insignem fuisse, quare malim, manente commodissima hac nominis ratione, ab Æg. v. ⲀϢⲒϨⲒ, βόρβορον et πηλὸν significante, præposito artic. ⲠⲒ, illud derivare, quod et sono et significatione cum Gr. πηλὸς forte congruens, Gr. etymo occasionem dederit." Nisi fortasse alia officiant, non certe oberit mutatum ⲠⲒ in Πη, cum dialecto Theb. articulus quoque ⲠⲈ scribatur. [Cf. H. St. Thes. t. iii. p. 279.]

* Pibeseth, פִּי־בֶסֶת, Ezech. xxx. 17., videtur eadem urbs, quæ Bubastus. V. supra p. 53., not. An Pibeseth Æg. ⲠⲒⲂⲀϢϮ dicta? Cf. Jabl. p. ii. Panth. p. 82, 83.

* Pihachiroth, פִּי־הַחִירֹת, Ex. xiv. 2, 9., pro quo tantum הַחִירֹת Num. xxxiii. 8. Nec de situ loci, seu in deserto Arabico. sive in ipsa Ægypto, neque de nominibus aliis, tam antiquo, Cleopatris, quam recentiori, Ad-Sjerud, hic disputandi locus est. Quarum rerum cupidi consulant Pocockium in Descript. Or. t. i. p. 227. vers. Belg., Shawium t. ii. Itin. p. 60—62. vers. Belg., et Schutte in Diss. de Itinere Israel. per Desertum p. 18—20. Ad institutum meum maxime attinet indagatio nominis Pihachiroth. Diu ac varie originem vocis e ling. Hebr. duxerunt interpretes, opinantes פִּי significare τὸ στόμα, ut ipsi Alexandrini præbent, ostium, fauces, vallem, aut quid aliud, חִירֹת esse foramina, siccitates, libertates, cet. Malim habere in numero vocum Æg., præeunte La Crozio ap. Vignol. t. i. Chronol. p. 637., et Jablonskio Diss. v. de Gos. §. 9., qui plura exemplo suo adscripsit, deinde a me vulganda. Non dissentit Schutte p. 20. Est ergo ⲠⲒ—ⲀϪⲒ—ⲢⲰϮ locus viridi gramine ornatus. Mira tamen possit videri inconstantia interpretum Gr. et Copt. Præbent Alex. Ex. xiv. 2. 9. ἀπέναντι τῆς ἐπαύλεως. Ut assolent, Copti eos sequuntur, ⲘⲠⲈⲘⲐⲞ ⲚϮⲈⲢⲂⲒ. At vero Num. xxxiii. 7. et 8. Alex. præbent τὸ στόμα Εἰρὼθ atque solum Εἰρὼθ, Copti ⲢⲰϤ ⲘⲠⲒⲢⲰⲐ et ⲠⲒⲀⲢⲞⲐ. Major constantia est, non bonitas, auctoris nov. vers. Gr. Pentateuchi ex unico cod. Ven., in qua ter τὸ στόμα τῶν Ἡρῶν, semel πρόσωπον τῶν Ἡρῶν. An intelligi voluit Heroopolin? An scripsit Ἡρὼθ, quod pro Εἰρὼθ est in cod. MS. interpretis Alex.?

* Pithom, urbs ab Israelitis in Ægypto condita, Ex. i. 11. Interpretes Alex. scribunt Πειθὼ, Πιθὼμ, Φιθὼμ, quæ est in codd. varietas lectionis. Coptus habet ⲠⲈⲐⲰⲘ, non tantum isto in loco, sed etiam Gen. xlvi. 28, 29., ubi Græci de suo addiderant καθ' Ἡρώων πόλιν, quod codd. Hebr. omnes ignorant. Esse Pithom nom. Æg., vix dubitatur. Hasæus in Biblioth. Brem. Cl. v. p. 588. ducit ex ⲠⲒ et ⲐⲰⲘ, cui, sed incerta fide, attribuit notionem herois. Etenim comparatio interpretationis Alex. et Copt. Gen. xlvi. rem ad liquidum non perducit. Jabl. Diss. v. de Gos. §. 9. vertit terminum maris. Forsterus Epist. p. 31. ⲠⲈⲐⲰⲘ significare scribit locum clausum, munitum, macerie cinctum. Ita fere Mullerus Sat. Obs. p. 191. Certum est, ⲐⲰⲘ poni de maceria Eph. ii. 14., et pro obturare Ps. lxii. 11., ut monet La Crozius Lex. Estne Pithom eadem urbs, quæ non modo a Steph. Byz. vocatur Πάτουμος, πόλις Ἀραβίας, sed et ab Herod. ii. 158., ad q. l. leg. Wesseling. Adde Vignolium t. i. Chronol. p. 624., Anonymum in Misc. Obs. Crit. V. iii. p. 33, 34., et Schutte l. c. p. 12—14. In Antonini Itin. p. 163. et 170. occurrit Thou. Erat in via, qua itur Pelusio Memphin, prope Hero s. Heroopolin. Pro Thou legendum Thoum, atque intelligendum Pithom s. Patumum, suspicatur Schutte, Theologus liberaliter eruditus; cuj. conjecturæ forte non puduerit magnum Wesselingium, hæsitantem, quid de Thou existimari fas esset.

* פִּשְׁתָּה, linum, gossypium. Sæpius invenitur in libris Mosaicis, item Ies. xix. 9. xlii. 3. xliii. 17. Hos. ii. 9. E dialectis O. O. alia atque alia ratione vocem illustrare interpretes conantur. Cum Jos. ii. 6. mentio fiat פִּשְׁתֵּי עֵץ, esse eam origine Æg., scribendamque ⲠⲒϢⲈⲀⲦϨⲒ, opinatur Forster de Bysso p. 63, 64. Originatio multis videbitur tortuosa et obscura.

* Raamses, urbs in Gosenitide, ab Hebræis condita, Ex. i. 11., ubi dicitur רַעַמְסֵס, ab interpretibus Alex. Ῥαμεσσῆ, quod etiam legitur Gen. xlvi. 28. pro אֶרֶץ גֹּשֶׁן. Longior disputatio Michaëlis in Suppl. Lex. Hebr. p. 2256—2261., aut Mulleri in Sat. Obs. p. 188—190., non me suspensum detinebit, tantum de origine nominis quærentem. Jabl. Diss. iv. de Gos. §. 8. urbem Æg. appellatam judicat ⲢⲎⲘⲈϢϢⲎ, agrum solis, non diversam ab Heliopoli. Adsentitur Forsterus Epist. p. 30., et Schutte l. c. p. 4—7. Arabibus Heliopolis dicitur عين شمس, Fons Solis, vel Oculus Solis. Vide Schultens. Ind. Geogr. in Vit. Saladini v. misr, et Michaëlis ad Abulfedam p. 125. sq. E sententia Mulleri fuit Raamsis nom. Æg. ⲢⲰⲘⲤⲰⲤ, per compendium pro ⲂⲀⲔⲒ ⲢⲰⲘⲤⲰⲤ, civitas hominum pastorum, deinde vocata Αὔαρις.

* Saïd, Ægyptus superior. Utrum id nom. ei datum sit ab Arabibus, Ægypti victoribus, an ex Ægyptio Arabice versum, non prorsus certum judicatur. Vid. Michaëlis ad Abulf. p. 9.

* Σαμαθῶ. In scidula, Glossario adjecta, Jabl. annotarat: "Σαμαθῶ, magnus, observante La Crozio meo in Collectaneis suis MStis." Frustra voc. quæsivi in Lex. La Croz. et libris Copt. Aliud agens, tandem loco alieno inveni, ap. Steph. Byz., p. 525. scribentem, ΜΑΤΝΑ, νῆσος Λιβυκή. Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν, ἡ κατὰ τὴν Λιβύων φωνὴν Σαμαθῶ, ὅ ἐστι μεγάλη· τὸ ἐθνικὸν Μαγνίτης, διὰ τὸν Λιβυκὸν τύπον καὶ τὸν Αἰγύπτιον. Fuisse insulam Lyciæ, non Libyæ, in qua nulla isto nomine insula memoratur, observat Bochartus Geogr. ii. c. 12. p. 745., cujus verba repetunt Berkelius et de Pinedo. Vox Σαμαθῶ habetur Punica, ducta ex עָצְמַת vel שְׁמִימָה. Quidquid id est, de origine Æg. nihil constat.

* Senator, primus arietis decanus, in cod. Firmici MS., quo usus est Scaliger. In editis legitur Asiccam, attamen sequitur Senacher. Voc. Senator explicari posse ⲤⲒⲞⲨ ⲚⲐⲰⲢ, levis conjectura est Jabl. in Thes. Epist. La Croziano t. i. p. 177.

* Sin, סִין, Ezech. xxx. 15, 16. Ies. xlix. 12., creditur vulgo nom. Pelusii Ægyptium. Recte, an secus, vix dicam. Comparentur annotationes Doederleinii ad Jerem. Forsteri in Epist. p. 33, 34., Michaëlis in Spec. Geogr. p. ii. p. 32—42., et Suppl. Lex. Hebr. p. 1741, 1742.

Σκίγκος, Crocodilus terrestris, de quo Dioscor. de Mat. Med. ii. 71., Σκίγκος ὁ μὲν τίς ἐστιν Αἰγύπτιος, ὁ δὲ Ἰνδικὸς, ἄλλος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ γεννώμενος· ἕτερος δὲ ἐν τῇ Λιβύῃ (non Λυδίᾳ, ut alii legerunt) τῆς Μαυρουσιάδος εὑρίσκεται. Nom. sine dubio Æg. dicit Wahl in notis ad Abdollatiphum p. 143., incertior tamen de ipsa origine. En verba: "Ich dürfte ihn vielleicht Koptisch *ισκεν-γηρ* (ⲒⲤⲔⲈⲚ—ϪⲎⲢ) den Uferspion, oder *ισκεν-χαρουκι* (ⲒⲤⲔⲈⲚ—ϪⲀⲢⲞⲨⲔⲒ) den Uferkrokodil, oder *ισκεν-ουὸρ* (ⲒⲤⲔⲈⲚ—ⲞⲨϨⲞⲢ) den Uferhund schreiben." Si litoris s. ripæ ratio posset haberi, rectius huc referretur Æg. ⲤⲔⲈⲚ, et κος diceretur terminatio Gr. ["Σκίγγος, pro quo et Σκίγκος scriptum invenitur, crocodilus est terrestris: alius in Ægypto, alius in India, alius in rubro mari nascens. Vide Dioscor. ii. 71. Interpr. quidam Scingus, quidam Scincus scribunt." H. St.]

Στίλβων, nom. Planetæ ap. Ægyptios. Joannes Laurentius Philadelphiensis Lydus, in opusc. de Mensibus p. 21., scribit, Τὴν δὲ τετάρτην ἡμέραν Στίλβοντι, ἑνὶ τῶν πλανήτων κατ' Αἰγυπτίους οὕτω καλουμένῳ, ἀνέθεντο·—

Ἑρμοῦ δὲ τοῦτον Ἕλληνες εἶναι βούλονται. In cod. Barberin. nihil hic de Ægyptiis. Certe ad ipsorum linguam Στίλβων non pertinet. Nom. Gr. est stellæ Mercurii, non Veneris, [aut Apollinis] quod alii volunt. Vid. Cicero de N. D. ii. 20., Suid. v. Ἐποχή, c. n. Kusteri, et Hesych. v. Στίλβων, ibi Alberti. [Cf. H. St. Thes. iii. p. 1036. d. In loco Jo. Laurentii Philadelph. Lydi per verba κατ' Αἰγυπτίους intelligendi sunt non Ægyptii, sed Alexandrini Græci Astronomi, qui Mercurii stellam sic appellabant. Hunc esse huj. loci sensum, liquido patet ex Etym. M. p. 697. 50., ubi junguntur Ægyptii et Astronomi, qui nom. πυρόεις, quod, ut στίλβων, dubio procul est Gr., non Æg., stellæ Martis tribuisse dicuntur: Πυρόεις· Πυρόεις ἀπολάμπεται ἀστὴρ, Ἀπολλώνιος, ὅτι ὁ ἀστὴρ ὁ Ἄρης, ὑπὸ μὲν Ἑλλήνων Ἄρης λέγεται, ὑπὸ δὲ Αἰγυπτίων καὶ ἀστρονόμων, Πυρόεις, ὑπὸ δὲ Χαλδαίων Ἡρακλῆς, περὶ παθῶν. Respexit ad Apollon. R. iii. 1377., ubi vide Scholia. (Pro περὶ παθῶν, ut e Scholiis istis apparet, legendum, Περιγενὴς περὶ μαθηματικῶν s. μαθημάτων, ut Schol. Ms. a Schæfero editus habet.) Achilles Statius ap. Elmenhorstium ad Apul. p. 72., qui nomina memoriæ tradidit, quæ Ægyptii Planetarum singulis indere solebant, et eundem, quem Auctor libelli περὶ Κόσμου (ubi vide Kappium p. 38.) secutus est, ordinem retinet, dicit Mercurii stellam non Στίλβοντα (ut in Jo. Laurentio Philadelph. Lydo) ab Ægyptiis i. e. Alexandrinis Græcis Astronomis, appellari, sed Ἀπόλλωνος ἀστέρα. Τὰ ὀνόματα τῶν πλανητῶν, inquit, διαφόρως ἐκλήθησαν, καὶ περὶ τοῦ χρόνου ἑκάστου διαφωνία πολλὰ γέγονε πολλοῖς· Αἰγυπτίοις γὰρ καὶ Ἕλλησι (ὁ Φαίνων) τοῦ Κρόνου ὁ ἀστὴρ, καίτοι ἀμαυρότατος (obscurissimus) ὢν λέγεται, ἀλλὰ παρ' Ἕλλησι μὲν κατὰ εὔφημον λέγεται οὕτω, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Νεμέσεως ἀστήρ. Δεύτερος ὁ τοῦ Διὸς, καθ' Ἕλληνας Φαεθὼν, κατὰ δὲ Αἰγυπτίους Ὀσίριδος ἀστήρ. Τρίτος ὁ τοῦ Ἀρέως, παρὰ μὲν Ἕλλησι Πυρόεις, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Ἡρακλέους ἀστήρ. Τέταρτος ὁ τοῦ Ἕρμου, δεδόσθω γὰρ νῦν τέταρτον αὐτὸν εἶναι· εἴρηται γὰρ, ὅτι διαφωνία πολλὴ περὶ τῶν ἀστέρων τούτων ἐστὶν Ἕρμου καὶ Ἀφροδίτης, καὶ Ἡλίου, ὁ τοίνυν τοῦ Ἕρμου ἀστὴρ καλεῖται, παρὰ μὲν Ἕλλησι Στίλβων, παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις Ἀπόλλωνος ἀστήρ. Πέμπτος ὁ τῆς Ἀφροδίτης, παρὰ μὲν Ἕλλησιν Ἑωσφόρος. Edd.]

* Σώγχις, nom. proprium Archiprophetæ Ægyptii, cuj. discipulus fuisse Pythagoras dicitur, ap. Clem. Alex. Strom. i. p. 356., ubi pro Σώγχηδι, quod retinuit Potterus, rectius legi Σώγχιδι Sylburgius notarat. Testatur Jamblichus de V. P. c. 2 et 3., testautur et alii, Pythagoram, auctore et suasore Thalete, in Ægyptum esse profectum, et se tradidisse in disciplinam prophetarum. Sonchidis vero non meminerunt. Negligenda non est annotatio, quam debeo humanitati Wyttenbachii nostri. "Clem. Alex. aut e turbidis haurit fontibus, aut limpidos turbat: certe hausisse videtur e Plut. de Is. et Os. p. 354. D. Idem in Solone p. 92. E. Solonis doctores Psenophin et Sonchin memorat."

* Tacona urbs eadem fuit, quæ Heracleopolis, Æg. appellata ⲐⲀϪϢⲨ, ἡ Ἡρακλέους, vel Ἡρακλεόπολις. Ita Jabl. in notis MSS. ad Diss. de Gosen p. 84.

Topazius. De ipso lapide, non est, ut hic quidpiam dicatur, sed duntaxat de origine nominis. Quam qui quærerent in Gr. verbo τοπάζειν, quærere, investigare, lepide fallebantur. Si fides aliis ap. Plin. xxxvii. 32., Topazin lingua Troglodytarum habet significationem quærendi, atque inde dicuntur Topazos insula et lapis Topazius s. Topazium. De verbis Plinii dictum est p. 437. Nasci lapidem istum in sinu Arab., vel in Ophiode insula, veteres una fere voce testantur. V. Diod. S. iii. 39. c. n. Wesselingii. Jungatur Psellus de Lapid. p. 36. scribens, Τοπάζιον λίθος ἐστὶ διαφανὴς, ὑέλῳ παρεμφερής· φέρεται δὲ εἰς τὸν Ἀρραβικὸν [Ἀραβικὸν] λεγόμενον κόλπον ἔν τινι πελαγίᾳ νήσῳ, ubi Bernard citat Glossas Iatr. MSS., in quibus, Ἀράβιος λίθος, ὁ Τοπάζιος. In verbis Epiphanii de xii. Gemmis p. 7., inventus est autem, lapis Topazius, in Topaze civitate Indiæ, utrum significetur Æthiopia, an Arabia, incertum videtur. Legantur Fogginii annott. Addit Epiphan., Topazium Alabastris quibusdam negotiatoribus parvo pretio venditum esse, Alabastros quoque Thebæis pretio distraxisse majori, Thebæos nihilominus obtulisse reginæ, quæ tunc temporis imperabat. Alabastri s. Alabastritæ et Thebani erant Ægyptii. Parum abest, quin existimem, Indiam e mente Epiphanii esse Ægyptum, quæ eodem nomine appellatur ab Hygino Tab. cclxxv., Jovis in India Thebas, rel. Intelligi Thebas Ægyptias, docent verba sequentia. Cf. ad istum locum Munckerus et Van Staveren p. 392. Disputata a me pertinent inprimis ad originem nominis, quæ aut Arabica judicatur, aut Æg. Forsterus Mantissis Æg. p. 121. sq. Topazium dictum censet de promontorio, quod a Ptolemæo appellatur Βάζιον, situm in vicinia Topazi insulæ, Æg. forte vocatum ⲦⲀⲠ—ⲀⲂⲀϪⲎⲒⲚⲒ, vel ⲦⲀⲠ—ⲂⲀϪⲎⲒⲚⲒ, Tap-badseini. Conjecturam magno eruditionis apparatu exornavit Forster, non tamen, ut puto, omnibus persuasit. Scire admodum desiderabam, an a Teifaschio, in libro MS. de Gemmis et Lapidibus pretiosis, Topazius quoque commemoratus esset. Dubius hærebam, quia de eo plane nihil in argumento capitum, quod extat in Spec. Arab. Ravii p. 43, 44. Ea de re a me consultus, item, an e Teifaschio vel aliunde fortasse vocis Topazium origo, seu Ægyptiaca, sive Arabica, posset constabiliri, comiter respondit Vir Cl. his ipsis verbis: "Topazii nom. neque ap. Teifaschium neque ap. alium ullum scriptorem Arab. inveni. Est in Bibliotheca Reipublicæ Gallicæ codex manu exaratus versionis Arab. libri Aristotelis περὶ Λίθων. Agitur in eo de lxxv. lapidum generibus; in quorum tamen catalogo, quem debeo humanitati illustris de Sacy, Topazius non invenitur. Neque Persis hoc nom. usitatum esse credo. Certe in tractatu Persico Thusii de gemmis, cuj. apographum possidet Bibliotheca Leydensis, non occurrit. Puto gemmam, quæ nobis Topazius appellatur, ap. Arabes sub nomine Hyacinthi flavi الياقوت الاصفر contineri, quod jam observavi, speciminis Teifaschæi p. 91. Ap. veteres nom. hoc longius patebat, atque de pluribus diversis gemmarum speciebus adhibebatur; non tamen prorsus eadem significatione Græcis accipiebatur ac Latinis. Ad illustrandam obscuri vocabuli originem nihil novi afferre possim. Nam quæ alii scripserunt, inprimis de insula quadam maris rubri Topazion dicta, ea tibi notissima esse scio." [Cf. H. St. Thes. iii. p. 1597.]

* Thammuz, תמוז, nom. idoli, Ezech. viii. 14., incertum, cujus. Alii aliud intelligunt, e. g. Venerem, Bacchum, Orum, Apin, Serapin, Isidem, Osiridem, Adonidem. Legendus præ ceteris Selden. de Diis Syris p. 330—340., et Beyer. in Additam. p. 312—317. Jungantur tamen Lowth et Venema ad Ezech. loc. Si Thammuz fuerit Adonis, et numen origine Æg., quæ multorum est sententia, negligi haud debet, quod auctor Chronici Paschalis s. Alexandrini habet p. 130., Θαμοὺζ, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἀδονίς (Ἄδωνις). De notatione nominis magnopere non solum indocti, sed etiam docti dissentiunt. Præeunte Kirchero, voc. esse Æg. alii autumant. V. Blumbergi præf. ad Fund. L. Copt. p. 24. Rectius forte alii censent Hebr. de ipsa tamen etymologia multum diversi. Consulatur unus Venema p. 171—173., cujus conjectura, pro את התמוז legendum אתה תמוז veni Thammuz, si tam foret probabilis, quam est ingeniosa, aliunde posset illustrari et exornari. Sed id nunc non ago.

* Troë. "Mons situs ex opposito Mempheos, et vicus appositus ei, vocabatur Troë, teste Strabone; et nunc mons idem obtinet nom. Iebel Tourah, id vero quoque Æg. est ⲦϢⲞⲨ—ⲢⲎ Toure, mons Solis." Verba sunt Forsteri Epist. p. 31., cui ante oculos obversabatur locus Strabonis xvii. p. 1162., ὃν πέραν (in scriptis codd. ὅπερ, monente Casaub., in Medic. tantum πέραν, omisso ὃν, ut Gronovius meo in exemplo notavit) ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, Τρωϊκόν τι καλεῖται πετρῶδες ἱκανῶς ὄρος,—καὶ κώμη πλησίον—Τροία καλουμένη, κατοικία παλαιὰ τῶν—Τρώων. Adde Diod. S. i. 56. cum not. Wesselingii p. 66.

* Ὑψηλὶς, vicus Ægypti, teste Steph. Byz., deinde urbs, eaque princeps et sedes Episcopi. V. Cellarium Geogr. Ant. iv. p. 47., e quo intelliges, dici ab aliis Ὑψηλὴ, haberique nom. Gr., loco inditum a situ altiori. In Numo Hadriani Imp. est * ΥΨΗΛΙτων, appicto ariete, quod symbolum forte petitum ab urbis etymo, observante Zoëga in Num. Æg. Imp. p. 124. Nam ⲞⲨⲞⲂϢ Coptis albus, ϢⲒⲀⲒ aries; inde Οὐβσοιλὶς et Ὑψηλὶς, pari fere pronunciatione. In Hieroclis Synecdemo p. 731. est Ὑψηλὴ, ubi Wesselingius alia.

* Φάρβαιθος nom. Æg. est urbis inter Bubasticum et Busiriticum amnes sitæ. Nom. ⲪⲀⲢⲂⲀⲒⲦ Lexico suo inseruit La Crozius p. 109. A Græcis varie scribitur. Rectum est Φάρβαιθος, redditumque Hierocli

a Wesselingio p. 728., auctoritate Ptolemæi et Stephani Byz., quibus adjungatur Herodot. ii. 166., ubi Νομὸς * Φαρβαιθίτης, et inprimis numus Hadriani Imp., in quo ΦΑΡΒΑΙ. Primum e Museo Regio editus est a Belley t. xxviii. Comm. Acad. Inscr. p. 543, 544., deinde a Zoëga in Num. Æg. Imp. p. 118., insuper monente, Pharbaithum nom. accepisse a palmarum proventu, Ⲫ—ⲈⲢ—ⲂⲎⲦ ὁ φέρων φοίνικας. Quæ observatio si vera est, non male ab aliis nom. pingitur Φάρβηθος.

* Φιλαί, urbs et insula Æg., cujus mentio perfrequens fit. Sita erat supra Syenen. Nom. varie scribitur. Herod. iv. 178. dicitur insula Φλὰ, conspirantibus codd. scriptis omnibus, quamvis ex eo dederit Steph. Byz. Φίλα. Cf. Wesseling., et ad Diod. S. t. i. p. 25., qui vocat Φίλας. Ap. Steph. Byz. v. Τακομψὸς pro Φιλία reponendum esse Φίλα, dudum animadvertit Salmas. Strabo mox præbet Φυλὰς l. xvii. p. 1155., mox Φιλὰς p. 1173. Prius servavit Tzetzes ad Lycophr. 212. In Antonini Itiner. p. 164. Philas, ubi quondam e barbari temporis usu Filas, dedit Wesselingius, quem vide et Suritam in notis. A Lucano etiam appellantur Philæ l. x. v. 313., dicunturque 'Ægyptia rura, regni claustra,' ubi alia eruditi interpretes. Nom. Philarum sine dubio restituendum in Olympiodoro ap. Phot. Biblioth. cod. lxxx. p. 193., ubi διέχοντος ἀπὸ τῶν Φίλων διάστημα ἡμερῶν πέντε, lepido errore, vertitur, a meis contribulibus quinque dierum intervallo distantem, cum paucis ante locutus esset de Thebis et Syene, urbibus Æg. Idem nom. Plutarcho ut redderetur, voluit Wesseling. ad Diod. S. l. c., cum antehac ederetur πύλαις, de Is. et Os. p. 359. Eodem circiter tempore Squirius Φίλαις probavit, recepitque nuper Wyttenbach. p. 326. Quid plura? Ne lectori gravis sim ac molestus istiusmodi observationibus Geographicis, aut longius ab instituto aberrem, adjiciam pauca de origine nominis. Estne Gr.? Ita vulgo statuitur. Favent Diod. S. l. c., Seneca ap. Serv. ad Virg. Æn. vi. 154., Procopius l. i. de B. Pers. c. 19., Schol. ad Lucani l. c., alii. Sæpe ac diu multumque equidem dubitavi, suspicatus, nom. esse Æg., lumen præferente Reinesio Var. Lect. ii. c. 5. Suspicioni non paulum firmamenti ac roboris accessit ex consensu Amplissimi Akerblad, mihi per literas anno superiori significantis, nom. non sibi videri Gr., invenisse autem se istius germanam etymologiam, quam, ut et reliquas observationes, ad hoc Glossarium pertinentes, utinam Viro eximio per negotia publica, quibus nunc præpeditus est, quam primum cum eruditis liceret communicare. Quas dum avidissime exspectamus, contenti simus animadversione Forsteri in Epist. p. 36., urbem Philarum Æg. dictam suspicantis ⲪⲞⲨⲎϨⲖⲀⲎⲒ vel ⲪⲞⲨⲞϨⲖⲀⲎⲒ, altam habitationem. Adjungit, forte Philas intelligendas Ies. lxvi. 19., ubi פּוּל, ita tamen, ut eodem nomine omnis Nubia, quæ certe est superior habitatio, quam reliqua Ægyptus, exprimi videatur. Alia dedit Michaëlis Suppl. L. Hebr. p. 2005.

Φύσα piscibus Niloticis annumeratur a Strab. xvii. p. 1179., et Athen. vii. 88. p. 312. [sed absque ullo formæ indicio.] Dicitur Æliano H. A. xii. 13. ἰχθὺς Αἰγύπτιος, θαυμάσαι ἄξιος, certe admirabilis, si vera sunt, quæ, fide aliorum, de Physa ibidem narrantur. Sitne nom. Gr., an Æg., dubito. Certe in Forskali Descript. Animal. neque piscem inveni, neque nom. huic simile. [" Gesnerus in H. Aq. p. 747. putat intelligi," ut scribit Schneid. ad Ælian. l. c., " orbem primum Rondeletii, quem Belonius in Nilo circa Saiticam præfecturam capi ait, a Græcis propter corporis inflati formam φλασκόψαρον dictum. Est is tetraodon, cujus venter aculeatus vesicæ similis inflatus. Eum describit Hasselquist. Itiner. Palæstin. p. 441. et Forskaol. p. 76. qui piscem ait per os inflatum distendi in globi formam, propter laxum abdominis cutem." Idem monet in Addendis p. 584.:—" Φῦσαν piscem Nili ex inflatione corporis definire non licet; habent enim tetraodontes et diodontes hoc commune naturæ munus cum balistis et ostracionibus, ut docet Herrmann in Comment. Tabulæ Affinit. p. 311. De φλασκοψάρῳ recentiorum Græcorum vide descriptionem anatomicam ap. Feuillée Beschreib. der Arzneypflanzen t. i. p. 89." Cf. Hesych. v. φύσα, et H. St. Thes. iv. p. 258. b. Schneiderus in Lex. hoc vocab. non posuit. In Athenæo, Æliano, Strabone, et Hesychio est φύσα. H. Steph. tamen in Thes. l. c., et Schneiderus ad Ælianum in Indice generico Animalium male scribunt φῦσα. Schneiderus in Æliani textu edidit φύσα, quod in nota retinet, at in Addendis p. 584. habet φῦσαν. Edd.] Pleraque nomina piscium Niloticorum, de quibus Athen. l. c., videntur Gr., pauca tamen Æg. De Ἄβραμις dixit Jabl. p. 4. Ad voc. Λάτος, quo etiam piscis genus, quod in Nilo flumine inprimis gignitur, eodem teste appellatur, adscripsit Casaub.: " opinor, veræ Græciæ fuit incognitus, et id nom., nisi fallor, vel Italic. vel Æg." E Kirchero tamen dedit La Croze Lex. p. 33., ⲔⲞⲨⲖⲀϨⲞⲦ, lucius latus, piscis. [" Λάτος, ου, ὁ, Latus, piscis qui candidissimus et suavissimus est quocunque paratus modo, unde Archestr. ap. Athen. vii. (p. 312. e.), Τὸν δὲ λάτον τὸν κλειτὸν ἐν Ἰταλίῃ πολυδένδρῳ Ὁ Σκυλλαῖος ἔχει πορθμὸς, θαυμαστὸν ἔδεσμα." H. St. Οἱ δ' ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ, inquit Athenæus, γινόμενοι λάτοι, τὸ μέγεθος εὑρίσκονται καὶ ὑπὲρ διακοσίας λίτρας ἔχοντες· ὁ δὲ ἰχθὺς οὗτος, λευκότατος ὢν, καὶ ἥδιστός ἐστι πάντα τρόπον σκευαζόμενος· παραπλήσιος ὢν τῷ κατὰ τὸν Ἴστρον γινομένῳ γλάνιδι. Memoratur a Strabone l. c., ubi male editur λάτης pro λάτος. Sed, teste Falconerio, " scripti, λάτος, Marg. Cas. sic Par. 4. Med. 3. Bre. Esc. Mosc. καὶ ὁ λάτος Par. 1. Med. 4." Latus est Nilotica perca Rondeletii. Edd.]

* Phut, פּוּט, Gen. x. 6., Jer. xlvi. 9. Ezech. xxvii. 10. Nahum. iii. 9. Qui sunt Phutæi, et ubi quærendi, et unde dicti? Ex omnibus, quæ, post Bochartum, copiose disputarunt Michaëlis Spic. Geogr. i. p. 160—166., Suppl. Lex. Hebr. p. 1995., et Forster in Epist. p. 12, 13., unum huc præcipue pertinet, conjectura nempe de origine nominis Ægyptia, e qua Phutæi nom. habuerint a v. ⲠϨⲞⲦⲠ, Occidens, neglecta a Græcis aliisque litera postrema Ⲡ. Additur, Phutæos habitasse extremam Africam versus Occidentem. Facilius mihi est, etymologiam hanc judicare incertam, quam meliorem in medium afferre.

Χονδριτῶν mentio fit in vers. Alex. Gen. xl. 16., pro Hebr. חֹרִי, in quo interpretando admodum variant et vett. et recentiores. V. Fagium, Drusium, Cartwrightum et Rosenmullerum ad istum locum, inprimis tamen Michaëlis Suppl. L. Hebr. p. 696. Non meminissem hujus vocis, nisi L. Picques, in Commercio Literario p. 321., eam existimasse videatur Ægyptiam, ut quoque חֹרִי, de qua dixi supra p. 14. Qui secum recolat interpretis Copt. studium imitandi Alexandrinos, mirari desinet, cum quoque dedisse ⲔⲞⲚⲦⲢⲒⲦⲎⲤ. Vox Gr. est. Χονδρίτην e Tryphone habet Athen. iii. c. 74. Χόνδρινον ἄρτον ex Archestrato, iii. c. 77. ubi perperam ante editum Χόνδριβον. Suid., Χονδρῖτις, σεμίδαλις. Hesych. dedit, Χονδρίτης, σεμίδαλις, et Χονδρίτις, [Cod. Ven. χονδρίτων, Edd.] παχεῖα σεμίδαλις. De vario usu vocabuli Χόνδρος nota sunt omnia. Plura hic, opinor, nemo desiderabit. [Vide H. St. Thes. iv. p. 563.]

* Ψχεντ, insigne quoddam regium. Vix potero huic qualicumque auctario rectius finem et modum facere, quam commemoranda voce, sine dubio Ægyptiaca, in monumento antiquo nostra ætate primum inventa, nusquam alibi reperiunda, nec satis adhuc illustrata. Legitur in Gr. Inscript. Roset., l. 44. Tab. ær., sive p. 21. ed. Ameilhon. In medio aurearum coronarum ἀσπιδοειδῶν dicitur fuisse Η ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΨΧΕΝΤ ΗΝ ΠΕΡΙΘΕΜΕΝΟΣ ΕΙΣΗΛΘΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΕΝ ΜΕΜΦ ······, regium insigne dictum ΨΧΕΝΤ, quo redimitus (Ptolemæus Epiphanes) introivit in templum Mempheos. Quo modo nom. scriptum sit in ejusdem monumenti parte Æg., adhuc ignoro, sed valde aveo scire, multo tamen magis, quid de ejusd. notatione videatur probabile Amplissimo Akerblad, harum rerum hodie præ ceteris existimatori docto et intelligenti. Dubium ab initio visum est Eruditissimo Ameilhon, Eclaircissemens sur l'Inscript. Grecque du Monument trouvé à Rosette p. 90, 91., debeatne Βασίλεια accipi de tunica regia, an intelligi diadema, sive corona regia, a reliquis decem coronis ante memoratis diversa. Tandem tamen posterius ei præplacuit. Adjungam vero hæc ejus verba: " ΨΧΕΝΤ est un mot de l'ancienne langue Egyptienne, dont je dois abandonner l'explication à ceux de nos savans, qui se sont livrés à l'étude des langues orientales." Quorum in ordinem cum nec cooptatus sim, nec per ætatem cooptari queam, diem ex die expectabo, ut statuant ii, quid de hac voce ac nonnullis aliis, quas equidem leviter tetigi, sit judicandum. In ipsa senectute quotidie discere magna mihi et mirifica voluptas.

L. C. VALCKENAERII[1]

DISSERTATIO DE VOCABULO

ΒΑΡΙΣ.

Vocabulum creditur esse originis Orient. Phavor. a *βάρος* deducit, in Gr. Biblior. versionibus frequens. Quid dicant Grammatici? *Βάρις* genus navis. Hesych. tentatur. *Βάρις* navis Æg. ap. Herod.; Persica, Æschylo. Cymba Charontis ita dicta. Fullerus naves Baridas vocatas conjicit a בירה. Naves a figura, quam cum aliis rebus habebant communem, nominatæ. Phavor. et Hesych. tentantur. Navis *κῆτος* dicta. Hyginus emendatur. Anne *Βάρις* sit a *βάρος*? Voces quædam Phœniciæ, quæ ex בירה videntur ortæ.

Vocabulum *βάρις*, quo non raro usi fuerunt et alii, et veteres antiqui fœderis interpretes, sit ipsum orientale בירה, Gr. tantum veste indutum, si viris eruditis sit auscultandum, dubitari non potest. Operam igitur ludunt Grammatici, qui vocabuli apud se non nati Græcam arcessitum eunt originem. Phavor. certe vocem illam a *βάρος* deflexam existimat, quia turres, porticus, et quæ plura hac voce designantur, non nisi magno molimine construi possunt ac fabricari: *Βάρις, παρὰ τὸ βάρος, τροπῇ τοῦ βραχέος, σημαίνει δὲ τὸν πύργον, καὶ τὴν κλίνην, καὶ στοὰν, καὶ πόλιν, παρὰ τὸ μετὰ βίας πολλῆς ἀρηρέναι.* Sed, qui ad Amos i. 12. (ubi voc. ארמנות *βάρεις* reddiderant Aquila et Symm.) attexuit scholion, voc. Syr. esse credidit; observat enim domus amplas Syr. bareis fuisse dictas: *Βάρεις ἐπιχωρίως λέγονται παρὰ Σύροις αἱ μεγάλαι οἰκίαι*, quod scholion B. Montfaucon. in notis ad Hexapl. Orig. cit. l. Amosi appinxit.

Semper utique Alex. interprr. domus amplæ, arcis, palatiive significatu, hanc vocem usurpaverunt; frequenter illa Hebr. בירה reddentes, uti Dan. viii. 2. et alibi, (semel dictionem הבירה *ἀβιρὰ*, pronuntiavit Nehemiæ interpres, c. i. 1.) frequenter, quæ idem plane significant, voces alias, ארמון videlicet Ps. xlviii. 3. 13. et היכל Ps. xlv. 9. ubi מן היכלי שן a palatiis eburneis, vertunt: *ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων*: ad q. l. omnino consulendus est J. Drusius Animadv. ii. 44. Huc refer illa, quæ ap. Suidam legas et Phavor. [et Zonar. p. 373.] *Βάρεις ἐλεφάντιναι, αἱ πανταχοῦ τῆς γῆς ἐκκλησίαι, μιᾷ δὲ τῇ πίστει, ἐν αἷς γεραίρεται ὁ θεός*: quæ verba, ex aliquo in illum Psaltis locum commentatore, descripsisse Suidam judicat L. Kusterus. Basilium evolvo, qui in hunc Ps. l. p. 190. *βάρεις*, inquit, *οἱ μέγιστοι τῶν οἴκων λέγονται.* Aquila quoque, Symm., Theodotion, ac reliqui, quorum fragmenta collegit Montfaucon, in exprimenda voce ארמון eodem usi fuerunt vocabulo, sicuti ex lexicis, quæ vir eruditus Origenis Hexaplis subtexuit, disci potest. Aquila, Prov. xviii. 19. pro כבריח ארמון *ὡς μοχλὸς βάρεος* habet. Ubi *βάρεις* eand. vocem vertit Aquila, Amos ii. 5. *οἰκήσεις* scripsit Theodotion: qui tamen Ies. xxiii. 15. עררו ארמנותיה *ἐξήγειραν βάρεις αὐτῆς* reddiderat. Pro ipso בירניות, quod Alex. *οἰκήσεις* interpretati fuerant, incertus quidam *βάρεις* posuit.

[Zonaras p. 373. *Βάρεις· τὰ πλοῖα, οἱ πύργοι, αἱ στοαί, τὰ τείχη.* Tzetzes ad Lycophr. 747. *Βάρις νῦν μὲν τὸ πλοῖον σημαίνει, σημαίνει δὲ καὶ θρόνους, πύργους, αὐλὰς, στοὰς, καὶ τοίχους.* De castello munito legitur ap. Josephum Archæol. 15. 11. 4. de B. J. i. 3. 3. i. 5. 4. Edd.] Hesych. ac Suid. vocem exposuerunt murum, porticum, turrim, palatium, munimentum, ac urbem. Hes.: *Βάρις—τεῖχος, ἢ στοὰ, ἢ πύργος.* Præter illa Suidas habet: *Βάρεις—αὐλαί. Σφαῖραι.* (*φρουραὶ* legendum censuit G. D'Arnaud.) Quo murorum firmet significatum, locum ex Juliano, (illum enim hic respici docuit me D'Arnaud) adducit: *Ὁ δὲ ἐπεμέλετο βαρῶν, τουτέστι τειχῶν*, ille vero *βαρῶν* murorum gerebat curam, paulo post: *βάρις δὲ*, ait, *στοὰ καὶ πόλις.* Eadem reperio ap. Phavor. nisi quod *βάρεις* ipsi quoque sint: *μεγάλαι καὶ ὑπόβαθροι πέτραι*, grandes lapides, sive fulcra. Sed si ex Hebr. vocabulo *τὸ βάρις* fuerit formatum, principem arcis significatum voci adscribere debuissent Lexicographi, a quo reliquæ notiones commode fluxisse censeri possent.

Genuinum vocis ac primarium significatum pressius sequuntur Ephorus, ac Posidippus, quorum hic vocem domum exponit, ille vero plures domus in unum collectas, ap. Steph. Byz.: *Βάρις, πόλις. Λέγεται βάρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσίδιππος· καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ἔφορος.*[2] Ambo profecto bene! Baris etenim primum quidem unica *οἰκία* dicebatur, sed, quum crescens hominum multitudo, pluribus circa eam extructis tuguriis, vicum efficeret, ipsi deinilli collectioni Baris indita fuit appellatio, quin imo *συνοικία* mœnibus lapsu temporis inclusa, veterem nihilominus conservavit denominationem. Urbem Italiæ memorant Geographi *Οὐερῆτον*, antiquitus *Βάριν* dictam. Barium Festo memoratur, ubi, "Barium," inquit, "urbem Italiæ appellaverunt conditores ejus expulsi ex insula Bara, quæ non longe est a Brundusio." Eandem procul dubio innuit Horatius, ubi iter suum Roma Brundusium describit, Serm. i. Sat. v. 97. Postera tempestas melior: via pejor, adusque Bari mœnia piscosi. Ad q. l. Cruq. interpres scribit: "Barium civitas est Apuliæ,

[1] [Vide L. C. V. Opuscula philolog. crit. orat., conjunctim edita, Lips. 1808. 8. t. i. pp. 143—152. 132—4. Edd.]

[2] [Ammonius: *Βάρις μέν ἐστιν Αἰγύπτιον πλοῖον· λέγεται δὲ καὶ ἡ μεγάλη οἰκία, ὡς ὑπὸ Φιλίππου.* "Emendandum procul dubio, *ὡς Ποσίδιππος*, aut, si id mavelis, *Ποσίδιππος*. Fundus emendationis Stephanus est Byz. *Βάρις ἡ οἰκία, ὡς Ποσίδιππος· καὶ ἡ συνοικία, ὡς Ἔφορος.* Et quis amplius hac de re dubitet? Posidippum eundem illum intelligo, quem citat Schol. Apoll. R. i. 1291. *Τούτῳ δὲ Ποσίδιππος ὁ ἐπιγραμματογράφος ἠκολούθησε καὶ Φερεκύδης· Ἔφορος δὲ, κ. τ. λ.* Ubi Ephori et Posidippi testimonia junguntur, hunc adcuratæ diligentiæ Grammaticus Epigrammatographum vocat, ut adeo recte conjecerit G. J. Voss." L. C. V. Animadv. ad Ammon. p. 44. Edd.]

alia autem est, quæ Grammatico Theodisto dicta est Baris."

Verum enimvero, præter illa quæ memoravimus, voc. Βάρις navim quoque ap. Græcos designavit: primariam quinimo hanc vocis fuisse significationem ex iis, quos memoravi, Grammaticis, jure merito quis collegerit. Non solum Suidas [et Zonaras] βάρεις, πλοῖα, et Phavor. βάρεις τὰ πλοῖα, καὶ βάρεις τὰς ναῦς, λέγουσιν οἱ Ἴωνες:[1] sed et plus una vice hunc significatum voci attribuit Hesych., et in v., et in Ἄβαρις mediterraneum, qui navibus plerumque caret, ἄβαριν dictum notat: Ἄβαρις ὁ ἠπειρώτης,[2] καὶ μὴ ἔχων βάριν. Idem: Βουβάρας,[3] μεγαλοναύτης, παρὰ τὴν βάριν: et Βούβαρις (Salm. pro Βουβάρτις) νεὼς ὄνομα παρὰ Φιλίστῳ. Alibi rursus: βαρπύργος, (sic depravate legitur,) πορμεῖο περὶ ἀμφόδων,[4] ad q. l. in ora alterius Bibliothecæ Franeq. Codicis adscripsit J. Fungerus: "Vera lectio est: βάρις, πύργος, πορθμεῖον π. α. in Psalmis sæpe occurrit hæc vox, ut Ps. cxxii. (v. 7.) πυργοβάρεις. Origine Hebr. dictio, nam בירה palatium, Basilica, Soping." Hoc modo locum constituit Palmerius: β. π. πορθμεῖον ὑπὲρ ἀμφοδόντων, quæ vertit: baris, turris, ponto, (s. navis transmissoria) ad jumenta transfretanda. Si quis audaciorem conjecturam probaverit, en, quæ Glossographum scripsisse arbitrer: Βάρις, πύργος, πορθμεῖον παρ' Αἰγυπτίοις. Ap. Ægyptios certe πορθμεῖα talia βάρεις fuisse nuncupata, inter eruditos constat. Jos. Scaliger, in notis ad fragm. p. 44. de Baride, inquit, Æg. navi multi meminerunt, Herod., Diod., alii. Ap. Herod., tribus in locis, navigiorum illo nomine insignitorum memoriam reperi. L. ii. 41. navim, quæ ex insula Prosopitide missa, ad singulas civitates appellebat, ut in eam sepeliendi boves immitterentur, βάριν nuncupat. Βάρις eidem dicitur, quæ in urbem Bubastin Dianæ sacra facturos deferebat, ib. c. 60. ubi magnam utriusque sexus, ἐν ἑκάστῃ βάρι, scribit fuisse hominum multitudinem, quorum plures, ἐγχρίμψαντες τὴν βάριν τῇ γῇ, palantes per civitates discurrebant, etc. Cap. denique ejusd. lib. ii. 96. onerariæ, quam accuratissime depingit, Æg. navi, nom. βάρις ab indigenis impositum fuisse adnotat, τοῦτο γὰρ δὴ, inquiens, οὔνομά ἐστι τοῖσι πλοίοισι τούτοισι, numero autem hæc navigia ap. ipsos fuisse longe plurima indicat, quum addit: ἔστι δέ σφι τὰ πλοῖα ταῦτα πλήθεϊ πολλά. Cf. Jungermann. ad Poll. i. 82., ubi βάρεις, πορθμεῖον.

Sed præterea Æschylus quoque Persicas naves βαρίδων vocabulo appellat, Pers. [v. 1076. Ἰὴ * τρισκάλμοις βαρίσιν ὀλόμενοι. EDD.] 552. Ξέρξης δὲ πάντ' ἐπέσπε * δυσφρόνως Βαρίδεσσι ποντίαις. Ad q. l. Schol. naves illas ab urbe quadam Persidos, Baris dicta, denominationem suam traxisse opinatur. Ὁ Ξέρξης δὲ, ait, πάντα τὰ κακὰ δηλονότι ἐπέσπε καὶ ἐπεσπάσατο ταῖς βαρίδεσσι, ναυσί, ταῖς ἀπὸ τῆς Βάρεως οὔσαις [ἥτις ἐστὶ πόλις Περσίδος, ἐξ ἧς καὶ αἱ νῆες βάριδες] πάσας γὰρ κατέθραυσεν ἐκεῖσε.[5]

Cymba, qua ad inferos deferebantur umbræ defunctorum, βᾶρις dicitur, in Epigr.,[6] quo loquens introducitur Diogenes Cynicus. Partem ejus profert Suid. v. Βάρις. Δέξαι μ', εἰ καί σοι μέγα βρίθεται ὀκρυόεσσα Βᾶρις ἀποφθιμένων, τὸν κύνα Διογένην. Reddo: Quamvis cymba gemat tristi sub pondere pressa, Me tamen hac Cynicum suscipe Diogenem.

Cetera vocabulum hoc significatu obvium Ægypto originem suam debere, ex Oriente saltem repetitum, forsan affirmari posset:[7] sitne in Orientalibus linguis superstes radix, a qua non incommode potuerit proserpere, disquirere licet. Vir quidam eruditus, vocabuli significatus, quo cymbam denotat, in Hebr. בור, originem se reperisse existimat. Licet enim foveæ, puteive notio vocis בור sit præcipua, altera tamen sepulcri eidem etiam adhæsit; procul omni dubio, quod et vetustissimi ævi homines in speluncis locisve subterraneis sepeliebantur, uti, ne alia jam adducam, vel ex sola Patriarcharum, quam tradit Moses, historia liquet quam clarissime. Recte igitur puteus et sepulcrum eadem voce nuncupari potuerunt, cum vetustissimum genus sepulturæ in puteis fuerit, sicuti tradit etiam Festus in v. Puticuli. Ita quoque Varro, l. iv. de L. L. col. m. 8., Extra oppida a puteis Puticulæ, quod ibi in puteis obruebantur homines.

Nic. vero Fullerus, peritissimus Philologus, naves, βάρεις, ab Hebr. בירה, domum altam ac turritam dicente, conjicit denominatas, propter similitudinem videlicet, quæ veterum navigiis cum altis intercedebat ædificiis, quam similitudinem paucis, sed, ut solet, erudite monstrat, Misc. S. ii. 1. sub fin. Nec est, cur quis temere hanc opinionem, ut minus verosimilem, explodat, quum simili exemplo firmari possit ac stabiliri. Sæpe scilicet ap. veteres a figura, quam cum aliis rebus habebant communem, naves fuerunt nuncupatæ. "Pristis" (verba sunt N. Marcelli, de propr. serm. c. xiii. §. 13.) "navigii genus a forma pristium marinarum, quæ longi corporis sunt, sed angusti. Claudius rerum Romanarum, l. xii. Quinque pristes, navigium ea forma a marina bellua dictum est." Virgil. v. 126. Velocem Mnestheus agit acri remige Pristim. Et Æn. x. 211. Frons hominem præfert, in Pristim desinit alvus. Non audiendus est Servius, dum ad Virg. Æn. iii. 427. de navi, Pristis, de bellua vero Pistrix dici observat. In Hesych. scribitur Κυνπρῖστις ζῶόν τι, sed legi debet: Κυνοπρ.[8] Πρῆστις dicitur Phavorino belluæ marinæ species, εἶδος κήτους θαλασσίου, ἡ λεγομένη μάλθη. In voce κῆτος legitur μάλλη. Credideram legendum βάλη pro φάλη. Hesych. φάλαι, φάλαιναι. Balænam enim belluam marinam ipsam dicunt esse pristim, ipsam esse cetum, inquit Festus, in v. balæna.

Navim, ob similitudinem cum bellua marina, κῆτος dictam diserte innuit Conon Grammaticus, Narrat. xl. inter historiæ Poet. scriptores a Th. Gale ed. p. 284. ubi ab aliis diversus, fabulam de Andromeda enarrat, eam scilicet a Phœnice quodam, quasi inscio patre, inquit, navi fuisse avectam, cui, sive ob similitudinem cum bellua, seu forte fortuna, κῆτος fuerit nomen: Φοίνικος δ' ἁρπάσαντος νηΐ, (κῆτος δ' αὐτῇ ἐκαλεῖτο, ἢ μίμησιν ἔχουσα τοῦ ζώου, ἢ καὶ κατὰ τύχην) ἡ Ἀνδρομέδα, ὡς κατὰ ἄγνοιαν τοῦ πατρὸς ἁρπαζομένη, ἀνωλοφύρατό τε καὶ μετ' οἰμωγῆς τοὺς βοηθήσαντας ἀνεκαλεῖτο. Cetus, qui, ab iracundo Neptuno emissus, Trojanorum terras devastabat, Palæphato quidem περὶ ἀπίστων, c. xxxviii. judice, fuit ἀνὴρ βασιλεὺς μέγας, καὶ πολλὴν ἔχων δύναμιν, καὶ ναυτικὸν

[1] [Gregor. Cor. de Dial. Ionica p. 522. Βάρεις δὲ τὰς ναῦς. "Ionicum fere vocant, pari cum Nostro errore, ICti, vocem Avariam inde repetentes." Koen. EDD.]

[2] Arcadas scribit Homeri Schol. διὰ τὸ ἐν μεσογείῳ τῆς Πελοποννήσου αὐτοὺς οἰκοῦντας, ἀπείρους εἶναι τῶν κατὰ θάλασσαν ἔργων, ad Il. B. 612. —οὐ σφι θαλάσσια ἔργα μεμήλει.

[3] Classis navalis Persarum præfectus Βάρης nomine memoratur Herod. iv. 203. Βάρης—ὁ τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγός.

[4] [Cod. Marcian., teste N. Schowio: Βαρπύργος, πορμεῖο περὶ ἀμφόδων. "Hesych. Βάρις· πύργος,—περιάμφοδον: ita enim legendum, dudum me docuit Alberti. Περιάμφοδον i. q. Posidippo (ap. Ammonium) ἡ μεγάλη οἰκία." L. C. V. Animadv. ad Ammon. p. 45. "Recte tenuit (L. C. V.) περιάμφοδον. Omnino enim (nisi magis placeat, καὶ περὶ ἀμφόδων, vid. Verweji not. et cf. Hieron. t. iii. p. 614. ed. Mart.) legendum puto: Βάρις· πύργος, πορθμεῖον, περιάμφοδον. Quomodo Petavius jam olim ad Themist. Orat. xiii. p. 663. (s. p. 389. ed. maj.) Et sic plane Is. Vossius in nota allata, et in Var. Obss. p. 252. Cf. Fuller. Misc. S. ii. 1. In περιάμφοδον supple οἴκημα, quod Petav. l. c. explicat, 'ædes instar turrium, omni ex parte conclusas, quas insulas vocant.' Idque e Budæo quoque notant Lexx. Alias περιάμφοδος legi posset, in Nominativo (ut præc. πύργος) supple οἰκία. Hesych. Διάλαυρος· οἰκία μεγάλη—ἡ λεγομένη περιάμφοδος." Albert. ad Hes. EDD.]

[5] ["Quare hoc quoque nomen, ut nom. ἀρτάβη, origine quidem Persicum, deinde vero ad Ægyptios translatum putaverim." Sturzius de Dial. Maced. et Alex. p. 90=clxxiii. EDD.]

[6] [Leonidæ Tarent., Anal. t. i. 235. n. lix. et Diodori Zonæ, Anal. t. ii. 81. n. vii. Κωκυτοῦ ῥοθίοισι βᾶριν ἐλαυνομένην. Diod. S. i. 92. Ἡ μὲν βᾶρις καθέλκεται κατεσκευασμένη πρότερον ὑπὸ τῶν ταύτην ἐχόντων τὴν ἐπιμέλειαν, ἐφέστηκε δὲ ταύτῃ πορθμεὺς, ὃν Αἰγύπτιοι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον ὀνομάζουσι Χάρωνα. C. 96. Συμφωνεῖν δὲ καὶ τἄλλα τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησι καθ' ᾅδου μυθολογούμενα τοῖς ἔτι νῦν γινομένοις κατ' Αἴγυπτον· τὸ μὲν γὰρ διακομίζον τὰ σώματα πλοῖον βᾶριν καλεῖσθαι, τὸ δ' ἐπίβαθρον νόμισμα τὸν ὀβολὸν τῷ πορθμεῖ δίδοσθαι, καλουμένῳ κατὰ τὴν ἐγχώριον διάλεκτον Χάρωνι. EDD.]

[7] ["Ægyptium navis nom. esse, tametsi Grammatici in alia abeunt, abunde declarat Herod. ii. 96. et Æschyl. Suppl. 880. Αἰγυπτίαν γὰρ βᾶριν (βάρις) οὐχ ὑπερβαίη. Quamobrem in gentis ejus rebus gestis frequens vocabuli usus, ut in Plut. Isid. t. ii. p. 358. a. Synes. Provid. i. p. 96. A. Propert. iii. 9. 44.' Wess. ad Diod. S. i. 96. Ægyptius est, qui clamat in Æsch. Suppl. 843. Σοῦσθε, σοῦσθ' ἐπὶ βᾶριν ὅπως ποδῶν, et 889. Βαίνειν κελεύω βᾶριν εἰς * ἀμφίστροφον, notante Blomf. ad Pers. 559. EDD.]

[8] [Vitiose Ed. Schr. κυνπρῆστις, notante Albertio. "Κυνοπρῆστις Hesychio ζῶόν τι, procul dubio quale ἡ βουπρῆστις, canibus nimirum ea mala inferens, quæ illa bubus." H. St. EDD.]

πολὺ—ᾧ ὄνομα Κήτων. Recte quidem hactenus, si navim, a quodam Rege contra Trojanos missam, ceti nomine notam, ista fabula involutam censeamus, nisi cum J. G. Vossio, de Theol. gentil. i. 23. p. m. 172. navim ceti ἐπίσημον præferentem fuisse conjectare malueris. Sed Hyginum, ubi fabulam de ceto tangit, adducam, ut locum ejus levissimo opere pristino restituam nitori. "Neptunus" (inquit fab. lxxxix.) "cetum misit qui Trojam vexaret. Ob quam causam Rex ad Apollinem misit, consultum. Apollo iratus ita respondit, si Trojanorum virgines Ceto religatæ fuissent, finem pestilentiæ futuram." Quum similem locutionem in Hygino non reperirem, mendum in voce ceto latere suspicabar, nec dubitabam fere, quin Hyginus scripsisset: Si Trojanorum virgines cauti religatæ fuissent, quia statim subjungebat Mythographus: Cum complures consumptæ essent, et Hesione (malim, Hesiones) sors exisset, et petris religata esset. Sed et succurrebat, Ovidium, ubi de Andromeda caneret, eadem usum loquendi formula, Met. iv. 671. Quam simul ad duras religatam brachia cautes Vidit Abantiades. Recte autem promontorium circa Trojam eximie cautem dicere potuit Hyginus. Cautem illam Agamiam dictam tradit Hellanicus ap. Steph. in 'Αγάμεια.[1] Hesych. 'Αγαμίας, ἔνθα αἱ παρθένοι ἐξετίθεντο τῷ κήτει, τινὲς, οἱ δὲ, πολίχνην. Ap. Apollod. Biblioth. ii. p. 113. Hesione alligata fuisse dicitur ταῖς πλησίον τῆς θαλάσσης πέτραις.

Potuit igitur, ut ad propositum tandem redeam, navis a figura sibi cum domibus altis cognata, Baridos facillime traxisse nomen.

Verum, dum accuratius omnes, quos Gr. vox βάρις induit, significatus revolvo, de etymologiarum fallaci studio aliquantisper edoctus, eo pene delabor, ut nulla plane Hebraici בירה in h. v. animadvertam vestigia, idque cum Phavorino a Gr. voce βάρος, pondus, grandem molem significante, derivandum statuam. Convenit in primis significatus, patitur sermonis Gr. analogia, ut a βάρος descendat βάρις. Dantur tamen alia, quæ huic originationi obstent. Potius igitur nil quidquam statuo, quam quid temere.

Denturne alia vocabula, in quibus certiora Hebraici בירה appareant vestigia, paucis, priusquam finem huic dissertationi imponam, explorandum est. Μαριάβα, μητρόπολις Σαβαίων Stephano Byz. audit, Plin. vi. 28. Mariaba, inquit, Baramalacum, quam postremam vocem בירה מלכא palatium regium vertendam, non absona viri docti ad illum Plinii l. est conjectura. Quid si illud ipsum בירה in urbium quarundam Mesopotamiæ nominibus delitesceret? Aliquas certe Bara vocatas recenset anonymus Ravennas, Cosmogr. ii. c. 13. Bina adhuc nomina proferam, quæ lubens Phœnicia crediderim, ac voci nostræ adfini originem debere. Altera est, Μαριάμμια, quæ eod. Steph. auctore πόλις fuerit Φοινίκων, Ptolemæo Μαριάμη dicta, indigenis fortasse בירה אם Biriam, Buriam, arx vetusta ac princeps fuit vocata, unde dein Gr. Μαριάμη finxerint. Eo sane significatu vox ام ap. Arabas gaudet, quin eodem Hebr. אם 2 Sam. xx. 19. venit, ubi urbs Abel vocatur אם בישראל mater in Israele, vetusta scilicet nec incelebris. Sic etiam μήτηρ occurrit pro metropoli, in epigr. Thessalonicensis Antipatri, quod, cum ejusdem auctoris aliis opusculis, ab elegantissimo Boivinio juniore collectis, extat in Mémoires de Litterature de l'Acad. Roy. des Inscr. t. ii. pt. i. p. 398. Σοί με, Θρηϊκίης σκυληφόρε, Θεσσαλονίκη Μήτηρ ἡ πάσης πέμψε Μακηδονίης. Ad te, Thraciæ victor, me mittit totius Macedoniæ metropolis Thessalonica.

Sed et arx Orientis munita Barbalissus dicitur Stephano: Βαρβαλισσὸς, φρούριον τῆς ἕω τετειχισμένον, Ptolemæo Βαρβαρισσός. Gentile quoque, ex numo, sed depravatius adfertur BIPPANATHNΩN, pro quo Βαρβαλισσήνων sculptum fuisse, qui hæc adducit, credidit L. Holsten. Forsan ex hisce tribus verum nom. cogi posset: Βαραλισσὸς s. potius Βιῤῥαρισσός. Si prior vera sit lectio, in Oriente enuntiatum fere fuit bira lissa בירה לזה sive Buralissa, verusque significatus ab inscio Stephano fuit traditus, dum φρούριον τετειχισμένον, arcem munitam, eam vocavit. Siquidem verbum לזז olim usitatum, hodiedum ap. Arabas in لز superstes, compingendi, colligandi, ac firmandi polluit significatu, unde præter alia dimanat vocab. صلز, quo quidquid firmum est ac validum designant. Sin vero alteram lectionem prætuleris, Βιῤῥαρισσὸς potestate sua idem prorsus dicet, sed scriptum fere fuit בירה רצה, burarissa, arx munita. رصا, sane firmandi gerit significationem, cuj. verbi derivatum legi putem in רסה 'Ρῆσσα, nomine cujusdam loci, cuj. Num. xxxiii. 21. sq. sed obscurior reperitur mentio.

Cur Mons Armeniæ Βάρις fuerit dictus.

Josephus Antiq. Jud. i. iv. e Nic. Damasceno: Ἔστιν ὑπὲρ Μινυάδα,[2] inquit auctor, μέγα ὄρος κατὰ τὴν 'Αρμενίαν, Βάρις λεγόμενον, εἰς ὃ πολλοὺς συμφυγόντας ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ λόγος ἔχει περισωθῆναι· καί τινα ἐπὶ λάρνακος ὀχούμενον ἐπὶ τὴν ἀκρώρειαν ὀκεῖλαι, καὶ τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι. Γένοιτο δ' ἂν οὗτος, ὅν τινα καὶ Μωϋσῆς ἀνέγραψεν, ὁ τῶν 'Ιουδαίων νομοθέτης. Licet Bochartus, Phaleg. i. 3. nos latet, inquiat, cur Baris vocetur ille mons, in quo substitit arca, ex fœcundo nihilominus ingenii vasta eruditione instructissimi penu varias depromsit conjecturas: conjicit enim, vel nomen istud a Græcis monti fuisse impositum, apud quos βάρις erat navigii genus; vel ab Armeniis, qui sub nomine Baridos Deam coluerint; sive vocem ab Hebr. ברית esse deflexam, quia in illo ipso monte cum Noacho, ac posteris ipsius, Deus fœdus icerat; quibus tamen aliam longe præfert conjecturam, qua voc. Βᾶρις ex lingua Arab. exitum exponi posse ostendit a v. برز exivit foras (imo etiam, manifestus evasit, postquam latitasset). Hanc hariolationem ex Josepho reddit veræ simillimam, quippe qui ἀποβατήριον scribit τὸν τόπον τοῦτον (quo nempe ex arca egressus fuerat Noach) 'Αρμένιοι καλοῦσι.

Jos. Scaliger ad illum ipsum Nic. Damasc. locum, in notis ad fragmenta vett. operi de E. T. subjuncta, p. 44. Βᾶρις quidem ab Hebr. בירה deflexum arbitratur, hoc vero in loco Armeniæ montem, in quo arca substitisse dicebatur, Barin, non quod ibi ullum fuerit palatium, sed quia et prægrandes naves et in sublime eductæ Barides[3] dicuntur, ab arca Noæ denominationem traxisse. Rectius equidem Scaligero Fullerus, Miscell. S. i. 4. montem a Deæ Baridos templo Barin dictum censuit, templum vero a navigio Noæ, quod quomodo a nave potuerit accipere nomen, alibi docte declarat. Alii alia conjiciunt. V. not. ad istum Josephi l.

Unde ego vocem dimanasse arbitrer, non erit difficile colligere; ex eodem scilicet אביר firmum quid, validum ac excelsum significante, aut alia voce, quæ cum illa arctam habuerit adfinitatem; ut ita Βάρις mihi nihil aliud dicat quam montem excelsum, qualem fuisse, in quo arca substitit, in comperto est. Nec quenquam abjectum א heic iterum morari poterit, qui, quæ antea monuimus, animadverterit. Quin imo nec illi obstiterim, qui eidem origini Deæ Baridis (Βάριδος) nomen adscribere in animum induxerit.

["Βάρις, ιος, ιδος, ἡ, Navigium, Navis: vox Ionum propria: eos. n. peculiariter βάρεις vocare τὰς ναῦς testatur Corinthus (Vide Koen. l. c.) Herod. vero Ægyptiacum quoddam fluvialis navigii genus ex spina, βάριν nominari auctor est: cuj. descriptionem ap. eum habes p. 78. meæ edit. (ii. 96.) Atque adeo ap. Eurip. (Iphig. A. 297.)

[1] ["'Αγάμμια, s. 'Αγάμμη, promontorium et portus prope Trojam, ex eo nominatus quod ibi Hesione ceto objiceretur ἄγαμος, et nuptias nondum experta, ut tradit Steph. qui etiam addit, videri 'Αγάμμια factum ex 'Αγάμμη, ut πρέσβεια ex πρέσβη, Πηνελόπεια ex Πηνελόπη. Prioris ἐθνικὸν est 'Αγαμμίτης s. 'Αγαμμιάτης: posterioris, 'Αγαμμιός. Ap. Hesych. vero legimus 'Αγαμίας, ἔνθα αἱ παρθένοι ἐξετίθεντο τῷ κήτει. Τινὲς δὲ πολίχνην." H. St. Edd.]

[2] ["Strabo habet Μιλυάδα. Ita Plin. v. 31. (42.): Attingit Galatia et Pamphylia Cabaliam et Milyas, qui circa Barin sunt et Cyllanticum et Oroandicum Pisidiæ tractum." Scaliger in Append. ad Opus de Emend. Temp. p. 44.

[Pro Βᾶρις Joachim. Schroderus Μᾶσις legendum esse contendit. Est enim Masis præruptus ille Mons in campestri provincia Araratensi situs, in quo arcam resedisse, præter constantem ap. Armenios traditionem, testatur ipse Geographus Armenus Moyses Chorenensis. Vide Dissert. ejus præliminarem ad Thes. Linguæ Armenicæ. Havercamp. ap. Orellium ad Nic. Damasceni Historiarum Excerpta et Fragm. Lips. 1804. Edd.]

[3] Locus Propertii, quem tangit vir illustris, reperitur l. iii. eleg. x. v. 44. Romanamque tubam crepitanti pellere sistro, Baridos et contis nostra Liburna sequi.

legimus βαρβάρους βάριδας, pro barbaras naves. Lycophr. (747. αὐτουργότευκτον) βάριν appellat Argoam navem, quam et αὐτοκάβδαλον σκάφος (745.) nominat. Suidæ et Hes. βάρεις sunt non solum πλοῖα, sed etiam τείχη, στοαί, αὐλαί, πύργοι: item et σφαῖραι. Hieron. certe in Jerem. c. 17. βάρεις dicit esse Turritas domos: et in Oseæ c. 9. Magnas et in modum turrium ædificatas domus. Idem in Ps. 44. Pro eo (inquit) quod nos transtulimus Domibus eburneis, quia in Gr. scriptum est ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, quidam Latinorum ob verbi ambiguitatem, a gravibus interpretati sunt; quum βάρις verbum sit ἐπιχώριον Palæstinæ, et usque hodie domus ex omni parte conclusæ et in modum ædificatæ turrium ac mœnium publicorum, βάρεις appellentur." H. St. Scaliger in Notis ad Fragm. p. 44. "Ego βᾶρις circumflexo accentu scribo, cum sit longa: omnes tamen libri cum acuto." "Vulgo scribitur βάρις," inquit Bast. ad Gregor. Cor. p. 522.: "rectius scribi βᾶρις, docent loca poetarum." Βᾶρις scribit Blomf. ad Æschyli Pers. 559. et sic legitur in Lex. S. Germ. p. 84. Bekkeri Anecd. Gr. t. i.; at in Schneideri Lex. est βάρις.

["Ἄβαρις, Cui non est baris, ideoque in continente degens: Hes. ὁ ἠπειρώτης, καὶ μὴ ἔχων βάριν: est enim βάρις, πλοῖον: licet et aliæ ei significationes tribuantur.[1] Ἄβαρις dictus fuit etiam Seuthi cujusdam filius, de quo Suidas, (Zonaras,) Strabo, et Gell. ix. 22. (V. Jamblichus de Vita Pythag., qui Abarin Scytham laudat in sect. 90. 91. 135. 136. 140. 141. 147. 216. Apollonius Dyscolus Hist. Mirab. c. 4. Ἄβαρις δὲ ἐξ Ὑπερβορέων ἦν μὲν καὶ αὐτὸς τῶν θεολόγων, ubi vide Meurs. Item Heraclides librum quendam suum De immortalitate animæ, Ἄβαριν inscripsit: cujus mentio ap. Plut. de Aud. Poem. (t. vi. p. 50. ed. Reisk.)" H. St. Grammaticus S. Germ. ap. Bekk. Anecd. Gr. V. i. p. 323.: Ἄβαρις· ὄνομα κύριον.

[Πυργοβάρεις. Vide H. St. Thes. iii. 635. c., et Sturz. de Dial. M. et Alexandr. p. 94 = clxxiv., b. Lex. Cyr. Brem. MS.: Πυργοβάρεις· οἱ προμαχίονες (προμαχεῶνες, s. προμαχῶνες, ut ap. Etym. M. p. 697, 20. et Zonar. p. 1596.) τῶν πύργων οἱ ὀχυρώτεροι. Cf. Biel. Thes. philol.

[* Βαριβάρης, s. * Βαρίβας. Lex. S. Germ. Ἀντιαττικίστης, Bekkeri Anecd. Gr. t. i. p. 84.: Βᾶρις· κατ' οἰκίας καὶ πλοίου. Σοφοκλῆς ἐν Ποιμέσι βαρίβαν λέγει τὸν ναύτην ἢ τὸν τῆς βάρεως ἐπιβεβηκότα. Bast. ad Gregor. Cor. p. 522.: "Brunckius in Lex. Sophocl. correxit βαρίδαν, jurene, ignoro." Schæferus: "Ex ista Brunckii scriptura in Schneideri Lex. nova depravatione factum βαρίτης: mihi enim βαρίβας, ὁ τῆς βάρεως ἐπιβεβηκώς, unice verum videtur: compares vulgare ναυβάτης." "In pluribus nominibus," inquit Bast. ib. p. 902., "quæ in βας desinunt, cujusmodi sunt ὀκρίβας, κιλλίβας, * νυμφόβας (ὁ ταῖς νύμφαις ἐπιβαίνων) alia, βας illud finale non simplex est κατάληξις, sed ipsius pars compositionis, quippe derivandum a v. βαίνω. Itaque βαρίβας tantum abest ut analogiæ repugnet, ut, si expendas Grammatici interpretationem, facillime defendi posse fatearis. Ceterum Sophoclis βαρίβαν fortasse dictum per metaplasmum pro βαρίβαντα." Blomfieldius ad Æschyli Pers. 559. certissime, nostra quidem sententia, correxit, βαριβάταν: βαριβάτης, ut ναυβάτης.

["Βουβάραι Hesych. μεγάλαι, afferenti et βούβαρα pro μεγάλα, grandia. Βουβάρας, eidem est * μεγαλοναύτης: nimirum παρὰ τὸ μεγάλην βάριν ἢ μέγα βάρος (καὶ αὐχένα) ἔχειν. Sed addit dici etiam de homine qui μέγας est et ἀναίσθητος, Magnus et stupidus s. stolidus. Meminit Etym. M. quoque huj. βουβάρας, dictum scribens διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τοῦ ἄκρου προτομήν τινα βουβάλου ἐξέχουσαν: exponensque etiam μεγαλοναύτης et μεγάλως βαρύς: ut illa in signific. sit ex βου epitatico et βάρις, quod est πλοῖον: in hac, ex βου et βάρος. Exponit etiam * καυχητιῶν: nam περὶ ἀλαζόνος dici ait, quam et βαρυγέταν dictum fuisse." H. St. Eustath. ad Il. N. p. 962. 14.: Καὶ ὅτι ὁ διὰ βάρος προσρηθεὶς βουγάϊος, ῥηθείη ἂν καὶ βουβάρας, ὅ ἐστι μέγας καὶ ἀναίσθητος, ὡς παρὰ Ἡρωδιανῷ ἐν τῇ μεγάλῃ προσῳδίᾳ κεῖται—καὶ εἴη ἂν ὁ ῥηθεὶς βουβάρας, προσήκων διὰ τὸ κατ' αὐτὸν βάρος, προσρηθῆναι καὶ γῆς ἐτώσιον ἄχθος.

["Βουβάρτις, Hes. teste, navis nomen est ap. Philistum," H. St. Pro βουβάρτις Salm. conjicit βουβάρις i. e. μεγάλη βάρις, probat Valck. l. c. et ad Ammon. p. 44.]

SPICILEGIUM VOCUM PAUCARUM,

RECTE AUT SECUS PRO ÆGYPTIACIS HABITARUM:

POST P. E. JABLONSKIUM, J. GUIL. TEWATERUM, ET FR. GUIL. STURZIUM

COLLEGERUNT

THESAURI STEPHANIANI EDITORES.

* ΒΑΚΧΥΡΙΣ, s. * ΒΟΚΧΟΡΙΣ.

Suid. et Zonar. p. 369.: Βάκχυρις (Cod. A. Βάκχυσις)· ἐπὶ τῶν δικαιοτάτων· τοιοῦτος γὰρ ἦν οὗτος βασιλεὺς Αἰγύπτου. Plenius Zenobius: Βάκχυρις· οὗτος Αἰγύπτιος ὢν ἐπὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἐπινοίᾳ κρίσεων ἀπομνημονεύεται· εἴρηται δὲ ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν δικαιότατα καὶ * παρευρημένως κρινόντων. Vera lectio est Βόκχορις. Diod. S. i. 65.: Μετὰ δὲ τοὺς προειρημένους βασιλεῖς διεδέξατο τὴν ἀρχὴν Βόκχορις, τῷ μὲν σώματι παντελῶς εὐκαταφρόνητος, ἀγχινοίᾳ δὲ καὶ φρονήσει πολὺ διαφέρων τῶν * προβασιλευσάντων. Ibid. c. 94.: Τέταρτον δὲ φασὶ γενέσθαι νομοθέτην Βόκχοριν τὸν βασιλέα, σοφόν τινα καὶ πανουργίᾳ διαφέροντα· τοῦτον οὖν διατάξαι τὰ περὶ τοὺς βασιλεῖς πάντα, καὶ τὰ περὶ τῶν συμβολαίων ἐξακριβῶσαι. Γενέσθαι δ' αὐτὸν καὶ περὶ τὰς κρίσεις οὕτω συνετόν, ὥστε πολλὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ διαγνωσθέντων διὰ τὴν περιττότητα μνημονεύεσθαι μέχρι τῶν καθ' ἡμᾶς χρόνων. Λέγουσι δ' αὐτὸν ὑπάρξαι τῷ μὲν σώματι παντελῶς ἀσθενῆ, τῷ δὲ τρόπῳ πάντων φιλοχρηματώτατον. "Sapientiæ et versatilis ingenii cultum eidem tribuit c. 45. et 65.; ceteri scriptores hanc laudem non prorsus illi auferunt, sed aut φύσει χαλεπὸν, natura asperum, ut Plutarch. t. ii. p. 529. c. aut habitum quidem δίκαιόν τε ἐν ταῖς κρίσεσι καὶ πρὸς τὸ θεῖον τὴν ψυχὴν κεκοσμημένον, in judiciis justum et animo in Deum pio, verum e falsi pravique tenaci rumore, κατὰ κλέος ψευδὲς καὶ φήμην οὐδὲν λέγουσαν ὑγιές, quemadmodum Ælian. H. A. xi. 11. (obi vide Schneiderum), produnt: quæ fama fortasse differri cœpta est, tum quod in Mnevim, sacrum bovem, visus esset iniquior, tum quod ad rem attentior. De legibus ejus supra c. 79. et J. Marsham. Can. Chron.

[1] ["Legendum videtur, ὁ ἠπειρώτης, seu potius, ὁ ἠπειρώτης τις. Sed tamen nihil muto. Ἄβαρις enim dicitur etiam, qui in continenti mediterraneo habitat, ὡς μὴ βάριν, navim, ἔχων." Vales.]

p. 482." Wess. De Bocchoridis judicio vide Plut. in Demetrio c. 27. Bocchoridi ferunt ab Iside aspidem missam, quæ superne capiti circumvoluta obumbraret, ut juste judicaret, narrante Plut. de Vitioso Pudore t. viii. p. 99. ed. Reisk. Idem de Is. et Os. c. viii.: Λέγεται δὲ καὶ * Τέχνατις ὁ Βοκχόρεως πάτηρ. Wyttenb., pro vulg. Βακχέρεως, e Ven. et P. Βοκχόρεως reposuit. De Bocchoridis patre, in cujus nomine magna est discordia, vide Wess. ad Diod. S. i. 45. ubi vocatur * Γνεφαχθῶ, aut * Τνέφαχθος. Athen. x. 418. f.: Διὰ ταῦτα καὶ Ἄλεξις, ἐν τῷ περὶ αὐταρκείας, ἔφη, μετρίᾳ τροφῇ κεχρῆσθαι τὸν Βόκχοριν, καὶ τὸν πατέρα αὐτοῦ * Νεόχαβιν. Βόκχωριν MS. Ep. " Βόκχοριν, per o breve in penultima, ut ap. Diodorum scribitur, sic ap. nostrum cum editis scribit Cod. A. Ceterum ex h. l. corrigendum videri Plut. de Is. et Os., ubi Βάκχορις vocatur, monuit Palmerius Exercc. p. 513." Schweigh.

* ΘΩΝ, s. * ΘΩΝΙΣ, ιος, s. ιδος.

" Θώνιος, Ægyptius, a Thono Ægypti Rege, Nicand. Ther." H. St. Respicit ad v. 309—17.: Εἰ γ' ἔτυμον, Τροίηθεν ἰοῦσ' ἐχαλέψατο φύλοις Αἰν' Ἑλένη, ὅτε νῆα πολύστροιβον παρὰ Νεῖλον Ἔστησαν, βορέαο κακὴν προφυγόντες ὁμοκλήν· Ἦμος ἀναψύχοντα [1] (s. ἀποψύχοντα) κυβερνητῆρα Κάνωβον Θώνιος ἐν ψαμάθοις ἀθρήσατο· τύψε γὰρ αὐτὸν Αὐχέν' ἀποθλιφθεῖσα, καὶ ἐν βαρὺν ἤρυγεν ἰὸν Αἱμορροῒς θήλεια, κακὸν δέ οἱ ἔχραε κοῖτον. Schol.: Θῶνις βασιλεὺς Αἰγύπτου τότε ἦν· ἀπὸ τούτου οὖν Θώνιον τὴν αἱμοῤῥοΐδα ἔφη, διὰ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ εἶναι. Ergo H. St., (Gorræus,) et Schol. Θώνιος pro nominativo acceperunt, hæmorrhoida hoc nomine intelligentes, sic ab Ægypti Rege nuncupatam, cum sit genitivus nominis Θῶνις: Θῶνις scilicet, Θώνιδος, vel Θώνιος. Bentleius corrigit, Θῶνος ἐπὶ ψαμάθοισιν, a Schneidero male castigatus: nam, teste ipso Schneidero, in Scholiis " vulgabatur Θῶνος βασιλεὺς A. γέγονεν. G. Θῶνις, Lorr. Θώνιος habet." Bentleio videtur in animo fuisse Homeri locus, Od. δ. 228.: ubi Θῶνος est genitivus a Θῶν. Zonar. et Suid.: Θῶν· ὄνομα κύριον, καὶ κλίνεται Θῶνος. Θῶνις Herod. ii. 114. ostii Canobici præfectus. " Homero Θῶν, Θῶνος. Ægypti rex Θῶνις est Æliano H. A. ix. 21. et criticis in Nicandri Ther. 312. Θώνιος ἐν ψαμάθοισιν ἀθρήσατο explicantibus de serpente hæmorrhoo, cui Θώνιος a loci rege titulus fuerit. Multo rectius, ut ego quidem censeo, Θώνιος patrius erit casus, et ψάμαθοι Θώνιος arenosus Thonidis præfecturæ tractus." Wess. Eust. ad Od. Δ. p. 1493. 54. :Τοῦ δὲ Θῶνος εὐθεῖα, ἡ Θόων Θόωνος κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐν συγκοπῇ Θῶνος, ἢ μᾶλλον Θῶνις Θώνιος καὶ κατὰ συγκοπὴν Θῶνος. φασὶ δὲ αὐτὸν, βασιλέα εἶναι τοῦ κατὰ Κάνωβον Νειλῴου στόματος, εὑρετὴν ἰατρικῆς παρ' Αἰγυπτίοις—ἀφ' οὗ καὶ πόλιν Θῶνιν ὀνομασθῆναι, καὶ τὸν παρ' Αἰγυπτίοις δὲ πρῶτον μῆνα τὸν Θὼθ, ἀπ' αὐτοῦ κληθῆναι. Fallitur J. R. Forster. ad Strab. p. 1135. ed. Falc., dicens neminem præter Homerum hujus Thonidis mentionem fecisse. Steph. B.: * Θῶνις· πόλις Αἰγύπτου, ἀπὸ Θῶνος βασιλέως, τοῦ ξενίσαντος Μενέλαον. Κεῖται δὲ κατὰ τὸ στόμα τὸ Κανωβικόν. Ὁ πολίτης, * Θωνίτης. Locum e Strab. xvii. transcripsit. Cf. Diod. S. i. 19.

" ΚΑΝΩΒΟΣ, s. ΚΑΝΩΠΟΣ, ου, ὁ,

Canobus s. Canopus, locus Ægypti denominatus a Canobo Menelai gubernatore qui ibi obiit. (Etym. MS. Gudianum ap. Schneiderum ad Nicandri Ther. 312.: Ἱστορεῖται ὁ Κάνωβος δίσκῳ ἀναιρεθῆναι ὑπὸ Μενελάου ἐν Αἰγύπτῳ ἐν ὑπομνήματι ά Λέσχης Ἡρακλείδου. Νίκανδρος δ' ἐν Θηριακοῖς φησὶν, ὅτι ὑπὸ αἱμοῤῥοΐδος ἐπλήγη. Οὕτως Ὦρος. Nicandri narrationem exhibet Ælian. N. A. xiv. 13. Conon Narrat. 8. de Canopo, ὑπὸ ἐχίδνης δακθείς. Steph. B.: Κάνωπος, οὕτως ἔδει γράφεσθαι διὰ τοῦ π., γράφεται δὲ ὅμως διὰ τοῦ β. Etym. M. 489, 24.: Κάνωπος δεῖ λέγειν, οὐ Κάνωβος· ἐπειδὴ οὐδὲν εἰς ος λῆγον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς παραληγόμενον τῷ ω, ἔχει τὸ βῆτα ἀρκτικὸν τῆς τελευταίας συλλαβῆς, ἀλλ' ἢ ἕτερον, ἢ τὸ π, Κρότωπος, ἄνθρωπος· οὕτω καὶ Κάνωπος. Steph. B.: Ἱερὸν Ποσειδῶνος Κανώβου, καὶ νῆσος. " Strabo non Neptuni, sed Serapidis templum Canobi fuisse auctor est. Canobi autem templum isthic fuisse dicit Dionys. 13. Καὶ τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου.[2] Unde videri posset conjunctivam particulam hic inserendam, Ποσειδῶνος καὶ Κανώβου. Inducor tamen ex illis, quæ ap. Suidam extant v. Κάνωπος, ut credam Canobum eundem cum Neptuno Deum ab auctore habitum." L. Holst. Canobum cum uxore Eumenuthide cultum ab Ægyptiis, docet Epiphanius in Ancoratu t. ii. p. 109.) Incolæ Urbis dicuntur Κανωβῖται. (Eo gentili utitur Eustath. ad Dionys. 13. " Præter Κανωβίτης, quod juxta Libycum s. Ægyptium charactera formatum est, etiam * Κανωβεὺς reperitur, quod Gr. forma gaudet: Pausan. x. 830. Ἄλλος ἄρ' Ἡρακλέης Τιρύνθιος, οὐχὶ Κανωβεύς." Berkel.) Et ab eo est nom. possess. Κανωβικὸς, Canobicus: ut κανωβικὸν στόμα, et Κανωβικὴ διῶρυξ, ap. Strab. xvii. p. 349. Item Fœmin. Κανωβὶς, ίδος, pro κανωβικὴ, Canobica: ut Solon ap. Plut. in Vita (p. 92. e.) Νείλου ἐπὶ προχοῇσι, Κανωβίδος ἐγγύθεν ἀκτῆς. Inde et verbale κανωβισμὸς ap. Strab. l. c. (p. 800.) Ibi enim dicit Eleusinem esse κατοικίαν πλησίον τῆς τε Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς Νικοπόλεως ἐπ' αὐτῇ τῇ Κανωβικῇ διώρυγι κειμένην, διαίτας ἔχουσαν καὶ ἀπόψεις τοῖς καπυρίζειν βουλομένοις καὶ ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ, ἀρχήν τινα κανωβισμοῦ καὶ τῆς ἐκεῖ λαμυρίας: innuens κανωβισμοῦ nomine se intelligere κανωβικὴν λαμυρίαν. (H. l. citat Eustath. l. c.) Unde Juven. xv. (44.)—sed luxuria, quantum ipse notavi, Barbara famoso non cedit turba Canopo." H. St. v. Lucan. viii. 543. Stat. iii. Silv. ii. v. 111. Inde illud Augusti ap. Dionem l. 27.: Μήτ' οὖν Ῥωμαῖον εἶναί τις αὐτὸν νομιζέτω, ἀλλά τινα Αἰγύπτιον· μήτ' Ἀντώνιον ὀνομαζέτω, ἀλλά τινα * Σαραπίωνα·[3] μὴ ὕπατον, μὴ αὐτοκράτορα γεγονέναι ποτὲ ἡγείσθω, ἀλλὰ γυμνασίαρχον. Ταῦτα γὰρ ἀντ' ἐκείνων αὐτὸς ἐθελοντὴς ἀνθείλετο, καὶ πάντα τὰ πάτρια σεμνολογήματα ἀποῤῥίψας, εἷς τῶν ἀπὸ Κανώβου κυμβαλιστῶν γέγονε. " Rursum Canopus est sideris nomen, ingentis et clari, teste Plin. (ii. 70. et) vi. 22. Proclus esse dicit stellam fulgidam in summo Argoæ navis gubernaculo." H. St. Manil. i. 215. Idcirco terris non omnibus omnia signa Conspicimus, nusquam invenies fulgere Canopum, Donec Niliacas per pontum veneris oras. Hygin. Poet. Astr. ii. 32. Adde Vitruv. ix. 7. Lucan. viii. 181. Strabo ii. p. 119. " Κάνωπον dicitur τὸ τῆς ἄκτης ἄνθος, sambuci flos, teste P. Ægin. vii. At Κανωπικὸν, dicitur a quibusdam ἡ πιτύουσα, pityusa herba (Sprengelio Hist. R. H. p. 175. Euphorbia Pityusa) Dioscor. iv. 166. forsan quod multa Canopi proveniat. Est autem Canopus urbs Ægypti, ut in Κάνωβος paulo ante docui. Græci ut plurimum per β efferunt, Latini per p." H. St.

* ΑΙΜΑ ΟΝΟΥ, Filix, πτέρις. App. ad Dioscor. p. 475.: Αἰγύπτιοι αἷμα ὄνου.

* ἈΜΕΤΡΟΣ. Sentis, Rubus. App. ad Dioscor. p. 464.: Αἰγύπτιοι αἵμοος, οἱ δὲ ἄμετρος. Du-Cangius in Gloss. Gr. et Jablonskius in v. Αἵμοος vocabulum hoc ἄμετρος pro Græco nomine accepisse videntur.

* ἘΛΑΦΙΝΕ, Veratrum nigrum. App. ad Dioscor. p. 473.

* ἘΠΝΟΥΒΟΥ, Ruta, πήγανον. App. ad Dioscor. p. 454.

* ἘΡΞΙΩΗ, Bunium. App. ad Dioscor. p. 471.

* ΚΕΜΕΛΕΓ, Veratrum Nigrum. App. ad Dioscor. p. 473.

* ΚΥΟΝΟΣ ΦΡΙΚΗ, Seseli Æthiopicum. App. ad Dioscor. p. 455.: Οἱ Αἰγύπτιοι κυόνων φρίκην καλοῦσι. Sic legitur in Saraceni edit. Aldina habet κύονον. Du-Cangio in

[1] Ἀποψύχοντα suprascriptum G. interpretatur ἀναπαυόμενον. Etym. MS. Gudianum in Κάνωβος, notante Schneidero, habet ἀποψύχοντα. " Conjecturam ἦμος ἀψυχέοντα ipse Bentleius damnavit, vulgatum ἀναψύχοντα interpretatus quiescentem, dormientem, comparato versu 473. et Alex. 85.: addo v. 192. ἄκρα δ' ἐπιψύχει, ubi antea erat δέ τοι ψύχει. Eutecnius: τῶν ἄρθρων ἐπιψυχομένων." Schneider. Si vox ἀθρήσατο referenda sit non ad serpentem, sed, ut putamus, ad Helenam, legi debet ἀποψύχοντα, moribundum. Sic verba accepit Schol.: Θνήσκοντα οὖν ἐπ' αὐτῆς τὸν κυβερνήτην θεωρήσασα ἡ Ἑλένη κ. τ. λ.

[2] Eustath. ad Dionys. l. c.: Ὅτι τὴν πόλιν περιφράζων, οὕτω φησὶ, τέμενος περίπυστον Ἀμυκλαίοιο Κανώβου. Τουτέστιν, αὐτὴ ἡ πόλις ἡ Κάνωβος. Οὕτω καὶ κατωτέρω θέλων εἰπεῖν ἐν μιᾷ λέξει, ὠκεανός, φησὶ περιφραστικῶς, Ἀκαμάτου ῥόον ὠκεανοῖο, ἤγουν αὐτὸς ὁ ὠκεανός. Τέμενος δὲ Κανώβου, εἴτουν ἱερὸν, ἡ τάφος τοῦ Κανώβου * ἰδιάκτιστος.

[3] " Veluti asseclam quendam ac famulum Serapidis, Dei illius Ægyptii et in Capitolio olim, ut id e Varrone tradit c. 10. Apologetici Tertull., prohibiti, cujus statuæ Senatus decreto dejectæ fuerant. V. Spanh. Diss. x. de usu Numismatum t. ii. p. 63." Reimar.

Gloss. Gr. est *κύονος φρίξη*.

* ΜΑΚΗΘΟ, Mentha sativa. App. ad Dioscor. p. 454.

* ΜΕΡΣΕΩ, Ambrosia. App. ad Dioscor. p. 458.

* ΝΑΝΤΙ, Papaver erraticum, et Papaver sativum. App. ad Dioscor. p. 466.

* ΟΧΙΟΝ, Coriandrum. App. ad Dioscor. p. 455.

* ΟΥΝΡΕ, Veratrum album. App. ad Dioscor. p. 473. Vox a Du-Cangio prætermissa est.

* ΠΕΡΞΩ, Mentha sativa. App. ad Dioscor. p. 454. Hæc quoque vox a Du-Cangio prætermissa est.

* ΣΑΝΙΛΟΥΜ, Scammonia. App. ad Dioscor. p. 474. Du-Cangio est *Σάνιλον*.

* ΤΡΙΞΙΣ, Ricinus. App. ad Dioscor. p. 474.

* ΦΕΡΘΟΥΜΕΡΘΡΟΥΜΟΝΘΟΥ, Mentha sativa. App. ad Diosc. p. 454. Hæc vox a Du-Cangio prætermissa est.

'ΑΚΑΚΑΛΙΣ.

" 'Ακακαλὶς, (ιδος, ἡ) Acacalis, semen fruticis cujusdam nascentis in Ægypto, similis aliquatenus myricæ semini, ut Dioscor. i. 119. tradit. Ap. Hesych. duplici λ scriptum ἀκακαλλίς: quo nomine a Cretensibus vocari ait narcissi florem. Ap. Schol. Apollon. R. (iv. 1492.) 'Ακακαλλὶς est nomen proprium fœminæ." H. St. Locus est: 'Αλέξανδρος δὲ ἐν πρώτῳ Κρητικῶν τῇ 'Ακακαλλίδι συνελθεῖν φησὶ τὸν 'Ερμῆν καὶ τὸν 'Απόλλωνα. Schol. MS. a Schæfero editus habet Κακαλλίδι. Hesych.: Κακαλίς· νάρκισσος. Additæ vel omissæ literæ A in peregrinis nominibus exempla laudavit Albert. ad Hes. v. 'Αθύρ. Plut. in Sylla t. iii. p. 113. ed. Reisk., "Θὼρ οἱ Φοίνικες τὸν βοῦν καλοῦσι: Hesych., 'Αθύρ· βοῦς παρὰ Αἰγυπτίοις. Belus et Abellio. Ap. Hesych. 'Αρὰμ pro 'Ρὰμ, item Γαμάλα et 'Ακάμαλα pro eodem, 'Ακινάκις et Κανάκις, Etym. p. 514. Κινάκη. Similiter 'Ακιρὶς et Κιρίς: "Ανορ Scythice pro νοῦς: 'Απαισὸς et Παισός: "Αταρνα et Τάρνα. Ceterum herba 'Ακακαλὶς "nomen habere dicitur a nympha Acacali," ut censet Gorræus. " 'Ακακαλὶς, Trianthema fruticosum Vahl. Frutex dicitur Ægyptiacus, cujus fructus tamaricis similis. Nullum alium cognosco, qui huc trahi possit. Amatus quidem Lusitanus perperam olim Ericum baccantem, Lusitaniæ propriam, alii Empetrum nigrum intellexerunt." Sprengel. Hist. Rei Herb. p. 174.

* 'ΑΚΑΚΙΑ.

Dioscor. i. 133.: 'Ακακία φύεται ἐν Αἰγύπτῳ, ἄκανθα δέ ἐστι δενδρώδης, κ. τ. λ. Sprengel. Hist. Rei Herb. p. 191. est Acacia vera. Addit Dioscor.: Φύεται δὲ καὶ ἑτέρα ἀκακία ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ Πόντῳ, παρεμφέρουσα τῇ Αἰγυπτίᾳ. Eidem Sprengelio ibid. p. 183. est Spartium spinosum. Cf. Anguillara p. 63. qui in Corsica invenit, Matthiol. p. 172. Vide Jabl. Vocc. Æg. p. 260. Acaciæ chylisma laudant Dioscor., Scribo. Comp. 23., et Plin. xxiv. 12. s. 27. Eo olim utebantur pro fuco: μελαίνει δὲ καὶ τρίχας, Diosc. Hinc Petron. in Satyr. c. 23.: 'Perfluebant per frontem sudantis acaciæ rivi, et inter rugas malarum tantum erat cretæ, ut putares detectum parietem nimbo laborare.'

" ΜΙΣΥ, (μίσυος,)

Misy: succus in metallis concretus in glebæ formam vel pollinis aliquando, finitimus chalcitidi: ex ea namque efflorescit, quanquam non ex ea tantum, sed ex sory etiam atque melanteria, omnique atramento sutorio: nascitur in iisdem metallis in quibus et chalcitis, atque in se invicem aliquanto temporis spatio transeunt: luteum est, et micas habet auri colore internitentes. V. Diosc. v. 117." H. St. Cf. Plin. xxxiv. 12. s. 31. ubi Harduinus: "Nostris Couperose jaune s. Vitriolum Romanum." V. Salm. in Solin. p. 815. b. Genit. μίσυος legitur in Dioscor., et Lat. misyos in Cels. v. c. 19. s. 8. et 27. "Ap. Scribon. Larg. Compos. 34. et 240. legitur et misys in genitivo positione Latina, et fortasse etiam ap. Cels. alicubi. Quin et misy in genitivo legitur ap. eund. vi. c. 7. s. 2., ut sit indeclinabile." Forcellinus. Ægyptii misyos meminit Dioscor. " Plin. xix. 3. (s. 12.) de tuberibus: 'Simile est et quod in Cyrenaica provincia vocant Misy, præcipuum suavitate odoris ac saporis, sed carnosius, et quod in Thracia Iton, et quod in Græcia Ceraunium.'" H. St. Pro ceraunium Harduinus recte geranion reposuit e libri hujus indice, in quo diserte legitur, e MSS. omnium fide, Misy, iton, geranion: et ipse Theophrastus, ap. Athen. ii. 62. a. (quem Plinius h. l. vertit), et Apuleius de Herb. (qui Plinium sequitur,) hæc tria tuberum genera iisdem fere verbis laudant. V. Salm. in Solin. p. 498. In Athenæi loco " pro olim edito μίσου, μίσυ se correxisse ait Casaub., quod quidem et MSS. ipsius agnoscebant, quibus nostri adsentiuntur," Schweigh. Testibus Theophrasto, Athenæo, Plinio, et Apuleio, misy, tuberis genus, Cyrenæorum vocabulum est. Forte Ægyptiacum origine est. Quam facilis ex Ægypto transitus fuerit in Cyrenaicam provinciam, sponte patet cuique. V. Sturz. de Dial. Maced. et Alex. p. 154.

* ΣΩΡΥ, s. ΣΩΡΙ.

De h. v. omnino silent Lexica. Dioscor. v. 119.: Τὸ δὲ σῶρυ—εὑρίσκεται ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν ἄλλοις δὲ τόποις, ὡς ἐν Λιβύῃ καὶ 'Ισπανίᾳ καὶ Κύπρῳ, προκριτέον δὲ τὸ Αἰγύπτιον—μίγνυται καὶ εἰς τριχῶν μελάσματα. Cf. Plin. xxxiv. 12. "Est minerale, vel medicamentum metallicum, lapidosum, odore tetro, colore nigro, cognationem habens cum Chalcitide, Melanteria, et Misy, utpote in iisdem metallis proveniens." Castellus in Lexico Medico. Galen. de S. F. iv. 7. Genit. Σώρεως legitur in Dioscor. Sed vel reponendum est σώρυος, quod habet Plinius, vel σῶρυ mutandum in σῶρι. Sic Μίσυ, μίσυος. Soreos pro soryos scribitur in Celso vi. 9. a med. "Ap. Dioscor.," inquit Salm. in Solin. 814. d., " male legitur σῶρυ: nam σῶρι verum est, τοῦ σώρεως, ut habent antiqua exemplaria."

* ΚΟΛΛΩΤΕΣ.

Pseudo-Plut. de Fluv. p. 1159.: Γεννῶνται δὲ καὶ ἄλλοι λίθοι Κόλλωτες καλούμενοι· τούτους κατὰ τὴν ἀσέβειαν (ἀνάβασιν) τοῦ Νείλου, συλλέγουσαι χελιδόνες, κατασκευάζουσιν τὸ προσαγορευόμενον Χελιδόνιον τεῖχος· ὅπερ ἐπέχει τοῦ ὕδατος τὸν ῥοῖζον, καὶ οὐκ ἐᾷ κατακλυσμῷ φθείρεσθαι τὴν χώραν· καθὼς ἱστορεῖ Θράσυλλος ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς.

* ΦΝΑΙΤΗΣ.

Etym. M. 796, 45. e Chœrobosco: Δεῖ γινώσκειν ὅτι οὐδέποτε λέξις 'Ελληνικὴ ἄρχεται ἀπὸ τοῦ φ καὶ ν· τὸ γὰρ Φναίτης ὄνομα παρ' Αἰγυπτίοις, βάρβαρον.

ΧΟΙΝΙΚΕΣ.

Suidas: Χοίνικες· οἷς τὰς περιόδους μετροῦσιν Αἰγύπτιοι. Σπανιώτερον δὲ τὸ γένος θεωρητικωτάτων ψυχῶν, ἢ τὸ τοῦ χοίνικος, ᾧ τὰς περιόδους μετροῦσιν Αἰγύπτιοι· οἷον ἦν 'Αμοῦς καὶ 'Αντώνιος. Amus et Antonius sunt Æg. monachorum nomina, ut patet e Suida ipso vv. 'Αμοῦς, 'Αντώνιος, et e Palladii Hist. Laus., Meursii Opp. t. viii. H. St. Thes. iv. 545., b. Suidæ locum affert, addens: "Ambiguum quo significatu." Est, ut videtur, instrumentum quo quasi ambitum terrarum metiebatur ordo quidam Æg. Monachorum, qui multas scilicet perambulabant terras, hujusmodi instrumentum pro ordinis sui proprio insigni in manibus tenentes. Pallad. Oct. 14. 5.: Tribus cadis unam floris mensuram, quam Syri Chœnicam vocant, adjicies. Cur Syros nominet, non exputat Gesner. Thes. L. L.

* 'ΕΛΕΦΑΝΤΙΝΗ.

Etym. M. 329, 13.: 'Ελεφαντίνη, ἡ Αἰγυπτία, καὶ φησὶν 'Απίων ὅτι 'Ονυχίνην χρὴ λέγειν, ὅτι καθάπερ ὄνυξ ἀφαιρεθεὶς ἐπιβλαστάνει, διώκων αὐξήσειν τὴν ἀφαίρεσιν· οὕτως ὁ Νεῖλος ἀναλισκόμενος εἰς τὰς ἀρούρας τοῖς δαπανωμένοις *ἐπαναχεῖται καθ' ἕκαστον ἔτος ἀναλισκόμενος, καὶ πάλιν αὐτὰ πελαγίζων. Τὸ ἐθνικὸν, * 'Ελεφαντῖνος. De Ægypti urbe Elephantine dicta v. Jabl. Æg. Vocc. in v. Συήνη.

'ΑΕΤΙΑ.

" 'Αετία dicta olim Ægyptus ab Indo quodam Aeto, unde gentile 'Αετιεὺς et 'Αετίτης, ut e Steph. tradunt v. l. Sed forsan scribendum 'Αερία." H. St. " Merum profecto illud est commentum," inquit Berkelius, quod Eustath. in Dionys. transcripsit e Steph. B., et in tota antiquorum turba nemo reperitur, qui unquam affirmaverit hoc nomine regionem Ægyptum appellatam fuisse: sed e Diod. S. constat fluvium Ægyptum s. Nilum ob velocissimum rapidissimumque aquarum impetum olim Aquilæ nomen habuisse." V. nos supra ad v. Νεῖλος.

'ΑΤΤΑΓΑΣ, 'ΑΤΤΑΓΑΣ, 'ΑΤΤΑΓΗΝ.

Vide Sturz. de Dial. Æg., supra p. 88=clxxiii. Ælian. V. H. xv. 27.: Λόγος τις λέγει τοὺς ὄρνιθας τοὺς ἀττάγας μετακομισθέντας εἰς Αἴγυπτον ἐκ Λυδίας, καὶ ἀφεθέντας εἰς τὰς ὕλας, τὰ μὲν πρῶτα ὀρτυγος φωνὴν ἀφίεναι· χρόνῳ δὲ ὕστερον τοῦ ποταμοῦ κοῖλον ῥέοντος, λοιμὸς ἐγένετο, καὶ πολλοὶ τῶν κατὰ τὴν χώραν ἀπώλλυντο· οὐ διέλιπον οὖν οἱ ὄρνιθες οὗτοι πολλῷ σαφέστερον καὶ ἐναρθρότερον παιδίου μεῖζον (μείζονος) φθέγμα ἀφιέντες, καὶ λέγοντες, Τρὶς τοῖς κακοῖς τὰ κακά. Κοῖλον ῥέοντος, ita Mediceus pro ῥυέντος: dicitur de Nilo, qui alveum suum non implet. Totum hoc caput descriptum est e Socrate ap. Athen. ix. 388., ubi, pro τρὶς τοῖς κακοῖς τὰ κακὰ, legitur τρὶς τοῖς κακούργοις

κακά: v. Erasmum in Adagio, Malis ter mala. "Avem ἀτταγᾶν," ait Schneiderus ad Æl. l. c., "Græcis recentioribus * ταγηνάριον et * ταγὴν dici testatur Suid.,[1] Italis Francolino, Græcis maris Ægæi insularum incolis ταγινᾶρι aut λιβαδοπέρδικας, i. e. perdices pratorum, Tournefort Voyage t. ii. p. 111. Sed illustris Buffon Hist. Avium t. v. p. 88. et t. vi. p. 59. versionis Berolin. Attagenem veterum a Francolino Tournefortii diversum statuit. Francolinus Tournefortii prata et loca palustria frequentat, cum attagas Buffoni montes altissimos habitet. Omnis tamen de attagene veterum disputatio necdum post egregiam Buffoni operam ad liquidum perducta est. Videntur adeo plures veterum idem nomen ad diversa avium genera pertraxisse. Aristophanes enim cum Scholiaste avem palustrem facit; contra Aristoteles inter pulveratrices cum gallinaceo genere refert; quæ quidem sententiæ adversa fronte invicem pugnant. Præterea Ælianus cum Socrate Asiæ et Indiæ indigenam avem facit, unde in Græciam translatam esse credibile est. Quæ quidem omnia impediunt me, quo minus temere aliquid de genere avis statuendum putem." Non continuo sequitur Tournefortii francolinum prata et loca palustria frequentantem a Buffoni attagene montes altissimos habitante esse diversum: nam et veterum attagen non modo prata paludesque, verum etiam montes frequentare dicitur. Aristoph. Av. 245. ὅσσα τ' εὐδρόσους τε Γῆς τόπους ἔχετε, καὶ λειμῶ—Νὰ τὸν ἐρόεντα Μαραθῶνος· Ὄρνις τε πτεροποίκιλος Ἀτταγᾶς, ἀτταγᾶς. Schol. Μαραθῶνος δὲ ὅτι ἐν Μαραθῶνι πολὺ τὸ ὄρνεον. Ἀτταγᾶς· ὁ ἀτταγᾶς ὁ ἔχων τὸν λειμῶνα τοῦ Μαραθῶνος· τὰ γὰρ λιμνώδη καὶ ἕλεια χωρία καταβόσκεται ὁ ἀτταγᾶς. Ex hoc Scholio sua duxit Suid. Plinius x. 48.: "Attagen maxime Ionius celebratur, vocalis alias, captus vero obmutescens, quondam existimatus inter raras aves, jam et in Gallia Hispaniaque capitur, et per Alpes etiam." (Attagen Ionicus, Horat. Epod. ii. 53. Martial. xiii. 61.) E montibus ad loca humida descendere, ibidemque morari censent Bellonius et Jonstonus. "Nihil sane verius," inquit Salm. in Solin. p. 106. b., "quam Attagenem Græcorum, Rusticulam esse Latinorum, et nostram Gelinotam, Italorumque Francolinum. Nec enim Græci aliud nomen habent, quo rusticulam Latinorum exprimant, nec Latini, quo Gr. ἀτταγῆνα. Nec obstare debet huic sententiæ, quod Plinius et Martialis attagenem a rusticula diversum faciunt. Attagenem Ionicum illi maxime celebrant, et sapore inter omnes aliorum locorum attagenas commendatum prædicant. Nec mirum aut novum, gustu et forma differre idem genus, pro patriæ diversitate." Non esse francolinum, censet Camus ad Aristot. ii. p. 111. Schneiderus ad Aristot. H. A. ix. 36.: "Nuper Gallus Peyrouse, qui tetraonem lagopoda Pyrenæi montis descripsit in libro, Mém. de l'Acad. de Toulouse t. i. an. 1782., attagenem veterum statuit esse gallinam corylorum, in quo C. Gesnerum consentientem habere videtur, contra recentiorum attagenem una cum lagopode altera Plinii esse lagopoda plumis æstivis vestitam." Attagenis odium cum gallo memorat Ælian. H. A. vi. 45. Cf. Æl. iv. 42.: Ὄρνις ὁ ἀτταγᾶς, μέμνηται δὲ καὶ Ἀριστοφάνης αὐτοῦ ἐν Ὄρνισι τῷ δράματι· οὗτός τοι τὸ ἴδιον ὄνομα, ᾗ σθένει φωνῇ, φθέγγεται, καὶ ἀναμέλπει αὐτό· λέγουσι δὲ καὶ τὰς καλουμένας μελεαγρίδας τὸ αὐτὸ δήπου δρᾶν τοῦτο. Aristoph. Av. 298., Οὑτοσὶ πέρδιξ· ἐκεινοσί γε, νὴ Δί', ἀτταγᾶς: cf. Acharn. 875. Aristeas, a Bocharto laudatus ad Hieroz. p. ii. l. ii. c. 31. p. 348.: Τῶν γὰρ πτηνῶν οἷς χρώμεθα πάντα ἥμερα καθέστηκε· διαφέρει καθαρότητι, πυροῖς, καὶ ὀσπρίοις χρώμενα πρὸς τὴν τροφήν· οἷον περιστεραί, τρυγόνες, ἀτταγαί, πέρδικες, ἔτι χῆνες, καὶ τὰ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. Pro ἀτταγαί, attagenes, male legitur ἀττακοί, locustæ genus Levit. xi. 22., notante Bocharto. Attagen maxime fuit in Veterum deliciis. Horatius l. c., Non Afra avis descendat in ventrem meum, Non attagen Ionicus. Martial. l. c., Inter sapores fertur alitum primus Ionicarum gustus attagenarum. Aristoph. in Ciconiis ap. Athen. ix. 387. f., Ἀττάγας, (Ἀτταγᾶς,) ἥδιστον ἑψεῖν ἐν ἐπινικίοις κρέας. Glossæ Labbeanæ: Ἀτταγάς· attagina. Ἀτταγᾶς· attagena. Ἀτταγήν· ὄρνεον, attagena. Ἀττάγων (Ἀτταγὼν Vulc.)· gallina rustica. "Attagen vel attagena, ἀτταγὴν et ἀτταγᾶς, Lat. gallina rustica, et rustica perdix, et rusticula, ubi rustica et rusticula est agrestis. Glossæ Philoxeni, Gallina rustica. ἀτταγήν. Glossæ Cyrilli, Πέρδιξ· perdix, gallina rustica. Sed perdices distinguit Plin. x. 38. 'Currunt, ut perdices, rusticulæ.' Imo et Martialis xiii. 76. 'Rustica sim, an perdix, quid refert, si sapor idem est? Carior est perdix; sic sapit illa magis.' Nempe perdix, et rustica gallina, s. rusticula ejusdem generis sunt, sed vulgatior rustica indigena, rarior perdix, s. attagen Ionicus, qui iccirco maxime celebratur." G. I. Vossius Etym. L. L. Vide Salm. in Solin. p. 105. d. Ælian. H. A. xiii. 25. de Indis: Αὐτίκα γοῦν δωροφοροῦσι τῶν ὑπηκόων οἱ διὰ τιμῆς ἰόντες γεράνους τε καὶ χῆνας, ἀλεκτορίδας τε καὶ νήττας, καὶ τρυγόνας τε καὶ ἀτταγᾶς, προσέτι πέρδικάς τε καὶ * πινδάλους (ἔστι δὲ ἐμφερὲς τῷ ἀτταγᾷ τοῦτό γε), καὶ τὰς ἔτι τούτων τῶν προειρημένων βραχυτέρας * βωκκαλίδας, καὶ συκαλίδας, καὶ τὰς καλουμένας κεγχρίδας. Pro πινδάλους "Cod. Medic. * σπινδάλους exhibet, sed neutra vox alicubi legitur," Schneider., qui in Lex. crit., æque ac H. Steph. in Thes., de h. v. silet. Pauwio ad Phrynich. p. 45. ἀτταγᾶς ita dictus a voce (cf. Æl. H. A. iv. 42. l. c.) videtur. "Attagen, ut ap. Athenæum est, toto dorso variis est compunctus notis, colorem habet fictilium, sed subruffus magis. Quod si avi est huic color κεραμοῦς, s. fictilium, videri possit nomen accepisse a vase fictili, quod Gr. ἄττανον, Lat. sartaginem vocant." Vossius l. c. Rectius forsan dici potest Asiaticum, vel potius Æg. nomen.

"Ἀττάγας s. Ἀτταγᾶς, avis nomen est, quam Alexander Myndius ap. Athen. ix. (387. f.) dicit esse paulo majorem perdice, totam vero κατάγραφον περὶ τὰ νῶτα, κεραμεῆν τὴν χρόαν, ὑποπυρρίζουσαν μᾶλλον, i. e. picto dorso, colore testaceo, sed magis rutilo.[2] Unde servos stigmaticos, s. Threiciis notis compunctos, Aristoph. per jocum Ἀτταγᾶς nominat Av. (761.) Εἰ δὲ τυγχάνει τις ὑμῖν δραπέτης ἐστιγμένος, Ἀτταγᾶς οὗτος παρ' ἡμῖν ποικίλος κεκλήσεται. Multa alia de avi ista vide ap. Athen. l. c. ubi etiam annotat, Atticos παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον περισπᾶν τοὔνομα: ea enim quæ in ας desinunt, si ultra duas syllabas extendantur, et α habeant in penultima, esse barytona, ut ἀκάμας, ἀθάμας, ἀδάμας.[3] Ap. Suid. MS. etiam exemplar habet Ἀτταγὰς, oxytonως: quod ὄρνεον et ipse dicit esse κατάστικτον ποικίλοις πτεροῖς: ideoque ita etiam nominari τοὺς κατεστιγμένους δούλους: quoniam vero τὰ λιμνώδη χωρία καταβόσκεται, ideo Aristoph. (Vesp. 257.)

[1] Suidas: Ταγὴν ὄνομα ὀρνέου. Idem v. ἀτταγᾶς: Τοῦτον τὸν ἀτταγᾶν ἡ συνήθεια ταγηνάριον καλεῖ. Neutra vox in H. St. et Schneideri Lexicis legitur. "Itali Francolinum s. Francolinum appellant, et quam hodie Græcoromæi, teste Bellonio, Taginari vocant: quæ vox a v. ταγηνάριον formata est, qua attagenem vulgari sermone vocitari Suidas quoque observabat. Pro ἀτταγηνάριον scilicet, per aphæresim τοῦ ατ." Menag. ad Diog. L. ix. 114. Anonymus MS. de Diæta i. 1.: Οἱ ὄρχεις τῶν ἀλεκτρυόνων, καὶ ἀπὸ τῶν λοιπῶν πετεινῶν, περδικὸς, ταγηναρίου, τριγονίων. Idem c. 2., Ὀρνίθων ἡ σάρξ, οἷον περδικὸς, ταγηναρίου, τριγονιῶν. V. Du-Cang. Gloss. Gr. in Appendice v. ταγινάριον p. 181.

[2] "Lego ὑποπυρρίζουσαν, ut erat emendatum in Excerptis. Verum quidem est, ignis similitudinem interdum assumi ad coloris significationem, sed πυρίζειν, pro coloris ignei esse, nemo dixit." Casaub. "Ὑποπυρίζουσαν, singulari ρ litera, tenet quidem cum editis Cod. A. in quo frequenter simplices sunt literæ, quæ geminatæ esse debebant. Sed ὑποπυρρίζουσαν recte scriptum in nostro Cod. Epit., quemadmodum in Hœscheliano repererat Casaub." Schweigh. Lectio ὑποπυρρίζουσαν Vossio l. c. et Salm. in Solin. p. 106. placet.

[3] Legerat H. St., ut videtur, ἐκτεταμένα pro ἐκτεταμένον. "Canon est hujusmodi: Τὰ εἰς ᾱς λήγοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, ὅτε ἔχει τὸ α παραλῆγον, βαρύτονά ἐστιν· οἷον, ἀκάδας, ἀδάμας, ἀκάμας. Quæ desinunt in ας longum ultra duas syllabas, cum in penultima habent α, gravi notantur: ut ἀκάδας, ἀδάμας, ἀκάμας. Interpretes pro otiosis illa verba habuerunt, ὅτε ἔχει τὸ α παραλῆγον, et sustulerunt. Haud oportuit. Melius Eustathius, qui (ad Il. λ'. p. 795, 38.) eundem canonem totidem verbis descripsit; uno excepto, quod sine dubio est corruptum, ἀκάδας: neque auctor Epitomæ eam dictionem agnoscit. Tollatur igitur, ut cœlo Græco incognita, aut mutetur in Ἀκράγας, quod et melius." Casaub. "Mirus vero Canon, quo confunditur primæ declinationis nomen cum nominibus tertiæ: nam ἀτταγᾶς primæ declinationis est: itaque in accus. plur. etiam ἀτταγᾶς formatur in Comici Acharnensibus: a quo multum differunt ὁ ἀδάμας, τοῦ ἀδάμαντος, et ὁ ἀκάμας, τοῦ ἀκάμαντος. In ipso canone, (ubi scribitur τὰ εἰς ας λήγοντα ἐκτεταμένον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς, i. e. quæ in ας productum desinunt plurisyllaba,) pro ἐκτεταμένον est ἐκτεταμένα in nostro MS. Epit. quod sonat, Nomina in ας ultra duas syllabas producta. Sed in eam sententiam nil opus erat adjecto participio ἐκτεταμένα. Nude τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς sc. ὀνόματα, sunt nomina plurisyllaba. Sic unde τὰ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ὀνόματα habes p. 397. e. f. Igitur recte h. l. ἐκτεταμένον ad ας refertur: quam scripturam cum editis tenet Cod. A. atque etiam Eustath. l. c., qui ceteroquin Athenæi Epitomen ibi ob oculos habuisse videtur. Adjicit tamen Eustath. duobus exemplis a Breviatore nostro adpositis, ἀκάμας, ἀδάμας, duo alia, Πολυδάμας, et Ἀθάμας. Quæ in editis Athenæi

dixisse, Τὸν πηλὸν, ὥσπερ ἀτταγᾶς, τυρβάσεις, βαδίζων: vulgo ταγηνάριον appellari. [Etym. M. p. 167, 55. Ἀτταγᾶς· ὁ ὄρνις οὕτω λέγεται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν. Grammaticus S. Germ. ap. Bekkerum Anecd. Gr. p. 461.: Ἀτταγᾶς· ὄρνις οὕτω καλεῖται ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν. Ἀριστοφάνης Σφηξί· Τὸν πηλὸν, ὥσπερ ἀτταγᾶς, τυρβάσεις βαδίζων· καὶ αἱ πλάγιοι ἀτταγᾶν, καὶ ἀττάγας πληθυντικῶς.] Sed mirum quod Athen. l. c. subjungit, Λεκτέον δὲ καὶ Ἀττάγαι, καὶ οὐχὶ Ἀτταγῆνες. [Phrynichus Ecl. Nom. et Verb. Attic. p. 44. Ἀτταγήν· καὶ τοῦτο παρανενόμηται τόνῳ καὶ θέσει· χρὴ γὰρ ἀτταγᾶς λέγειν, ὥσπερ ἀλλᾶς. "Tono quidem, quod τὸ ἀτταγὴν tono acuto, τὸ ἀτταγᾶς inflexo proferatur; positione vero, quia aliud thema ἀτταγὴν, aliud ἀτταγᾶς, neque eodem modo utrumque declinatur." Nunn.] Nam illud Ἀτταγὴν non solum ap. Aristot. legitur H. A. ix. 26. (19.) ubi ait ἀσκαλώπαν[1] esse τὸ μέγεθος ὅσον ἀλεκτορίδα, τὸ χρῶμα ὅμοιον ἀτταγῆνι, sed a Latinis etiam usurpatur, ac inter alios a Plin. x. 48. (l. c.) Quinetiam Eustath. p. 854., τὸ παλαιὸν Ἀτταγαὶ μὲν Ἀττικῶς, Ἀτταγῆνες δὲ κοινῶς: indicans in communi Græcorum ceterorum dialecto fuisse usitatum. Et paulo ante, περισπῶσιν οἱ Ἀττικοὶ τὸ Ἀτταγᾶς· ὃς Ἀτταγὴν κοινότερον λέγεται, κλινόμενος ἀτταγῆνος. Item Schol. Aristoph. (Vesp. 257.) ὁ ἀτταγᾶς ὀρνεόν ἐστι τερπόμενον ἕλεσι καὶ πηλώδεσι τόποις καὶ τέλμασιν· ὃν ἡμεῖς φαμεν ἀτταγῆνα. [Phœnicides ἐν Μισουμένῃ ap. Athen. xiv. 652. e., κ' οὐδὲν ἦν τούτων ὅλως Πρὸς ἀτταγῆνα συμβαλεῖν τῶν βρωμάτων. Addit Athenæus ipse: Ἐν τούτοις τηρητέον καὶ τὴν τοῦ ἀτταγῆνος μνήμην. Schweighæusero post H. Steph. mirum videtur, quid sit, quod ait Athen. ix. 388. l. c., non dicendum esse in plurali numero ἀτταγῆνες, cum tamen nom. ἀτταγὴν ap. Aristot. legatur et in Lat. sermone supersit. Nobis unice placet sententia Pauwii, cujus verba Schweigh. prætericrunt, sic ad Phrynichum l. c. scribentis. "Ἀτταγᾶς facit genitivum ἀτταγᾶντος, ut ἀλλᾶς ἀλλᾶντος. In plurali tamen ἀττάγαι et ἀττάγας invenitur ap. Aristoph., Pollucem (vi. 52. τρυγόνες, ταοὶ, ἀτταγαί), Athenæum, et alios. Quare aliter flexum fuit in hoc, quam in illo numero, et ἀλλᾶς in solo singulo expressit. Atque hinc est, quod rectius legeretur ap. Athen., Λεκτέον δὲ καὶ ἀττάγαι, καὶ οὐχὶ ἀτταγάντες: id enim longe convenientius ibi, quam quod vulgo editur, καὶ οὐχὶ ἀτταγάντες."] Porro Lat. non Attagenem solum vocant, sed etiam Attagenam. Martialis (l. c.) (et ii. 37. Communemque duobus attagenam. Plin. viii. 58. Apros, attagenas, et herinaceos in Creta insula esse negat. Attagena a Gr. ἀτταγήνη formatur, ut vidit Gesnerus Thes. L. L. Voce * Ἀτταγήνη augeri possunt Lexica.) Valla Francolinum vulgo nominari tradit." H. St. Suidas ex emend. Kusteri: Ἀτταγᾶς νουμηνίῳ (sub. συνέρχεται, vel συνῆλθε) παροιμία ἐπὶ δύο κλεπτῶν. "Est autem νουμήνιος nom. avis, quæ attageni similis est. Hesych.: Νουμήνιος· ὄρνεον ὅμοιον ἀτταγᾷ, ὁ καὶ τρόχιλος. [Cod. Ven. N.——ὁ. ἀτταγῖον. Lege cum Schowio, ἀτταγᾷ ὂν, ὁ κ. τ.] Hinc proverbium illud dictum est de duobus hominibus malis et improbis, quorum alter alteri ob morum et ingenii similitudinem se adjungit. Diogenianus viii. 18. [et Apostol.]: Συνῆλθον ἀτταβᾶς (ἀτταγᾶς) τε καὶ νουμήνιος· ἐπὶ δύο κλεπτῶν τοῦτο. Hoc proverbio [seu potius senario proverbiali] usus est Laertius in Timone cxiv., ubi vide quæ notavit Menag." Kust. Immane quantum fallitur Erasm. Chil. iii. 3. 73. Scriptor quidam anonymus, qui Græce pro Imaginibus scripsit, sed qui Latine citatur a Baronio t. ix. ad A. 754, 34.: "Cum itaque in hunc modum obscœnum illud par coïisset, atque attagas, ut vulgo dici consuevit, numenio se adjunxisset." Sermo est de Constantino Copronymo Imperatore, et Constantino, Patriarcha Constantinopolitano. "Cum francolinus noster e genere avium rapacium minime sit, quare attagenis nomine fures et nequam homines nuncupari soliti sint, ambigere quis merito possit? Ego causam hanc esse existimo, quia, cum variis maculis variisque punctis alas distinctas habeat, de servis fugitivis et στιγματίαις usurpabatur; qui quidem plerumque fures sunt et nequam: A pedibus didicere manus peccare protervæ; Non miror furem, qui fugitivus erat: inquit Bilbilitanus. De illis servis vocem attagenis usurpari solitam, testis est Aristoph. ad Av. (l. c.)" Menag. l. c. Voce * Νουμήνιος s. * Νουμηνίας, pro avis nomine, carent H. St. et Schneideri Lexx. E MS. Par. Kusterus νουμηνίῳ reposuit pro vulgato νουμηνία, in Suidæ glossa, quam Menagius l. c. sic corrigit: Ἀτταγᾶς, νουμηνίας· παροιμία, addens: "Νουμήνιος et νουμηνίας idem: Jos. Scaliger in Proverbiis Metricis: Συνῆλθον ἀτταγᾶς τε καὶ νουμηνίας." Avem illam esse, quæ nobis Corlieu dicitur, Gesnerus existimabat, et νουμήνιον appellatam scribit, quia rostrum ejus novæ lunæ cornua imitatur. Ita de Phœbo quodam Martial. ii. 35.: Cum sint crura tibi, similent quæ cornua lunæ. Unde et Italis Falcinello, a falce nimirum, quam etiam rostro repræsentant. Cf. Menag. l. c. Numenius, teste Hesychio, est i. q. τρόχιλος, (Phavorino τρύχιλος), quæ vox hic "locum habere non potest, si eam de regulo, (i. e. roitelet,) ut vulgo accipitur, accipias. Regulo enim nihil simile cum attaga, cui similis numenius. Attagen major est perdice, ut testatur Alex. Myndius; regulo corpus non multo amplius quam locustæ, ut scribit Aristot. H. A. viii. 3. Attagen vario est colore; regulus, ruffo. Sed in loco Hesychii nihil mutandum. Nam et τροχίλος de ave quadam, quæ, ut attagen, palustris est, usurpatur, et quæ tanta nonnunquam celeritate currit, ut cursus ejus volatu velocior sit, ut est ap. Jonstonum. Atque inde ei nomen, ἀπὸ τοῦ τρέχειν videlicet. Hæc est, quæ in faucibus crocodili hirudines inhærentes legit, quod regulo falso vulgo tribuitur, Herod. ii. 68. Aristot. H. A. ix. 6. Æl. H. A. (iii. 11.) viii. 25. Gesnerus putat esse e genere gallinularum aquatilium. Quam sententiam confirmare videtur Aristoph. Ach. et Pac. Vario colore ab ornithologis describitur, quod belle convenit cum eo, quod ait Hesych., νουμήνιον similem esse attagæ, quem versicolorem esse in superioribus abunde probavimus." Hactenus Menagius. "Jo. Beckmann ad Antigonum et Auctorem Mirabilium de genere aviculæ disputavit. Sed nuper demum Gallus Geoffroi ex Ægypto redux alaudæ genus esse testatus est, quod impune os crocodili ingrediatur, atque ibi legat non hirudines, sed œstri ali-

libris adponuntur tria exempla, ἀκάλας, ἀδάμας, ἀκάμας, diversa serię scripta dedit non modo Epitoma, sed et MS. A. in quo sic ἀκαμασσακάδας, ἀδάμας: qua in scriptura haud obscure tria hæc nomina continebantur, ἀκάμας, σακάδας, ἀδάμας. Est autem Σακάδας nom. proprium poëtæ et citharœdi Argivi, cujus multi meminerunt auctores, laudati ab Hesychii interprett. ad v. Σακάδαι: cuj. etiam nom. latere existimarunt dd. vv. ap. Athen. xiii. 610. c. Et hoc quidem nomen paulo commodius conferri cum nom. ἀττάγας poterat, quoniam perinde primæ declinationis est." Schweigh.

[1] In Schneideriana editione locus sic exhibetur: Ἀσκαλώπας δ' ἐν τοῖς κήποις ἁλίσκεται ἕρκεσι· τὸ δὲ μέγεθος ὅσον ἀλεκτορίς, τὸ ῥύγχος μακρὸν, τὸ χρῶμα ὅμοιον ἀτταγῆνι· τρέχει δὲ καὶ ταχὺ, καὶ φιλάνθρωπός ἐστιν ἱκανῶς. Pro ἕρκεσι Sylburgius, notante Schneidero, malebat ἄρκυσι, ut et Salm. in Solin. p. 106. cujus verba Schneiderum prætericrunt. Idem Salm. recte reponit ἀλεκτορὶς, pro ἀλεκτορίς. "Med. ἀσκάλοπας. Thomæ versio ascolopas, in Lipsiensi reperi ascalopas. Gazæ gallinago. C. Gesner præferebat σκολόπαξ, Sylburg. et Casaub. ὁ σκαλώπας. Supra c. 8. extremo σκολόπαξ Alberto est scolopocos, Thomæ scorax. Eandem avem utroque loco intelligi plerique omnes putant, contra quos sentit Camus Comment. p. 108. magnitudinem gallinæ moratus, quam avis bécasse Gallis dicta nunquam attingat. Similitudo nominis est etiam in Aristoph. Acharn. 879., ubi rusticus Bœotius in forum venalium apportat σκάλοπας, quos Scholia σπάλακας i. e. talpas interpretantur, haud scio an male. Hesychio σκαλώπαξ est ὄρνις ποιός. Sed locus est Theophrasti de Signis Tempestatum p. 459. ed. Heinsii: Ἐάν τις σπάλακα λαβὼν ὑποπάσας ἄργιλον εἰς πιθάκνην θῇ, σημαίνει ταῖς φωναῖς αἷς ἀφίησιν ἄνεμον καὶ εὐδίαν, ubi versio gallinaginem nominat. Forte σκάλοπα scriptum fuit, unde ἀσκαλόπας, vel ἀσκαλώπας deinde fuit factum. Verum cum Scholia Aristophanea etiam σπάλακα nominent, dubitari potest de varietate scripturæ. Me quidem, quo minus gallinaginem vulgarem interpreter, inprimis impediunt verba φιλάνθρωπος ἱκανῶς, quæ Albertus de mora avis in hortis in vicinia hominum interpretatur. Ita hirundo etiam φιλάνθρωπος dicitur." Schneider. "Ἀσκαλώπας, gallinago, avis gallinæ magnitudine ap. Aristot. H. A. ix." H. St. Aristoph. et Theophrasti loca nihil ad Aristotelis locum pertinent. "Σκολόπαξ, gallinago avis, quæ in arbore nunquam sedet, Aristot. H. A. ix. 8. Alias legitur ἀσκολόπαξ. Hesych. habet σκαλώπαξ: verum ab eo dicitur duntaxat esse ὄρνις ποιός. Traditur σκολόπαξ esse etiam nomen piscis parvi, qui est corpore rotundo, rubescente erythrini modo, squamis asperis, habetque quasi promuscidem elephantis, et in dorsi extremo exertum surculum s. aculeum, serratum inferiore parte." H. St. "Σκολόπαξ est," inquit Salmasius l. c., "quam Becaciam vulgo vocamus a longitudine rostri, quod Galli vocant becum. Σκολόπαξ Græcis ab eadem ratione, quod habeat rostrum æque longum, ut σκόλοψ, qua voce lignum significatur in acumen desinens et longum. Hanc avem de colore similem esse attageni dicit Aristot. Rusticulæ nostræ, scolopaci h. e. becaciæ prorsus colorem similem habent." "Gallinago Gr. σκολόπαξ dicitur a longo rostro instar σκόλοπος i. e. pali. Eodem redit Hebr. nomen kore, unde Arabicum karia; fit enim a kora, qua voce non solum trabem, sed et palum significari constat, quem reparandæ sepi adhibent." Bochart. Hieroz. P. i. L. i. c. 9. p. 66.

cujus larvas." Schneiderus ad Aristot. H. A. ix. 7. Ceterum Νουμήνιος ap. Hippocr. p. 410, 38. ed. Basil. 1538. est viri nomen.

" * Ἀττάγης, εος, idem, Oppian. Cyneg. ii. 427." Wakefieldius ad oram Hederici. Locus est: Θάμβος, ὅταν κερόεσσαν ἀχαϊνέην πτερόεντες Ἀτταγέες νώτοισιν ἐπὶ στικτοῖσι θορόντες, Ἢ δόρκοις πέρδικες ἐπὶ πτερὰ πυκνὰ βαλόντες Ἰδρῶ ἀποψύχωσι, παρηγορέωσι τε θυμὸν Καύματος ἀζαλέοιο, λατυσσόμενοι πτερύγεσσιν, ubi Ritterhusius et Schneiderus nihil adnotarunt. Voce ἀττάγης caret Schneideri Lex.

" Ἀτταβυγὰς, Hesychio avis species est, quæ et ἀτταγᾶς dicitur." H. St. Pro ὃ καὶ τὸ, quod Schrev. exhibet, in prioribus edd. tantum καὶ τὸ, quod Junius in ὁ καὶ mutat, notante Albertio. In Cod. Marc., teste Schowio, est: Ἀτταβυγάς· εἶδος ὀρνέου καὶ τὸ ἀττάγε.

" Ἀτταγεινὸς nominatur a quibusdam ὁ σκεπινὸς, ut Dorion refert ap. Athen. vii. (p. 322. e.) in piscium censu. Scepini autem meminit Plin. xxii. (xxxii.) c. ult." H. St. Ἀτταγεινος absque accentu MS. A. ἀτταγῖνον MS. Ep. Ἀτταγῖνος ap. Herod. L. ix. et Pausan. vii. 10. est nomen Thebani, qui Xerxi in Græciam irruenti Thebas prodidit. " Σκεπινὸς, qui memoratur e Dorione, alibi, quod sciam, non legitur, nisi est is, de quo Oppianus Hal. i. 106., Σαῦροί τε, σκέπανοί τε, καὶ ὅσσ' ἐνιτέτροφε πηλοῖς." Casaub. " Ipsum nomen firmat Hesych., parum alioquin juvans, Σκεπινός· ἰχθὺς ποιός. Ceterum vide Gesnerum p. 109. in Attagenus." Schweigh. Voce ἀτταγεινὸς caret Schneideri Lex., et voce * σκεπανὸς (qua utitur Oppian. Hal. iii. 636. Καὶ σκεπανοῖς κευθμῶσιν ἐναίσιμα μέτρα φέροντα) caret H. St. Thes. Scepinus frustra quæritur in Forcellini et Gesneri Lexicis. Schneiderus in Lex. per scepinum intelligi jubet Lat. umbram. At Latinorum umbra, nostra quidem sententia, est Gr. σκίαινα, σκιαδεὺς, σκιαθίς: item σκινὶς et σκινιδάριον, quæ a σκιαινὶς et σκιαινιδάριον formantur. Voc. * σκινιδάριον s. * σκινδάριον, quod ignorant H. St. et Schneideri Lexx., legitur in Anaxandridis Lycurgo ap. Athen. iii. 105. f. Idem Athenæus vii. 322. f. disertte distinguit σκεπινὸν a σκιαίνᾳ, i. e. umbra, et Plinius quoque scepinum et sciænam distinguit, xxxii. c. ult.: " Sciadeus, sciæna, scolopendra, smyrus, scepini." De umbra sic scribit Forcellinus in Lex. " Umbra est piscis genus, sic a colore nigrescente appellatum, ut auctor est Varro de L. L. iv. 12.: ' Vocabula piscium, pleraque translata a terrestribus; ex aliqua parte similibus rebus, ut anguilla, lingulaca, sudis; alia a coloribus, ut hæc, asellus, umbra, turdus; alia a vi quadam ut hæc, lupus, canicula, torpedo.' Umbra quoque hic piscis appellatus videri potest ob lineas quasdam obliquas a dorso descendentes, aureas, et obscuras, quæ aliarum videntur umbræ. Una enim manifesta est, sequens obscura, et sic deinceps a capite ad caudam usque, quemadmodum tradit Rondeletius de piscibus v. 9., ubi plura hoc de pisce legere potes. Græcis similiter piscis hic σκίαινα appellatur a σκιά. Ovid. Halieut. v. 111. et auri Chrysophrys imitata decus, tum corporis umbræ Liventis, rapidique lupi. Colum. viii. 16. et Auson. in Mosell. 90. Italis est ombrina." Scepinus nom. ἀτταγεινὸς forte accepit ob lineas tales obliquas a dorso descendentes; ἀτταγᾶς enim est, ut tradit Alexander Myndius ap. Athen. ix. 387. f., totus κατάγραφος τὰ περὶ τὸν νῶτον.

ΨΙΜΥΘΟΣ.

Ign. Rossius in Etymologiis Æg. (v. supra p. cxxiii.) non Gr., sed Æg. originis vocem esse censet, quum Psimtath Æg. dicantur plumbi minutiæ, ramenta, unde cerussam fieri constat. Plin. xxxiv. 54.: " Fit ramentis plumbi tenuissimis super vas aceti asperrimi impositis, atque ita distillantibus. Quod ex eo cecidit in ipsum acetum, arefactum molitur et cribratur, iterumque aceto mixto in pastillos dividitur, et in sole siccatur æstate." " Ψίμμυθος, s. Ψίμυθος, Cerussa: genus coloris quo meretrices jam senescentes fucare faciem solent, (ad sulcos rugarum explendos, et ad candorem conciliandum.) Lucil. in Epigr. (Lucian. vi. Vat. Cod. p. 565. Λουκιανοῦ. In Planud. p. 135. St. 196. W. Λουκιλλίου inscribitur:) Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, τὸ δὲ γῆρας οὔποτε βάψεις, Οὐδὲ παρειάων ῥυτίδας ἐκτανύσεις (ἐκτανύσεις ῥυτίδας). Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, Ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον, ἔχειν. Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί· τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην. Sic Macedon. Epigr. (xvi.) Τῷ ψιμύθῳ μὲν ἀεὶ λιποσαρκέα τεῖνε παρειάν. Dicitur et Ψιμύθιον, s. Ψιμμύθιον, idque in prosa frequentius, attamen et in carmine. Aristot. Ethic. i. 6. τόν τ' ἀγαθοῦ λόγον ἐν ἅπασιν αὐτοῖς τὸν αὐτὸν ἐμφαίνεσθαι δεήσει, καθάπερ ἐν χιόνι καὶ ψιμμυθίῳ τὸν τῆς λευκότητος. (Anaxilas in Neottide) ap. Athen. xiii. (568. c.) Συμβέβηκ' εἶναι μέλαιναν; κατέπλασε ψιμυθίῳ. Ibidem (Eubulus in Corollivendulis p. 557. f.) περιπεπλασμέναι ψιμυθίοις. (Aristoph. Plut. 1065. Εἰ δ' ἐκπλυνεῖται τοῦτο τὸ[1] ψιμύθιον.) Utitur Nicandr. (Alex. 75. ubi v. Schneider.) quoque et Dioscor. v. 95. 103. quem vide. Inde Ψιμμυθιοφανὴς, Qui cerussa esse videtur, Cerussam repræsentans. Dioscor. v. 97. Σκωρία μολίβδου, ἀρίστη ἐστὶν ἡ ψιμμυθιοφανής. Et verb. Ψιμμυθιόω, ῶ, Cerussa illino s. dealbo, Cerussa fuco. Plut. Alcib. (39.) κοσμεῖν τὸ πρόσωπον ὥσπερ γυναικὸς, ὑπογράφουσαν καὶ ψιμμυθιοῦσαν. Reperitur et Ψιμμίθιον et Ψιμμιθιόω, per ι, sed ea scriptura minus probanda videtur." H. St. Ctesias ap. Athen. xii. 528. f. Ἐψιμυθιωμένον καὶ κεκοσμημένον γυναικιστί. Etym. M. 313, 30. Ἔγχουσα—ἔστι καὶ ῥητορική· Κοσμεῖσθαί τε τῇ ἐμῇ στολῇ, καὶ ψιμμυθιοῦσθαι καὶ ἐγχουσίζεσθαι τὸ πρόσωπον. Lysias p. 15. Reisk. Ἔδοξε δέ μοι, ὦ ἄνδρες, τὸ πρόσωπον ἐψιμμυθιῶσθαι: p. 21. Ἔδοξε τέ μοι ἡ γυνὴ ἐψιμμυθιῶσθαι. Unde sumserunt Phot. p. 40. Etym. M. p. 406. 33. et Lex. Rhetor. ap. Bekkerum Anecd. Gr. p. 258.: Ἐψιμυθιῶσθαι· προστετρίφθαι τρίμματι λευκὸν τὸν χρῶτα ποιοῦντι, ὥσπερ τὸ φῦκος ξανθόν· ἐχρῶντο δὲ τῷ φύκει εἰς τὰ μῆλα, ἵνα ξανθίζῃ· τῷ δὲ ψιμυθίῳ εἰς ὅλον τὸ πρόσωπον, ἵνα λευκὸν ᾖ. J. Poll. v. 102.: Φύκει πυρσαίνει, ψιμυθίῳ λευκαίνει. Forma * Ἐπιψιμυθιόω s. * Ὑποψιμυθιόω in Libanio t. i. p. 305. b. legitur, ex emendatione Hemsterhusii.

* Ψιμυθόω. " A ψιμύθιον vulgo derivatur ψιμυθιόω. Sed in Mœride (p. 166. Ἐντρίβεσθαι· τὸ ὑπογράφεσθαι καὶ ψιμυθοῦσθαι, Ἀττικῶς) et Thom. M. (p. 317. Ἐντρίβεται τὸ πρόσωπον, οὐ ψιμυθοῦται) legitur ψιμυθόω, deductum illud a ψίμυθος, quod cautior Toupio, qui Emendd. t. iv. p. 408. repudiat, Hemsterh. ad Thom. M. p. 317.

[1] " In utroque libro ψιμμίθιον vulgari more, quem secutus est Suid. Ψιμμίθιον· χρῶμα ἑταιρικόν: neque aliter in Notis Chym. ap. Du Cang. p. 16. ψιμμύθιον vero p. 21., quam scribendi rationem h. l. sola tenet Ed. Ben. Juntæ: reliquæ omnes, quæ nobis ad manum, ψιμύθιον. Variatur in Ecclesiazusis: prius enim invenias v. 924., sicut in Amipsiæ iambo ap. Etym. M. p. 313, 34. Δοῦν ἀβολῶν ἔγχουσα καὶ ψιμμύθιον: alterum v. 873. et 1064. præeunte ceteris Ed. principe. Pari modo Pollucis edd. obsidet ψιμμύθιον v. 101. 102. vii. 95. verum binis in locis alterum μ repudiat Palatinus optimus; tertio nihil ex eo notatum animadverto: scripti certe libri quo meliores, eo magis in ψιμύθιον consentiunt: sic Codex Suidæ Lugduno-Batavus in Θίσπις habet: Καὶ πρῶτος μὲν χρίσας τὸ πρόσωπον ψιμυθίῳ ἐτραγῴδησεν. In Glossis itidem ψιμύθιον et ψιμυθιστής, in Clem. Alex. Pæd. ii. p. 232, 26. ψιμυθισμός. Syllabæ secundæ quæ fuerit apud veteres quantitas, e dictis plane constat: quæ primæ, si simplici μ scribatur, non item: nec scrupulum eximit Nicand. Alex. 75. Κιρναμένην ὀλκοῦ ψιμμυθίου, ὅτε γάλακτι: ubi ψιμμυθίου editionis est Aldinæ: existimes enim produci ob geminatum μ. [" Ψιμυθίου Goett. et Ricc. ψιμυθίου Medic. Jam olim Mœr. Att. monuit ψιμύθιον Attice dici, quod vulgariter ψιμμίθιον est: igitur vulgatum ψιμμυθίου correxi." Schneider. In Ctesiæ loco ap. Athen. 528. f. uterque Schweighæuseri MStus habet ἐψιμυθιωμένον.] Verum ex eo colligi potest fuisse longam, quod Æoles ψίμυθος et ψιμύθιον dixerint, teste Etym. M. 603. 54., ap. quem præterea p. 103. 25., pro τροπῇ Ἰωνικῇ, reponendum est τροπῇ Αἰολικῇ τοῦ ι εἰς η. [Sic correxerat Piers. ad Mœr. l. c. V. Suid. v. Νηλιτής.] Contra veterum auctoritatem utramque syllabam corripere non veriti sunt recentiores poetæ Macedonius Anth. ii. 9. Ep. 8. et Ep. 9. Lucianus, hunc enim, quod me docuit Dorvillius, Lucillio substituit Cod. Palat. Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε, et —οὔποτε φῦκος Καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην. Priore versu pro ψιμύθῳ idem liber antiquus ψημύθῳ, qui pronunciandi scribendique modus est serioris Græciæ, sed ab Æolum prisca consuetudine derivatus." T. H. ad Aristoph. Plut. 1064. In Photii Lex. p. 40. legitur ἐψημυθιῶσθαι, qui est librarii error, pro ἐψιμυθιῶσθαι: respicitur enim ad Lysiam p. 15. et 21. ed. Reisk., apud quem extat ἐψιμυθιῶσθαι. Mœr. Att. p. 418.: Ψιμύθιον, διὰ τοῦ υ, καὶ μακρῶς, Ἀττικῶς. In Theophanis Nonni Epit. de Cur. Morb. c. 5. editio Martii habet ψυμμιθίου. " Literæ ι et υ recentioribus sæpe confunduntur. Ita τρίβλιον pro τρύβλιον apud medicos scribi observat T. H. ad Aristoph. Plut. p. 417. Salm. ad Inscript. Herod. p. 75. Bentl. Epist. ad Mill. p. 75. μολίβδιον pro μολύβδιον est ap. Moschionem de Morb. Mul. c. 2. p. 48.: ἀψίνθιον scribi et ἀψύνθιον, auctor est Steph. B. p. 204., et scriptores medici post renatas literas frequenter absynthium scribunt, ut Amatus Lusitan. Curat. Medic. Cent. vii. Cur. 43. p. 85. et alii." Bernard.

(et Pierson. ad Mœr. p. 166.) damnare non audet." Bast. ad Gregor. Cor. p. 314. Reperitur etiam, si fides scripturæ vulgatæ constat, * Ἐπιψιμυθόω in Libanio t. i. p. 305. b., Τίνι τὸ πρόσωπον ἐπεψιμμίθωτο; "Poterat alioquin levi negotio refiugi ἐπεψ. vel ὑπεψιμμυθίωτο: sic veteres solent." T. H. l. c.

* Ψιμυθίζω. Hæc tertia forma extat in Zonara p. 1874.: Ψιμμυθίζω· καλλωπίζω. Hinc

* Ἐψιμυθισμένως. Schol. Aristoph. Plut. 1064.: Κομμωτικῶς καὶ ἐψιμμυθισμένως ἔχει.

* Ψιμύθισμός. Clem. Alex. Pæd. ii. p. 232, 26.: Πρὸς δὲ καὶ ὀφθαλμῶν ὑπογραφῆς, * παρατίλσεών τε, καὶ * παραφυκισμῶν, καὶ ψιμυθισμοῦ, καὶ βαφῆς τριχῶν, καὶ τῶν περὶ τὰς ἀπάτας ταύτας κακοτεχνιῶν.

* Ψιμυθιστής. Glossæ Labbeanæ: Ψιμυθιστής· cimussator. T. H. ad Thom. M. p. 317. cerussator præfert.

'ΑΛΑΒΗΣ.

Piscis Niliaci species. Strabo xvii. p. 1164. ed. Falc.: Ἰχθύες δ' ἐν τῷ Νείλῳ πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, χαρακτῆρα ἴδιον ἔχοντες καὶ ἐπιχώριον· γνωριμώτατοι δὲ ὅ,τε ὀξύρυγχος, καὶ ὁ λεπιδωτὸς, καὶ λάτος, καὶ ἀλαβῆς, καὶ κορακῖνος, καὶ χοῖρος, καὶ φαγρώριος (φαγρώνιος Mosc.), ὃν καὶ φάγρον καλοῦσιν. Athen. vii. 312. a.: Νειλαῖοι δέ εἰσιν ἰχθύες, εἴ γε τι μνημονεύειν δύναμαι, πολυετῆ τὴν ἀποδημίαν ἔχων· νάρκη μὲν ἡ ἡδίστη, χοῖρος, σιμὸς, φάγρος, ὀξύρυγχος, ἀλλάβης, σίλουρος, ubi ἀλλαβῆς pro ἀλαβῆς. Hasselquistius inter optimos Nili pisces habet Lubrum Niloticum, Percam, et Salmonem, notante Falc. ad Strab. l. c. Plinius v. 9. alabetam dixit: in lacu Æthiopiæ Nilide pisces reperiri ait alabetas, coracinos, siluros, crocodilum quoque, et eo argumento probatum ostendit ex illo lacu ortum habere Nilum, quia omnes illi pisces Nili familiares. Mustela hic piscis fluvialis forte est, nisi lampreta est: v. C. Gesner. Hac voce caret Schneideri Lex. Etym. M. p. 55, 40.: Ἀλαβῆς· ὁ ἰχθῦς, ὁ ἐστερημένος διὰ χειρῶν κρατεῖσθαι. H. St. Thes. ii. p. 583. h.: "In v. l. ἀλαβῆς dicitur esse piscis, qui manibus comprehendi non possit." Idem in Thes. Ind.: "Ἀλαβὴ Hesychio λιγνὺς, σποδὸς, μαρίλη, Fuligo, cinis, cinis mixtus carbonibus, sed his interserit, καρκῖνος Κυπρίων, nescio quid sibi volens iis verbis, et mox subjungit paroxytonws, Ἀλάβη, ἄνθρακες, carbones." Albertius glossam sic edidit: Ἀλαβή· λιγνὺς, σποδὸς, καρκῖνος Κυπρίων, μαρίλη. Sed in Cod. Marc., teste N. Schowio, pro κ. K., μ. est: K., ὑπὸ δὲ Κυπρίων μ.: verba ὑπὸ δὲ incuria typothetæ omissa sunt. Totam glossam sic refingit Pergerus: Ἀλαβῆ· ἰχθὺς ποιὸς, κορακῖνος, κυπρῖνος. † Ἀλαβή· μαρίλη ἀπ' ἄνθρακος. Et sane ἀλαβῆς Strabo et Plinius ll. cc. jungunt cum κορακίνῳ. "Uterque nomen a nigredine accepisse videtur; ille, quod forte liquorem emittat, ut sepia suum atramentum, iste quod atrore corvino niteat. Consentit Oppianus (Hal. i. 133.), Κορακῖνον ἐπώνυμον αἴθοπι χροιῇ. Absentit Athen. vii. 9. docens, κορακῖνον dictum esse ἀπὸ τοῦ τὰς κόρας κινεῖν, a motione pupillarum." Perger. Nostra quidem sententia ἀλαβῆς est vox vel Ægyptiaca, vel Alexandrina.

* ΒΟΥΣ.

Βοῦς ap. Strab. xvii. p. 1164. ed. Falc. numeratur inter pisces Niloos. Βοῦς Aristoteli H. A. v. 4. 2. vi. 11. 1. est piscis cartilagineus, quem Galen. et Æl. βοῦν θαλάσσιον vocant. "Est Raja Bos Linnæi. Massilienses Flassade, Veneti Stramazza i. e. stragulum, Hispani Manto appellant. Cf. Animadvv. ad Ulloa Nachrichten Von Amerika t. i. p. 229. Sed contra Pennant, British Zoology v. iii. p. 83., βοῦν hunc interpretatur Rajam oxyrynchum Linnæi. Oppianus eadem, sed minus integra ex communi fonte hausit ii. 141. Cf. Philes. lxxxv." Schneider. ad Æl. H. A. i. 19. J. Stackhous. in Notis MSS. ad Æl.: "Nulla partium descriptio datur, sed, e modo opprimendi homines quasi ὑπὸ στέγης, conjicerem Raiam Batim L. innui." Idem vir doctissimus in Notis MSS. ad Aristot. H. A. v. 4. βοῦν θαλάσσιον interpretatur Squalum, Squatinam. An Strabonis Βοῦς Niliacus sit i. q. piscis ille a Galeno, Aristotele, et Æliano memoratus, alii viderint.

* ΔΙΛΥΧΝΟΣ.

Hoc vocabulo caret Schneideri Lex. Straboni L. xvii. p. 1164. ed. Falc. nom. est Niliaci piscis, Ὀστρακίων, δίλυχνος, φύσα, βοῦς, ubi Med. 4. δίλιχνος. Casaub. ad Athen. vii. 312. a. reponit, ὀστρακίων δὲ λύχνος. Hesych.: Λύχνος· ἰχθὺς κάλλιστος. Λυχνίσκους pisces, ἄνθραξι πεπυρωμένοις προσεοικότας, commemorat Lucian. V. H. ii. 30. p. 127. notante Albertio.

'ΕΛΕΩΤΡΙΣ.

"Ἐλέωτρις ap. Athen. vii. (312. a.) numeratur inter pisces Niloos." H. St. Hoc vocabulum ignorat Schneideri Lex.

* ΚΙΘΑΡΟΣ.

Straboni xvii. p. 1164. ed. Falc. est nomen Niliaci piscis, Ἔτι σίλουρος, κίθαρος, θρίσσα, κεστρεὺς, ubi κιθαργὸς Par. 4. De pisce quodam, cui nomen κίθαρος, Gazæ fidicula, vide Aristot. ap. Athen. vii. 306., Aristot. H. A. ii. 12, 13., H. St. Thes. ii. 205. h.: Etym. M. p. 513. 26. dictum ideo a κιθάρα putat, quod ejus ossicula citharæ fidibus similia sint. An pro Strabonis κίθαρος legendum κιθαρῳδὸς ex Æliano H. A. xi. 23.?

* ΚΙΘΑΡΩΔΟΣ.

Piscis Niloticus. Ælian. H. A. xi. 23.: Ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ θαλάττῃ γίνεται ἰχθὺς πλατὺς τὸ σχῆμα κατὰ τὴν βούγλωττον, ὥς φασι. Καὶ φολίδας μὲν οὐ σφόδρα τραχὺς ἐστὶ προσαψαμένῳ· τὴν δὲ χρόαν ὑπόχρυσός ἐστι, μελαίναις τε γραμμαῖς ἐς τὸ οὐραῖον ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἄκρας καταγέγραπται, εἴποι τις ἂν αὐτὰς εἶναι χορδὰς ἐντεταμένας, ἔνθεν τοι καὶ ἰχθὺς αὐτὸς κιθαρῳδὸς κέκληται. Deinde addit hæc: 'Os ei pessum it et subsidet, idemque nigerrimum est, cinguloque croceo circumligatur; vertex varietate distinguitur, fulgore aureo, et nigris quibusdam lineis; pinnas aureas habet; cauda vero nigra est, præter extrema, quæ candidissimo colore adsperguntur.' Schneiderus: "Comparat Merrem Scombrum Speciosum a Forskaolio p. 54. no. 70. descriptum." Καὶ ἄλλοι δὲ ᾄδονται κιθαρῳδοὶ στικτοὶ τίκτεσθαι, ait Æl. ibid., toto corpore purpurei, certis intervallis aureolas lineas possidentes; eorum vero caput cingulis violaceis illustratur, uno ante oculos ad branchias pertinente, altero secundum oculos usque ad medium caput excurrente, alio autem tanquam monill sic collum circumplicante. "Ad verba, ἄλλοι δὲ ᾄδονται κιθαρῳδοὶ, refert conjectura Sciænam Kasmiram Forsk. p. 46. no. 46." Schneider.

* ΜΑΙΩΤΑΙ.

Hoc vocabulum ignorat Schneideri Lex. Athen. vii. 312. a.: Φέρει δὲ (ὁ Νεῖλος) καὶ τοὺς Μαιώτας καλουμένους, ὧν μνημονεύει Ἄρχιππος ἐν Ἰχθύσι, διὰ τούτων· Τοὺς μαιώτας, καὶ σαπέρδας, καὶ γλάνιδας· εἰσὶ δὲ πολλοὶ περὶ τὸν Πόντον, φέροντες τὴν ὀνομασίαν ἀπὸ τῆς λίμνης τῆς Μαιώτιδος. "A singulari ὁ Μαιώτης, cujus piscis etiam meminit Steph. B. in Μαιῶται." Schweigh. In omnibus libris male legebatur Μαιῶτις, teste Berkelio. Insita quadam naturæ vi hi pisces Nili accolis futurum ejus incrementum denunciant; quare eos sacros ducunt. Ælian. H. A. xi. 19.: Τοὺς ἰχθῦς τοὺς φάγρους Συηνῖται μὲν Αἰγυπτίων ἱεροὺς νομίζουσιν· οἱ δὲ οἰκοῦντες τὴν καλουμένην Ἐλεφαντίνην τοὺς μαιώτας, φῦλον δὲ ἄρα καὶ τοῦτο ἰχθύων. "Inter Niloticos pisces nominat etiam Athen. vii. c. 17., sed utrumque genus definire non licet hodie." Pisces in Mæotide Palude, sive Mæotæ, sive alio nomine dicti, quare tardiores et pinguiores censeantur, causam tradit Juvenal. iv. 41. de rhombo:——Neque enim minor hæserat illis, Quos operit glacies Mæotica, ruptaque tandem Solibus effundit torpentis ad ostia Ponti Desidia tardos, et longo frigore pingues.

* ΟΣΤΡΑΚΙΩΝ.

Hoc vocabulum ignorat Schneideri Lex. Est nom. Niliaci piscis ap. Strab. xvii., p. 1164, ed. Falc., Ὀστρακίων, δίλυχνος, φύσα.

ΣΙΛΟΥΡΟΣ.

"Σίλουρος, ου, ὁ, Piscis, qui sic dictus putatur, quia σείει τὴν οὐράν: abjecto videlicet ε. Ab eo est proverbium, Silurus putris: quod vide ap. Erasm. vide item Athen. et Æl." H. St. Suidas, Σίλουρος· εἶδος ἰχθύος: Zonaras, Σίλουρος· ἰχθύς. Suid. v. βλάκα: Βλάκα· αἰτιατικὴ, τὸν εὐήθη καὶ ἀνόητον· εἴρηται δὲ ἀπὸ ἰχθύος τινὸς, ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου δὲ ὄντος, ὡς μηδὲ κύνα αὐτῷ χρῆσθαι. "Αἴλουρος numeratur etiam inter pisces ap. Dioscor. ii. 29., ubi, quum interpretes vertant Silurus, scriptura ea mutanda videtur in σίλουρος." H. St. Locus est: Αἴλουρος νεαρὸς βιβρωσκόμενος, τροφιμός ἐστι καὶ εὐκοίλιος· ταριχηρὸς δὲ, ἄτροφος· ἀρτηρίας δὲ καθαίρει καὶ εὐήχας παρασκευάζει, καταπλασθεῖσα δὲ ἡ σὰρξ τοῦ ταριχηροῦ, σκόλοπας ἀνάγει, καὶ ἡ ἐξ αὐτοῦ δὲ ἅλμη ἁρμόζει ἐν ἀρχῇ δυσεντερικοῖς εἰς ἐγκάθισμα, κατάγουσα τοὺς ῥευματισμοὺς εἰς τὴν ἐπιφάνειαν, καὶ ἐγκλυζομένη δὲ, ἰσχιαδικοὺς θεραπεύει. "Αἴλουρος piscis idem, ut σίλουρος, παρὰ τὸ

σείειν τὴν οὐρὰν, ita et αἴλουρος, servata eadem analogia dici potuit. Ideoque sive σίλουρον legas, ut habetur in vetusto codice, sive αἴλουρον, ut in vulgatis exemplaribus, itemque ap. Æginetam, parum interest." Saracen. Veram in Dioscoride esse lectionem σίλουρος, quam Salm. in Solin. p. 939. c. recepit, patet e Plin. xxxii. 9., qui ad Dioscoridis locum respexit: "Ischiadicos liberant salsamenta ex siluro infusa clystere." Ælianus H. A. xii. 14.: Ὁ δὲ γλάνις ἐστι μὲν περὶ τὸν Μαίανδρον καὶ τὸν Λύκον τοὺς Ἀσιανοὺς ποταμοὺς, τῆς δὲ Εὐρώπης περὶ τὸν Στρύμονα, καὶ σιλούρῳ μὲν τὸ εἶδος ὅμοιός ἐστι. "Linnæus siluri nomine totum genus complexus vulgarem Europæ speciem Glanin nominat. Sed silurus Europæus noster antiquis σίλουρος est, contra silurus anguillaris et similes fluviorum Asiaticorum incolæ γλάνιδες s. γλάνεις dicebantur. Insignis est Pausaniæ locus iv. 34., ubi siluros Nili, Indi, Rheni, Istri, Euphratis, et Phasidis a siluris Mæandri et Hermi distinguit: Οὗτοι γὰρ δὴ θηρία ὅμοια τοῖς μάλιστα ἀνδροφάγα αὔξουσιν, ταῖς ἐν Ἕρμῳ καὶ Μαιάνδρῳ γλάνισιν ἐοικότα ἰδέας, πλὴν χροάς τε μελαντέρας καὶ ἀλκῆς· ταῦτα δὲ οἱ γλάνεις ἀποδέουσι. Glanin veterum a siluro Glani Linnæi prorsus diversum putat cl. Merrem; neque enim conveniunt, quæ de moribus glanidis tradit Aristoteles atque ex eo Ælianus h. l." Schneider. Ælian. H. A. xii. 29.: Ἐν Βουβάστῳ δὲ τῇ Αἰγυπτίᾳ λίμνη ἐστὶ, καὶ τρέφει σιλούρων πάμπολυ πλῆθος. "Silurum Europæum, Linnæo Glanin dictum, in Nilo habitare non puto; neque enim in numero Niloticorum silurorum, quorum tres Hasselquist p. 412. duos Forskaol p. 65. descripsit, Glanin commemoratum reperio. Ælianus igitur aliam speciem cogitavit, quam definire non ausim." Schneider. Ægyptiacum silurum sic describit Æl. l. c.: Γίνεται δὲ ἄρα ὁ ἰχθὺς ὅδε καὶ ἐν ποταμοῖς, ὥσπεροῦν ἐν τῷ Κύδνῳ τῷ Κιλικίῳ· βραχὺς δὲ οὗτός ἐστι τὸ μέγεθος· τὸ δὲ αἴτιον· οὐ τρέφει ἀφθόνως διειδὲς νᾶμα καὶ καθαρὸν, καὶ προσέτι καὶ ψυχρὸν, καὶ τοιοῦτος δὲ ὁ Κύδνος ἐστί· τεθολωμένῳ δὲ καὶ ἰλύος μεστῷ φιληδεῖ μᾶλλον, καὶ ἐνταῦθα πιαίνεται. Πύραμος δὲ καὶ Σάρος τρέφουσι τούτων ἁδροτέρους, καὶ οὗτοι δὲ Κίλικές εἰσι· εἶεν δ' ἂν οἱ αὐτοὶ τρόφιμοι, καὶ Ὀρόντου τοῦ Σύρων· καὶ μέντοι καὶ Πτολεμαίων ποταμὸς μεγίστους τρέφει, καὶ λίμνη δὲ ἡ Ἀπαμεῖτις. Erravit igitur Plin. ix. 15., Silurum Nili inter pisces fluviatiles ponens, qui in spatium enorme grandescunt: "Silurus in Nilo, esox in Rheno, attilus in Pado inertia pinguescens ad mille aliquando libras." "Mirum," inquit Salm. in Solin. p. 939. c., "cur non potius latum. Sane et λάτος Nili piscis, quem in tantam magnitudinem excrescere produnt, ut ducentas pendat libras. Athen. viii. (312. f.): Οἱ δ' ἐν τῷ Νείλῳ ποταμῷ γινόμενοι λάτοι, τὸ μέγεθος εὑρίσκονται καὶ ὑπὲρ διακοσίας λίτρας ἔχοντες. Simillimum esse ait ibidem glani Danubii. Plinio γλάνις semper vertitur Latine silurus; nam quem Aristoteles γλάνιν appellat, ubique Plinius silurum vertit. Glossæ cap. περὶ ἰχθύων: Silurus. γλάνις. Aliæ Glossæ anecdotæ: Γλάνις· silurus. Diversi autem σιλοῦρος Græcis et γλάνις. Athen. l. c., ubi meminit Nilotici lati, qui glanidi Danubii similis est, mentionem addit Nilæorum piscium, inter quos et σίλουρον nominat. Silurus itaque Plinii, quem in Nilo maximum existere dicit, latus est glanidi simillimus, quem glanidem semper silurum ille interpretatur. De eodem siluro, qui glanis est, ibidem hæc scribit. 'Silurus grassatur ubicunque est, omne animal appetens, equos innatantes demergens, præcipue in Mœno Germaniæ amne. Protelis boum in Danubio extrahitur, porculo marino simillimus.' Athenæo Ἴστρου γλάνις vocatur. Longe alius σιλοῦρος Nili. Utrumque Plinius confundit, et latum Nili pro siluro accepit, quia similis est glanidi siluro. Diversus ab utroque Ausonii silurus in Mosella: subscribo sententiæ doctorum hominum, qui Sturionem esse volunt Ausonii silurum." Σίλουρος, quod Salmasio male scribitur σιλοῦρος, est vocabulum Alexandr., ut ostendit ille ibid. p. 939. "Plin. v. 9. (cf. Solin. p. 63. f.) in lacu Æthiopiæ Nilide pisces reperiri ait alabetas, coracinos, siluros, crocodilum quoque, et eo argumento probatum ostendit ex illo lacu ortum habere Nilum, quia omnes illi pisces Nili familiares. Strabo xvii. (p. 1164. ed. Falc.) inter Nili pisces, quos ἴδιον καὶ ἐπιχώριον χαρακτῆρα habere scribit, etiam σιλοῦρον recenset: ubi notabis σιλοῦρον Græce vocari, quod ita sc. ab Alexandrinis nominaretur. Dioscorides quoque σιλοῦρον Græce dixit. Juvenal. iv. (33.) de Crispino Alexandrino: Nunc (Jam) princeps Equitum, magna qui voce solebat Vendere municipes Pharia de merce siluros. Sic legendus hic versus. [Vide Bochart. Hieroz. P. ii. L. v. p. 751., ubi sic citatur.] Antiquum hujus loci mendum est, Farta de merce, pro Faria de merce. Hinc omnes libri partim farta legunt, partim fracta aut farcta. Vetus interpres agnoscit fracta, et interpretatur fracto vase sardarum. Quod est ridiculum. Faria merx, siluri, Nili pisces. Eos vocat municipes Crispini, quia is Alexandrinus. Sic eadem Satyra (v. 24.) patriam Crispini papyrum vocat i. e. municipem: Succinctus patria quondam, Crispine, papyro. Et alibi Creticas lagenas municipes Jovis appellat xiii. (xiv. 271.) Ita plane h. l. de Faria merce siluri, municipes Crispini. Martialis, Cadmi municipes ferat lacernas. Tyrias lacernas intelligit." Juvenal. xiv. 130. nec non differre in tempora cœnæ Alterius conchem æstivam cum parte lacerti Signatam, vel dimidio putrique siluro, Filaque sectivi numerata includere porri. Ex his Juvenalis locis colligere licet silurum parvi pretii piscem fuisse, et inter vulgares cibos. Epigr. a Maltbeio in Lex. Gr. Prosod. laudatum: Σαπρὸν σίλουρον ἀργυροῦς πίναξ ἔχων. Inter salsamenta Alexandrina Athen. iii. 118. f. siluri meminit: Μή ποτ' οὔ τις ἐν τούτοις, ὦ οὗτος, τοὺς παρ' ὑμῖν τοῖς Ἀλεξανδρεῦσι κατέλεξε Μενδησίους, ὧν οὐδ' ἂν μαινόμενος κύων γεύσαιτο ἄν ποτε, ἢ τῶν καλῶν σου ἡμινήρων, ἢ τῶν ταριχηρῶν σιλούρων. "Mihi σίλουρος idem est, quod ψίλουρος, cauda glaber, vel cauda tenuis, quia cum caput amplum habeat, desinit in caudam tenuem, anguillæ more. Σίλουρος et ψίλουρος idem sunt, quomodo σίττακος et ψίττακος, σιττακήνη et ψιττακήνη, σαυκρόποδες et ψαυκρόποδες, σάγδα et ψάγδα." Bochart. l. c.

* Σιλουρισμὸς, Esus siluri. A v. * σιλουρίζω, quo carent H. St. et Schneideri Lexica, formatur σιλουρισμός. Diphilus in Desertrice, ap. Athen. iv. 132. d.: Οἶον, Ῥοδίους κέκληκας; εἰσιοῦσι δὺς Εὐθὺς ἀπὸ θερμοῦ τὴν μεγάλην αὐτοῖς σπάσαι Ἀποζέσας σίλουρον, ἢ λεβίαν· ἐφ' ᾧ Χαριεῖ πολὺ μᾶλλον, ἢ μυρίνην * προσεγχέας. B. Ἀστεῖον ὁ σιλουρισμός.

ΤΥΦΛΗ.

"Piscis quidam (Niliacus) ap. Athen. vii." (312. b.) H. St. Hoc vocabulo caret Schneideri Lex.

* ΦΑΓΡΩΡΙΟΣ.

Hoc vocabulo caret Schneideri Lex. Est piscis quidam Niliacus ap. Strab. xvii. p. 1164. ed. Falc.: Φαγρώριος, ὃν καὶ φάγρον καλοῦσιν. Sic legit Casaub. ad Athen. vii. 312. a. Scripti q. φραγώριος, Marg. Casaub. sic Par. 4. φαγρώνιος Mosc., teste Falc. Strabonis φαγρώριος Athenæo l. c. est φάγρος. Hesych.: Φάγωρος· ἰχθῦς ποιὸς, ubi Soping. Heins. et Schr. φάγρος male reponunt. "Pro φαγώριος (sic) ἰχθὺς π. reponunt φάγρος. At vero constare posse illam vocem φαγωρίου, aut vero in φαγρώριος mutandam, liquere videtur e Strabonis loco, ubi hunc piscem utroque φαγρωρίου et φάγρου nomine dictum docet." Spanhem. de P. et U. N. p. 207. Wass. ad Thucyd. ii. 99. in Hesychii loco legit φαγρώριος. Φαγρώριος est, ut videtur, vox vel Ægyptiaca, vel Alexandrina. * Φαγρώριον enim urbs Æg., unde * Φαγρωριόπολις, et * Φαγρωριοπολίτης. Steph. B.: Φαγρώριον· πόλις, ὡς Ἀλέξανδρος ὁ πολυΐστωρ ἐν Αἰγυπτιακοῖς, ἐξ οὗ σύνθετον Φαγρωριόπολις, καὶ Φαγρωριοπολίτης. Strabo xvii. p. 805., (p. 1141. ed. Falc.) Ἐνταῦθα δ' ἐστὶ καὶ ὁ Φαγρωριοπολίτης νόμος, καὶ πόλις Φραγρωριόπολις. De Pagro pisce vide Athen. vii. 295. c. 300. f. 315. c. 327. fuse, Aristot. H. A. viii. 15, 1. 20, 5. (ubi Schneiderus in Ind. T. i. p. 545., "Græcorum hodiernorum Fangri descripsit et pinxit Sonnini T. i. p. 197."), Æl. H. A. ix. 7. x. 19., ubi, Τοὺς ἰχθῦς τοὺς φάγρους Συηνῖται μὲν Αἰγυπτίων ἱεροὺς νομίζουσιν (genus definire, inquit Schneiderus, non licet hodie): eadem tradit Plut. de Is. et Os. p. 353. Cf. H. St. Thes. iv. 5. a. J. Stackhous. in Notis Mss.: "Φάγρος vel πάγρος, Sparus Pagrus L. Gr. hodiernis Fangri." Isidor. Origg. xii. 6.: "Pagrum, quem Græci Fagrum ideo nuncupant, quod duros dentes habeat, ita ut ostreis in mari alatur." Oppian. Hal. i. 140.: Τῇσι δὲ καὶ φάγροι καὶ ἀναιδέες * ἀγριόφαγροι, Κέρκουροί τε μένουσι, καὶ ὀψοφάγοι, καὶ ἀνιγραὶ Μύραιναι. Schol. Ἀγριόφαγροι· * διωξίφαγροι, διὰ τὸ κινεῖσθαι ταχέως. " Ald. Junt. τῇσι δὲ καὶ φάγροι—ὀψοφάγοι. Paris. 1. et Mosq. τῇσι δ' * ὀξύφαγροι—ὀψοφάγοι. Turnebus e Par. 2. ὀψοφάγροι induxit. Olim erat, τῇσιν δ' ὀξυφάγροι—* ὀψοφάγροι." Schneider.

"ΛΑΚΑΦΘΟΝ (τὸ),

Lacaphthum: a P. Ægin. vii. 22. numeratur inter

species aromatum e quibus *κῦφι τὸ ἡλιακὸν* componitur: esseque dicitur *φλοιὸς πίτυος ἢ ἑτέρου τινὸς δένδρου.* Itaque ap. Plut. etiam de I. et O. (p. 383. Τὸ δὲ κῦφι, μίγμα μὲν ἐξ ἑκκαίδεκα μνῶν συντιθεμένων ἐστὶ, μέλιτος καὶ οἴνου καὶ σταφίδος καὶ κυπέρου, ῥητίνης τε καὶ σμύρνης καὶ ἀσπαλάθου καὶ σεσέλεως, ἔτι δὲ σχοίνου τε καὶ ἀσφάλτου καὶ θρύου καὶ λαπάθου, πρὸς δὲ τούτοις, ἀρκευθίδων ἀμφοῖν, ὧν τὴν μὲν, μείζονα, τὴν δὲ, ἐλάττονα καλοῦσι, καὶ καρδαμώμου καὶ καλάμου. Cf. Dioscor. i. 24.) pro *λαπάθου* reponendum fuerit *λακάφθου*: p. 683. 1. meæ edit." H. St. "*Νάρκαφθον, ου, τὸ,* Narcaphthum, Odoramenti genus suffitibus admisceri solitum: ut est ap. Dioscor. i. 22. (*Νάσκαφθον, οἱ δὲ νάρκαφθον, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς Ἰνδικῆς κομίζεται. Ἔστι δὲ φλοιῶδες, συκαμίνου λεπίσματι ἐοικὸς, θυμιώμενον διὰ τὴν εὐωδίαν, καὶ μιγνύμενον τοῖς σκευαστοῖς θυμιάμασι, ὠφελοῦν καὶ μήτραν ἐστεγνωμένην ὑποθυμιασθέν.*) Pro eo ap. P. Ægin. *νάσκαφθον*, necnon *λάκαφθον*, vii. 22. Idem esse putatur *νάρτη* ap. Theophr. H. P. ix. 7., et sericatum (serichatum) ap. Plin. xii. 21.:[1] id enim ex Arabia advehi ait, et in unguenta addi ab aliquibus." H. St. "Æginetа in compositione cyphi vii. 22. corticem piceæ aut alterius arboris inquit, scriturque *λάκαφθον, ἔστι δὲ φλοῖος πίτυος ἢ τινὸς δένδρου.* E quibus, si modo loco citato *λάκαφθον* legatur, *ἀντὶ τοῦ νάρκαφθον*, quale sit aroma veteribus non constitisse constat. Hoc tantum, corticem fuisse, concludi potest. Doctiores tegname narcaphthum putant, quorum nec damno, nec probo opinionem: igni injectum non insuavem emittit halitum. Ceterum tegname non aliud sonare videtur, quam thymiama, Lat. suffimentum. Hujus enim corticis est frequentissimus in suffitu usus. Nihil miri, si novum sibi ex usu vindicarit nomen, quod est thymiama (pro quo posteri corrupte tegname dixerunt). Narcaphthi non meminit Plin., nisi quis velit esse sarichatum, quod non describit." J. Bod. ad Theophr. p. 1035. "Myristica moschata: Cæsalpinus ii. 49. credit Dioscor. *νάσκαφθον* esse corticem externum hujus fructus." Sprengel. H. R. H. p. 192. "*Ναρκ.* forsan *Νάσκαφθος*, cortex externus nucis Moschatæ, Augl. mace." J. Stackh. l. c. Glossæ Iatr. MSS. e Cod. Reg. 190. et 1843. ap. Du-Cang. in Gloss. Gr.: *Νάσκαφτον (νάσκαφθον)· εἶδος ἀρώματος Ἰνδικοῦ.* "*Νάρτη, ης, ἡ,* Narta, a Theophr. H. Pl. ix. 7. numeratur inter ea, quibus *εἰς τὰ ἀρώματα χρῶνται*, s. quæ *παραμίσγουσιν (παραμιγνύουσιν) εἰς τὰ μύρα*. Putatur esse *τὸ νάρκαφθον* Dioscoridis." H. St. "Quid sit (*Νάρτη*) ignoro: Nec Plinius ejus meminit xiii. 2., ubi locum hunc exscribere videtur. Sarichatum quid sit, ignoro. Puto scripsisse Theophr. *νάρκαφθον*. Hoc in aromatibus et suffumigiis locum habuit. Proximeque ad vulgatam lectionem accedit." J. Bod. ad Theophr. p. 1032. "*Νάρτη* forsan præparatio diversa *νάρδου*," J. Stackhous. ad Theophr. Gloss. p. 470.

ΝΑΙΡΟΝ.

"*Ναῖρον, ου, τὸ,* Nærum: a Theophr. H. P. ix. 7. numeratur inter ea, quibus utuntur *εἰς τὰ ἀρώματα*, s. quæ *παραμιγνύουσιν εἰς τὰ μύρα*, odoramenta s. aromata, quæ immiscent unguentis. At *Ναῖρας* Hesych. affert pro *νευριστικῆς*." H. St. *Ναῖρον* Schneiderus in Lexicon suum recepit. Nostra quidem sententia, pro *ναῖρον*, quod nusquam alibi legitur, in Theophrasti loco reponendum est *νῆριν*. "*Νῆρις* syn. *Νάρδον*. Sed species forsan ejusdem generis; ita enim Dioscor. (i. 8.), *ὁ δ' ὀρεινὸς Νάρδος καλούμενος ὑπό τινων Θυλακῖτις*[2] *καὶ Νῆρις*, e modo transportandi *ἐν θυλάκοις*. N. B. Valerianæ species *Νάρδος* Dioscor." J. Stackhous. ad Theophr. "Valerianam Celticam s. Tuberosam (Nicander) primus nomine *Νάρδον θυλακίτιδος*, Alex. 403. proferre videtur; epitheton enim, quo ab Indica discriminatur, id docet." Sprengel. H. R. H. p. 129. *Νῆριν*[3] pro *ναῖρον* Gaza, a Bod. ad Theophr. p. 1022. laudatus, correxit. Voce * *Νῆρις* caret H. Steph. Thes. Nicand. Ther. 531. *Νῆριν*,[4] *πηγάνιόν τε* * *περίβρυες*. "*Νῆριν* retinuit Eutecnius. Cum Gorræo Bodæus p. 46. e Dioscor. loco vexatissimo i. 8. de nardo montana interpretatur; ego vero de nerio Dioscor. iii. (iv.) 82. [*Νήριον, οἱ δὲ ῥοδοδάφνη, οἱ δὲ ῥοδόδενδρον, θάμνος γνώριμος.*] Plinii xvi. 33. cujus cum ruta conjuncti vires theriacæ memorantur." Schneider. Plinii locus est hic. "Harum generi non decidunt: oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso, pinis, ederæ, rhododendro, et (quamvis herba dicatur) sabinæ. Rhododendron, ut nomine apparet, a Græcis venit. Alii Nerion vocarunt, alii rhododaphnen." Nerium cum ruta conjungit Plinius, xxiv. 53. "Rhododendros ne nomen quidem apud nos invenit Latinum; rhododaphnen vocant aut nerium. Mirum folia ejus quadrupedum venenum esse, homini vero contra serpentes præsidium, ruta addita e vino pota. Pecus etiam, et capræ, si aquam biberint, in qua folia ea maduerint, mori dicuntur." Sprengelius H. R. H. p. 163.: "*Νήριον*, Nerium Oleander, Rosæ laureæ nomine describit Apul. Metam. iv. p. 64." Teste Dioscoridis Appendicis auctore ad l. iii. 84., *Νήριον* aliqui vocant *δελφίνιον*: *Οἱ δὲ νήριον, οἱ δὲ* * *νηριάδειον, οἱ δὲ* * *σώσανδρον, οἱ δὲ* * *κρόνιον. Δελφίνιον* Sprengelio H. R. H. p. 177. est Delphinium consolida. Est quoque *νήριον* nomen herbæ sabinæ, teste Apul. c. 85.: "Græci eam nerion (forte ab inventore hoc nomen adepta) dicunt, alii brathy, alii barython, Itali herbam sabinam atque savinam, alii sabinam cupressum." "Nerion," inquit Schneiderus ad Nicandri Ther. p. 249., "sabinam ab aliis vocatam annotavit Plin. xvi. 20." Imo Plinius, cujus verba supra laudavimus, ibi loquitur non de sabina, sed de rhododendro. Plinii locum male intellectum errandi occasionem præbuisse Apuleio, qui sabinam nerion vocari tradit, Bod. ad Theophr. p. 374. censet. Sed Apuleium non errasse sic scribentem, satis patet e Poeta veteri de Viribus Herbarum c. 8. de Sabina: *Τὴν βοτάνην ταύτην πολυώνυμος εὕρετο Νεῖρις, Αἰγύπτου γαίης προκαθήμενος ἠδὲ Κανώβου, Ἐξ ἀρετῆς ἕνα πρῶτον ἐφημερίων θεραπεύσας.* Rentorfius in nota per nomen *Νεῖρις* intelligit Neptunum. Sed nullum alium affert locum, in quo Deus ille sic vocatur. Schneiderus in Lex. de Ægyptiorum quodam Rege accepit: recte, nostra quidem sententia. Quibus Græca hujus nominis originatio placeat, ii forsan id a v. *νηρὸς*, humidus, derivabunt, ut *Νῆριν*, Neptunum, Deum marinum intelligant.[5]

[1] "Eo comportatur et serichatum et * gabalium, quæ intra se consumunt Arabes, nostro orbi tantum nominibus cognita, sed cum cinnamo casiaque nascentia. Pervenit tamen aliquando serichatum, et in unguenta additur ab aliquibus. Permutatur in libras x. vi." Plin. l. c. Cf. l. xiii. 2. "Serichatum quidam esse conjectantur nostrum Benivinum, Gabalium vero Caphuram. Alii Sericatum Santalum flavum, a serici crudi colore: Cabalium vero Benivinum." Dalecamp.

[2] "Ubi Paulus habet * *σαῖτις*, vel ut C. Gesner ad Diosc. Parabil. p. 851. laudat *ἰσᾶτις*. Utrumque nomen est vitiosum, et corrigendum *σαχχῖτις* i. e. *θυλακῖτις*." Schneider. ad Nicandri Alex. 403. Voce * *σαχχῖτις* augeri possunt Lexica.

[3] "Placet botanicis exercitatissimis Nicandri *νῆριν*, rhododendrum esse, credo quod Dioscorides præscribat, adversus serpentum venena cum ruta. Dioscoridis sententiam confirmat Plin. xxiv. 11. Contra Galenus de Simpl. vii. homini etiam venenum scribit: *Νήριον ἢ ῥοδοδάφνη, γνώριμος ἅπασιν θάμνος· ἔξωθεν μὲν τοῦ σώματος εἰ καταπλασθείη, διαφορητικῆς ἐστὶ δυνάμεως, εἴσω δὲ λαμβανομένη ὀλέθριός τε καὶ δηλητήριος, οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείστοις τῶν βοσκημάτων.* Eadem fere repetit infra litera ς. Ceterum Dioscor. et Galenum conciliare doctiores student, ac dicunt, quod hominibus sanis venenum est, id ipsum a serpente demorsis remedio esse; sunt enim venena plerumque aliorum venenorum *ἀλεξιφάρμακα*. Sed liceat tantorum virorum pace dicere, quod auguror; vocum vicinitate deceptum dico Dioscoridem. *Νῆρις*, Nicandro planta a rhododendro multum diversa, nec alia quam nardus montana. Dioscor. i. 8.: *Ἡ δὲ ὀρεινὴ νάρδος, καλουμένη δὲ ὑπό τινων καὶ θυλακῖτις καὶ νῆρις.* Nardum montanam adversus venenatarum bestiarum ictus, morsusque valere, nemo in dubium facile vocabit. *Νήριον* itaque et *νῆρις* plantæ diversæ." Bod. ad Theophr. p. 46. "Apud Nicandrum Ther. nerides fit mentio, sed an intelligat montanam nardum, an rhododendrum, in dubium vocari potest. Cur dubitent intelligi an debeat rhododendron, facit Dioscor., qui Alex. l. 1. præscribit adversus morsus venenatos rhododendrum: *Νάρδος Κιλτικὴ, χαστόρειον, νάρθηκος χλωροῦ ἐντεριώνη, τηρίου τοῦ καλουμένου ῥοδοδένδρου ἄνθος, πρασίου χύλος.* Rhododendri florem a Dioscoride adversus venenatorum morsus præscribi iv. 82. negari non potest. Sed non sequitur, *νήριον* et *νῆριν* eandem esse plantam; nec unquam putarim, plantæ lethalis flores a Nicandro adversus venena præscriptos esse." Idem p. 1022.

[4] "Hesych.: *Νηρίον· μαράθου θάμνος*: Nicand. Ther. 531.: *Νῆριν, πηγάνιόν τε.* Quare *Νῆρις* legendum: Dioscorides, *Νήριον*." Toupii Emendd. t. iv. p. 70. Pro *μαράθου* Albertius reponi vult *μαράθρου*, e Dioscor. iii. 81, 82. qui contra venenatorum morsus id auxiliari dicit. An legendum *βαράθρου*? *Βάραθρον* enim, teste Dioscor. i. 104., nomen est herbæ sabinæ, quæ, Apuleio teste, *νήριον* vocabatur. At de barathri virtute contra venenatorum morsus nihil unquam legimus.

[5] "*Νηρὸν τόπον* ap. Lycophr. (896. *ἐν χθονὸς νηροῖς μυχοῖς*) Grammatici exponunt *τὸν κοῖλον καὶ κάθυγρον*. Et ap. Galen. in Lex. *Τὸ ὑγρὸν* * *νηρῶδες*. Inde recentioribus Græcis *νηρὸν* pro aqua, de quo nos alibi. Auctor vetus Artis veterinariæ cap. DLXIV. *νηρὸν* vocat, Καὶ

"'ΩΓΗΝ, (*ενος, ὁ,*)

Hes. est *Ὠκεανὸς*, Oceanus: et *Ὠγενίδαι*, eidem *Ὠκεανίδαι*, Oceanidæ, Oceani proles. *Ὠγένιον* vero, idem esse dicit *παλαιὸν*, Vetus. Sic Suidæ etiam *Ὠγένιοι* (necnon *Ὠγενίδαι*) sunt *παλαιοὶ*, Vetusti, Prisci: ab Ogeno quodam, quem *Ὤγενον* dicit fuisse *ἀρχαῖον θεὸν*, antiquum deum. Oceanum vero antiquissimum esse Hom. (Il. ξ. 201. 246.) docet, vocans eum *θεῶν γένεσιν*, deorum originem." H. St. Steph. Byz.: *Ὤγενος, ἀρχαῖος θεὸς, ὅθεν Ὠγενίδαι καὶ Ὠγένιοι ἀρχαῖοι. Παρθένιος ὁ Φωκαεὺς Δήλῳ· Ὄμνυμ' ἐγὼ Τηθύν τε καὶ Ὠγενίης Στυγὸς ὕδωρ.* "H. l. ita legendum (pro vulg. *δηλωσύνῃ*) existimat Salmas. [ut et L. Holsten.] Aliter tamen invenit Salm. in MSS. et nos etiam in Vossiano." Berkel. Salm. ad Solin. p. 591. alio modo legit: *Σύν τοι ἐγὼ Τηθύς τε κ. Ὠ. Σ. ὕ.* "*Ὠγενίη Στὺξ* est *Ὠκεανίνη*. *Ὠγὴν ὠγένος*, unde *ὠγένιοι* et *ὠγενίδαι*. Et fortassean ita scribendum ap. Pherecydem, *Ὠγένα—Ὠγένου*. Sed * *Ὠγηνὸς* pro *Ὠγὴν*, ut *μάρτυρος* pro *μάρτυρ*. Quod est Ionicum et Æolicum. Profecto *Ὠγὴν*, et *Ὠγηνὸς*, et *Ὠγένος* dicebatur." Salm. "Origenes c. Cels. vi. p. 303. ap. Pherecydem reperiri dicit narrationem aliquam de exercitu contra alium exercitum in acie collocato, quorum alteri *Κρόνος* præsit, alteri * *Ὀφιονεὺς*, ita ut uterque alterum provocet ac æmuletur. Hos narrabat Pherecydes pactionem inter se fecisse, ut, utri eorum in Ogenum incidisset, hi pro victis haberentur, qui vero illos expulissent, ii cœlum tenerent. His Origenis non minus quam Max. Tyrii verbis (Diss. 10. 4.) lucem affert Clem. Alex. Strom. vi. p. 741. (ubi Pherecydem dicit sua sumsisse ex Hom. Il. σ. 483. et 606.): *Φερεκύδης ὁ Σύριος λέγει· * Ζὰς ποιεῖ φάρος μέγα τε καὶ καλὸν, καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν καὶ Ὠγῆνον, καὶ τὰ Ὠγῆνου δώματα.* Hoc pallium s. *φάρος* ap. eundem Clem. dicitur Pherecydes collocasse in alata quercu: *Τί ἐστιν ἡ ὑπόπτερος δρῦς καὶ τὸ ἐπ' αὐτῇ πεποικιλμένον φάρος; πάντα ὅσα Φερεκύδης ἀλληγορήσας ἐθεολόγησεν, λαβὼν ἀπὸ τῆς τοῦ Χὰμ προφητείας τὴν ὑπόθεσιν.* Igitur hæc omnia allegorice explicanda esse, ipse Clemens testatur. Sed quomodo explicari possint, de eo dissentiunt viri docti, quorum variorum varias interpretationes attulit Heinius p. 330. Mihi fateor unice placere eorum explicationem, qui per pallium extensum significari putant, materiam antea conglobatam tandem a Jove extensam fuisse, h. e. cœlum factum esse, ita ut plana sub cœlo existeret superficies, quam deinde divideret in terram continentem et aquas sive Oceanum. Hanc enim esse vim verborum *Ὠγῆνος* et *Ὠγήνου δώματα*, neque cum Heinio p. 330. intelligi debere Gehennam, e libris Mosis desumtam, satis perspici potest ex Hesychio, et ex iis, quæ Salmasius p. 842. c. atque Bochartus p. 708. ea de re disputarunt." Sturzii Comment. de Pherecyde p. 51. Tzetzes ad Lycophr. 231.: *Καὶ δὴ ὁ Παλαίμων ὁ * βρεφοκτόνος δέρκεται καὶ βλέπει τὴν γραῖαν σύγκοιτον τοῦ Ὠγένου καὶ Ὠκεανοῦ, ἤτοι τὴν Τηθὺν, τοῦτ' ἔστι τὴν θάλασσαν, τὴν Τιτηνίδα τὴν οὖσαν μίαν τῶν Τιτάνων τῶν παίδων Οὐρανοῦ καὶ Γῆς.* "*Καὶ* significat id est, ut sæpe; nam *ὤγενος*, vel, ut Pherecydes, *ὠγῆνος*, vel, ut Hesych., *ὠγὴν*, est i. q. Oceanus." Muller.

"ΜΟΡΟΧΘΟΣ, *ου, ὁ,*

Morochthus: lapis quidam Æg., alio nomine dictus *γαλαξίας* et *λευκογραφίς*. Eo utuntur linteones *πρὸς λεύκωσιν τῶν ἱματίων*, ad dealbandas vestes, teste Dioscor. (v. 152.) ut Galenus quoque eo uti scribit *τοὺς στιλπνοῦντας τὰς ὀθόνας*. Ap. eund. Gal. legitur et *μόροξος* pro eodem, Simpl. Medic. ix. (p. 255.) ubi agit *περὶ τοῦ σχιστοῦ*. Ibi enim tradit Æg. lapidem a quibusdam *μόροξον* nominari, ab aliis *λευκογραφίδα*." H. St. "Galaxiam Plin. xxxvii. 10. cum Galactite confudit: *λευκογραφίδα* vero herbam esse falso opinatus est, xxvii. 11., cui vires easdem tribuit, quas huic lapidi Dioscor. Porro hunc *λευκογραφίδα* iccirco dictum refert Aëtius, quod cum subviridis appareat, si ad cotem affricetur, aut ad asperius pallium, locum inalbat. Id ipsum voluit Plin. xxxvii. 10., Meroctes porracea, lacte sudat, quo loco fortasse Morochthus rectius legas." Saracen. Pro Meroctes Harduinus e Codd. Reg. 2. Colb. 3. et Indice * Morochitis reposuit.

"ΣΑΠΦΕΙΡΟΣ, (*ου, ἡ,*)

Sapphirus, gemma, quam Dionys. P. (1104.) *χρυσῆν* et *κυανῆν* simul appellavit: *Πάντῃ δ' ἐν πέτρῃσιν ὑπὸ φλέβες ὠδίνουσι Χρυσείης κυανῆς τε καλὴν πλάκα σαπφείροιο.* V. Dioscor. (v. 157.) Affertur e Gregor. Naz., *ὑπὲρ λίθον σάπφειρον αὐγασθέντες*." H. St. "Hodie Lapis Lazuli dicitur. V. Plin. xxxvii. 9. Ita dictus est, vel ob formositatem suam (nam שפיר pulcer dicitur Hebræis), vel a Sapphir, insula Arabici sinus, in qua eruebantur sapphiri." Schleusner. Lex. N. T. Steph. Byz.: * *Σαπφειρίνη, νῆσος ἐν τῷ Ἀραβίῳ κόλπῳ· ἐκ ταύτης ὁ Σάπφειρος λίθος.* (Notanda est veteris libri scriptura, *σάμφειρος*.) "Nisi forte insula *Σαπφειρίνη* a sapphiro, quæ inde advehebatur," G. J. Voss. Etym. L. L. Vide Salm. in Solin. p. 763. Sed Schol. Apollon. R. ii. 395. Sapires appellatos tradit a lapide Sapirite, qui apud eos provenit: *Σάπειρες· ἔθνος Σκυθικὸν, οὕτω κληθὲν διὰ τὸ πολλὴν παρ' αὐτοῖς γίνεσθαι τὴν Σαπειρίτην λίθον.* Scholia Par. habent * *Σαπειρίκην*. "Scribendum puto * *Σαπφειρῖτιν*, nisi præferas *τὸν* * *Σαπφειρίτην*," Schæfer. Nostra quidem sententia, lectio *σαπειρίτην* non est solicitanda: Schol. enim innuere videtur vetustam simul et veram vocis *σάπφειρος* scripturam esse *σάπειρος*, unde *Σάπειρες*, gens Scythica, ap. quam lapis ille provenit. Etymologus vero p. 708. 16., contra, nom. *σάπφειρος* e nom. *Σάπειρες* traxit: *Σάπειρες· ἐπίθετον, ἡ εὐθεῖα, Σάπειρ. Παρὰ δὲ τοῦτο γενέσθαι καὶ ὁ Σάπφειρος λίθος λέγεται.* Adj. * *Σαπφείρινος*, ut et adj. *Σμαράγδινος*, notante Boissonadio in MSS., legitur in Theodor. Prodrom. Notice des MSS. t. viii. p. 121. Sic Lat. Sapphirinus, Plin. xxxvii. 9.

Teste Marbodeo c. 6., Hic quoque * Syrtites lapis a plerisque vocatur, Quod circa Syrtes Libycis permixtus arenis, Fluctibus expulsus, fervente freto reperitur. Plin. xxxvii. 67.: "* Syrtides (gemmæ) in littore Syrtium, jam quidem et in Lucania inveniuntur, e melleo colore croco refulgentes; intus autem stellas continent languidas." Cf. Isidor. Origg. xvi. 13., et Solin. c. 2., ubi legitur Syrtites. Harduinus Syrtides e MSS. edidit. In Indice tamen est Syrtitis. "Ap. Plin. in antiquo Codice Syrtides, vulgo Syrtitæ, sed idem est *συρτίτης* et *συρτὶς*, ut *λυχνίτης* et *λυχνίς*. Nam Lychnides dicuntur et Lychnitæ. * *Κοχλίτης* et * *κοχλὶς*, Cochlides, gemmæ. Hoc etiam in aliis, ut * *Λευκάτης* et *λευκὰς*, *Ἐμβάτης* et *ἐμβὰς ἐμβάδος*. Syrtites gemma non recte dicitur, sed Syrtis, syrtidis, *ἡ Συρτίς: ὁ Συρτίτης λίθος*." Salm. in Solin. p. 64. b.

ποιζόμενος τὸ πέτρον σὺν τῷ ὕδατι." Salm. in Solin. p. 916. d. "Epiphanii verba, quia in editione Cercoëtii mutila et corrupta habentur, hic ponam ut legi debent: *Καὶ ὁ μὲν * Νερωνιανὸς πικρός ἐστι τῷ εἴδει σφόδρα χλωρίζων, διειδὴς καὶ στίλβων. Καλεῖσθαι δὲ αὐτὸν Νερωνιανὸν λέγουσιν, εἴτουν Δομετιανὸν διὰ τοιαύτην αἰτίαν· ὅτι φασὶ ἔλαιον Νέρωνα, εἴτουν Δομετιανὸν ἐν σκεύεσι χαλκοῖς Νεκαινιῆς, καὶ ἐκ τοῦ ἰοῦ τῷ χρόνῳ χλωραίνεσθαι τὸ ἔλαιον, καὶ ἐκ τούτου τὴν πέτραν ποτιζομένην περισσοτέρως ἐξανθεῖν τῇ χρόᾳ. Ἄλλοι δέ φασι Νέρωνα τινὰ τεχνίτην τῶν παλαιῶν * κιναροποιὸν εἴτουν λιθουργὸν ἐξευρεῖν τὸ ἀναγκαιότατον τοῦ σμαράγδου.* Ubi *κιναροποιὸς* est limpidator lapidum, qui nitentes atque *εὐειδεῖς* facit lapides. Genus smaragdi pretiosissimum et excellentissimum, h. e. quod ille vocat *τὸ ἀναγκαιότατον τοῦ σμαράγδου*, Neronianum dictum est, non a Nerone Imperatore, nec enim ignoratum Plinio fuisset, sed a Nerone aliquo artifice gemmario. [Scripsit tamen Plinius Neronem Imp. gladiatorum pugnas spectasse smaragdo.] Quid si traxit nomen ab aqueo splendore, quod tralucidum sit ac liquidissimum? Græci non solum infimæ ætatis, sed etiam antiquioris *νηρὸν* et * *νηρὸν* aquam vocarunt. Et * *Νηρὸν* locus est aquis irriguus. Inde * *Νηρώνιος λίθος*, quem alii * *Νερωνιανὸν* dixere quasi e Nerone. Epiphanius: *Καὶ ὁ μὲν Νερωνιανὸς πικρὸς τῷ εἴδει σφόδρα χλωρίζων, διειδὴς καὶ στίλβων.* Plinius de optimo smaragdo: Ad crassitudinem sui facilitate translucida, quod etiam in aquis nos juvat. Ut ut sit, nec a Nerone Imperatore, nec a Domitiano potest nomen habuisse. Nam Plinius, ut proximus eorum ætati, mentionem ejus fecisset. Atqui apud recentiores tantum hujus mentio invenitur. Ad illam certe Neronianam smaragdum allusit auctor distichi, quod in sæculum Constantini factum est: Saturni aurea sæcla quis requirat? Hæc sunt gemmea, sed Neroniana. Hæc sunt gemmea sæcula longe utique aureis anteferenda. Sed e qua gemma facta? E Neroniana. Ita excellentissimum smaragdum appellarunt. Epiphanius: *Ὁ μὲν πρῶτος ἐν Ἰουδαίᾳ πάνυ ἰσικὼς τῷ Νερωνιανῷ.* Figurate voluit ille dicere Constantini tempora Neronianis esse similia, quod uxorem et natum occidisset. A Nerone igitur artifice ac lapidum politore nomen invenit." Salm. in Solin. p. 777. Cf. p. 142., ubi: "*Λίθων* * *σμηκτὰς* et * *στιλβωτὰς* vocant ceteri, quos *κιναροποιοὺς* Epiphanius." Glossæ Labbeanæ: *Στιλβωτής·* colorator, P. "Neophytus *τὸ σίον* interpretatur * *νηροσέλινον* i. e. aquaticum apium. Quod tamen diversum est. Sic * *νηροκάρδαμον* pro cardamine dixerunt, s. berula, i. e. nasturcium aquaticum. Quas voces non intellexit ap. Myrepsum Fuchsius. Nec melius eas intellexerunt, qui aquam nasturcii, aut aquam apii exponunt. Quod *ἐλαιοσέλινον* antiquis erat, hoc recentioribus Græcis fuit *νηροσέλινον*." Salm. in Solin. p. 898. V. Du-Cangii Gloss. Gr.

"'ΙΑΣΠΙΣ, ιδος, ἡ,

Gemma quædam pretiosa, cujus sex genera tradit Diosc. v. 160. (Λίθος ἴασπις, ὁ μέν τις ἐστὶ σμαραγδίζων, ὁ δὲ κρυσταλλώδης, ἐοικὼς φλέγματι, ὁ δὲ ἀερίζων, ὁ δὲ καπνίας, ὥσπερεὶ κεκαπνισμένος, ὁ δέ τις καὶ διαφύσεις ἔχων διαλεύκους καὶ ἀποστιλβούσας, Ἀσσύριος καλούμενος, ὁ δέ τις τερεβινθίζων λέγεται, καλαΐνῳ χρώματι προσόμοιος· λέγονται δὲ πάντες εἶναι φυλακτήρια περίαπτα καὶ ὠκυτόκια, μηρῷ περιαπτόμενα.) Plin. xxxvii. 8. et 9. ubi et Ἰασπόνυχα memorat. [Viret et sæpe translucet iaspis, etiam si victa a multis, antiquitatis tamen gloriam retinens. Plurimæ ferunt eam gentes: smaragdo similem Indi: Cypros duram glaucoque pingui: Persæ aëri similem: ob id vocatur [1] Aërizusa. Talis et Caspia est: cœrulea, circa Thermodontem amnem: in Phrygia purpurea: in Cappadocia, ex purpura cœrulea, atque non refulgens. Amisos Indicæ similem mittit: Chalcedon turbidam. Sed minus refert nationes, quam bonitates, distinguere. Optima ergo, quæ purpuræ quidquam habet; secunda, quæ rosæ; tertia, quæ smaragdi. Singulis autem Græci nomina ex argumento dedere. Quarta apud eos vocatur * Borea, cœlo autumnali matutino similis: et hæc erit illa, quæ vocatur Aërizusa. Similis est et Sardæ, imitata et violas. Non minus multæ species reliquæ, sed omnes in vitio cœruleæ aut crystallo similes, aut myxis. Item Terebinthizusa improprio, ut arbitror, cognomine, velut multis ejusdem generis composita gemmis. Quamobrem præstantiores funda clauduntur patentes, nec præterquam margines auro amplectente. Vitium est et brevis in iis nitor, et longe splendens, et sal, et omnia quæ in ceteris. Et vitro adulterantur: quod manifestum fit, cum extra fulgorem spargunt, atque non in se continent. Nec diversæ, quas sphragidas vocant, publico gemmarum dominio iis tantum dato, quoniam optime signent. Totus vero Oriens pro amuletis traditur gestare eam, quæ ex iis smaragdo similis est, et per transversum linea alba media præcingitur, et Grammatias vocatur: quæ pluribus, Polygrammos. Licet obiter vanitatem Magicam hic quoque coarguere, quoniam hanc concionantibus utilem esse prodiderunt. Est et onychipuncta, quæ Jasponyx vocatur, [2] et nubem complexa, et nives in summitate. Est et stellata rutilis punctis; est et salem imitata; et veluti fumo infecto, quæ Capnias vocatur. Magnitudinem jaspidis quindecim unciarum vidimus: formatamque inde effigiem Neronis thoracatam. Marbodeus c. 5. Jaspidis esse decem species septemque feruntur. Hic et multorum cognoscitur esse colorum, Et multis nasci perhibetur partibus orbis. Optimus in viridi translucentique colore, Et qui plus soleat virtutis habere probatur. Caste gestatus fugat et febres et hydropem; Appositusque juvat mulierem parturientem, Et tutamentum portanti creditur esse. Nam consecratus gratum facit atque potentem, Et, sicut perhibent, phantasmata noxia pellit. Cujus in argento vis fortior esse probatur. "Psellus περὶ Λίθων Δυνάμεων: Ἡ ἴασπις φύσει κρυσταλλοειδὴς ὀλίγον ἐπιτεινομένη τὴν χροιὰν, καὶ ἀρίστη μὲν ἡ πορφυροῦσα, δευτέρα δὲ ἡ * φθεγματικωτέρα * παράλευκος, ἔστι δέ τις καὶ ἀεροειδὴς † ἀναστέλλει. V. Epiphan. de xii. Gemmis c. vi. p. 99. ad calcem Tractatus M. Hilleri de Gemmis xii. in pectorali Pontificis Hebr. et Braun. de Vestitu Sacerdot. Hebr. ii. c. 19. p. 586. In Apocalypsi, ubi quater occurrit, iv. 3., (ubi tamen Eichhorn. in Comment. Vol. i. p. 157. intelligit jaspidem rubram seu potius purpuream), xxi. 11. 18. 19. hoc nomine adamantem gemmarum præstantissimam indicari, non temere judicarunt quidam viri docti, hac maxime ratione ducti, quod partim in gemmarum recensione xxi. 18, 19. jaspis primo loco nominatus legitur, partim ibidem v. 11. epitheton κρυσταλλίζων huic gemmæ tribuitur. Accedit usus loquendi Alex. interpretum, qui Ezech. xxviii. 13. quidem ἴασπις pro Hebr. ישפה jaspis posuerunt, sed Exod. xxviii. 18. eadem voce pro יהלם adamante, et Ies. liv. 12. pro כדכד pyropo usi sunt." Schleusneri Lex. in N. T.] Meminit ejus et Dionys. P. modo ἠερόεσσαν ἴασπιν cognominans (v. 724. de Caspiis, ἴδ' ἠερόεσσαν ἴασπιν Ἐχθρὴν Ἐμπονέησι, καὶ ἄλλοις εἰδώλοισι. Eustath. Δοκεῖ γὰρ ἀλεξίκακος εἶναι ἡ λίθος αὕτη, καὶ * ἀποτροπιαστικὴ φασμάτων. Cf. Idem ad Od. p. 1659, 25.) modo ὑδατόεσσαν (v. 782. de Thermodonte), modo χλωρὰ διαυγάζουσαν (v. 1120. de Indis.). Meminit et Orpheus Λιθ. (264. Καὶ γλαφυρὸν κομίσας * ἐαρόχροον αἴκεν ἴασπιν· Ἱερά τις ῥέζῃ, μακάρων ἰαίνεται ἦτορ, Καὶ οἱ καρφαλέας νεφέλαις κορέσουσιν ἀρούρας. Id. v. 606. Πολλὰ μὲν οὖν ῥεά γ' ἐστὶν ἀχάτου χρώματ' ἰδέσθαι· Ἐν γάρ οἱ δήεις ὀρόων * ὑάλωπιν ἴασπιν Σάρδιά τ' αἱματόεντα, καὶ αἰγλήεντα μάραγδον.)" H. St. Theophr. de Lapid. c. 43.: Αἱ μὲν (διαφοραὶ) τῇ ὄψει μόνον, οἷον τὸ Σάρδιον, καὶ ἡ Ἴασπις, καὶ ἡ Σάπφειρος· αὕτη δ' ἐστὶν ὥσπερ χρυσόπαστος: c. 48. Ἡ δὲ σμάραγδος σπανία, καθάπερ εἴρηται· δοκεῖ γὰρ ἐκ τῆς Ἰάσπιδος γίνεσθαι· φασὶ γὰρ εὑρεθῆναι ποτὲ ἐν Κύπρῳ λίθον, ἧς τὸ μὲν ἥμισυ Σμάραγδος ἦν, τὸ ἥμισυ δὲ Ἴασπις, ὡς οὔπω μεταβεβληκυίας ἀπὸ τοῦ ὕδατος. Inde

"Ἰασπίζειν, Jaspidem imitari, Jaspidis colore esse, Dioscor. v. (154. ὑπόχλωρος, ἰασπίζων.)" H. St.

* Ἰασπαχάτης, (qua voce, ut et v. Ἰασπόνυξ, caret Schneideri Lex.) Aëtius de Re Med. ii. 37. p. 54.: Jaspachates, inter jaspidem, qui smaragdo assimilatur, et achaten medius, Ἰασπαχάτης, ἐκ τῆς σμαραγδιζούσης ἐστὶν ἰάσπιδος, καὶ τοῦ ἀχάτου. Plin. xxxvii. 54.: "Multa et cognomina Achatis; vocatur enim jaspachates, cerachates, * sardachates, * hæmachates, * leucachates, * dendrachates, velut arbuscula insignis, * autachates (Salm. * stactachates), cum uritur, myrrham redolens, coralloachates." Vulgo legebatur passachates, MSS. Reg. 2. Colb. 3. aliique, psapsachates. Harduinus jaspachates reposuit. Sed ante Harduinum sic emendarat Salm. in Solin. p. 92. e. monens in Orphei versibus (modo laudatis) jaspachaten describi.

* Ἰασποπάλλιος. Vide infra v. Ὄπαλος. Hoc vocabulum ignorat Schneideri Lex.

KΟΡΑΛΛΙΟΝ

An ad Æg. linguam pertineat, alii viderint. Nobis minime placent quæ de ejus etymologia scripsit G. J. Voss. Etym. L. L. "Κοράλλιον, Hesychio λίθος θαλάσσιος ἐρυθραῖος, [ἐρυθρὸς, Salm. Palm. Sed Lex. MS. tuetur ἐρυθραῖος. Zonaras: Κοράλλιον· λίθος θαλάσσιος.] Lapis marinus rubens: cujus κοραλλίου meminit Arrian. quoque in Περίπλῳ τῆς ἐρυθρᾶς Θαλάσσης. Plin. modo Corallium vocat, modo Corallum, modo Curalium. Ab eodem et Corallis ac Coralloachates inter gemmas numerantur: xxxvii. 10. Coralloachates guttis aureis sapphiri modo sparsa, qualis copiosissima in Creta, sacra appellata. Et aliquanto post, Coralloachates, similis corallo aureis guttis distincta: Corallis, minio: gignitur in India et Syene. (Marbodeus c. 2. Hunc quoque Curalio similem gerit insula Creta, Cujus planicies chryseis est illita venis: Iste nepæ virus fugat, et quod vipera fundit. Solinus c. 5.: Dat Creta, quem Curaliachaten vocant, curalio similem, sed illitum guttis auro micantibus, et scorpionum ictibus resistentem. Κοράλλιον, Dioscor. v. 139. Theophanes Nonnus c. 128. 132. 204. Glossæ: Κοράλλιον· margella. Hinc * Κοραλλιοπλάστης, ου, ὁ, Qui e corallio fingit figuras, Dorvillii Sicula a Schneidero laudata in Lex.) Inde verb. Κοραλλίζω, Corallum imitor, Coralli modo rubeo." H. St.

"Κουράλιον, ου, τὸ, Corallium, i. q. Κοράλλιον, Corallium seu Corallum. Multa de hac gemma Orpheus ἐν τῷ περὶ λίθων, scribens ipsum ex herba quadam marina πετροῦσθαι: (505. 571. 579. 600.) ut et Ovid. Met. v. (iv. 749.) Nunc quoque curaliis eadem natura remansit Duritiem tacto capiant ut aere, quodque Vimen in æquore erat, fiat super æquora saxum. Et xv. (416.)— curalium quo primum contigit auras Tempore, durescit: mollis fluit herba sub undis. Et Plin. xxxii. 3. 'Curalio forma est fruticis, color viridis: baccæ ejus candidæ sub aqua ac molles: exemtæ confestim durantur, et rubescunt, quasi corna sativa specie atque magnitudine. Aiunt tactu protinus lapidescere, si vivat: itaque occupari evellique retibus, aut acri ferramento præcidi: hac de causa curalium vocitatum interpretantur: probatissimum quam maxime rubens et quam ramosissimum.' Cur autem congelet et in lapide durescat aere tacto, prolixe ibi docet Orpheus. Ap. Theophr. quoque de Lap. (c. 67. p. 396.: Τὸ γὰρ κουράλιον· καὶ γὰρ τοῦθ' ὥσπερ λίθος,

[1] Hanc esse, quam Turchesiam Nostri vocant, Salm. in Solin. p. 202. existimat, secutus Agricolam. Diosc. ἴασπις ἀερίζων.

[2] "Onychinis distincta punctis; quamobrem et composita voce ἰασπόνυξ a Græcis vocatur." Harduin. Salmas. in Solin. p. 92. f. sic locum refingit: Est et onychi (sub. similis) jasponyxque vocatur. Præcessit enim, Quæ ex his smaragdo similis est.

τῇ χρόᾳ μὲν ἐρυθρὸν, περιφερὲς δ', ὡς ἂν ῥίζα, φύεται δὲ ἐν τῇ θαλάττῃ) scriptum est κουράλιον, ut et ap. Dionys. P. (1103.) Πάντη γὰρ λίθος ἐστὶν ἐρυθροῦ κουραλίοιο. Ap. Plin. vero quibusdam in locis legitur Corallium et Corallum: ut et Auson. (in Mosella) dicit, Quum viles algas et rubra corallia nudat Æstus. Affertur et verbum Κουραλίζειν pro ad curalii colorem vergere: vide supra κοραλλίζειν." H. St. Aretæus p. 97. fin., Τὸν λίθον τὸν ἐξ ἁλὸς κουράλιον. "Lapidem marinum vocat corallium. At Theophr. l. c. non lapidem, sed quasi lapidem appellat, et mox ei calamum Indicum lapidescentem similem esse natura testatur: τρόπον δέ τινα οὐ πόῤῥω τούτου τῇ φύσει, καὶ ὁ Ἰνδικὸς κάλαμος ἀπολιθώμενος. Quibus e verbis patet, hunc non esse plane lapidem, sed quiddam medium inter lapides et plantas, unde a quibusdam λιθόδενδρον fuisse appellatum testatur Dioscor. v. 139." Petit. ad Aretæum p. 251. Suidas e S. Basil. Hexaëm. Homil. vii. p. 95.: Κουράλιον· χλόη μέν ἐστιν ἐν τῇ θαλάττῃ, πρὸς ἀέρα δὲ ἐξενεχθὲν, εἰς λίθου στεῤῥότητα μεταπήγνυται.

"Κουράλιον vetustiores Græci appellaverunt: ita ap. Theophr. l. c. scribitur. De Latinis quoque antiquiores quique: ut Ovid. l. c.; sic enim scribendum versus lege ostenditur, non coralium. Plinio l. c. curalium est ἀπὸ τῆς κουρᾶς, quod 'ferramento prœcidatur' ac veluti tondeatur in mari; quæ interpretatio nullo modo possit convenire voci κοράλλιον, ut recentiores id appellarunt." Salm. in Solin. p. 63. Cf. Bod. ad Theophr. p. 419., et Bernard. ad Theoph. Nonni Epit. cap. 128.

"Κωράλλιον, (Cod. Ven. Κωράλιον,) Hesych. esse dicit παιδάριον, κόριον, Puellum s. Puellam, afferens et Κωραλίσκον pro μειράκιον.[1] Κωράλλιον et Κοράλλιον reperiri dicitur et pro κουράλιον s. κοράλλιον, Corallium s. Corallum. Κωραλλεῖς, Hes. auctore, ap. Siculos sunt οἱ ἀναλέγοντες τὸ κουράλιον, qui curalium legunt." H. St. Hesychii glossam sic edidit Albertius: Κωραλλεῖς· οἱ ἀναλέγοντες τὸ κουράλιον, παρὰ Σικελοῖς. At in Cod. Ven. legitur, Κοραλλεῖς, ο.—π Σικελίας (ε). "An περὶ Σικελίαν, circum littora?" N. Schow. Certe, Dioscor. v. 139. teste, εὑρίσκεται πλεῖστον ἐν τῷ κατὰ Συρακούσας ἀκρωτηρίῳ τῷ καλουμένῳ Παχύνῳ. Cf. Plin. l. c. Ap. Theocritum κώρη Dorice per ω μέγα pro κόρη legitur.

* Ἀντιπαθὲς, Corallii species, Gemma. Dioscor. v. 140.: Καὶ τὸ καλούμενον δὲ ἀντιπαθὲς, κοράλλιον οἰητέον ὑπάρχειν, εἰδικὴν ἔχον διαφοράν· ἔστι δὲ τῇ μὲν χρόᾳ μέλαν, δενδρίζον δὲ καὶ αὐτὸ, καὶ ὀζῶδες μᾶλλον. Δύναμιν δὲ ἔχει τὴν αὐτὴν τῷ κοραλλίῳ. Plin. xxxvii. 54. "Antipathes nigra non translucet. Experimentum ejus si coquatur in lacte: facit enim hoc myrrhæ simile immissa. Eam contra effascinationes auxiliari Magi volunt." "Ἀντιπαθὲς Græci vocant, quidquid adversus effascinationes, incantationes, et amoris faciendi artes magicas potenter est efficax. Idem ἀντιπαθὲς, quod ἀλεξιφάρμακον. Hinc antipathes gemma Plinio, quæ contra effascinationes auxiliari putabatur. Et ἀντιπαθὲς, corallii genus, ab eodem effectu dictum. Hebenum quoque ἀντιπαθῆ quidam appellarunt. Moly illud nominatissimum, quo Mercurius Ulyssem munivit adversus Circes effascinationes, ἀντιπαθὲς proprie vocatum est. Suidas * ἀντιπάθιον vocat." Salm. in Solin. p. 661. d. Ctesias ap. Stobæum Serm. de Morbis: Ὄρος ἐστὶ τῆς Μυσίας Εὔθρας καλούμενον, γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ λίθος ἀντιπαθὴς προσονομαζόμενος, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς ἀλφοὺς καὶ λέπρας δι' οἴνου τριβόμενος, καὶ τοῖς πάσχουσιν ἐπιτιθέμενος.

* Gorgonia, Corallii nom. Plin. xxxvii. 59.: "Gorgonia nihil aliud est quam corallium: nominis causa, quod in duritiem lapidis mutatur: emollit maria; fulminibus et typhoni resistere affirmant. * Ganiæam eadem vanitate inimicorum pœnas efficere promittunt. ("Gouiæam Index. MSS. h. l. discrepant. Reg. 2. Goniem. Colb. 3. Gonim. Editi libri vulgo Genianen." Harduin.) Salm. in Solin. p. 63. d. locum sic emendat: Mutatur e molli marina. "Gorgonia ideo sic vocatur, quod e molli marina dura fit et lapidea extra mare posita: ἐξ ἐναλίου μαλακοῦ ἐξάλιον γενόμενον ἀπολιθοῦται." Omnes tamen libri, sive publici, sive conditivi, teste Harduino, habent, Emollit maria. Plinii mentem satis accurate expressit Marbodeus c. 22.: Et sicut scribit Metrodorus, maximus auctor, Fulmina, typhonas, tempestatesque repellit A rate, vel tecto, vel agro, quocunque geratur. E Plinii autem sententia, inde factum nomen, quod in duritiam lapidis verteretur, uti iis fabulæ ferunt contigisse, qui Gorgonis caput inspicerent. Sic explicat Harduin. Paulo aliter Eustath. ad Dionys. l. c.: Τὸ δὲ κουράλιον τοῦ τῆς Γοργόνος αἵματος ἀποστάξαι μυθεύεται, ἀφ' ἧς, οἷα κόρης οὔσης, ἡ κλῆσις τῷ λίθῳ ἐνεκάθισεν. Et * Γοργία quoque appellatum. Nomen id a Metrodoro datum est, si Solino credimus. "Gorgonia et Gorgia idem; illud ἀπὸ τῆς Γοργόνος, hoc ἀπὸ τῆς Γοργοῦς: unde ap. Poetam,—Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου." Salm. in Solin. p. 63. Saraceno in Dioscor. v. 139. est Gorgonias, non Gorgonia; ut Bodæo ad Theophr. p. 420. est Gorgias, non Gorgia. * Jace. Sic corallium in Persico mari appellarunt, teste Plin. xxxii. 11.

* OLCA,

Gemma. Plin. xxxvii. 65.: "Olca barbari nominis, e nigro fulvoque, et candido placet." Harduinus: "Sic MSS., et Isidorus ipse hæc transcribens xvi. 1.; in editis male Orca."

* Ophicardelon, gemma. Plin. xxxvii. 65.: "Ophicardelon barbari vocant, nigrum colorem binis lineis albis includentibus." Harduinus: "Barbara, ut Plinius prodit ipse, vox, non originationis Græcæ."

* ὋΠΑΛΟΣ.

Hac voce carent Lexica. In Forcellini et Gesneri Thesauris male scribitur, Opalus, ὄπαλος. Plin. xxxvii. 21. "Plurimum a beryllis differunt opali, smaragdis tamen cedentes. India sola et horum est mater. Atque in pretiosissimarum gemmarum gloria compositi, maxime inenarrabilem difficultatem dederunt. Est enim in iis carbunculi tenuior ignis, est amethysti fulgens purpura, est smaragdi virens mare, et cuncta pariter incredibili mixtura lucentia." Sect. 22. "Hanc gemmam propter eximiam gratiam plerique appellavere * Pæderota. Sunt et qui privatum genus ejus faciunt, * Sangenonque ab Indis vocari dicunt. Traduntur nasci et in Ægypto, et in Arabia, et vilissimi in Ponto. Item in Galatia, ac Thaso, et Cypro. Quippe opali gratiam habet; sed mollius nitet, raro non scaber. Summa coloris ex aere et purpura constat: viriditas smaragdi deest. Constatque melior ille, cujus fulgor vini colore fuscatur, quam qui diluitur aqua." Isidor. Origg. xvi. 12.: "Nomen habet ex patria; sola enim eum parturit India." Sed de causa nominis quod ait, verisimilius esset, si locus ejus nominis esset in India, notante Voss. Etym. L. L. Cf. Salm. in Solin. p. 399. e. Hinc

* Ὀπάλιος, ὁ. Male ap. Voss. l. c. Ὀπάλιον, ut et ap. Salm. in Solin. p. 399. e., qui tamen p. 92. f. meliora docuerat: "Ὀπάλλιος dicitur Orpheo, quem Plinius et alii Opallum." Sic scribunt Morellus in Thes. Gr. Prosod. et Schneiderus in Lex. Λίθικα p. 390. ed. Hermanni: Φημὶ δέ τοι τέρπειν καὶ ὀπάλλιον οὐρανίωνας Ἀγλαὸν, ἱμερτοῦ τέρενα χρόα παιδὸς ἔχοντα. Orpheus nempe ad opali nomen παιδέρως respexit: v. Plin. l. c. Quidquid eximia aliqua gratia commendabatur, Græci παιδέρωτα dixere. Παιδέρως, παῖς ἔρως, i. e. Puer æque venustus et amabilis, ut amor ipse, Salm. in Solin. p. 399. e.

* Ἰασποπάλλιος, ὁ. "Jaspopallius, Jaspis opallio similis, aut Opallius jaspidi. Epiphanius de duodecim Gemmis: Καὶ ἄλλος Ἰασποπάλλιος καλούμενος, ὅμοιος ἢ χιόνι ἢ ἀφρῷ θαλάσσης. Vitiose legitur, Καὶ ἄλλος ἴασπις ὁ παλαιὸς καλούμενος. Egregius interpres, et commentator locum esse corruptum, vel inde advertere debuerat, quod ἴασπις in sequiore genere semper enuntiatur Epiphanio. Vitia opalli dicit esse Plinius, si color in florem heliotropii exeat, aut crystallum, aut grandinem. Ἰασποπάλλιον vocatum ait Epiphanius, qui nivi aut spumæ similis est, quæ opali vitiosi notæ sunt, ut scabritia, et sal." Salm. in Solin. p. 92. f.

[1] "Κουράλιον et κοράλλιον, Græci vocant parvam κόρην. Pupæ maxime et imagunculæ, quibus ludit puerilis ætas, ita vocantur. Hesych.: Δαγύς· κουράλιον, νύμφη * λιμνάτορος. Κουράλια quoque dicuntur Luciano, [Apolog. pro Merc. cond. c. 2. ubi vide Interpretes.] Dioni Chrys. in Rhodiaca [p. 647. Reisk.], Ὁμοίως δίδοτε τοὺς ἀνδριάντας, ὥσπερ οἱ τὰς κόρας ταύτας ὠνούμενοι τοῖς παισίν. Hesych. Γάγια· κουράλλια. Vitiose pro γίλγια. Idem: Γίλγια· πάντα, σπάθαι, κουράλια. Græci proprie γίλγια vocant minutas merces omne genus, quas παντοπῶλαι circumferunt. Κουράλλιον igitur et κοράλλιον idem. Parva nempe puella, nec alia ratione moti recentiores, quod veteribus erat κουράλιον, dixere κοράλλιον. Grammatici: Τὸ δὲ κουράλιον τοῦ τῆς Γοργόνος αἵματος ἀποστάξαι μυθεύεται, ἀφ' ἧς οἷα κόρης οὔσης, ἡ κλῆσις τῷ λίθῳ ἐνεκάθισεν." Salm. in Solin. p. 65.

• ΧΕΡΝΙΤΗΣ, ὁ,

λίθος, Chernites. Theophr. de Lapid. c. 15: Καὶ ὡς ὁ ἐν Αἰγύπτῳ περὶ Θήβας Ἀλαβαστρίτης· καὶ γὰρ οὗτος μέγας τέμνεται· καὶ ὁ τῷ ἐλέφαντι ὅμοιος, ὁ Χερνίτης καλούμενος, ἐν ᾗ πυέλῳ (al. πέπλῳ) φασὶ καὶ Δαρεῖον κεῖσθαι· καὶ ὁ Πῶρος ὅμοιος τῷ χρώματι, καὶ τῇ πυκνότητι τῷ Παρίῳ, τὴν δὲ κουφότητα μόνον ἔχων τοῦ Πωροῦ· διὸ καὶ ἐν τοῖς σπουδαζομένοις οἰκήμασιν, ὥσπερ διάζωμα τιθέασιν αὐτὸν οἱ Αἰγύπτιοι. Plin. xxxii. 28. "Mitior est servandis corporibus, nec absumendis Chernites: ebori simillimus, in quo Darium conditum ferunt."

• CHOLAN.

Plin. xxxvii. 18. "Juba est auctor, smaragdum, quem Cholan vocant in Arabia, ædificiorum ornamentis includi, et lapidem, quem Alabastriten Ægyptii vocant." Ita MSS. omnes, teste Harduino, qui addit: "Nec tamen Arabica vox ea est, neque Græca." "Χολὸς, vel χολὴ, genus smaragdi fellei coloris. Libri quidem habent cholan. Frustra est, quod chloeron, aut chloron scribendum existimant. Nam hoc proprium omnium smaragdorum." Salm. in Solin. p. 140. e.

"ΣΥΡΜΑΙΑ

Dicta est a quibusdam rhaphanus, quod concitando vomitui esset idonea. Similiter et cibi quoddam genus, quod veteres ex adipe et melle concinnabant. Est et potio e sale et aqua mistis, apta ventri purgando. Hæc Gorr. a quo etiam Συρμαϊσμὸς a veteribus appellata traditur modica vacuatio, s. per vomitum s. per alvi dejectionem fieret, ut annotat Gal. Commen. 2. εἰς τὸ περὶ ἄρθρων. Paulum autem ait exponere vomitum qui fit jejunis ante cibum. Schol. Aristoph. Pac. (1253.) Πώλει βαδίζων αὐτὰ τοῖς Αἰγυπτίοις· Ἔστιν γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν, annotat, quosdam velle συρμαίαν esse succum herbæ qua Ægyptii utantur πρὸς διάῤῥοιαν. (Οἱ μὲν ἀξιοῦσι χυλὸν βοτάνης εἶναι τὴν συρμαίαν, ᾧ χρῶνται Αἰγύπτιοι πρὸς διάῤῥοιαν· ἄλλως, φαίνονται τοῦ χυλοῦ τῆς συρμαίας πίνειν οἱ Αἰγύπτιοι πρὸς διάῤῥοιαν· ὡς Δίδυμος. ἁλμαία ἐκ ῥαφανίδων Αἰγυπτιακὴ, πρὸς κάθαρσιν ἐπιτήδειος. Idem articulus legitur in Phavorino.) Esse porro genus rhaphani, Diod. S. (i. 64. de Pyramidibus loquens, Ἐπιγέγραπται δ' ἐπὶ τῆς μείζονος τὸ πλῆθος τῶν ἀναλωθέντων χρημάτων ὡς εἰς λάχανα καὶ συρμαίαν τοῖς ἐργάταις.) J. Poll. (i. 247. Καὶ παρὰ Ἡροδότῳ δὲ, εἶδος ῥαφανίδος, συρμαία) necnon e Plin. (xxxvi. 17.) confirmatur: quum tamen ap. Herod. (ii. 125.) ἐς συρμαίην καὶ κρόμμυα reddatur, in apio et cæpis, (imo συρμαίη h. l. succus raphanorum ad ventrem purgandum, raphani, ut recte judicat Wesseling.): ut videlicet Hes. Συρμίον esse ait λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικὸς, in v. l. συρνέη.[1] Ex eodem alioqui affertur etiam, συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην, (ii. 88.) Quinetiam Συρμαΐζειν ex eo affertur de purgantibus ventrem, (ii. 77.) Habetur et Συρμιασμὸς, necnon Συρμεσμὸς, in v. l. quæ mendose scribi videntur." H. St. Ælian. H. A. v. 46. de canibus: Λέγονται δὲ καὶ ὅταν δέωνται τὴν γαστέρα ἑκατέραν κενῶσαι, πόαν τινὰ ἐσθίειν, καὶ τὸ μέν τι τῆς τροφῆς τὸ ἐπιπολάζον ἀνεμεῖν, τὰ δὲ περιττὰ κάτωθεν ἐκκρίνεσθαι αὐταῖς φασιν· ἐντεῦθεν καὶ τὸ συρμαΐζειν Αἰγύπτιοι λέγονται μαθεῖν. V. Föes. Œcon. Hippocr. Phot. Suid. et Etym. M. p. 736, 32.: Συρμαῖα (συρμαία)· τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων καὶ κοιλίας, καὶ συρμαΐζειν, τὸ κενοῦσθαι, καὶ Συρμαῖαν (συρμαίαν) βλέπων, ἀντὶ τοῦ ναυτιῶν. Verba Συρμαίαν βλέπων, (quæ in Phavorino quoque et Photio leguntur,) e vetere Comico depromta sunt, notante Piers. ad Mœr. p. 351. Sic dicitur, Κρόμμυα βλέπειν. Galen.: Συρμαία· ἡ μετρίως γινομένη τῶν περὶ τὴν γαστέρα κάθαρσις. Erotian.: Ἀπὸ συρμαϊσμοῦ· συρμαία λέγεται ἡ ἐπιμήκης ῥαφανὶς, ἣν τινες μεθ' ἅλμης ἐσθίοντες καθαίρονται, καὶ καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῆς καθάρσεως τρόπος. Suidas, Συρμαΐζειν· καθαίρειν: Συρμαία· τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων καὶ κοιλίας, ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. Συρμαίη· πόμα ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος· οὕτως Ἡρόδοτος. Glossæ Herod., Συρμαΐζειν· καθαίρειν πόματι ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος. Eædem Glossæ et Gregor. Cor. p. 526.: Συρμαίην· λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. Hesych.: Συρμαία· ἀγών τις ἐν Λακεδαίμονι, ἔπαθλον ἔχων συρμαίαν· ἔστι δὲ * βρωμάτιον διὰ στέατος καὶ μέλιτος· λέγεται δὲ συρμαϊσμὸς, καὶ ἔστι πρὸς κάθαρσιν,[2] καὶ πόμα διὰ ὕδατος καὶ ἁλῶν. (Cf. Zonaras p. 1684. et 1693.)

[1] Hesych. sua traxit e Schol. Aristoph. Thesm. 857., ubi eadem verba leguntur. Συρμαίη est vox nihili, (primo librarii culpa in Aristoph. Schol. intrusa pro συρμαία, deinde ab Hesychio in Lexicon suum recepta, tum ex Hesychio a Phavorino depromta), ut satis patet e Mœr. Att. p. 351., ubi, Συρμαίας, Ἀττικῶς, τὰ λεπτὰ λάχανα, et Suida, Συρμαίη παρὰ τῷ αὐτῷ sc. Ἡροδότῳ, λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, et Gloss. Herod., Συρμαίη· λάχανον σελίνῳ ἐοικὸς, et Gregor. Cor. p. 526. de Dialecto Ionica, Συρμὴν δὲ παρ' αὐτοῖς ὀνομάζεται λάχανόν τι σελίνῳ ἐοικὸς ἢ βρῶμα διὰ στέατος καὶ μέλιτος. Sic citat et Föes. Œcon. Hippocr. "Si συρμὴν scripseris cum viro summo ad J. Poll. vii. 199., propius accedes genuinum συρμαίη, quod est in Gloss. Herod. Turbas hic dedit confusio diphthongi αι et vocalis ι, e qua si Maittairius de Dial. Ion. p. 100. d. correxisset ὀστηίη in Hippocr. p. 339. 43., ap. quem legitur ὀστηαίη p. 362, 15. 375, 7. 389, 14. 390, 17. 420, 24. cet., in ὀστηίῃ nullam peculiarem dialectum sibi reperisse visus esset." Schæfer. "Sunt e Græcis," ait Eustachius ad Erotianum, "qui syrneam ap. Iones genus oleris apio similis accipiant, itemque pro edulio ex adipe et melle; sed syrmeam legi malo, quam syrneam."

[2] "Deest aliquid," inquit M. Meibom., e Phavorino tamen, et Zonara p. 1684. 1693. facile supplendum, ap. quos legitur: Συρμαϊσμός· βρωμάτιόν τί ἐστι διὰ στέατος καὶ μέλιτος, καὶ ἔστι πρὸς κάθαρσιν ἐπιτήδειον. "Hippocr. i. de Morb. Mul. Syrmeæ mentionem bis facit (p. 258, 19. Κόνυζαν τὴν εὔοσμον, τρίψας λείην ἐν οἴνῳ εὐώδει, ἢ ἐν συρμαίῃ, δοῦναι πιεῖν καὶ λούειν θερμῷ· ἄλλο, ὁμοίως ποτόν, τοῦ παιδίου καὶ τῶν ἰδίωτων κόνιν, ἰὸν χαλκοῦ ξυντρίψας ξὺν μέλιτι, καὶ συρμαίῃ, δὸς πιεῖν.) quam interpres potionem fuisse significat, sicut L. de Artic., quod Græce συρμαϊσμὸς ab Hippocr. dicitur, idem interpres moderatam purgationem transtulit, (p. 483, 30. Ἄμεινον δὲ καὶ μαλθάξαι τὴν κοιλίην, ἣν δὲ καὶ *εὔφορός τις ἐὼν, ἠρέμα ἀπὸ συρμαϊσμοῦ.) scilicet Galenum secutus, qui in illius voluminis explicatione συρμαϊσμὸν, et in Gloss. Hippocr. συρμαίαν significare moderatam purgationem asseruit. Quam interpretationem non esse parvifaciendam, efficit auctoritas viri, tum antiqui, tum Græci, et inter medicos post Hippocr. maximam gloriam consecuti.

"Sed quoniam vim verbi attentius consideranti non apparet, ut potuerit συρμαία et συρμαϊσμὸς communiter moderatam purgationem significare, non injuria dubitatur, utrum συρμαϊσμὸς generatim significet purgationem moderatam, an privatim aliquam ab aliquo peculiari medicamento, quod ab ea recipiatur, nuncupatam: quod ut intelligatur, necessarium videtur Græcos alios auctores, et eorundem Gr. interpretes consulere, cumque præter duo dicta nomina reperiatur etiam verbum συρμαΐζειν, de hoc primum verba facere institui, ut, quod præcipue quæritur, clarius ultimo loco concludatur.

"Usus est verbo συρμαΐζειν Herod. ii. (77.), cum dixit Ægyptios se singulis mensibus purgare solitos: Συρμαΐζουσι, inquit, τρεῖς ἡμέρας ἐπεξῆς μηνὸς ἑκάστου, ἐμέτοισι θηρώμενοι τὴν ὑγιείην καὶ κλύσμασι: quæ in hunc modum verti possunt, Purgantur tribus consequenter diebus singulis mensibus, vomitibus sanitatem quærentes, et clystere infusis: ex quibus verbis illud quidem accipi potuit, quod ait Galen. ii. de Artic. συρμαϊσμὸν promiscue vomitum, et dejectionem significare, non tamen ut idem sit συρμαΐζειν quod καθαίρειν μετρίως, s. κενοῦσθαι, quod est moderate purgare, s. evacuari; alioqui hunc Herodoti locum Suidas secus accepit, qui inquiens, συρμαΐζειν· καθαίρειν πόματι ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος, οὕτως Ἡρόδοτος, quod est, purgare potione ex zea et aqua, ita Herodotus, ostendit, quemadmodum ἐλλεβορίζειν est elleboro purgare, ita συρμαΐζειν esse purgari potione illa, quam dixit: idemque exponens Ægyptios dictos esse μελανοσυρμαῖον λεὼν (quo epitheto Aristoph. Thesm. 857. utitur) quasi μέλανας καὶ συρμαΐζοντας, ostendit συρμαΐζειν non fuisse acceptum communiter pro purgare, sed pro certo genere purgationis, quod erat Ægyptiis familiare: alioquin obscurissime populus Æg. hoc epitheto significatus esset; itaque Herodoti locum et Suidæ interpretationem conjungendo, concludimus συρμαΐζειν significasse purgare, seu purgari medicamento ex aqua et zea, vel alio, quod et Ægyptiis familiare, et cum ad ciendum vomitum, tum ad alvum subducendam, idoneum esset, id vero συρμαία appellabatur.

"Legitur autem συρμαία in Aristoph. Pac. (1253.) ubi venditor galearum inducitur quærens, quid sibi faciendum esset, postquam, pace facta, esset galeas empturus nemo: Trygæus autem, ludendo, cum sic alloquitur, Πώλει βαδίζων αὐτὰ τοῖς Αἰγυπτίοις· Ἔστι γὰρ ἐπιτήδεια συρμαίαν μετρεῖν. Vendit, inquit, eas Ægyptiis, sunt enim ad mensurandum syrmæam accommodata: interpres vero inquit, οἱ μὲν ἀξιοῦσι χυλὸν βοτάνης εἶναι τὴν συρμαίαν, ᾧ χρῶνται Αἰγύπτιοι πρὸς διάῤῥοιαν· ἄλλως, φαίνονται τοῦ χυλοῦ τῆς συρμαίας πίνειν οἱ Αἰγύπτιοι πρὸς διάῤῥοιαν, Quidam putant herbæ cujusdam succum syrmæam esse, qua utuntur Ægyptii ad alvi fluorem: aliter, videntur Ægyptii syrmææ succum ad ventris fluxum potare. Quarum interpretationum prior magis quadrat: quoniam Aristophanes aperte satis significavit, se accepisse syrmæam pro liquore quodam, cum dicat syrmæam galeis mensurari potuisse: non est enim dicendum, quod frugis genus aliquod fuerit, quod nullus testatur, posterior autem interpretatio ostendit, plantæ quoque genus hoc nomine significari: fortasse et planta, et ejus succus idem nomen habuerunt, sicut acacia aloe, et pleræque aliæ plantæ, quas sui nominis succos habere compertum est.

"Hippocrates etiam syrmæam memorans, primo libro de Morbis Muliebribus, ut ante dixi, liquorem fuisse demonstrat: nam medicamenta, quæ secundas expellunt, recensens, inquit, κόνυζαν τὴν εὔοσμον τρίψας λείην ἐν οἴνῳ εὐώδει, ἢ ἐν συρμαίῃ δοῦναι πιεῖν, καὶ λούειν θερμῷ, i. e. Conyzam suaveolentem leviter tritam in vino odorato, aut syrmææ bibendam dato, et calida lavato. Cum igitur vini loco syrmæam bibendam dicat, non dubitandum quin genus aliquod liquoris esset; nec verisimile est aliter ab eo acceptam paulo post, ἰὸν χαλκοῦ συντρίψας σὺν μέλιτι, καὶ συρμαίῃ δὸς πιεῖν, ærugiuem tritam cum melle, et syrmæa bibendam dato: sunt autem hæc ea loca, quæ B. Eustathius in Erotiani annott. se non reperisse fatebatur, quæque Hermolaus Barbarus intelligebat, cum, in annotatt. in Dioscor. de Raphano scribens, dicebat, ap. Hippocr. accipi syrmæam pro succi quodam genere, sive passum, sive defrutum sit; quanquam neutrum esse credam, ut postea dicam: priore autem loco interpres ex Galeno vertit, In syrmæa potione moderate purgante bibendum

Toupius Emendd. in Hes. iv. p. 124. legi jubet *ἀλφίτων* s. *ἀλεύρων*, pro *ἁλῶν*, provocans ad Suid., "qui *πόμα κρίθινον* fuisse dicit," v. *Μελανοσυρμαῖον*. Sed recte nihilominus se habet vox *ἁλῶν*, quæ legitur in Phavorino, et bis in Zonara (p. 1684. et p. 1693.) et in Schol. Aristoph. Thesm. 857., e quo totum suum locum depromsit Hesych. Erotiano l. c. *συρμαία* est raphanus, quem veteres cum marina i. e. salsa aqua comedentes purgantur: aliis autem potio e sale et aqua mistis. Schol. Aristoph. Pac. l. c., *Ἁλμαία ἐκ ῥαφανίδων Αἰγυπτιακή, πρὸς κάθαρσιν ἐπιτήδειος*, ubi notanda est vox *ἁλμαία*, qua caret Schneideri Lex., et qua usus est Nicander in Georg. ii. ap. Athen. iv. p. 133. e. Schneiderus ad Ælian. l. c. *συρμαΐζειν* interpretatur "proprie raphanis salitis comestis evacuare corpus et purgare." Diocles Caryst. Epist. ad Antigon. Regem p. 588. (T. xii. Bibl. Gr. Fabric.): *Χρήσιμοι δὲ καὶ οἱ νήστεις ἔμετοι, οὓς καλοῦσι τινὲς Συρμαϊσμούς· δεῖ δὲ τὸν μέλλοντα συρμαΐζειν, προφαγεῖν ῥαφανίδας λεπτὰς, κάρδαμον, εὔζωμον, σίναπι, ἀνδράχνην, εἶτα ἐπιπίοντα ὕδωρ χλιαρὸν, οὕτως ἐμεῖν.* "In Nova Vers. Gr. Pentateuchi e Cod. Ven., Deut. xxix. 5. vox *συρμαία* respondet Hebraico שכר, quod cerevisiæ speciem notat," Schleusnerus Cur. Nov. in Phot. p. 427. Voc. *Συρμαία*, nostra quidem sententia, non est Græcæ, sed Æg. originationis. Zonaras p. 1693. *Συρμαΐζειν—Αἰγυπτιακὴ δὲ ἡ λέξις.* Schneidero tamen in Lex. adj. *Συρμαῖος*, fem. *Συρμαία*, a v. *συρμὸς* derivatum esse videtur. Certe Nicander Alex. 367. dixit, *Στεγανὴν δ' ὑποσύρεο νηδύν*: astrictum ventrem laxare jubet poeta.

* *Συρμαιοπώλης, ου, ὁ*, Raphanorum venditor. J. Poll. vii. 196.: *Συρμαιοπῶλαι, στυππειοπῶλαι*, ubi pro *συρμαιοπῶλαι* T. H. scribendum censet *γρυμαιοπῶλαι*, scrutarii, qui viles venum proponunt merces: vii. 199., *Ἐν δ' Ἀριστοφάνους Δαναΐσιν, συρμαιοπῶλαι καὶ ἐγκριδοπῶλαι.*

* *Μελανοσυρμαῖος, ὁ, ἡ*, Syrmæa uti solitus, Ægyptius, quia Ægyptii potione s. genere evacuationis libenter utebantur. Aristoph. Thesm. 855.: *Νείλου μὲν αἵδε * καλλιπάρθενοι ῥοαί, Ὃς ἀντὶ δίας ψεκάδος Αἰγύπτου πέδον Λευκῆς νοτίζει μελανοσυρμαῖον λεών.* Schol. *Τουτέστι Αἰγύπτιον μέλανα καὶ συρμαιζόμενον, τουτέστι καθαιρόμενον λεὼν Αἰγυπτίων.* Cf. Suidas h. v.

ΝΙΓΛΑΡΟΣ,

Tibiæ genus, et Modus in tibiarum cantu. J. Poll. iv. 82.: *Νίγλαρος δὲ μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος, μοναυλίᾳ πρόσφορος.* Sic edidit T. H. pro *γίγγλαρος*, et sic legitur in C. V., teste Kuhnio: Jungermanni Ms. habet, *Νίγλαροι*, "sed forte oculis aberrabat librarius ad id, quod mox segm. 83." Jung. Locus est hic: *Μέλη δὲ αὐλημάτων, κρούματα, συρίγματα, * τερετισμοί, * τερετίσματα,*[1] *νίγλαροι.* "*Νίγλαροι* Hes. sunt *τερετίσματα, περίεργα κρούματα*, afferenti item *Νιγλαρεύων* pro * *τερετίζων*. Similiter Suidas exponit. (Cf. Phavor.) At Scholiastæ Aristoph. Acharn. (555.) *Αὐλῶν, κελευστῶν, νιγλάρων, συριγμάτων, Νίγλαρος* est *τρῆμα*, et *μέλος μουσικὸν παρακελευστικόν*." H. St. "Forte non multum absimilis fuerit tibiæ, cujus in militia nostra usus," Brunck. ad Aristoph. l. c. Cf. Perg. ad Hesychii locum. Photius: *Νίγλαροι· τερετίσματα, καὶ περίεργα κρούματα* (Cod. B. *κρούσματα*): *Νιγλάρους· τερετισμούς*: *Νιγλαρεύων· τερετίζων, καὶ ὁ Νίγλαρος, κρουματικῆς διαλέκτου ὄνομα.* *Εὔπολις Δήμοις· Τοιαῦτα μέντοι νιγλαρεύων κρούματα.* (Verbo *νιγλαρεύω* caret Schneideri Lex.) Plut. de Musica p. 1142. a.: *Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς μνημονεύει Φιλοξένου, καί φησιν, ὅτι εἰς τοὺς κυκλίους χοροὺς μέλη*

dato, quæ interpretatio, mea sententia, ineptissima est: quoniam syrmæa ex Galeni sententia vim ducendi alvum habet, ventremque tum vomitu, tum dejectione expurgat: cum autem expelli secundæ debent, non solet Hippocrates aut vomitum, aut alvi dejectionem præcipere, ut ex aliis remediis ad secundas expellendas utilibus, ab eo enumeratis constat. Est igitur syrmæa Hippocrati vel succus vel liquor.

"Herodoto etiam est aliquid succo simile ii. (88.) ubi de conditoris cadaverum ap. Ægyptios verba faciens inquit, *συρμαίῃ διηθήσαντες τὴν κοιλίην*, ubi ventrem syrmæa diluerint. Ex quibus omnibus colligitur syrmæam fuisse liquorem aliquem, sive succum, item plantam, e qua succus ille extrahebatur. Ea vero planta quænam esset, aperte intelligitur collatis Herodoti ac Plinii locis. Herod. ii. (125.) scribit, unam ex pyramidibus, Cheopis Ægypti regis jussu extructis, habuisse scriptum literis Ægyptiis quantum fuerit erogatum in operarios, pro syrmæa, cæpis, et allio, *σεσήμανται δὲ διὰ γραμμάτων Αἰγυπτίων ἐν τῇ πυραμίδι ὅσα ἔς τε συρμαίην, καὶ κρόμμυα, καὶ σκόροδα ἀναισιμώθη τοῖσι ἐργαζομένοισι*, ubi interpres apium fortasse transtulit, quia legerat ap. Suid., quod syrmæa est olus ap. Hippocr. apio simile, *λάχανον σελίνῳ ἰκελόν* (quanquam aliis hoc olus apio simile, non *συρμαία*, sed *συρίη*, et *σύρμαιον* dicitur) aut quod fortasse existimavit syrmæam esse raphanum sylvestrem, quem Theophrastus, et Dioscorides *ἄγριον* appellant, et nonnullos * chamæraphanum vocasse Paulus l. vii. scribit, volebatque idem interpres accipi apium, ut Græce significat, quod Latinis est raphanus sylvester, non autem ut Latine significat, quod Græcis est *τὸ σέλινον*. Erotianus autem inquit, *συρμαία λέγεται ἡ ἐπιμήκης ῥαφανίς*, longus raphanus, et J. Pollux, *καὶ παρὰ Ἡροδότῳ εἶδος ῥαφανίδος συρμαία*. Est autem Plinii locus xxxvi. 12., in quo de pyramidibus scribens locum Herodoti interpretatus videri potest, Aliqui prodiderunt in raphanos, et allium, et cæpas mille octingenta [sexcenta, Harduinus e Mss.] talenta erogata: sic Plinius. Ait quidem Herodotus mille sexcenta, ut etiam Diodorus, sed et facilis est in numeris describendis lapsus, et hoc ad rem propositam minime pertinet. Syrmæa igitur fuit raphani genus, et ex eo vel succus, vel liquidum medicamentum, quod vim habuisse purgandi testatur Suidas, inquiens, *συρμαία τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων καὶ κοιλίας*, purgans medicamentum per vomitus ac ventrem; et Erotianus, *συρμαία λέγεται ἡ ἐπιμήκης ῥαφανὶς, ἣν τινες μεθ' ἅλμης ἐσθίοντες καθαίρονται*, Syrmæa longus raphanus dicitur, quem aliqui cum sale edentes purgantur. Dioscorides vero sativum raphanum alvo ac vomitibus citandis idoneum tradit: quod autem Aristophanis interpres dixit, Ægyptios usos fuisse syrmæa *πρὸς διάρροιαν*, vel male rem intellexit, vel significare alvi subductionem voluit, abusus vocabulo *διάῤῥοια*, ac præpositione *πρὸς*, nam proprie *πρὸς διάῤῥοιαν* est contra alvi fluxum, ipse vero debuit dicere ad alvi dejectionem, scilicet provocandam. Illud autem Galeni Gloss. Hippocr., *συρμαία ἡ μετρίως γινομένη τῶν περὶ τὴν γαστέρα κάθαρσις*, syrmæa est moderata ventris purgatio, ita intelligendum est, ut purgationis vocabulum pro ipso medicamento purgante accipiatur, nisi verbi vim hujus eum non percepisse fateri aliquis malit.

"*Συρμαϊσμὸς* in Epist. ad Antig., quæ Dioclis nomine circumfertur, dicitur quidem, ex nonnullorum sententia, vomitus jejuno stomacho factus: sed ap. Hippocr. aliter accipi debet. L. de Artic. scribens de aure fracta Hippocrates inquit, *ἄμεινον δὲ καὶ μαλθάξαι τὴν κοιλίην, ἢν δὲ καὶ εὐήμετος ἦ, ἐμέειν ἀπὸ συρμαϊσμοῦ*, quod est, Satius est ventrem mollire, sin autem ad vomitum etiam facilis fuerit, vomat a syrmæsmo: quid esset igitur, vomat a vomitu? Galenus hunc locum explicans inquit, *συρμαϊσμοὺς δὲ ἐκάλουν οἱ παλαιοὶ τὰς μετρίας κενώσεις εἴτε διὰ τῆς ἕδρας, εἴτε καὶ δι' ἐμέτων γίγνοιντο· τοιούτων τινα κελεύει καὶ νῦν ποιεῖσθαι*, Syrmæsmos antiqui vocabant moderatas evacuationes, sive per sedem, sive per vomitum fierent: harum aliquam jubet et nunc fieri. Hæc autem differt a Dioclis interpretatione; sed et hic opus est accipere evacuationem pro evacuante medicamento, alioquin incongrua oratio est, vomat a moderata evacuatione: aptius autem diceretur, vomat a medicamento, quod moderate evacuet; et est altera dubitatio, quod, etsi verbum *συρμαΐζειν* videri potest promiscue significare vomitum et dejectionem, ut ante dixi, tamen Hippocrates hic seorsim utrumque memorans, syrmæsmum, ut vomitui privatim idoneum, retulisse videtur. Erotianus aptius hoc verbum interpretatus est, nam cum exposuerit quid syrmæa significet (verba ejus superius attulimus) statim subdit, *καὶ καλεῖται συρμαϊσμὸς ὁ τοιοῦτος τῆς καθάρσεως τρόπος*, Et vocatur syrmæsmus hujusmodi purgationis modus: scil. syrmæa medicamentum est, et purgatio ex sumta syrmæa syrmæsmus dicitur, ut non generatim evacuationem moderatam significet, sed privatim eam, quæ more Æg. fieri solebat ex raphano, quemadmodum si dixisset, *ἀπ' ἐλλεβορισμοῦ*, ut quæ cognatio est in illis, *ἐλλέβορος, ἐλλεβορίζειν, ἐλλεβορισμὸς*, eadem sit in his, *συρμαία, συρμαΐζειν, συρμαϊσμός*, quod vero syrmæa etiam significaret potum cum hordeaceum, tum ex aqua et sale; et cibum quendam ex adipe et melle, ac certamen quoddam ap. Lacedæmonios (quæ narrantur a Suida et Hesych.) ad rem nostram minime pertinet." Marsilii Cagnati Var. Obss. ii. 18. in Gruteri Lampade T. iii. p. 553—6.

[1] Hesych. et Phavor.: *Τερετίσματα, ἢ τερετίματα· ᾠδαὶ ἀπατηλαί, * ἠχητικαί, ἢ μωρολογίας ἠχήματα*: *Τερετίσματα· ᾠδαὶ ἀπατηλαί, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα, καὶ τὰ τῶν τεττίγων ᾄσματα.* Pro *τερετίσματα ἢ τερετίματα* Is. Voss. reposuit, *τερατίσματα ἢ τερετίσματα*. Hesych.: *Τερετίζοντα· λαλοῦντα, ἐκ μεταφορᾶς τῆς χελιδόνος.* Suidas et Photius (ubi male *τερετίζομαι*), *Τερετίζομεν· τὸ αὐτὸ μέλος ᾄδομεν*: *Τερετίσματα· ᾠδαὶ ἀπατηλαί, ἢ ᾄσματα ἔκλυτα, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τέττιγος, ἢ τῆς χελιδόνος.* Cf. Zonaras p. 1722. Etym. M. p. 755, 4.: *Τέττιξ· μουσικώτατον ζῶον, παρὰ τὸ τερετίζω (τὸ μουσικῶς φωνῶ) τερέτιξ, καὶ συγκοπῇ τέττιξ.* Zonaras p. 1724.: *Τερετίζειν· μουσικῶς φωνεῖν, κιθαρίζειν.* Etym. M. p. 752, 38.: *Τερετίζειν· τοῖς μουσικοῖς κρουμάτιόν τι κατᾴδεται τὸ λεγόμενον τέρετ, ἀφ' οὗ τερετίζειν λέγεται τὸ ᾄδειν, κατὰ ἀλλοίωσιν τοῦ α εἰς ε, καὶ τερετίσματα, ᾠδαὶ ἀπατηλαί, ἢ ᾄσματα ἔκλυτα, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τέττιγος ἢ τῆς χελιδόνος.* Idem articulus paulo aliter legitur in Phavorino: * *Τρετίζειν καὶ τεττίζειν ἐπὶ τεττίγων, ἢ τερετίζειν, τοῖς μουσικοῖς κρουμάτιόν τι κατᾴδεται τὸ λεγόμενον τάρετ, ἀφ' οὗ τερετίζειν λέγεται τὸ ᾄδειν, κατὰ ἀλλοίωσιν τοῦ α εἰς ε, καὶ τερετίσματα, ᾠδαὶ ἀπατηλαί, ἢ ᾄσματα ἔκλυτα, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ τέττιγος ἢ τῆς ἀηδόνος.* Sic Zenodotus de Vocc. Anim. ap. Valck. ad Ammon. p. 230., *Ἀηδὼν τερετίζει*: idem tamen p. 231., *Τέττιξ ἠχεῖ, τερετίζει.* J. Poll. v. 89., *Τέττιγας τερετίζειν.* Vide Oudendorp. ad Thom. M. p. 908. et T. H. in Addendis, Tittmann. ad Zonar. p. 1722. Toupii Emendd. in Hes. T. iii. p. 482. iv. p. 181. Ceterum notanda est musica vox * *τάρετ*, quam nobis conservarunt Etymologus et Phavor. ll. cc., (et de qua Lexica silent), *Τερετίζειν· τοῖς μουσικοῖς * κρουμάτιον* [f. l. *κρουματικόν*] *τι κατᾴδεται, τὸ λεγόμενον τάρετ, ἀφ' οὗ τερετίζειν λέγεται τὸ ᾄδειν.* An legendum *τέρετ* pro *τάρετ*? Anacreon Fragm. 89. ap. Athen. iv. 25. p. 177, a. dixit: *Τερέτων ἡμιόπων ὑπ' αὐλῶν ὀρχεῖσθαι.* Athen. iv. 29. p. 182. c.: *Εἰσὶ δ' (οἱ ἡμίοποι αὐλοί) οἱ αὐτοὶ τοῖς παιδικοῖς καλουμένοις, οἷς, τοῖς οὖσιν ἐναγωνίοις, πρὸς τὰς εὐωχίας χρῶνται· διὸ καὶ τερέτας αὐτοὺς κέκληκεν ὁ Ἀνακρέων.*

εἰσηνέγκατο· ἡ δὲ Μουσικὴ λέγει ταῦτα, * Ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους τε ἀνοσίους Καὶ νιγλάρους, ὥσπερ τε τὰς ῥαφάνους ὅλην Κάμπτων με * κατεμέστωσε. Καὶ ἄλλοι δὲ κωμῳδοποιοὶ ἔδειξαν τὴν ἀτοπίαν τῶν μετὰ ταῦτα τὴν Μουσικὴν κατακεκερματικότων.'[1] V. Jabl. supra v. γίγγλαρος.

"ὌΛΥΡΑ, ας, ἡ,

Hesychio species est seminis mediæ inter frumentum et hordeum naturæ. Addit, quosdam eandem esse velle cum τῇ ζεᾷ s. ζειᾷ. (Ὄλυρα· εἶδος σπέρματος, ἢ βρῶμά τι, μεταξὺ σίτου καὶ κριθῆς, οἱ δὲ αὐτὴν τὴν κριθὴν, ἄλλοι καρπὸν τινὰ σιτικὸν, ζειὰν, τινὲς ζεάν.) Cum iis Galenus facit, ζειὰς ap. Hippocr. exponens ὀλύρας. (Phot. et Suid.: Ὄλυραι· ζειαὶ, εἶδος σπέρματος. Moschopulus περὶ σχεδῶν: Ὄλυρα· εἶδός τι τῶν σπορίμων, ἡ καὶ ζεὰ καλουμένη.) Necnon Dioscor. ii. 113. scribit τὴν ὀλύραν esse ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους τῆς ζειᾶς, itidemque ἀρτοποιεῖσθαι, et κρίμνον ἐξ αὐτῆς γίνεσθαι, sed ἀτροφωτέραν κατὰ ποσὸν εἶναι. Et Herod. ii. p. 65. (c. 36.) de Ægyptiis loquens, ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζέας μετεξέτεροι καλέουσι: indicans et ipse zeam cum olyra esse eandem. Sic Hom. etiam Odyss. δ. (40.) dicit, Καὶ τοὺς μὲν κατέδησαν ἐφ' ἱππείῃσι κάπῃσι, Πὰρ δ' ἔβαλον ζειὰς, ἀνὰ δὲ κρῖ λευκὸν ἔμιξαν; Il. θ. (560.) Ἵπποι δὲ κρῖ λευκὸν ἐρεπτόμενοι καὶ ὀλύρας. (Il. ε. 196.) Plin. vero xviii. 8. diversam a zea facit, et arincam Latine appellari dicit. (Ægypto autem; ac Syriæ, Ciliciæque et Asiæ et Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe.) Et c. 10. 'Ex arinca dulcissimus panis: ipsa spissior quam far, et major spica, eadem et ponderosior. Exteritur in Græcia difficulter: ob id jumentis dari ab Homero dicta: hæc enim est, quam olyram vocamus. Eadem in Ægypto facilis fertilisque.'" H. St. J. Pollux i. 183.: Τροφαὶ ἵππων, κριθαὶ, ζειαὶ, ὄλυραι, χόρτος, χιλὸς, παρὰ δὲ Ὁμήρῳ, καὶ πυροὶ, εἰ δὲ πιστεύομεν, καὶ οἶνος ποτὸν, καὶ λωτὸς, καὶ ἔλειον σέλινον. (Columella vi. 30. Si sanis equis est macies, celerius torrefacto tritico, quam hordeo reficitur, sed et vini potio danda est.) J. Poll. vii. 21., Τῇ δὲ ἀρτοπώλιδι ἀνήκει ἄλευρα, ἄλφιτα, ὄλλυραι, ζειὰ, σεμίδαλις, χόνδρος, κρίμνα, πάλημα. Schol. in Cod. MS. Basil. ad Exod. ix. 32.: Ὄλυρα· εἶδος σπέρματος, ὃ τοῖς κτήνεσι τροφὴ γίνεται. Schol. Hom. Il. ε. 196.: Ὀλύρας· εἶδος κριθώδους καρποῦ, τισὶ μὲν βικία,[2] καὶ βικίον, τισὶ δὲ ζειὰ καὶ ζέα. Gloss. Vett.: Vicia. βίκια, χόρτος, βικίον. Respicitur ad Vulgatam Versionem, ut passim in illis Glossis, notante Albertio. Eædem Glossæ: "Ὄλυρα· Far, ador, farris, P. Far, P. Farra, P. Siligo, O. Spelta, E." "Far. ζειὰ, σῖτος, ὄλυρα." Eustath. ad Il. ε. p. 538, 22. (et ex eo Phavor.): Αἱ δὲ ὀλύραι, σπόριμον μέλαν μικρότερον τοῦ λεγομένου βίκου καὶ τοῦ ὀρόβου, καὶ φυλάσσει μέχρι καὶ νῦν τὴν κλῆσιν παρά τισι τῶν παραθαλασσίων ἐποίκων τῆς μεγάλης Λυκίας. Idem ad Il. θ. p. 730, 4.: Καὶ ὅτι ὀρόβου βραχύτερον σπέρμα ἡ ὀλύρα. Exod. ix. 33., Ὁ δὲ πυρὸς, καὶ ἡ ὀλύρα οὐκ ἐπλήγη. V. et Ezech. iv. 9., ubi Hieron. Quam nos viciam interpretati sumus, LXX. Theodotioque posuerunt ὄλυραν, quam alii avenam, alii secalem putant. Gloss. in Octateuch.: Ὀλύραι· οἱ τῶν ζεῶν κόκκοι, speltarum grana. Lex. Cyrilli MS. Brem.: Ὄλυρα· ζεῖα. Etym. MS. Ὀλύρα· ἡ κριθή. Ὀλύρα· εἶδος κριθώδους καρποῦ, ζειὰ, ἡ γὰρ κριθὴ ἑξάστιχος, ὁ σῖτος τετράστιχος, ἡ δὲ ὀλύρα δίστιχος καὶ ὄψιμος.[3] V. Biel. Thes. Philolog. Ol. Celsii Hierobotan. t. ii. p. 98—101. "Hæc tria, tipham, olyram, zeam, et nominibus et re distinguit Anguillara, Par. vi. p. 98. Tipham ait Italis appellari Spelta; Olyram, Scandella; Zeam, Farro." Harduin. ad Plin. l. c. "Triticum Spelta," inquit Sprengel. H. R. H. p. 21., "aut zea Host. vocantur ὄλυρα et ζεία. Plinius fere solus xviii. 8. discrimen agnoscit inter utramque speciem; quod, si Hostium Gram. Austr. iii. t. 29, 30. sequimur, defendi potest: triticum enim Spelta habet internodia spiculas æquantia margine glabra, Tr. Zea vero internodia spiculis longiora margine pilosa." Idem p. 82.: "Triticum Zea, ζεία, Theophr. H. P. viii. 9.; Triticum Spelta, ὄλυρα, Theophr. viii. 4., de eadem sub nomine πυροῦ Θρᾳκίου πολυλόβου, de C. P. iv. 12. loquitur." Idem p. 159.: "Triticum Zea, ζεία, Diosc. ii. 111.; Triticum Spelta, ὀλύρα, ii. 113." Idem p. 132.: "Mnesitheus Cyzicenus, Oribas. Coll. 4. 4., περὶ ἐδεστῶν scripsit, Athen. ii. 16.; confudit tamen τίφην et ὀλύραν, secale et speltam, Galen. Fac. Alim. i. 312."[4]

* Ὀλυρίτης, ου, ὁ, Panis ex olyra factus. עֻגָה, Placenta. 3 Reg. xix. 6. Καὶ ἰδοὺ πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ ἐγκρυφίας ὀλυρίτης. Etym. MS.: Ὀλύρα· ἡ κριθὴ, καὶ Ὀλυρίτης ἄρτος, ὁ τῶν κριθῶν. Trypho Alexandrinus ἐν τοῖς Φυτικοῖς ἄρτων ἐκτίθεται γένη, εἴ τι κἀγὼ μέμνημαι,—τὸν ἐξ ὀλυρῶν, τὸν ἐκ τιφῶν, τὸν ἐκ μελινῶν, Athen. iii. p. 109. d. Herod. ii. 77. de Ægyptiis: Ἀρτοφαγέουσι δὲ, ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλήστις ὀνομάζουσι. "Quod panis genus (ὀλυρίτης) Gen. xl. 16. vocari videtur χονδρίτης. Gloss. Gr. Lat. exponunt, Cinarius." Valck. Gloss. S. ex Hes. p. 2.

"Ζέα s. Ζειὰ, Zea: secundum quosdam frumenti species est, secundum alios idem quod ὄλυρα, Hes. (Ζειά· οἱ μὲν σίτου εἶδος, οἱ δὲ τὰς ὀλύρας.) quemadmodum Galen. quoque ζειὰς ap. Hippocr. (de Morb. Mul. p. 265, 43. 266, 1, 3. 267, 8.) exponit ὀλύρας. Itidem vero et Herod. (ii. 36. de Ægyptiis: Ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζεὰς μετεξέτεροι καλέουσι.) zeam et olyram idem esse dicitur ostendere. Asclepiades ap. Galen. ix. (3.) τῶν κατὰ Τόπους far et zeam idem esse vult, inquiens, φάρρους, ὃ καλοῦσι ζέαν, ἀληλεσμένον. Sed iis non assentitur Plin. (xviii. 8.) manifestum discrimen ponens inter tria hæc semina; 'Ægypto autem ac Syriæ Ciliciæque et Asiæ ac Græciæ peculiares zea, olyra, tiphe. Qui zea utuntur, non habent far.' Et Gorræus τὴν ζειὰν non far,

[1] "Qui tanquam Aristophanis laudantur ibi versus, illius non sunt, sed Pherecratis, superioribusque hujus poetæ adhærerent, ni librariorum culpa, qui partem illam Plutarchi Operum miris modis corruperunt, locus esset luxatus. Nimis quam manifestum est depravatos eos esse versus. Quænam possit eorum esse constructio, non video, nisi ad hunc modum legantur: Ἐξαρμονίους, ὑπερβολαίους, ἀνοσίους Με νιγλάροις, ὥσπερ γε τὰς ῥαφάνους ὅλην Κάμπτων, κατεμέστωσε." Brunck. Wyttenbachius hæc notavit: "Brunck. h. l. continuat proximis versibus ἐξαρμονίους—κατεμέστωσε, quos Aristophani abjudicans, Pherecrati adjudicat, et, quod mirum, plane ita jam verterat Valgulius; haud illi quidem sine verisimilitudine, modo ne obsint verba illa, ἡ δὲ Μουσικὴ λέγει, quæ, licet continuo subjiciantur, post κατεμέστωσε, tamen frigent."

[2] "Suida teste, Βίκος est σπέρμα quoddam; idem procul dubio, quod peculiariter Asianos appellare Βικίον tradit Galen. Latinis Vicia." H. St. Glossæ: "Βικίον· Vicia, S." "Βικία· χόρτος, Vicia." Phavor.: Βίκος· τὸ ἀγγεῖον, καὶ τὸ σπέρμα. Excerpta e Moschopulo MS. in Agapetum ap. Fabric. Bibl. Gr. t. xii. p. 306.: Βίκος· εἶδος ὀσπρίου, καὶ ὁ λεγόμενος * ξυλοξύστης.

"Ἀφάκη, ης, ἡ, Aphaca s. Aphace: inter fruges reponitur ac legumina, viciæque species est. Ut et Galen. de Alim. Fac. i. cap. penult. inscribens περὶ ἀφάκης καὶ βικίου, dicit τὸ σχῆμα τῶν σπερμάτων τούτων esse ὑπόπλατυ μᾶλλον ὁμοίως τοῖς φακοῖς: condi autem hæc ab agricolis σὺν αὐτοῖς τοῖς λοβοῖς ἅμα τοῖς φυτοῖς ὅλοις ἕνεκα τῆς τῶν ἀλόγων θρεμμάτων τροφῆς. Sed addit, βικίου appellationem suis tantum Asianis familiarem esse: apud Atticos vero ipsum vocatum fuisse ἄρακον. Plin. xxvii. 5., Aphace tenuia admodum folia habet: pusillo altior lenticula est: siliquas majores fert, in quibus terna aut quaterna semina sunt nigriora et madidiora et minora lenticula: nascitur in arvis. Quæ mutuatus est e Dioscor. ii. 178. Rursum Plin. xxi. 17. Amara et aphace et quæ picris nominatur. At quæ cap. præced. de aphace scripserat, desumsit e Theophr. H. P. vii. 8. Ἀφάκη dicitur etiam esse Libyæ oppidum: indeque Ἀφακίτης, civis s. incola ejus oppidi." H. St. Athen. ix. 406. c. e Phænia Eresio de Plantis: Τὸ δὲ πάλιν αὐθις λεκιθώδη, καθαπὲρ ἀφακος· τὸ δὲ † φακῆς, οἷον ἀφάκη, φακός. Τὸ δὲ χόρτου ἕνεκα τῶν τετραπόδων ζώων, οἷον ὄροβος μὲν ἀροτήρων βοῶν, ἀφάκη δὲ προβάτων. Sprengelius H. R. H. p. 98. 100. 183.: "Lathyrus tuberosus, ἄρακος, Theophr. H. P. viii. 8. cf. Galen. Fac. Alim. i. p. 316.; Lathyrus Aphaca, ἀφάκη, Theophr. viii. 3., Dioscor. ii. 178.; Leontodon Taraxacum, ἀφάκη, Theophr. vii. 8. primo vere florens, per totum annum durat."

"Ἀφάκης, Stultus; ἄφακες enim Hesych. affert pro εὐηθεῖς." H. St. "Ἀφηκίς, Hesychio εὐηθής." H. St. Albertio judice, ἀφάκης est i. q. ἀβάκης, elinguis, stultus.

[3] In Bielii Thes. Philolog. locus, mala interpunctione laborans, sic legitur: Ὀλύρα· εἶδος κριθώδους καρποῦ, ζειὰ, ἡ γὰρ κριθὴ ἑξάστιχος ὁ σῖτος. τετράστιχος. ἡ δὲ ὀλύρα δύστιχος καὶ ὄψιμος, quæ Biel. sic vertit: Ὀλύρα, genus frumenti hordeacei, zea, hordeum enim frumentum sex ordines habens, vel quatuor ordines, ὀλύρα vero duos ordines, et est serotina. Formam δύστιχος respuit Gr. linguæ ratio. "Omnes voces, quæ a δύο componuntur, semper Græci per δι expresserunt (non autem per δυ aut δυς, ad vitandum malum omen, ut puto). Sic δίγονος περιστερὰ ap. Hesych., eo quod duos fœtus semper simul educat. Sic δίιαμβος versus vel pes constans e duobus iambis, at si in aliqua voce sibilus interponendus fuisset, certe in hac voce debebat, ad vitandam cacophoniam, et eam vocalis ι importunam iterationem." Palmerius Exercitt. p. 6.

[4] Zonaras p. 1443.: * Ὄλυρος· τραχύς. "Ignorant Lexica: an leg. Ὄλουρος· τ. Ἀχαΐας?" Tittmann. Steph. Byz.: Ὀλουρος· πολίχνιον τῆς Ἀχαΐας, οὐ πόῤῥω Πελλήνης ὡς Ξενοφῶν ἑβδόμῳ, τὸ ἐθνικὸν, * Ὀλούριος. Eustath. ad Il. β. p. 298, 25.: Δώριον οἱ μὲν ὄρος, οἱ δὲ πεδίον τὴν νῦν Ὀλουριν ἢ Ὀλουραν, κειμένην ἐν τῷ αὐλῶνι τῆς Μεσσηνίας. "Ὀλουρίδες Hesychio εἶδος κόγχης." H. St. Hesych.: * Ὀλούροισιν· ἄνω τῆς θύρας στρόφιγγος. De his Hesychii glossis silent interpretes. Prior in Phavorino legitur.

ipsum, sed semen ex quo parabatur, a frugis præstantia Latinos appellasse ait. Veruntamen et Hieron. in Es. xxviii.: Pro farre, quod Græci ζέαν vocant, quidam viciam intelligunt. Et in Ezech. iv. Quam nos viciam interpretati sumus, Septuaginta Theodotioque posuerunt ὄλυραν, quam alii avenam, alii sigalem (secalem) putant. Aquilæ autem prima editio et Symmachus ζέας s. ζειὰς interpretati sunt, quas nos vel far, vel gentili Italiæ Pannoniæque sermone spicam speltamque dicimus. At Dionys. Halic. ζέαν Latine dici fabilam existimavit, (A. R. ii. t. i. p. 288. ed. Reisk. Ἐκάλουν δὲ τοὺς ἱεροὺς οἱ παλαιοὶ γάμους, Ῥωμαϊκῇ προσηγορίᾳ περιλαμβάνοντες, φαῤῥάκια, ἐπὶ τῆς κοινωνίας τοῦ φάῤῥος, ὃ καλοῦμεν ἡμεῖς ζέαν.) Utut sit, frumenti genus est tritico simillimum, radice multiplici et alba, culmo numeroso, sed tritico fuscius et minus, inquit Gorræus. Plin. (xviii. 8—11.) dicit latiores esse ejus spicas, nigrioresque et brevi stipula: et ex zea pulchrius quam ex tritico fieri granum, quamvis id aliceæ vitium sit: tradique eam ac tiphen, quum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ serantur, nec protinus, sed tertio anno: esse hanc et Italiæ in Campania maxime, semenque appellari: ac propter eam ab Homero ζείδωρον ἄρουραν dici, non, ut aliqui arbitrantur, quoniam vitam donaret. Duæ autem ejus sunt differentiæ, Dioscor. (ii. 111.) una simplicis grani, altera gemini, duabus tunicis involuti, quæ ob id Δίκοκκος cognominatur. Porro quod ad ζειὰ attinet, sciendum est ipsum esse Ionibus familiarius, ideoque legi non ap. Hippocr. solum, sed et ap. Hom. Odyss. δ. (604.) Πυροί τε ζειαί τ' ἰδ' εὐρυφυὲς κρῖ λευκόν. (ibid. 41. Πὰρ δ' ἔβαλον ζειάς, ἀνὰ δὲ κρῖ λευκὸν ἔμιξαν. V. Biel. Thes. Philolog. et supra v. ὄλυρα. Artemidor. i. 68. Κέγχρος δὲ καὶ ἔλυμος καὶ ζειὰ πενίας καὶ ἀπορίας σημαντικά. Hesych.: Ζεία· κριθή, ἢ σίτου γένος: ubi ζέα postularet ordo, notante Albertio, et sic legitur in Cod. Ven. teste Schow.) Ζέα ap. Athenienses dicitur etiam ἡ Ἑκάτη, et portus quidam in Piræeo, ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζειᾶς, teste Hes. (Ζέα· ἡ Ἑκάτη παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων, οὕτω καλούμενος ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζειᾶς, ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. "Tres portus habebat Piræus, *Ἀφροδίσιον, Κάνθαρον, de quo v. Hes., et Ζέαν. Priores duos memorat, præter alios, Schol. ad Aristoph. Pac. 144. ubi v. Florent. Tertii autem ne nomen quidem sciremus, absque uno Hesychio esset. V. Meurs. de Piræo c. 3. p. 15. Breviter Photius: Ζέα· λιμὴν Ἀθήνησιν." Albertius.) At Hierocles in Hippiatricis, de equi febricitantis signis, καὶ τὸ στόμα ἄφθης μεστὸν, καὶ ἡ ζέα, ἤτοι γραμμὴ, μετέωρος καὶ θερμὴ καὶ μαλακή: ubi striata pars oris significatur. Alibi itidem, καὶ πρῶτον μὲν ἀφαιρεῖν αὐτοῦ αἷμα δεῖ ἀπὸ τοῦ οὐρανίσκου, διαριθμησάμενον τὴν ζέαν τὴν τρίτην ἢ τὴν τετάρτην. Bud." H. St. Ap. Veget. i. 2. et 32. iv. 2. de Re Veterin. Gradus sunt rugæ in palato equi numero duodecim. Est etiam *Zea rosmarini species, Apul. de Herb. 79. Etym. M. p. 410, 11. Ζειαί· αἱ ὀλύραι, κατὰ δὲ ἑτέρους αὐτὴ ἡ κριθή, πλεονασμῷ τοῦ ζ, εἰαί τινες οὖσαι· εἰαὶ γὰρ αἱ τροφαί, οἷον, Θώων παρδαλίων τε λύκων τ' ἤια πέλονται, ὅτι ζώων εἰαί εἰσιν, ex Hom. Il. N. 103. "Δατῶναι, Hes. ζειαί, zea." H. St.

"Ζώντειον s. Ζώντιον proparoxytonως, ὁ μύλων, παρὰ τὰς ζέας: quæ et ζειαὶ vocantur: nimirum ὅπου αἱ ζειαὶ ἐκόπτοντο, quasi ζεόντειον s. ζεόντιον: alii esse volunt τόπον ὄνομα ὅπου ἐκολάζοντο οἱ οἰκέται. Ita Etym. M. et Lex. meum vet. sed apud illum scriptum est ζώτειον (MS. Leidensis, teste Kœn. ad Gregor. Cor. p. 568., ubi de Dialecto Ionica, Τὸν μύλωνα· ζώτειον, habet ζώντιον.) et ζώστειον: quod posterius ap. Aristoph. in Babyloniis legi tradit ex Oro Milesio. Hesych. quoque Ζώντιον vocari tradit τὸν μύλωνα, pistrinum: veluti ζεώντειον, ὅπου τὰς ζειὰς ἔκοπτον, et Suid. (et Zonar.) Ζώντειον, κολαστήριον οἰκετῶν. Ap. J. Poll. (iii. 78. ubi tamen Falckenb. προπαροξυτόνως, ζώντεια.) properispωmenως ζωντεῖον scriptum est." H. St. Iterum J. Poll. vii. 19.: Ὁ δὲ πιπράσκων τὰ ἄλφιτα, ἀλφιτεῖον, μύλων, ζώτριον, ζητρεῖον, χόνδριον, χονδροκοπεῖον: ubi C. V. ζώστριον, C. A. ζωτρεῖον ζήτριον. "Ζατρεύω, Suidæ (et Zonaræ) τὸ ἐν μύλωνι βασανίζω, In pistrino torqueo. (Tittmanni Cyrillus ζατεύω eadem explanatione.) Etym. quoque teste, ζατρεύω proprie est τὸ ἐν μύλωνι βασανίζω: qui etiam addit esse ἀπὸ τοῦ ζητρείου, quod ap. Iones significet τὸ βασανιστήριον. Lex. meum vet. esse vult παρὰ τὸ ζα ἐπιτατικὸν, καὶ τὸ τρέω, quod est φοβοῦμαι. Unde τροπῇ τοῦ α εἰς η dici ζητρεῖον, τὸ τῶν δούλων δεσμωτήριον: quoniam ibi ἐδεσμεύοντο οἱ δοῦλοι." H. St. "Ζητρεῖον Hes. τὸ τῶν δούλων κολαστήριον, Locus in quo servi puniuntur: itidemque Suidæ, afferenti ipsum ex Eupolide. Sic et J. Poll. iii. (78.) ἵνα κολάζονται οἱ δοῦλοι, esse dicit μύλωνας, ζητρεῖα, ἀλφιτεῖα, χονδροκοπεῖα, ζωντεῖα." H. St. Hesych.: Ζητρεῖον· τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. Cod. Ven. Ζητρ..., τ. τ. δ. κ. "Plures literas una cum scribendi compendio exscalpsit; inter literas deletas agnosco ειο, at vocem integram legere nequeo." Schow. Hesych.: *Ζητρόν· τὸν δημόκοινον. Zonaras: Ζητρεῖον· ὁ κοῦσπος, τὸ τῶν δούλων κολαστήριον, ἐκεῖ γὰρ ἐδεσμεύοντο οἱ δοῦλοι. (Jo. Tzetz. Chil. xiii. 301.: Κοῦσποι δὲ καὶ *κλοιόποδες, οὕσπερ φαμὲν καὶ κλάπους. V. Du-Cang. Gloss.) Etym. M. p. 411, 33.: Ζήτρειον· σημαίνει τὸ τῶν δούλων δεσμωτήριον, ἤγουν τὸν μύλωνα, παρὰ Χίοις καὶ Ἀχαιοῖς· ἐκεῖ γὰρ ἐδεσμεύοντο οἱ δοῦλοι. Εὔπολις, Ὥσπερ γὰρ εἰς ζήτρειον ἐμπεσών· καὶ Θεόπομπος,—ὥς μοι δοκεῖν Εἶναι τὸ πρόθυρον τοῦτο βασανιστήριον, Τὴν δ' οἰκίαν ζήτρειον ἢ κακὸν μέγα. Σύνθετον δέ ἐστιν ἐκ τοῦ ζα καὶ τοῦ τρέω τὸ φοβοῦμαι, ζάτρεον (ζάτρειον) καὶ ζήτρειον. ἢ παρὰ τὸ δεῖν τὸ δεσμεύειν καὶ τὸ τρέω, γίνεται δήτρειον (Etym. Paris. δείτρειον, ut in edito scribendum Sylburg. putat, Bast. ad Gregor. Cor. p. 279. Sed v. Eustath. loco mox laudando.) κατὰ τροπὴν [τοῦ δ εἰς ζ καὶ] τῆς ει διφθόγγου εἰς τὸ η, ἐν ᾧ δεῖσθαι τρέουσιν. εὕρηται δὲ καὶ διὰ τοῦ ι συνεσταλμένον καὶ (imo leg., ut ap. Zonar. συνεσταλμένως, ὡς) παρὰ Ἡροδότῳ,[1] Ἄγε (Ἄγ') αὐτὸν εἰς τὸ ζήτρειον (leg. *ζήτριον, ut vidit Tittmann. ad Zonar.) ἔστι δὲ χορίαμβον (Sylb. χωλίαμβον, iambicum claudicans: sic legitur in Zonara: sed leg. *χωλιαμβικὸν, ut vidit Ruhnk.) τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ὧρος προπαροξύνει, ὡς τὸ γήτειον, ὁ δὲ Ὠριγένης προπερισπᾷ (Zonar. περισπᾷ.). Χοιροβοσκός. Eust. ad Il. Λ. p. 837. 44.: Ἔνθα *παρασημειωτέον καὶ τὸ κατὰ μὲν Ὧρον τὸν γραμματικὸν, ζήτρειον προπαροξυτόνως, κατὰ δὲ ἑτέρους, ζητρεῖον προπερισπωμένως, ὃ δηλοῖ φασι δούλων δεσμωτήριον ἤγουν μύλωνα· ἐκεῖ γὰρ ἐδεσμοῦντο οἱ δοῦλοι· αὐτὸ γὰρ κατά τινας, παρὰ τὸ δεῖν ὅ ἐστι δεσμεύειν, καὶ τὸ τρεῖν ἤγουν φοβεῖσθαι συντεθὲν εἰς δήτρειον, ζήτρειον γέγονε μεταπεσόντος τοῦ δ εἰς ζ. Id. ad Od. A. p. 1411. 32.: Δῆλον δὲ, ὅτι ταὐτόν ἐστι σιδήρεον δέσμα καὶ *σιδηροπέδην ἢ σιδηρᾶν ποδοκάκην εἰπεῖν, τινὲς δὲ καὶ τὸ ζητρεῖον ποδὸς φασι δεσμόν.

"ΤΙΦΗ, (ἡ.)

Frumenti genus. Hesych. Τίφαι· αἱ ὀλύραι: sed diversum ab olyra esse, e Plin. xviii. 8. patet: Ciliciæ et Asiæ ac Græciæ peculiares, zea, olyra, tiphe. V. et c. 10. (Tiphe et ipsa ejusdem est generis, ex qua fit in nostro orbe oryza. Apud Græcos est zea. Traduntque eam ac tiphen, quum sint degeneres, redire ad frumentum, si pistæ serantur; nec protinus, sed tertio anno. Cf. Theophr. H. P. ii. 5.) V. etiam Theophr. H. P. viii. 1. (et 9.) de C. P. iv. (6.) Aristot. H. A. viii. (21. de porcorum morbis, Ἐκβάλλουσι δὲ τὰς χαλάζας ταῖς τίφαις, ὃ καὶ πρὸς τὴν τροφήν ἐστι χρήσιμον.) Ceterum quod de pabulo equorum loquens Hom. Il. Ξ. (Θ. 188.) scripsit, Ὑμῖν μὲν (πὰρ) προτέροισι μελίφρονα πυρὸν ἔθηκεν, insignes Grammatici cum Galeno per τίφην explicant, ut v. l. annotant." H. St. "Tiphen et olyram rem alii eandem esse, alii diversam, veteres prodiderunt, referente eorum sententias Galeno de Aliment. Fac. i. 13. T. vi. p. 319. περὶ τιφῶν καὶ ὀλυρῶν καὶ ζειῶν." Harduin. ad Plin. l. c. "Secale cereale, τίφη, Theophr. H. P. viii. 1, 2, 4., tritico simile, sed semen folliculis inclusum gerit. Secale cereale a Theophrasto primum memoratum, in Armenia sponte nasci dicitur a Clavijo, Hist. del Gran Tamorlan p. 103. Madr. 1782. 4." Sprengel. H. R. H. p. 80. Hesychii lapsum notavit Bod. ad Theophr. p. 955, 6. Eodem in

[1] "Nomen Herodoti falsum putat" Tittmann. Procul dubio intelligi debet poetæ nomen. Ruhnkenii conjectura Tittmanni diligentiam effugit. Herodis Iambographi "nomen," inquit D. R. Hist. Crit. Oratt. Gr. p. 172. Reisk., "abiit in notius Herodoti ap. Etym. M. p. 411, 41.: Ζήτριον διὰ τοῦ ι συνεσταλμένον, καὶ παρὰ Ἡροδότῳ Ἄγ' αὐτὸν εἰς τὸ ζήτριον, ἔστι δὲ χωριαμβικὸν τὸ μέτρον. In mendoso Ἡροδότῳ hærebat Wesseling. Diss. Herod. p. 29. Idem Etymologi locus induxisse videtur Scalig. ad Varron. de L. L. vi. p. 149., ut iamborum scriptorem Herodotum vocaret."

errore Mnesitheum fuisse, scribit Galen. l. c. Geoponica iii. 3, 12.: Σπείρειν δὲ ἐν τοῖς οἰκείοις τόποις σησάμην, τύφας, ζειὰς, κέγχρον, καὶ * καννάβιον. Sic male edidit Niclas. pro τίφας, ut in Bas. legitur. Trypho Alexandrinus ἐν τοῖς Φυτικοῖς ap. Athen. iii. p. 109. c. inter panum genera recenset τὸν ἐξ ὀλυρων, τὸν ἐκ τιφῶν, τὸν ἐκ μελινῶν. "Observatione dignum est nomen Teff, terminatione Gr. η omissa, hodie apud Æthiopas frumenti genus indicare: necnon ap. Homerum κρῖ pro κριθῇ legi, omissa terminatione θη. Nonne hinc probabile fit frumenta ex oriente Græciam allata?" J. Stackhous. ad Theophr. viii. 1.

* Βρίζα, ἡ. Galen. Aliment. Fac. i. 13.: Ἰδὼν ἐν Θράκῃ καὶ Μακεδονίᾳ πολλὰς ἀρούρας ὁμοιότατον ἐχούσας, οὐ μόνον τὸν στάχυν, ἀλλὰ καὶ τὸ φυτὸν ὅλον τῇ παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ, (τιφῇ) τὴν προσηγορίαν εἰρόμεν ἥν τινα ἔχει παρ' ἐκείνοις τοῖς ἀνθρώποις, καί μοι πάντες ἔφασαν, αὐτό τε τὸ φυτὸν ὅλον, καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ καλεῖσθαι βρίζαν, τῆς μὲν προτέρας συλλαβῆς διὰ τρίων γραμμάτων γραφομένης τοῦ β καὶ ρ καὶ ι, τῆς δὲ ἐφέξης αὐτῇ διὰ τοῦ ζ καὶ α, κατά γε τὴν ὀρθὴν πτῶσιν, ἐπὶ δὲ τῆς αἰτιατικῆς μετὰ τοῦ ν δηλονότι. "Βρίζα dicta planta hæc ἀπὸ τοῦ βρίζειν, quod est onerare, aggravare, et quasi veterno sopire, quod hujus panis usu evenire, scriptum reliquit Galenus," Bod. ad Theophr. p. 955.: an recte, alii viderint. De h. v. silet Sturzius in libro, cui titulus De Dial. Maced. et Alexandr. "Zeæ monococcæ et dicoccæ meminit Bauhin., quarum prior Trit. Monococcum L. Briza dicta, posterior Trit. Spelta, ambæ aristatæ," notante Stackhousio l. c.

"'Ὄρυζα, Oryza, e genere τῶν σιτηρῶν, frumentaceorum,' s. frugum, ut olyra. Diosc. ii. 117. (φυομένη ἐν ἑλώδεσι τόποις καὶ ὑγροῖς.) Dicitur etiam Ὄρυζον. Theophr. H. P. iv. 5.: Μᾶλλον δὲ σπείρουσι τὸ καλούμενον ὄρυζον, ἐξ οὗ τὸ ἕψημα· τοῦτο δὲ ὅμοιον τῇ ζειᾷ, καὶ περιπτισθὲν οἷον χόνδρος, εὔπεπτον δὲ, τὴν ὄψιν πεφυκὸς ὅμοιον ταῖς αἴραις. Plin. xviii. 7." H. St. Vide Bod. ad Theophr. p. 362. Linnæo, et Sprengelio H. R. H. p. 88. et 171. Ὄρυζα est Oryza sativa. Strabo xv. p. 690.: Ἐκ δὲ τῆς ἀναθυμιάσεως τῶν τοσούτων ποταμῶν, καὶ ἐκ τῶν ἐτησίων, ὡς Ἐρατοσθένης φησὶ, βρέχεται τοῖς θερινοῖς ὄμβροις ἡ Ἰνδικὴ, καὶ λιμνάζει τὰ πεδία· ἐν μὲν οὖν τούτοις τοῖς ὄμβροις λίνον σπείρεται καὶ κέγχρον, πρὸς τούτοις σήσαμον, ὄρυζα, βόσμορον. Idem p. 692.: Τὴν δ' ὄρυζάν φησιν ὁ Ἀριστόβουλος ἑστάναι ἐν ὕδατι κλειστῷ, πρασιὰς δ' εἶναι τὰς ἐχούσας αὐτήν· ὕψος δὲ τοῦ φυτοῦ, τετράπηχυ, * πολύσταχύ τε, καὶ πολύκαρπον, θερίζεσθαι δὲ περὶ δύσιν Πλειάδος καὶ πτίζεσθαι (πτίσσεσθαι, Esc. Mosc. recte) ὡς τὰς ζειάς· φύεσθαι δὲ καὶ ἐν τῇ Βακτριανῇ, καὶ Βαβυλωνίᾳ, καὶ Σουσίδι, καὶ ἡ κάτω δὲ Συρία φύει. Μέγιλλος δὲ τὴν ὄρυζαν σπείρεσθαι μὲν πρὸ τῶν ὄμβρων φησὶν, ἀρδείας δὲ καὶ φυτείας δεῖσθαι, ἀπὸ τῶν κλειστῶν ποτιζομένην ὑδάτων. "Colendi modum eundem hodie observant Indi, nec agricultura Sinensis differt: v. librum Gust. Eckeberg. de agricultura Sinense Angl. versum p. 278." Falc. Strabo xv. p. 709. e Megasthene, Πίνειν δ' ἀπ' ὀρύζης ἀντὶ κριθίνων συντιθέντας, καὶ σιτία δὲ τὸ πλέον ὄρυζαν εἶναι ῥοφητὴν (Mss. τροφὴν, Marg. Cas.). Ælian. N. A. xiii. 8., Ἐλέφαντι δὲ ἀγελαίῳ μὲν, εἰθισμένῳ γε μὴν, ὕδωρ πόμα ἐστί· τῷ δὲ εἰς πόλεμον ἀθλοῦντι οἶνος μὲν, οὐ μὴν ὁ τῶν ἀμπέλων, ἐπεὶ τὸν μὲν ἐξ ὀρύζης χειρουργοῦσι, τὸν δὲ ἐκ καλάμου. Ὀρύζα, גד Samaritan. Exod. xvi. 31., notante Biel. Thes. Philolog. Ex oryza et farina medicorum quorundam inter Indos victus, Strabo p. 713.

* Ὀρυζίτης πλακοῦς, Chrysippus Tyaneus ἐν Ἀρτοκοπικῷ, ap. Athen. xiv. 647. d. Hac voce caret Schneideri Lex. * Ὀρυζοτροφέω, Oryzam gigno. Strabo xv. p. 838, Ὀρυζοτροφεῖ δ' ἡ γῆ διὰ τὸν αὐχμόν. "Hic Strabo non sibi constare videtur, nam in L. xv. (l. c.) ait vere oryzam ἑστάναι ἐν ὕδατι κλείστῳ, et postea, ἀπὸ τῶν κλείστων ποτιζομένην ὑδάτων: negativum deesse suspicor." Falc. Hinc "Ἐλειογενὲς Hesychio ὄρυζα, Oryza, procul dubio quoniam in palustribus locis nascitur." H. St. "Scrib. ergo Ἑλειογ. cum spiritu aspero." Albertius. "Oryzam Græci recentiores ἐλειογενὲς vocarunt:" (de h. v. silet Du-Cang. Gloss. Gr.) "Busbequius Epist. i.: 'Fuimus Philippopolis, vidimus in locis palustribus et aquosis oryzam instar tritici crescentem.'" Bod. ad Theophr. p. 362.

* Βόσμορος s. * Βώσμορος s. * Βόσπορος, ὁ. Strabo xv. p. 690. de India, ex Eratosthene, Ἐν μὲν οὖν τούτοις τοῖς ὄμβροις λίνον σπείρεται καὶ κέγχρον, πρὸς τούτοις σήσαμον, ὄρυζα, βόσμορον: p. 692., Περὶ δὲ τοῦ βοσμόρου, ὅν φησιν Ὀνησίκριτος, διότι (ὅτι Par. 1. Med. 3, 4.) σεπτός (λεπτὸς Par. 4.: σῖτός, Epitomes Auctor) ἐστι μικρότερος τοῦ πυροῦ, γεννᾶται δ' ἐν ταῖς μεσοποταμίαις· φρύγεται δ' ἐπὰν ἀλοηθῇ, προομνύντων μὴ ἀποίσειν ἄπυρον ἐκ τῆς ἅλω, τοῦ μὴ ἐξάγεσθαι σπέρμα. Pro βοσμόρου legitur in Par. 1. Mosc. βωσμόρου. Diod. S. ii. 36.: Χωρὶς δὲ τῶν δημητριακῶν καρπῶν φύεται κατὰ τὴν Ἰνδικὴν πολλὴ μὲν κέγχρος, ἀρδευομένη τῇ τῶν ποταμίων ναμάτων δαψιλείᾳ, πολὺ δὲ ὄσπριον καὶ διάφορον, ἔτι δὲ ὄρυζα, καὶ τὸ προσαγορευόμενον βόσπορον. Iterum eod. cap. κατὰ τὴν θερινὴν τροπὴν, καθ' ἣν σπείρεσθαι συμβαίνειν τὴν ὄρυζαν καὶ τὸ βόσπορον, ἔτι δὲ σήσαμον καὶ κέγχρον. "Strabo semel iterumque βόσμορον, et forte melius, uti visum quoque Is. Casaubono." Wesseling. "Theophr. H. P. iv. 5. de India: Φέρει δὲ καὶ σπέρματα ἴδια, τὰ μὲν τοῖς χεδροποῖς ὅμοια, τὰ δὲ τοῖς πυροῖς, καὶ ταῖς κριθαῖς, et postea addit, est γένος ἀγρίων κριθῶν, ἐξ ὧν καὶ ἄρτοι ἡδεῖς, καὶ χόνδρος καλός· ταύτας οἱ ἵπποι ἐσθίοντες τὸ πρῶτον διεφθείροντο· κατὰ μικρὸν δὲ οὖν, ἐθισθέντες ἐν ἀχύροις, οὐδὲν ἔπασχον. An hoc hordeum sylvestre sit βόσμορον Strabonis, quod certe idem ac βόσπορον Diodori, Bodæus [ad Theophr. p. 362.] hæret. Idem esse puto. Tostum enim hordeum alicam facit optimam, nec alio modo confici potuit. Igne torrefactum esse, ne semen exportetur, haud necesse cum Onesicrito sentiamus. Vocem σεπτὸς esse conjicit Villebrun. σηπτὸς vel εὔσηπτος, quod ita vertit in sensu Hippocratis, facilis digestioni, nisi mavis ὠπεπτὸς [εὔπεπτος]. Cur autem non πεπτὸς scilicet coctivus simpliciter legatur!" Falc. H. Steph. Thes. iii. p. 228.: "Πεπτὸς, Coctus vel coctibilis, Plinio." Sensus Strabonis postulat σῖτος, quod in Epitomes auctore legitur, quodque jure prætulit Xyland. Ceterum ad linguam veterem Indicam, an ad Ægyptiacam pertineat vox βόσμορος, aliis statuendum relinquimus.

ὈΡΙΝΔΗΣ, ου, ὁ, (ἄρτος).

"Ὀρίνδην Hesych. ap. Æthiopes esse dicit panem, et semen sesamo assimile quo cocto vescantur: addit, alios esse velle ὄρυζαν, oryzam.[2] J. Poll. (vi. 73.) scribit ὀρίνδην esse ἄρτον τινα ap. Æthiopes, nimirum τὸν ἐξ ὀρινδίου (C. A. ὀρίνδου, C. V. ὀρινθίου) γινόμενον: esse autem ὀρίνδιον, σπέρμα ἐπιχώριον, ὅμοιον σησάμῃ. Perperam itaque ὀρνίδης[3] scriptum est ap. Athen. iii. (p. 110. e.) ubi itidem esse dicit ἄρτον τὸν ἐξ ὀρύζης γινόμενον, vel τὸν ἀπὸ τοῦ ἐν Αἰθιοπίᾳ γιγνομένου σπέρματος, ὅ ἐστιν ὅμοιον σησάμῳ: meminisse autem hujus ὀρίνδου ἄρτου Sophoclem in Triptolemo." H. St.

"ΣΕΜΙΔΑΛΙΣ, (ἡ, εως, άλιδος,)

Simila, Similago. Est farina ex tritico communi facta: ex qua confectus panis, σεμιδαλίτης dictus est, cui secundum inter panes bonitatis locum assignat Gal. De Al. Fac. i. (2. Athen. iii. p. 115.) Primum enim tribuit τῷ σιλιγνίτῃ, h. e.

[1] "Galen. Aliment. Fac. i. 16. et 17. non inter σιτηρὰ, sed inter ὄσπρια legumina recenset, (cum contra inter frumentacea a Dioscoride referatur): Ὄσπρια καλοῦσιν ἅπαντα τῶν δημητρίων σπερμάτων, ἐξ ὧν ἄρτος οὐ γίνεται, κυάμους, πισσοὺς, ἐρεβίνθους, φακοὺς, θέρμους, ὄρυζαν, ὀρόβους. Nobis probatur Dioscoridis sententia, non tantum, quod certum sit, ex oryza fieri panem, sed quod tota facie et habitu planta hæc frumento quam legumini sit similior. Imo cum leguminibus nullam, cum frumento summam habet similitudinem. Aspice caulem, folium, semen, reliquamque faciem ac ideam plantæ. Mendi suspicio nulla; statim enim cap. seq. 17. de oryza, ac si leguminum præcipuum esset, agit." Bod. ad Theophr. p. 362. Cf. Saraceni Scholia ad Dioscor. ii. 117.

[2] Hesych.: Ὀρίνδην· ἄρτον παρὰ Αἰθίοψι, καὶ σπέρμα, παραπλήσιον σησάμῃ, ὅπερ ἕψοντες σιτοῦνται, τινὲς δὲ ὄρυζαν. In Cod. Ven., teste Schow, est, Ὀ. α.—σιτάμῃ, ὃ. ἕψοντες—ὄρυζαν. Ultimam vocem pessime a Musuro in ὄρυζαν corruptam vv. dd. Hesychio reddiderunt, notante Schow. In J. Poll. vi. 73. (ut et ap. Hesych.) legebatur σιτάμῃ: MS., testibus Kuhn. et Jung., σισάμῃ, C. A. σησάμῳ. Formam σιτάμη, quæ Græcis recentioribus placuisse videtur, Albertius, Kuhn., et Jung. non agnoscunt. In Glossis tamen legitur, Σίσαμον sisamum, et Sisamum in Pallad. Septembr. tit. 7. et Octobr. tit. 1., notante Forcellino. Sed et σισάμη, quod iidem rejecerunt, legitur in Hesychio et Galeno, teste G. J. Vossio Etym. L. L., ut in Plinio sesama. Sic in Glossis scribitur σιμίδαλις pro σεμίδαλις. V. infra v. σίσαμον.

[3] "Cum ὀρίνδου esset editum consentientibus MSS. A. et Ep., adnotavit Casaub. scribendum ὀρίνδου, auctoribus Hes. et J. Poll.; et quisquis Hes. et J. Poll. vi. 73. consuluerit, vix dubitaverit de veritate hujus emendationis, quam recepit etiam Brunck. in Fragm. v. e Soph. Triptolemo." Schweigh. Ante Casaub. sic emendarat H. Steph.

siligineo: ut qui ex purissimi optimique tritici farina, quæ *σίλιγνις* dicitur, conficiatur. Ex quo apparet quid discriminis sit inter similaginem et siliginem. Hoc enim nomine optimum triticum vel ejus farinam, illo autem, paulo deterius et commune veteres designabant: in quo quod purissimum est, pollen dicebatur: ut flos in siligine: quemadmodum annotavit Plin. xviii. 10. Hæc Gorr. In v. l. autem male *σεμίδαλις* exponitur Siligo, deinde Simila et Similago: quum Siligo sit *σίλιγνις*, ut modo dictum fuit: ex qua confectus panis dicitur *σιλιγνίτης* a P. Ægineta i. Invenitur et *σέλιγνις*, itidemque *σελιγνίτης*: sed altera scriptura melior est." H. St. Hippocr. de Victu Acutorum p. 383. 25., Καὶ ὠὰ ἡμιπαγέα ἐσθιέτω ὀπτὰ, καὶ σεμίδαλιν, καὶ κέγχρον: de Diæta p. 92. 47., Σεμίδαλις καὶ χόνδρος ἑφθός; ibid. v. 40., οἱ δὲ σεμιδαλῖται (ἄρτοι) ἰσχυρότατοι πάντων τούτων. Athen. iii. p. 109. c. e Tryphone Alexandr. ἐν τοῖς Φυτικοῖς, "Αρτων ἐκτίθεται γένη, εἴ τι κἀγὼ μέμνημαι, ζυμίτην, ἄζυμον, σεμιδαλίτην, χονδρίτην, συγκομιστόν. Σεμίδαλις legitur in Lev. ix. 4. Es. I. 13. Exod. xxix. 2. Lev. ii. 1. 1 Reg. i. 24. Gen. xviii. 6. Cf. Salm. de Hom. Hyl. Iatr. c. lvii. p. 72. et O. Cels. Hierobotan. t. ii. p. 101. J. Poll. i. 247., Ἀπὸ δὲ σίτου, χόνδρος, σεμίδαλις, ζειὰ, σήσαμα, κέγχρος: vi. 74., εἴρηται δὲ καὶ σεμίδαλις, παρά τε Λυκούργῳ τῷ ῥήτορι, καὶ πολλοῖς τῶν κωμῳδιδιδασκάλων (κωμῳδοδιδασκάλων). Στράττις δὲ καὶ τὴν γενικὴν εἴρηκε σεμιδάλιδος. In Glossis scribitur σιμίδαλις pro σεμίδαλις. Eædem Glossæ, * Σεμιδάλιον· Pultis, S.: qua voce caret Schneideri Lex. Zonaras: Σεμίδαλις· παρὰ τὸ σμῶ τὸ καθαίρω, καὶ τὸ ἄλις, ἡ ἄλις σμωμένη. τὸ πάνυ σμῆμα, οἱονεὶ τὸ λεπτομερέστατον. Οὕτως Ὦρος ὁ Μιλήσιος. Cf. Etym. M. p. 709. 46. et Phavor. "Σεμίδαλις est a Punico Semid, ut monuit Angelus Caninius in Alphabeto Hellenismi. Sane Aruc סמיד א, pro simila habet. Simila, quæ et Similago, est a σεμίδαλις, κατ' ἀποκοπὴν ultimæ syllabæ, et δ in λ converso, quomodo ab Ὀλυσσεὺς, quod Æolicum pro Ὀδυσσεὺς, Latini dicunt Ulysses, et a δάκρυον, lacryma." G. J. Voss. Etym. L. L. * Σιλίγνιον, Siligo. Chrysippus Tyaneus ἐν Ἀρτοκοπικῷ, ap. Athen. xiv. 647. c., de Romanorum catillo ornato, Εἶτα τὸν χυλὸν ἐκπιέσας, σιλίγνιον συμφύρασον αὐτῷ: ubi σελίγνιον Edd. cum Msto. "Videtur id vocabulum pro diminutivo τοῦ σίλιγνις vel σέλιγνις accepisse Dalecamp., aliquantum siliginis vertens; at tale diminutivum non minus ridiculum videri deberet, quam si Latine frumentulum aut triticulum diceres. Quam Romani siliginem vocabant, eam Græci inter Romanos viventes σίλιγνιν et σιλίγνιον Gr. terminatione dixerunt. Sic veteres Glossæ: Σιλίγνιον· siligo. Cf. Du-Cang. Gloss. Gr. v. Σιλίγνιον. Ac sunt quidem, qui dicant eandem esse σιλίγνιν et eam quam Græci proprie σεμιδάλιδα vocant; at σεμιδάλιδα Romani similaginem dicunt, quæ siligine inferior censebatur." Schweigh. * Σιλιγνίας, (quod vocab. ignorat Schneideri Lex.), i. q. Σιλιγνίτης. Eustath. ad Od. Ξ. p. 1753. 3.: Ἔστι δὲ φθοῖς, ποιός τις πλακοῦς, οὗ τὴν κατασκευὴν οὕτω τις περιλαλεῖ· Τυρὸν ἐκπιέσας, τρίβε καὶ ἐμβαλὼν εἰς (ἐς) κόσκινον χάλκεον, διήθει, εἶτ' ἐπίβαλον (ἐπίβαλλε) μέλι καὶ σιλίγνεως ἡμίναν, καὶ συμμάλαξον εἰς ἕν. Ἐν τούτοις δὲ διηθεῖν μὲν τὸ διυλίζειν, ὅπερ ἀπηθεῖν λέγει ὁ κωμικὸς, ὅθεν καὶ ἠθμὸς ὁ διυλιστήρ (διυλιστήρ). Περὶ δὲ σιλίγνεως, ζητητέον μὲν ὅ τί ποτε εἶδος ἐστίν. Ἰστέον δὲ ὡς παράγει ἄρτον λεγόμενον Σιλιγνίτην καὶ Σιλιγνίαν, διὰ τὴν ἐκεῖθεν μίξιν. Ἡ δὲ ἡμίνα, ἴσως ἥμισυ ἐστὶ μέτρου τοῦ ἴν, οὐ χρῆσις ἐν τῷ, Ἔλαιον πλέον ἤπερ ἴν.[1] Cf. Etym. M. p. 793. 5. Uterque respexit ad verba Chrysippi Tyanei ab Athenæo xiv. 647. d. laudata. "Nec tamen siligo a σίλιγνις factum puto. Potius placet Græcos eam vocem a Romanis accepisse. Sane vocem esse exoticam, etiam Galenus agnoscit. Satis autem verisimile est, venire a שלג, nix. Nam est species ea tritici, quæ nivea ac molli farina præstat: Juvenalis V. v. 70., Sed tener et niveus, mollique siligine factus Servatur domino. At Isidorus facile refellitur, cum xvii. 3. deducit a v. seligo, quia tritici species sit præcipua maximeque selecta. Nam contra quam in seligo prima correpta est, media producta, ut allatus Juvenalis versus ostendit." G. J. Voss. Etym. L. L.

"ΣΗΣΑΜΗ s. ΣΗΣΑΜΟΝ,

Σαύριον, quod acrimonia sua, ceu lacerta, mordeat; est enim Græcis lacerta σαῦρα. Quam ob causam et Σαυρίδιον dixere nasturtium, quod nares torquet. Verum pro Thapsi, num legi Thlaspi sit satius, considerandum; nam L. xxvii. 113., Thlaspi quidam Napy vocant. Et Hesych. [et ex eo Phavor.]: Θλασπίς· πόα, ἣν ἔνιοι Σαύριον. Dictum autem Thlaspi tum Sinapi fuerit, a θλάω, quod molitur frangiturque." Dubio procul Thlaspi Plinii loco restituendum est. Confudisse vero Plinium Napy s. Sinape, proprie sic dictum, cum Thlaspi et Saurio, quæ sunt nomina Persico Sinapi ab aliquibus imposita, ejusdem Plinii testimonio comprobari potest. Scribit enim L. xxvii. 13.: "Thlaspi duorum generum est;—alterum Thlaspi aliqui Persicum Sinapi vocant." Harduin. male hic edidit napy pro sinapi. Respexit Plin. ad Dioscor. ii. 186.: Ἱστορεῖ δὲ Κρατεύας καὶ ἕτερον θλάσπι, ὅ τινες Περσικὸν σίνηπι καλοῦσι, πλατύφυλλον καὶ * μεγαλόρριζον. Notha p. 446.: Οἱ δὲ θλασπίδιον (θλασπίδιον), οἱ δὲ σίνηπι Περσικὸν, οἱ δὲ σίνηπι ἄγριον. Sprengelio H. R. H. p. 127. Dioscoridis Persicum Sinapi est Lunaria annua. Ut Plinius Napy proprie sic dictum cum Persico Sinapi, quod alio nomine et Saurion et Thlaspi appellabatur, confundit, sic Schweigh. ad Athen. xv. 684. confundit Sauridion i. e. Nasturtium cum Saurio s. Thlaspi i. e. Persico Sinapi. "Σαυρίδιον, Nasturtium, sic dicitur ab Hippocr. (de Ulcer. p. 514. 15.) herba, cui nomen est Καρδαμίς: ut testantur Erotian. (Σαυρίδιον· ἣν ἔνιοι Καρδαμίδα καλοῦσι, καρδάμῳ ἐοικυῖαν, ἔστι δὲ θερμαντικὸν τὴν δύναμιν,) et Galen. (Gloss. Hippocr., Σαυρίδιον· ἡ καρδαμὶς βοτάνη ἀπὸ τῆς κατὰ τὸ σχῆμα ὁμοιότητος, ἡ αὐτὴ καὶ κάρδαμον ὀνομάζεται,)" H. St. Phavor.: Σαυρίδιον· ἡ καρδαμὶς βοτάνη ἀπὸ τῆς κατὰ σχῆμα ὁμοιότητος, ἥ τίς ἐστι καὶ κάρδαμον ὀνομαζομένη, παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. Ergo secundum Galenum, quem sequitur Eustachius, Nasturtium a similitudine figuræ, i. e. lacertæ, appellatum est; probabilior tamen esset forsan sententia, nomen hoc ideo adeptum esse, quod mansum acrimonia sua mordeat velut lacerta s. σαῦρα. Secundum eund. Gal., Cardamis et cardamum eædem sunt herbæ; at Erotian. cardamida a cardamo ita distinguit, ut cardamis sit herba cardamo similis. Si nasturtio s. cardamo similis planta sauridium, ipsum nasturtium s. cardamum, ut Gal. censet, esse nequit, notante Bod. ad Theophr. p. 765. Cum Erotiano σαυρίδιον potius interpretemur plantam nasturtio similem. Neophytus in Gloss. Iatr. MSS. ap. Du-Cang. in Gloss. Gr. iisdem fere cum Erotiano verbis: 'Σαυρίδης βοτάνη ἡ καρδαμὶς, ἔοικε γὰρ καρδάμῳ, καὶ ἔχει δύναμην (δύναμιν) θερμαντικήν.'[1] Quænam autem per σαυρίδιον planta sit intelligenda, docet idem Bodæus l. c. "Ego, salva meliori sententia, σαυρίδιον puto esse plantam, quam ἰβηρίδα et καρδαμαντικὴν vocari scribit Dioscor. (i. 188.), ac pro καρδαμαντικὴ ap. eund. καρδαμὶς scribendum reor vel καρδαμίνη, ut ap. Aëtium legitur, e sententia Cornarii, qui hunc Aëtii locum p. 111. Tetrabibli iii. Serm. iv. c. 2. citat, ubi hæc habentur. 'De herba Iberide, quæ et cardamine appellatur, ejusque sinapismo c. 2. Quod si vestigium quoddam affectionis relinquatur, herbæ iberidis, quæ et cardamine appellatur.' Ita interpres Lat. verba Aëtii vertit. Quomodo in Gr. codice legantur, ignoro. Aëtii pars hæc nondum Græce impressa. Non tamen dissimulandum, Tetrabibli i., Serm. iii. c. 184. scriptum esse περὶ τῆς ἰβηρίδος ἤτοι καρδαμαντικῆς, ἥτις καλεῖται καὶ λεπίδιον. E quibus vulgatam lectionem Dioscoridis non tentandam judico. Hac occasione, quia in iberidis incidimus mentionem, Marcelli codicem corrigemus. Capite ergo de podagra 36. hæc scribit: 'Adpones herbam, quæ in aquæ jugis decursu nascitur, quam Lat. berulam, Gr. cardaminen vocant.' Scribo, quam Lat. biberim vel iberim vocant. Vox iberis Latina est ab Iber, Iberis, vel Hiberis, quod in Hispania copiosa nasceretur. Simile mendum ap. Neophytum, Σέριδα, λεπίδιον, καὶ ἀγριοκάρδαμον. Corrigunt βέριδα. Scribo ex Ægineta, Galeno, ceteris, ἰβηρίδα, λεπίδιον. Alibi ipse Neophytus, Κάρδαμον, οἱ δὲ κυνοκάρδαμον, οἱ δὲ ἰβηρίς. Ceterum planta hæc nasturtio facultate et facie adeo similis, ut a Galeno et aliis L. vii. ἀγριοκάρδαμον dicta sit. Galen. L. x. κατὰ Τόπους vocari scripserit, βοτάνην ἰβηρίδα ἥν τινες καλοῦσι λεπίδιον, ἢ ἀγριοκάρδαμον. Nasturtium autem ipsum σαύρην dictum existimo; uti κάρδαμον nasturtium, καρδαμίνη et καρδαμὶς planta minor, quæ nasturtium refert, sic σαύρη nasturtium, et σαυρίδιον nasturtium parvum. Ipsum nasturtium καρδαμίδα dictum fuisse Auctuarii scribit auctor, Οἱ δὲ κυνοκάρδαμον, οἱ δὲ ἴβηρις, οἱ δὲ κάρδαμιν ἀκάμ. [An leg. κάρδαμιν ἄγριαν?] Interpres legit, καρδαμίνην ἢ καρδαμαντικήν. Scribo, καρδαμίδα, vel κάρδαμιν ἢ καρδαμαντικήν." V. Plutarchi loc. ab H. Steph. laud. sub v. Κάρδαμον. "Lepidium latifolium, κάρδαμον, Hippocr. Morb. Mul. i. 495., et καρδαμὶς, Ulc. 876., quod, Galeno auctore, idem est ac σκυρίδιον," Sprengel. H. R. H. p. 45. Σαυρίδιον scribere debuerat. Athen. xv. p. 683—4.: Νίκανδρος δ' ἐν δευτέρῳ Γεωργικῶν καταλέγων καὶ αὐτὸς στεφανωτικὰ ἄνθη, καὶ περὶ τῶν Ἰάδων Νυμφῶν καὶ περὶ ῥόδων τάδε λέγει·—Καὶ γεραὸν πώγωνα, καὶ εὐστραφέας κυκλαμίνους, * Σαύρην τ', ἢ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου. "Σαύρη, genus herbæ, quæ et * Σαυρίγγη. Hesych. [et ex eo Phavor.]: Σαυρίγγη· πόα τις, καὶ σαύρη τὸ ζῶον. Non placet conjectura viri docti (Casaub.), qui legebat αἴρην, et de lilio accipiebat." Salm. in Solin. p. 863. f. "Dalecamp.," ut ait diligentissimus Schweigh., "σαύρην Lat. nasturtium interpretatus est, non præter rationem utique. Quamvis enim σαύρη, vel σαύρα nusquam alibi, hoc Nicandri loco excepto, in plantarum numero relata reperiatur, tamen σαύριον, et σαυρίδιον reperiuntur, quæ sunt ipsius illius vocabuli formæ diminutivæ. Et σαυρίδιον quidem nasturtium, aut herbam nasturtio similem (καρδαμίδα, s. κάρδαμον) interpretatur Galen. in Glossis, itemque Erot. Lex. Hippocr. Ap. Hesych. σαυρίγγη vocatur, si vera ibi scriptura; σαύριον vero ap. eund. habes in θλάσπις, ubi ait, θλάσπιν a nonnullis σαύριον vocari (et eandem herbam thlaspin, vel thlaspi sua etiam ætate cum nasturtio conferri et quodammodo confundi solitam esse, Gorræus ostendit, in Defin. Med. ita scribens: 'Θλάσπι, ἢ θλασπίδιον, herbula est semine nasturtii, acri, quod mansum sinapis modo linguam et os vellicat—herbarii vocant nasturtium tectorum'). Quare vulgatam h. l. scripturam merito defenderunt Salmas. et Bod. ad Theophr. p. 765." Schneiderus in Lex.:—"Σαύρη, ein Kraut, nasturtium; zw. Hippocr. hat davon σαυρίδιον, τὸ, s. v. a. καρδαμὶς, Hesych. σαύριον und σαυρίγγη." Idem nuper scripsit ad Nicandri Fragmenta p. 299.: "Vulgatum σαύρην suspectum habuit Casaub., eique αἴρην substitui voluit; defendit contra Schw. præeunte Dalecampio, qui nasturtium vertit. Scilicet σαυρίδιον Gal. et Erot. interpretantur κάρδαμον aut καρδαμίδα. Hesych. herbam θλάσπιν ait ab aliis σαύριον vocatam fuisse. Verum jam olim Salm. in Solin. p. 863. ejusque simia Bod. ad Theophr. p. 765. vulgatam scripturam defenderant." "Σαύρη, nasturtium, et σαυρίδιον, nasturtium parvum. Utrum autem Hesych. σαυρίγγη an σαυρίδιον scripserit, doctioribus judicandum relinquo. Probabile fit recentiores Græcos pro σαυρίδιον σαυρίγγη dixisse. Sed quid sit σαυρίδιον ex Hesychio tandem inveni. Non est Iberis, ut dixi, nec est nasturtium, ut viri magni existimant. Thlaspi est. Hesych.: Θλασπίς (scribo, Θλάσπι) πόα, ἣν ἔνιοι σαύριον." Bod. ad Theophr. p. 765. Sed hi doctissimi viri egregie falluntur. Cum Hesych. θλάσπι i. q. σαύριον facit, intelligendum esse non θλάσπι proprie dictum, i. e. secundum Sprengel. H. R. H. p. 181., e Dioscor. descriptione, Thlaspi campestre, sed θλάσπι improprie dictum, i. e. Περσικὸν σίνηπι (de quo Dioscor. supra laud., Ἱστορεῖ δὲ Κρατεύας καὶ ἕτερον θλάσπι, ὅ τινες Περσικὸν σίνηπι καλοῦσι), s., secundum eund. Sprengel. p. 127., Lunariam annuam, e Plinii loco jam adlato satis patet. Nicandri σαύρην Bod. et Schweigh. interpretantur nasturtium. Imo intelligenda est nasturtii quædam species, Ἴβηρις dicta, i. q. Καρδαμὶς, Καρδαμίνη, Καρδαμαντικὴ, Ἀγριοκάρδαμον, et Λεπίδιον, de quibus nominibus v. Bodæi verba supra laudata. "Ἰβηρὶς, Iberis, herba quædam, de qua Plin. multis in locis, Dioscor. vero i. 188.: forsitan autem sic nominata est, quod in Iberia primum reperta sit. Duplex porro est Ἰβηρία, altera Persiæ finitima, altera ad columnas Herculis, ab Ibere s. Ibero fluvio denominata, a quo et accolæ illius dicuntur Ἴβηρες s. Ἴβηροι, et ab his poss. Ἰβηρικός. Alio nomine Hispani dicuntur, et regio, Hispania." H. St.

[1] "Σαυρίζιν, Plantæ species. Constantinus a Secretis MS. L. iv., Κόκκοι τοῦ σαυρίζιν οἱ ὠφέλιμοι εἰς ἁρμοπονίαν καὶ ποδάγραν." Du-Cang. Gloss. Gr.

Dioscoridis Iberis Sprengelio H. R. H. p. 181. est Lepidium Iberis. Conferri jubet Damocratis descriptionem ap. Gal. Compos. Med. sec. Gen. 10, 310. Dodon. 714. Anguillaram p. 120. Nicander l. c. de floribus coronariis agens, et præsertim de iis, quæ sepulcrorum sunt ornamenta, inquit: *ὅσσα τε τύμβοι Φάσγανα παρθενικαῖς νεόχυν ποσὶν ἀμφιχέονται·* [1] *Αὐταί τ' ἠΐθεαι * ἀνεμωνίδες ἀστράπτουσαι, Τηλόθεν ὀξυτέρῃσιν ἐφελκόμεναι χροιῇσιν· Πᾶς δέ τις ἢ ἐλένειον ἢ ἀστέρα φωτίζοντα Δρέψας, εἰνοδίοισι θεῶν παρακάββαλε σηκοῖς Ἢ αὐτοῖς βρετάεσσιν, ὅτε πρώτιστον ἴδωνται· Πολλάκι † θέλκια καλά, τό τε * χρυσανθὲς* [2] *ἀμέργων, Λείριά τε στήλαισιν * ἐπιφθίνοντα καμόντων, Καὶ γεραὸν πωγῶνα* [3] *καὶ εὐτραπέας κυκλαμίνους, Σαύρην τ', ἢ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου.* Per Ἡγεσίλαον intelligendus est Pluto. Athen. iii. p. 99. b.: *Αἰσχύλος τὸν Αἴδην (εἶπε) Ἀγησίλαον*, ubi v. Casaub. Hesych.: *Ἀγεσίλαος· ὁ Πλούτων*, ubi v. Interprr. Ergo, secundum Nicandrum, planta *σαύρη* dicta, quæ eadem est, nostra quidem sententia, ac Ἴβηρις, et Plutonis corona appellabatur, optimo jure, quippe quæ herba sepulcralis maxime circa vetera monumenta floreat. "Invenit nuper et Servilius Democrates e primis medentium," inquit Plin. xxv. 8., "quam appellavit Iberida, quanquam ficto nomine, inventioni ejus assignato carmine. Nascitur maxime circa vetera monumenta parietinasque, et inculta itinerum. Floret semper folio nasturtii, caule cubitali, semine tam parvo, ut vix aspici possit. Radici odor nasturtii." Verbis, Nascitur maxime circa vetera monumenta, Plinius ad Nicandri versum, *Σαύρην τ', ἢ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου*, respexisse videtur. "*Ὁλόφυτον, ου, τὸ*, vocari dicitur Sinapi Persicum." H. St. Quo auctore ista tradiderit H. St., nescimus. Schneiderus hoc vocabulum in Lexicon suum recepit, sed affert *ἀμαρτύρως*. Uterque lexicographus *ὁλόφυτον* scribit, sed reponendum est *ὀλόφυτον*: respicitur enim ad Dioscoridis Notha p. 449., ubi inter cetera capparis nomina Auctor hæc habet: *Οἱ δὲ ὀλόφυτον——οἱ δὲ θλάσπιν, Ῥωμαῖοι σίναπι Περσικούμ.* Ὀλόφυτον ergo rectius interpreteris nomen cappari ab aliquibus impositum. Capparis autem Dioscoridis Sprengelio H. R. H. p. 176. est Capparis spinosa. Etym. M. p. 597. 30.: *Νάπυ· τὸ σίνηπι κατὰ στέρησιν τοῦ ἠπίου, παρὰ τὸ δριμύτητα· τὰ εἰς ῡ λήγοντα οὐδέτερα μακρᾷ παραληγόμενα, διὰ τοῦ εος (υος) κλίνονται· σεσημείωται τὸ νάπυος*: p. 713. 38., *Σίνηπι· τὸ νη, η, διότι ἀνεφάνη τὸ α ἐν τῷ * Σινάπιον, τὸ πι, ι. διατί; τὰ εἰς ῑ λήγοντα οὐδέτερα, διὰ τοῦ ῑ γράφεται· παρὰ τὸ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, ὡς ὁ ἰατρικὸς λόγος μαρτυρεῖ, βλάπτει γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ σίνος τὸ βλάβος.* Cf. Athen. l. c. Imo omnia Gr. nomina neutrius generis, quæ recto casu desinunt in *ι*, nisi solum *μέλι*, adde ex Eustath. ad Il. Λ. p. 784. 10. *καὶ τὸ τι*, peregrina sunt. Athen. ii. p. 66. f.: *Τοῦτο δ' ἡμᾶς τηρῆσαι δεῖ, ὅτι οὐδέτερον ὄνομα οὐδέν ἐστι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς ῑ λῆγον, εἰ μὴ μόνον τὸ μέλι· τὸ γὰρ πέπερι, καὶ κόμμι, καὶ κοῖφι, ξενικά.* Eadem fere verba leguntur in Hermanni Fragm. Lexici Gr. p. 323., et in Matthæi Gloss. Gr. Min. V. i. p. 4., ubi hujus canonis auctor Apollodorus laudatur. Peregrinis istis nominibus, neutrius generis, in *ι* desinentibus Eustath. l. c. *τὸ σέσελι* et *τὸ σίνηπι* adjecit. "De plenis nominibus cape; nam *τρόφι, κρῖ, ἄλφι, ἔρι*, et, si qua alia hoc genus inveniantur, non sunt ἀπαθῆ." Glossæ Labbeanæ: "*Σίνηπι·* Sinape, plurale non habet, Sinare (Sinape.). P. * *Σινάπιον·* Sinapi, E." Vox * *Σιναπίδιον*, qua caret Schneideri Lex., legitur in Tralliano vii. 2., teste Bod. ad Theophr. p. 796. b. Caret quoque idem Lexicon vocabulo * *Σινάπινον*, quod, notante Wetstenio ad Matth. xiii. 31., in Galeno legitur: de Temper. Med. Simpl. vii. et de Compos. Med. per Gen. iii. *σινάπινον ἔλαιον*. Dioscor. i. 47. voc. * *Σιναπέλαιον* usurpavit. Titulus capitis, *Περὶ σιναπελαίου*: *Τὸ δὲ Σινάπινον σκευάζεται, λεαινομένου τοῦ σινήπεως, καὶ βρεχομένου ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα μιγνυμένου ἐλαίου, καὶ * συνεκθλιβομένου· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ χρόνια ἀλγήματα μετασυγκρίνον.* Diminutivum * *Σινάπυξ*, quo augeri possunt Lexica, nobis conservarunt Hesych., *Σινάπυξ· γογγυλίς*, et Phavor., *Σίνηπι, παρὰ τὸ σίνειν τοὺς ὦπας, καὶ Σινάπιξ, γογγυλίς.* "Constat nomine *γογγυλίδος* etiam napum intellectum Theophrasto. Hæc vox facta e *νάπυ*, quæ Atticis *τὸ σίνηπι* denotat: quidam etiam rapum sic vocarunt ex antiquis Græcis, Hesych.: *Σινάπυξ· γογγυλίς.*" Salm. de Hom. Hyl. Iatr. p. 34. V. Class. Journ. xxiv. p. 399. Forma *νάπυ*, quam Attici semper adhibebant, legitur in Hippocr. *περὶ διαίτης* p. 95. 7., *Νάπυ θερμὸν, * διαχωρητικὸν δὲ, πλὴν δυσουρέεται καὶ τοῦτο*: *περὶ νούσων γ'* p. 162, 37. 164, 18., *περὶ γυναικείων ά.* p. 238, 2. Cf. H. St. Thes. iii. 787. c. Hippocratis *νάπυ* Sprengelio H. R. H. p. 45. est Sinapis nigra.

"ΘΛΑΣΠΙ, *εως, τὸ*, (ΘΛΑΣΠΙΣ, *ἡ*,)

Thlaspi; nomen herbulæ ex eo sic dictæ quoniam semen habet veluti *ἐντεθλασμένον*, teste Dioscor. ii. 186. ubi et aliud a Crateua *θλάσπι* commemorari ait, nonnullis dictum *Περσικὸν σίνηπι*, procul dubio, quoniam ejus, ut prioris, semen est *δριμὺ* et *θερμαντικόν*. Plin. quoque (xxvii. 18.) duorum generum esse thlaspi tradit: ac prius inter alia esse ait cauliculo semipedali non sine ramis, peltarum specie, semine incluso lenticulæ effigie, nisi quod infringitur, unde nomen alterum thlaspi etiam ipse dicit ab aliquibus Persicum sinapi vocari. (Pro sinapi Harduin. edidit napy. Ad Dioscor. loc. respexit Plin.) Idem et Θλάσπις dicitur. Paul. Ægin. vii. *θλάσπις, σπέρμα ἐστὶ δριμύ.* Hippocr. *Γυναικ.* i., *θλάσπιν λείην ποιέων*, (p. 260. 25. et de Nat. Mul. p. 221. 5., pro *θαλπίην ποιέων*, Vander Linden edidit, *θλάσπιν ποιέων*.) Idem Hippocr. *θλασπόσιος* dixit *ἀντὶ τοῦ θλάσπεως*, ut est in Lex. Galeni. (Pro *θλασπόσιος* Ms. D., teste Franzio, habet *θλάσπης*. Reponi debet *θλάσπιος*, quæ est Ionica forma pro *θλάσπεως*. Sic Hippocr. *Γυναικ.* i. p. 260. 30., *Θλάσπιος ὅσον πόσιν ξὺν μέλιτι δίδου*: p. 259. 49., *Ἢ θλάσπιος ὅσον ὀξύβαφον μέλιτι παραμίξας ὕδατι διεὶς ὅσον δύο κοτύλησι.* de Nat. Mul. p. 222. 7., *Θλάσπιον ὅσον ὀξύβαφον μέλιτι παραμίξας*, ubi Vand. Lind. habet *θλάσπιος*. Sic de Nat. Mul. p. 222. 1. *σεσέλιος σπέρμα*, pro *σεσελέως σ.* Hesych.: *Θλασπίς· πόα, ἣν ἔνιοι Σαύριον.* Pro *θλασπίς*, cum Heinsio, repone *θλάσπις*. Bod. ad Theophr. p. 765. legit *θλάσπι*, sed forma *θλάσπις* occurrit in P. Ægin. l. c. De nom. *Σαύριον* vide nos supra ad v. *νάπυ*.) Alioqui sunt qui et *θλασπίδιον* ipsum vocent per diminutionem." H. St. *Θλασπίδιον, τὸ*, Schneiderus in Lexicon suum recepit, sed *ἀμαρτύρως*. Vox legitur in Append. ad Dioscor. p. 446.: *Οἱ δὲ θλασσίδιον* l. *θλασπίδιον, οἱ δὲ σίνηπι Περσικὸν, οἱ δὲ σίνηπι ἄγριον.* Vide nos supra v. *νάπυ*. Teste auctore Appendicis ad Dioscor. p. 449., *θλάσπιν* aliqui vocant capparin, quæ Sprengelio H. R. H. p. 176. est Capparis spinosa.

"*Θλασπὶς*, ein Kraut, Diosc. ii. 186. Plin. xxvii. 23. nach Hesych. auch *σαύριον* gennant; Galenus de Antidot. lobt vorz. die Art vom Berge *σαῦρος* in Kappodocien; eine Art von Kresse oder Senf, wovon der Same wie Senf gebraucht ward." Schneiderus in Lex. Fallitur vir doctus. Galeni verba, a Bod. ad Theophr. p. 767. laud., sunt hæc, de Antid. i. 14.: *Μόνον οὖν εἰπεῖν ἔτι περὶ θλάσπεως ἀναγκαῖον ἐστὶ, ἐπειδὴ καὶ σχεδὸν ἅπαντα (ἅπαντες) ἐμβάλλουσιν τὸ ἐκ τῆς Κρήτης φερόμενον, καὶ τὸ πανταχόθεν γεν-*

[1] "*Τύμβοις* conjecit Schw. præeunte Casaub.: *τύμβῳ Φάσγανα παρθενικαῖς * νέδουτα * συναμφιχέονται*, Jacobs Additam. p. 359. Canterus vulgatum *παρθενικαῖς νέχυν ποσὶν* mutatum voluit in *παρθενικαῖς—ποσὶν*, vocem * *νεοχυν* interpretatus recens sepultæ, cui recens χοαὶ factæ sunt. Medelam nec Casaub. nec Schw. vitii aperti reperit." Schneider. ad Nic. Fragm. p. 299.

[2] "*Χρυσανθὲς* chrysanthemum interpretatur Schw., non inepte." Schneider. ibid.

[3] "Quod *Γεραιὸν πώγωνα*, senilem barbam, (*γεραιὸν* poetice pro *γεραιόν*), consentientibus membranis scribitur, id utique videri debebat pro eo a poeta positum, quod alias * *Γεροντοπώγων* (quod a Dalecampio in ora notatum est) a botanicis nominatur. Qua de planta in Gorræi Defin. Med. hæc traduntur. '*Γεροντοπώγων*, herba est quæ inter saxa gignitur, longa barba, foliis instar capillorum prælongis, flore luteo, qui in volucres barbulas evanescit, quas pueri Barbas Dei nuncupant. Lacte manat, et radice amara est, eoque a Tragopogone differt.' Non vacat nunc nobis inquirere, quo auctore ista tradiderit Gorræus, et quis aut quinam sint potissimum qui ante illum nomine isto *γεροντοπώγων* usi sint. Illud cum Casaub. miratus sum, apud neminem e veteribus botanicis vel medicis aut omnino historiæ naturalis scriptoribus vel levissimum reperiri nominis illius vestigium. *Τραγοπώγων* utique a Theophr. Plin. et Dioscor. commemoratur, quorum testimonia Bod. p. 815. collegit, gerontopogonis nullam mentionem faciens: et tragopogoni quidem radix tribuitur dulcis, Plin. xxvii. 13. 117., cum gerontopogonis radix (ut Gorr. ait) amara sit, quo ipso a tragopogone differre ait gerontopogonem. Quæ cum ita sint, speciosa quidem videri poterat Casauboni emendatio, *Καί γε τράγου πώγωνα*, sive cum Salm. in Solin. p. 863., *Καὶ τράγιον πώγωνα* malueris; sed nos in vetere scriptura, *Καὶ γεραὸν πώγωνα*, nihil mutare debuimus." Schweigh.

νώμενον, ὅπερ ἐστὶ τῇ χρόᾳ μὲν * ὠχρόξανθον, τῷ σχήματι δὲ στρογγύλον πάνυ, σμικρὸν, ὡς εἶναι κέγχρου πολλοστὸν μόριον· ἄμεινον δὲ τὸ ἀπὸ Καππαδοκίας κομιζόμενον ἐμβάλλειν, τῇ χρόᾳ μὲν ἐπὶ μελάντερον ἀποκεχωρηκὸς πάμπολυ, τῷ σχήματι δὲ ἀκριβῶς στρογγύλον, καὶ τῷ μεγέθει πολλῷ γε μεῖζον, ἢ κατὰ τὸ προειρημένον, ἔχον δὲ κατά τι μέρος ἑαυτοῦ καὶ οἷον * ἔνθλασμά τι μικρὸν, ἀφ' οὗ καὶ ὠνομάσθη θλάσπι· γεννᾶται δὲ ὥσπερ καὶ τοῦτο, οὕτω καὶ ἕτερον ἐν Καππαδοκίᾳ πάμπολυ, ὥστε οὐκ ἁπλῶς τὸ ἀπὸ Καππαδοκίας φερόμενον ἄριστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἰδίως ἐν αὐτῷ γεννώμενον, ἀνόμοιον δὲ τῷ Κρητικῷ τε καὶ πολλαχόθεν τῆς γῆς φυομένῳ. "Postrema corrupta esse vel Gr. linguæ parum peritus videbit. Scribe, ἀλλὰ τὸ ἰδίως ἐν Ταυρίῳ γεννώμενον. Interpres, Quod peculiariter in Sauro: verte, In Tauro Cappadociæ monte." Bodæus l. c. Galeni Thlaspi Sprengelio H. R. H. est Cochlearia Draba. Quod Gal. hic de nominis etymologia tradidit, id utique iis, quæ Dioscor. et Plin. ll. cc. tradiderunt, respondet. Sed violat canona illum, a veteribus Grammaticis traditum, et a nobis supra ad v. νάπυ memoratum, nullum nomen neutrius generis recto casu desinere in ι præter μέλι. In peregrinis igitur linguis radix vocis quærenda est.

" "ΑΜΜΙ, (s. "ΑΜΙ, εως, τὸ,)

Nomen seminis cujusdam cumino minoris, de quo Diosc. iii. 7. (70., "Αμμι, ἔνιοι καὶ τοῦτο Αἰθιοπικὸν,[1] οἱ δὲ βασιλικὸν κύμινον καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἑτέρας φύσεως τὸ Αἰθιοπικὸν κύμινον ἔφασαν εἶναι, καὶ ἑτέρας τὸ ἄμμι· γνώριμον δὲ σπερμάτιον, μικρότερον πολλῷ τοῦ κυμίνου καὶ ὀριγανίζον τῇ γεύσει.) et Plin. xx. 15. (' Est cumino simillimum, quod Gr. vocant Ammi; quidam vero Æthiopicum cuminum id esse existimant: Hippocrates regium[2] appellat, videlicet quia efficacius in Ægypto judicavit. Plerique alterius naturæ in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. Similis autem et huic usus: namque et panibus Alexandrinis subditur, et condimentis interponitur.' Pro verbis, 'in Ægypto, Harduin. reponit Ægyptio, cui post Æthiopicum Dioscor. l. c. pariter secundas partes ac vires adsignat. Sed ante Hard. sic emendarat Pint., notans præpositionem in, quæ, teste Hard., abest a Mss. R. Colb., non haberi in V. C. Cf. Bod. ad Theophr. p. 753.) Genitivo facit ἄμμεως, (Dioscoridis capiti male titulus factus est ab imperitis, περὶ ἄμμιος, quæ est Ionica forma, ut in Hippocr. gen. θλάσπιος legitur pro θλάσπεως, de qua re vide nos supra ad v. θλάσπι. Dat. ἄμμει legitur in Diosc. iii. 77. de Petroselino, Σπέρμα ἔχον ἐοικὸς ἄμμει.) Ap. Plin. vero etiam Ammii, tanquam a nom. sing. Ammium." H. St. Locus est xx. 24. in compositione adversus venenata animalia, incisa lapide versibus in limine Ædis Æsculapii. Versus illos recitat Galen. de Antid. ii. 14. p. 922. ex Eudemo Medico. Cf. Scribon. Larg. Compos. 121., ubi est Ammium, notante Gesnero Thes. L. L. "Quod additur de ammi, vocari ameos, Græci quoque recentiores ita nuncuparunt, ἄμεος, et ἄμαιος, et ἀμέον. Neophytus: "Αμαιος, οἱ δὲ ἄμι, Ῥωμαῖοι, ἀμιοὺμ Ἀλεξανδρηνόν. [Dioscoridis Notha p. 455.: "Αμμι, Ῥωμαῖοι ἄμμιουμ Ἀλεξανδρίνουμ.] In antiquissimo Codice Dioscoridis et ap. Plin. in scriptis passim scribitur ἄμι, ami, non, ut vulgo vocant ἄμμι. Cujus prima etiam syllaba producta reperitur ap. medicos poetas, Andromachum et Damocratem, apud quos perperam ἄμμι aliquot locis scribitur pro ἄμι. Inde ἄμεος genitivus, qui in rectum casum transiit. Et ἀμέον Glossæ Iatricæ: Ἀμέον· τὸ * λαγοκύμινον,[3] i. e. leporinum cuminum." Salm. in Solin. p. 926. Vox ἄμι est vel Æg. vel Alexandr.

" ΣΤΙΜΜΙ, τὸ, ΣΤΙΜΜΙΣ, ἡ, (ΣΤΙΒΙ, τὸ, * ΣΤΙΒΗ, * ΣΤΙΜΗ, ἡ.)

Stibium. Lapis est metallicus, colore nonnihil similis lapidi plumbario, sed magis nitens et candidus. Accedit autem et colore et nitore ad argenti spumam. Quamobrem propter similitudinem a Plin. (xxxiii. 6.) Spumæ lapis candentis dicitur. Dividitur in marem et in fœminam. Horridior, inquit Plin., est mas, scabriorque, et minus ponderosus, minusque radians, et arenosior; fœmina contra nitet, friabilis, fissurisque, non globis, dehiscens: quod genus Dioscor. (v. 99.) manifesto scribit στίβι appellari. Est autem στίμμι tam simile plumbo, ut si paulo magis concremetur, in plumbum vertatur. Ustum autem antiquitus formabatur in pastillos: quibus quia fortasse Hippocratis tempore erat quadrata tesserarum figura, ipse στίβι τετράγωνον appellat. Gorr. (Galen. Gloss. Hippocr.: * Τετραγώνῳ· τινὲς μὲν τοῖς εὑρισκομένοις κατὰ τὸ στίμμι πλαξὶ, τινὲς δὲ αὐτὸ τὸ στίμμι. Hippocr. de Int. Aff. p. 209. 14. et 211. 2. Καὶ τὴν κεφαλὴν καθαίρειν τῷ τετραγώνῳ.) Στίμμι, Genus metalli, quo fusores utuntur ad facilius liquanda metalla, et mulieres ad denigranda supercilia. Optimum, inquit Diosc., quod splendidissimum et cicindelarum modo emicat: i. e. λαμπρίζον. Hoc et στίβι et πλατυόφθαλμον, et a Plin. vi. 33., (imo, xxxiii. 6.) Spumæ candidæ et nitentis lapis dicitur. Vulgo vocant Antimonium. v. l. Additur, dici etiam Στίμμις ab Ione poeta: in hoc ejus versu, ap. J. Poll. (v. 101.) Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν * ὀμματογράφον: valet enim πρὸς τὰ ὑπογράμματα γυναικῶν καὶ ἐντρίμματα: quia intrito stibio mulieres ciliis superciliisque lineamenta adumbrata depingunt. Voc. ὑπόγραμμα usurpavit J. Poll. v. (l. c.) Et Hesych. ὑπογράμματα exp. στιμμίσματα τῶν ὀφθαλμῶν, oculorum pigmenta et fucum.[4] Observa porro hoc verbale a v. Στιμμίζομαι, quod redditur Stibio supercilia fuco, stibio utor ad pigmentum oculorum." H. St. Democriti Fragm. de Symp. et Antipath. p. 337. extr., T. v. Bibl. Gr. Fabric.: Στιμμίσει τὰ βλέφαρα καὶ τὰς ὀφρῦς. Zonaras p. 1779. et Etym. M. p. 782. 8.: Ὑπόγραμμα· τὸ Ἀρματίου Ὑπόμνημα, ᾧ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσι, καὶ ὑπογεγραμμένη, ἐστιβασμένη, Ἀριστοφάνης. Pro ἐστιβασμένη reponendum ἐστιβισμένη, ut jam vidit Sylburg. Στιμμίζομαι, s. * Στιβίζομαι, Stibio me lino, fuco me. כחל Ezech. xxiii. 40. Εὐθὺς ἐλούου, καὶ ἐστιμμίζου, al. ἐστιβίζου, τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἐκόσμου κόσμῳ. השים כפוך Pono in stibio, 4 Reg. ix. 30. ἐστιμμίσατο, al. ἐστιβίσατο, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς. Suid.: Ἐστιμμίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς· ἐκαλλωπίσατο, oculos suos stibio fucavit. Vide D. W. Trilleri Obss. crit. xv. p. 404. et Biel. Thes. Philolog. פוך Aqu. Sym. Es. liv. 11. στίμει. Lex. Cyr. Ms. Brem.: Στίμις· τὸ μέλαν χρῶμα, ὃ βάλλουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, τὸ λεγόμενον * χωλᾶν. De isto vocabulo χωλᾶν silent Suid. Hesych. Phavor. J. Poll., Glossæ Labbeanæ, Salmasius, Cæl. Rhodig., Bekkeri Anecd. Gr., H. Steph. et Schneideri Lexica. Χωλᾶν autem scribitur a Bielio et ap. Albert. ad Hes., et in Thes. Philolog. Sed vera lectio est χολᾶν. Eustath. ad Il. Θ. p. 728. 47.: Τὸ στίμμι δηλοῖ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ παρὰ τοῖς ἄρτι δὲ χολᾶν, ὃν * κύχλον ἡ γυναικεία γλῶσσα φιλεῖ καλεῖν. Nom. χολᾶν dubio procul per metaphoram sumtum est e χολὴ, fel. Στίμμι, ut vidimus, exponitur τὸ μέλαν χρῶμα. "Χολὴ μέλαινα dicitur communi significatione omnis humor crassus et niger, sive sanguinis limus fuerit, sive sanguis ustus, sive bili supra modum torrida, sive alio quovis modo genitus." H. St. Thes. iv. p. 550. c. Χολὴ pro ipso humore positum, dicitur de

[1] Galen. Gloss. Hippocr.: Αἰθιοπικόν· ὀπανυστίον τὸ κύμινον. De voce Αἰθιοπικὴ, pro substantivo nomine usurpata, silent H. Steph. et Schneideri Lexica.

[2] " Regii cumini ubi meminerit Hippocr., ignoro; locum hactenus nondum inveni." Bod. ad Theophr. p. 753. a.

[3] " Λαγοκύμινον [Λαγοκύμινον], Cumini species, Lagopus, ap. Interpol. Dioscor. c. 599. Glossæ Iatr. Græco-Barb. Mss., Λαγοκύμινον, μαίον [Λαγοκυμινον, ἄμαιον s. ἄμιν]. V. Petr. Bellon. Obs. i. 26. Meminit Galen. Lex. Hippocr. herbæ, quam * Λαγώπουν vocat, Hippocrates vero Λάμπυρον." Du-Cang. Gloss. Gr. Cf. H. St. Thes. ii. 547. f. qui λαγωπόδης meminit, sed in Indice Thesauri sui non posuit.

[4] " Πλατυόφθαλμον quidem vocatum a dilatandis ac porrigendis oculis; nam nigro ejus pulvere supercilia circumducebant, et in arcum formabant, et sic oculorum spatium veluti producebant ac extendebant mulieres. Tertull. de Cultu Feminarum: In illum enim delinquunt, quæ cutem medicaminibus urgent, genas rubore maculant, oculos fuligine porrigunt. Ita legit liber vetus Agobardi: perperam repositum a correctoribus collinunt. Fuligo illa e stibio. De eodem nigro stibii pulvere accipienda hæc ejusdem in eodem libro: Et illum ipsum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur. Hic pro eo dixit, oculos fuligine porrigi, et allusum est ad stibii appellationem alteram πλατυόφθαλμον." Salm. in Solin. p. 807. e. Plin. xxiii. 6.: Vis ejus (stibii) adstringere et refrigerare; principalis autem circa oculos; namque ideo etiam plerique Platyophthalmon id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Hieron. ad Furiam de Vid. Serv. T. iv. Ep. 46. p. 556. extr.: Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos. Ovid. Art. Am. iii. 203. Nec pudor est oculos tenui signare favilla. Juvenal. ii. 93. Ille supercilium madida fuligine tactum Obliqua producit acu. Has acus Hesych. vocat ψαλίδας. Ψαλίδες sunt forfices κουρέων, J. Poll. ii. 32. x. 140. Idem iv. 181. x. 149. ἰατροῦ σκεύη, σμίλη, et ψαλίς. Glossæ; Σμίλα. Scalprum; Σμιλίον· scalpellum. " Καλλιβάντες Hesychio sunt ὄμματα σμιλίοις ἢ ψαλίσιν, ἐν αἷς τὰς ὀφρῦς (ὀφρῦς) κοσμοῦσιν αἱ γυναῖκες." H. St. V. Vales. ad Hesychii locum.

atramento sepiæ a Nic. Alexiph., notante H. St. ibid. p. 551. Quod ad alterum nom. κόχλος attinet, κόχλος, cùm de coloribus sermo sit, proprie denotat conchylium, ostrum, purpuram, (ut in Naumachii Monitis Nuptialibus 62., Εἵματα δ' εἰναλίῃς ἐρυθαίνεται αἵματι κόχλου: v. nos supra v. βύσσος, et Sturz. ad Empedoclis Fragm. p. 704.), deinde, ut videtur, pro colore nigro, tum vero pro stibio, quod exponitur color metallicus niger, usurpatur. Zonar. et Phavor.: Στίμμι· εἶδος βάμματος. Mœris p. 344.: Στῖμις, (leg. Στίμις, cum Bielio Thes. Philolog.) Ἀττικῶς, στίμι, Ἕλληνες. "In MS. Στιμὶς, Ἀττ. στίμη, Ἑλληνικῶς." Hudson. "Στῖμις et στίμι MSS. C. R. Coll. Schl. Gron. στῖμις et στιμή. sic et Leid. Per duplex μμ scriptum ap. J. Poll. v. 101." Pierson. Photius: Στίμην καὶ στίμιν, ὅ τινες στίβην, Ἀντιφάνης Παροιμιαζομένῳ, Στίμιν, κάτοπτρα, κρωβύλους, κεκρυφάλους. Sallierius ad Mœr. l. c., notante Schleusnero Animadvv. in Phot. p. 99., loco ὅ τινες στίβην· pro quo in Cod. D. exstat οἵτινες στίμην, legit ὅ τινες στίμι. "Id enim sibi vult, fuisse nonnullos, qui hocce nomen neutro genere efferre maluerint, e quorum numero Dioscor. v. 99. ideo a Mœride in scriptorum parum Atticorum numero reponendus; illudque non immerito, cum Atticos in hacce voce scribenda femininum anteposuisse, ex Antiphanis fragmento manifestum sit. Nec aliter Ion Tragicus, de quo Eustath. ad Od. Ξ. p. 1761. 31. [ex Aristophane Grammatico]: Ἔτι καὶ τὸ στίμμιν, περὶ οὗ ἀλλαχόθι ἐγράφη, θηλυκῶς προάγει, εἰπὼν ὅτι στίμμις ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων μὲν ἐστι φωνή. Κεῖται δὲ ὅμως καὶ παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ, ἐν τῷ, Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον. E quibus illud præterea colligas, voc. στίμμιν cum duabus μ pronunciari debere." Eustath. ad Il. Θ. p. 728. 51.: Ἰστέον * συμμνηστέον καὶ ὅτι τὸ εἰρημένον οὐδέτερον ὄνομα τὸ στίμμι, καὶ στίμμις εὕρηται λεγόμενον θηλυκῶς. Γράφει γοῦν τις, οὕτω· Στίμμις, ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων φωνῇ, φέρων δὲ καὶ χρῆσιν τὸ, Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον, ἁμαρτάνειν φησὶ τοὺς λέγοντας τὸ στίμμι. Id. ad Il. Ξ. p. 976. 50.: Ἀμύθητος ταῖς περιέργοις γυναιξὶν ὁ κόσμος· οὐ μέρος, καὶ τὸ ἐκ ψιμμυθίου * περίπλασμα, καὶ ἡ νόθος τῶν παρειῶν * ἐρυθρύτης, καὶ ἡ μέλαινα στίμμις, ἢ οὐδετέρως τὸ στίμμι, καὶ αἱ τρίχες, ἃς ὁ ἥλιος ἐπιποιῶν, οὐκέτι χρυσοκόμαν ἀλλὰ * ἡλιοκόμαν[1] ποιεῖ τινα λόγῳ λευκότητος. Erotian.: Φαρμακοῖσι· πλατυοφθάλμοις. Οὕτω φησὶ καλεῖσθαι Ἐπικλῆς τὸ στίμμι, καὶ Νίγρος. MS. D. στίμι. "Legitur etiam φαρμακοῦσι, sed utramque lectionem suspectam habeo, nec dubito, quin inter πλατυοφθάλμοις et οὕτω desiderentur aliquot verba." H. St. "Vocem φάρμακα ap. Hippocr. reperio, sed non in ea significatione, quam Erot. ei tribuit." Eustach. Forma στίβι, pro στίμμι, ut vulgo editur, in vetustissimo Dioscoridis exemplari legitur, notante Salm. in Solin. p. 807. f. Sic Plin. xxix. 6. s. 37., Additis duabus sextis denarii e stibi, ut omnia œsypo illinantur, ubi silet Harduin. Genit. stibis v. ap. Scribon. Larg. Comp. 27. 34. Jerem. iv. 30., Ἐὰν ἐγχρίσῃς στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου, ubi Ed. Rom. στίβι. Hesych.: Στίβη· ἀράχνη (leg. cum Bielio, ἡ πάχνη, e Suida), καὶ χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν. Male Toup. Emendd. in Hes. iii. p. 415. legit χρίσμα pro χρῶμα. Lex. enim Cyr. MS. Brem. habet, τὸ μέλαν χρῶμα. Anti-Atticista ap. Bekkeri Anecd. Gr. p. 114., Στίβη· ᾗ τὰ ὄμματα αἱ γυναῖκες ὑπογράφονται. Phrynichus Σοφ. Προπαρ. ibid. p. 68., Ὑπογράμματα· οἷς ὑπογράφονται τοὺς ὀφθαλμούς· ἔστι δέ τις μέλαινα σκευασία, ἣν καὶ στίβην καλοῦσιν. Formam στίβη, quæ et in Photii loco laudato occurrit, non agnoscit Schneideri Lex. Chrysostomus in Catena Ghislerii in Jer. l. c. p. 427., pro στίβῃ, habet στίβει, tanquam a nom. sing. * Στίβος: Τὸ δὲ ἐὰν χρίσῃς στίβει, τὸ μέλαν λέγει, ᾧ ἐπιχρωννύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰώθασιν αἱ γυναῖκες. Cod. Alex. Jer. l. c. exhibet στίμῃ: "vitiose," ut putat Fr. Guil. Sturz. de Dial. Mac. et Alex. p. 112. At forma στίμη et in Mœridis MSS. et in Photii Cod. D. ll. cc. legitur. Dioscor. v. 99., Στίμμι—τοῦτο οἱ μὲν στίβι, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ λάρβασον ἐκάλεσαν. Plin. xxxiii. 6.: Stimmi—alii stibium [stibi], alii * alabastrum, alii * larbason. Pro larbason M. turbasim, V. labron. Sic in Glossis legitur: Στίμμι· stibium, O. Turbasis, O. Dioscoridis Notha p. 475., Λάρβασον οἱ δὲ * γυναικεῖον, οἱ δὲ * χαλκηδόνιον. "Interdum Γυναικεῖον a quibusdam dicitur stibium s. antimonium, quod eo mulieres decoris causa cilia illinerent." Gorræus. Glossæ: Γυναικεῖον· muliebrum. MSS., teste Du-Cangio, Muliebre. γυναίκιον. M. Martin. Lex. Philolog.:—"Gynæceum, locus interior in ædibus, ubi mulieres versabantur: Gloss. Γυναικεῖον· muliebrum. Forte muliebrium: aliter γυναικωνῖτις." An per muliebrum intelligi debet stibium? De voce γυναικεῖον pro stibii nomine usurpata silet Schneiderus in Lex. Plura vero de hoc oculorum fuco v. ap. Spanhem. Hist. Jobi xv. 11. Tenzel. in Dial. Menstr. A. 1689. p. 504. Conr. Mel Epist. de Lapide פּוּךְ ad Es. liv. 11. in Bibl. Brem. Cl. viii. p. 793. et Biel. Thes. philolog. Στίβι G. J. Vossio Etym. L. L. deductum videtur ἀπὸ τοῦ στίβειν s. στείβειν, quod est astringere, quia eam vim habet. At, testibus Aristophane Grammatico et Eustath. l. c., est Ægyptiaca vox. Mirum tamen de ea nihil dixisse Jablonskium.

* ΠΕΡΡΑ, Sol, s. Terra.

Lycophr. 1427. Κιμμερὸς θ' ὅπως Σκιὰ καλύψει πέῤῥαν, ἀμβλύνων σέλας. Scholia Tzetzæ, Συγκρύψει τὸν ἥλιον. Scholia breviora b, Τὴν γῆν κατὰ γλῶσσαν: c, Τὴν γῆν, ἡλίου. "Hanc vocem, Lexicographis omnibus incognitam, vir orientalium linguarum peritissimus, L. Pickius Gallus, a Coptitis petitum esse voluit, uti me nuper admonuit vir venerabilis, G. Wake, Decanus Exon. Illi enim solem vocant πε ρη, pe re. Nec absimile vero est, Lycophr., qui Alexandriæ cum Ptolemæo familiariter vixit, et e Pleiadum septem numero habitus est, vocabulo Copticæ originis usum fuisse; cum alii quoque auctores verba quædam ex ea lingua in Græcam transtulisse comperiantur. Sic enim Sappho vinum vocavit ἔρπιν, quod Coptitæ appellant πε ηρπ, pe herp. Quæ vox ap. Lycophr. quoque nostrum occurrit v. 579. [V. supra Tewateri Auctarium h. v.] Eustath. in suo Commentario ad Hom. observat, ἦτορ, cor, a Plutarcho dici ἦθορ, quod quidem Coptitæ vocant πε ρηθ, pe reth. Denique ἀθήρα, quod ap. Platonem, Aristotelem, Plinium, S. Hieronymum, pultim significat, a Coptitis deductum est, apud quos τε θρε respondet τῇ βρώσει Græcorum." Potter. Vide Jabl. supra v. ἀθήρα. "Πέῤῥαν, vocabulum nullius auctoritatis. Codicum, quotquot adhuc sunt collati, habet nullus, quod juvet in hac emendanda lectione; omnes in ea conspirant, exceptis duobus, Vat. et Vit. 3., qui legunt πέραν, supra tamen scripto altero ρ. Meursius, et post eum Canterus, [et Matthias, Postscript to Gray's Works, V. ii. p. 623.] volunt legi πέτρον (s. πέτραν), eoque vocabulo nonnunquam solem quoque innui opinantur, laudatis locis e Callimachi Fragm. 124. (ap. Soph. Schol. ad Œd. Col., Εἶδεος· ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν Μεμβλωκὸς πίλημά τι πέτρου[2] ἄλκαρ ἔκειτο) et Eurip. Orest. 6. (de Tantalo, Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον,) cum Schol. Pindari Pyth. i. 97.,[3] quæ autem, ut mihi videtur, sunt aliena. Schol. interl. explicant γῆν, unde Hermann. conjicit, forte legi posse τέῤῥαν, quod voc. antiquum et incognitum deinde a Latinis sit receptum. Si vero σέλας de sole, vel omnino de luce dici, uti σέλας θυμάτων v. 1091. de sacrificiis incensis usurpatur, atque intelligi possit ἡλίου (cf. Potter.), πυῤῥὸν legerim pro πέῤῥαν, ita ut ἀμβλύνων ornatus causa additum sit. Quum vero Potter. ostenderit, πέῤῥα esse

[1] "Ἡλιῶσα κόμη, Candida coma. v. l. sed sine exemplo." H. Steph. Thes. Ind. Respicitur, ut putamus, ad Eustath. ad Il. Γ. p. 452. 27., ubi tamen sensus aliam postulat interpretationem: Ἔπαινος δὲ κόμης παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ξανθόν. Διὸ καὶ ἡλιώδης κόμη, καὶ ἡλιῶσα ἡ τοιαύτη, καὶ χρυσία δὲ, καὶ ὁ ταύτην ἔχων χρυσοκόμας.

[2] "Πέτρου ἄλκαρ, munimentum adversus lapidis ictum. Viderint autem, qui hic πέτρον solem interpretantur. In Lycophronis quidem carmine, quod dedita opera tenebricosum fecit auctor, tolerari potest: sed h. l. κακόζηλον esset, et Lexiphane quam Callimacho dignius. Legerim potius, e sententia Scholiastæ, ὑετοῦ ἄλκαρ." Bentl.

[3] Imo Olymp. i. 91. de Tantali pœna: Ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. Τὸν γὰρ Τάνταλον φυσιολόγον γενόμενον, καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον, ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν· ὥστε καὶ ἐπαιωρεῖσθαι αὐτῷ τὸν ἥλιον, ὑφ' οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν. Περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ φυσικοὶ φασιν, ὡς λίθος καλεῖται ὁ ἥλιος. Καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν, πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον. Deinde citat locum ex Oreste supra laudatum, et hunc, qui extat v. 971.: Μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ μέσον χθονός τε τεταμέναν Αἰωρήμασι πέτραν Ἁλύσεσι χρυσέαις φερομέναν Δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου, Ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσομαι Γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ. "Quod ad βῶλον attinet, cum χρυσέαν βῶλον solem vocasse testetur Euripidem Scholiastes Apollon. R., idque e Phaethonte diserte citet Diog. Laert. ii. 10. maxima cum verisimilitudine legunt vv. dd. ap. Strab. i. p. 58. c. (33.), Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει. V. Valck. Diatr. p. 30, 31." Porson.

voc. Æg. vel Copt., acquiescendum nobis omnino videtur in vulgata, *πέῤῥαν*." Muller.

"ΘΙΒΗ, *ης, ἡ,*

Hesychio (et Phavor.) est *πλεκτόν τι* * *κιβωτοειδὲς ὡς γλωσσοκομεῖον*, Fiscella e vimine plexa arculæ in modum. Quomodo *θίβη παπύρου* affertur ex Exodi ii. (3. 5.), pro Fiscella scirpea. Ap. Athen. (iv. p. 129. e.) *Ὑελοῦς πίναξ ἐν θίβῃ καταχείμενος ἀργυρᾷ*. Ubi Budæus significari ait vas, quod amplexabatur discum vitreum ne frangeretur in ferculis ferendis, a Plin. (xxiii. 11. xxviii. in fin.) dictum Repositorium. Possis et loculum interpretari. Ap. Suid. reperio, *Θίβης· κιβώτιον ἐκ βύβλου λεπτὸν (πλεκτὸν) ὡς* * *κοφινῶδες*." H. St. Schol. ad Exod. l. c., *Θίβη· κιβωτὸς παπύρου, ἡ ὑδρία, ἢ πλατυσμὸς, ἣν τινες καλοῦσι* * *στίτην*.[2] Gloss. in Octat.: *Θίβη· πλέγμα βίβλινον, ἐμφερὲς κοιτίδι τὸ μέγεθος*, quæ verba Glossator descripsit e Josepho Ant. Jud. ii. 9. 4. Lex. Cyr. MS.: *Θίβη· κιβώτιον ἐκ φυλλῶν πεπλεγμένον ὡς κοφινῶδες*. Zonaras: *Θίβη· κιβώτιον ἐκ φυλλῶν πεπλεγμένον καὶ κοφινῶδες*. Ubi D. * *θίβις*: K. *θίβης*, ut in Suidæ et Phavorini glossis. Post *φυλλῶν* voc. *βύβλου* supplendum esse apparet ex iis, quæ supra laudavimus e Biel. Thes. Philolog. V. Schleusneri Cur. Nov. in Phot. p. 64., ap. quem legitur: *Θίβη· κιβώτιον ἐκ βύβλου πλεκτὸν, ὡς κοφινῶδες*. In Exodi loco non tantum *θίβιν, θίβην*, et * *θήβην* legunt, sed Complut. etiam *θήκην*, ii. 3. 5. ut com. 6. pro *θίβῃ* Vat. *θίβει*, Compl. *θήκῃ*. Huc pertinet glossa in Octateuchi Vocabulario: *Θήκην* (MS. *Θίκην*)· *γλωσσόκομον*. "*Θίβωνος*, etiam ut *Θίβη*, a Cypriis dicitur *κιβωτὸς*, Arca, cista, teste Hesych. (et Phavor.)" H. St. *Θίγωνος* genitiv. esse videtur: nam idem Hesych. habet: * *Θίγωνος· κιβωτοῦ*. In utraque voce Is. Voss. ὁ pro ω̄ ponit. "*Θίσβη* Suidæ (et Zonaræ) est et nomen proprium, et ὁ *σωρός*." H. St. "*Σορὸς* e Codd. Suidæ restituit Kuster. Sed quum desit auctoritas, nihil mutandum." Tittmann. "*Θίσανα* Hesychio (et Phavor.) est *χῶμα* * *σωροειδὲς*, Agger s. terra egesta in acervum, quod et *θὶν* s. *θὶς*." H. St. "Fac ita cohæreant syllabæ male divulsæ, *Θὶς·* * *ἀναχώμα σωροειδές*." T. Hemst. ad *θὶς* pertinere videtur illud *θίσβη*. Hesych.: *Θῆβα· πόλις Βοιωτίας, καὶ κιβώτιον*. Ubi Albert. hæc notavit. "Lex. MS., *Θήβη· καψεῖον ἤτοι γλωσσόκομον ἀπὸ παπύρου πλεκτόν*. Cyr. Lex. MS.: *Θήβη· πλέγμα βιβλίῳ [βύβλῳ] ἐμφερὲς, ὡς κιβωτὸς* * *φοινικῶδες*. Is. Voss. e Cyrillo suo hæc citat, * *Θῆβις· κιβώτιον ἐκ βύβλου πλεκτὸν ὡς φοινικῶδες*. Eadem in Lex. MS. meo, omissis verbis, *ἐκ βύβλου*."[3] "Varro scribit Æoles Bœotios Tebas vocare colles. Et in Sabinis ita tum quoque vocatas, quo e Græcia Pelasgi migraverant. Item in agro Sabino clivum appellari thebas. Certe videntur Æoles etiam *θήβην* vel *τήβην* absque aspiratione vocasse cumulum terræ, vel colliculum ad instar arcæ eminentem," Salm. in Solin. p. 717. a. Lucian. Tim. 15., *Τούς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θίβαις καὶ σκότῳ φυλάττοντας*. Lectionem *θίβαις* probat M. du S. "Patet jam olim fuisse variam hic lectionem. Brodæus enim Miscell. ix. 7. videtur legisse *θίβαις* et *θύραις*, at rejiciens utrumque, reponit *θήκαις*. Faber quoque ita emendat, qui non raro cum Brodæo convenit." J. Jens.

"*Ἴβην* Hesych. (et Phavor.) esse dicit *σορόν*: afferens et *Ἴβηνοι* pro *σοροί, θῆκαι ὀστράκιναι, κιβωτοί*: addens tamen etiam *εὔθυμοι*,[4] *νοεροί*: subjungensque præterea, *Ἴβηνος, πλησμονή*." H. St. "*Βῆνος* Hesychio (et Phavor.) *κιβωτὸς*, Cista, arca." H. St. "*Ἰβανεῖ* Hes. (et Phavor.) affert pro *ἀντλεῖ*, Haurit. Et *Ἰβάνη* pro *ἀντλητήριον, κάδος*, Haustrum, cadus, urceus. Necnon *Ἴβανον* pro *κάδον, σταμνίον, χαλκίον*. At *Ἴβηνα* Cretensibus appellari ait *τὸν οἶνον*." H. St. Hesych.: *Ἴβηνα· τὸν οἶνον, Κρῆτες*. (quod sc. e cado hauritur, Martin. Cadm.) *Οἱ δὲ* * *Βῆλα*, pro quo Soping. reponit *ζίλα*: de h. v. vide nos infra. G. conjicit *ἴβηλα*. "*Ἴβη* i. q. *ἰβάνη*, urna, et translate de urna, in qua ossa et cineres colliguntur. Idem ergo quod *σορός*." Is. Voss. * *Ἰβανατρίς· σχοινίον ἱμήτριον*, Hesych. et Phavor. "Pro *ἱμήτριον* malim * *ἱμητήριον*, quo carent Lexica." Albert. *Ἰβανεῖ* illud, quod Hes. exponit, ut vidimus, *ἀντλεῖ*, Is. Vossio et Martin. Cadm. ab *ἱμᾶν* deductum videtur: nam β̄ et μ̄ promiscuæ litteræ." "*Ἰβύηχα* Hesychio (et Phavor.) est *σεμνότης*, vel *σωρὸς κρεῶν*." H. St. *Ἴβυκχα* Is. Voss. Pro *σωρὸς* leg. *σορὸς κρεῶν*, Martin. Cadm. "*Ἴβυκχος, Ἰβύκχη*, vel *Ἰβύκχα* legitimam habet formam, ut *σικχὸς*, ejusque generis plura. Intellige vero *σεμνότητα*, gravitatem et modestiam sacri silentii, dum res divina fit; eo nos ducunt *Ἴβυς, εὐφημία*, et reliqua. Si recte *σορὸς* conjectavit Martin., legendum præterea fuerit *νεκρῶν*, non *κρεῶν*: carnes enim *σοροῖς* recondi, quis se legisse meminit? Conjecturæ fidem addit non tantum *ἴβην*, sed et certior interpretatio, quippe duabus simili potestate vocibus adjectis firmata, in *Ἴβηνοι*. Dubites an eodem sint referenda, quæ præcedunt, *Ἴβανον, Ἰβάνη*: quod si verum, non alio pertinebunt *Ἰβανεῖ* et *Ἰβανατρίς· σχοινίον ἱμητήριον*. Neque enim credibile, in his β̄ poni pro μ̄. Atque adeo suspicari licet, infra in Hesych. legendum: *Ἱμονία· ᾗ χρῶνται πρὸς τὰς ἀνιμήσεις τῶν ὑδάτων. Κύπριοι δὲ* * *Ἴβας* (pro *Ἴμας*), *ἤγουν τὰ σχοινία τῶν ἀντλημάτων*." T. Hemsterh.

ΜΥΡΡΑ, *ας, ἡ,*

unde Lat. Myrrha. Monet Athen. xv. 689. b. Myrrham primo in Ægyptum, et ex Ægypto in Græciam vehi. V. Jablonsk. supra v. Βάλ. "*Μύῤῥα, ας, ἡ*, Myrrha, s. Murrha: ap. Hippocr. Æolico idiomate pro *σμύρνα*, ut annotavit Galen. *ἐν ταῖς γλώσσαις*. [*Μύῤῥαν· Αἰολεῦσι τὴν σμύρναν, δὶς τὸ ρ' γράφεται*. Cf. Athen. xv. 688. c. Ap. Hipp. tamen *σμύρναν* fere semper scriptum reperias. Foës. Œcon.] *Μύῤῥα*, et *μύῤῥις*, vocatur etiam herba quædam cicutæ caulibus et foliis simillima, (unde herbariis et officinis cicutaria dicitur) radicem habens modice oblongam, teneram, rotundam, odoratam, cibo non insuavem. Diosc. iv. 116. Plin. xxiv. 16. (Sprengelio H. R. H. p. 166. post Linnæum est Scandix odorata: cf. Columm. Ecphras. i. 33. p. 112.) Quin et *τὸ γεράνιον* a quibusdam *μυῤῥὶς* vocatur, ut est in ejusd. Diosc. append. (p. 459. et Plin. xxvi. 68.) Item *Μυῤῥίτης λίθος*

[1] "Nemo dubitabit verum esse *θήκη*. Mirum tamen, unde manarit edita lectio, quæ in multis etiam antiquis habetur, *θίβη*. Antiquissimi Græci eam vocem a Syris mutuati (Theba enim illis) videntur usurpasse pro sua. Hesych. certe agnoscit, et interpretatur *κιβώτιον*. Thebas inde esse nuncupatas a Cadmo Phœnice, non ignorant qui alia multa tractus illius nomina ad suam originem facile revocari animadverterint." Casaub. "At tam parum felix, quam ab h. l. aliena, videtur ista viri doctissimi observatio. De originatione nominis, quod urbi a se conditæ Cadmus imposuit, nihil certi haberi, intelligitur ex his, quæ super ea quæstione a Bocharto in Chanaan i. 16. prolata sunt." Schweigh. Etym. M. p. 450. 41.: * *Θῆβαι· Συριστὶ λέγεται ἡ βοῦς, ὅθεν ἐκλήθησαν αἱ Θῆβαι ὑπὸ τοῦ Κάδμου κτισθεῖσαι· ὅτι ζητῶν τὴν ἀδελφὴν, χρησμὸν ἔλαβε κατοικῆσαι ὅπου ἡ βοῦς ἑαυτὴν καταθήσει*. "Vocabuli *Θίβη* pro *κιβωτίῳ* usurpati apud neminem ex omni Gr. scriptorum numero, qui profani vulgo vocantur, vestigium ullum, quod sciam, reperitur." [Sed V. Luciani Tim. 15. et nos infra.] "Quæ in hanc partem ab Hesych. v. *θίβη* et *θίβις* aliisque grammaticis adnotata sunt, ea unice ad Exod. ii. 3. et 5. spectant, ubi LXX. Hebr. nomen tenuerunt. (Hoc, quod de Hes. dico, ipse etiam Casaub. postmodo animadvertisse videtur. Nam in Animadvv. ejus tert. Ed., post illa verba, 'interpretatur *κιβώτιον*,' hæc inserta video. 'Gr. interpretes Exodi ii. *θίβην* vel *θίβιν* dixerunt; quæ vox fuit B. Augustino incognita, ut ipse scribit: puto allusisse eo Hesych.' Quæ verba, cum non legantur in Ed. i., ne in Addendis quidem, fortasse ad oram exempli, quo olim usus Casaub. erat, reperta sunt ipsius manu adscripta.) Ap. Athen. h. l. a vera scriptura *θήκῃ* nil deflectunt nostri Codd. Cf. p. 130. d. In ed. Ven. et Bas. non *θίβῃ*, ut ait Casaub., sed *θίβῃ* scribitur, duplicato errore. *Θίβῃ* scriptum esse in Cod. Par. manu Hermolai Barbari exarato, e Villebrunii ad h. l. adnotatione, t. ii. p. 6., disco. Eam scripturam haud dubie Hermolaus in alio Codice, ab imperito librario descripto, repererat. Est autem e vulgatissimis librariorum erroribus illa literarum β et κ imperita permutatio, cujus ratio a nobis explicata est in Notis ad Polyb. i. 37, 9. Nec rara in Athenæi codd. confusionis ejusdem exempla, quorum nonnulla a nobis indicata sunt in Animadvv. ad ii. 71. a. t. i. p. 475." Schweigh.

[2] Hoc vocabulum ignorant Lexica. Pro *στίτην* igitur reponendum est *κίστην*, quod Hesychio est *ἀγγεῖον πλεκτὸν εἰς ὃ βρῶμα ἐντίθεται καὶ ἱμάτια*.

[3] "Vas, in quo exportabantur partus, *χύτρα* dicitur s. olla, item *ὀστράκιον*, fiscella quoque. Aliquando e papyro ac bitumine, seu arundine et levissimo ligno, aliquando vas fictile. Instrumentum, quo Moyses expositus, Navigioli formam expressisse videtur. In vulgatis Bibliis Exod. ii. 3. Fiscella scirpea nominatur. Et Josephus atque Clemens Alexandrinus scirpos interpretantur, cum e papyro vas constructum dicant, quia iis in locis abundat. In Rabbinico opusculo, quod de Vita Moysis edidit Gaulmin., hoc vasculi contextum e juncis תבה, Thebah, arca nominatur." Th. Bartholinus de Puerperio Veterum p. 87.

[4] "Tales vinum, quod modo *Ἴβηνα* vocari dixit, facit, modice sumtum." Martin. Cadm.

hinc dicitur, myrrhæ colorem habens, faciemque minimæ gemmæ, unguenti odorem, attrita etiam nardi,[1] Plin. xxxvii. 10." H. St. Priscianus in Periegesi, p. 393., Myrrhitenque, bonum nardi cum reddat odorem.

" Labuntur qui Myrrhina pocula a myrrha aromate deducunt. Si myrrhina a myrrha dicerentur Latine, Græci similiter ἀπὸ τῆς σμύρνης, sic enim myrrham vocant, σμύρνεια aut σμύρνια ea dicerent. Atqui * Μόῤῥαν hunc lapidem passim vocant, etiam qui disertissime scribunt et Atticissant. Pausan. viii. 18.: Ἄλλως[2] μέν γε καὶ κρύσταλλος, καὶ[3] μόῤῥα, καὶ ὅσα ἐστὶν ἀνθρώποις ἄλλα λίθου ποιούμενα, καὶ τῶν σκευῶν τὰ κεράμεα. Perperam legitur, καὶ * μοῤῥία, et perperam emendant, μυῤῥία. Ut κρύσταλλος Pausaniæ, unde crystallina pocula, ita et Μόῤῥα lapis ipse, e quo pocula murrea et murrina. Lat. murram appellant. Martial. x. 80., Maculosæ pocula murræ. Statius in Coma Earini, hic pocula magno Prima duci, murrasque graves, crystallaque portat Candidiore manu. Ita enim ubique legendum, non myrrha. Græci, ut dixi, Μόῤῥαν et * Μόῤῥινα. Arriano Peripl. Mar. Erythr. λιθία μοῤῥίνη. Quod perperam corrigunt. Sed nec minore sunt in errore, qui murrina veterum ex onychiis gemmis factitata fuisse sibi persuadent. Ut multa alia omittam, quæ opponi possunt, si murrina veterum ex onyche gemma fuerunt, cur murrina vocata sunt, aut quæ hujus appellationis ratio? cur denique murrina ab onychinis ubique distinguunt? Arrian. in Periplo (p. 169. ed. Blanc.) ὀνυχίνην λιθίαν et μυῤῥίνην plane distinguit: Ἀφ' ἧς πάντα τὰ πρὸς εὐθηνίαν τῆς χώρας εἰς Βαρύγαζα καταφέρεται, καὶ τὰ πρὸς ἐμπορίαν τὴν ἡμετέραν, ὀνυχίνη * λιθία καὶ * μουῤῥίνη. Nihil sane vero propius, quam antiqua murrina esse porcellanea nostra, quocunque modo hodie fiant. Quod enim luto quodam albo, et in fornacibus cocto apud Chinas porcellanea vasa hodierna fieri contendunt, hoc nihil prohibet, quin veterum murrina fuerint. Quod enim veteres quidam lapidem esse murram scripserunt, alii humorem sub terra densatum, certe ex eo patet ignorasse illos, quid essent, aut quomodo fierent murrina. Non recte porro inde colligitur diversa esse porcellanea et murrina. Sericum omnis antiquitas passim habuit, et gestavit: quis e veteribus novit, quomodo sericum proveniret, et qua fieret arte? An non omnes arborum lanuginem depecti crediderunt? Sub Justiniano cognitum est demum vermes sericum apud Seres nere, non e foliis arborum lanuginosis depecti. Meminit Arrian. Peripl. Mar. Erythr. τῆς μοῤῥίνης, quæ in Diospoli fiebat. Cave putes intelligi de illa pretiosa murra, quæ e Carmania et India advehebatur, sed vitrum murrhinum accipiendum, quod in Diospoli Ægypti ad imitationem murrinorum fiebat. Sic enim scribit; Καὶ λιθίας ὑαλῆς πλείονα γένη καὶ ἄλλης μοῤῥίνης τῆς γενομένης ἐν Διοσπόλει. Dicit ἄλλην μοῤῥίνην. Aliud murrhinum ad distinctionem veri murrini. Sed omnino persuadeo mihi legendum esse in Arriano, Καὶ ὑαλῆς μοῤῥίνης. Meminit Plin. hujus murrini vitri, ut et Opsidiani, (xxxvi. 26.), quod etiam imitabatur lapidem opsidianum in Æthiopia inventum, quem Græci * ὀψιανὸν vocabant, quod nigerrimi esset splendoris, et imagines redderet, ut ὄψις, et oculi pupilla. Hesych.: Κόρη· ὄψις." Salm. in Solin. p. 143—4. " Omnia de murrha et murrhinis a doctis disputata accurate collegit Christius in Commentatione de Murrhinis Veterum Lips. 1743. 4. Quibus tamen addendus est Winkelmann, qui Descript. des Pierres Gr. de Mr. Stosch p. 501. murrham agathi genus pretiosum fuisse vult, et Veltheim Über die vasa Murrhina, Helmst. 1791. 8., ubi murrham steatitam Sinicum, Sinesischer Speckstein, fuisse demonstrat." Facius ad Pausan. viii. 18.

* Μυρόχροος legitur in corrupto Philodemi Epigr. 33. "Pro μυρόχροε, cujus cutis unguentis uncta est, Br. μυρόπνοε suspicabatur. Cod. lectionem haud facile mutaverim: μυρόχρους i. q. ἡδύχρους: nam, quodcunque suave et jucundum est, μῦρον vocatur." Jacobs. Vir doctus, qui Philodemi opus de Musica e Voluminibus Herculanensibus edidit, in Prolegg. p. 5. 6. corrigit * μυρόῤῥοε, quod probat Bast. Epist. Crit. p. 76. Neutra vox in Schneideri Lex. legitur.

* Μυρόεις. Hac voce augeri potest Schneideri Lex. Erycii Epigr. ii. Μυρόεντα βόστρυχον.

* Φιλόμυρος. Athen. xv. 691. d. Οὐ μόνον δὲ τὸ τῶν Σαρδιανῶν γένος φιλόμυρον ἦν, ὥς Ἄλεξίς φησιν ἐν * Ἐκπωματοποιῷ· Ἀεὶ φιλόμυρον πᾶν τὸ Σαρδέων γένος. Hoc quoque vocabulum ignorat Schneideri Lex.

"Μυρίνης, (ὁ,) οἶνος. J. Polluci vi. 17. ὁ μύρῳ κεκραμένος, vinum unguento mistum s. conditum: pro quo ap. Ælian. V. H. (xii. 31.), Μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον, καὶ ὑπερηγάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν, καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος μυρινίτης. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φιλιππίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής. (Sed malim μυρίτης pro isto μυρινίτης, si quidem sit a μύρον: nam μυρινίτης est potius a μυρίνη, et significat myrto conditus.[1]) Unde et ap. Juvenal. vi. (303.), Quum perfusa mero spumant unguenta Falerno.

[1] Huic conjecturæ favet Suidæ et Phavorini glossa, apud quos legitur: Μύρις· ὄνομα κύριον, καὶ * μυρίτης οἶνος. (Voce μυρίτης caret Schneideri Lex.) In Æliani loco proculdubio legendum vel μυρίτης, ut H. Steph. scribendum censet, vel μυρίνης s. μυῤῥίνης. Sensus enim loci postulat vocabulum a μύρῳ formatum. At μυῤῥινίτης, quæ est vulgata lectio, est, ut vidit H. St., a μυρίνη, et significat myrto conditum. Vinum μύρῳ μιγνύμενον, unguento mistum, μυρίνης vel μυῤῥίνης dici, diserte tradunt Hesych. et J. Poll. Hac ipsa notione Diphilus comicus ap. Athen. iv. 132. d. μυρίνην correpta prima syllaba dixit: ἐφ' ᾧ χαριεῖ πολὺ μᾶλλον, ἢ μυρίνην * τρωγλίας. "MS. Ep. μυῤῥίνην. Sed eam scripturam h. l. metrum respuebat: recte μυρίνην simplici litera ρ scribunt Edd. cum MS. A. prima syllaba brevi, a v. μύρον, unguentum." Schweigh. Zonaras p. 1374.: Μυῤῥινίτης οἶνος· ὁ τῷ μύρῳ κεκραμένος. Leg. μυρινίτης. Sed μυρινίτης illud Zonaræ ipsius est error, sic scribentis pro vera forma μυρίνης. Athen. i. p. 32. b.: Μυρτίτης δὲ ἢ μυῤῥίνης οἶνος, κεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ· Διφιλὸς, ἄτοπος, ὁ μυῤῥίνης ὁ τίμιος. Schweighæusero in Indice Rerum et Personarum sub v. Myrrha videndum videtur, ne pro μυρτίτης scribi debuerit μυῤῥινίτης, ut ap. Ælian. Imo melius legeretur μυρίτης, quæ est legitima forma a μύρον. "Cum Athen. dicit, ἢ μυῤῥίνης, indicat Posidippi locum varie lectum olim. Myrtites vinum e Dioscor., Plin., et aliis notum. Μυῤῥίνην explicat Hesych. vinum,

Dioscoridis Iberis Sprengelio H. R. H. p. 181. est Lepidium Iberis. Conferri jubet Damocratis descriptionem ap. Gal. Compos. Med. sec. Gen. 10, 310. Dodon. 714. Anguillaram p. 120. Nicander l. c. de floribus coronariis agens, et præsertim de iis, quæ sepulcrorum sunt ornamenta, inquit: ὅσσα τε τύμβοι Φάσγανα παρθενικαῖς νεόχου ποσὶν ἀμφιχέονται·[1] Αὐταί τ' ἠΐθεαι *ἀνεμωνίδες ἀστράπτουσαι, Τηλόθεν ὀξυτέρῃσιν ἐφελκόμεναι χροιῇσιν· Πᾶς δέ τις ἢ ἑλένειον ἢ ἀστέρα φωτίζοντα Δρέψας, εἰνοδίοισι θεῶν παρακάββαλε σηκοῖς· Ἢ αὐτοῖς βρετάεσσιν, ὅτε πρώτιστον ἴδωνται· Πολλάκι † θέλκια καλὰ, τό τε * χρυσανθὲς[2] ἀμέργων, Λείριά τε στήλαισιν *ἐπιφθίνοντα καμόντων, Καὶ γεραὸν πωγῶνα[3] καὶ εὐτραπέας κυκλαμίνους, Σαύρην τ', ἢ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου. Per Ἡγεσίλαον intelligendus est Pluto. Athen. iii. p. 99. b.: Αἰσχύλος τὸν Ἅιδην (εἶπε) Ἀγησίλαον, ubi v. Casaub. Hesych.: Ἀγεσίλαος· ὁ Πλούτων, ubi v. Interprr. Ergo, secundum Nicandrum, planta σαύρη dicta, quæ eadem est, nostra quidem sententia, ac Ἴβηρις, et Plutonis corona appellabatur, optimo jure, quippe quæ herba sepulcralis maxime circa vetera monumenta floreat. "Invenit nuper et Servilius Democrates e primis medentium," inquit Plin. xxv. 8., "quam appellavit Iberida, quanquam ficto nomine, inventioni ejus assignato carmine. Nascitur maxime circa vetera monumenta parietinasque, et inculta itinerum. Floret semper folio nasturtii, caule cubitali, semine tam parvo, ut vix aspici possit. Radici odor nasturtii." Verbis, Nascitur maxime circa vetera monumenta, Plinius ad Nicandri versum, Σαύρην τ', ἢ χθονίου πέφαται στέφος Ἡγεσιλάου, respexisse videtur. "Ὁλόφυτον, ου, τὸ, vocari dicitur Sinapi Persicum." H. St. Quo auctore ista tradiderit H. St., nescimus. Schneiderus hoc vocabulum in Lexicon suum recepit, sed affert ἀμαρτύρως. Uterque lexicographus ὀλύφυτον scribit, sed reponendum est ὀλόφυτον: respicitur enim ad Dioscoridis Notha p. 449., ubi inter cetera capparis nomina Auctor hæc habet: Οἱ δὲ ὀλόφυτον——οἱ δὲ θλάσπιν, Ῥωμαῖοι σίναπι Περσικοῦμ. Ὀλόφυτον ergo rectius interpreteris nomen cappari ab aliquibus impositum. Capparis autem Dioscoridis Sprengelio H. R. H. p. 176. est Capparis spinosa. Etym. M. p. 597. 30.: Νάπυ· τὸ σίνηπι κατὰ στέρησιν τοῦ ἠπίου, παρὰ τὸ δριμύτητα· τὰ εἰς ῡ λήγοντα οὐδέτερα μακρᾷ παραληγόμενα, διὰ τοῦ ε͡ος (υ͡ος) κλίνονται· σεσημείωται τὸ νάπυος: p. 713. 38., Σίνηπι· τὸ νη͡, η̄, διότι ἀνεφάνη τὸ ᾱ ἐν τῷ *Σινάπιον, τὸ πι͡, ῑ. διατί; τὰ εἰς ῑ λήγοντα οὐδέτερα, διὰ τοῦ ῑ γράφεται· παρὰ τὸ σίνεσθαι τοὺς ὦπας, ὡς ὁ ἰατρικὸς λόγος μαρτυρεῖ, βλάπτει γὰρ τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ σίνος τὸ βλάβος. Cf. Athen. l. c. Imo omnia Gr. nomina neutrius generis, quæ recto casu desinunt in ι, nisi solum μέλι, adde ex Eustath. ad Il. Λ. p. 784. 10. καὶ τὸ τι, peregrina sunt. Athen. ii. p. 66. f.: Τοῦτο δ' ἡμᾶς τηρῆσαι δεῖ, ὅτι οὐδέτερον ὄνομα οὐδέν ἐστι παρὰ τοῖς Ἕλλησιν εἰς ῑ λῆγον, εἰ μὴ μόνον τὸ μέλι· τὸ γὰρ πέπερι, καὶ κόμμι, καὶ κοῖφι, ξενικά. Eadem fere verba leguntur in Hermanni Fragm. Lexici Gr. p. 323., et in Matthæi Gloss. Gr. Min. V. i. p. 4., ubi hujus canonis auctor Apollodorus laudatur. Peregrinis istis nominibus, neutrius generis, in ι desinentibus Eustath. l. c. τὸ σέσελι et τὸ σίνηπι adjecit. "De plenis nominibus cape; nam τρόφι, κρῖ, ἄλφι, ἔρι, et, si qua alia hoc genus inveniantur, non sunt ἀπαθῆ." Glossæ Labbeanæ: "Σίνηπι· Sinape, plurale non habet, Sinare (Sinape.). P. *Σινάπιον· Sinapi, E." Vox *Σιναπίδιον, qua caret Schneideri Lex., legitur in Tralliano vii. 2., teste Bod. ad Theophr. p. 796. b. Caret quoque idem Lexicon vocabulo *Σινάπινον, quod, notante Wetstenio ad Matth. xiii. 31., in Galeno legitur: de Temper. Med. Simpl. vii. et de Compos. Med. per Gen. iii. σινάπινον ἔλαιον. Dioscor. i. 47. voc. *Σιναπέλαιον usurpavit. Titulus capitis, Περὶ σιναπελαίου: Τὸ δὲ Σινάπινον σκευάζεται, λεαινομένου τοῦ σινήπεως, καὶ βρεχομένου ὕδατι θερμῷ, ἔπειτα μιγνυμένου ἐλαίου, καὶ *συνεκθλιβομένου· ποιεῖ δὲ πρὸς τὰ χρόνια ἀλγήματα μετασυγκρίνον. Diminutivum *Σινάπυξ, quo augeri possunt Lexica, nobis conservarunt Hesych., Σινάπυξ· γογγυλίς, et Phavor., Σίνηπι, παρὰ τὸ σίνειν τοὺς ὦπας, καὶ Σινάπιξ, γογγυλίς. "Constat nomine γογγυλίδος etiam napum intellectum Theophrasto. Hæc vox facta e νάπυ, quæ Atticis τὸ σίνηπι denotat: quidam etiam rapum sic vocarunt ex antiquis Græcis, Hesych.: Σινάπυξ· γογγυλίς." Salm. de Hom. Hyl. Iatr. p. 34. V. Class. Journ. xxiv. p. 399. Forma νάπυ, quam Attici semper adhibebant, legitur in Hippocr. περὶ διαίτης p. 95. 7., Νάπυ θερμὸν, *διαχωρητικὸν δὲ, πλὴν δυσουρέεται καὶ τοῦτο: περὶ νούσων γ' p. 162, 37. 164, 18., περὶ γυναικείων ά. p. 238, 2. Cf. H. St. Thes. iii. 787. e. Hippocratis νάπυ Sprengelio H. R. H. p. 45. est Sinapis nigra.

"ΘΛΑΣΠΙ, εως, τὸ, (ΘΛΑΣΠΙΣ, ἡ,)

Thlaspi; nomen herbulæ ex eo sic dictæ quoniam semen habet veluti ἐντεθλασμένον, teste Dioscor. ii. 186. ubi et aliud a Crateua θλάσπι commemorari ait, nonnullis dictum Περσικὸν σίνηπι, procul dubio, quoniam ejus, ut prioris, semen est δριμὺ et θερμαντικόν. Plin. quoque (xxvii. 18.) duorum generum esse thlaspi tradit: ac prius inter alia esse ait cauliculo semipedali non sine ramis, peltarum specie, semine incluso lenticulæ effigie, nisi quod infringitur, unde nomen alterum thlaspi etiam ipse dicit ab aliquibus Persicum sinapi vocari. (Pro sinapi Harduin. edidit napy. Ad Dioscor. loc. respexit Plin.) Idem et Θλάσπις dicitur. Paul. Ægin. vii. θλάσπις, σπέρμα ἐστὶ δριμύ. Hippocr. Γυναικ. i., θλάσπιν λείην ποιέων, (p. 260. 25. et de Nat. Mul. p. 221. 5., pro θαλπίην ποιέων, Vander Linden edidit, θλάσπιν ποιέων.) Idem Hippocr. θλασπόσιος dixit ἀντὶ τοῦ θλάσπεως, ut est in Lex. Galeni. (Pro θλασπόσιος Ms. D., teste Franzio, habet θλάσπης. Reponi debet θλάσπιος, quæ est Ionica forma pro θλάσπεως. Sic Hippocr. Γυναικ. i. p. 260. 30., Θλάσπιος ὅσον πόσιν ξὺν μέλιτι δίδου: p. 259. 49., Ἢ θλάσπιος ὅσον ὀξύβαφον μέλιτι παραμίξας ὕδατι διεὶς ὅσον δύο κοτύλῃσι. de Nat. Mul. p. 222. 7., Θλάσπιον ὅσον ὀξύβαφον μέλιτι παραμίξας, ubi Vand. Lind. habet θλάσπιος. Sic de Nat. Mul. p. 222. 1. σεσέλιος σπέρμα, pro σεσελέως σ. Hesych.: Θλασπίς· πόα, ἣν ἔνιοι Σαύριον. Pro θλασπίς, cum Heinsio, repone θλάσπις. Bod. ad Theophr. p. 765. legit θλάσπι, sed forma θλάσπις occurrit in P. Ægin. l. c. De nom. Σαύριον vide nos supra ad v. νάπυ.) Alioqui sunt qui et θλασπίδιον ipsum vocent per diminutionem." H. St. Θλασπίδιον, τὸ, Schneiderus in Lexicon suum recepit, sed ἀμαρτύρως. Vox legitur in Append. ad Dioscor. p. 446.: Οἱ δὲ θλασσίδιον l. θλασπίδιον, οἱ δὲ σίνηπι Περσικὸν, οἱ δὲ σίνηπι ἄγριον. Vide nos supra v. νάπυ. Teste auctore Appendicis ad Dioscor. p. 449., θλάσπιν aliqui vocant capparin, quæ Sprengelio H. R. H. p. 176. est Capparis spinosa.

"Θλασπίς, ein Kraut, Diosc. ii. 186. Plin. xxvii. 23. nach Hesych. auch σαύριον gennant; Galenus de Antidot. lobt vorz. die Art vom Berge σαῦρος in Kappodocien; eine Art von Kresse oder Senf, wovon der Same wie Senf gebraucht ward." Schneiderus in Lex. Fallitur vir doctus. Galeni verba, a Bod. ad Theophr. p. 767. laud., sunt hæc, de Antid. i. 14.: Μόνον οὖν εἰπεῖν ἔτι περὶ θλάσπεως ἀναγκαῖον ἐστὶ, ἐπειδὴ καὶ σχεδὸν ἅπαντα (ἅπαντες) ἐμβάλλουσιν τὸ ἐκ τῆς Κρήτης φερόμενον, καὶ τὸ πανταχόθεν γεν-

[1] "Τύμβοις conjecit Schw. præeunte Casaub.: τύμβῳ Φάσγανα παρθενικαῖς *νεόδουπα *συναμφιχέονται, Jacobs Additam. p. 359. Canterus vulgatum παρθενικαῖς νεόχου ποσὶν mutatum voluit in παρθενικαῖς—ποσὶν, vocem *νεοχον interpretatus recens sepultæ, cui recens χοαὶ factæ sunt. Medelam nec Casaub. nec Schw. vitii aperti reperit." Schneider. ad Nic. Fragm. p. 299.

[2] "Χρυσανθές chrysanthemum interpretatur Schw., non inepte." Schneider. ibid.

[3] "Quod Γεραὸν πώγωνα, senilem barbam, (γεραὸν poetice pro γεραιὸν), consentientibus membranis scribitur, id utique videri debebat pro eo a poeta positum, quod alias *Γεροντοπώγων (quod a Dalecampio in ora notatum est) a botanicis nominatur. Qua de planta in Gorræi Defin. Med. hæc traduntur. 'Γεροντοπώγων, herba est quæ inter saxa gignitur, longa barba, foliis instar capillorum prælongis, flore luteo, qui in volucres barbulas evanescit, quas pueri Barbas Dei nuncupant. Lacte manat, et radice amara est, eoque a Tragopogone differt.' Non vacat nunc nobis inquirere, quo auctore ista tradiderit Gorræus, et quis aut quinam sint potissimum qui ante illum nomine isto γεροντοπώγων usi sint. Illud cum Casaub. miratus sum, apud neminem e veteribus botanicis vel medicis aut omnino historiæ naturalis scriptoribus vel levissimum reperiri nominis illius vestigium. Τραγοπώγων utique a Theophr. Plin. et Dioscor. commemoratur, quorum testimonia Bod. p. 815. collegit, gerontopogonis nullam mentionem faciens: et tragopogoni quidem radix tribuitur dulcis, Plin. xxvii. 13. 117., cum gerontopogonis radix (ut Gorr. ait) amara sit, quo ipso a tragopogone differre ait gerontopogonem. Quæ cum ita sint, speciosa quidem videri poterat Casauboni emendatio, Καί γε τράγου πώγωνα, sive cum Salm. in Solin. p. 863., Καὶ τράγιον πώγωνα malueris; sed nos in vetere scriptura, Καὶ γεραὸν πώγωνα, nihil mutare debuimus." Schweigh.

*νώμενον, ὅπερ ἐστὶ τῇ χρόᾳ μὲν * ὠχρόξανθον, τῷ σχήματι δὲ στρογγύλον πάνυ, σμικρὸν, ὡς εἶναι κέγχρου πολλοστὸν μόριον· ἄμεινον δὲ τὸ ἀπὸ Καππαδοκίας κομιζόμενον ἐμβάλλειν, τῇ χρόᾳ μὲν ἐπὶ μελάντερον ἀποκεχωρηκὸς πάμπολυ, τῷ σχήματι δὲ ἀκριβῶς στρογγύλον, καὶ τῷ μεγέθει πολλῷ γε μεῖζον, ἢ κατὰ τὸ προειρημένον, ἔχον δὲ κατά τι μέρος ἑαυτοῦ καὶ οἷον * ἔνθλασμα τι μικρὸν, ἀφ' οὗ καὶ ὠνομάσθη θλάσπι· γεννᾶται δὲ ὥσπερ καὶ τοῦτο, οὕτω καὶ ἕτερον ἐν Καππαδοκίᾳ πάμπολυ, ὥστε οὐκ ἁπλῶς τὸ ἀπὸ Καππαδοκίας φερόμενον ἄριστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἰδίως ἐν αὐτῷ γεννώμενον, ἀνόμοιον δὲ τῷ Κρητικῷ τε καὶ πολλαχόθεν τῆς γῆς φυομένῳ.* "Postrema corrupta esse vel Gr. linguæ parum peritus videbit. Scribe, *ἀλλὰ τὸ ἰδίως ἐν Ταυρίῳ γεννώμενον.* Interpres, Quod peculiariter in Sauro: verte, In Tauro Cappadociæ monte." Bodæus l. c. Galeni Thlaspi Sprengelio H. R. H. est Cochlearia Draba. Quod Gal. hic de nominis etymologia tradidit, id utique iis, quæ Dioscor. et Plin. ll. cc. tradiderunt, respondet. Sed violat canona illum, a veteribus Grammaticis traditum, et a nobis supra ad v. *νάπυ* memoratum, nullum nomen neutrius generis recto casu desinere in *ι* præter *μέλι*. In peregrinis igitur linguis radix vocis quærenda est.

"ἌΜΜΙ, (s. ἌΜΙ, *εως, τὸ.*)

Nomen seminis cujusdam cumino minoris, de quo Diosc. iii. 7. (70., *Ἄμμι, ἔνιοι καὶ τοῦτο Αἰθιοπικὸν,*[1] *οἱ δὲ βασιλικὸν κύμινον καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ ἑτέρας φύσεως τὸ Αἰθιοπικὸν κύμινον ἔφασαν εἶναι, καὶ ἑτέρας τὸ ἄμμι· γνώριμον δὲ σπερμάτιον, μικρότερον πολλῷ τοῦ κυμίνου καὶ ὀριγανίζον τῇ γεύσει.*) et Plin. xx. 15. ('Est cumino simillimum, quod Gr. vocant Ammi; quidam vero Æthiopicum cuminum id esse existimant: Hippocrates regium[2] appellat, videlicet quia efficacius in Ægypto judicavit. Plerique alterius naturæ in totum putant, quoniam sit exilius et candidius. Similis autem et huic usus: namque et panibus Alexandrinis subditur, et condimentis interponitur.' Pro verbis, 'in Ægypto, Harduin. reponit Ægyptio, cui post Æthiopicum Dioscor. l. c. pariter secundas partes ac vires adsignat. Sed ante Hard. sic emendarat Pint., notans præpositionem in, quæ, teste Hard., abest a Mss. R. Colb., non haberi in V. C. Cf. Bod. ad Theophr. p. 753.) Genitivo facit *ἄμμεως*, (Dioscoridis capiti male titulus factus est ab imperitis, *περὶ ἄμμιος*, quæ est Ionica forma, ut in Hippocr. gen. *θλάσπιος* legitur pro *θλάσπεως*, de qua re vide nos supra ad v. *θλάσπι*. Dat. *ἄμμει* legitur in Diosc. iii. 77. de Petroselino, *Σπέρμα ἔχον ἐοικὸς ἄμμει.*) Ap. Plin. vero etiam Ammii, tanquam a nom. sing. Ammium." H. St. Locus est xx. 24. in compositione adversus venenata animalia, incisa lapide versibus in limine Ædis Æsculapii. Versus illos recitat Galen. de Antid. ii. 14. p. 922. ex Eudemo Medico. Cf. Scribon. Larg. Compos. 121., ubi est Ammium, notante Gesnero Thes. L. L. "Quod additur de ammi, vocari ameos, Græci quoque recentiores ita nuncuparunt, *ἄμεος*, et *ἄμαιος*, et *ἀμέον*. Neophytus: *Ἄμαιος, οἱ δὲ ἄμι, Ῥωμαῖοι, ἀμιοὺμ Ἀλεξανδρηνόν.* [Dioscoridis Notha p. 455.: *Ἄμμι, Ῥωμαῖοι ἄμμιουμ Ἀλεξανδρῖνουμ.*] In antiquissimo Codice Dioscoridis et ap. Plin. in scriptis passim scribitur *ἄμι*, ami, non, ut vulgo vocant *ἄμμι*. Cujus prima etiam syllaba producta reperitur ap. medicos poetas, Andromachum et Damocratem, apud quos perperam *ἄμμι* aliquot locis scribitur pro *ἄμι*. Inde *ἄμεος* genitivus, qui in rectum casum transiit. Et *ἄμεον* Glossæ Iatricæ: *Ἀμέον· τὸ * λαγοκύμινον,*[3] i. e. leporinum cuminum." Salm. in Solin. p. 926. Vox *ἄμι* est vel Æg. vel Alexandr.

"ΣΤΙΜΜΙ, *τὸ*, ΣΤΙΜΜΙΣ, *ἡ*, (ΣΤΙΒΙ, *τὸ*, * ΣΤΙΒΗ, * ΣΤΙΜΗ, *ἡ*.)

Stibium. Lapis est metallicus, colore nonnihil similis lapidi plumbario, sed magis nitens et candidus. Accedit autem et colore et nitore ad argenti spumam. Quamobrem propter similitudinem a Plin. (xxxiii. 6.) Spumæ lapis candentis dicitur. Dividitur in marem et in fœminam. Horridior, inquit Plin., est mas, scabriorque, et minus ponderosus, minusque radians, et arenosior; fœmina contra nitet, friabilis, fissurisque, non globis, dehiscens: quod genus Dioscor. (v. 99.) manifesto scribit *στίβι* appellari. Est autem *στίμμι* tam simile plumbo, ut si paulo magis concremetur, in plumbum vertatur. Ustum autem antiquitus formabatur in pastillos: quibus quia fortasse Hippocratis tempore erat quadrata tesserarum figura, ipse *στίβι τετράγωνον* appellat. Gorr. (Galen. Gloss. Hippocr.: * *Τετραγώνῳ· τινὲς μὲν ταῖς εὑρισκομέναις κατὰ τὸ στίμμι πλαξὶ, τινὲς δὲ αὐτὸ τὸ στίμμι.* Hippocr. de Int. Aff. p. 209. 14. et 211. 2. *Καὶ τὴν κεφαλὴν καθαίρειν τῷ τετραγώνῳ.*) *Στίμμι*, Genus metalli, quo fusores utuntur ad facilius liquanda metalla, et mulieres ad denigranda supercilia. Optimum, inquit Diosc., quod splendidissimum et cicindelarum modo emicat: i. e. *λαμπυρίζον*. Hoc et *στίβι* et *πλατυόφθαλμον*, et a Plin. vi. 33., (imo, xxxiii. 6.) Spumæ candidæ et nitentis lapis dicitur. Vulgo vocant Antimonium. v. l. Additur, dici etiam *Στίμμις* ab Ione poeta: in hoc ejus versu, ap. J. Poll. (v. 101.) *Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν * ὀμματογράφον*: valet enim *πρὸς τὰ ὑπογράμματα γυναικῶν καὶ ἐντρίμματα*: quia intrito stibio mulieres ciliis superciliisque lineamenta adumbrata depingunt. Voc. *ὑπόγραμμα* usurpavit J. Poll. v. (l. c.) Et Hesych. *ὑπογράμματα* exp. *στιμμίσματα τῶν ὀφθαλμῶν*, oculorum pigmenta et fucum.[4] Observa porro hoc verbale a v. *Στιμμίζομαι*, quod redditur Stibio supercilia fuco, stibio utor ad pigmentum oculorum." H. St. Democriti Fragm. de Symp. et Antipath. p. 337. extr., T. v. Bibl. Gr. Fabric.: *Στιμμίσει τὰ βλέφαρα καὶ τὰς ὀφρῦς.* Zonaras p. 1779. et Etym. M. p. 782. 8.: *Ὑπόγραμμα· τὸ Ἁρματίου Ὑπόμνημα, ᾧ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑπογράφουσι, καὶ ὑπογεγραμμένη, ἐστιβασμένη, Ἀριστοφάνης.* Pro *ἐστιβασμένη* reponendum *ἐστιβισμένη*, ut jam vidit Sylburg. *Στιμμίζομαι*, s. * *Στιβίζομαι*, Stibio me lino, fuco me. כחל. Ezech. xxiii. 40. *Εὐθὺς ἐλούου, καὶ ἐστιμμίζου*, al. *ἐστιβίζου, τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἐκόσμου κόσμῳ.* השים כפוך, Pono in stibio, 4 Reg. ix. 30. *ἐστιμμίσατο*, al. *ἐστιβίσατο, τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς.* Suid.: *Ἐστιμμίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς· ἐκαλλωπίσατο*, oculos suos stibio fucavit. Vide D. W. Trilleri Obss. crit. xv. p. 404. et Biel. Thes. Philolog. פוך Aqu. Sym. Es. liv. 11. *στίμει*. Lex. Cyr. Ms. Brem.: *Στίμις· τὸ μέλαν χρῶμα, ὃ βάλλουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς, τὸ λεγόμενον * χωλᾶν.* De isto vocabulo *χωλᾶν* silent Suid. Hesych. Phavor. J. Poll., Glossæ Labbeanæ, Salmasius, Cœl. Rhodig., Bekkeri Anecd. Gr., H. Steph. et Schneideri Lexica. *Χωλᾶν* autem scribitur a Bielio et ap. Albert. ad Hes., et in Thes. Philolog. Sed vera lectio est *χολᾶν*. Eustath. ad Il. Θ. p. 728. 47.: *Τὸ στίμμι δηλοῖ καὶ παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ παρὰ τοῖς ἄρτι δὲ χολᾶν, ὃν * κύχλον ἡ γυναικεία γλῶσσα φιλεῖ καλεῖν.* Nom. *χολᾶν* dubio procul per metaphoram sumtum est e *χολὴ*, fel. *Στίμμι*, ut vidimus, exponitur *τὸ μέλαν χρῶμα.* "*Χολὴ μέλαινα* dicitur communi significatione omnis humor crassus et niger, sive sanguinis limus fuerit, sive sanguis ustus, sive bili supra modum torrida, sive alio quovis modo genitus." H. St. Thes. iv. p. 550. c. *Χολὴ* pro ipso humore positum, dicitur de

[1] Galen. Gloss. Hippocr.: *Αἰθιοπικόν· ὑπακουστέον τὸ κύμινον.* De voce *Αἰθιοπικὸν*, pro substantivo nomine usurpata, silent H. Steph. et Schneideri Lexica.

[2] "Regii cumini ubi meminerit Hippocr., ignoro; locum hactenus nondum inveni." Bod. ad Theophr. p. 753. a.

[3] "*Λαγοκύμινον* [*Λαγοκύμινον*], Cumini species, Lagopus, ap. Interpol. Dioscor. c. 599. Glossæ Iatr. Græco-Barb. Mss., *Λαγοκύμινον, μαῖον* [*Λαγοκύμινον, ἄμαιον s. ἀμέον*]. V. Petr. Bellon. Obs. i. 26. Meminit Galen. Lex. Hippocr. herbæ, quam * *Λαγωάτην* vocat, Hippocrates vero *Λάμπυρον*." Du-Cang. Gloss. Gr. Cf. H. St. Thes. ii. 547. f. qui *λαγωάτης* meminit, sed in Indice Thesauri sui non posuit.

[4] "*Πλατυόφθαλμον* quidem vocatum a dilatandis ac porrigendis oculis; nam nigro ejus pulvere supercilia circumducebant, et in arcum formabant, et sic oculorum spatium veluti producebant ac extendebant mulieres. Tertull. de Cultu Feminarum: In illum enim delinquunt, quæ cutem medicaminibus urgent, genas rubore maculant, oculos fuligine porrigunt. Ita legit liber vetus Agobardi; perperam repositum a correctoribus collinunt. Fuligo illa e stibio. De eodem nigro stibii pulvere accipienda hæc ejusdem in eodem libro: Et illum ipsum nigrum pulverem, quo oculorum exordia producuntur. Hic pro eo dixit, oculos fuligine porrigi, et allusum est ad stibii appellationem alteram *πλατυόφθαλμον*." Salm. in Solin. p. 807. e. Plin. xxiii. 6.: Vis ejus (stibii) adstringere et refrigerare: principalis autem circa oculos; namque ideo etiam plerique Platyophthalmon id appellavere, quoniam in calliblepharis mulierum dilatet oculos. Hieron. ad Furiam de Vid. Serv. T. iv. Ep. 46. p. 556. extr.: Non habuit crispantes mitras, nec stridentes calceolos, nec orbes stibio fuliginatos. Ovid. Art. Am. iii. 203. Nec pudor est oculos tenui signare favilla. Juvenal. ii. 93. Ille supercilium madida fuligine tactum Obliqua producit acu. Has acus Hesych. vocat *ψαλίδας*. *Ψαλίδες* sunt forfices *κουρέων*, J. Poll. ii. 32. x. 140. Idem iv. 181. x. 149. *ἰατροῦ σκεύη, σμίλη*, et *ψαλίς*. Glossæ: *Σμίλα*. Scalprum; *Σμιλίον·* scalpellum. "*Καλλιβάντις* Hesychio sunt ὅμοιαι σμιλίαις ἢ ψαλίσιν, ἐν αἷς τὰς ὀσφῦς (ὀφρῦς) κοσμοῦσιν αἱ γυναῖκες." H. St. V. Vales. ad Hesychii locum.

atramento sepiæ a Nic. Alexiph., notante H. St. ibid. p. 551. Quod ad alterum nom. *κόχλος* attinet, *κόχλος*, cum de coloribus sermo sit, proprie denotat conchylium, ostrum, purpuram, (ut in Naumachii Monitis Nuptialibus 62., *Εἵματα δ' εἰναλίης ἐρυθαίνεται αἵματι κόχλου*: v. nos supra v. *βύσσος*, et Sturz. ad Empedoclis Fragm. p. 704.), deinde, ut videtur, pro colore nigro, tum vero pro stibio, quod exponitur color metallicus niger, usurpatur. Zonar. et Phavor.: *Στίμμι· εἶδος βάμματος.* Mœris p. 344.: *Στῖμις*, (leg. *Στίμις*, cum Bielio Thes. Philolog.) *Ἀττικῶς, στίμι, Ἕλληνες.* "In MS. *Στιμὶς, Ἀττ. στίμη, Ἑλληνικῶς.*" Hudson. "*Στῖμις* et *στίμι* MSS. C. R. Coll. Schl. Gron. *στῖμις* et *στιμή*. sic et Leid. Per duplex *μμ* scriptum ap. J. Poll. v. 101." Pierson. Photius: *Στίμην καὶ στίμιν, ὅ τινες στίβην, Ἀντιφάνης Παροιμιαζομένῳ, Στίμιν, κάτοπτρα, κρωβύλους, κεκρυφάλους.* Sallierius ad Mœr. l. c., notante Schleusnero Animadvv. in Phot. p. 99., loco *ὅ τινες στίβην·* pro quo in Cod. D. exstat *οἵτινες στίμην*, legit *ὅ τινες στίμι*. "Id enim sibi vult, fuisse nonnullos, qui hocce nomen neutro genere efferre maluerint, e quorum numero Dioscor. v. 99. ideo a Mœride in scriptorum parum Atticorum numero reponendus; illudque non immerito, cum Atticos in hacce voce scribenda femininum anteposuisse, ex Antiphanis fragmento manifestum sit. Nec aliter Ion Tragicus, de quo Eustath. ad Od. Ξ. p. 1761. 31. [ex Aristophane Grammatico]: *Ἔτι καὶ τὸ στίμμιν, περὶ οὗ ἀλλαχόθι ἐγράφη, θηλυκῶς προάγει, εἰπὼν ὅτι στίμμις ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων μέν ἐστι φωνή. Κεῖται δὲ ὅμως καὶ παρὰ Ἴωνι τῷ ποιητῇ, ἐν τῷ, Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον.* E quibus illud præterea colligas, voc. *στίμμιν* cum duabus *μ* pronunciari debere." Eustath. ad Il. Θ. p. 728. 51.: *Ἰσ* συμμνηστέον καὶ ὅτι τὸ εἰρημένον οὐδέτερον ὄνομα τὸ στίμμι, καὶ στίμμις εὕρηται λεγόμενον θηλυκῶς. Γραφει γοῦν τις, οὕτω· Στίμμις, ἡ εἰς τὰ ὄμματα χρήσιμος, Αἰγυπτίων φωνῇ, φέρων δὲ καὶ χρῆσιν τὸ, Καὶ τὴν μέλαιναν στίμμιν ὀμματογράφον, ἁμαρτάνειν φησὶ τοὺς λέγοντας τὸ στίμμι.* Id. ad Il. Ξ. p. 976. 50.: *Ἀμύθητος ταῖς περιέργοις γυναιξὶν ὁ κόσμος· οὗ μέρος, καὶ τὸ ἐκ ψιμμυθίου * περίπλασμα, καὶ ἡ νόθος τῶν παρειῶν * ἐρυθρότης, καὶ ἡ μέλαινα στίμμις, ἢ οὐδετέρως τὸ στίμμι, καὶ αἱ τρίχες, ἃς ὁ ἥλιος ἐπιποιῶν, οὐκέτι χρυσοκόμαν ἀλλὰ * ἡλιοκόμαν*[1] *ποιεῖ τινα λόγῳ λευκότητος.* Erotian.: *Φαρμακοῖσι· πλατυοφθάλμοις. Οὕτω φησὶ καλεῖσθαι Ἐπικλῆς τὸ στίμμι, καὶ Νίγρος.* MS. D. *στίμι*. "Legitur etiam *φαρμακοῦσι*, sed utramque lectionem suspectam habeo, nec dubito, quin inter *πλατυοφθάλμοις* et *οὕτω* desiderentur aliquot verba." H. St. "Vocem *φάρμακα* ap. Hippocr. reperio, sed non in ea significatione, quam Erot. ei tribuit." Eustach. Forma *στίβι*, pro *στίμμι*, ut vulgo editur, in vetustissimo Dioscoridis exemplari legitur, notante Salm. in Solin. p. 807. f. Sic Plin. xxix. 6. s. 37., Additis duabus sextis denarii e stibi, ut omnia œsypo illinantur, ubi silet Harduin. Genit. stibis v. ap. Scribon. Larg. Comp. 27. 34. Jerem. iv. 30., *Ἐὰν ἐγχρίσῃς στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου*, ubi Ed. Rom. *στίβι*. Hesych.: *Στίβη· ἀράχνη* (leg. cum Bielio, *ἡ πάχνη*, e Suida), *καὶ χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν.* Male Toup. Emendd. in Hes. iii. p. 415. legit *χρίσμα* pro *χρῶμα*. Lex. enim Cyr. MS. Brem. habet, *τὸ μέλαν χρῶμα*. Anti-Atticista ap. Bekkeri Anecd. Gr. p. 114., *Στίβη· ᾗ τὰ ὄμματα αἱ γυναῖκες ὑπογράφονται.* Phrynichus Σοφ. Προπαρ. ibid. p. 68., *Ὑπογράμματα· οἷς ὑπογράφονται τοὺς ὀφθαλμούς· ἔστι δέ τις μέλαινα σκευασία, ἣν καὶ στίβην καλοῦσιν.* Formam *στίβη*, quæ et in Photii loco laudato occurrit, non agnoscit Schneideri Lex. Chrysostomus in Catena Ghislerii in Jer. l. c. p. 427., pro *στίβῃ*, habet *στίβει*, tanquam a nom. sing. * *Στίβος*: *Τὸ δὲ ἐὰν χρίσῃς στίβει, τὸ μέλαν λέγει, ᾧ ἐπιχρωννύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰώθασιν αἱ γυναῖκες.* Cod. Alex. Jer. l. c. exhibet *στίμῃ*: "vitiose," ut putat Fr. Guil. Sturz. de Dial. Mac. et Alex. p. 112. At forma *στίμη* et in Mœridis MSS. et in Photii Cod. D. ll. cc. legitur. Dioscor. v. 99., *Στίμμι— τοῦτο οἱ μὲν στίβι, οἱ δὲ πλατυόφθαλμον, οἱ δὲ λάρβασον ἐκάλεσαν.* Plin. xxxiii. 6.: Stimmi—alii stibium [stibi], alii * alabastrum, alii * larbason. Pro larbason M. turbasim, V. labron. Sic in Glossis legitur: *Στίμμι·* stibium, O. Turbasis, O. Dioscoridis Notha p. 475., *Λάρβασον οἱ δὲ * γυναικεῖον, οἱ δὲ * χαλκηδόνιον.* "Interdum *Γυναικεῖον* a quibusdam dicitur stibium s. antimonium, quod eo mulieres decoris causa cilia illinerent." Gorræus. Glossæ: *Γυναικεῖον·* muliebrum. MSS., teste Du-Cangio, Muliebre. *γυναίκιον*. M. Martin. Lex. Philolog.:— "Gynæceum, locus interior in ædibus, ubi mulieres versabantur: Gloss. *Γυναικεῖον·* muliebrum. Forte muliebrium: aliter *γυναικωνῖτις*." An per muliebrum intelligi debet stibium? De voce *γυναικεῖον* pro stibii nomine usurpata silet Schneiderus in Lex. Plura vero de hoc oculorum fuco v. ap. Spanhem. Hist. Jobi xv. 11. Tenzel. in Dial. Menstr. A. 1689. p. 504. Conr. Mel Epist. de Lapide פוך ad Es. liv. 11. in Bibl. Brem. Cl. viii. p. 793. et Biel. Thes. philolog. *Στίβι* G. J. Vossio Etym. L. L. deductum videtur *ἀπὸ τοῦ στίβειν* s. *στείβειν*, quod est astringere, quia eam vim habet. At, testibus Aristophane Grammatico et Eustath. l. c., est Ægyptiaca vox. Mirum tamen de ea nihil dixisse Jablonskium.

* ΠΕΡΡΑ, Sol, s. Terra.

Lycophr. 1427. *Κιμμερὸς θ' ὅπως Σκιὰ καλύψει πέῤῥαν, ἀμβλύνων σέλας.* Scholia Tzetzæ, *Συγκρύψει τὸν ἥλιον.* Scholia breviora b, *Τὴν γῆν κατὰ γλῶσσαν*: c, *Τὴν γῆν, ἡλίου.* "Hanc vocem, Lexicographis omnibus incognitam, vir orientalium linguarum peritissimus, L. Pickius Gallus, a Coptitis petitum esse voluit, uti me nuper admonuit vir venerabilis, G. Wake, Decanus Exon. Illi enim solem vocant *πε ρη*, pe re. Nec absimile vero est, Lycophr., qui Alexandriæ cum Ptolemæo familiariter vixit, et e Pleiadum septem numero habitus est, vocabulo Copticæ originis usum fuisse; cum alii quoque auctores verba quædam ex ea lingua in Græcam transtulisse comperiantur. Sic enim Sappho vinum vocavit *ἔρπιν*, quod Coptitæ appellant *πε ηρπ*, pe herp. Quæ vox ap. Lycophr. quoque nostrum occurrit v. 579. [V. supra Tewateri Auctarium h. v.] Eustath. in suo Commentario ad Hom. observat, *ἦτορ*, cor, a Plutarcho dici *ἦθρον*, quod quidem Coptitæ vocant *πε ρηθ*, pe reth. Denique *ἀθήρα*, quod ap. Platonem, Aristotelem, Plinium, S. Hieronymum, pultim significat, a Coptitis deductum est, apud quos *τε θρε* respondet *τῇ βρώσει* Græcorum." Potter. Vide Jabl. supra v. *ἀθήρα*. "*Πέῤῥαν*, vocabulum nullius auctoritatis. Codicum, quotquot adhuc sunt collati, habet nullus, quod juvet in hac emendanda lectione; omnes in ea conspirant, exceptis duobus, Vat. et Vit. 3., qui legunt *πέραν*, supra tamen scripto altero *ρ*. Meursius, et post eum Canterus, [et Matthias, Postscript to Gray's Works, V. ii. p. 623.] volunt legi *πέτρον* (s. *πέτραν*), eoque vocabulo nonnunquam solem quoque innui opinantur, laudatis locis e Callimachi Fragm. 124. (ap. Soph. Schol. ad Œd. Col., *Εἴδεος· ἀμφὶ δὲ οἱ κεφαλῇ νέον Αἱμονίηθεν Μεμβλωκὸς πίλημά τι πέτρου*[2] *ἄλκαρ ἔκειτο*) et Eurip. Orest. 6. (de Tantalo, *Κορυφῆς ὑπερτέλλοντα δειμαίνων πέτρον*,) cum Schol. Pindari Pyth. i. 97.,[3] quæ autem, ut mihi videtur, sunt aliena. Schol. interl. explicant *γῆν*, unde Hermann. conjicit, forte legi posse *τέῤῥαν*, quod voc. antiquum et incognitum deinde a Latinis sit receptum. Si vero *σέλας* de sole, vel omnino de luce dici, uti *σέλας θυμάτων* v. 1091. de sacrificiis incensis usurpatur, atque intelligi possit *ἡλίου* (cf. Potter.), *πυῤῥὸν* legerim pro *πέῤῥαν*, ita ut *ἀμβλύνων* ornatus causa additum sit. Quum vero Potter. ostenderit, *πέῤῥα* esse

[1] "*Ἡλιῶσα κόμη*, Candida coma. v. l. sed sine exemplo." H. Steph. Thes. Ind. Respicitur, ut putamus, ad Eustath. ad Il. Γ. p. 452. 27., ubi tamen sensus aliam postulat interpretationem: *Ἔπαινος δὲ κόμης παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ξανθόν. Διὸ καὶ ἡλιώδης κόμη, καὶ ἡλιῶσα ἡ τοιαύτη, καὶ χρυσία δὲ, καὶ ὁ ταύτην ἔχων χρυσοκόμας.*

[2] "*Πέτρου ἄλκαρ*, munimentum adversus lapidis ictum. Viderint autem, qui hic *πέτρον* solem interpretantur. In Lycophronis quidem carmine, quod dedita opera tenebricosum fecit auctor, tolerari potest: sed h. l. *κακόζηλον* esset, et Lexiphane quam Callimacho dignius. Legerim potius, e sententia Scholiastæ, *σίτου ἄλκαρ*." Bentl.

[3] Imo Olymp. i. 91. de Tantali pœna: *Ἔνιοι δὲ ἀκούουσι τὸν πέτρον ἐπὶ τοῦ ἡλίου. Τὸν γὰρ Τάνταλον φυσιολόγον γενόμενον, καὶ μύδρον ἀποφήναντα τὸν ἥλιον, ἐπὶ τούτῳ δίκας ὑποσχεῖν· ὥστε καὶ ἐκκρέμασθαι αὐτῷ τὸν ἥλιον, ὑφ' οὗ δειματοῦσθαι καὶ καταπτήσσειν. Περὶ δὲ τοῦ ἡλίου οἱ φυσικοί φασιν, ὡς λίθος καλεῖται ὁ ἥλιος. Καὶ Ἀναξαγόρου δὲ γενόμενον τὸν Εὐριπίδην μαθητὴν, πέτρον εἰρηκέναι τὸν ἥλιον.* Deinde citat locum ex Oreste supra laudatum, et hunc, qui extat v. 971.: *Μόλοιμι τὰν οὐρανοῦ μέσον χθονός τε τεταμέναν αἰωρήμασι πέτραν ἁλύσεσι χρυσέαις φερομέναν δίναισι βῶλον ἐξ Ὀλύμπου, Ἵν' ἐν θρήνοισιν ἀναβοάσω γέροντι πατρὶ Ταντάλῳ.* "Quod ad *βῶλον* attinet, cum *χρυσέαν βῶλον* solem vocasse testetur Euripidem Scholiastes Apollon. R., idque e Phaethonte diserte citet Diog. Laert. ii. 10. maxima cum verisimilitudine legunt vv. dd. ap. Strab. i. p. 58. c. (33.), *Ἥλιος ἀνίσχων χρυσέᾳ βώλῳ φλέγει.* V. Valck. Diatr. p. 30, 31." Porson.

voc. Æg. vel Copt., acquiescendum nobis omnino videtur in vulgata, *πέῤῥαν*." Muller.

" ΘΙΒΗ, *ης*, *ἡ*,

Hesychio (et Phavor.) est *πλεκτόν τι* • *κιβωτοειδὲς ὡς γλωσσοκομεῖον*, Fiscella e vimine plexa arculæ in modum. Quomodo *θίβη παπύρου* affertur ex Exodi ii. (3. 5.), pro Fiscella scirpea. Ap. Athen. (iv. p. 129. c.) *Ὑελοῦς πίναξ ἐν θίβῃ*[1] *κατακείμενος ἀργυρᾷ*. Ubi Budæus significari ait vas, quod amplexabatur discum vitreum ne frangeretur in ferculis ferendis, a Plin. (xxiii. 11. xxviii. in fin.) dictum Repositorium. Possis et loculum interpretari. Ap. Suid. reperio, *Θίβης· κιβώτιον ἐκ βύβλου λεκτὸν (πλεκτὸν) ὡς* • *κοφινῶδες*." H. St. Schol. ad Exod. l. c., *Θίβη· κιβωτὸς παπύρου, ἢ ὑδρία, ἢ πλατυσμὸς, ἥν τινες καλοῦσι* • *στίτην*.[2] Gloss. in Octat.: *Θίβη· πλέγμα βίβλινον, ἐμφερὲς κοιτίδι τὸ μέγεθος*, quæ verba Glossator descripsit e Josepho Ant. Jud. ii. 9. 4. Lex. Cyr. MS.: *Θίβη· κιβώτιον ἐκ φυλλῶν πεπλεγμένον ὡς κοφινῶδες*. Zonaras: *Θίβη· κιβώτιον ἐκ φυλλῶν πεπλεγμένον καὶ κοφινῶδες*. Ubi D. • *θίβις*: K. *θίβης*, ut in Suidæ et Phavorini glossis. Post *φυλλῶν* voc. *βύβλου* supplendum esse apparet ex iis, quæ supra laudavimus e Biel. Thes. Philolog. V. Schleusneri Cur. Nov. in Phot. p. 64., ap. quem legitur: *Θίβη· κιβώτιον ἐκ βύβλου πλεκτὸν, ὡς κοφινῶδες*. In Exodi loco non tantum *θίβιν*, *θίβην*, et • *θήβην* legunt, sed Complut. etiam *θήκην*, ii. 3. 5. ut com. 6. pro *θίβῃ* Vat. *θίβει*, Compl. *θήκῃ*. Huc pertinet glossa in Octateuchi Vocabulario: *Θήκην* (MS. *Θίκην*)· *γλωσσόκομον*. " *Θίβωνος*, etiam ut *Θίβη*, a Cypriis dicitur *κιβωτὸς*, Arca, cista, teste Hesych. (et Phavor.)" H. St. *Θίγωνος* genitiv. esse videtur: nam idem Hesych. habet: • *Θίγωνος· κιβωτοῦ*. In utraque voce Is. Voss. ο̄ pro ω̄ ponit. " *Θίσβη* Suidæ (et Zonaræ) est et nomen proprium, et ὁ *σωρός*." H. St. " *Σορὸς* e Codd. Suidæ restituit Kuster. Sed quum desit auctoritas, nihil mutandum." Tittmann. " *Θίσανα* Hesychio (et Phavor.) est *χῶμα* • *σωροειδὲς*, Agger s. terra egesta in acervum, quod et *θὶν* s. *θίς*." H. St. " Fac ita cohæreant syllabæ male divulsæ, *Θίς*· • *ἀναχώμα σωροειδές*." T. Hemst. ad *θὶς* pertinere videtur illud *θίσβη*. Hesych.: *Θίβα· πόλις Βοιωτίας, καὶ κιβώτιον*. Ubi Albert. hæc notavit. " Lex. MS., *Θήβη· καψεῖον ἤτοι γλωσσόκομον ἀπὸ παπύρου πλεκτόν*. Cyr. Lex. MS.: *Θήβη· πλέγμα βιβλίῳ [βύβλῳ] ἐμφερὲς, ὡς κιβωτὸς* • *φοινικῶδες*. Is. Voss. e Cyrillo suo hæc citat, • *Θῆβις· κιβώτιον ἐκ βύβλου πλεκτὸν ὡς φοινικῶδες*. Eadem in Lex. MS. meo, omissis verbis, *ἐκ βύβλου*."[3] " Varro scribit Æoles Bœotios Tebas vocare colles. Et in Sabinis ita tum quoque vocatas, quo e Græcia Pelasgi migraverant. Item in agro Sabino clivum appellari thebas. Certe videntur Æoles etiam *θήβην* vel *τήβην* absque aspiratione vocasse cumulum terræ, vel colliculum ad instar arcæ eminentem." Salm. in Solin. p. 717. a. Lucian. Tim. 15., *Τούς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θίβαις καὶ σκότῳ φυλάττοντας*. Lectionem *θίβαις* probat M. du S. " Patet jam olim fuisse variam hic lectionem. Brodæus enim Miscell. ix. 7. videtur legisse *θίβαις* et *θύραις*, at rejiciens utrumque, reponit *θήκαις*. Faber quoque ita emendat, qui non raro cum Brodæo convenit." J. Jens.

" *Ἴβην* Hesych. (et Phavor.) esse dicit *σορόν*: afferens et *Ἴβηνοι* pro *σοροὶ, θῆκαι ὀστράκιναι, κιβωτοί*: addens tamen etiam *εὔθυμοι*,[4] *νοεροί*: subjungensque præterea, *Ἴβηνος, πλησμονή*." H. St. " *Βῆνος* Hesychio (et Phavor.) *κιβωτὸς*, Cista, arca." H. St. " *Ἰβανεῖ* Hes. (et Phavor.) affert pro *ἀντλεῖ*, Haurit. Et *Ἰβάνη* pro *ἀντλητήριον, κάδος*, Haustrum, cadus, urceus. Necnon *Ἴβανον* pro *κάδον, σταμνίον, χαλκίον*. At *Ἴβηνα* Cretensibus appellari ait *τὸν οἶνον*." H. St. Hesych.: *Ἴβηνα· τὸν οἶνον, Κρῆτες*. (quod sc. e cado hauritur, Martin. Cadm.) *Οἱ δὲ* • *Βῆλα*, pro quo Soping. reponit *Ϩίλα*: de h. v. vide nos infra. G. conjicit *ἴβηλα*. " *Ἴβη* i. q. *ἰβάνη*, urna, et translate de urna, in qua ossa et cineres colliguntur. Idem ergo quod *σορός*." Is. Voss. • *Ἰβανατρίς· σχοινίον ἱμήτριον*, Hesych. et Phavor. " Pro *ἱμήτριον* malim • *ἱμητήριον*, quo carent Lexica." Albert. *Ἰβανεῖ* illud, quod Hes. exponit, ut vidimus, *ἀντλεῖ*, Is. Vossio et Martin. Cadm. ab *ἱμᾶν* deductum videtur: nam β̄ et μ̄ promiscuæ litteræ." " *Ἰβύηχα* Hesychio (et Phavor.) est *σεμνότης*, vel *σωρὸς κρεῶν*." H. St. *Ἴβυκχα* Is. Voss. Pro *σωρὸς* leg. *σορὸς κρεῶν*, Martin. Cadm. " *Ἴβυκχος, Ἰβύκχη*, vel *Ἰβύκχα* legitimam habet formam, ut *σικχὸς*, ejusque generis plura. Intellige vero *σεμνότητα*, gravitatem et modestiam sacri silentii, dum res divina fit; eo nos ducunt *Ἴβυς, εὐφημία*, et reliqua. Si recte *σορὸς* conjectavit Martin., legendum præterea fuerit *νεκρῶν*, non *κρεῶν*: carnes enim *σοροῖς* recondi, quis se legisse meminit? Conjecturæ fidem addit non tantum *Ἴβην*, sed et certior interpretatio, quippe duabus simili potestate vocibus adjectis firmata, in *Ἴβηνοι*. Dubites an eodem sint referenda, quæ præcedunt, *Ἴβανον, Ἰβάνη*: quod si verum, non alio pertinebunt *Ἰβανεῖ* et *Ἰβανατρίς· σχοινίον ἱμητήριον*. Neque enim credibile, in his β̄ poni pro μ̄. Atque adeo suspicari licet, infra in Hesych. legendum: *Ἱμονία· ᾗ χρῶνται πρὸς τὰς ἀνιμήσεις τῶν ὑδάτων. Κύπριοι δὲ* • *Ἴβας* (pro *Ἴμας*), *ἤγουν τὰ σχοινία τῶν ἀντλημάτων*." T. Hemsterh.

ΜΥΡΡΑ, *ας*, *ἡ*,

unde Lat. Myrrha. Monet Athen. xv. 689. b. Myrrham primo in Ægyptum, et ex Ægypto in Græciam vehi. V. Jablonsk. supra v. *Βάλ*. " *Μύῤῥα, ας, ἡ*, Myrrha, s. Murrha: ap. Hippocr. Æolico idiomate pro *σμύρνα*, ut annotavit Galen. *ἐν ταῖς γλώσσαις*. [*Μύῤῥαν· Αἰολεῦσι τὴν σμύρναν, δὶς τὸ ῤ γράφεται*. Cf. Athen. xv. 688. c. Ap. Hipp. tamen *σμύρναν* fere semper scriptum reperias. Foës. Œcon.] *Μύῤῥα*, et *μυῤῥίς*, vocatur etiam herba quædam cicutæ caulibus et foliis simillima, (unde herbariis et officinis cicutaria dicitur) radicem habens modice oblongam, teneram, rotundam, odoratam, cibo non insuavem. Diosc. iv. 116. Plin. xxiv. 16. (Sprengelio H. R. H. p. 166. post Linnæum est Scandix odorata: cf. Columm. Ecphras. i. 33. p. 112.) Quin et *τὸ γεράνιον* a quibusdam *μυῤῥὶς* vocatur, ut est in ejusd. Diosc. append. (p. 459. et Plin. xxvi. 68.) Item *Μυῤῥίτης λίθος*

[1] " Nemo dubitabit verum esse *θήκῃ*. Mirum tamen, unde manarit edita lectio, quæ in multis etiam antiquis habetur, *θήβῃ*. Antiquissimi Græci eam vocem a Syris mutuati (Theba enim illis) videntur usurpasse pro sua. Hesych. certe agnoscit, et interpretatur *κιβώτιον*. Thebas inde esse nuncupatas a Cadmo Phœnice, non ignorant qui alia multa tractus illius nomina ad suam originem facile revocari animadverterint." Casaub. " At tam parum felix, quam ab h. l. aliena, videtur ista viri doctissimi observatio. De originatione nominis, quod urbi a se conditæ Cadmus imposuit, nihil certi haberi, intelligitur ex his, quæ super ea quæstione a Bocharto in Chanaan i. 16. prolata sunt." Schweigh. Etym. M. p. 450. 41.: • *Θῆβαι· Συριστὶ λέγεται ἡ βοῦς, ὅθεν ἐκλήθησαν αἱ Θῆβαι ὑπὸ τοῦ Κάδμου κτισθεῖσαι· ὅτι ζητῶν τὴν ἀδελφὴν, χρησμὸν ἔλαβε κατοικῆσαι ὅπου ἡ βοῦς ἑαυτὴν καταθῆται*. " Vocabuli *Θίβη* pro *κιβωτίῳ* usurpati apud neminem ex omni Gr. scriptorum numero, qui profani vulgo vocantur, vestigium ullum, quod sciam, reperitur." [Sed V. Luciani Tim. 15. et nos infra.] " Quæ in hanc partem ab Hesych. v. *θίβα* et *θίβη* aliisque grammaticis adnotata sunt, ea unice ad Exod. ii. 3. et 5. spectant, ubi LXX. Hebr. nomen tenuerunt. (Hoc, quod de Hes. dico, ipse etiam Casaub. postmodo animadvertisse videtur. Nam in Animadvv. ejus tert. Ed., post illa verba, ' interpretatur *κιβώτιον*,' hæc inserta video. ' Gr. interpretes Exodi ii. *θίβιν* vel *θίβιν* dixerunt; quæ vox fuit B. Augustino incognita, ut ipse scribit: puto allusisse eo Hesych.' Quæ verba, cum non legantur in Ed. i., ne in Addendis quidem, fortasse ad oram exempli, quo olim usus Casaub. erat, reperta sunt ipsius manu adscripta.) Ap. Athen. h. l. a vera scriptura *θήκῃ* nil deflectunt nostri Codd. Cf. p. 130. d. In ed. Ven. et Bas. non *θήβῃ*, ut ait Casaub., sed *θίβῃ* scribitur, duplicato errore. *Θίβῃ* scriptum esse in Cod. Par. manu Hermolai Barbari exarato, e Villebrunii ad h. l. adnotatione, t. ii. p. 6., disco. Eam scripturam haud dubie Hermolaus in alio Codice, ab imperito librario descripto, repererat. Est autem e vulgatissimis librariorum erroribus illa literarum β et κ imperita permutatio, cujus ratio a nobis explicata est in Notis ad Polyb. i. 37, 9. Nec rara in Athenæi codd. confusionis ejusdem exempla, quorum nonnulla a nobis indicata sunt in Animadvv. ad ii. 71. e. t. i. p. 475." Schweigh.

[2] Hoc vocabulum ignorant Lexica. Pro *στίτην* igitur reponendum est *κίστην*, quod Hesychio est *ἀγγεῖον πλεκτὸν εἰς ὃ βρῶμα ἐντίθεται καὶ ἱμάτια*.

[3] " Vas, in quo exportabantur partus, *χύτρα* dicitur s. olla, item *ὀστράκιον*, fiscella quoque. Aliquando e papyro ac bitumine, seu arundine et levissimo ligno, aliquando vas fictile. Instrumentum, quo Moyses expositus, Navigioli formam expressisse videtur. In vulgatis Bibliis Exod. ii. 3. Fiscella scirpea nominatur. Et Josephus atque Clemens Alexandrinus scirpos interpretantur, cum e papyro vas constructum dicant, quia iis in locis abundat. In Rabbinico opusculo, quod de Vita Moysis edidit Gaulmin., hoc vasculi contextum e juncis תבה, Thebah, arca nominatur." Th. Bartholinus de Puerperio Veterum p. 87.

[4] " Tales vinum, quod modo *Ἴβηνα* vocari dixit, facit, modice sumtum." Martin. Cadm.

hinc dicitur, myrrhæ colorem habens, faciemque minimæ gemmæ, unguenti odorem, attrita etiam nardi,[1] Plin. xxxvii. 10." H. St. Priscianus in Periegesi, p. 393., Myrrhitenque, bonum nardi cum reddat odorem.

" Labuntur qui Myrrhina pocula a myrrha aromate deducunt. Si myrrhina a myrrha dicerentur Latine, Græci similiter ἀπὸ τῆς σμύρνης, sic enim myrrham vocant, σμύρνεια aut σμύρνια ea dicerent. Atqui * Μόῤῥαν hunc lapidem passim vocant, etiam qui disertissime scribunt et Atticissant. Pausan. viii. 18.: Ἄλλως[2] μέν γε καὶ κρύσταλλος, καὶ[3] μόῤῥα, καὶ ὅσα ἐστὶν ἀνθρώποις ἄλλα λίθου ποιούμενα, καὶ τῶν σκευῶν τὰ κεράμεα. Perperam legitur, καὶ * μοῤῥία, et perperam emendant, μυῤῥία. Ut κρύσταλλος Pausaniæ, unde crystallina pocula, ita et Μόῤῥα lapis ipse, e quo pocula murrea et murrina. Lat. murram appellant. Martial. x. 80., Maculosæ pocula murræ. Statius in Coma Earini, hic pocula magno Prima duci, murrasque graves, crystallaque portat Candidiore manu. Ita enim ubique legendum, non myrrha. Græci, ut dixi, Μόῤῥαν et * Μόῤῥινα. Arriano Peripl. Mar. Erythr. λιθία μοῤῥίνη. Quod perperam corrigunt. Sed nec minore sunt in errore, qui murrina veterum ex onychiis gemmis factitata fuisse sibi persuadent. Ut multa alia omittam, quæ opponi possunt, si murrina veterum ex onyche gemma fuerunt, cur murrina vocata sunt, aut quæ hujus appellationis ratio? cur denique murrina ab onychinis ubique distinguunt? Arrian. in Periplo (p. 169. ed. Blanc.) ὀνυχίνην λιθίαν et μυῤῥίνην plane distinguit: Ἀφ' ἧς πάντα τὰ πρὸς εὐθηνίαν τῆς χώρας εἰς Βαρύγαζα καταφέρεται, καὶ τὰ πρὸς ἐμπορίαν τὴν ἡμετέραν, ὀνυχίνη * λιθία καὶ * μουῤῥίνη. Nihil sane vero propius, quam antiqua murrina esse porcellanea nostra, quocunque modo hodie fiant. Quod enim luto quodam albo, et in fornacibus cocto apud Chinas porcellanea vasa hodierna fieri contendunt, hoc nihil prohibet, quin veterum murrina fuerint. Quod enim veteres quidam lapidem esse murram scripserunt, alii humorem sub terra densatum, certe ex eo patet ignorasse illos, quid essent, aut quomodo fierent murrina. Non recte porro inde colligitur diversa esse porcellanea et murrina. Sericum omnis antiquitas passim habuit, et gestavit: quis e veteribus novit, quomodo sericum proveniret, et qua fieret arte? An non omnes arborum lanuginem depecti crediderunt? Sub Justiniano cognitum est demum vermes sericum apud Seres nere, non e foliis arborum lanuginosis depecti. Meminit Arrian. Peripl. Mar. Erythr. τῆς μοῤῥίνης, quæ in Diospoli fiebat. Cave putes intelligi de illa pretiosa murra, quæ e Carmania et India advehebatur, sed vitrum murrhinum accipiendum, quod in Diospoli Ægypti ad imitationem murrinorum fiebat. Sic enim scribit: Καὶ λιθίας ὑαλῆς πλείονα γένη καὶ ἄλλης μοῤῥίνης τῆς γενομένης ἐν Διοσπόλει. Dicit ἄλλην μοῤῥίνην. Aliud murrhinum ad distinctionem veri murrini. Sed omnino persuadeo mihi legendum esse in Arriano, Καὶ ὑαλῆς μοῤῥίνης. Meminit Plin. hujus murrini vitri, ut et Opsidiani, (xxxvi. 26.), quod etiam imitabatur lapidem opsidianum in Æthiopia inventum, quem Græci * ὀψιανὸν vocabant, quod nigerrimi esset splendoris, et imagines redderet, ut ὄψις, et oculi pupilla. Hesych.: Κόρη· ὄψις." Salm. in Solin. p. 143—4. " Omnia de murrha et murrhinis a doctis disputata accurate collegit Christius in Commentatione de Murrhinis Veterum Lips. 1743. 4. Quibus tamen addendus est Winkelmann, qui Descript. des Pierres Gr. de Mr. Stosch p. 501. murrham agathi genus pretiosum fuisse vult, et Veltheim Über die vasa Murrhina, Helmst. 1791. 8., ubi murrham steatitam Sinicum, Sinesischer Speckstein, fuisse demonstrat." Facius ad Pausan. viii. 18.

* Σμύρνα, ἡ, Myrrha. Dioscor. i. 77.: Σμύρνα δάκρυόν ἐστι δένδρου γεννωμένου ἐν Ἀραβίᾳ, ὅμοιον[4] τῇ Αἰγυπτιακῇ ἀκάνθῃ· οὗ ἐγκοπτομένου ἀποῤῥεῖ τὸ δάκρυον εἰς ὑπεστρωμένας ψιάθους, τὸ δὲ ἐπὶ τῷ στελέχει περιπήγνυται. Cf. Theophr. H. P. ix. 4. et Plin. xii. 33. Dioscor. l. c.: Καὶ λέγεται αὐτῆς ἡ μέν τις πεδιάσιμος λιπαρὰ, ἧς πιεζομένης ἡ στακτὴ λαμβάνεται. " Quæ in monte proveniunt myrrhæ arbores, sylvestres sunt, quæ in plano, sativæ. Πεδιάσιμον σμύρναν hinc appellat Dioscor., quæ sativa Plinio (l. c.), eamque a sylvestri, s. montana distinguit. ' Convehitur,' inquit, ' et ex sylvis laudata, petuntque eam etiam ad Troglodytas Sabæi transitu maris: sativa quoque provenit multum sylvestri prælata.' Perperam legitur ex insulis, quod extricarunt e veteri lectione, quæ habuit, ex iluis."[5] Salm. in Solin. p. 361. e. Ἡ δέ τις Γαβιρέα λιπαρωτάτη, ἐν εὐγείοις καὶ λιπαροῖς τόποις γεννωμένη, ἡ καὶ πολλὴν ἀνίησι τὴν στακτὴν, Diosc. Gabireæ myrrhæ, quæ a regione, in qua nascebatur, forte nomen sortita est, non meminit Plin. Πρωτεύει δὲ ἡ Τρωγλοδυτική[6] καλουμένη ἀπὸ τῆς γεννώσης αὐτὴν χώρας, ὑπόχλωρος καὶ δηκτικὴ οὖσα, διαυγής, Diosc.: Troglodytica sylvestrium prima, Plin. Συλλέγεται δέ τις καὶ λεπτὴ (λευκὴ)

[1] Plinii locum sic e MS., ut Salmas. in Solin. p. 498. e conjectura sua emendarat, Harduin. edidit: Myrrhites myrrhæ colorem habet, facie minima gemma; odorem attrita, etiam nardi. Illud, unguenti, additum e marginali glossa. Solinus: Myrrhiten, si visu æstimes, myrrhæ color est, nec habet quo afficiat aspectum; si penitus explores, et attritu incites ad calorem, spirat nardi suavitatem. Isidorus: Myrrhitis dicta est, quod in eo myrrhæ color est, compressus autem usque ad calorem, nardi spirat suavitatem. Salmasius addit sequentia. " Brevius et concinnius esset, ac fortasse etiam verius in Plinio legere, Myrrhites myrrhæ colorem habet, odorem attrita etiam nardi; nec aliter legit Solinus: reliqua additamenta et inquinamenta glossaria sunt." Imo e verbis, Nec habet quo afficiat aspectum, satis patet Solinum ea in Plinio legisse, quæ Salmasius in Plinium intrusa esse censet, nempe, Facie minima gemma. " Ceterum fallitur Plinius, qui Myrrhiten sic dictum asserit, quod myrrhæ colore sit. Μύῤῥα pro myrrha Græcum non est, sed Æolicum, unde Latinum dicitur. Græci dicunt σμύρναν. Quare Σμυρνίτης hic lapis Græce dicendus esset, non Μυῤῥίτης. Sed Μυρίτης huic lapidi nomen ab unguento. Quod Μυῤῥίτης male scribebant, ut γύῤῥος pro γύρος. Infra Pyrrhites pro Pyrites. Nec enim a colore fulvo dictus ille lapis, sed ab igne, quod digitos adurat, si arctius prematur. Sic Πυῤῥήνην et Πυῤῥηναῖον ὄρος Dionysius, qui aliis Πυρήνη et Πυρηναῖον. Sic Ἄῤῥαβις et Ἀῤῥαβία eidem. Ita in multis aliis ρ geminant librarii Græci, ubi simplex debet esse. Sic Μυῤῥὶς herbæ genus ita appellatæ διὰ τὸ μυρίζειν τῇ ὀδμῇ, quam radice præfert. Μυρὶς igitur scribi debuit, non Μυῤῥὶς, quæ tamen cum duplici ρ scribitur. Dioscor.: Μυῤῥὶς, οἱ δὲ μύῤῥαν καλοῦσι. A myrrhæ odore, qui sic vocatam putant viri doctissimi profecto errant; nec enim Græcum est μύῤῥα, sed σμύρνα. Illud Latinum et Æolicum. Nec sane ab odore myrrhæ dictam Græci auctores ulli asserunt. Dioscor., Ῥίζαν δὲ ἔχει ὑπομήκη, ἁπαλὴν, περιφερῆ, εὐώδη. Quod odoratam habeat radicem καὶ μυρίζουσαν, μυρὶς dicta est, pro quo obtinuit, ut vitiose scriberetur μυῤῥίς. Plinius eam describit xxiv. 16.: Myrrhis, quam alii myrizan, alii myrrham vocant, simillima est cicutæ, caule, foliisque et flore, cibo non insuavis. In Indice scribitur: De myride, sive myra, sive myriza. [Teste Harduino, MSS. smyrrhizam. " Forte," addit ille, " smyrrhizusam, vel myrizusam, quod odore myrrham unguentumve referat."] Myriza, vel myrrhiza Græcum non est, sed myrizon, τὸ μυρίζον βοτάνιον. Plinius, ut cum herba genere conveniret, myrizam dixit, cum myrizusam debuisset, τὴν μυρίζουσαν. Alibi cum geranio eam confundit, ac de ea sic scribit xxvi. 11.: Geranion aliqui myrrhin aut myrtida appellant, similis est cicutæ minutioribus foliis, et caule breviori, rotunda, saporis et odoris jucundi. In Indice est: Geranion, sive myris, sive myrtis. Legendum putarim, sive myris, sive myrris. Μυρὶς ἢ μυῤῥίς. Et loco superiore, Geranion aliqui myrin, aut myrrida appellant. [Diosc. in Noth. p. 459., Οἱ δὲ * μυρτρὺξ, οἱ δὲ μυῤῥὶς, unde Pint. scribit Mertryga, non merthryda, ut edidit Harduin. Teste eodem Harduino, " in MSS. myrtidam, forte pro myrtida; nam in Indice, Geranion sive myrrhis, sive myrtis."] Ceterum confundit geranion cum myrrhide. In ea describenda e Dioscor. nihil de odore addiderat, quem geranio dat, quum Dioscor. e contra nihil de odore geranii scripserit, de quo hæc ejus verba sunt: Γεράνιον τὸ μὲν φύλλον ἔχει ὅμοιον ἀνεμώνῃ, ἐσχισμένον, μακρότερον, ῥίζαν δὲ στρογγύλην, γλυκεῖαν, ἐσθιομένην. Ita liber optimus, non ὑποστρόγγυλον. Addit Plinius de geranio: Nostri sic eum tradunt. Atqui ea traditio myrrhidis est, non geranii Græcorum. Subjicit deinde, quomodo Græci eam tradant, quæ descriptio est alterius geranii Dioscoridis. Quod alterum geranium μυῤῥίδα appellari memorat, et cicutariam Romanis, auctor ille, qui e recentioribus Græcis Dioscoridem Auctuario Synonymorum ampliavit. Sic has herbas miscuit Plin." Salm. l. c. " Geranion cicutæ folio supinum vocat Dodonæus, a quo delineatur p. 63., quale vidimus in horto regio; sed illud inodorum. Alterum moscatum, folio ad myrrhidem accedente, et ibi observatum a nobis, pictum vide ap. J. Bauhin. T. iii. p. 479." Harduin.

[2] Pro ἄλλως Facius dedit ὕαλος. " Sic pro perperam vulgato ἄλλως," inquit, " rescripsi e Cod. Mosc. exhibente ἄλως et in margine ὕαλος, Amasæi interpretatione et Stephano Nigro, quem ὕαλος legisse testatur Kuhnius."

[3] Idem Facius pro μόῤῥα edidit μοῤῥία, ut vulgo editur, addit tamen, " scribendum esse μόῤῥα contendit Salm." Schneiderus in Lex.: " Μοῤῥίνα, ἡ, bey Pausan., der Lat. Murrina vasa, Gefässe, von chinesischem Specksteine gemacht. S. μυρίνη."

[4] " Lege ὁμοίου, nimirum δένδρου: non enim lacrymam, sed arborem ipsam lacrymæ feracem, Ægyptiacæ spinæ similem Dioscor. fecisse videtur." Saracenus.

[5] Harduinus edidit Ex insulis, et in nota monet se de insulis odoriferis egisse L. vi. 32.

"De murrhina veterum magna Plinii a veritate aberratio est, cum eam a murrha dictam deductamque censet. Saltem hic tamen haud sine auctore peccat. Hæc enim quorundam Grammaticorum olim fuit sententia. Festus: 'Murrina, genus potionis, quæ Græce dicitur nectar; hanc mulieres vocabant murriolam, quidam murratum vinum.' Sed hariolantur. Tam falsum est murrhinam a myrrha venire, quam aut myrrhida herbam, aut myrrhiten lapidem. Græcum est, *ὁ μυῤῥίνης*, inde Lat. hæc murrhina, ut *ὁ χάρτης*, hæc charta, *ὁ γαυσάπης*, hæc gausapa, [*ὁ μαργαρίτης*, margarita, *ὁ καταπέλτης*, catapulta, notante G. J. Voss. Etym. L. L.] *Μυρίνην οἶνον* dicebant Græci temperatum unguento, vel, cui superfundebatur unguentum, *τὸν μύρῳ κεκραμένον*. Idem et *μυρίτης*. Ut autem a v. *φύλλον*, *ὁ φυλλίνης*,[2] unde et *φυλλῖναι ἀγῶνες*, quod ap. Pollucem male mutant in *φυλλῖται*, Hesych. *Φυλλῖναι ἀγῶνες, ἐν οἷς μὴ ἐτίθετο ἀργύριον, ἀλλὰ στέφανοι μόνοι*: sic a *μύρον*, *ὁ μυρίνης οἶνος*. Quod et *μυῤῥίνης* scribebant, geminatione solenni caninæ literæ. Hesych.: *Μυῤῥίνην· ἔνιοι μὲν οἶνον μυῤῥίνην καλοῦσι, οἱ δὲ ποτὸν ἐσκευασμένον, οἱ δὲ πόσιν φασίν, ᾗ ἐπεχεῖτο μύρον.* Ita scripsisse grammaticum patet e serie literarum. [In Cod. Ven., teste Schow., diserte legitur *μυῤῥίνην*.] *Μυρίνης* dicitur Posidippo comico ap. Athen. (i. p. 32. b.), cujus hæc verba: *Μυρίνης δέ, ἢ μυῤῥίνης οἶνος κεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ· Διψηρός, ἄποτος, ὁ μυρίνης ὁ τίμιος.* Absolute *ὁ μυῤῥίνης*, unde Lat. hæc murrhina. Perperam legitur in Athenæo, *μυρτίτης δὲ ἢ μυῤῥίνης*. Qui fortasse error est abbreviatoris censentis *τὸν μυῤῥίνην οἶνον ἀπὸ τῆς μυῤῥίνης*, aut *μυρσίνης* dici. Sic enim myrtum appellant veteres. Sed *μυῤῥινίτης* dicendus esset, non *μυῤῥίνης*. [Vide G. J. Voss. Etym. L. L.] Litem plane decidit Pollux: *Ἦν δέ τις καὶ μυρίνης οἶνος μύρῳ κεκραμένος, οἱ δὲ τὸν γλυκὺν οὕτως οἴονται κεκλῆσθαι.* Inde vel maxime constare potest *τὸν μυρίνην*, vel *μυῤῥίνην* Græcorum esse, quæ murrhina Lat. dicebatur. Nam inter dulcia murrhinam numerant prisci comici Latini. Plautus in Pseudolo: Quod si opus siet, ut dulce promat indidem, ecquid habet? Ch. rogas. Murrhinam, passum, defrutum, melinam, mel cujusmodi. Plinius, citatis his versibus Plauti, subjicit: Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatam. Versus Plauti, ut habentur in Edd., citavimus. Ap. Plin. ita scribuntur in cui unguentum infusum. Sed videtur Posidippus nove h. l. myrteum vinum, h. e. *τὸν μυρτίτην* vel *μυρσινίτην*, appellasse *μυῤῥίνην*. Verum quia neque extat hodie Posidippi fabula, neque satis de lectione constat, nihil possumus affirmare." Casaub. Vir doctus *τὸν μυρτίτην* et *μυρσινίτην οἶνον* hic confundit, errore satis gravi; Dioscorides enim v. 37. et 38. myrtiten a myrsinite diversum facit. Si lectio vulgata, *μυρτίτης ἢ μυῤῥίνης οἶνος*, retinenda est, certe Athen., ut putat Casaub., "indicat Posidippi locum varie lectum olim," et "Posidippus videtur nove myrteum vinum appellasse *μυῤῥίνην*." Nostra tamen sententia, tam ridicula lectio, quæ et Athen. et poetam facit confundentem *οἶνον τὸν μυρτίτην* et *τὸν μυῤῥίνην*, rejicienda est, cum levi mutatione facta sensus loci satis perspicuus sit, nempe legendo *μυρίτης ἢ μυῤῥίνης οἶνος*, i. e. Vinum myrites, sive, ut alii scribunt, myrrhines dictum. Casaub., "quia neque extat hodie Posidippi fabula, neque satis de lectione constat, nihil potuit affirmare." At, quanquam periit Posidippi fabula, inter omnes tamen satis de vera lectione in Athenæi loco constabit, si epitheton illud, quo Posidippus vinum suum ornavit, consideretur: *Διψηρός*, inquit, *ἄποτος, ὁ μυῤῥίνης ὁ τίμιος.* Vinum myrto conditum, (de quo v. Dioscor. l. c. Catonem de R. R. 125. Columell. xii. 38. Pallad. in Januar. tit. 18. et in Febr. tit. 27. et 31. Athen. ii. 43. f., et Plin. xxiii. 9., qui negat hoc vino quenquam inebriari,) vile fuit et vulgare. At vinum *μυρίτης ἢ μυῤῥίνης* dictum, pretiosum fuit et hominum voluptariorum potus. Hinc Posidippus, *ὁ μυῤῥίνης ὁ τίμιος*. Hinc Ælian. l. c.: *Τί δέ, οὐκ ἐκεῖνα τοῖς Ἕλλησι τρυφῆς ἀπόδειξις; μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον, καὶ ἐξεπηγάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν, καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος μυρίτης.* Hinc Diphilus comicus l. c., *ἐφ' ᾧ Χαιρῶ πολὺ μᾶλλον, ἢ μυρίνην προσεγχέας.* Salmas. in Solin. p. 501. a., cujus verba Schweighæuserum præterierunt, Athenæi locum sic corrigit, *Μυρίνης ἢ μυῤῥίνης οἶνος κεῖται παρὰ Ποσειδίππῳ· Διψηρός, ἄποτος, ὁ μυρίνης ὁ τίμιος*, nec male; nostram tamen emendationem, *μυρίτης ἢ μυῤῥίνης οἶνος*, huic præferendam censemus, quoniam Athenæus vix operæ pretium duxisset geminationem caninæ literæ tantum notare, *μυρίνης ἢ μυῤῥίνης*. Ceterum egregia est Salmasii emendatio, *Διψηρός, ἄποτος, ὁ μυῤῥίνης ὁ τίμιος*, pro *ἄτοπος*, ut vulgo legitur, et ut edidit Schweigh., cujus diligentiam effugit Salmasii locus. *Ἄποτος* i. e. Potui inutilis. "Interdum *ἄποτος* dicitur Potui inutilis, q. d. Non potabilis, qua in signif. usus est Greg. Nazian." H. Steph. Thes. iii. 303. a. Quod ad formam vocis *μυρίνης* s. *μυῤῥίνης* attinet, bene scribit Salm. l. c. "Ut a *φύλλον ὁ φυλλίνης*, sic a *μύρον ὁ μυρίνης*, quod et *μυῤῥίνης* scribebant geminatione solenni caninæ literæ." "Dicebatur *μυῤῥίνης*, quia Æoles pro *μύρον* dixere *μύῤῥα*, ut ex Athen. l. c. discere est." G. J. Voss. Etym. L. L. Quod ad Hesychii glossam attinet, sic vulgo legitur: *Μυῤῥίνην· ἔνιοι μὲν οἶνον μυῤῥίνην καλοῦσι.* Pro *οἶνον μυῤῥίνην* G. J. Voss. Etym. L. L., cujus emendatio Albertium præterierat, reponit *οἶνον μυρίνην*. Certe legendum est vel *ο. μυρίνην*, vel *ο. μυρίτην*, quod præferendum videtur.

[1] Pro loram, passum, alii male scribunt loream passam. "Ex his Gellii verbis dubitare quis possit, an e vino murrhina constaret, quia, ut Gell. ibid. tradit, vino semper feminæ olim Romæ, et in Latio abstinuerunt. Sed dicendum, ita temperatam fuisse, ut inebriare non posset. Varro ap. Non. c. 18. n. 13. quorundam opinionem affert, qui putarunt, murrhinam ap. Plautum idem fuisse, quod passum. ['Loram dicebant in vindemia, quum expressissent acinis mustum, et folliculos in dolium conjecissent. Varro de V. P. R. i. Antiquæ mulieres majores natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam murrhinam Plautum quidam appellare putant.'] Sed Plaut. in Pseud. ii. 4. 50. aperte a passo distinguit. Sic Varro ap. Non. ibid. n. 10. Non modo vinum dare, sed etiam, ut Plautus ait, murrhinam, passum, defrutum." Forcellinus in Lex. Festus: Murrata potione usos antiquos, indicio est, quod etiam nunc Ædiles per supplicationes Diis addunt ad pulvinaria, et quod xii. tabulis cavetur, ne mortuo indatur, ut ait Varro in Antiquitatum L. i.

[2] Nobis liceat obiter notare verba Fr. Aug. Guil. Spohnii in Commentatione de Extrema Odysseæ Parte inde a Rhapsodiæ ψ. v. 297. ævo recentiore orta quam Homerico, Lips. 1816. 8. p. 124. "Nona (forma deminutivorum in) ινης præsidium inveniret in Eustath. p. 1720. 49.: *Καὶ ὅτι ὁ νέος ὀῤῥὸς ὑπ' ἐνίων ὀῤῥακίνης, ὑποκοριστικῷ τύπῳ καλεῖται*, si revera ita recte se habent (verba). Respicere videtur hic locus alium in Athen. vii. p. 315. b., *Δωρίων δὲ τὸν νέον φησὶν ὀῤῥὸν ὑπ' ἐνίων καλεῖσθαι ὀῤῥακίνην*." Sed tale deminutivum formatur non ab *ὀῤῥὸς*, sed ab *ὄῤῥαξ*, ut vidit Casaub., cujus hæc verba: "Dorioni placet tenerum orphum *ὀῤῥακίνην* dici, quæ vox non fit ab *ὀῤῥὸς*, sed ab *ὄῤῥαξ*, orphus grandiusculus, ut ap. Dioscor. *νέτταξ*, vel *νῆτταξ*, et *πλάταξ*, * *μύμαξ*, alia." Casaub. Hesych.: *Ὀῤῥακίνης· ἰχθὺς ποιός.*

vetustissimo Thuanæo: Quid si opus est ut dulce promat, id est et quid habitat roga Murrinam, passum, defrutum. In Rigaltii Cod., id est, quæ habeat roga. Nota nobis est veterum negligentia in adducendis poetarum et aliorum auctorum testimoniis, dum memoriter ea plerumque, nec e libro allegant. Possumus tamen ex illis vestigiis, si modo certa sint, hanc lectionem exculpere: Quod si opus ut dulce promat, id ex se ecquid dabit? rogas. Murrhinam, passum, defrutum. Quod inter dulcia nominatur murrhina, hoc contra Plinium facit, qui murrha conditum vinum interpretatur. Atqui notus est amator myrrhæ, quæ deliciosis et dulcibus potionibus nunquam admixta est. Mentio extat ap. Dioscor. vini myrrha conditi cum pipere, iride, et anetho, sed medicamentum illud potius ducendum dicendumque quam vinum. Quippe quod *πρὸς κατάῤῥουν, βῆχας, ὠμότητας, ἐμπνευματώσεις, πλάδους στομάχου*, condiri solitum scribit. Nec mustum sic condiebatur, sed vinum. At in aromatiten, vel *μυῤῥίνην* nihil myrrhæ addebatur, et mustum, non vinum ita condire solebant. Ideo semper dulce manebat, speciebus aromaticis *τὴν γλυκύτητα* ei suam servantibus. Hinc murrhinam inter dulcia, non tantum inter vina nominant comici Latini, qui palliatas scripsere. Et hæc est murrhina, qui comicis Græcis *μυῤῥίνης* absolute, vel *μυῤῥίνης οἶνος* dictus, qui a murrha nomen non habet, sed *ἀπὸ τοῦ μύρου*, ut *μυῤῥὶς* herba, et *μυῤῥίτης λίθος*. De vino murrhato, vel *ἐσμυρνισμένῳ*, quod e more Judæorum ducendis ad supplicium, vel in loco supplicii jam consistentibus propinabatur, et cujus in Evangelio mentio, jam dixere eruditi viri, et nos alio loco." Salm. in Solin. p. 501. Quod ad vinum myrrha conditum attinet, fallitur vir doctus, et qui eum sequitur, G. J. Voss. Etym. L. L. Mentio ejus occurrit in Athen. ii. 66. d.: *Ὅτι εἰς τὸ πρόπομα* (i. e. vinum, quod ante cœnam potabant) *καὶ ταῦτα ἐνεβάλλοντο· πέπερι, φυλλὶς, σμύρνα, κύπειρον, μύρον Αἰγύπτιον· Εὔβουλος, Κόκκον λαβοῦσα Κνίδιον, ἢ τοῦ πεπέριος, Τρίψασ' ὁμοῦ σμύρνῃ, διάπαττε τὴν ὁδόν.* Aristoteles *ἐν τῷ περὶ Μέθης* ap. eund. xi. 464. c.: *Αἱ Ῥοδιακαὶ προσαγορευόμεναι χυτρίδες, διά τε τὴν ἡδονὴν εἰς τὰς μέθας παρεισφέρονται, καὶ διὰ τὸ θερμαινομένας τὸν οἶνον ἧττον ποιεῖν μεθύσκειν· σμύρνης γὰρ καὶ σχοίνου, καὶ τῶν τοιούτων ἑτέρων εἰς τὸ ὕδωρ ἐμβληθέντων ἕψονται· καὶ παραχεόντων εἰς τὸν οἶνον, ἧττον μεθύσκουσιν. Κἂν ἄλλῳ δὲ μέρει φησίν· Αἱ Ῥοδιακαὶ χυτρίδες γίνονται, σμύρνης, σχοίνου ἄνθους, κρόκου, βαλσάμου, ἀμώμου, κινναμώμου, συνεψηθέντων· ἀφ' ὧν τὸ πινόμενον τῷ οἴνῳ παραχυθὲν οὕτω μέθας ἵστησιν, ὥστε καὶ τῶν ἀφροδισίων παραλύειν, τὰ πνεύματα πέττον.* "Vinum dulce et odoratum vocabatur murrhina potio. V. Festus. Quia scilicet, ut ait Plin. xiv. 13. Myrrhæ odore erat conditum. Odor enim iste in unguentis maxime eminebat, et gratissimus erat. Atque ita c. 16. ait Plin.: Aromatiten invenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo e myrrha, ut diximus, mox et nardo. Quocirca nullam video causam, quare vv. dd. (v. Salm. in Solin. p. 711. et H. Junium) reprehendant Plinium, quando dixit c. 13., Lautissima et dulcia vina apud priscos fuisse myrrhæ odore condita: aut legi istic malint Miro, vel Myri odore. Nam licet myrrha proprie fuerit amara, sapor ille extinguebatur aliis unguenti succis in illa unguentorum compositione, ita ut gratissimus tantum myrrhæ odor superesset, et vinum, per ipsum unguentum ex aliis etiam rebus confectum, satis evaderet dulce. Certe inter unguenta, quæ etiam ad potum s. compotationem sint idonea, refert Athen. xv. 12. etiam croceum, sed absque multa myrrha. Erat ergo myrrha etiam addita, sed non ita, ut sapor exstaret aut offenderet. Quin imo et stacten, quæ e sola conficiebatur myrrha, idoneam ait fuisse ad potum, verum, opinor, si multo vino dilueretur, aut pauxillulum stactes adderetur vino." Perizon. ad Æliani V. H. l. c.

* ἈΡΙΜΑΝΙΟΣ.

Suidas: *Ἄριμα· ὄρη. καὶ Ἀριμάνιοι· Θεὸς παρ' Αἰγυπτίοις.* De hoc Deo silet Jablonskius et in Pantheo Æg. et in Glossario Vocum Æg.

"ΠΕΡΣΟΣ

Hesychio (et Phavor.) est piscis quidam in Rubro Mari proveniens, pro quo ap. Ælian. (H. A. iii. 28.) *Περσεὺς*: dicit enim cognominem esse Perseo Jovis filio." H. St. Locus est: *Γίνεται δὲ ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ Θαλάσσῃ ἰχθὺς, καὶ ὅσα γε εἰδέναι μὲν ἐμὲ, ἔθεντο Περσέα ἐπιχώριοι ὄνομα αὐτῷ. Καὶ οἱ μὲν Ἕλληνες αὐτὸν οὕτω, καλοῦσι δὲ καὶ Ἄραβες ὁμοίως τοῖς Ἕλλησι· Διὸς γὰρ υἱὸν καὶ ἐκεῖνοι ᾄδουσι τὸν Περσέα, καὶ ἀπ' αὐτοῦ γε τὸν ἰχθὺν ὑμνοῦσι λέγεσθαι. Μέγεθος μὲν οὖν ἐστι κατὰ τὸν ἀνθίαν τὸν μέγιστον· ἰδεῖν δὲ ὅμοιος λάβρακι· γρυπός γε μὴν ἡσυχῇ οὗτος, καὶ ζώναις πεποίκιλται χρυσῷ προσεικασμέναις, ἄρχονται δὲ ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ἐπικάρσιοι αἱ ζῶναι, καὶ ἐπὶ* (*εἰς* Cod. alter Gesneri) *τὴν γαστέρα καταλήγουσι· πέφρακται δὲ ὀδοῦσι μεγάλοις καὶ πυκνοῖς. Λέγεται δὲ ἰχθύων περιεῖναι ῥώμῃ τε σώματος καὶ βίᾳ· ἀλλ' οὐδὲ τῆς τόλμης οἱ ἐνδεῖ. Θήραν δὲ αὐτοῦ καὶ ἄγραν εἶπον ἀλλαχόθι.* "Quod ait capturam piscis alibi a se traditam esse, hoc oblivionem auctoris arguit. Nuspiam enim ejus mentio nec in Æliano, nec alibi extat. Suspicor etiam hoc caput, ut illud de physalo Maris Rubri (iii. 18.), a Leonida Byzantino esse translatum cum reliquis fere omnibus, in quibus pisces Maris Rubri enarrantur. Atque utinam hæc pretiosissima libri Ælianei pars vestigia veri magis expressa gereret! Hesych. *Πέρσον* Maris Rubri piscem nominans hunc nostrum intelligere videtur etiam Gesnero. Suspicor eum ad Chætodontes Linnæi pertinere, quorum magnam copiam sinus Arabicus cum mari Indico alit, teste Forskaol." Schneider.

"ΦΑΖΑΛΗ,

Morbus quidam, qui Rubrum Mare navigantibus oritur, Hesych." H. St. Phavor. ex Hesych.: *Φαζάλη· πάθος σωματικὸν, ὃ γίνεται τοῖς Ἐρυθρὰν Θάλασσαν πλέουσι.* Cf. Joan. Ruell. Vet. Medic. ii. c. 122. p. 114. De hoc vocabulo silet Schneider. in Lex.

"ΚΟΣΥΜΒΗ, (ἡ,) s. ΚΟΣΥΜΒΟΣ, (ὁ,)

Hes. (et Phavor.) * *ἀνάδεσμα*[1] s. *ἐγκόμβωμα* et *περίζωμα Αἰγύπτιον*: et *ὅπερ αἱ κρισσαὶ* (*Κρῆσσαι*, Scal. Salm. Soping. Heins. Bruno, Guyet. Jungerm. ad J. Poll. iv. 119.) *φοροῦσιν ὅμοιον ἀσπιδίσκῳ* (*ἀσπιδίσκῃ*, Heins. in cod. Ven. teste Schow. *ἀπιδίσκῳ*). Suidæ quoque est *ἀνάδεσμος*, et *χιτὼν κροσσωτός*. Pro nodo et *ἀναδέσματι* accipitur Ex. xxviii. (35.), *οἱ κόσυμβοι τῶν χιτώνων ἐκ βύσσου*, nodi tunicarum ex bysso: (Es. iii. 18. *Ἀφελεῖ Κύριος τὴν δόξαν τοῦ ἱματισμοῦ αὐτῶν, τὰ * ἐμπλόκια καὶ τοὺς κοσύμβους*, torques et fibulas), pro quibus Hebraici textus versio habet, Stringes ei tunicam ex bysso. J. Poll. et pro crinium nodo accipit: nam ii. (30.) tit. De tonsura et crinibus, quum synonymιως posuisset, *πλοχμὸς, σκόλυς, σειρὰ τριχῶν*, subjungit, vocabulum *κοσύμβη* se non admittere: non enim Atticum esse, sed potius *τὸν κρώβυλον*.[2] Inde *κοσυμβωτὸς*, quod Hesych. exponit *κροσσωτὸς*,

[1] Pro *ἀνάδεσμα* Albertius malit *ἀναδέσμη*. Biel. Thes. philolog. reponit * *ἀνάδεσμος*, quod legitur in Suida, Zonara, Lex. Cyr. Brem. et Bar. Neutram vocem agnoscunt lexicographi hodierni. V. Schæf. ad Gregor. Cor. p. 874. Ceterum in Hesychio extant duæ glossæ, quarum una est hæc: *Κοσσύμβη καὶ Κόσσυμβος· ἐγκόμβωμα, καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον, καὶ τὸ ἐγκομβοῦσθαι.* Altera vero sic legitur: *Κοσύμβη· δεσμὸς, ἀνάδεσμα, ἢ ἐγκόμβωμα, καὶ ὅπερ αἱ Κρῆσσαι φοροῦσιν, ὅμοιον ἀσπιδίσκῳ, καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον, καὶ τὸ ἐγκομβοῦσθαι.*

[2] Locum sic edidit T. Hemsterh.: *Ἐπέφοι δέ τινες ἐκ πλαγίου κόμην, ἢ κατόπιν, ἢ ὑπὲρ τὸ μέτωπον, πεταμοῦς, ἢ θεῖος, καὶ ὠνομάζετο πλοχμὸς, ἢ σκόλλυς, ἢ σειρὰ τριχῶν· τὴν γὰρ κοσύμβην, οὐκ ἂν προσοίμην· κοσύμβη δ' οὐκ Ἀττικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ κρώβυλος.* Verba, *τὴν γὰρ κοσύμβην οὐκ* α. π. desunt in Jung. Ms. Falckenburgius pro *κοσύμβην* conjicit *κορύμβην*. Sed lectio vulgata ei præferenda videtur. Si enim, cum Falckenburgio, legimus *κορύμβην*, J. Poll. facimus errantem, quippe qui sic scribens Atticis voc. *κορύμβη* s. *κόρυμβος* abjudicaret, cum id revera Atticis illis de coma in usu fuerit. Testis est Heraclides Ponticus *ἐν τῷ περὶ Ἡδονῆς* ap. Athen. xii. p. 512. b., e quo hæc sua sumsisse videtur Ælian. V. H. iv. 22.: *Οἱ πάλαι Ἀθηναῖοι ἁλουργῆ μὲν ἠμπίσχοντο ἱμάτια, ποικίλους δὲ ἐνέδυνον χιτῶνας, κορύμβους δὲ ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν, χρυσοῦς ἐνείροντες αὐταῖς τέττιγας.* Cf. Eustath. ad Il. ι. p. 1282. 36. Testis est Schol. ad Thucyd. i. 6., (et post eum Suid. et Photius), *Ἐκαλεῖτο τῶν μὲν ἀνδρῶν κρώβυλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων σκορπίος.* Hesych.: *Κόρυμβος· κόρυμβος γυναικεῖος.* Hinc * *κορύμβιον*, corymbium, ornamentum muliebre capitis. Petron. in Sat. c. 110., Ancilla Gitona in partem navis inferiorem ducit, corymbioque dominæ pueri adornat caput. Vide Salm. in Solin. p. 536. g. et in Trebell. Pollionem p. 339. Sed quod de viris quoque adhibeatur *κόρυμβος*, ex Athen. et Æliani locis satis patet. Idem observat Salm. in Solin. l. c., afferens ex Hesych.: *Κρώβυλος· ὁ μαλλὸς τῶν παίδων, ἢ ὁ κόρυμβος τῆς ἐμπλοκῆς, ἢ ἔστιν ἀνηγμένη ἀπὸ μέσου τοῦ μετώπου ἐπὶ τὴν κορυφήν.* Heins. et Vales. reponunt *τῆς ἐμπλοκῆς*. In Cod. Ven. legitur *ἐκπλεκῆς γάρ*. A typotheta ergo habemus *ἐμπλεκῆς*, notante Schow. De viro quoque dictum est illud veteris poetæ ap. Suid., *Κόμην τρέφων χρυσῷ στρόφῳ κεκορυμβωμένην.* Item in versu Asii ap. Athen. xii. p. 526. f., ubi sermo est de Samiorum luxu: *Χρύσειαι δὲ κόρυμβαι ἐπ' αὐτῶν, τέττιγες ὥς.* Loquitur autem poeta de viris festum Junonis agentibus. "Illud notandum, *κορύμβας* in fœminino genere alibi non reperiri," Schweigh. "Magis tamen invaluit de viris *κρωβύλου* nomen apud Atticos, quod etiam affirmat J. Poll." (ii. 30. l. c.) Perizon. ad Æl. loc. supra laud. Ceterum, quanquam in Pollucis loco, *Τὴν γὰρ κοσύμβην*

Fimbriatus: malim Nodatus s. Nodis substrictus: ut Ex. xxviii. (4.), ποδήρην καὶ χιτῶνα κοσυμβωτὸν, togam talarem et tunicam nodis substrictam, (tunicam fibulis ornatam. Al. Exod. xxviii. 35. κοσυμβωτοί.) Sed notandum reperiri hæc et gemino σ scripta ap. Hesych." H. St. Zonaras: Κόσυμβος· κροσσὸς ἢ ὁ * ἀνάδεσμος, ubi D. κόσσυμβος, ut in Hesychii glossa. Eadem verba leguntur in Lex. Cyr. Ms. Bar., teste Biel. Suid.: Κόσυμβος καὶ κοσύμβη· ἀνάδεσμος ἢ χιτὼν κροσσωτός. Lex. Cyr. Ms. Brem., Κόσυμβος· ἀνάδεσμος: Κοσυμβωτοὺς χιτῶνας· κροσσωτούς. Gloss. in Octateuch. ap. Fabric. Bibl. Gr. L. v. c. 40. p. 64.: Κοσύμβους· κροσσωτὰ ἱμάτια. Teste Schow. ad Hesych., Cyr. Lex. Ms., Κόσυμβος· ἀνάδεσμος, ἀνεπίληπτος. (Quid sibi velit Glossographus per voc. ἀνεπίληπτος, nescimus.) Stephani et Theod. Lex. Ms., Κοσυμβωτοὺς χιτῶνας· κροσσωτὰ ἱμάτια. Procop. ad Exod., Κόσυμβοι δέ εἰσι τὰ ἔξω τῆς χρείας κόσμου χάριν ἀπηρτημένα, σφαιροειδῆ * ἀπαρτήματα. Basil. ad Es. iii. 18.: Οὐ πάνυ δὲ ἡ τοῦ Κοσύμβου λέξις τῇ Ἑλληνικῇ συνηθείᾳ καθωμίληται, ὅθεν οὐδὲ ὁ νοῦς αὐτῆς πρόδηλος. Mens enim ex Hebræo ibi petenda Es. iii. 18. Idem Basil.: Πλὴν ἡμεῖς ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος εὑρόντες χιτῶνα Κοσυμβωτὸν, ἔχοντα ῥοΐσκους, καὶ κώδωνας, ἀποδέσμους τινὰς τῶν κροσσῶν, ἐνοήσαμεν, τοὺς Κοσύμβους * συναπηρτημένους τοῖς κώδωσι τοῖς χρυσοῖς, καὶ τοῖς ῥοΐσκοις ἀπὸ τῶν ἄκρων· οὓς ἐμιμοῦντο καθ' ὑπερβολὴν τρυφῆς καὶ αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐν τῇ περιβολῇ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἐσθῆτος· δι' ὧν ἐνυβρίζουσαι τοῖς ἱερατικοῖς ἰδιώμασιν, ὑακίνθινα καὶ κόκκινα ἐγκομβώματα κροσσῶν ἀπηρτημένα τοῦ λώματος περιφέρουσι. Etym. M. p. 349. 51.: Ἐξωμίς· χιτὼν ἅμα τε καὶ ἱμάτιον· ἦν γὰρ ἑτερομάσχαλος, καὶ ἀναβολὴν εἶχεν ἣν ἀνεδοῦντο κοσύμβην. Lege, cum Salmasio, ἀνέδουν τῷ κοσύμβῳ. "Quam Hesych. ἐῤῥαμμένην μασχάλην, hic auctor fibula stringi solitam et nodo alligari scribit: nam id significat κόσυμβος i. q. κόμβος." Salmas. in Fl. Vopisc. p. 402. Dio Chrys. Or. lxxii. p. 382. Γεωργοῦ στολὴν ἔχοντα, ἢ ποιμένος ἐξωμίδα, ἢ διφθέραν ἐνημμένον, ἢ κοσσύμβην ὑποδεδυκότα.

"Κόμβος Hes. κόσυμβος, τὸ ἐγκόμβωμα.[1] Legitur hoc vocabulum ap. Suid. quoque. Sic enim apud eum reperio in Ms. etiam Cod.: ὁ κόμβος τῶν δύο χειριδίων, ὅταν τις δήσῃ ἐπὶ τὸν ἴδιον τράχηλον. [Glossæ: Κόμβος· nodus. Apollodori Poliorcetica in Mathem. Vett. p. 47.: Γίγνονται δὲ ἐκ δύο παραλλήλων ῥάβδων χλωρῶν ἐν σχήματι * καπριολίων, ὅπως ἐν ἑκατέροις τοῖς ἄκροις ἔχοντα, δι' ὧν αἱ μὲν κορυφαὶ συνάπτονται, ἐνδεδεμέναι ἑκατέροις τοῖς ἑκάστου ζευκτοῦ δι' ἑνὸς σχοινίου, κόμβους ἑκατέρωθεν ἔχοντες. Zachar. P. L. ii. Dial. c. 31. extr., Τὰ λῶρα δὲ καὶ τοὺς τῶν δεσμῶν κόμβους. Gloss. Iatr. MSS. e Cod. Reg. 1673., Ἀνθερεῶνος· ὁ τοῦ τραχήλου κόμβος. Codinus de Offic. Aulæ Constantinop. c. iii. n. 2. τὰ σελα, οἷα καὶ τὰ βασιλικὰ, πλὴν τοῦ κόμβου τῶν φοινίκων, ubi Cod. Reg. κόμπου καὶ τῶν præferre monet Goar. Vide Du-Cang. Gloss. Gr. Hinc Dimin. * Κομβίον, (qua voce caret Schneideri Lex.), Fibula, qua scilicet quidpiam innodatur. Zonaras p. 1566. et Lex. Gr. Reg. Cod. 1708. et 2062., Πόρπη et πορπίς· τὸ κομβίον. Eustath. ad Il. K. p. 794. 13., Ἀμφὶ δ' ἄρα χλαῖναν περονήσατο, ὅ ἐστι περόναις ἤγουν κομβίοις συνέδησε. Lex. Cyr. MS., * Περιπόρπημα· συνεχομένη περόνη, καὶ πόρπη, ὅ ἐστι κομβίον. Turco-Græcia Crusii, Κομβία· fibulæ. Est etiam fimbria. Jo. Diacon. ad Hesiodi Scut. p. 206., Θύσανοι οἱ κροσσωτοὶ, ἤγουν τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα κομβία ἢ κυμβία. V. Du-Cang. Gloss. Gr.] Inde VERBUM Κομβώσασθαι, Hesychio στολίσασθαι, quod et ἐγκομβώσασθαι dicitur. [Glossæ: Κομβῶ·[2] Nodo, necto. Κομβῶ, pro deludo, illudo, quasi inverto, innodo, in laqueos conjicio, sumitur in Theoph. an. 16. Anast. Dicori ap. Du-Cang. Gloss. Gr. (ubi male scribitur κομβώνειν): Ὅτι θησαυρῶν εὗρον γέμοντα ταῦτα, καὶ ἠπάτησεν πολλοὺς, καὶ ἐκόμβωσεν πολλούς. Mox, Ὁ δὲ προσηνέγκεν τῷ βασιλεῖ χαλινὸν ἵππου ὁλόχρυσον διὰ μαργαριτῶν· καὶ τοῦτο λαβὼν ὁ βασιλεὺς, λέγει αὐτῷ, Ὄντως ἐμὲ οὐ κομβώνεις (κομβώσεις), καὶ ἐξώρισεν αὐτόν. Hinc * Κόμβωσις, v. infra v. κόμπωσις. Et * Κομβωτὴς, Impostor. Scholiastes Basilic. ad lib. 60. tit. 30., Ἐπιθέται δέ εἰσιν οἱ λεγόμενοι κομβωταί. * Κομβολογεῖν, Sermones involvere, innodare. Martyr. S. Patric. Episc. Prus. n. 3., ὁ Ὑπατικὸς εἶπεν, μεγάλα τινὰ κομβολογεῖς.] Ex eo verbale Κόμβωμα, quod Hesych. exponit στόλισμα, amictus.[3] Suidæ κομβώματα sunt τὰ καλλωπίσματα, ornamenta: et Hesychio rursum τὰ ἐν ταῖς ῥάβδοις μικρὸν τόρνον ἔχοντα ὑπὸ πεταλίων. [Cod. Ven. habet χρόνον—πεταλαίων, pro τόρνον—πεταλέων. Salmas. reponit πετάλων. Forte leg. πεταλείων, a v. * πετάλειον, quo caret Thes. Gr. L. Vide Gatakeri Adversaria Misc. p. 229. b., infra ad v. ἐγκόμβωμα laudanda. "In sceptris torno factis sunt bullæ et nodi, et dicuntur κονδυλώματα et κόνδυλοι, sicuti hic κομβώματα." Soping. Cf. Du-Cang. Gloss. Gr.] Idem Hesych. κόμβους dici scribit etiam ὀδόντας γομφίους, molares dentes,

οὐκ ἂν προσοίμην· κοσύμβη δ' οὐκ Ἀττικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ κρώβυλος, lectionem, quam proponit Falckenburgius, τὴν γὰρ κορύμβην, falsam esse supra demonstravimus, in vulgata tamen lectione sequentis clausulæ, κοσύμβη δ' οὐκ Ἀττικὸν, acquiescere nobis non licet ob tautologiam ineptam. Polluci enim dicenti τὴν κοσύμβην οὐκ ἂν προσοίμην, sensus est, voc. κοσύμβη, utpote ἀττικὸν, non approbo. At idem est sensus verborum, quæ statim subjungit, κοσύμβη δ' οὐκ Ἀττικόν. Ergo vel verba, τὴν γὰρ κοσύμβην οὐκ ἂν προσοίμην, delenda sunt (et sane in Codice suo ea Jungerm. non reperit), vel in iis, quæ statim sequuntur, κοσύμβη δ' οὐκ Ἀττικὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ὁ κρώβυλος, pro κοσύμβη reponendum est κορύμβη, seu potius κόρυμβος. Porro, e vulgata lectione, κοσύμβη et κρώβυλος nomina sunt synonyma. Quod et nusquam alibi legitur, et procul dubio falsum est. Semper Grammatici veteres, ut videre est in exemplis modo citatis, vel τὸν κόρυμβον τῷ κρωβύλῳ opponunt, vel hoc cum illo synonymum faciunt. Sed nemo, quod sciamus, ubi sermo est de capitis ornamento, κοσύμβης meminit. Κοσύμβη enim, non est, ut H. Steph., a Pollucis loco deceptus, vult, nodus crinium, sed tantum exponitur tunica fimbriata, κροσσωτὸν ἱμάτιον, ἐγκόμβωμα, περίζωμα Αἰγύπτιον, vel fimbria, κροσσὸς, vel fibula. Hesych.: Κοσύμβη· δεσμὸς, ἀνάδεσμα, ἢ ἐγκόμβωμα. Sed Hesych. h. l. per voc. ἀνάδεσμα, sive, ut alii scribunt, ἀνάδεσμος, intellexisse non capitis redimiculum, ut Homerica illa ἀναδέσμη, sed tunicæ fimbrias s. nodos, et vidit ipse Steph., et e Grammaticorum veterum locis infra a nobis laudandis satis constabit.

[1] Glossa est: Κόμβος· κόσυμβος, τὸ ἔκπωμα. Pro ἔκπωμα H. Steph. reposuit ἐγκόμβωμα. Sic legit Martin. Cadm., et sic Sylburg., approbante Jungerm. ad Poll. iv. 119. De H. Steph. silet Albertius ad Hesych., qui Sylburgio per errorem tribuit conjecturam ἐγκόμβωμα, cum Sylburgius ille scripserit ἐγκόμβωμα. Sed forsan retinenda est lectio ἔκπωμα. Hesych. enim h. l. κόμβος ὁ κόσυμβος confundit cum κύμβη, κύμβος, κυμβίον, εἶδος ποτηρίου. Hesych.: Κύμβας· εἴδη ποτηρίων. Κυμβίον· εἶδος ποτηρίου: Κύμβοι· τὰ ἱμπολήματα. Imo leg. cum Is. Vossio, ἐκπώματα. Confudit enim Hesych. κύμβος et κόμβος. Sic idem Hesych. alibi confudit κόμη et κώμη. Κόμαι (κῶμαι)· αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς, καὶ χωρίον: Κώμη· χωρίον. Eadem confusio inter κομβία et κυμβία facta est ab Jo. Diacono ad Hesiodi Scut. p. 206., Θύσανοι οἱ κροσσωτοὶ, ἤγουν τὰ ἰδιωτικῶς λεγόμενα κομβία ἢ κυμβία.

[2] Hesych.: Κομβῶσαι· ἀναλαβεῖν. "Κομίσαι potius leg. e liter. serie videatur" (non probat Suicer. Thes. v. ἐγκομβόομαι, mox enim sequitur, Κομίσαι· φέρειν, σῶσαι, θρέψαι, ἀπολαβεῖν,) "quanquam et legi forsan possit, Κομβῶσαι· ἀναβαλεῖν, unde ἀναβολὴ, ἀμβόλη, abolla." Gatak. Advers. Misc. i. 9. p. 228. Imo e liter. serie leg. non κομίσαι, ut putat vir doctus, sed κομπῶσαι, ut vidit Is. Voss. Probant hoc Biel. et Albertius. Hesych.: Ἐκόμπωσεν· ἔλαβεν. pro quo paulo ante, Ἐκόησεν· ἀνέλαβεν.

[3] Glossa est: Κόμβωμα· στόλισμα, σκίρωμα. Abresch. Misc. Obs. nov. T. i. p. 83., et G. Wakefield. ad oram Hederici conjiciunt σχῆμα: Toup. in Hesych. T. iii. p. 545. legit περίζωμα. In Cod. Ven., teste Schow, est: Κόμβωμα· σ. σκίρωμα. Passim enim η, ι, et ε confunduntur. "Eandem habent originem σκῖρος, σκιρὸς, et σκιῤῥὸς, sed pro varia pronuntiatione et scriptione variant." D'Arnaud. Lectt. Gr. p. 121. Cf. Hesychii interpp. v. σκιρόν. Lectio σκίρωμα s. σκίρωμα non est solicitanda. Intelligit enim Hesych. per hoc vocabulum fimbrias, cirros, vel villos, qui vestibus prætexuntur. "Cirri in vestibus, villi plures in nodum coacti, et ab extremitate vestis descendentes. Houpas vulgo dicimus. Inde cirratæ vestes. Diversi cirri a fimbriis, quas nomine inde facto appellamus frangias. Recti sunt villi, ac discriminati circa extimas vestium oras, nullo nodo constricti. Vox ipsa ab origine sua, quid sit, indicat. Græcum est σκῖῤῥος, quo nomine duritiem omnem nodosam significant, aut durum tumorem. Æolicum κίῤῥος, ut φαρίζειν pro σφαιρίζειν, μάραγδος pro σμάραγδος, et similia. Latinis quoque casteria pro schasteria, capisterium pro scaphisterium et alia. Sic Latine cirros inde dixere crinium nodos, κονδύλους τριχῶν." Salm. in Solin. p. 556. c. Eadem post Salmasium tradit G. J. Voss. Etym. L. L. Idem tamen Salmasius statim hanc etymologiam, quæ nobis maxime placet, rejicit, et dicit Lat. cirros venire ab Æolico κόῤῥαι pro κόρσαι, capilli in vertice. "Æoles dicebant, κόῤῥαι, ut κόῤῥην, pro κόρσην etiam Attici. Sic μυῤῥίνη, quæ μυρσίνη, et τύῤῥις pro τύρσις. E quo Lat. turris. Ita e κόῤῥαι, cirri. Ut cinis e κόνις, pila, πόλος." Sed, quanquam per σκίρωμα in Hesychii glossa (Κόμβωμα· στόλισμα, σκίρωμα), intelligi putamus villos, qui vestibus prætexuntur, i. e. fimbrias, aliis tamen judicandum relinquimus, an intellexerit Hesych. πάθος τι περὶ τὸ σῶμα. Hesych.: Ἐντετυλωθείσης· ἐμπαγείσης· σκίρωμα γὰρ λέγεται τὸ ἀνίατον πάθος. Huic conjecturæ favet, quod simili metaphora a vestium cirris vel fimbriis, in nodum coactis, sumta, varices κιρσὸν appellarint, quia contortæ et implexæ multis nodis. "Hesych.: Κιρσός· πάθος τι περὶ τὸ σῶμα, ὅπερ τινὲς ἰξίαν καλοῦσι, ἄλλοι κροσσόν. Sed melius legas κρισσόν. Idem alibi: Κρισσός· ἡ ἐν ταῖς ἰγνύαις γινομένη διάφυσις, ὅθεν καὶ ὁ ἰξίς, ἢ ἡ ἐν ταῖς ἄρθροις διάφυσις σκληρὰ καὶ ὀξώδης. Hinc videre est, quare varices ἰξίαι dicantur. Glossæ: Varices. κρισσοί. [Hesych.: * Κισσός· ὁ κιρσὸς, Ἀχαιοί.] Ut κρισσὸς et κιρσὸς [et κισσὸς] idem, sic κρόσσαι et κορσαὶ, κόρσαι et κρόσσαι. Hesych.: Κρόσσας· κλίμακας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις, τινὲς δὲ κεφαλίδας τῶν τειχῶν, ἢ προμαχῶνας. Idem alibi, Κόρση· κεφαλὴ, ἔπαλξις, κλίμαξ. Inde κόρσαι, et κόρσαι, et κόῤῥαι, crines in verticem nodo substricti, Lat. cirri." Salm. in Solin. p. 556. c.

qui et κόμμοι, (et κόμποι [1]). Etymologo et Lexico meo veteri κόμβος est ὁ ὑψηλὸς τόπος, locus editus s. altus: unde nonnulli τὸ κομπάζειν dictum volunt, ut est ap. eosdem." H. St. "Κομβολύτης Hes. βαλαντιοτόμος, Marsupiorum amputator." H. St. "Quia Crumena in nodum clausa compingitur," Du-Cang. Gloss. Gr. Albertius: "Proprie κομβολύτης dictus, qui crumenæ nodos et ligamenta solvit vel dissecat." "Quasi crumenisecam dixeris, lingua nostra *a Cutpurse*, quanquam κομβολύτης esset potius quem nos dicimus *a Pickpurse*; zonam autem pro crumena usurpari, quia zonæ inclusos numos gestare ex usu erat, sermo familiaris passim prodit." Gatak. Advers. Misc. i. 9. p. 227. g. At κόμβος ap. Suidam, ad quem respexit, non est zona, sed manicarum nodus, s. vinculum, quo eæ soleant alligari. V. Suidæ loc. supra laud. Verb. * Ἀνακομβόω legitur in Vita S. Nili Junioris p. 68. ap. Du-Cang. Gloss. Gr., Εὐθέως δὲ ὁ γέρων ἀκούσας, καὶ μηδὲ πρὸς ὥραν μελλήσας, ἀνεκομβώσατο τὰς χεῖρας. Zoroastres in Geopon. x. 83.: * Συζωσάμενος καὶ ἀνακομβωσάμενος, καὶ λαβὼν πέλεκυν ἢ ἀξίνην, μετὰ θυμοῦ πρόσελθε τῷ δένδρῳ, ἐκκόψαι τοῦτο βουλόμενος. "Non de crine, sed de vestibus in nodum colligendis succingendisque accipiendum putarim. Illa, crines obtortos sub pileo continendi, cum strenue laborare velis, consuetudo, Europæis modo solennis est. Gentes enim orientem incolentes non alunt crines. Illæ contra se expedientes accinguntur, et vestes talares cingulo subnectunt. Et sane κομβώσασθαι cum suis derivatis vestitui sunt propria." Niclas. Eustath. ad Od. ξ. p. 531. 20.: Ὅτι σπουδῆς δηλωτικὸν τὸ, Ὣς εἰπὼν ζωστῆρι θόως συνέεργε χιτῶνα, ὡς ἂν τις εἴποι ἀνεκομβοῦτο δι' ἔργον, ὥστε τὰ πρὸ τούτου ἄζωστος ἦν. Pro κόμβος, κομβίον, aliquando scribitur κόμπος, κομπίον, sed perperam. "Lex. Cyr. MS., Πόρπη· τὸ κομπίον. Corona pretiosa, Κόμπος, Nodus, Κόμβος. Glossæ ad Iliad. Græcob., Περόναις, Κομπία." Du-Cang. Gloss. Gr. Sic ap. Codinum de Offic. Palat. c. iii. n. 9. et c. v. n. 10., legitur Κόμπωσις, Nodatio, nodi species, quidquid nodi figuram refert. * Ἀποκόμπιον, Sacculus, in Basilic. L. xvi. tit. i. 25.; Εἰ δὲ τὰ εἴκοσι νομίσματα ἅμα ἐν ἀποκομπίῳ δέδωκεν, ubi IC., Si vero viginti simul in sacculo solvit. "* Ἐπικόμβια s. * Ἐπικόμπια, Missilia, ὑπατεῖαι, fasciculi scilicet segmentis lineis illigatam et innodatam habentes certam numorum quantitatem, qui in populum in statis aliquot solemnitatibus ab Imperatoribus et Patriarchis in populum spargebantur. Ac ab Imperatoribus quidem numi tum aurei, tum argentei et æerei uno fasciculo innodati spargebantur: a Patriarcha vero argentei duntaxat et æerei. Nam ab Imperatoribus solummodo aurum spargebatur in populum, cum argentum tantum Consulibus, idque in minutioribus numis spargere fas esset, ex Nov. Justiniani 105. Totum hunc ritum spargendi Ἐπικόμβια s. Ἐπικόμπια, in populum a sequioris ætatis Imperatoribus, inter Coronationis ceremonias, pluribus describit Cantacuzenus Hist. i. 41. p. 125.: Τῇ ἡμέρᾳ καθ' ἣν ὁ Βασιλεὺς χρισθεὶς ἔξεισι τοῦ ναοῦ, παρά τινος τῶν συγκλητικῶν, οὓς ἂν Βασιλεὺς ἐθέλοι, εἰς τὸν δῆμον ῥίπτονται, ἃ λέγουσιν Ἐπικόμβια· δύναται δὲ τοῦτο ἀποδέσμους τινὰς ἐν ὀθονίων τμήμασι, δεδεμένους ἔνδον ἔχοντας νομίσματα χρυσᾶ τῶν βασιλικῶν τρία, καὶ ἐξ ἀργύρου τοσαῦτα, εἰ (ἢ) καὶ πλείω, καὶ ὀβόλους ἀπὸ χαλκοῦ τοσούτους κ. τ. λ. A Cantacuzeno exscripsit quæ habet Codin. de Offic. Aulæ Const. c. xvii. n. 9. 10. de coronatione Imperatoris, ubi ἐπικόμβια ejusmodi ἀποδέσμους pariter vocat: ut et Pachymeres ix. 1. et 2. S. Joannes Damascenus Orat. in Constantin. Cabalinum p. 692., Οἱ δὲ ἐπίσκοποι τῆς γενεᾶς ταύτης ἄλλο οὐδὲν μεριμνῶσιν εἰ μὴ ἵππους, καὶ βουκόλια, καὶ ἀγέλας, καὶ ἀγρούς, καὶ συνδεσμοὺς χρυσίου. Jam vero de Patriarchæ Missilibus ita idem Pachymeres Hist. iv. 18. de Patriarcha Constantinop., Καὶ τῆς τῶν βαΐων ἑορτῆς ἐπιστάσης, ὅτε καὶ ἡ συνήθης ἐξ ὄρθρου ἡ λιτανεία τελεῖται, αὐτὸς πέμψας πλεῖστα ἐξ ἀργυροῦ καὶ χαλκοῦ νομίσματα πρὸς τοῦ κρατοῦντος ἐλάμβανε, καὶ ἀρπεδόσιν ἐνδεῖσθαι παρασκευάσας, τὰ συνήθως ἐπικόμπια καὶ αὐτὸς μέχρι καὶ τῶν Τεσσαράκοντα Μαρτύρων τὴν λιτὴν * καταγείρων, ῥίπτειν ἐκέλευε τῷ λαῷ. Ita Cod. Allatianus, ubi Vaticanus ἐπιγκόπια, sed perperam. Quinetiam observat Schol. Basilicwn ad L. xiii. p. 80. ejusmodi numos in vasis vitreis, in processibus publicis, projectos: Τινὲς δὲ ἐν σκεύεσιν ὑελίνοις νομίσματα βάλλοντες δημοσίᾳ δηλοῦσι τὴν τοτε γενομένην εἰρήνην." Du-Cang. Gloss. Gr.

"Ἐγκομβόω, ῶ, Illigo, involvo. Hesych. enim ἐγκομβωθεὶς (et ἐνκομβωθεὶς) exponit δεθεὶς, (Cod. Ven. δεδεὶς,) et ἐγκεκόμβωται affert pro ἐνείληται. Utitur hoc verbo 1 Petr. v. 5. dicens, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε: quod interpr. Modestia estote intus ornati. Alii, Vobis insinuate, et veluti innodate. Possis etiam reddere, Modestia vos incingite s. induite. Nam ἐγκόμβωμα vestimenti genus est. Scribit enim J. Poll. iv. 119, τῇ τῶν δούλων ἐξωμίδι προσκεῖσθαι καὶ ἱματίδιόν τι λευκὸν, quod ἐγκόμβωμα (perperam vulg. edit. habent ἐγκόβωμα [2]) s. ἐπίβλημα [3] nominari. Atque ita et Hesych. dicit κόσσυμβον s. κοσσύμβην fuisse ἐγκόμβωμα καὶ περίζωμα Αἰγύπτιον: κομβώσασθαι exponens itidem στολίσασθαι.[4] Etym. quoque et Lex. meum vetus ἐγκόμβωμα esse dicunt τὸν δεσμὸν τῶν χειρίδων, quod ab Atheniensibus ὄχθοιβον vocari, ab aliis κοσσύμβην: dici autem παρὰ τὸν κόμβον, τὸν ὑψηλὸν τόπον, unde nonnullos derivare etiam τὸ κομπάζειν. [Phavor. et Etym. M. p. 311. 4.: Ἐγκόμβωμα· ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων, ὃ λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ὄχθοιβος, ὑπὸ δὲ ἄλλων κοσύμβη. Εἴρηται παρὰ τὸν κόμβον· κόμβος γὰρ ὁ ὑψηλὸς τόπος, ἀφ' οὗ τὸ κομπάζειν τινὲς θέλουσιν εἰρῆσθαι. Ἀπολλόδωρος,—τὴν ἐπωμίδα Πτύξας διπλῶς ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Ἐπίχαρμος, Εἴγε μὲν ὅτι κεκόμβωται καλῶς ἀμύκῳ. Εἴρηται ἄνω.[5] Suidas: Ἐγκομβώσασθαι· Ἀπολλόδωρος Καρύστιος ἀπολιποῦσι (Καρύστιος Ἀπολιπούσῃ, v. Gatak. Advers. Misc. i. 9.), Τὴν ἐπωμίδα πτύξασα διπλῆν ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Ἐπίχαρμος, Εἴγε μὲν ὅτι κεκόμβωται καλῶς. Ἀμύκῳ. Vox Ἀμύκῳ h. l., ut et in Etym. M., sede sua mota est, quæ reponi debet post Ἐπίχαρμος, ut legatur, Ἐπίχαρμος Ἀμύκῳ. Scripserat enim Epicharmus fabulam Amycus vocatam, cujus meminit Soph. Schol. ad Aj. et ex eo Suid. v. κυδάζεται. V. Kusterum, qui ea monuit post Gatak.[6] Advers. Misc. l. c. Quod ad Epicharmi versum attinet, idem Gatak. p. 229. legit, Εἴ γε μὴν ὅτι καλῶς κεκόμβωται.

[1] Hesych.: Κόμμοι· ὀδόντες γόμφιοι ἢ κόμποι. Κόμποι· ὀδόντες γόμφιοι. Hinc Κόμπος usurpatur pro dentium crepitu, et deinde pro quovis strepitu. Hesych.: Κόμπος· ψόφος, κτύπος, ἦχος ὀδόντων. Unde Κομπεῖν, Strepitum edere, qualis est apri acuentis s. collidentis dentes. Hesych.: Κόμπει· ψοφεῖ. Vide H. Steph. Thes. ii. 370. e. et Eustath. p. 854, 8. 896, 38, 61. 897, 2. 1602, 14. Ut κόμβος dicitur pro κόμπος, sic κομβεῖν pro κομπεῖν usurpatur. Hesych. et Cyr. Lex. MS.: Κόμβησαν· ποιὸν ἦχον ἀπετέλεσαν. Verbum fictum est ex ipso sono.

[2] Sic in Etym. M. p. 311. 4. vulg. ἐγκόβωμα, sed contra etymologiam, notante Sylburgio in Indice.

[3] Kuhnius illud ἢ ἐπίβλημα prior. edit. e MSS. mutavit in ἢ * ἐπίρρημα. Falckenb. e MS. habet ἐσπίρημα: male. "Putarim legendum esse ἐπίρραμα [ἐπίρραμμα], quod Veteri Onomastico est assumentum." Kuhn. "In vulgatis ἐπίβλημα est, quo nihil novi, credo, dicitur, et ἐπιβλήματα sua etiam aliis personis paulo ante, iv. 116., Τὰ δὲ ἐπιβλήματα, vestes exteriores, ξυστίς, βατραχίς, χλανίς, χλαμύς, διάχρυσος.] Sed MS. ἐπίρρημα, ut diximus, quod recipiendum est. Sic Noster infra vii. 67., Ἐπίρρημα δὲ κωμικὸν * ταινίδες, nec credo ibi saltem ad feminas trahendum. Habes itaque id vocabuli jam bis hoc significatu in Polluce. An enim infra emendate scribatur, dubitant in Thesauris." Jung. Nostra quidem sententia, ἐπίρρημα est vox nihili; in Græca enim lingua nulla est radix, e qua originem trahat. Si a v. ἐπιρράπτω descendat, saltem legendum est ἐπίρραμμα, quod in nullo Pollucis codice reperitur. Quoniam vero in vulgatis est ἐπίβλημα, quod vocabulum, fatente ipso Jung., cui tamen ἐπίρρημα accipiendum videtur, Polluci est familiare, in lectione ista acquiescere nobis placet. J. Poll. x. 42., Ἐπιβλήματα, περιβόλαια, ἐφεστρίδες, χλαῖναι. "Ἐπίβλημα vestimentum exterius, τὸ ἐπάνω πάντων βεβλημένον, quod super omnia vestimenta sumitur, ut loquitur Marcellus in v. Læna, amiculum, quod supra injicitur, pallium, vel peplum, panniculus, assumentum." Biel. Thes. Philolog. "Omnis vestis apud Græcos," inquit Salm. ad Tertull. de Pallio p. 357., "aut ἐπίβλημα est, aut ἔνδυμα, aut amictui, aut indutui. Tunicæ omnes ἐνδύματα sunt ac dicuntur, et indutui habentur, quæ ad corpus pressule hærent atque indutu corpus comprehendunt. Ἐπιβλήματα vero, quæ et περιβλήματα, palliorum omne genus, quod ceteris vestibus circumjecta et superjecta, vago et libero discursu eas ambirent. Amictus, et Amicula, et vestes amictui Latini vocant. Ἐπίβλημα igitur i. q. περίβλημα, et pallium proprie significat." Cf. Salm. ad Vopisc. p. 407. H. Steph. Thes. i. 685. b. et Schleusneri Lex. in N. T.

[4] Hesych.: Ἐγκομβώσασθαι· ἐπισφηνώσασθαι, στολίσασθαι. Pro ἐπισφηνώσασθαι T. Hemsterh. corrigit * ἐπιπορπάσασθαι.

[5] "Cum Noster hic subjungit, εἴρηται ἄνω, videtur ad Ἄμυκος nos remittere, de quo supra 87, 11." Sylburgius. Locus est: Ἄμυκος· ὄνομα πόλεως, ἀπὸ Ἀμύκου βασιλέως Βεβρύκων.

[6] Gatakeri hæc sunt verba: "Epicharmus in Amyco—fabulæ ex Epicharmeis nomen id esse docet nos Sophoclis Schol., quod Sylburgium Portumque trajectione verborum deceptos fugerat." Sylburgius vero suspicatur "mutilatum esse locum, ac deesse testimonium e Sophoclis Amyco citatum. Amycum autem inter alias fabulas Sophocli adscribit etiam Athenæus."

Toupius vero Emendd. in Suid. i. p. 156. sic restituit, Εὖγε μὲν, ὅτ' ἔπωμις ἐγκεκόμβωται καλῶς, Bene est, quod epomis mihi recte et decore constricta est. "Quid in Epicharmi versu agat istud μὲν, non video. Εὖγ' ὅτι occurrit quidem ap. Aristoph. Nub. 864. Sed εὖγε μὲν ὅτι nusquam inventum iri suspicor. Deinde ι in ὅτι contra Comicorum consuetudinem eliditur. Neque placet ἔπωμις articulo destitutum. Sin autem, quæ mea tandem de h. l. sententia sit, roges, vetus illud occinam, Me quod fugiam habere, quod sequar, non habere, omnibusque fere in rebus, et maxime in criticis, citius quid non sit, quam quid sit, dicturum." Porsoni App. ad Toupii Emendd. p. 444. "Recte," inquit ipse Toup., "ἐγκεκόμβωται exhibet Photius Epist. 156.," (e quo sua sumsit Hesych., Ἐγκεκόμβωται· ἐνείληται:) "cujus locum, quia eximie huc facit, et vv. dd., qui ad Suidam scripserunt, elusit omnes,[1] hic adscribere est visum. Θαυμάζω μάλιστα, εἰ καί σοι γραμματικευομένῳ, καὶ ταῖς τῶν ποιητῶν λεσχηνεύοντι μελέταις, τὸ ἐγκομβώσασθαι βαρβάρου φωνῆς, ἀλλ' οὐχ Ἑλληνικὴ λέξις, ἔδοξεν. Ὁ μὲν γὰρ μακάριος καὶ κορυφαῖος Πέτρος, οὐδὲν περὶ τὴν ἐκλογὴν τῶν Ἑλληνικῶν ὀνομάτων σπουδάζων, ταύτην τοῖς ἑαυτοῦ παρείληφε γράμμασιν· οὐ γὰρ ἠχώ τινα καὶ τέχνην ῥημάτων, οὐδὲ λεξιδίων ψόφον, καὶ κτύπον ῥημάτων, δι' ὧν τινες τὰ τῶν μειρακίων * ὑπογαργαλίζουσιν ὦτα, καὶ κρότον ἑαυτοῖς ἐγείρουσιν ἐκεῖθεν, ἀλλὰ ψυχῶν σωτηρίαν τοῖς ἀκροαταῖς ἐνθεῖναι φροντίδα ἐτίθετο. Σὲ δὲ οὖν Ἐπιχάρμου μάλιστα καὶ Ἀπολλοδώρου τοῦ Καρυστίου τῶν σῶν μεμνημένον, ἔχρην περιπτύσσεσθαι μᾶλλον ἢ δυσχεραίνειν τῇ λέξει. Ὁ μὲν γὰρ πολλαχοῦ, καὶ κατὰ διαφόρους ἐγκλίσεις σχηματίζων τὴν λέξιν, ἐχρήσατο ταύτῃ. Ἐγκεκόμβωται γὰρ, φησὶ, καὶ ἀπαρεμφάτως, ἐγκομβώσασθαι.[2] Ὁ δὲ Καρύστιος ἐν Ἀπολειπούσῃ (εἰρήσθω γὰρ εἰς τὴν σὴν χάριν καὶ ἡ χρῆσις), Τὴν ἐπωμίαν (l. ἐπωμίδα), φησὶ, πτύξασα διπλῆν ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην. Οὓς ἔχρην ἀναλαμβάνοντα, μὴ * βαρβαροφωνίας τὸν τῆς ἀληθείας κήρυκα αἰτιᾶσθαι, * ὑπερθαυμάζειν δὲ μᾶλλον, ὅτι καὶ τῆς τοιαύτης σπουδῆς ὡς παιδιᾶς ὑπερορῶν, ὅμως κατὰ τοὺς τῶν Ἑλληνικῶν κριτὰς ὀνομάτων ἐστὶν οὗ (l. ἐστὶν οὓς,[3]) τὰς ἑαυτοῦ ἐπιστολὰς ἐξεδίδου. Ceterum hanc fabulam Ἀπολιποῦσαν, quam Apollodoro Carystio adsignant Phot. et Suid., Apollodoro Geloo adscribit Athenæus. Sic solent scilicet Grammatici. De quo v. Gatak." (et Kust. ad Suid.) Quod ad Apollodori versum attinet, eodem modo ap. Suidam et Photium scriptum, Kusterus ex Etym. M. sic eum emendat, τὴν ἐπωμίδα Πτύξας διπλῶς, ἄνωθεν ἐνεκομβωσάμην, Amiculum ubi duplicaram, desuper constrinxeram. "Πτύξασα διπλῆν, ut quæ loquitur, mulier sit. Quod si sequamur, legendum potius, Διπλῆν πτύξασ' ἄνωθεν etc., quo metro consulatur." Gataker. l. c. p. 228. "Verba Apollodori, quæ male solicitarunt vv. dd., recte repræsentant Suid. et Phot. Comici enim anapæstum in secundo loco facile admittunt. Quid quod versus eo pacto suavior et numerosior erit." Toup.] Sed notandum, Complut. edit. in illo loco Petri Apost. habere ἐγκομπώσασθε: ut ap. Suid. quoque ἐγκομπώσασθαι legitur expositum στολίσασθαι." H. St. Longus ii. 60. p. 59. ed. Villoison., Πέμπει οὖν Τίτυρον ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ σύριγγα, τῆς ἐπαύλεως ἀπεχούσης σταδίους δέκα. Ὁ μὲν ῥίψας τὸ ἐγκόμβωμα, γυμνὸς ὥρμησε τρέχειν ὥσπερ νεβρός. "Longus h. l. pastoribus in usu fuisse indicat, et vestem quidem extimam, non interulam; superariam, non subuculam. Cave tamen γυμνὸς, nudus aliter intelligas, quam quo modo Saul coram Samuele nudus procidisse perhibetur 1 Reg. xix. 24. quo modo Vati, nudus ambularet, injunctum est, Es. xx. 1. quo modo Petrus γυμνὸς fuisse dicitur, τὸν ἐπενδύτην οὐ διεζωσμένος, amiculo non præcinctus, Jo. xxi. 7." Gatak. l. c. Hinc * Ἐγκόμβωσις, qua voce caret Schneideri Lex. Nicetas in Isaac. Angel. iii. 8. p. 288. a., ἐγκομβώσεις τῶν ἐσθημάτων, vestimentorum implexiones. "Varro autem, a Nonio laudatus, in Catone s. de Liberis educandis, vestem etiam puellarum et ingenuarum quidem, ne quis servilem tantum e Polluce censeat, τὸ ἐγκόμβωμα fuisse, nos clare docet. Ut puellæ, inquit, habeant potius in vestitu chlamydas, encombomata, ac parnacidas, quam togas. Quo loco pro parnacides, arnacides[4] legi postulant Hadr. Junius et Auson. Popma, quod ex Aristoph. Nub. Suidas, e Platonis Symposio J. Poll. vii. 33. 4. exhibent. Ἀρνακίδα vero Suidas esse ait περιβόλαιον, amictus quoddam genus, in usu ad frigus arcendum, quod e pellibus agninis conficeretur, sic dictum. Ἀρνακὶς enim, ut J. Poll. x. 9., est pellis agnina, quæ canum collaribus subsui solebat, ne affrictu asperiore colla infestarentur. E Platone autem apparet ad calceamenta quoque ob mollitiem a delicatioribus quibusdam adhibitam eandem. Sed et istas et encombomata e vestibus puellaribus fuisse, quod impræsentiarum volumus, e Varronianis illis constat. Vestes autem puellares cultiores et varietate aliqua insignes fuisse plerumque, non est vero absimile. Talis כתנת פסים πολύμιτος, versicolor, variegata, tunica, (quæ et מעיל chlamys s. palla dicitur) Tamaris illa in 2 Reg. xiii. 18. puellarum regiarum, dum ἄδμητες κόραι, virgines et innuptæ adhuc essent, solennis. Talis et quam Josepho τηλυγέτῳ suo, i. e. in senectute sibi genito, unice sibi caro, Jacob conficiendam procuraverat; quod invidiæ ansam primam filiis reliquis adversus τὸν ἀγαπητὸν subministrasse videtur, Gen. xxvii. 3, 4. Certe κομβώματα, male κομβύματα editur, Suidæ sunt καλλωπίσματα, ornamenta. Et τὸ κομβοῦσθαι, ἀντὶ τοῦ καλλωπίζεσθαι, ornari, usurpatum Epicharmo in Amyco suggerunt Suid. et Etym. verbis illis, Εἶ γε μὲν ὅτι καλῶς κεκόμβωται, quod sit pulcre amictus, nitidius splendidiusve vestitus et adornatus." [Imo sensus horum verborum est, Si modo recte constrictum est.] "Fortasse et ῥαβδωτὰ erant ἐγκομβώματα ista puellaria, qualia Gallorum sagula virgata, Maroni Æn. viii. Et, Auro virgatæ vestes, Silio Bell. Pun. iv. quæ habebant in virgarum modum deductas vias, uti Servius explicat: sive striatæ (quo modo forsan Servius scripserat, strias, non vias) ad concharum quarundam instar, quæ et ῥαβδωταὶ ideo Aristoteli dictæ, H. A. iv. 4. et inde αἱ ἐν τοῖς χιτῶσι ῥαβδοὶ, limbi vestium, ap. J. Poll. vii. 13. Certe tale quiddam subindicare videtur Hesych.: Κομβώματα· τὰ ἐν ταῖς ῥάβδοις μικρὸν τόρνον ἔχοντα ὑπὸ πεταλέων, Combomata, in sceptris lignum turbinatum habentia sub ramis. [Vide nos infra.] Verum ista cum vitii suspecta sint, vix certi quicquam inde eruas." Gatak. l. c. Ἐγκομβώματα, vincula, vel nodi, vel fibulæ manicarum, קשרים plur. redimicula, alligamenta, Theodot. Es. iii. 20. Cf. Cuperi Apotheos. Homer. p. 144. "In Hexaplis Origenianis Es. iii. 20. editum legitur, הצעדות Θ. τὰ βραχιάλια, τὰ ἐγκομβώματα. At ut prius nomen haud dubie ab Aquila profectum est: hic enim etiam 2 Sam. i. 10. nomen Hebr. אצעדה interpretatus est verbo Gr. * βραχιάριον, quod, et * βραχιάλιον, et * βραχιόλιον, scribitur: v. Suidas et Cangius Gloss., h. v.: ita nomen posterius sine ulla controversia referendum est ad nom. Hebr. הקשרים, et eidem Aquilæ vindicandum. — De v. ἐγκομβοῦσθαι, quod Salmas. (de Hellenist. p. 87.) vocat verbum ex antiqua comœdia petitum, sed quo Petrus Apostolus 1 Epist. v. 5. usus est, et de nom. ἐγκόμβωμα, quod inde ductum est, Th. Gatak. Advers. Misc. i. 9. et Jo. Sibranda in Bibl. Brem. Class. vii. Fasc. 6. n. 1. (add. Mollius ad Longum p. 62.) etiam Suicer. Thes. Eccles., qui tamen sua pœne omnia Gatakeri diligentiæ debet, in primis copiose, ac diligenter, disputarunt: sed e locis, cum ipsorum scriptorum, tum etiam grammaticorum veterum, qui ab iis laudati sunt, intelligitur, nomen κόμβωμα non minus, quam ἐγκόμβωμα, dictum esse, non modo de nodis, et vinculis nodosis, sed etiam de vestibus, quæ nodis, et vinculis, adstringi solerent, maximeque de genere quodam brevis pallii, quod reliquis vestibus superinjecerint, non tantum servi, sed etiam mulierculæ, et viri ingenui, et quod nomen inde traxerit, quod cervi-

[1] Ante Toupium locum illum, Croio, Gatakero, et Kustero ignotum, laudaverat Albertius ad Hes. v. ἐγκεκόμβωται et v. κομβώσασθαι, at ante Albertium Suicerus Thes. Eccles. eum notaverat, scribens, "Mirum profecto nondum observatam a viris doctissimis Epist. clvi. Photii." Ceterum fallitur Albertius, e Photio Suidam sua hausisse putans. Imo Suidas glossam duxit ex eodem flumine, quod libavit Etymologus. In Photio enim est ἐγκεκόμβωται, at in Suida et Etym. legitur κεκόμβωται.

[2] Ad Epicharmi locum respexit Hesych.: Ἐγκομβώσασθαι· ἐπισυρτύπασθαι (ἐπιπορπώσασθαι), στολίσασθαι. (Zonaras p. 608., Ἐγκομβώσασθαι· στολίσασθαι.) Albertius in Gloss. Gr. in N. T. p. 217. hanc glossam ad 1 Petr. v. 5. referendam esse censet, et —σθε ubique reponendum e Gloss. Cod. Coislin. 26., Ἐγκομβώσασθε· ἀντὶ τοῦ, ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε, ἢ ἀναστείλασθε.

[3] Imo recte se habet vulgata lectio, ἐστὶν οὗ, i. e. alicubi, aliquando.

[4] Sic post Gatak. emendat Toup. l. c. afferens Hesych.: Ἀρνακίδες· ἀρνῶν κώδια.

gibus circumstrictum, in fibulæ morsu humeris acquieverit, vel quod nodis connexum, constrictumque, ex humeris dependerit, ita, ut ii, qui hoc palliolo amicti essent, sibi vehementer placerent, seque in primis ornatos putarent. Hebræi, apostolorum seculo, ista palliola nuncupasse videntur מעטפות, quæ certe ab Esaia iii. 22. numerantur in partibus ornatus muliebris, et a Symmacho ἀναβόλαια, a Latino interprete, palliola, nominantur. Atque hoc recte colligi posse arbitrabamur ex eo, quia Syrus interpres verbum ἐγκομβοῦσθαι explicavit verbo התעטף. Nam et κομβοῦσθαι, et ἐγκομβοῦσθαι, dicuntur ii, qui, vel nodo aliquid, vinculoque, connectunt, vel induunt, ut omnino vestes, quæ nodis, et vinculis, adstringantur, ita etiam palliola. Sed quemadmodum omnia verba induendi, in linguis priscis omnibus, eleganter transferuntur ad eos, qui se virtuti alicui dedunt, qui virtutem aliquam sequuntur, qui studiosi sunt alicujus virtutis, qui præditi conspiciuntur, et ornati, virtute aliqua:[1] ita etiam Petrus, qui cohortari Christianos Asiaticos vellet, ut modestiæ studerent, ut, posita superbia, humilitatem animi susciperent, verbo ἐγκομβοῦσθαι usus est, ita, ut ponere pro eo etiam verbum simplex κομβοῦσθαι potuisset, in primis quum veteres grammatici utrumque verbum interpretati esse iisdem verbis reperiantur. Nam ut Hesych. glossas κομβώσασθαι, et ἐγκομβώσασθαι, explicavit verbo στολίσασθαι: ita interpretes N. T.[2] glossam ἐγκομβώσασθε verbis ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε, et ἀναστείλασθε, explanarunt. Et quum posterioris ætatis homines invenit scripsisse ἐγκομπώσασθαι:[3] origo et causa scripturæ codicum, e quibus exemplum Complutense ductum est, in quo ἐγκομπώσασθε legitur, facile patet. Sed hac ipsa scriptura decepti nonnulli, ἐγκομπώσασθε mutasse videntur in ἐγκολπώσασθε: quali codice quum certissimum sit Latinum interpretem usum fuisse: intelligi sponte ab omnibus posse speramus, quid sit, quod verba Petri in versione ejus legantur ita translata, Omnes autem invicem humilitatem insinuate. Nam ἐγκολποῦν idem est, quod ἐγκολπίζειν: quod verbum etiam in Glossariis antiquis verbo Latino insinuare explicatum extat. Syrus enim interpres verbo ܐܬܥܛܦܘ addidit adverbium ܒܣܝܡܐܝܬ, ut doceret, ἐγκομβοῦσθαι esse induere vestem, quæ nodis, et vinculis, adstringeretur. Sed ex iis omnibus, quæ de hoc ipso verbo a nobis dicta sunt, putamus aperte apparere, verba Apostoli, τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, Latine converti debere, modestiam induite, quod Paul. Col. iii. 12. ἐνδύσασθε ταπεινοφροσύνην dixit, et omisso tropo, modestiam sequimini, humilitatis animi studiosi sitis, ita, ut maximum in ea ornamentum, et decus, positum censeatis; neque adeo composito verbo ampliorem subjectam esse vim, quam verbo simplici: quemadmodum Homerus ἐμβασιλεύειν, et ἐννέπειν, Il. β'. 572. Od. α'. 1. dixit pro βασιλεύειν, et ἔπειν, Aristoph. Acharn. 383., et Plato, Criton. 15., ἐνσκευάζεσθαι pro σκευάζεσθαι, Ælian. V. H. ix. 35. ἐγκαλλωπίζεσθαι pro καλλωπίζεσθαι." J. F. Fischeri Prolusio v. de Notionibus justo ampliorr. Verbb. e Præpositt. compos. p. 138—141. Schleusnerus Lex. in N. T., qui in explanatione verbi ἐγκομβόομαι Fischerum sequitur, Petri sensum sic expressit, ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, "modestiam induite, h. e. operam date, ut modestia præditi et ornati conspiciamini." Gatakerus l. c. p. 229.: "Certum est ad amiculi decentioris alicujus, vel et cultioris genus, quod extimum geri, nodoque forsitan vel fibula adstringi consueverat, Apostolum illic allusisse, ubi monet, ut modestia s. animi submissione, quæ in vita se prodat palamque faciat, induta spectabiles semet exhibeant." Sed, nostra quidem sententia, falluntur hi doctissimi viri cum Rosenmullero, censentes Apostolum hoc verbum ideo adhibuisse, ut ornatum solum, quem submissi animi studium conciliat, indicaret. Hanc observationem Dresigio de Verb. Med. N. T. 42. p. 252. debemus. Legitur in 3 Macc. vii. 5., Νόμου Σκυθῶν ἀγριωτέραν ἐμπεπορπωμένοι ὠμότητα, i. e. interprete Biel., Consuetudine Scytharum ferociorem sibi fibula quasi adstringentes crudelitatem. Similiter ἐγκομβώσασθαι usurpat Petrus: Τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβώσασθε, i. e. Humilitatem nodo vel fibula quasi vobis adstringite. Dresigius l. c. verba sic exponit. "Vos induite submissione animi, ita induite, ut tam animis infixa vestris sit, quam ἐγκόμβωμα indutum, nodoque annexum atque alligatum corpori assidere consuevit. Quemadmodum vestimenta illa, de quibus ἐγκόμβωμα usurpatur, propterea nodo nectebantur, quo in corpore sederent firmiora, neve forsitan amitterentur; ita Apostolus quoque h. l. verbum illud posuit, ut summum studium et accurationem in amplectenda animi submissione commendaret, cum hominibus nihil sit magis proprium, quam altos sibi spiritus sumere, mentemque superbia efferre." Omnia verba induendi in linguis priscis omnibus eleganter ad eos transferri, qui sunt ornati, præditi, et instructi aliqua re et virtute, ut dicunt Fischerus et Schleusnerus, notum est. At, quanquam nomen ἐγκόμβωμα a Varrone, Longo, et J. Polluce ll. cc. usurpatur de vestibus, quæ nodo vel fibula stringebantur, verbum tamen ἐγκομβόω non est, ut doctissimi illi viri cum Gatakero et Dresigio putant, et, ut vulgo creditur, "verbum induendi," sed tantum notat, ut videre est in exemplis ex Apollodoro Carystio et Epicharmo supra laudatis, nodo aliquid et vinculo connecto, a v. κόμβος, quod proprie nodum significat, quo duæ res diversæ soleant constringi ac connodari.

Ὄχθοιβος. Phav. et Etym. M. p. 311. 4.: Ἐγκόμβωμα· ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων, ὃ λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ὄχθοιβος, ὑπὸ δὲ ἄλλων κοσύμβη· εἴρηται παρὰ τὸν κόμβον· κόμβος γὰρ ὁ ὑψηλὸς τόπος,[4] ἀφ' οὗ τὸ κομπάζειν τινὲς θέλουσιν εἰρῆσθαι. Κόσυμβοι Suidæ est ὁ κόμβος τῶν δύο χειριδίων, ὅταν τις δήσῃ ἐπὶ τὸν ἴδιον τράχηλον. ("Verba ὁ κόμβος—τράχηλον in Kusteri Ed. omissa sunt," Biel. Thes. Philolog. v. ἐγκομβώματα. Fallitur vir doctus; leguntur enim in Kusteri Ed. sub v. κόμβος. Sed dubio procul legi debent sub v. κόσυμβος, ad cujus interpretationem pertinere, satis constat e Phavor. et Etym. M. l. c.) Ὄχθοιβος ergo est proprie i. q. κοσύμβη, κόσυμβος, s. κόμβος, i. e. nodus s. vinculum manicarum, fibula, qua inter se stringebantur manicæ circa collum. J. Poll.

[1] "Vid. Vorstius Philol. c. 5. 3. p. 156. ss. Lips.: Gatakerus d. l.: Kypkius ad Luc. xxiv. 49. Sic Hom. Il. η'. 164. ἐπιειμένοι ἀλκήν· Il. α'. 149. ἀναιδείην ἐπιειμένε."

[2] "Vid. Albert. Gloss. N. T. p. 217. [Cod. Coislin. 26. Ἐγκομβώσασθε· ἀντὶ τοῦ, ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε, ἢ ἀναστείλασθε,] Œcumen. ad 1 Petr. v. 5. p. 165. Veron. ἐγκομβώσασθε δὲ ἀντὶ τοῦ ἐνειλήσασθε, περιβάλεσθε."

[3] "Suid.: Ἐγκομπώσασθαι· στολίσασθαι. Sic enim legitur in Mediol. Ald. Basil., non ἐγκομπάσασθαι, ut Neocorus edidit. Sed in Phavorini Lex. rectius scriptum extat: Ἐγκομβώσασθαι· στολίσασθαι: qui tamen ipse quoque habet glossas, ἐγκομπώσασθαι· στολίσασθαι, et ἐγκομβώσασθαι· στολίσασθαι, ex Hesych. Cf. Albert. ad Hes. et Matthiae ad 1 Petr. v. 5."

[4] Hæc verba, Κόμβος γὰρ ὁ ὑψηλὸς τόπος, ἀφ' οὗ τὸ κομπάζειν τινὲς θέλουσιν εἰρῆσθαι, corrupta sunt, (quanquam pro sanis adhuc habuerunt viri docti). Quis enim Grammaticorum veterum τὸ κομπάζειν παρὰ τὸν κόμβον, i. e. τὸν ὑψηλὸν τόπον, formatum esse dixit, aut dicere potuit? Imo Etymologus vel scripsit, vel saltem scribere debuerat, Κόμβος γὰρ ἦχος ποιός, vel ὁ ποιὸς ἦχος. Emendationi huic nostræ maxime favet Eustath. ad Il. Λ. p. 854. 6.: Τὸν δὲ κτύπον, ἐν ὁ κόμπος ἀποτελεῖ θήγων ὀδόντα, πάνυ ἐπιτυχῶς ὀνοματοποιήσας, κόμπον εἶπεν, ἐντεῦθεν δὲ κατὰ μεταφορὰν καὶ ἐπὶ φλυαρίας ἀλαζονικῆς ὁ κόμπος καὶ τὸ κομπάζειν καὶ τὸ κομπεῖν λέγεται. Idem ad Il. M. p. 897. 1.: Ἰστέον δὲ καὶ ὅτι ἐκ τοῦ ἐνταῦθα κυριολεκτουμένου κομπεῖν, τὸ κομπάζειν παρῆκται, ὁ παρὰ τοῖς ὕστερον στωμυλίαν δηλοῖ καὶ "στομφασμὸν" περιαυτολογικήν, καθὰ καὶ τὸ κομπεῖν παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν τῷ, Τόσον δ' ἐκόμπει μῦθον, ὡς οἷα δηλαδὴ κομποφῆμον. Id. ad Od. Θ. p. 1602. 12.: Καὶ ὁ κόμπος δὲ ὀνοματοποιεῖται, καὶ νῦν μὲν ἦχον δηλοῖ τινα ὀρχηστικόν, ἐν δὲ Ἰλιάδι κόμπος, ὁ ποιὸς ἦχος τῶν σιαγόνων τοῦ ἀγρίου συός, ὅτε θυμούμενος ἀφρίζει τε καὶ τοιοῦτον ἦχον ἀποτελεῖ, καὶ μάλιστα ἐκεῖ ἐπιτυχὴς ἡ τοιαύτη ὀνοματοποιΐα, ὅθεν καὶ ῥῆμα τὸ κομπεῖν, ὅτε πολλά τις εἰς κενὸν στωμύλλεται. Etymologus vero, cum dicat, ἐγκόμβωμα ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων, ὃ λέγεται παρ' Ἀθηναίοις ὄχθοιβος, ὑπὸ δὲ ἄλλων κοσύμβη, εἴρηται παρὰ τὸν κόμβον· κόμβος γὰρ ὁ ποιὸς ἦχος, ἀφ' οὗ τὸ κομπάζειν τινὲς θέλουσιν εἰρῆσθαι, indicat verb. κομπάζειν, ut quidam credunt, derivatum esse a v. κόμβος ὁ ποιὸς ἦχος, quia κόμβος i. q. κόμπος, de quo vide nos supra. Sed utrum legas, ut in vulgatis est, κόμβος ὁ ὑψηλὸς τόπος, vel, ut reponimus, κόμβος ὁ ποιὸς ἦχος, Grammatici ratio videtur obscura, ἐγκόμβωμα, ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων—παρὰ τὸν κόμβον· κόμβος γὰρ ὁ ὑψηλὸς τόπος s. ὁ ποιὸς ἦχος. Si vulgata lectio retinenda est, κόμβος ὁ ὑψηλὸς τόπος, ad nihil aliud respici potest quam ad eminentiam vinculi, s. fibulæ, qua manicæ inter se jungerentur, quanquam in verbis illis tam durum sensum latere nunquam nobis persuaderi potest. At enim, nostra conjectura recepta, κόμβος ὁ ποιὸς ἦχος, Grammatici ratio satis patebit, modo locum Basilii jam supra laudatum legeris: Πλὴν ἡμεῖς ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος εὑρόντες χιτῶνα κοσυμβωτόν, ἔχοντα ῥοΐσκους καὶ κώδωνας, ἀπελίσμους τινὰς τῶν κροσσῶν, ἐνοήσαμεν, τοὺς κοσύμβους "συναπηρτημένους τοὺς κώδωνας τοὺς χρυσοῦς, καὶ τοὺς ῥοΐσκους ἀπὸ τῶν ἄκρων· οὓς ἐμιμοῦντο καθ' ὑπερβολὴν τρυφῆς καὶ αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐν τῇ περιβολῇ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἐσθῆτος· δι' ἃ ἐνυβρίζουσαι τοῖς ἱερατικοῖς ἰδιώμασιν, ὑακίνθινα καὶ κόκκινα ἐγκομβώματα κροσσῶν ἀπηρτημένα τοῦ λώματος περιφέρουσι. Ad corymbos illos aureos et tintinnabula illa e manicarum fimbriis dependentia Etymologum respexisse putamus verbis, ἐγκόμβωμα ὁ δεσμὸς τῶν χειρίδων παρὰ τὸν κόμβον· κόμβος γὰρ ὁ ποιὸς ἦχος.

vii. 65.: Ὀχθαίβους (ὀχθοίβους) δὲ ὀνομάζεσθαί φασι τὰς ἐν τοῖς χιτῶσι τῶν ῥαφῶν¹ συμβολὰς, i. e. tunicarum partes, ubi oræ fibulis inter se junguntur et committuntur. "Ὄκκαβος (ὄκκαβοι) Hesychio τὰ περὶ τὸν βραχίονα ψέλλια." H. St. Manicarum vero oræ fimbriis ornabantur: unde ὄχθοιβος, quod proprie manicarum vinculum notat, a Photio exponitur de manicarum fimbria: Ὀχθοίβους· τὰ λώματα· ἔστι δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ χιτῶνος ἀλουργὲς * πρόσραμμα.² Manicarum oras fimbriis ornatas esse, extra controversiam est.³ Λώματα i. e. manicarum fimbriæ. Vocem hancce h. l. vulgari sensu, quo exponitur fimbria in fine vestis muliebris, non sumi, patet e verbis, Ἔστι δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ χιτῶνος ἀλουργὲς πρόσραμμα. Sic Etym. M. 570. 53.: Λῶμα· τὸ γυναικεῖον, ὃ ὑπὸ Ἀττικῶν ὄχθοβος λέγεται. λῶμα λέγεται καὶ τὸ εἰς τὸ κατώτερον τοῦ ἱματίου ἐπίβλημα, ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ κόκκου.⁴ Etymologus h. l. plane distinguit fimbriam, cui nomen ὄχθοιβος, a fimbria in fine vestis. Photius: Ὄχθοιβος· λῶμα. Φερεκράτης Λήροις, Μίτραν ἀλουργῆ, στρόφιον, ὄχθοιβον, κτένα. (Pro ὄχθοιβον Albertii apographum habet ὄχθοιβος, quod ipse mutat in ὄχθοιβον.) Aristoph. in Thesmophoriazusis alteris, ap. J. Poll. vii. 95., Ὀχθοίβους, μίτρας, ἀναδήματα. J. Poll. v. 101. de mundi muliebris nominibus, Καὶ ἄλλους δέ τινας κόσμους ὀνομάζουσιν οἱ κωμῳδοδιδάσκαλοι, λῆρον, ὀχθοίβους,—ὧν οὐ ῥᾴδιον τὰς ἰδέας συννοῆσαι, διὰ τὸ μηδὲ πρόχειρον εἶναι τινὰ εἰσιδεῖν, εἴτε σπουδάζοντες, εἴτε παίζοντες χρῶνται τοῖς ὀνόμασιν. Chandleri Inscript. Part. ii. no. 4. 2., Ὄχθοιβος χρυσία ἔχων. "Ὄχθοιβος, (ὁ,) Limbus, Fimbria. Hesych. enim scribit solitos olim fuisse περιάπτειν τινὰ περὶ τοὺς χιτῶνας, quæ ὀχθοίβους vocarent. Esse autem τὰ λεγόμενα λώματα. Lex. meum vetus et Suid. habent ὄχθοβος, sine ι, dicentes ab Atticis ita vocari τὸ γυναικεῖον λῶμα, Fimbriam s. limbum vestis muliebris. Ap. Etym. M. (p. 645. 22. Ὄχθωβος· τὸ λῶμα τὸ γυναικεῖον, ὑπὸ Ἀττικῶν ὄχθωβος λέγεται,) scriptum est Ὄχθωβος, per ω, in secunda syllaba: quod et ipsum docet esse Atticum." H. St. Idem tamen Etymologus alibi scribit ὄχθοιβος, ut in p. 311. 5. l. c., alibi ὄχθοβος, ut in p. 570. 53., Λῶμα· τὸ γυναικεῖον, ὃ ὑπὸ Ἀττικῶν ὄχθοβος λέγεται· λῶμα λέγεται καὶ τὸ εἰς τὸ κατώτερον τοῦ ἱματίου ἐπίβλημα, ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ κόκκου. "Ἔχθιβος Hes. τὸ λῶμα τοῦ χιτῶνος, Fimbria tunicæ s. ora, sed addit quosdam scribere ἔχθροιβος." H. St. Pro ἔχθιβος, vitioso vocabulo, alieno loco addito, Is. Voss. e literarum serie conjecit ἔχθορμος. Pro ἔχθροιβος Kusterus putat Hesych. scripsisse, vel scribere debuisse, οἱ δὲ ὄχθοιβος. "Ἐχθύμενος ἐν τοῖς Hes. λῶμα, κόμβος, quod paulo ante ἔχθιβος, item ταχὺς, Velox, celer." H. St. Pro ταχὺς Salmas. legit παχύς. Pro ἐχθύμενος idem scribit ἔχθυμος i. q. ἔχθοιβος. Is. Voss. conjicit ἔχθυμβος. Sed rem acu tetigit Kust.: "Male pro ἔχθυμος, idque pro ἔχθυβος i. e. ὄχθοιβος." Reiskius sic glossam refingit: Ἔχθυμος· λῆμα, κομψός.

"Λῶμα, ατος, τὸ, Fimbria, Instita: ῥαφὴ ἢ κλωσμὸς εἰς τὸ κατώτερον τοῦ ἱματίου, Hesych. [Λῶμα· ῥαφὴ, κλωσμὸς, ἢ εἰς τὸ κατώτερον τοῦ ἱματίου λῶμα. Cyr. Lex. Ms., Λῶμα· τὸ εἰς τὸ κατώτερον μέρος τοῦ ἱματίου, καὶ εἰς τὸ περιδέῤῥαιον (περιδέραιον) ἐπίβλημα ῥάκους ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου. "Unde Hes. ita supplendus videtur, ἢ ε. τ. κ. τ. ἱ. μερος λῶμα." Schow. Imo λῶμα illud in fine mutandum est in ἐπίβλημα. Hesych.: Ἐπίβλημα· λῶμα, ῥάκος. Vulgo legitur πῶμα. "Salmas. (ad Vopisc. p. 407.) corrigit λῶμα, sed quæ correctio minime est necessaria; nam ἐπίβλημα recte significare potest πῶμα, i. e. operculum, ut infra, Ἐπίθημα· πῶμα." Kust. Albertius: "Recte πῶμα, ab imponendo sc. vel injiciendo: supra, Ἐπιθεῖναι· κλεῖσαι." Imo recte corrigit Salmas. λῶμα. Ἐπίθημα enim, non ἐπίβλημα, est πῶμα. Ἐπίβλημα vero, λῶμα, et ῥάκος sunt panni e purpura, qui vestibus adsuuntur, ut ostendit Salm. l. c. Zonar.: Λῶμα· τὸ εἰς τὸ κατώτατον μέρος τοῦ ἱματίου ἐπίβλημα, ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας καὶ κοκκίνου. "Sic etiam ap. Hes. scribe pro Λῶμα—λῶμα. Poterat e Phavor. et Etym. 570. 52. emendari." Tittmann. Du-Cang. Gloss. Gr. p. 1260. e Lex. MS. Colb., Ποδήρης—οἱ δὲ τὸ συῤῥαπτόμενον εἰς τὸ κατώτερον τῆς στολῆς ἐκ πορφύρας * ἡμισυράκιον. Lege, cum Coraio ad Gregor. Cor. p. 542. ἢ βύσσου ῥάκιον, pro ἡμισυράκιον.] Quod imæ vestis oræ assutum vel attextum est: quod et κράσπεδον, et κροσσός. (Suid. Λῶμα· τὸ κράσπεδον.) Exodi xxviii. (29. 30.) ποιήσεις ἐπὶ τὸ λῶμα τοῦ ὑποδύτου κάτωθεν, ὡσεὶ ἐξανθούσης ῥόας ῥοΐσκους ἐξ ὑακίνθου, καὶ πορφύρας, καὶ κοκκίνου διανενησμένου, καὶ βύσσου κεκλωσμένης, ὑπὸ (ἐπὶ) τοῦ λώματος τοῦ ὑποδύτου κύκλῳ· τὸ αὐτὸ εἶδος ῥοΐσκους χρυσοῦς, καὶ κώδωνας ἀναμέσον τούτων περικύκλῳ. Παρὰ ῥοΐσκον χρυσοῦν κώδωνα, καὶ ἄνθινον ἐπὶ τοῦ λώματος τοῦ ὑποδύτου κύκλῳ, In fimbria s. limbo. (Cf. xxxix. 31. Clem. Alex. Pædag. iii. p. 262. 33.: Εἰ γὰρ μὴ χρυσοφορεῖν καὶ αὐτοῖς ἐφεῖται, ἀλλ' οὖν γε διὰ τὴν θηλυδριώδη ἐπιθυμίαν, ἱμάντας καὶ λώματα χρυσίου περιπτύξαντες πετάλοις, ἤ τινα σφαιρικὰ τῆς αὐτῆς ὕλης ποιησάμενοι σχήματα, σφυρῶν ἀπαρτῶνται, καὶ τραχήλων ἀπαιωροῦσι.⁵) Inde Di-

¹ "Ῥαφαὶ hic," inquit Salm. in Vopisc. p. 403., "non sunt accipiendæ," ut vulgo creditur, "suturæ vestium filo conceptæ, sed partes et oræ tunicarum, quæ fibulis inter se junguntur et committuntur. Lycophron. v. 1099. de vestimento, quo Clytemnestra Agamemnonem e balneo exeuntem involvit et involutum occidit, scribit nullas habuisse ῥαφὰς, i. e. nullos exitus, aut aperturas, quibus caput emitteretur aut brachia exererentur: Ὁ μὲν γὰρ ἀμφὶ χύτλα καὶ * δυσεξόδους Ζητῶν κελεύθους αὐχενιστῆρος βρόχου, Ἐν ἀμφιβλήστρῳ * συντεταργανωμένος Τυφλαῖς ματεύσει χερσὶ κροσσωτοὺς ῥαφάς. Ῥαφὰς vocat vestis oras, quæ fibulis conseruntur et committuntur. Κροσσωτοὺς autem appellat, quod oræ vestium summæ, et mediæ, quæ in lateribus vel ante pectus fibulis stringebantur, et infimæ fimbriatæ essent."

² * Πρόσραμμα est i. q. * περίραμμα, * παράραμμα, * ῥαμματώδη. (Vocibus πρόσραμμα, περίραμμα, et ῥαμματώδη in Schneideri Lex. desiderantur.) De æterna confusione in περὶ et παρὰ v. Dorvill. ad Charit. viii. 6. At lectio πρόσραμμα non est solicitanda. Nam idem Photius eodem sensu verb. * προσράπτω usurpavit: Πίζα· τὸ ἄκρον ἢ τὸ ἀπολῆγον τοῦ χιτῶνος, ὃ ἡμεῖς ᾤαν λέγομεν· πρότερον γὰρ ὑπὲρ τοῦ μὴ τρίβεσθαι δέρμα προβάτων προσέῤῥαπτον. Hesych.: Ἀκανθος· περίραμμα ὑφασμένον. Idem: Παραιρήματα· παραράμματα ἱματίων. In Cod. Ven. est Παραιρήμματα· παράμματα ἱματίων. VV. DD. legunt παραρύματα. Sed Albertius retinet παραράμματα, i. e. adsumenta. Salmas. ad Jul. Capitolin. p. 128. f.:—"Hesych. Κροσσύς· τὰ κάτω τῶν ἱματίων, τὰ ῥαμματώδη. Ῥάμματα et παραράμματα etiam vocabant pelles, quas oræ vestium adsuebant." Hesych.: Κράσπεδα· τὰ ἐν τῷ ἄκρῳ τοῦ ἱματίου κεκλωσμένα ῥάμματα, καὶ τὸ ἄκρον αὐτοῦ. Balsamo ad Concil. vi. Can. 27., Ἀλλὰ τὰ πολυτελῆ * χρυσοῦφαντα ἐπιβλήματα, τὰ δημοτικῶς λεγόμενα μαργέλλια, γράμματα, καὶ * ἀντίπατα. Pro γράμματα leg. ῥάμματα, ut vidit Salmas. ad Vopisc. p. 406.: "Cedrenus: Τό τε γὰρ λεγόμενον στρατήγιον ἀπεκαθαίρεσθαι ἐκέλευσε, καὶ τὰς τῶν πολιτῶν κεφαλὰς σκέπεσθαι, μὴ διὰ ῥαμμάτων ὡς νῦν, ἀλλὰ διὰ * μαργελλοράμμων ὀθονίων ἐκ βύσσου καὶ πορφύρας ἐξυφασμένων. Perperam apud illum hodie vulgatur, διὰ γραμμάτων, et διὰ * μεγαλογράμμων ὀθονίων, et ἐκ βύσσου πορφύρας." Salm. l. c. Hesych.: Κλωστήρ· τὸ κεκλωσμένον, ῥάμματα. At recte se habet lectio vulgata, quam probat Du-Cang. Gloss. Gr. v. Γράμμα.

³ "Quemadmodum talares tunicæ circa extremitatem institis erant prætextæ, et fasciis versicoloribus, sic etiam circa manum, ubi manicæ, variis et picturatis limbis variegatas et fimbriatas fuisse, minime dubium est. Cæsar Julius, referente Suetonio, utebatur laticlavia tunica ad manus fimbriata." Salm. ad Vopisc. p. 397.

⁴ "Ex Etym. M. discimus," inquit Salm. in Vopisc. p. 397. e., "versicolorias fuisse institas, et e diversis inter se mixtis coloribus, ut plurimum textas. Diversi sane semper ab ipsa veste coloris fuere. Ἑτερόχροα ἐπιβλήματα vocat Balsamo ad Conc. vii. Can. 16., Οὔτε τινὰ ἑτερόχροα ἐπιβλήματα προσετίθεσαν ἐν τοῖς ἄκροις τῶν ἱματίων."

⁵ Ex hoc Clementis loco magnum aliquid expiscari licet ad emendandam et explicandam corruptam illam Hesychii glossam, de qua supra egimus: Κομβώματα· τὰ ἐν ταῖς ῥάβδοις μικρὸν τόπον ἔχοντα ὑπὸ πεταλίων. In Cod. Ven., teste Schow, pro τόπον legitur χρόνον. Utrumque falsum. Reponi debet χρυσόν. In eod. Cod. Ven. pro πεταλίων est πεταλαίων, unde facile est emendare πεταλίων plur. a nom. πετάλιον, qua voce augeri potest H. St. Thes. Gr. L. Pro ὑπὸ leg. ἐπί. Nam ὑπὸ πεταλίων, sub ramis, ut Gatakerus vertit, Gr. linguæ ratio non fert. Alibi χρυσὸς et χρόνος in MSS. confunduntur. Hesych. Κερίαντον· τὸ χόριον καὶ γυναικεῖον κοσμάριον, χρόνος. Cod. Ven. Κ. τ. κ. κ. γ. κοσμάριον ✱. "In libris scriptis monogrammate Christi duæ res pretiosæ designantur, χρόνος nempe et χρυσός. Typotheta ed. Aldinæ χρόνος elegit, ego χρυσὸς, et ita scribo, Κοσμάριον χρυσοῦν. In typotheta error facile excusandus est, at Musurus hoc monogramma ipsi solvere debuerat." Schow. Si Gatakero Advers. Misc. i. 9. p. 229. (verba supra citavimus), qui sensum glossæ, quanquam culpa librariorum inquinatissimæ, sagaciter odorabatur, Cod. Hesychii Marc. et Clementis loco uti licuisset, nobiscum forsan sic verba rescribere et interpretari non dubitasset: Κομβώματα· τὰ ἐν ταῖς ῥάβδοις μικρὸν χρυσὸν ἔχοντα ἐπὶ πεταλίων, i. e. Combomata sunt nodi s. bullæ, s. tintinnabula aurea, quæ bracteis superinductæ cum limbis vestium contexebantur. J. Poll. vii. 53., Αἱ ἐν τοῖς χιτῶσι πορφυραῖ ῥάβδοι πάρυφαι (πάρυφαι) καλοῦνται. "Ῥάβδοι Græcis pro prætexturis vestium purpureis (vel auratis), et limbis, qui circa imam vestis oram currunt: idem significabant et κάλαμοι et ἄκανθαι." Salmas. in Vopisc. p. 513. et 405. Per πετάλεια in Hesychio, ut per πέταλα in Clementis loco, intelligi debent bracteæ. "Πέταλον, lamina bractea. Philo de V. M. i., Πέταλα γὰρ εἰς λεπτὰς τρίχας κατατμηθέντα πᾶσι τοῖς νήμασι συνυφαίνετο, i. e. Bracteæ in tenuissima capillamenta sectæ liciis omnibus contexebantur. Exod. xxviii. 32. πέταλον χρυσοῦν. Dioscor. v. 91., Λεπίδων, αἷς περιεχόμενα τὰ χρυσᾶ πέταλα ἐλαύνεται, E laminis, quibus bracteæ auri conclusæ malleo ducuntur." H. St. Thes. iii. 255. c. Ælian. V. H. v. 16., Ὅτι ἐκ τοῦ τῆς Ἀρτέμιδος στεφάνου πέταλον χρυσοῦν ἐκπεσὸν ἀνείλετο παιδίον. "Ita accipiendum videtur, quod Clem. Alex. Protrept. p. 34. Antiochum Cyzicenum loco aureæ statuæ fecisse ex alia materia similem, πετάλοις κεχρυσωμένην: cf. ii. 18. et viii. 1. extr." Perizon. Glossæ: "Πέταλα· Laminæ (Laminæ), O. * Πεταλουργός· Blattearius (Bractearius). * Πεταλοποιός· Bracharius (Bractearius)." Eustath. ad Il. B. p. 228. 46.: Τὰ

min. Λωμάτιον, ου, τὸ, Fimbriola, Parvulus Limbus s. Parvula instita. Epigr. (Lucillii 114.) λωμάτια μήλινα pro Vestimenta melina: nescio quam recte." H. St. Locus est: 'Αποσφίγξας μήλινα λωμάτια, i. e. "vestes militares e colore militibus usurpato, quas russas, aut croceas, vel luteas liceat interpretari." Salm. in Vopisc. p. 400. d. "Λωϊσμὸν Hes. λῶμα, Fimbriam, institam s. κλωσμόν." H. St. Glossa sic in Albert. ed. editur: Λωϊσμόν· χῶμα, ἢ κλωσμένον, pro quo H. St. legit, Λ. λῶμα ἢ κλωσμὸν, Salmasius autem conjicit λῶμα, κεκλωσμένον. In Cod. Ven. legitur, Λ. χ. ἢ κλωσμόν. Κλωσμένον igitur a typ., monente Schow. Vox λωϊσμὸς, qua caret Schneideri Lex., proba est, et dicitur dialectica dialysi pro λωσμὸς, idque pro κλωσμός. Hesych.: * Λῶστοι· ἐῤῥαμμένοι, φίλοι. G. scribit, ἐῤῥωμένοι φίλοι. Certe Etym. M.: Λῷστοι· βέλτιστοι, ἠγαπημένοι, πεποθημένοι. In Cod. Ven., teste Schow, est, Λ. ἐραμμένοι. "Minime hic de sutura agitur, sed de amore et amicitia: scribatur, ἐρώμενοι, φίλοι, amasii, amici. Etymologus inprimis emendationem tuetur; facillima quoque est literarum α et ω permutatio ob similem in libris scriptis ductum." Schow. At huic conjecturæ obstat non modo duplex μ, quod in Cod. Ven. legitur, ἐραμμένοι; sed etiam alia Hesychii Glossa: Εὔλαστοι· εὐυφεῖς, ubi series liter. requirit * εὔλωστοι, quod vidit Kust., sed fallitur addens, "Quod corrupte hic scriptum videtur pro εὔκλωστοι." Imo, ut dicitur λῶμα pro κλῶμα, idque pro κλῶσμα, (v. Salmas. ad Vopisc. p. 397. a.) λωστὸς pro κλωστὸς, λωσμὸς s. λωϊσμὸς pro κλωσμὸς, sic εὔλωστοι usurpatur pro εὔκλωστοι. Probant hoc Is. Voss. et Toup. Emendd. in Hes. iv. 189. Wakefield. ad Hesychii oram reponit * εὔλωποι, a λώπη τὸ ἱμάτιον, Apollon. R. ii. 32. Hesych.: "Ωαι δὲ τῶν ἱματίων καὶ τὸ λῶμα τοῦ ἐνδύματος, καὶ τὸ περιστόμιον τοῦ ἱματίου. Moschopulus: Λῶμα· τὸ ἐπ' ἄκρου τινὸς ἐκτεταμένον καὶ οἱονεὶ ὁρίζον αὐτὸ, ὡς τὸ κοινῶς λεγόμενον * μαργέλλιον, ubi μαργ. est, ut ostendit Salmas. ad H. A. Scriptt. p. 406., ora vel margo vestis. At λῶμα dicitur non modo de fimbria in fine vestis muliebris, sed, ut supra diximus, de manicarum fimbria, quæ et ὄχθοιβος vocatur, teste Photio: 'Οχθοίβους· τὰ λώματα, ἔστι δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ χιτῶνος ἁλουργὲς * πρόσραμμα. Manicarum oræ, fimbriis ornatæ, circa pectus fibulis inter se jungebantur. Hinc Παραλῶμα, ατος, τό. "Παραλώματα Hes. (et Phavor.) τὰ ἔξωθεν τῶν μητέρων, quæ vox suspecta est, σκεπάσματα. Sonat quasi τὰ παρακείμενα τοῖς λώμασι." H. St. Pro μητέρων Soping. reponit ἱματίων, Toll. μηλωτῶν, Scalig. μηρῶν. Pergerus, qui conjicit μιτρῶν, interpretatur amenta vittis s. infulis dependentia. In Cod. Ven. legitur, Παραλώματα· τ. —— μρῶν κεκασμάτων. "Compendium μρῶν, prouti in Codice est, exhibui; typotheta illud per μητέρων reddidit, quæ vox hic incongrua est, et a tachygraphis μήτρων exaratur. VV. DD. varie conjecerunt, sed frustra; facem accendant alii." Schow. Putamus Hesych. vel scripsisse, vel scribere debuisse: Παραρύματα· τὰ ἔξωθεν τῶν μελάθρων (in Cod. Ven. per compendium scriptum μρῶν) σκεπάσματα, i. e. aulæa januarum. Huc maxime faciunt Photius, Cyrilli Lex. Ms., et Suidas: Παραρύμματα· δέρεις, σκεπάσματα. Exod. xxxv. 10. τὴν σκηνὴν καὶ τὰ παραρύματα. Σκέπασμα proprie dici de pellibus, patet e Platonis Politico, (unde sua sumsit J. Poll. vii. 208.) ubi p. 279. d. hæc loquitur de vestifica arte: Τῶν δ' αὖ γε προβλημάτων, τὰ μὲν, πρὸς τὸν πόλεμον ὁπλίσματα· τὰ δὲ, φράγματα· καὶ τῶν φραγμάτων, τὰ μὲν, παραπετάσματα· τὰ δὲ, πρὸς χειμῶνας καὶ καύματα ἀλεξιτήρια· τῶν δὲ ἀλεξητηρίων τὰ μὲν, στεγάσματα· τὰ δὲ, σκεπάσματα· καὶ τῶν σκεπασμάτων, * ὑποπετάσματα μὲν, ἄλλα, περικαλύμματα δὲ, ἕτερα· τῶν περικαλυμμάτων δὲ, τὰ μὲν, * ὁλόσχιστα· σύνθετα δὲ, ἕτερα. τῶν δὲ συνθέτων τὰ μὲν, τρητά· τὰ δὲ, ἄνευ τρήσεως ξυνδετά· καὶ τῶν ἀτρήτων τὰ μὲν, νεύρινα, φυτῶν ἐκ γῆς· τὰ δὲ, τρίχινα· τῶν δὲ τριχίνων, τὰ μὲν ὕδασι καὶ γῇ κολλητά· τὰ δὲ, αὐτὰ αὑτοῖς συνδετὰ (ξυνδετά)· τούτοισι δὴ τοῖς ἐκ τῶν αὑτῶν συνδουμένοις ἐργασθεῖσιν ἀμυντηρίοις καὶ σκεπάσμασι, τὸ μὲν ὄνομα ἱμάτια ἐκαλέσαμεν ———. Τὴν τῶν ὁλοσχίστων σκεπασμάτων θεραπείαν * δερματουργικὴν (ἀφωρισάμεθα). Παραρύματα ergo Hesychio sunt januarum aulæa, s. pelles aulæorum loco ante Principum januas intentæ, quæ vocabantur καταπετάσματα, παραπετάσματα, περιπετάσματα, παρακαλύμματα, περιβόλαια.[1] Anti-Atticista in Bekkeri Anecd. Gr. p. 83.: Αὐλαίαν· τὸ παραπέτασμα, Ὑπερείδης κατὰ Πατροκλέους. Heraclides Cumæus ap. Athen. iv. 145. c. de cœna Regis Persarum: Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκείνους ὁρᾷ διὰ τοῦ παρακαλύμματος τοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ. Nemini autem mirum sit pelles ad hanc rem usurpari; nam purpura inficiebantur. Plut. in Pompeio c. 24.: Ἦν δὲ καὶ ναύσταθμα πολλαχόθι πειρατικὰ, καὶ φρυκτώρια τετειχισμένα, καὶ στόλοι προσέπιπτον, οὐ πληρωμάτων μόνον εὐανδρίαις, οὐδὲ τέχναις

δὲ πέταλα, διότι τὰ ἀναπεπταμένα καὶ πλατέα φύλλα, ὅτι καὶ πέταλα λέγεται, δῆλον ἐστιν· οἱ γοῦν περὶ Αὐκίαν, * πετήλια μέχρι καὶ ἐς ἄρτι χαιρῶ, τὰ τοιαῦτα φασίν. Ceterum Hesych. (Κομβώματα· τὰ ἐν ταῖς ῥάβδοις μικρὸν χρυσὸν ἔχοντα ἐπὶ πεταλείαν) hic loqui de aureis ornamentis illis s. tintinnabulis, quæ bracteis superimponebantur et limbis vestium contexebantur, patet non modo e Clementis verbis, Εἰ γὰρ μὴ χρυσοφορεῖν καὶ αὐτοῖς ἐφεῖται, ἀλλ' οὖν γε διὰ τὴν θηλυδριώδη ἐπιθυμίαν, ἱμάντας καὶ λώματα χρυσίου περιπτύξαντες πετάλοις, ἤ τινα σφαιρικὰ τῆς αὐτῆς ὕλης ποιησάμενοι σχήματα, σφυρῶν ἀπαρτῶνται, καὶ τραχήλων ἀπαιωροῦσι, cum quibus conferendus est Procop. ad Exodum, Κόσυμβοι δέ εἰσι, τὰ ἔξω τῆς χρείας κόσμου χάριν ἀπηρτημένα, σφαιροειδῆ * ἀπαρτήματα, sed etiam e Basilio: Πλὴν ἡμεῖς ἐν τῇ κατασκευῇ τῆς ἱερᾶς ἐσθῆτος εὕροντες χιτῶνα κοσυμβωτὸν, ἔχοντα ῥοΐσκους, καὶ κώδωνας, ἀποδέσμους τινὰς τῶν κροσσῶν, ἐνόησαμεν, τοὺς κοσύμβους * συναπηρτημένους τοῖς κώδωσι τῆς χρυσοῖς, καὶ τοῖς ῥοΐσκοις ἀπὸ τῶν ἄκρων· οἷς ἐμμεμοῦντο καθ' ἐπιβολὴν τρυφῆς καὶ αἱ θυγατέρες Σιὼν ἐν τῇ περιβολῇ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἐσθῆτος· δι' ὧν ἐνυβρίζουσαι ταῖς ἱερατικαῖς ἰδιώμασιν, ὑακίνθινα καὶ κόκκινα ἐγκομβώματα κροσσῶν ἀπηρτημένα τοῦ λώματος περιφέρουσι. Ceterum amuleta illa, de quibus Clemens loquitur, alibi dicuntur περιάμματα. Basil. in Schol. Ms. ad Gregor. Naz. Cod. Par. 575. fol. 46., ap. Bast. ad Gregor. Cor. p. 874.: Περιάμματα κατὰ τὰς χεῖρας καὶ τοὺς βραχίονας καὶ τοὺς αὐχένας· * κλωσμάτιά τινα βεβαμμένα, καὶ σελήνια μηνίσκων (σπλήνια μηνίσκων, splenia lunata, Schæf.) χρύσεα καὶ ἀργύρεα ἢ καὶ τῆς εὐτελεστέρας ὕλης, τὰ ὑπὸ τῶν γρᾳδίων τοῖς βρέφεσι ἐπιδεσμούμενα, * ἐπιθυριζουσῶν (ἐπιψιθυριζουσῶν. Schæf.) εἰς ἀποτροπιασμὸν, καὶ ἅμα ταῖς γλώσσαις * ἐπιλιχμασσευσῶν τὰ μέτωπα καὶ ἀποπτυουσῶν μετὰ τοῦ φυρᾶν ἐκστρέφειν. T. Hemsterh. ad Aristoph. Plut. 590., post Du-Cang. in Gloss. Gr., e Lex. vet. Ms. hæc affert, Περιάμματα· τὰ κατὰ τοὺς τραχήλους καὶ τὰς χεῖρας, καὶ τοὺς πόδας βεβαμμένα κλωσμάτια, ἅτινα αἱ γυναῖκες περιάπτουσι: reponens κλωσμάτια pro Du-Cangii κλωμάτια. Mirum est Hemsterhusio, Du-Cangio, Bastio et Schæfero non notum fuisse, verba illa exstare in Phavorino v. περιάμματα, ubi tamen pro κλωσμάτια legitur κλώσματα. Sic editur in Zonara p. 1536., sed ibi pro κλώσματα Cod. D. exhibet κλωσμάτια. "Κλωσμάτια, fila, quæ variis coloribus infecta collo corporisve partibus aliis adligari solebant. Eadem apud Medicos etiam dicuntur * περιαρτήματα, et * ἐξαρτήματα Tatiano." T. H. Tatiani locus est p. 65. ed. Worth.: Πάθος οὐκ ἔστι δι' ἀντιπαθείας ἀπολλύμενον, οὐδὲ ὁ μεμηνὼς * σκυτίδων ἐξαρτήμασι θεραπεύεται. "Σκυτίδας interpretor pelliculas; his enim aut linteis amuleta quædam illigata stulti homines appendunt." Gesner. At nemo scriptorum veterum, de περιάπτοις agens, σκυτίδων i. e. pellicularum meminit. Nobis ergo vox σκυτὶς, quod nusquam alibi legitur, suspecta est, ideoque pro ea h. l. reponi vellemus σκυτάλων, a v. σκυτάλη, scutula, (unde scutulatæ vestes, quæ et virgatæ) h. e. ῥάβδοι, virgæ illæ, quæ in circuitum vestis eunt, ad oram infimam currentes. De v. σκυτάλη vide Salm. ad Vopisc. p. 405. et 513. Ceterum "carent nomine περιάρτημα Lexica: itaque vellem Hemsterhusius unius et alterius loci auctoritate munivisset." Schæfer. De voce περιάρτημα eo minus nobis dubitare liceat, quod verb. περιαρτάω, (quod H. Steph. Thes. Ind. affert ἀμαρτύρως,) de amuletis a Plutarcho usurpetur, in Libro de Superstitione p. 168. 36.: Ἂν δ' ἄριστα πράττῃ, καὶ συνῇ πρᾴως δεισιδαιμονίᾳ, * περιθυόμενος οἴκοι κάθηται (καὶ) περιματτόμενος· αἱ δὲ γρᾶες, καθάπερ πασσάλῳ, φησὶν ὁ Βίων, ὅτι ἂν τύχωσιν, αὐτῷ περιάπτουσι φέρουσαι καὶ περιαρτῶσι. (An pro περιθυόμενος, quod nusquam alibi legitur, reponendum περιθειούμενος, seu potius περιθειούμενος a v. περιθειόω? Plato in Cratylo 22., Αἱ τῆς ἰατρικῆς φαρμάκεις καὶ αἱ τῆς μαντικῆς περιθειώσεις τε καὶ λουτρὰ τὰ ἐν τοῖς τοιούτοις.) Forte T. Hemsterh. memoriæ vitio περιαρτήματα pro παραρτήματα scripsit, respiciens ad Luciani Philopseud. c. 8.: Ἐγὼ δὲ, οἴεσθε γὰρ, ἔφη, ἐπῳδαῖς τισι τὰ τοιαῦτα παύεσθαι, ἢ τοῖς ἔξωθεν παραρτήμασι, τοῦ κακοῦ ἔνδον διατρίβοντος; Schol. ad Aristoph. Plut. 590.: Περιάπτω, ἐξ οὗ τὰ * γοητευτικὰ (sic J. Poll. iv. 51., * γοητευτικῶς, * γοητικῶς) περίαπτα, δηλοῖ δὲ ἀπαιώρησίν τινα ἡ λέξις. ὅθεν καὶ τὰ ῥηθέντα περίαπτα, ὧν ἀπαιωρουμένων τοῦ σώματος δοκοῦσιν οἱ φαῦλοι τὸ ἔχειν τοῦ ζῆν δι' αὐτὰ, ὡς εἶναι μᾶλλον αὐτοὺς ἀπαιωρουμένους τῶν τοιούτων.

[1] Charito viii. 6., Εἶχε δὲ ἐπάνω σκηνὴν συγκεκαλυμμένην Βαβυλωνίοις περιπετάσμασιν. "Mox habemus παραπετάσματα. Æterna in his confusio, et sane περιπέτασμα et παραπέτασμα idem non sunt, in genere tamen ista vela, tapetes, παραπετάσματα dicuntur passim, et casibus singularibus fit locus περιπετάσμασι, hic certe utroque loco eadem obtineat scriptura. Sic ratiocinatur Eustath. ad Il. θ. p. 722. 31., Ἰστέον δὲ ὅτι ὅθεν παρῆκται τὸ καταπετάσας λῖτα, ἐκεῖθεν γίγνεται καὶ τὸ καταπέτασμα, ὅπερ ὁ Κωμικὸς παραπέτασμα λέγει· δυνάμενον ὡς εἰκὸς ῥηθῆναι καὶ περιπέτασμα, ὡς δηλοῖ ὁ ἐξηγησάμενος παρ' αὐτῷ, Ὀνόματι περιπίττουσι τὴν μοχθηρίαν. Sic Plut. Alex. 88., ἁμάξαι ἁλουργοῖς καὶ ποικίλαις περιβολαῖς σκιαζόμεναι. Quæ Plutarcho eidem Artax. 261. et Diodor. ii. 56. παραπετάσματα. Occurrit ita παραπιθέναι et περιτιθέναι, παρατείνειν et περιτείνειν in hac re. vide L. 8, 4, 135. 4. de aulæis januarum παρακάλυμμα, παραπέτασμα potius. Heraclides Cumæus ap. Athen. iv. 145. c. (de cœna Regis Persarum, Καὶ ὁ βασιλεὺς ἐκείνους ὁρᾷ διὰ τοῦ παρακαλύμματος τοῦ ἐπὶ τῇ θύρᾳ. Plutarch. Alex. 70. 68. vocat αὐλαίας παραπεπταμένας. Alciphro 39, 188. Menander Incertis 366. Quæ Thucydidi vi. 25. vocantur περιφράγματα, Scholiastæ παραπετάσματα dicuntur. At Suidæ περιπετάσματα in πλάτη. Doctissimus Diodori interpres xvii. p. 170. præfert περιπορφύρους στολὰς, et sic bis etiam loquitur ipsi laudatus Plut. in Romulo p. 71. verum in Diodoro unus Cod. vix persuadet." Dorvill.

κυβερνητῶν, οὐδὲ τάχεσι νεῶν καὶ κουφότησιν ἐξησκημένοι πρὸς τὸ οἰκεῖον ἔργον· ἀλλὰ τοῦ φοβεροῦ μᾶλλον αὐτῶν τὸ ἐπίφθονον ἐλύπει καὶ ὑπερήφανον, στυλίσι χρυσαῖς, καὶ παραπετάσμασιν ἁλουργοῖς, καὶ πλάταις ὑπαργύροις, ὥσπερ ἐντρυφώντων τῷ κακουργεῖν καὶ καλλωπιζομένων. Παραπετάσματα h. l., ut censet Scheffer. de Milit. Nav. ii. 5., sunt munitiones a latere navium contra vim fluctuum et telorum. Idem putat eadem vocari *περιφράγματα, προκαλύμματα, παραῤῥύματα, παραβλήματα* (v. Sturzii Lex. Xenoph.)

ΦΙΛΗΤΗΣ, *ου, ὁ.*

Seneca Epist. 51., "Voluptates præcipue exturba, et invisissimas habe: latronum more, quos philetas Ægyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent." Per Ægyptios Lipsius intelligit Ægypti indigenas: nam hæc notavit. "Qui tunc Græce loquebantur, et cœperant ab imperio Macedonum; nam talis sane vox est et priscis usurpata: Hesych., Φιλήτης· κλέπτης, λῃστής." Hesiod. E. κ. H. 373., Ὃς δὲ γυναικὶ πέποιθε, πέποιθ' ὅγε φιλήτῃσι. Sic vulgo cum Stobæo lxxi. p. 433. editur. At Gaisfordius[1] φηλήτῃσι dedit, cum, auctore Eustathio,[2] ab ipso laudato, optima Hesiodi exemplaria φιλήτῃσι haberent, in Senecæ loco Codices sine ulla scripturæ varietate, quod sciamus, philetas exhibeant, et, teste eodem viro docto, in omnibus, quæ ad ipsius manum erant, edd. Æschyli Choeph. 999. extet φιλήτης. "Suidam et Etymologum nominis ratio latuit; non enim ita *κατ' ἀντίφρασιν* dicti, sed quod osculis amplexuque benigno deceptos homines trucidarent. Audi Senecam Epist. 51.: 'Voluptates præcipue exturba, et invisissimas habe, latronum more, quos philetas Ægyptii vocant: in hoc nos amplectuntur, ut strangulent.'" T. Hemsterh. ad J. Poll. ix. 135. Imo Senecæ locus, a Gaisfordio et viris doctis male intellectus, sensu verborum postulante, sic interpungi debet: "Voluptates præcipue exturba et invisissimas habe: latronum more, quos philetas Ægyptii vocant, in hoc nos amplectuntur, ut strangulent." Suspicamur conj. enim, in præcedenti voce latronum absorptam, e textu excidisse; nam hic est sensus: 'Voluptates præcipue exturbandæ et invisissimæ habendæ; latronum enim more, quos Ægyptii ideo philetas vocant, in hoc solum nos amplectuntur, ut strangulent.' "Quum dicit, amplectuntur," inquit Lipsius, "alludit ad etymon; nam φιλεῖν etiam osculari est et amplecti, quod quia latrones subinde faciunt, hinc nomen, etsi alii ab ὑφελεῖν derivent a sustollendo, quasi esset ὑφειλήτης."[3] Nostra quidem sententia, vox φιλητής, una e multis, quas Alexandrini a priscis Græcis mutuati essent,[4] formatur ab obsoleto φιλάω, φιλῶ, furor, unde, notante G. J. Vossio Etym. L. L., Romani, ρ in p mutato, Æolum imitatione, verba sua pilare, compilare, suppilare, pro furari, quibus addas expilare (Glossæ, Λῃστεύει· expilat,) traxerunt. Plura vide in Thesauro h. v.

* ΚΟΚΚΗΣ.

"Alexandro ii. Alexandrini nomen Κόκκης et Παρείσακτος dedere; solebant enim invisos sibi scommatibus et conviciis appetere: is vero loculum aureum corpori Alexandri M. detraxerat, forte ut sic Sullæ satisfaceret, qui multum auri ex opulento regno colligere sperabat. ⲔⲞⲢ significat decorticare. Gen. xxx. 37, 8. ⲢⲈϤⲔⲞⲢ, decorticator ⲔⲰⲤⲒ est ταφή, sepulcrum, Gen. l. 3. Igitur ⲔⲞⲢⲔⲰⲤ est decorticator, spoliator sepulcri." J. R. Forster. in nota ad Strab. p. 1127. ed. Falc.[5]

* ΣΑΥΡΑ, *ἡ.*

Hippocr. de Artic. p. 847. ed. Vander Lind.: Ἐμβάλλουσι δὲ ἐπιεικέως καὶ αἱ σαῦραι αἱ ἐκ τῶν φοινίκων πλεκόμεναι, ἢν κατατείνῃς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν δάκτυλον λαβόμενος, τῇ μὲν ἑτέρῃ τῆς σαύρης, τῇ δὲ ἑτέρῃ τοῦ καρποῦ τῆς χειρός. Cœlius Rhodiginus Lectt. Antiq. xxvii. 27.: "Lacerta vasis est genus jureconsultis, ut Gr. saura, quod Hippocrates non omisit." M. Martin. Lex. Philol.: "Si recte σαῦρα scribitur, ut nostri Codices habent, et Hermolaus legit, idem significabunt istæ voces σῆρα, σειρὰ, σηρὰ [f. l. σίρα]: Grammatici interpretantur vinculum contextum, nempe e viminibus aut corticibus arborum." Secundum Foës., σαῦραι dicuntur vimineæ quædam texturæ, e palmis intextæ, aut digitorum integumenta, s. digitalia, a lacertarum similitudine dictæ. Conr. Gesnerus L. de Quadrupedibus Oviparis:—"Ego σαύρας intelligo, non vasa, sed funiculos e palmis contextos. Hi cum resolvantur (ut quivis funiculi) aperiuntur, ut digitus immitti possit; tum in contrariam partem retorti arctius clauduntur, ut per eos digitus trahi et extendi possit; moderate scilicet. Quæ enim sic contexta sunt, facile extenduntur, nec multum remittuntur, nec duritie sua lædunt; quod convenit, cum nulla vi in his articulis extendendis opus sit. Vocat autem Hippocrates moderatam repositionem, quando opera duorum necessaria non est, ut in præcedenti illic modo, sed unius tantum sufficit." Ad hunc sensum vocis respicere videntur Glossæ: Σαῦρα· Sira, P. Sira. σαῦρα, πλεκτή, C.

De hoc memorabili Hippocratis loco nobis per amicissimum Boissonadium consultus, sic respondit vir eruditissimus, Coray:—"Pour le mot σαῦραι, une seule fois trouvé dans Hippocrate, quoiqu' il semble confirmé par les anciens Glossaires, je le regarde comme un mot suspect; il est très-possible qu'il ait usurpé la place de σειραί. En effet, n'est-il pas étonnant que ni Galien ni Erotien n'aient fait aucune mention d'un mot si singulier, tandisque le dernier de ces deux Glossographes explique le σειρῇ d'Hippocrate par ἱμάντι? Il n'est pas moins étonnant qu'on ne le trouve pas non plus dans Hesychius, ordinairement si attentif à remarquer tous les mots rares, et qui a eu le soin de recueillir toutes les formes du mot σειρά. Σειραὶ, πλέγματα, ἡνίαι, ἢ πλεκτοὶ ἱμάντες, dit ce Lexicographe. Σειρή, ἀναδέσμη—ἅλυσις, δεσμός·—Σειρίδας, τὰς σειρὰς—Σηρὰ, δεσμὸς πλεκτὸς—Σιρὰ, πλεκτὸν * ἱμάντωμα. Auxquels il faudroit peut-être ajouter le Σιραιοῖς, σιροῖς, βραχέως, s'il étoit permis de changer ce dernier mot en βρόχοις, c'est-a-dire δεσμοῖς, comme il explique ailleurs le βρόχος. Si le σαῦραι a été véritablement employé par Hippocrate, il ne peut-être qu'un mot Ægyptien, que les Grecs auront adopté avec quelque altération, de même qu'ils ont fait pour beaucoup d'autres. Le σάρι de Théophraste et le Sari de Plin (plante du Nil, qui a beaucoup d'analogie avec les feuilles du papyrus et celles du palmier) signifie en langue Copte, jonc (voy. Jablonski, Opusc. t. i. p. 266.) Je suis porté à croire qu'on a étendu la signification de ce mot non seulement sur toutes les plantes analogues, mais encore sur les ouvrages mêmes, tissus ou tressés qu'on tiroit de ces plantes, commes cordes, nattes, corbeilles etc. Une espece ou secte de moines Ægyptiens s'appelloient Sarabaitæ. Jablonski ibid. p. 264. désapprouve toutes les étymologies qu'on a données de ce nom, et finit par avouer qu'il n'en connoit point l'origine. Cependant, comme les Coptes donnent le nom de Sari au jonc, et celui de Baï aux rameaux du palmier, il me paroit plus que vraisemblable, que Sarabaitæ veut dire, des hommes

[1] "In Hesiodi loco Moschopulus φηλήτῃσι legit, quod parum abest, quin vulgatæ lectioni præferam, sed ea de re alibi forsitan." T. Hemsterh. ad J. Poll. ix. 135.

[2] Ad Il. I. p. 781 = 692, 26. Καὶ τὸ, Πέποιθ' ὅγε φηλήτῃσι, οὐ διὰ τοῦ η ἔχει τὴν ἄρχουσαν ἐν τοῖς ἀκριβέσιν ἀντιγράφοις, ἀλλὰ διὰ τοῦ ἰῶτα, καὶ δηλοῖ οὐκ ἀπατῶντα, ὡς ἀπὸ τοῦ φηλεῖν, ἀλλὰ κλέπτην, παρὰ τὸ ὀφιλεῖν.

[3] Eustath. ad Il. B. p. 194 = 117. 20.: Τὸ δὲ ταύτας ὀφέλλειν ἐν τῷ μέλλειν ἀπελαύνειν τὴν ἵππον, ὑφαιρεῖν λέγει ὁ ποιητής. Οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον, ἐπὶ τοῦ κλέπτειν τιθέασι τὴν λέξιν, ὡς καὶ τὸ ὀφειλέσθαι· ἀφ' οὗ καὶ τὸν φιλήτην παράγουσί τινες τῶν παλαιῶν σχολιαστῶν Ἡσιόδου, ἵνα ἡ φιλήτης ὁ παρ' Ἡσιόδῳ μὴ ἀπὸ τοῦ φηλῶ φηλήσω τὸ ἀπατῶ· αὐτὸ γὰρ τρίτης ἐστὶ συζυγίας, ὡς δηλοῖ παρὰ Λυκόφρονι τὸ, Φηλώσας τρόμον· ἀλλὰ ὁ κλέπτης, παρὰ τὸ ὀφιλεῖν, οἱονεὶ ὀφειλήτης διὰ διφθόγγου, καὶ ἀφαιρέσει τοῦ ο καὶ * ἀπελεύσει τοῦ ε, φιλήτης διὰ τοῦ ι· ὡς ἂν τῷ συμπεσόντων τοῦ ὀφειλήτου συνεξαμειφθῇ καὶ ἡ γραφὴ τῆς λέξεως, ὑπολαπτισάντων τι τῆς διφθόγγου, ὡς καὶ ταῦτα δοκεῖ τοῖς παλαιοῖς. Voce ὀφειλήτης augeri potest Schneideri Lex. Ex Eustathii loco in Thesaurum suum (i. 206. g.) recte recepit H. St.

[4] "Σπῆλυγξ ut tanquam Alexandrinum huc referrem, motus sum eo, quod illud non nisi ab Alexandrinis et recentioribus scriptoribus adhibitum legerim, quales sunt Lycophron 46. et Apollon. R. ii. 570. Cf. Suid. qui etiam attulit verba Crinagoræ Mitylenæi in Brunckii Anal. t. ii. p. 141. n. 7. Fortassis illud, ut multa alia, (v. quæ in v. βασίλισσα monui) desumtum fuit e lingua Hellenum antiquissima. Etiam a Romanis dicitur spelunca." Sturz. de Ling. Maced. et Alexandr. p. 194.

[5] Notæ illæ Forsteri geographicæ, criticæ, et etymologicæ, quæ A. 1807. vulgatæ sunt in edit. Strabonis Oxoniensi, et pertinent ad Libri xvi. et xvii. Strabonis partem, Ægyptum inprimis describentem, plurima exhibent, e quibus Jablonskii Vocum Æg. Glossarium emendari, illustrari, et augeri possit.

ceints de cordes faites de palmier, *φοινίκων βαΐοις ἐζωσμένοι*, et j'appuie cette conjecture sur la description même qu'on a donnée de cette secte de moines, et dans laquelle il est dit expressément, qu'ils étoient cincti funibus palmarum, (Jablonski, ibid. p. 264.) Pour revenir à Hippocrate, ce qui me fait encore douter qu'il ait employé le mot *σαῦραι* (qui seroit une altération du mot Ægyptien Sari ou Saræ), c'est que les moines Ægyptiens, ou du moins ceux qui ont traduit leur vies, toutes les fois qu'il est question de ces ouvrages tissus ou tressés de palmier, se servent constamment du mot *σειραί*, comme de celui de *θαλλοί*, ou * *θαλλία*, pour désigner les rameaux du palmier ou le *βάϊα*. (Jablonsk. ib. p. 2.)

* ΚΟΥΚΙ, *τὸ*, et ΚΟΙΞ, *ικος*, *ὁ*.

"*Κοΐκες*, in Æthiopia palmarum species, et *τὰ πεπλεγμένα ἐκ τῶν φύλλων τοῦ δένδρου σκεύη, φορμοί*, Hesych. Solent enim e palmæ foliis texi crates, storeæ, sportæ, et id genus alia." H. St. "*Κύϊξ*, Cyix, e genere bulborum, Theophr. H. P. vii. 13. At *κόϊξ*, e genere palmarum." H. St. "*Κύκας*, vocant Æthiopicum palmarum genus, de quo multa Theophr. H. P. ii. 8. (*Ἄλλο δέ τι γένος ἐστὶν, ὅ φασι γενέσθαι πλεῖστον περὶ τὴν Αἰθιοπίαν, ὃ καλοῦσι Κύκας· οὗτοι καὶ θαμνώδεις, οὐχὶ ἓν τὸ στέλεχος ἔχοντες, ἀλλὰ πλείω, καὶ ἐνίοτε συνηρτημένα μέχρι τινός εἰσι· τὰς δὲ ῥάβδους οὐ μακρὰς, ἀλλ' ὅσον πηχυαίας μὲν, ἀλλὰ λείας, ἐπὶ δὲ τῶν ἄκρων τὴν κόμην. Ἔχουσι δὲ καὶ τὸ φύλλον πλατὺ, καὶ ὥσπερ ἐκ δυοῖν συγκείμενον ἐλαχίστοιν· καλοὶ δὲ καὶ τῇ ὄψει φαίνονται, τὸν δὲ καρπὸν καὶ τῷ σχήματι καὶ τῷ μεγέθει καὶ τῷ χυλῷ διάφορον ἔχουσι.*[1] *Στρογγυλώτερον γὰρ μήλου καὶ μεῖζον καὶ εὐστομώτερον, ἧττον δὲ γλυκύ. Πεπαίνουσι δὲ ἐν τρισὶν ἔτεσιν, ὥστε καρπὸν ἔχειν ἐπικαταλαμβάνοντας τοῦ νέου τὸν ἔνον· ποιοῦσι δὲ καὶ ἄρτους ἐξ αὐτῶν. Περὶ μὲν οὖν τούτων ἐπισκεπτέον.* Pro *κύκας* leg. *κόϊκας*.' Sprengelio H. R. H. p. 106. est Cycas circinalis.) Plin. xiii. 4." H. St. "*Κόϊξ*, Coix, Species *τῶν καλαμοφύλλων*, ut et *ὁ φοίνιξ*, teste Theophr. H. P. i. 16., apud quem vii. 13. *κύϊξ* legitur inter *τὰ βολβώδη* s. *τὰ στρογγύλα ταῖς ῥίζαις*. Hesych. sine diæresi habet *κοῖκες*, ut supra docui, tradens esse palmæ genus in Æthiopia, et *πλέγματα* inde confecta. Quo modo et J. Poll. x. 46. (179.[2]), *περὶ τῶν ἐκ πλέγματος σκευῶν* tractans, scribit, posse in hoc censu collocari et *κόϊκα*, quem a Doribus *κόϊν* vocari, velut ab Epicharmo, Ἢ *θύλακον βόειον, ἢ κόϊν φέρειν*, Ἢ *κωρυκίδα*: ab Atticis *κόϊκα* dici, ut a Pherecr.—Ἢ *κόϊκ', ἢ κωρύκας*: manifesto autem, inquit, hoc indicat Antiphanes, dicens, *ἀγγεῖον* * *ἀλφιτήριον*, pro quo forsan scribendum * *ἀλφιτηρὸν, ὃ κόϊξ ἐστίν*." H. St. At aliud est *κόϊξ*, Æthiopica palma; aliud *κοῦκι*, cuci, Ægyptiaca planta palmæ similis, (quas tamen palmæ species, ut mox ostendetur, confundit Hesych., ac post eum hodierni Lexicographi Criticique, inter quos ponendus est T. Hemsterh.) et ab utroque diversum est Atticorum *κόϊξ*, quod Doribus est *κόϊς*, sporta vel fiscina, æro, quo aliquid tollitur et fertur. "*Κόϊξ*, vel *κοῖξ*, Hesychio auctore, palma est Æthiopica, e cujus foliis aut ramis contexti corbes idem habuerunt cum ipsa arbore nomen: *κόϊκος* autem præter Hesych. meminit etiam Theophr. et Strabo: mirum vero mihi videtur istius originis, siquidem de ea constiterit inter Grammaticos, nullam fecisse mentionem Pollucem nostrum, cum tamen in istiusmodi rebus exponendis satis alias accuratus sit: nisi tradidisset Hesych. illam significationis rationem ab arbore *κόϊκι* derivatam, posset quis nonnulla de causa forte suspicari, vocis originem esse repetendam a *κοίᾳ*, quæ sphæram s. circulum significat, propter figuræ rotunditatem: observant autem Grammatici Antimachum usitasse vocabulum illud *κοία*, quod circulum, ut dixi, interpretantur plerique, quidam etiam lapidem: Hesych. utrumque conjunxit: *Κοιάς· σφαίρας ἢ λίθους*, unde *κόϊς* vel *κοῖξ*, sed hac in re ludere animus non est." T. Hemsterh. H. St.: "*Κοιὰς* Hes. dici scribit *σφαίρας ἢ λίθους*." Vocem hancce prætermisit Schneideri Lex. Arcadius Grammaticus MS.: *Κοία· ἡ σφαῖρα.* Moschopul. p. 5., * *Κοίας· ὁ στρογγύλος λίθος*, tanquam a nom. sing. * *κοίας*, sed de tali vocabulo dubitare nobis liceat. Etym. M. 770. 9.: *Κοία σημαίνει τὴν σφαῖραν· ἡ χρῆσις παρὰ Ἀντιμάχῳ, Κοίας ἐκ χειρῶν εἰς σκόπελον* * *μεταρριπτάζουσι.* Ceterum *κόϊξ* s. *κόϊς*, vas sparteum, nostra quidem sententia, est ab antiquo verbo *κόος*, cavitas, unde Lat. covum pro cœlo, ut ab *οἶνος* Lat. vinum. "Plin. (xxxvi. 14.): 'Id consequutus est ille peronibus arena plenis, molli pulvino (clivo) super capita columnarum exaggerato paulatim exinaniens imos, ut sensum motus in colo (sensim moles in cubili) sederet.' Recte vidit Cujacius scribendum, heronibus aqua plenis. Nam ita libri nostri, eronibus. Sed erones illi vera ac veteri scriptura ærones debent esse. Sic era scribebant pro æris. Glossæ: Æro· *κόϊξ*. Græcæ verbum hoc originis, *ὁ* * *αἴρων*. [In Schneideri Lex. desideratur.] Sporta, vel fiscina hoc nomine significatur, quo aliquid tollitur et fertur. *Ἆραι φορτίον*, onus tollere. Inde *αἴρων*, Lat. æro. Infima Græcia * *προφοράρια* vocavit. Donat. (ad Terent. Phorm. i. 2. 72.): 'Phormio non a formula, sed a phormione sparteo, quem eronem trivialiter dicimus et pro consuetudine. Vulgare igitur verbum æro. [Vitruv. V. c. ult., Ærones ex ulva palustri facti. Alfen. Digest. L. xix. tit. 2. Leg. 31., Quod si separatim tabulis, aut æronibus, aut in alia cupa clusum triticum fuisset. In edit. Torrentini legitur heronibus.] Græce etiam *κοῖξ*, fiscus sparteus. Hesych.: *Κόεις· οἱ φορμοί.* Male vulgo: *Κορισσοί· κορμοί.* Hesiod., *Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ.* Hinc *φορμοφόροι* laturarii a *φορμὸς* dictus *ἀπὸ τοῦ φέρειν*, ut æro *ἀπὸ τοῦ αἴρειν*, quod est *βαστάζειν*. Hesych. interpretatur *πλέγματα, τὰ πεπλεγμένα ἐκ φύλλων δένδρου σκεύη, φορμούς.* Sed quod idem *κοῖκας* quoque exponit *φοινίκων εἶδος ἐν Αἰθιοπίᾳ*, et propterea *κόϊκας* sportas innuit

[1] "Male reddunt, Fructum figura, magnitudine, et sapore diversum quam ceteræ præstant. Sequitur: *Στρογγυλώτερον γὰρ καὶ μεῖζον καὶ εὐστομώτερον, ἧττον δὲ γλυκύ.* Lege e Plinio: *Στρογγυλώτερον γὰρ μήλου, καὶ μεῖζον, καὶ εὐστομώτερον, ἧττον δὲ γλυκύ.* Plin., Pomo rotundo, sed majore quam mali amplitudine. Ubi *εὐστομώτερον* odoris est jucundioris, ut multis locis ap. Theophr. Addit Plin., tantam esse siccitatem, ut frietur, et farinæ modo spissetur in panem. Theophr. simpliciter, *ποιοῦσι δὲ ἄρτους ἐξ αὐτῶν*." Salm. in Solin. p. 575. d.

Occurrit quidem apud Zosimum fragmento Mariæ idem nomen, *ἄρτους*, idque ipse ita explicat, *Μαρία βούλεται εἶναι τοῦτο τὸ σῶμα τῆς μαγνησίας*, cujus in Glossis chemic. (v. ad calc. Pallad. de Febrib. p. 155. ed. Bern.) ea est explicatio, 'magnesia s. magnes, saturnus albus, item pyrites s. ignivomus lapis, item acetum intemeratum atque sublimatum, item flibium feminei sexus, idque chalcedonium,' et ap. P. I. Fabrum (Manuscript. res alchym. obscur. extraord. perspicuit. explanat. Norimb. 1690. c. iv. p. 12.) dic. 'lapis philosophorum magnesia, quod attrahat et alliciat metalla, præcipue solem et lunam, propter eorum perfectionem,' sed ista significatio h. l. aliena est. Forte huc aliquid facit Christianus, unus ex chemicis, qui, dum hydrargyri præparationem adfert, et additionem terræ cujusdam jubet, hæc habet, *καὶ τοῦ λεπτοῦ προσμίξας καὶ τρίψας φύραμα ἀναμίγνυε, εἰς λεκάνην ὀστρακίνην, ἄχρις ἂν κολληθῇ β'. ἐπιμελῶς, καὶ γίνεται ὡς φύραμα ἄρτου, εἶτα ἀναλαβὼν καὶ πλάσας ἀρτίσκους* (pastillos, qui et dic. *ἄρτοι τροχοειδεῖς*) *καὶ στιβάσας ἐπιμελῶς ἐπὶ σανίδος ψῦξον εἰς θ. ἄχρις οὗ ξηρανθῇ.* Audio ad silvam Thuringicam et in Guestphalia rusticos coquere potus genus ex pane, eoque uti pro cerevisia. Quid? si hac in formula lateat similis zythi parandi descriptio? Commune est apud Rossos potus genus, *quas*, quod conficitur ex farre et aqua per fermentationem, vel ex pane non fermentato et aqua affusa, ita quidem, ut leni calore et fermentatione potio subacida oriatur. Vid. J. G. Gmelin Sibir. Reise, in Samml. Neuer. Reisebeschreib. B. 4. S. 57. et Lepechin Tagebuch 1. Th. S. 3. not. et J. Fr. Grahl Diss. de quibusdam medicamentis Rossor. domesticis, Jen. 1790. p. 14. 15—17. Reinesius (Var. Lect. iii. 9. p. 483.) hæc verba refert, et omnem dubitationem fere tollit: "Zythum, quod in quibusdam provinciis ex tritico, vel ex hordeo, vel ex pane conficitur, vini appellatione non continebitur," item ex Ebn Sina varios zythi parandi modos brevibus adfert, "unum, quod fit de pane cocto, aliud, quod fit de massa azyma, aliud, quod fit ex hordeo, aliud quod fit ex pane albaravi, i. e. simila, et focam expl. per poscam." Cujus in Syria coquendæ rationem Bellonius (ib.) his verbis describit:—"Farina hordei vel tritici in massam coacta in capaci aheno coquitur, e qua deinde fiunt orbiculi, (i. e. panes Zos.) quibus in aquam demissis, ea illico sponte ebullit et calefit absque ignis adminiculo, et in densam sorbitionem coit. Ejus spuma alba et levis est."—Hic locus multum facit ad intelligendum voc. *ἄρτος* et ad inveniendam zythi conficiendi speciem, quæ differt omnino a priori. Quin ipse Reinesius hunc implicitum locum ita vertit:—"Eadem docet anonymus græcus—e molito hordeo, addito fermento, fieri panes, eos *εἰς κλουβὸν* conjectos, adfusa aqua, parum coqui, sine tamen ebullitione, tum colari liquorem, bene contectum incalescere, et, separata feculentia, fieri potabilem. Eam rationem coquendæ cerevisiæ in Ægypto, cujus incolis zythi potus genus fuit, familiarem fuisse putamus, quod isti chemici plerique

*διάλυε ὕδωρ γλυκὺ, καὶ * ἤθμιζε διὰ ἠθμοῦ[1] ἢ κοσκίνου[2] λεπτοῦ.*

*Ἄλλοι δὲ ὀπτώντες[3] ἄρτους βάλλουσιν εἰς * κλουβὸν[4] μετὰ ὕδατος, καὶ ἕψουσι μικρὸν, ἵνα μὴ * κοχλάσῃ,[5] μήτε ᾖ χλιαρὸν, καὶ ἀνασκῶσι, καὶ * ἠθμίζουσιν, καὶ περισκευάσαντες[6] θερμαίνουσιν, καὶ ἀνακρίνουσιν.[7]*

'Recipe hordeum purum bonum, et (aqua) macera diem unam, et disperge, et colloca in loco ventis exposito usque ad posterum diem, et iterum irriga horas quinque, conjice in vas ansatum cribriforme, et irriga, postquam ante siccasti, donec fiat, ut tomentum. Quod ubi factum fuerit, sicca in sole, donec detumescat: floccus enim amarus est.

'Jam mole, et fac massam instar panis adjiciendo fermentum (fecem), sicut in pane conficiendo, et torrefac vehementius. Quæ si (satis) efferbuit, separa aquam dulcem, et cola per qualum vel cribrum tenue.

'Alii vero torrefactos panes conjiciunt in aheuum aqua plenum, et coquunt paullum, cum eo tamen, ne ebulliat (aqua), neque sit fervida, deinde tollunt (ab igne), colant in alia vasa transfundunt, (iterum) calefaciunt et seponunt.'

* *Δίζυθος.* "Quæ hactenus ex veterum auctorum fide proposui, ad zythum forma et materia simplicem fere pertinent; erat vero etiam in usu quidam dizythus, i. e., cerevisia duplex,[8] apud Germanos dicta Doppelbier, apud Simon. Sethum[9] phucas compositus, isque viribus potentior, ægris salubrior. Huc sine dubio spectat Palladæ[10] epigramma: Non absurde in dizythis potionem quandam divinam Esse dixi. Heri igitur dizythum in diuturna Febre laboranti quartana applicavi, Et factus est celeriter sanus. Subdubitat H. Meibomius[11] de verbis, *ἐν διζύθοις*, propter additionem hanc, *περιῆψα*, et legendum sub auctore Jo. Bodæo putet *δίζυφον*, sed non satis vere. Quidni et dizythus grammatice ferri ac defendi possit? Quidni et illa cerevisia duplex potuit sub cataplasmatis forma superhaberi ad pellendam febrem epialam? Constat inter omnes, herbas amaras et ex aqua decoctas haud raro tollere febrem intermittentem pertinacissimam.

"Iste dizythus duplex, s. compositus, quem Sethus nominat, additione bunæ, an herbis medicatis factus fuerit, non satis liquet. Simplex enim phucas (cerevisia) dicitur frigidus, i. e., tenuis, aquosus, debilis; contra compositus qualitate siccus et calidus, i. e., potens. Hoc quidem augmento hordei vel tritici et longiori coctura effici poterat. Differunt etiam de viribus veteres et recentiores medici. Illi phucam noxium, capiti adversum, hi sanitati proficuum esse contendunt; litem omnem naturæ rei et rationi regnanti peraccommodate componit ipse Sethus (l. c. p. 199. ed. Gyr.) his verbis:—'Revera quidem,' inquit, 'prodest iis, qui calidiore sunt temperamento et inprimis ventriculo: qui vero per excessum calidi sunt, quique æstuosa afficiuntur siti, et magis, quando duplex est, h. e. compositus. Sedat enim sitim, et appetentiam suscitat, et ventrem ciet, et quando lotium: iis autem, qui stomacho udo sunt, et qui temperaturas frigidiores habent, valde nocet.' Hæc quidem dizytho sive cerevisiæ duplici fere conveniunt. Est enim ea crassa, potens, inebrians.

"Ingeniosa hominum industria esse solet, si de gulæ illecebris ac incitamentis quæritur, sed, quomodo ille dizythus coctus et factus fuerit, non satis perspicuum est. Fieri vero debuit is vel mistione hordei atque tritici, ut cerevisia esset quasi media inter utramque, colore ac sapore diversa, vel additione rerum, quibus ejus vires augeri posse credebantur, i. e., majori herbarum amararum, bunæ vel lupuli copia. Hinc enim fuit et ad excitandum fortior, et ad caput tentandum aptior; hinc, quantum conjectura licet adsequi, cum fieret sine humulo, ab mumma Brunovicensi duplici (Brückm. l. c. p. 21.) haud adeo abfuit." Gruner l. c. p. 59—61.

Palladæ Epigr. 109. in Jacobsii Anthol. Gr. sic exhibetur: *Οὐκ ἀλόγως ἐν ζωΐφίοις δύναμίν τινα θείαν Εἶναι ἔφην· χθὲς γοῦν ζωΐφι' ἐν χρονίῳ Ἠπιάλῳ κάμνοντι τεταρταίῳ περιῆψα, καὶ γέγονεν ταχέως, οἷα κρότων, ὑγιής.* "Vat. Cod. p. 443. Plan. p. 60. St. 86. W. In hoc carmine constituendo secutus est editor emendationes J. Toupii in Em. ad Suid. t. i. p. 366. nam vulgo v. 1. *ἐν διζύφοις*, et v. 2. *δίζυφον ἐν χρ.* legitur. "Huic corruptelæ primus succurrere conatus est Bapt. Pius in Annot. Poster. Syll. iii. 37. (Lamp. Crit. t. i. p. 442.) qui *ἐν * ζιζύφοις* corrigit, eique emendationi calculum adjecit Bod. a Stapelo ad Theophr. p. 329., et cujus haud paulo major auctoritas, J. Scaliger, qui sic etiam in marg. exemplaris sui emendavit. Sed zizyphon arborem, de qua v. Salmas. ad Solin. p. 730., vim arcanam habere ad febrim curandam, nemo veterum, quod sciam, prodidit. Non autem de emplastro agi, cujus usu Palladas sanitatem receperit, ut Pius censebat, sed de amuleto, e v. *περιῆψα* abunde prodit. Quod si, cum Toupio, comparaveris Dioscor. de Mat. Med. iii. 13., *Οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκώληκες εἰς κύστιδα ἐνδεύμενοι καὶ περιαπτόμενοι τραχήλῳ ἢ βραχίονι, ἱστοροῦνται τεταρταίους θεραπεύειν*, cum Suidæ verbis in *Κρότωνος ὑγιέστερος, Κρότων δέ ἐστι ζωΰφιον τὸ ἐν τοῖς κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον*, vix facere poteris, quin Toupii emendationem, a Brunckio receptam, aut veram, aut verisimillimam judices." Jacobs.[12] Toupianæ emendationi, *ἐν ζωϋφίοις*, pro *ἐν διζύφοις*, maxime obstant verba, *Καὶ γέγονα ταχέως, οἷα κρότων, ὑγιής*, (Anglice vertit Toup., 'As sound as a tick.') Palladas enim vix dicere potuit id quod Toup., quem Brunck. et Jacobs. sequuntur, eum dicentem facit, nempe: Heri animalcula i. e. pediculos caninos s. *κρότωνας*, meo, febre laborantis quartana, collo appendi, et factus sum celeriter sanus tanquam animalculum, pediculus caninus s. *κρότων*.

MAGI, PROPHETÆ.

Per Prophetas, a Pseudo-Dioscoride sæpenumero in collectione sua synonymorum laudatos, Jablonskius[13] cum

omnes ibidem vixerint, et artem exercuerint. Hæc satis defendunt editam lectionem, Pane, quæ absurda visa est immerito iis, quibus substituere placuit, Farre.—Nondum enim inventi sunt, quos e farre sive *ζῦθος*, sive birram, olim coxisse scire potuerit Ulpianus.—Sin, quod de zytho e pane diximus, etiamnum displicet, emendetur sane locus, Paneco (i. e. panico) e quo panes coxere, fortasse etiam potum." Sed de his infra pluribus.

[1] Leg. *δι' ἠθμοῦ*. Memorat Theophrast. De C. P. vi. 24. p. 380. ed. Heins. * *ἐνηθημένους οἴνους*, vina colata, per tubos sparteos transmissa, idque etiam observatum est in paranda cerevisia, ut glumæ et crassiores partes separarentur.

[2] Intell. *κόσκινον* * *κριθοκαθάρον* Pollux., vel *κόσκινα αἰρήσιον* Hesych. i. e. cribrum hordeo vel tritico purgando aptum. [3] *ὀπτῶντες* Reines.

[4] *Κλουβὸς* hic ahenum vel simile aliud vas est. Reines. Vocabulum hoc sensu fere ignotum legitur apud Meursium (l. cit. p. 249.) *ἀπὸ κλουβίου κρέας σὺν λίπει*, quod Reines. Var. Lect. l. c. vertit, ex aheno carnem cum pinguedine, et apud Tzetzem est *τῷ αὐτῷ κλουβῷ* * *συμβιβάζων*, apud Du Fresne l. cit. p. 669. expl. per caldutera.

[5] Anonymus chemic. *περὶ θείου ὕδατος καὶ λευκώσεως*, jungit *ἀφάγμους, καύσεις*, * *κοχλάσμους*, Stephanus Alex. habet *κόχλασμον*.

[6] Voc. * *περισκευάσαντες* verti, in alia vasa transfundunt, quia ipsa res et contextus id exigunt. [In Schlægeri Apographo est *περισκεπάσαντες*. Monet Grunerus p. 9. "Codicis Gothani scripturam omnino vitiosam esse, hinc inde scribæ incuria et negligentia valde implicitam." Edd.]

[7] Pro *ἀνακρίνουσιν*, quod sensum non habet, melius leg. *ἀποκλίνουσιν*. Ceterum b. Succov. de hac textus parte ita judicat: "Die letzte Proposition verstehe ich nicht. Denn auch bey der geringsten Kochung wird das Gekochte warm, und nach der Gährung muss die Masse erkalten, wenn nicht das Bier sauer werden soll."

[8] Est etiam in Mensa philosophica, Colon. 1508. Tr. 1. fol. 4. inscriptio, de cervisia duplici, sed sine descriptione modi, quo fieri debeat. Brudus (de Rat. Vict. in Febr. Ven. 1558. L. ii. 12. p. 80. a.) ita scribit, "apud Anglos triplex paratur potus, nempe aquosus, quem simplicem cervisiam dicunt; medius, quem trihapeninam; potens, quem duplam cervisiam nuncupant. Simplex eosdem effectus præstat, quos vinum aquosum,—potens cervisia, quam duplicem dicunt, potenter calefacit, et quid habet vehementiæ, ut potens vinum; trihapenina mediæ naturæ est, manifeste calfacit, in nullo tamen vehemens est. Molliores Anglorum utuntur alla."

[9] L. cit. etiam in Erasmi adagiis est dizythium, idque refert Brückmann. l. cit. p. 41.

[10] Antholog. Græc. i. c. 39. n. 9. p. 126. hinc Polydor. Vergil. (Proverb. Argent. 1510. n. 122. fol. 36.) et Erasmus (Adag. Epit. Antw. 1564. p. 407.) in proverbiis posuerunt, Crotone salubrius.

[11] L. cit. c. 4. etiam ex cerevisia Servestana, amara, (v. Rosenbaum Diss. Vit. 1800.) admistis furfuribus triticeis, cataplasma ad mammas lacte turgidas et duratas conficitur.

[12] Addit idem vir doctus:—"V. 4. Vat. Cod. *καὶ γέγονα*. Interpolatum videtur a librariis hoc Epigr., in cujus v. 3. *ἠπιάλῳ κάμνων —περιῆψα* olim lectum fuisse probabile est. Addita cetera ad supplendam lacunam. Epiala enim febris species est a quartana diversæ; et illud *γέγονα* indicio est, Palladum de se ipso febri sic sanato loqui. Br. Dioscoridis tamen locus lectioni *τεταρταίῳ* patrocinatur; nec incredibile est, Palladam *ἠπίαλον* pro febri simpliciter posuisse, aut, artis medicæ ignorantia, febrium genera non recte distinxisse. Ceterum *γέγονα* legitur in contextu, in margine Cod. *καὶ γέγονα*."

[13] P. 323.: "Favet huic conjecturæ, quod scriptor Appendicis ad Dioscor. p. 473. adjungat, Helleborum album a Prophetis s. Magis vocari *γονὴ Ἡράκλεος*, genituram Herculeam s. Herculis." (In nota Tewaterus monet, "Idem observatum a De Schmidt in Opusculis Ægypt. p. 109.") P. 331:—"Forte nomen istud, quod in Appendice Dioscoridis affertur, fuit mysticum, prophetisque et

plurimis scriptoribus Sacerdotes intellexisse videtur, cum intelligi debeant Philosophi Chymici, Ægyptii, ut satis patet ex iis, quæ Du-Cang. in Præf. ad Gloss. Gr. p. xv. scripsit.[1]

ΙΣΙΣ.

Ἰσιακὸς legitur in Dioscor. iii. 27.: Ἀψίνθιον θαλάσσιον, τινὲς δὲ καὶ Σερίφιον καλοῦσι, ὅπερ πλεῖστον ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει γεννᾶται, καὶ ἐν Ταφοσίρει τῆς Αἰγύπτου· ᾧ ἀντὶ θαλλοῦ οἱ Ἰσιακοὶ χρῶνται. V. Plut. de Is. et Os. p. 352. b, c. Ἴσειον vero occurrit in Plut. l. c.: Τοῦ δ' ἱεροῦ τοὔνομα καὶ σαφῶς ἐπαγγέλλεται καὶ γνῶσιν καὶ εἴδησιν τοῦ ὄντος· ὀνομάζεται γὰρ Ἴσειον ὡς εἰσομένων τὸ ὄν, ἂν μετὰ λόγου καὶ ὁσίως εἰς τὰ ἱερὰ παρέλθωμεν τῆς θεοῦ. Hermann. de Emend. Rat. Gr. Gr. p. 308.: "Ἰσίδειον rectius formatum, quam Ἴσειον." "Mihi," inquit Schæf. ad Gregor. Cor. p. 650., "utraque forma proba videtur; illa derivanda ab Ἶσις, Ἴσιδος, hæc ab Ἶσις, Ἴσιος, idemque sentio de similibus." Fallitur vir doctus: Ἴσειον ab Ἶσις, Ἴσιος, non formari potest, sed Ἴσειον contracte pro Ἰσίειον ponitur, et sic statuendum censemus de similibus. Fallitur quoque Herodianus ap. Hermann. l. c. scribens: Ἔτι ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες Σεραπεῖον, ὡς Ἀσκληπεῖον· οὐ γάρ ἐστιν ὅμοιον, ὅθεν Ἀσκληπεῖον μὲν ἐροῦμεν, Σεραπεῖον δὲ οὔ, ἀλλὰ Σεραπίδειον. Imo recte scribitur Σεραπεῖον, contractum e Σεραπιεῖον: Σέραπις, Σεράπιδος, Σεραπίδειον, ut Σέραπις, Σεράπιος, Σεραπιεῖον, unde Σεραπεῖον, ut Ἀσκληπιὸς, Ἀσκληπιοῦ, * Ἀσκληπίειον, Ἀσκληπεῖον. Errat ergo Suidas scribens, Ἀσκληπίειον φάρμακον, Ἀσκλήπειον δὲ ἱερὸν, se ipso judice; nam alibi de Eugenio Grammatico, Ἔγραψε, inquit, περὶ τῶν * τεμενικῶν, ὅπως προφέρεται, οἷον * Διονύσειον, Ἀσκληπίειον, i. e., Scripsit de nominibus templorum, et quomodo ea proferri debeant: v. Schæf. l. c. p. 651.[2] Crocodili Cæsareæ in Iseo dicati meminit Plin. v. 9. "Fuit et Iseum Romæ, et Serapeum, Urbis regione nona, apud P. Victorem, in descriptione Romæ." Harduin.

ΛΩΤΟΣ.

Apud Plut. de Vita et Poesi Homeri p. 1079. ed. Wyttenb. verb. * Λωτεύω reperitur: Πεδία λωτεῦντα, ἀντὶ τοῦ λωτεύοντα. Λωτὸν, τὸ, pro λωτὸς, ὁ, legitur in Strabone p. 1178. ed. Falc.: Πολὺ γάρ ἐστι τὸ δένδρον ἐν αὐτῇ τὸ καλούμενον λωτὸν, ἔχον ἥδιστον καρπόν.

ΜΕΜΦΙΣ.

Hinc * Μεμφίτης, Memphites, Lapis. Dioscor. v. 158.: Λίθος Μεμφίτης εὑρίσκεται ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ Μέμφιν, ἔχων ψηφίδων μέγεθος, λιπαρὸς καὶ ποικίλος. Plin. xxxvi. 7.: "Vocatur et Memphites a loco, gemmantis naturæ." Cf. Isidor. Origg. xvi. 4. Eustath. ad Dionys. 255., * Σινωπίτης Ζεὺς, ὁ Μεμφίτης, * Σινώπιον γὰρ ὄρος Μέμφιδος. Vide Jablonskii Pantheon Æg. iv. 3. p. 233.

ΜΥΡΟΝ.

Voc. * Ἀμύριστος, Unguentis carens, legitur in Plut. de Pythiæ Oraculis p. 397. b., Σίβυλλα δὲ μαινομένῳ στόματι, καθ' Ἡράκλειτον, ἀγέλαστα καὶ ἀκαλλώπιστα καὶ ἀμύριστα φθεγγομένη, χιλίων ἐτῶν ἐξικνεῖται τῇ φωνῇ διὰ τὸν Θεὸν, i. e. gratiarum et amœnitatis expertia.

ΣΜΑΡΑΓΔΟΣ.

Nom. * Ψευδοσμάραγδος legitur in Plin. xxxvii. 19.: "Theophrasto autem" (περὶ λίθων p. 6.) "scribente, esse in Tyro Herculis templo stantem pilam e smaragdo, nisi potius pseudosmaragdus sit; nam et hoc genus reperiri, et in Cypro inventum ex dimidia parte smaragdum, ex dimidia jaspidem, nondum humore in totum transfigurato." In Theophrasto l. c. est, εἰ μὴ ἄρα ψευδὴς σμάραγδος.

ΣΤΙΛΒΩΝ.

Mirum est Tewateri diligentiam effugisse Jablonskii verba in Pantheo Æg. iii. 6. 5. p. 135. "Quia in Planetis diversus observatur color, diversusque fulgor oculos nostros percellit, Ægyptii ab hac coloris diversitate, diversa quoque ipsis nomina imposuere. Docet hoc inter alios Julius Firmicus Matheseos ii. 2., ubi de quinque Planetis hæc scribit:—'Has stellas non eodem nomine, quo nos, aut Græci, Ægyptii nominant. Nam qui a nobis Saturnus dicitur, ab Ægyptiis φαίνων vocatur. Quem nos Jovem vocamus, Ægyptii φαέθοντα vocant: qui a nobis Mars, ab illis πυρόεις dicitur: quæ a nobis Venus, ab illis φωσφόρος vocatur. Quem nos Mercurium dicimus, illi στίλβοντα vocant.' Quæ hic vides appellari nomina Ægyptiaca, sunt re ipsa Græca, etsi ab aliis quoque pro Ægyptiacis venditentur. Ipse Achilles Tatius s. 2., ad testimonium vocatus, scribit, Ægyptios et Græcos Saturni stellam, quamvis sit obscurior, vocare tamen φαίνοντα, i. e. lucidam. Ergo, teste hoc scriptore, certe non contemnendo, non Græci modo, verum et Ægyptii, Planetam Saturni vocarunt φαίνοντα. Ita et vetus auctor (ap. Salmas. de Annis Climact. p. 595. 6.) de dierum ad numerum et nomina Planetarum institutis appellationibus: Τὴν δὲ τρίτην ἡμέραν Αἰγύπτιοι ἀνέθεντο πυρόεντι, Ἄρης δὲ οὗτος παρ' Ἕλλησι. Et tamen nomina hæc, quæ Ægyptiis tribuuntur, re ipsa pura putaque Græca sunt, et a Græcis quoque passim adhibentur, ut genti suæ propria. Dicere posses, nomina hæc vocari Ægyptiaca, cum tamen sint Græca, eo quod Alexandrinis, quorum urbs sita erat in Ægypto, sed qui lingua, moribus, et studiis vere erant Græci, deberentur, iisque quodammodo propria essent. Verum obstat, quod nominibus his usus jam fuisse deprehendatur Aristoteles in libro de Mundo, tanquam usu communi receptis, quæ igitur Græcis ante philosophi hujus ætatem, ideoque ante Alexandriam conditam, familiaria fuisse oportet. Jure ergo colligere nobis integrum erit, nomina illa vocari Ægyptiaca, cum tamen re ipsa sint Græca, quoniam rem ab Ægyptiis acceperunt Græci, eamque vocabulis Græcis, sed quæ Ægyptiacis responderent, plane expresserint."

sacerdotibus inprimis usitatum; præcedunt enim illic hæc verba, Προφῆται αἷμα Ἄρεως, Ὀσθάνης αἷμα κροκοδείλου, quæ verti solent, Magi Martis sanguinem (vocant), Osthanes auram crocodili. Videntur ea ad Ægyptios pertinere, propter mentionem crocodili." P. 349.: —"Neque dubium est, quin nomen Magi apud Ægyptios valde fuerit honestum, uti apud Persas, eo appellantes Sacerdotes et Philosophos. In Ægypto artes magicæ a sacerdotibus colebantur, ut vel e libro Mosis secundo satis patet. Ad illarum cognitionem non admittebantur alii præter sacerdotes ac viros honoratiores, ipsosque reges. Cujusmodi artes magicæ efficiebant, ut earum periti haberentur rerum mirabilium auctores, et populum in sui admirationem raperent."

[1] "Vocabula Artis, si Diis placet, divinæ, quæ sc. circa metallorum transmutationem versatur, quamque Chymiam appellant, eo sunt obscuriora, quo illius repertores, quæ in usu sunt communi, aliis insolentibus mutari debere existimarunt, ne mystica illa, quæ passim obtrudunt, tam facile quibusvis paterent. Affectata enim ubique in scriptis suis peculiari quadam loquendi ratione, novis suo arbitratu confictis et aliunde petitis, verbis, ac phrasibus semper utuntur, ut forte legentium animos miserabiliter torqueant, vel saltem ut vanitate ac pompa quadam mixtæ orationis fallant, magnarumque rerum spe pascant: dum chimerica quævis et fabulosa intermiscent, veluti mysteria quædam incognita, ac dictionibus ambiguis miserum mortale genus, viam potius obstruendo rebus inveniendis quam aperiendo, ludificant. Prophetarum instar denique perplexo et involuto loquuntur sermone, ita ut non injuria Ægyptii, apud quos divina ars ista inventa tum primum dicitur, illius Professores hac appellatione donaverint, cum ejusce argumenti arcana vocabulis ad libitum confictis, vel aliunde mutuatis, *Prophetarum* more, contegenda esse existimarent. Duplicem enim in philosophorum libris esse solere obscuritatem ait Michaël Toxites, et ipse Philosophus Chymicus, in Præf. ad Onomasticum Medicum, unam rerum, alteram verborum. 'Res,' inquit, 'quia magnæ sunt et divinæ, sub involucris docentur: ut nisi quis a Deo mentem illustratam habeat, eruere sensum nullo modo possit. Summa enim totius mundi arcana, secreta et mysteria sapientiæ Doctores posteris tradiderunt, populumque rudem, imperitum, ingratumque, uti æquum erat, magnalia Dei, ne vilescerent, ænigmatis celaverant. Non enim conveniebat tanta mysteria communia fieri, quæ sapientiæ tantum filiis destinata erant. Quamobrem lingua etiam propria, vocibusque singularibus usi sunt, unde altera, verborum sc., orta est difficultas.' Neque aliis rationibus receptam hanc apud Chymicos scribendi methodum tuetur firmatque Pelagius, Philosophus perinde Chymicus, in libro MS. de Sacra Arte: Ἡμεῖς μὲν γράψαντες ἔδομεν ὑμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσι τῷ παρόντι βιβλίῳ ἀτιμότως σχολάσαι, καὶ ἀπαιτοῦσαι τοῦ μυστηρίου τὴν ὑπόθεσιν· φησὶν γὰρ ὁ φιλόσοφος, ὅτι ἂν οἱ ἄνθρωποι γεγράφασιν, δαίμονες δὲ φθονοῦσιν, καὶ εἰκότως, ἐπεὶ βασιλείας οὐρανῶν οἱ πλεῖστοι ἐντυγχάνοντες ἠξιώθησαν. Ita nugantur isti tenebriones. Ab Ægyptiis igitur, ut volunt, ad Græcos profluxit ars chymica, quorum scripta, cujusmodi complura leguntur in Bibliothecæ Regiæ Codicibus MSS., similibus tricis et vocibus implexa sunt ac intricata. A Græcis deinde, vel forte etiam ab ipsis Ægyptiis, ars chymica ad Latinos promanavit, qui simili usi scribillandi ratione, vocibus a communi usu remotis scripta sua innodarunt." Du-Cangius.

[2] "Ædem Jovis Olympii Dio (lxix. 16.) vocat Ὀλύμπιον, Τό τε Ὀλύμπιον τὸ ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε. Perperam vir magnus Ὀλυμπίου legit in illo Dionis loco. Nam Ὀλύμπιον pro Ὀλυμπίειον est Jovis Olympii templum. Sic Ἴσιον pro Ἰσίειον, et Ἀσκλήπιον pro Ἀσκληπίειον. Philostr. (de Vit. Soph. i. 25. 3. p. 533.): Τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον, δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ, ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα, ἐκέλευσε καὶ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ." Salmas. in Æl. Spartian. p. 35. e. "Τὸ Ἀρτεμίσιον, ut vel pueri sciunt Cercoëtiani, templum est Dianæ, ut Ἀσκληπίειον, Æsculapii, Ἰσίειον, Isidis templum." Idem in Solin. p. 48. c. Idem tamen ibid. p. 406. e. Ἴσιον pro Ἰσίειον scripsit:—"Simulacrum Panis, τὸ * Πάνιον, ut Ἴσιον, Ἀσκλήπιον, Ὀλύμπιον. Alii etiam scripsere * Πάνιον, ut Ὀλύμπιον. Hinc spelunca Panis Stephano et aliis Πάνιον. Et Πανίας βόσκας Æschylo. Et Πάνιος δαίμων ap. Hesych. Certe ὁ Πάνιος et * Πάνιος dicebatur. Inde et τὰ Πάνια Æneas Græcus Auctor dixit, quæ alii τὰ Πανικά."

LEXICON VOCUM PEREGR.,

IN GR. AUCTORIBUS, GLOSSOGRAPHIS MAXIME, OBVIARUM.

PRÆFAMEN.

Consilium, quo colligere Lexicon vocabulorum peregrinorum et novo Thesauro Stephaniano præmittere constituerunt Editores, naturæ atque rationi magni hujus operis adeo videtur consentaneum; imo, cum ab hac parte haud pauca desideranda reliquerit H. Steph., adeo necessarium, ut displicere non possit eruditis, si modo conatui responderit eventus. Cum vero quæ magni laboris sunt humana opera, non primo statim jactu soleant perfecta produci, sed longis demum repetitisque curis limata et polita ad nitorem suum summamque præstantiam provehi; opusculum hoc, quod intra unius anni spatium compilandum fuit, non potest non longe abesse ab illa perfectione, quam vel locupletior eruditio, vel longius studium conciliare ei potuisset. Sed qualecunque tandem sit, necesse esse videtur, ut de compositionis ratione, de regulis, quas in delectu faciendo et in explicandis vocabulis secutus sum, et de auctoribus, e quibus hausi, quorum quippe nomina et libros in ipso opere non nisi compendiose citare potui, lectores præmoneam, quo faciliore negotio et æquiore animo eo utantur.

Et primum quidem accurate definienda erat eorum vocabulorum indoles, quæ in numero peregrinorum comprehendenda essent, ut certis notis a reliquis distinguerentur. Cum enim Gr. natio non unum habuerit parentem, sed e diversis stirpibus coaluerit; cum præterea antiquissimis temporibus jam inter gentes Pelasgicas coloni ex Ægypto, Phœnicia, Phrygia consederint, quorum quique novas artes, religiones, opinionesque terræ intulerunt; cum porro Græcorum gentes non in una eademque sede adoleverint, sed per varias pridem dispersæ regiones inter alios populos habitarint; et cum denique mature etiam cum pluribus nationibus agitarint commercia; facile quisque perspicit, Gr. sermonem, jam antequam vel cultu ingenii vel scriptorum cura formatus fuit atque expolitus, non ex uno manasse, sed e diversis fontibus, adeo ut ista ætate discerni vix potuerit, quid genuinum esset aut aliunde petitum. Tum demum cum communis lingua certam aliquam formam induisset, et cum illius partes vocesque homogeneam quandam naturam accepissent atque regulam, tum demum ea, quæ recens accedebant, peregrina a nativis distingui potuerunt. Verum etiam tum et posthac, plura ex his, quæ extrinsecus recipiebantur, plus minusve a primitiva forma deflecti et Gr. veste indui solebant, ita ut indigenis assimilarentur. Alia vero originis indicia manifesta servarunt. Homeri et Hesiodi poëmata antiquissimum offerunt monumentum, e quo de prisco Gr. linguæ statu atque copia judicare possumus. Ponere igitur licet, ea, quibus illi usi sunt, vocabula, vere esse Gr. Illud quidem facile credi potest, multa præterea Græcis fuisse vocabula, quæ in istis carminibus locum non invenerunt, verum de his nobis non constat, neque judicium, nisi ex illorum affinitate aut analogia cum Homericis, ferre licet. Itaque ex horum numero, quæ ista ætate in usu fuerunt, paucissima tantum Lexico Peregr. Vocum inserenda duxi, quæ scilicet originis exoticæ indicia manifesta in fronte gerere videbantur; qualia sunt nomina elementorum alphabeti, numeri senarii et septenarii, aliaque pauca rerum obviarum ex aliis terris advectarum; reliqua Etymologis enucleanda reliqui. Sequiori quoque ævo Græci passim ab iis populis, quibuscum frequentabant commercia, cum variis rebus etiam nomina rerum asciverunt; itaque e linguis populorum Asiæ non pauca vocabula in Græcam illata et civitatis quasi jure donata sunt, ita ut etiam prolem darent, quemadmodum Persicum Ἄγγαρος, Tabellarius, cujus progenies ἀγγάριος, ἀγγαρεύω, ἀγγαροφορέω etc. nota est. Alia vero exotica semper habita sunt, quæ ab auctoribus tantum, qui de rebus populorum extraneorum scribebant, inducebantur atque exponebantur. Ita Herodotus, Ægyptiaca, Babylonica, Persica nonnulla historiæ suæ inseruit, atque interpretatus est nomina plantarum, animalium, operum artis, dignitatum civilium aut militarium, deorum sacrorumque etc. Isto exemplo usi seriores rerum Romanarum scriptt. ex hujus populi lingua longe plurima sermoni suo immiscuerunt, quæ quidem in Græcia civitatem non sunt adepta, passim tamen frequentabantur. Primi tamen parce et caute in ea re versati sunt. Quo magis autem ad inferiorem ætatem declinavit Græcorum sermo ingeniumque; præcipue e quo Romanorum legibus subjecti sunt, et imperatorum sedes translata est Constantinopolin, ab isto inde tempore magis magisque temerarunt Lat. vocabulis linguam suam auctores Græci; quin etiam ex impurioribus fontibus barbarorum populorum haurire augmenta religioni non duxerunt. Latinorum igitur vocabulorum magnum numerum proferet hocce Lexicon. Quod si ad novissimam ætatem descendendum fuisset, expilandus erat Du-Cangius et in Lexicon nostrum transfundendus, quod sane cum consilio atque ratione Stephaniani Thesauri parum congruere judicaturi fuissent eruditi. Cum tamen ipse H. Steph. intra fines Classicorum, qui dicuntur, Auctorum, non continuerit studium suum, sed passim etiam in auctores infe-

rioris ordinis evagatus sit; et cum prætcrea nullo certo limite vetus lingua a Neo-Græca disterminata sit, equidem hanc meam compilationem ita circumscripsi, ut omnia ea vocabula admitterem, quæ ab Hes. Suid. Phot. Etym. reliquisque Gr. Glossographis vel exposita vel in interpretationibus adhibita vidi; quorum illa propterea h. l. digna videbantur, quia ex antiquioribus auctoribus, qui in pretio erant, a Grammaticis excerpta atque exposita sunt; hæc vero, quia ætate Hesychii etc. jam pridem usu trita esse debuerunt, siquidem lectoribus ad intelligendum erant faciliora.

Numerosa quoque eorum vocabulorum classis est, quæ Alexandrini V. T. Interpr. ex Hebr. lingua retinuerunt, ut et ea, quæ scriptt. N. T. usurparunt. Hæc, cum isti libri omnium manibus terantur, et cum eorum aliqua ab ipso etiam H. Steph. notata fuerint, in hoc Lex. Vocc. Peregr. negligi non debuerunt. Itaque sedulo ea congessi, atque cum brevi interpretatione exposui. Plura de iis scire cupientibus in promtu sunt uberiora interpretationis præsidia. Atque hæc de genere vocabulorum hic exhibitorum dicta sufficiant.

Sequitur ut leges, quas in compilando hocce Lex. secutus sum, paucis declarem. Prima atque nobilissima vocum peregr. classis e priscis auctoribus, Herod. puta, Aristot. Strab. Plut. etc. conquirenda fuisset, quorum auctoritas multo potior habenda est sequioris ævi Lexicographis, quippe quibus sæpenumero vel doctrina deerat vel cura in describendis atque interpretandis vocabulis. Enimvero longum hunc laborem non sinebat persequi temporis angustia, intra quod rationes typographi properantis, et opus integrum emtorum desiderio tradere cupientis, perficere Lexicon cogebant. Itaque obiter tantum inspicere auctores illos licuit, ubi loca citata occurrebant, et compendiosior via ineunda fuit. Præiverunt scilicet jam, et e multis vett. libris, tum iis, qui etiamnum usu prostant, tum e multis aliis pridem deperditis, hujus generis vocabula congesserunt atque explicarunt, Hes. Suid. Phot. Etym. aliique Glossographi. Horum ampla scrinia excutienti et excerpenti ea, quæ hic in censum veniebant, satis larga messis parata erat. Hunc tamen laborem, prima specie expeditum, diversæ, eæque haud leves difficultates circumveniebant. Primo enim, ut in plurimis glossis, ita præcipue in peregr. vocabulis, scriptura istorum librorum perquam corrupta est dubiaque fide, et Criticorum arte vel nondum satis sanata, vel nunquam ad integritatem restituenda. Ex his itaque, quæ omnino desperata vel mente cassa videbantur, ea intacta reliqui; quæ dubia tantum erant, excerpsi, et medelam, si qua a dd. vv. proposita erat, quæ paucis verbis indicari poterat, hanc subjunxi; ubi vero nullam enotavi, quoniam parcendum erat spatio, facile quisque ad ipsum, e quo hausta glossa est, auctorem recurrere poterit, cujus nomen ubique additur. Similiter in iis nominibus, quæ ex aliis auctoribus, præsertim ex Athen., qui e multis scriptis ejusmodi vocabula congessit, editionum etiam insigniorum, quas quidem consulere licuit, variæ scripturæ notandæ erant. Præterea interpretationes Glossographorum haud raro vel obscuræ erant et ambiguæ, vel suspectæ. Itaque propria illorum verba apponenda videbantur, deinde e doctorum interpretum notis afferenda ea, quæ ad rem declarandam idonea erant, sed contracta, cum integras notas non ferret spatium. Summa vero difficultas in delectu faciendo sita erat, quia Glossographi sæpe voces peregrinas exhibuerunt, tacita earum origine; aut ubi vocem aliquam Laconibus vel Italiotis tribuunt, dubii hæremus, fueritne illa e prisca lingua ab his tantum servata, cum inter reliquos Gr. excidisset ex usu, an vero aliunde petita? Ut igitur haberem, quam in delectu vel recipiendarum vel excludendarum vocum sequerer, constantem normam, has mihi præscripsi regulas:

1) Peregrina vox habenda est, quæ peregrinitatis signum gerit plus minusve manifestum, et quæ cum nulla vere Gr. vel derivatione et cognatione, vel forma analogica juncta est. In examine derivationis instituendo Grammaticorum veterum judicium sequi raro potui, quippe qui etymologicorum somniorum miri sint artifices. Neque etiam sententiæ recentiorum doctorum ubique satis visæ sunt probabiles. Itaque ponderatis rationibus de singulorum vocabulorum origine meo judicio steti. Neque tamen is sum, qui sperem delectum a me factum omnibus iri probatum. Sunt etiam quæ recipienda putavi auctoritate virorum celebrium, qui peregrina judicabant, quæ alii pro genuinis Gr. habent.

2) Elementorum et soni affinitas speciem quidem peregrinæ originis sæpe gerit, tamen non semper illius certum est documentum. Ut enim, verbi causa, Hebræum גרגרות Gargeroth et Gr. *γαργαρεών* et forma satis conveniant, et significatione, tamen cum hocce nomen ad imitationem soni potum avide deglutientium effingi potuerit ab uno populo æque ac ab altero, vix tuto similitudo ista originis ex Hebr. lingua argumentum statuitur.

3) Alia vero vocabula vere exotica originem dissimulant, induta genuitatis specie, cum vel per se jam voci Gr. similia sunt, vel levi mutatione facta assimilata. Ita nomen *Σεμνεῖον*, Locus sacer, et forma et etymologia Græcum est; quatenus vero Monasterium significat, hanc vim, auctore Jablonskio, a Coptico *σεμνι* accepit. Sic etiam *'Ελαιοῦς*, cognomen Jovis ap. Cyprios, formæ ratione habita, ab *ἐλαία* non absurde derivari potest. Non minus tamen facile e Phœnicia quoque vel ex Hebr. lingua explicationem admittit. Plura hujus generis dum inserui, vereor ne indigna loco videantur multis; erunt tamen etiam, qui me temeritatis crimine absolvent.

4) Rerum, quarum notitia et usus ex aliis regionibus ad Gr. delatus est, nomina quoque simul adoptari solebant; hoc exempla bene multa docent. Neque tamen sine exceptionibus stat regula. Ubi igitur forma nominis, et analogia Græcam originem ei afferebant, non recipiendum duxi; nisi forte passim pro peregrino habitum fuerit. *Τρίχορδον*, ut hoc utar, appellarunt Græci nomine indigena Instrumentum quoddam musicum, quod *Πανδοῦραν* nominarant inventores Assyrii. Affinitas vocis *Ψαλτήριον* cum Chaldæo פסנתרין Pesantherin, non habet eam vim, ut vocem Gr. e Chaldæa natam esse nobis persuadeat.

5) Nomina propria historica et geographica omnino exclusi; mythica vero deorum sacrorumque nomina, si qua tanquam peregrina notabantur, recipienda duxi; quippe quæ origines opinionum ac rituum inter Græcos indagantibus vestigia non contemnenda ministrant.

In Indice Thesauri sui magnum numerum vocum exoticarum congessit atque explicavit H. Steph. Hos locos verbo tenus ex illo repetii, nomine ejus apposito; citationes, quas ex auctoribus quandoque generalioribus tantum terminis attulit, ubi editiones præstantiores præsto erant, exactius indicatas, ut et observationes, si quæ adjiciendæ erant, parentheseos signis acutangulis—[ ]—inclusas intercalavi. Aliorum doctorum notas subjunxi, singulas nominibus auctorum insignitas, et signo crucis—†—præmisso a Stephanianis sejunctas. Iidem vero illi, Hes. Suid. Etym. larga adhuc spicilegia suppeditarunt, quæ suis locis inserenda fuerunt. Hæc igitur ipsis auctorum verbis, illustrata emendationibus explicationibusque e notis doctorum excerptis, pariter ut cetera, ex Athen. potissimum, e Sacro Codice, Ægy-

ptiaca ex Jablonskio, Phœnicia e Bocharto congesta, a Stephanianis præmisso signo crucis distincta sunt. Enotaram quidem multo plura, quæ peregrinitatis suspecta videbantur; verum hæc absentibus certioribus indiciis, aut sublesta scripturæ fide, aut etiam eruditorum dubitationibus deterritus, repudiavi.

Ita compositum est hoc Lex.; cujus prior pars generalis seriem omnium nominum exoticorum, quæ in dictis libris quærenti occurrerunt, ordine alphabetico persequitur. Altera vero parte speciali eadem nomina per gentes, quæ illa contulerunt, distributa sunt iterum secundum seriem alphabeti. In hac parte nihil attinebat explicationes e priori parte repetere, brevissimam tantum, in commodum lectorum, interpretationem singulis vocibus comitem dedi.

Superest ut librorum compendiose citatorum, ut et Editionum indicem subjungam, quo facilius reperiant lectores, si qua uberius explicata legere cupient.

Athenæi Deipnosophistæ, Ed. Jo. Schweigh. Argentorati 1801. Laudavi vero paginas Casaubonianæ Editionis, quas ad marginem superiorem Editionis suæ annotavit Schweigh.
Bekkeri Anecdota Gr. Citantur paginæ tomi primi.
Bielii Thesaurus Philologicus suppeditavit vocabula Hebr. a LXX. Interpretibus versioni inserta.
Bocharti Geographia Sacra, cujus Pars 1. nomine Phaleg, et Pars 2. nomine Canaan, appositis numeris librorum et capitum indicantur.
Ejusdem Hierozoicon. Numeri indicant Partem, librum, et caput operis.
Burtoni Veteris linguæ Persicæ Λείψανα. Lond. 1657. 8. Notantur paginæ libri.
Dioscorides ex interpr. Saraceni ap. Wechel. 1598. Citantur Operis libri et capita; Appendicis vero paginæ.
Du Cange Glossarium ad Scriptt. Med. et Inf. Gr. Lugd. 1688.
Etymologicum Magnum ex Edit. Sylburgii repetita Lipsiæ 1816. 4. Quæ ex apparatu notarum afferuntur, ea ad finem notæ auctoris nomen ascriptum habent.
Etymologicum Gudianum, Ed. Sturz. Lips. 1818.
Eustathii Comment. in Homerum, Ed. Rom. 1542. Notantur paginæ et lineæ. In notis ad Hesychium alius quoque Editionis paginæ indicantur.
v. Hammer Index Vocum Persicarum in Gr. Auctoribus obviarum recenti forma scriptarum in Fundgruben des Orients Vol. VI. Fasc. 3. p. 339.
Hesychius, Ed. Alberti. Ubi post Hesychii glossam notæ et nomina auctorum ascripta sunt, hæc ex notis in Ed. Albertii Hesychio subjectis excerpta sunt.
Jablonskii Collectio et Explicatio Vocum Ægyptiacarum in ejus Opusculis ed. a Tewatero T. i. cum Editoris Notis et Auctario. Citantur paginæ hujus Tomi i. quæ facile in Parte I. hujus voluminis Stephaniani Thesauri reperiri poterunt. Cum Ægyptiaca illa vocabula in hoc Lex. desiderari non deberent, suo ordine ea memoravi, sed ab uberiore explicatione abstinui.
Ejusdem Diss. de Lingua Lycaonica, inserta Parti I. hujus voluminis p. CXXV.—CLIII. Hæ paginæ citantur.
Maussaci nomen remittit ad ejus Dissertationem Criticam Harpocrationis Editioni Blancardianæ Lugd. Bat. 1603. insertam.
Meursii Creta, Cyprus, Rhodus. Amst. 1675. Citantur libri et capita.
Ejusdem Miscellanea Laconica in Gronovii Thes. Ant. Gr. T. V. Laudantur libri et capita.
Ogerii Græca et Lat. Lingua Hebraïzantes, e quo libro excerpta leguntur supra p. CX.—CXVIII. Pauca tantum hinc repetii, quæ legibus hujus Lexici convenire videbantur.
Photii Lexicon Ed. Hermann. Lips. 1808.
Pollucis Onomasticon Ed. Lederlini et Hemsterhusii Amst. 1706. Citantur libri et sectiones.
Ign. Rossi Etymologiæ Ægyptiacæ Rom. 1808. Excerpta citavi inserta Dissertationi Beckii supra CXXIII. sq.
Sanchoniathonis nomen remittit ad Fragmentum illud, quod Euseb. P. E. 1, 10. conservavit.
Schleusneri Novus Thesaurus Philol. Crit. cujus Tomis i. et ii. uti potui, ministravit Hebr. voces in LXX. Interpretibus occurrentes, etiam ubi nomen non est adjectum.
Ejusd. Lexicon Gr. Lat. in Nov. Test. suppeditavit vocabula peregrina in N. T. occurrentia.
Schowii Supplementa ad Hesychium Albertii Lips. 1796.
Septuaginta Interpretes V. T. Ed. Lambert. Bos.
Spicilegium Vocum Peregr. insertum Parti II. hujus voluminis.
Steph. Byz. Ed. Berkel. Lugd. Bat. 1694.
Strabo, Ed. Corai. Paris. 1815. Notavi paginas Editionis Casaubonianæ 1620. a Coraio margini ascriptas.
Sturzii Diss. de Dialecto Maced. et Alexandr. supra Parti I. hujus voluminis p. CLIII. sqq. inserta. Hæc citatur ubi nomini Sturzii paginarum numeri adduntur; ubi vero absque his nomen positum est, remittitur ad notas Sturzii in apparatu Etymologico M. adjecto.
Suidas ex Ed. Kusteri.
Zonaræ Lexicon Ed. Tittmann. Lips. 1808.

JO. GEORG. DAHLER.
SS. THEOL. D. ET PROF. SEMINAR. ARGENTORATENSIS.

LEX. VOCUM PEREGR. IN SCRIPTT. GR. OBVIARUM.

TABULA GENERALIS.

A.

"ΑΑΔΑ. Egestas, Inopia, Laconice pro ἔνδεια. Sic Hes. qui addit: οὕτω καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Γλώσσαις. H. Steph. "Heyn. Hom. 6, 113." Schæf. Mss.

'ΑΑΝΑΙΜΑ. Hes. exp. πολλαχῆ χάρις, Multiplex gratia. H. Steph.—† Vox peregrina et barbara. Maussac.

"ΑΑΣ. Cras, vel Perendie, ap. Bœotos. Hes. H. Steph.

"ΑΒ. Hesychio ὁ Γορπιαῖος μήν. Vocabulum est Hebr., ut docui in Appendice de Mens.; ubi tamen non September esse dicitur, cui Γορπιαῖος μὴν opponitur, sed Julius. H. Steph.—† אב Ab, Nomen mensis quinti, qui a novilunio Julii nostri incipit. Buxtorf. Lex. Chald. Mensis quintus, Chaldæis אב dictus, incipit a primo Augusti novilunio. Jo. Dav. Michaelis de Mens. Hebr. in Commentatt. Societati Reg. Scient. Gotting. per annos 1763—68. oblatis p. 41. [Vide Γορπιαῖος.]

"ΑΒΑΓΝΑ. Rosæ, Macedonibus, teste Hes. H. Steph.

† 'ΑΒΑΔΔΩΝ. Vox Hebr. אבדון, quæ proprie Perniciem, Interitum notat, Apocal. 9, 11. redditur Ἀπολλύων, et nomen esse traditur τοῦ ἀγγέλου τῆς ἀβύσσου, Regis locustarum.

'ΑΒΑΘ. Cypriis διδάσκαλος, Doctor, Magister. Hes. H. Steph.—† Syris, quibus Cyprii vicini, Ab: Pater, est et Magister, Chaldæis Abba idem. Sicut autem moris ap. Syros erat abjicere τὸ Theu, ut Sabba, quod Sabbath alii; sic aliis adjicere eam literam moris erat nonnunquam. Heinsius ad Hes.

† 'ΑΒΑΚΗΣ. ὄνομα ἀρχιτεκτονικὸν, ὃ Σκύθαι λέγουσιν ἄνδρα καλεῖν. Hes. vel ut a Camerte Episcopo hic locus citatur: ὃ Σκύθαι ἄνδρα καλοῦσιν. Verwey.

'ΑΒΑΛΗ. Hes. Laconica lingua dici scribit ἀχρεῖον· Inutile; a quibusdam exp. etiam νωθρόν· Languidum, Ignavum. H. Steph.—† Scribe Ἀβάλην. Pergerus. Cf. Βαλῆρα, quod Hes. itidem exp. ἀχρεῖα. Hebr. הבל [Hébel:] Vanitas. Ogerius.

† 'ΑΒΑΜΑ. Legitur ap. LXX. Interpp. Ezech. 20, 29. et est ipsa v. Hebr. cum præfixo articulo; הבמה Habbamah: Excelsum; in quo idola coluntur.

† 'ΑΒΑΡΑ. Non legitur nisi 1 Maccab. 6, 43. Ed. Ald. Bielius Thes. Philol. h. v. interpr. Elephantem. Sed scriptura potius pro vitiosa habetur; nam in Ed. Romana legitur ὁ Σαυαρὰν, et in Complut. Ἀυαρὰν, et Josephus A. I. 12, 14. Αὐρὰν cognomen fuisse Eleasaris tradit.

'ΑΒΑΡΑΚΕΣ. Mazæ quædam ap. Athen. 4. [p. 140. a.] in loco quodam Epilyci. Nec enim Lycophroni assentitur [Athenæus,] qui πολύπας exp., nec Eratostheni, qui * προφυράματα μαζῶν. Fuisse autem Spartanum v. videtur. Sed notandum, in Epilyci isto loco non ἀβάρακες legi, sed βάρακες, et quidem rectius, ut infra docebo. H. Steph. [Βάρακες, quod in Ed. Schweigh. l. c. legitur, Dor. dicitur pro βήρηκες, a βήρηξ· Magna maza. Casaub. et Schweigh. ad l. c. et ad L. 3. p. 114. f.] Vide Βήρηκας.

'ΑΒΑΡΙΣΤΑΝ. Cyprii vocant τὴν γυναικιζομένην, τὴν καθαιρομένην καταμηνίοις, teste Hes. Quæ purgatur suis menstruis. H. Steph.—† An pro ἀβριστὰν ab ἁβρὸς, ἀβρίζομαι, ἀβριστός? Guyet. ad Hes.

'ΑΒΑΡΚΝΑΩ. Comatus sum, Comam alo. Nam ἀβαρκνᾷ est κομᾷ in Lex. quodam vet., pro quo ap. Hes. legitur "Αβαρκνα· κόμα, qui Macedonicum esse h. v. ait. H. Steph. [Rectius hodie ap. Hes. editur Ἀβαρκνᾷ· κομᾷ.]

'ΑΒΑΡΤΑΙ. Cypriis αἱ πτηναί, teste Hes. i. e. Volucres. H. Steph.

'ΑΒΑΡΥ. Origanum dici Macedonica dialecto Idem innuit. H. Steph.

'ΑΒΑΣ. Hesychio εὐήθης, necnon ἱερὰ νόσος ap. Tarentinos. Εὐήθης porro Stultum signif. Ἱερὰ νόσος· Sacer morbus s. Epilepsia. H. Steph.

† 'ΑΒΑΧΘΑΝΗ. ἐγκαταλελειμμένος, λέξις Ἑβραϊκή. Suid. Vide Σαβαχθανί.

† 'ΑΒΒΑ. ὁ πατήρ. Suid. Chald. אבא Abba. Vide infra Ἀππά.

"ΑΒΕΙΣ. Pamphyliorum lingua pro ἔχεις dici Varin. annotat, ejusdemque meminit Hes. Latini quoque: Habes. H. Steph.

† "ΑΒΕΛ. πένθος. Hes. quo respexisse videtur, judice Albertio, interpr. nominis filii Adami traditam ab Josepho A. I. 3, 1. Eusebio P. E. 11, 6. Philone, Origene, Theodoreto; licet Hebr. nomen הבל Hebel proprie Vanitatem designet. Nisi potius respexit, ut Verweyus putat, ad אבל Abél: Luctus, Genes. 50, 11. quod Alexandrinus reddidit: πένθος Αἰγύπτου.

'ΑΒΕΛΙΗΝ Pamphylii dicunt ἡλιακὸν, teste Hes. H. Steph.—† Forte leg. ἡλιακήν. Albert.

'ΑΒΕΛΙΟΣ. Cretensibus ὁ ἥλιος, Sol, teste Hes. H. Steph.—† Vide Βέλα. Forte ab ἕλη fit ἀέλιος cum ᾱ intensivo, et inserto β, ἀβέλιος. [Sic Pamphylios * Βαβέλιος pro Sole dixisse tradit Hes.] Quid si huc referamus deum Abellionem, qui in tribus antiquis inscriptionibus occurrit ap. Gruterum p. XXXVII.? Albert. ad Hes.

† 'ΑΒΕΝΑ. ἡ ἀβῆνα. Ῥωμαϊστί. Zonaras. Lat. Habena. "Ἀβῆνα, Kuster. Aristoph. 112." Schæf. Mss.

† 'ΑΒΗΡ Laconibus Hes. esse tradit οἴκημα στοὰς ἔχον, ταμεῖον: Domicilium porticus habens, Penum s. Promtuarium. H. Steph.

† 'ΑΒΙΒΑΑΒΟΝ. κρίνον· Lilium, Afris. Diosc. Append. 3, 116. p. 457. Hebr. אבוב לבן Abub labán: Calamus albus. Bochart Canaan 2, 15.

† "ΑΒΙΕ. ἔβαλλον. Scythæ. Hes.

'ΑΒΙΑΤΑΚΑ Persis dici τὸν μνήμονα· Memorem, tradit Hes. H. Steph.—† Artaxerxem Mnemonem Evildacum Persæ vocarunt. Pergerus. Relandus Dissert. VIII. de vet. Ling. Pers. p. 99. suspicatur Hes. hoc legisse ap. Ctesiam in Persicis, aut scriptorem quendam nunc deperditum, qui de Persarum rege, Artaxerxe Mnemone, tradidit, cognomen Μνήμονος Persice sonare Ἀβίλτακα. Quid vero hoc vocis sit, non extricat. Albert.

"ΑΒΙΝ Hesychio auctore vocatur ἐλάτη s. πεύκη, pro quo Varin. habet "Αβιες, quomodo ap. Hes. quoque scribendum esse alphabetica series innuit. Est autem Abies v. Lat. τῇ ἐλάτῃ Gr. æquivalens. H. Steph.—† Ordo monet legendum Ἀβίῃ vel Ἀβίης. Is. Voss.

"ΑΒΛΑΒΥΝΙΟΝ. Teste Hes. σειρὰ πλεκομένη παρ' Αἰγυπτίοις ἐκ βύβλων πρὸς κάθαρσιν οὖσα· Funiculus, qui ap. Ægyptios plectebatur e papyro ad purgandum; ut hodie orbiculi ex herbis, quibus utuntur ad extergendas patinas. H. Steph.—† Respexit Chald. חבלא [Habla:] Funis, et simul forte פני [Panné:] Purgare. Vide Bochart. Defens. c. Salmas. p. 830. Albert. Jablonskius Op. I. 4. e Coptico tentat; proponit vero legendum Ἀβλαβύριον, et confert auctorum loca, quibus illæ Plectæ Ægyptiacæ illustrantur.

"ΑΒΛΑΞ. Cypriorum lingua λαμπρός· Clarus, teste Hes. H. Steph.

'ΑΒΛΟΕΩ, Libo. Hes. enim ἀβλόει affert pro σπένδε s. σπεῖσον, sed addens Macedonicum esse v. H. Steph.—† Cf. Sturz. p. CLXII.

"ΑΒΛΟΣ, τό· Mulctrum, Vasis genus ap. Alemannos. VV. LL. H. Steph.

'ΑΒΟΛΕΙΣ. A Siculis dicuntur περιβολαί, teste Hes. ut sunt Valla s. Munimenta et sepes, quibus aliquid circundatur. H. Steph.

† 'ΑΒΟΛΛΑ. Chlamydis genus. Arrian. Peripl.

Erythr. p. 4. Lat. Abolla. Salmas. Not. in F. Vopisc. p. 398. Cf. Schneider. Lex.

† *ΑΒΟΟΣ. ἔξω. Tarentini. Hes.

† *ΑΒΟΣΤΟΙ. οἱ αἴτησιν. Lacones. Hes. Scriptura malesana varie tentatur ab eruditis.

† *ΑΒΡΑ. Ancilla honestiora ministeria obiens. Vocem hanc Macedonicæ et Alexandrinæ potissimum dialecto vindicat Sturz. p. CLXXXIV. Kuhn. ad J. Poll. 4, 151. ex Hebr. עברית [Ibrith :] Hebræa, derivat. Schleusner. e Syr. חברה [Chabràh :] Socia. Nov. Thes. Philol. Crit. P. 1. p. 4. "*Ἄβρα, Charito p. 8.: vide Dorv. 225. 280. ad Xen. Eph. 123. Wyttenb. Select. 433. Conf. cum αὔρα, Boissonad. Philostr. 624. Vann. Crit. 611." Schæf. Mss. "Euseb. P. E. 437." Wakef. Mss.

*ΑΒΡΑΜΙΣ. Piscis Nilous, Athen. 7. [p. 312. b.] H. Steph.—† Originem Ægyptiam nomini tribuit Jablonski Op. 1, 4. Tewaterus confert Arab. عبيس quo Mullum auriflammam hodie designant Arabes. " In Schneider. Lex. scribitur Ἀβραμὶς, ut ap. Corai. ad Xenocr. 180. at 176. ἄβραμις: vide 181. ubi legitur et * Ἀβραμίδιον." Edd. " Ἀβραμὶς, ἴδος, ἡ, Piscis, Oppian." Wakef. Mss.

Ἀ̓ΒΡΑΝΑΣ Celtæ vocant τοὺς κερκοπιθήκους· Simias caudatas, ut Hes. refert. H. Steph.

Ἀ̓ΒΡΑΝΙΣ, ἴδος, ἡ· Crocota s. Crocotula, h. e. Tunica s. Vestis crocei coloris. Hes. enim Laconas scribit ἀβρανίδας nominare κροκωτοὺς sc. χιτῶνας. H. Steph.

*ΑΒΡΑΞΑΣ. Omnipotentem Deum portentoso nomine appellat Basilides, ut tradit D. Hieronym. Comment. in Amos. c. 3. H. Steph.—† Cf. Jablonski, de nominis Abraxas signif. in Miscell. Lips. Nov. T. vii.

*ΑΒΡΕΜΗΣ. Cypriorum lingua ὁ ἀβλεπής, teste Hes. Alioqui ἀβρεμὴς, comp. ex ἀ privativo et βρέμω, esset i. q. ἄβρομος, i. e. ἄψοφος· Strepitus s. fremitus nullos edens. H. Steph.—† Lectio ap. Hes. dubia, vide ibi notas et v. Ἀβλεμές.

† Ἀ̓ΒΡΕΧ Symmachus posuit Genes. 41, 43. pro Hebr. אברך Abrec, quod Pfeifferus ex Ægypt. αὐρεκ· Inclinet se quisque, La Croze vero ex οὐβερεκ· Contra inclinate, exp.; alii aliter.

Ἀ̓ΒΡΟΥΤΕΣ Macedonum lingua dicuntur αἱ ὀφρῦς· Supercilia, ut tradit Hes. H. Steph.

Ἀ̓ΒΥΡΤΑΚΗ, ης, ἡ· Barbaricum ὑπότριμμα et edulium, e porris, cardamo, granis mali punici, et ejusmodi aliis, quibus inest τὸ δριμύ. Theopomp. in Theseo: Ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων Πλεῖστων ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη. Utitur eo vocabulo et Menander in Cecryphalo, teste Suida; et Alexis ap. Athen. 3. [p. 124. a.] Καὶ τὸν μὲν ὀξὺν οἶνον ἐκποτίζομεν, Ἐπὶ ταῖς ἀβυρτάκαισι δ᾽ ἐκβακχεύομεν. Lucian. Lexiph. [c. 6. T. V. p. 185. Ed. Bipont.] καρυκείαις annumerat hanc ἀβυρτάκην; itemque Plut. Symp. 4. [Probl. 1. T. 8. p. 636.] dicit: Τὸ ποικίλον οὐκ ἐν ἀβυρτάκαις καὶ κανδύλοις καὶ καρύκαις ἐστίν. H. Steph.—† Cf. Athen. L. 2. p. 68. a. et Animadv. T. 1. p. 456. et T. 2. p. 368. Relandus hoc nomen explicat e Pers. ابر Aber: Condimentum e fructibus minutim concisis, et تاك Tag: Malum granatum. De vet. Ling. Pers. p. 104. sqq. Albert. ad Hes. v. Ἀβυρτακοποιοῦ. " Ἀβυρτάκη, et * Ἀβύρτακος, ὁ, Bekk. Anecd. 323. Polyæn. 4, 3, 32." Edd. " Ἀβυρτάκη, Casaub. ad Athen. 141. ad Lucian. 2, 331." Schæf. Mss. * " Ἀβυρτακώδης, Hes." Wakef. Mss.

Ἀ̓ΒΥΡΤΑΚΟΠΟΙΟΣ, ὁ, ἡ· Qui abyrtacas conficit. Demetrius comicus ap. Athen. L. 9. [p. 405. f.] Ἀβυρτακοποιὸς παρὰ Σέλευκον ἐγενόμην. Hes. Ἀβυρτακοποιοῦ affert pro τοῦ τὰ τρίμματα καὶ ἐμβάμματα κατασκευάζοντος. H. Steph. " Ad Lucian. 2, 331." Schæf. Mss.

Ἀ̓ΒΩ Laconas dicere pro πρωῒ annotat Hes. forsan pleonasmo τοῦ β, pro ἀῶ· Sub auroram. H. Steph.

Ἀ̓ΒΩΒΑΣ, teste Hes. dicitur Adonis a Persis. H. Steph.—† Apud Hes. legitur Περσαίων, quod alii in Περγαίων aut Περσῶν mutatum volunt, alii conservare. Abobæ nomen Assyriacam redolet indolem, et ap. Assyrios maxima olim viguit Adonidis veneratio. Confert Chald. אביבא Abiba: Culmus et arista, Jac. Trigland. Conjectan. de Dodon. c. 1. p. 3. Albert. ad Hes. Cf. Jablonski de L. Lycaon. CXLVI.

*ΑΒΩΡ rursum Laconica dialecto dicitur βοή· Vox, ut Hes. tradit. H. Steph.—† Cf. Thes. v. Ἀβῶς.

Ἀ̓ΓΑΘΑΩ. Cypriorum dialecto Sileo, Taceo. Tradit enim Hes. eos ἀγαθῷ usurpare pro σιωπῶ: verum id non sua serie, sed post Ἀγασσάμενοι. H. Steph.

